Sc.sup.20.Pl.2.

43
2 F
5

DE QVADRIPERTITA IVSTITIA LIBRI TRES.

IN QVIBVS OMNIVM QVOTQVOT extant Theologorum conquiſitis, *excuſsis, probeq́; digeſtis ſententijs, orthodoxa de iuſtificatione noſtra fides aſſeritur;*

ET LVTHERI, CALVINI, BVCERI, BVLLINGERI, aliorumq́; à S. R. Eccleſia diſſidentium opiniones eliduntur.

GASPARE CASALIO LVSITANO,
Epiſcopo Leirienſi, ac Sereniſſimi Luſitaniæ, & Algarbiorum Regis, &c. Conſiliario, Regiiq́; Senatus De conſcientia appellati, olim Præfecto, ac uno ex Patribus Concilii Tridentini, Auctore.

Acceſsit rerum, & verborum memorabilium Index.

B



A

CVM PRIVILEGIO.

Venetiis, ex officina Iordani Zileti, 1563.

DIEGO PAYVIO ANDRADIO LVSITANO, VIRO NOBILISSIMO, AC SACRAE THEOLOGIAE DOCTORI PRÆCLARISSIMO,

HIERONYMVS MAGIVS IVRISCONSVLTVS ANGLARENSIS, S.

HISPANIAM plutimorum auctorum ſcriptis ornatam, atque honoratam, DIEGHE PAYVI uir nobiliſsime, pariterq́; eruditiſsime, nimis fœlicem, beatamq́;, ob rerum nobilium, quæ apprimè uſui mortalibus ſint, uim ingentem, naturæq́; dotes planè innumerabiles quibus prædita eſt, à Cæcilio Statio Poeta haud quaqnam ineleganti dictam; eò fœliciorem, ac magis magisq́; beatam dicere ſoleo, quòd piorum Regum, & Principum, bellicaq; uirtute, & literarum multiiuga diſciplina illuſtrium uirorum, uberrimo, lætiſsimoq́; prouentu ſemper floruerit. Hanc præclariſsimam Chriſtiani Orbis partem cùm multis de cauſis ſuſpiciendam, bonisq́; ab omnibus amandam exiſtimo, tum uel maximè, quòd miſerrimis his temporibus, quibus catholicæ Eccleſiæ, inſolita quædam malorum Ilias imminet; multos admodum Theologos habeat, priſcis illis ſuperiorum ſæculorum patribus, quorum ſanctitate, & eruditione res Chriſtiana ſatis promota eſt, pares; qui PII ſummi Pontificis, periclitanti Reip. Chriſtianæ, Prouidentiæ dono dati, auſpiciis, hoſtinm ualidos conatus, atq; impetus ſuſtinere, & penitus reprimere, citra dnbium poſſe uideantur. In his (ut probè noſti) mirum in modum pietas, uirtusq́; enitet GASPARIS CASALII Leirienſium Epiſcopi, olim Sereniſsimi, ac Chriſtianiſsimi IOANNIS III. Luſitaniæ & Algarbiorum Regis Conſiliarii, eidemq́; à ſecretis confeſsionibus, & Regii Senatus de conſcientia (ut uocant) Præfecti; qui cum ſumma pietate, ſummam etiam atque incomparabilem eruditionem coniunxit; adeo ntis hodie ſit, quem multi eiuſdem ordinis uiri, ſibi ad imitandum proponant. Hic enim pro non uulgari ſuo in Chriſtianam Remp. amore, id dies noctesq́; agit, ut nou ſolùm Leirienſes concionibus, peruigili cura, indefeſſoq́; ſtudio, & inculpatæ uitæ ſuæ exemplo in cœli uiam perducat; ſed etiam ut omnibus qui Chriſtiano nomine cenſentur, rectam ad fidem magna præſtet adiumenta; eos in ſanctæ Eccleſiæ officio contineat, & ab Hæreticorum technis, fraudibusq́; fuco illitis, incolumes reddat. Vera me loqui, ipſa ſcit Leiria, quæ hodie ſtat eius inſtitutis ſeruandis, & quaſi ueſtigiis perſequendis; Vniuerſa certò nouit Luſitania, quæ ipſius pietatem, & uittutem ſæpius eſt admirata, noueruntq́; reliqui ad quorum manus pulcherrima eius Axiomata Chriſtiana peruenerunt. Quæ iſthic in ſacra Oecumenica Synodo præſtiterit, celebris ſanctiſsimorum patrum conſeſſus perſpexit, qni eum Chriſtianè, docteq́; diſſerentem, ſaluberrima in medium conſilia afferentem, & medicamenta quæ ſubortas quaſdam animorum peſtes, lateq́; manantes amoliri poſsint, commonſtrantem, non ſemel audiuit, meritisq́; laudibus eſt proſecutus. Verùm quanquam hiſce muneribus de Chriſtiana Rep. ſatis eſt benemeritus; inteſtinæ tamen charitatis œſtro percitus, licet innumeris ſacræ Synodi negociis obrutus, quadrifidæ iuſtitiæ arduum opus aggreſſus, Theologorum uolumina omnia quæ typis cuſa circumferuntur excutiens, omnẽq́; mouens lapidem, ac quæſtiones grauiſsimas non ſine eximio eorum qui lecturi ſunt fructu ediſſerens, libros undecim de his quæ ad iuſtificationem noſtram pertinent, ſuperioribus mẽſibus conſcripſit. Ex quo ſanè opere ampliſsimo, cùm Iordanus noſter ſolers, atque integerrimus Bibliopola, tomum primum mihi euoluendum ultrò dediſſet; ego, qui CASALII uirtutum fama paſsim increbreſcente, hominem licet nondum de facie notum, non uulgari amore proſequebar, auidè perlegi. In quo (Dĩ boni) quàm multiingam eruditionem? quàm Chriſtiana ſcita? quam reconditæ Theologiæ ſupellectilem? quam ualidiſsimorum argumentorum uim, cui nemo non manus dederit, reperi? Diuum ipſum Auguſtinum hæreticorum flagellnm, quin potius Dei Spiritum, quem & Paulus ſe habere faſſus eſt, eruditiſſimo, ſanctoq́; Epiſcopo affuiſſe credas; ita probè diſsidia cõponit, ex abditis Theologiæ, ſcripturæq́; S. locis argumenta eruit; defæcatamq́; & genuinã ueritatem aſtruit, & graphicè delineatam, lectorum oculis ſpectandam, atque expetendam proponit. Quin illud quoque egregiè effecit, ut lector longæ inqniſitionis labore leuetur. Eorum nanque Theologorum, quos in aciem deducit, uel contra quos digladiatur, teſtimonia, ipſorummet auctorum uer-

bis, unde etiam fucum ſibi factum eſſe nemo ſuſpicetur, appoſuit. De recentiorũ uerò quorundam, qui à S. Catholica Eccleſia defecerunt, ſententiis, quid dicam? Ita eas oppugnat, eliditq;, ut omnino euerſas, abolitasq;, dicere poſsimus. Quo fit ut earum auctores uel propugnatores aliquot primi apud Germanos nominis, qui adhuc in humanis agũt, libris his perlectis, in CASALII ſententiã pedib. ituros (quod Deus Opt. Max. faxit) nobis ſperandũ ſit. Oratione ſtyloq; minimè elaboratis, doctiſsimus hic auctor uſus eſt, eo quòd (ut ipſe ſapienter inquit) DEI tẽplum, ſolis ueritatis coloribus, nõ Ciceronianis fucis illinendũ ſit, & res de quib. agebat ornatũ neutiquã paterentur. Sed quid obſecro hac ætate cũ iãdiu Latinæ linguæ & eloquentiæ dignitas ac ſplẽdor obſoleuerit, in Theologis, qui ſemibarbaros infantesq; auctores permultos in deliciis habere coguntur, uerborum candorẽ & facundiã requirimus? cùm Cicero ipſe eloquentiæ pater, fœlici illo, planeq; aureo ſæculo, in Philoſopho, ſi eloquentiam afferat, nõ aſpernari, ſi non habeat, haud admodum ſe efflagitare dicat: & Taurus Philoſophus in eos quaſi excandeſcat, qui nõ ornandæ, ut par eſt, uitæ; ſed comẽdæ orationis ergò Platonẽ legebãt, cùm res ipſa potius, quàm oratio ſpectanda eſſe, non ſine ratione uideatur. Atqui ſummos in Eccleſia Doct. quos fidei noſtræ lumina, Chriſtianæq; Reip. Cicerones (de Hieronymo, & Aug. loquor) nonnulli uocant; ſunt qui obſcuros, duriuſculos, ſubmoleſtosq; aliquãdo dicant: & Cyprianum, Optatumq; (Dii boni quos uiros) Africum quiddam redolere ſcribant. Hilarium uerò (ut de aliis eiuſdem farinæ Theologis, & Græcis quibuſdam nihil dicam) quem Hieronymus ad Paulinam ſcribens, Gallicano ait attolli cothurno; elegantiori & emunctæ naris lectori ingrata alicubi quædam, & manifeſtos habere ſolœciſmos in confeſſo eſt. Vt mitius cum noſtræ ætatis Theologis, præſertim in Scholaſticorum Doctorum diſciplina enutritis, agendum ſit, ſicubi à Latina elegantia & puritate receſſerint. Sed eò unde digrediebar iam redeo. Hos igitur libros non ſine uoluptate & fructu cum perlegiſſem, Iordanum ipſum hortatus ſum, ut elegantiſsimis typis repræſentaret, caſtigatiſsimosq; in lucem emitteret. Hic ille prœlo quàm primùm ſubdendos eſſe dicens, me qui ex lectione ipſa in ſtuporẽ abductus, mirum immodũ CASALIVM & diligerem, & meritis laudib. proſequerer, orare cœpit, ut illi hac in re quantũ per occupationes meas liceret, deeſſe nollẽ. Mox acceſſerunt eò auctoris ipſius quàm humaniſsimè ad me ſcriptæ literæ, quib. ſi prouinciam hanc ſtrenuè obirẽ, atq; ut excuſa exemplaria authographo maximè reſpõderent curaſſem, rẽ me illi pergratam facturum ſignificabat. Ego igitur procliui ad iuuandos homines natura præditus, etſi uirib. quib. id, ut par eſt, præſtare poſsim, nõ admodũ ſuffultus, ut opus à Chalcographorum mendis quæ ipſum fœdare potuiſſent uindicatum, elegantiorib. typis cuderetur curaui. Adhæc in ſtudioſorum gratiã, rerum uerborumq; inſignium indicẽ copioſiſsimũ, ut quiſq; oĩa quaſi in numerato habeat, cõſcripſi. Hoc autẽ quicquid hic laboris mei, & qualiſcunq; induſtriæ eſt, tibi, DIEGHS PAYVI uir præclariſsime, dicãdum eſſe duxi; tum quòd abſte curã operamq; meam probari Iordani noſtri uerbis intellexi; tum uerò quòd te CASALII amiciſsimum, ſtudioſiſsimumq; eſſe, eiusq; optimos id genus fœtus paterna quaſi pietate, & charitate proſequi & cõplecti cognoſcerẽ. Præterea, quanquam auctor ipſe domeſticis præſidiis, ueritatisq; opib. & S. Eccleſiæ procerum multorum patrocinio ſatis eſt tectus: poteris tu tamen propugnatoris uices ſuſtinere; quod neſcio an alius aut ardentius, aut melius præſtare poſsit. Tu.n. ab adoleſcentia ipſa præclaris oĩbus artib. imbutus, Hebraicæ, Græcæ, Latinæq; linguæ peritiſsimus, inq; Philoſophiæ, & S. Theologiæ ſtudiis egregiè uerſatus (ut reliquas uirtutes tuas ſilẽtio inuoluam) tantos in his progreſſus feciſti, ut tui fama Luſitaniæ finib. nõ circumſcripta ſit, ſed ad nos quoq;, atq; ad alias Chriſtiani Orbis regiones penetrauerit. Hæc uerò mirum aucta eſt in modum ex quo Tridentinam ad Synodum, tot Epiſcoporum Theologorumq; cõuẽtu celeberrimam, inter Theologiæ Doctorum Coryphæos cooptatus adueniſti. Siquidẽ ſingularis tuæ integritatis, eruditionis planè incõparabilis, in Chriſti Eccleſiã pietatis argumẽta ſanequàm illuſtria publicis diſputationib. concionibusq; dediſti; illuſtriora etiam daturus cùm doctiſsimos libros quib. ſacras literas plurimùm illuſtras, remq; Eccleſiaſticam promoues, in uulgus edi permiſeris. Equidẽ poſteaquam cõcionẽ illã tuam uerè piã, ſolidæ doctrinæ fruge refertam atq; elegantiſsimam perlegi, quam Iordanus noſter typis ſuis cudẽdam curauit: quæq; de te fama ueris nunciis circumfert, accepi, incredibili uirtutum tuarum amore ſum incẽſus. Ac cum apud me cogitarẽ qua tandẽ ratione amoris ſtudiiq; in te mei argumẽtum ederem: ſenſi in præſentia, dum quaſdam meas lucubrationes in tuo nomine apparituras, tibi fortaſſe nõ iniucundas futuras, ita expolio ut breui prælo ſubiici poſsint, me nihil facere cõmodius poſſe, quàm ſi quantulacunque hæc mea in CASALII tui opere longè præclariſsimo, tibi dicarem. Quæ ſi læta fronte ut ſpero acceperis, meq; in amicorum tuorum numerum retuleris, mecum præclarè actum eſſe putabo. Vale.

ILLVSTR.[MIS] AC REVEREND.[MIS]

DD. CARDINALIBVS HERCVLI GONZAGAE tt. Sanctæ Mariæ Nouæ, Hieronymo Siripando tt. Sanctæ Suſannæ, Staniſlao Hoſio tt. Sancti Laurentii, Ludouico Simonetæ tt. Sancti Ciriaci in Thermis, Marco Sitico de alta Emps tt. Sanct. XII. Apoſtolorum,

AD SACROSANCTAM OECVMENICAM SYNODVM TRIDENTINAM à S. D. N. PIO IIII. Legatis; Reuerendiſſimiſque, & pijs eiuſdem Synodi Patribus, Gaſpar Caſalius Epiſcopus Leirienſis, Luſitanus, S. P. D.

SAEPENVMERO *mecum animo reputans, Cardinales ampliſſimi, ac Patres Reuerendiſſimi; multiplices illas iam inde ab Eccleſiæ primordijs enatas hæreſes, & noſtra hac ætate ab inferis, & Orco reuocatos, mirumq; in modum auctos errores; Sanctæ catholicæ Eccleſiæ prætereа innumerabiles penè hoſtes multiplicibus artibus inſtructos, piorumq; ceruicibus imminentes: breui fieri potuiſſe uideo, ut Reſpublica Chriſtiana in magnum diſcrimen adduceretur, ni piiſſimus ille Seruator noſter* IESVS CHRISTVS, *qui ad nouiſſimam uſque diem ſuis ſe adfuturum pollicitus eſt; uerè* PIVM *nobis paſtorem dediſſet, qui pro uniuerſo grege nocte, dieq; excubans, omnes abactorum, luporumq; conatus irritos reddat; ac niſi ſemper uberem ſacrorum Theologorum prouentum nobis prouidētiæ ſuæ dono largitus eſſet, qui doctiſſimis ſuis, uereq; Chriſtianis ſcriptis, ſuborientes quotidie errores, atque Hæreticorum perniciosas ſententias profligarent, libriſque ſuis Chriſtiana armamentaria, è quibus affatim tela, & bellica quaſi tormenta depromeremus, inſtruerent. Hi cùm ſuis quique ſæculis ſatis uſui fuerint, tum uel maximè, ut neminem latet, noſtra hac ætate paſſim hæreſibus quaſi popularibus morbis graſſantibus, & ſe effundentibus, uſui eſſe uidentur; præſertim contra eos, qui orthodoxam de iuſtificatione noſtra fidem, ueterum artibus fruſtrà oppugnatam, hodie funditus euertere, atque abolere conantur. De ijs enim quæ ad hanc aſtruendam ſpectant, multi ſatis latè, doctè, atque egregiè multa conſcripſerunt, quibus nos aſſeclas præbere, ualde honorificum exiſtimamus. Verùm nemini obſcurum eſt, naturam ipſam rerum parentem, non uno partu edidiſſe omnia, plantaſq; fructus omnes, quos poteſtate continent, nullo unquam tempore ſtatim, uno quaſi nixu protuliſſe. Certoq; ſcimus ſcriptores aliquos non ita latè omnia eſſe complexos, aut ſcriptis mandaſſe, ut reliquorum ſtudia reſtinxerint, & in rebus de quibus pertractarunt, poſteris nullum prorſus dicendi locum relinquerent. Ea eſt rei literariæ conditio, ut ſemper aliquid ſuperſit nouum, quod recèns enata ingenia, quantum attinet ad eruditionem, ueritatem, probationem, explicationem, ordinemque & methodum, poſſunt afferre. Idq; eo maximè quia ſæpe, falſæ quædam ſententiæ in lucem prodeunt: & ſicut neceſſe eſt ut ueniant ſcandala, ita oportet hæreſes eſſe. Quod noſtra hac ætate uſuuenit, cum poſt mille quingentos ſexaginta & duos annos à* CHRISTO *nato, eo potiſſimùm tempore, quo omnia pacata eſſe debuerant, quaſi iam longa antiquitas ad ueritatem ipſam, et orthodoxam fidem probandam, aſtruendamq; ſufficeret; prœlia inire, ferro ferrum tundere, & nouas ſuppullulantes hæreſes, nouis ſuccidere argumentis, & ueritatibus oportet. Nouis inquam ueritatibus, quæ non aliunde, quàm ex noſtra antiqua ueritate ſancti Euangelij enaſcantur, in illa nutriantur, & augeſcant, ex ea deducantur, promanturque, cum ea concludant, eamq; in apertum eruant, atque defendant. Nos igitur pro non uulgari in Chriſtianam Remp. amore, & ut quæ muneris noſtri ſunt ageremus, iuſtificationis noſtræ fidem, hæreticorum commentis quibuſdam, & erroribus planè fœdari, atque adulterari animaduertentes; S. Eccleſiæ armamentaria ingreſſi, Theologorum omnium ſcripta, quæ typis excuſa circumferuntur euolentes, inq; examen uocantes, catholicas, quotquot extant, ſententias conquirentes, ac in unum non ſine certa quadam methodo, et ſuis quaſque locis colligentes, antiquorum opes, noſtris etiam copijs augentes, contra præſentia mala manum conſeruimus. Multos igitur, diuino fauente numine, libros conſcripſimus, in quibus agimus de extenſione Gratiæ* CHRISTI *latè manantis: Gratiæ redemptionis ſupra Gratiam creationis: Gratiæ Chriſtianæ, ſeu Gratiæ Euangelicæ, in ſancto Euangelio maximopere commendatæ. Adhæc de effectibus huius gratiæ* DEI *per* CHRISTVM, *uarijs & multiiugis, ad eam, eiuſq; diductionem pertinentibus. De ordine prætereа, quo hos uobis effectus mirabiles præſtat* DEVS *gratis, per gratiam ſuam in Seruatore, alios nempè per alios, ut ultimos per medios, medios autem per primos. De modo quo* DEVS *Opt. Max. communicat nobis bona Seruatoris noſtri, noſtri capitis, ſuam gratiam, ſuam iuſtitiam, ſua merita. An per ſolam imputationem, an etiam & per realem communicationem, realemque influxum à capite in*

*membra dimanantem. De lege diuina, ſœdere, aut pacto Dei nobiſcum, quo ad nos Adæ filios, tum iu-
ſtificandos, tum in iuſtitia conſeruandos. De gratia creationis in nobis, quæ per illam bona habemus,
quæ' ue per illam poſſumus, & ad quæ ſuper illam, Dei gratia ſpeciali, ideſt, Saluatoris noſtri, indige-
mus. De perfectione naturali humanæ naturæ noſtræ, quam habemus ex gratia creationis, pro ut in tali
gradu, ſiue ſpecie, aut genere entium conditi ſumus. Deq́; natura propria noſtra hominis interioris, an ipſe
actiuus immanenter exiſtat, an etiam ſit liber: ut & de eius actiuitate, & libertate, eo modo quo hæc
habet, ſit ſermo exactus. De alijs etiá multis, grauiſſimisq́; rebus, quarum in operis præfatione ſit mentio,
& quæ libris hiſce, ſuis priuatim locis explicantur, declarantur, atque probantur. Harum enim rerum ue-
ritates ſacras, animaduertimus apud multos, partim non plenè cognitas, partim omnino negatas, ut, quod
ad non nullos attinet, ſanctum Dei Euágelium Chriſtianum oppreſſum, incognitum, nó creditum, negatum,
deſpicatuiq́; habitum uideatur; & aliud in eius locum non Chriſti, ſed Satanæ, Antichriſtiq́; introductú, &
(proh dolor) obuijs, quod dicitur, ulnis exceptum ab ijs, qui uias ineunt non bonas, ac perditè omnia agunt;
quos dicebat Apoſtolus inimicos crucis Chriſti, quaſi ſternere communireque uiam Antichriſto. Sacrarum
itaque harum ueritatum (primæ ueritatis accedente auxilio) cauſam agendam, fidemque orthodoxam ab
hæreticorum commentis pro uiribus defendendam ſuſcepimus; haſque ueritates diuinas grauiſſimas, utiliſſi
mas, neceſſarias, longeq́; iucundiſſimas, dignas iudicauimus, in quibus tum declarandis, tum defendendis
noſtrum maximè ſtudium deſudaret. Vt ſciamus omnes, quæ donata ſint nobis à Deo, per gratiam creatio-
nis, præſertim autem per gratiam redemptionis in Chriſto Ieſu Domino noſtro: & ſcientes (iam appeten-
te hora, qua nos è ſomno excitat) ignorantiam, tanquam quendam mentis ſomnum excutiamus, & uide-
re nitamur, atque uideamus quæ nam gratiæ redemptionis noſtræ ſint, quæ eius extenſio exiſtat, quoad
ſuos effectus in nobis, quo ad ordinem quo eos nobis præſtat Deus, & modum quo eos nobis communicat.
Sunt enim qui errent contra gratiæ redemptionis extenſioné, exiſtimantes nonnullos eius effectus, quos in
nobis experimur, non ad illam, ſed ad gratiam creationis pertinere. Sunt qui errent contra ordinem quem
obſeruat Deus Optimus Maximus, & quem obſeruandum, deduxit in pactum, fœdusque ſempiternum no
biſcum, Adæ filijs iuſtificandis à peccato, atque in iuſtitia conſeruandis, alios effectus gratiæ redemptionis
per alios nobis communicando: dicentes, Deum in his ſeruare ordinem ab eo diuerſum quem ſeruat,
quemq́; ſeruare ſtatuit firmiſſimè. Sunt qui errent contra modum, quo nobis Deus communicat bona noſtri
capitis, Ieſu Chriſti, Filij ſui, ſapientiam, ſanctificationem, iuſtitiam, redemptionem: qui factus eſt nobis
ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, redemptio: modum quendam à Deo ſeruatum ſemper, & nobis utiliſſimum
negantes, contra diuinarum ſcripturarum manifeſtam doctrinam. Atque ij omnes errores, ſunt quidem
contra gratiam redemptionis, primus contra eius extenſionem, ſecundus contra eius ordinem, tertius con
tra eius modum: ut laboret in his ſacræ redemptionis gratiæ ueritas, uelitq́; et expetat non ſecus aſtrui, atq;
explicari, piorumque oculis ſubijci, quàm in ſancto ipſo Dei Euangelio contineatur, annuntietur, exprima
tur, ſeu explicetur. Fortis cùm quælibet ſit ueritas, omnium, quæ intra cælorum complexum habentur, for
tiſſimam hanc ueritatem ſacram exiſtere, in confeſſo eſt. Sed habet ueritas quæuis multos æmulos: ut fer-
me nullum ſit oppoſitorum genus, quod non contra ueritatem pugnet. Quandoquidem pugnat contra uerita
tem ipſum neſcire, tanquam eius oppoſitum contradictorium: pugnat ignorantia, tanquam eius oppoſitum
priuatiuum: pugnat falſitas, tanquam eius oppoſitum contrarium. Specialiter etiam contra ueritatem ſa
cram pugnat malitia, ſicut legimus, Excæcauit eos malitia eorum. & ſicut generaliter dicit Philoſophus,* Sapien. 2.
malitia in uolunt ate, intellectum in errorem protrudit. Pugnat etiam inanis gloria, ſeu laus humana, ut ue Ethic. 6. Col. 3.
riſſimè dicit dominus, Quomodo poſſunt credere, qui inuicem gloriam quærunt? Pugnat & auaritia, quæ 1. Tim. 6.
eſt ſimulachrorum ſeruitus. Pugnat cupiditas, de qua ſcriptum eſt, Radix enim omnium malorum eſt cupi- Pſal. 72.
*ditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Pugnat inſuper &
ſuperbia præ multis alijs, quæ aſcendit ſemper, caputq́; exerit, cornua attollit, tumetq́;, & quæ utique eſt,
uel immoderatus appetitus propriæ excellentiæ, aut certè immoderatus affectus quo ſibi quis placet: ſicuti
in diuina ſcriptura, ſuperbi dicuntur, ſibi placentes, & Auguſtinus in De ciuitate Dei, eú qui ſibi nimis pla* Auguſt.
ceat, præſumptæ opinionis inſimulat. Pugnat & luxuria latiore ſignificatu ſumpta: ad quam refertur Lib. 14. Cap. 13.
*peccatum, quo quis inordinatè in ſe, uel in alio, uel etiam in ſpeculatione concluſionis Geometricæ oble-
ctatur. Pugnat & ea affectio animi, qua quis ſe præfert, aut uult ſeſe præferre alijs, uel in bonis quæ
uerè habet, uel ob ea quæ ſibi adeſſe opinatur. Omnia hæc cum ueritate pugnant, cùm omnia intelle-
ctum, ad quem ueritatem cognoſcere pertinet, obnubilent; neſcire, ignoratio, falſitas, malitia, uana glo-
ria, auaritia, cupiditas, ſuperbia, præſumpta opinio, luxuria. Vt miſſellis hominibus ueritaté in ſe ipſa ſua
in ſede, propria luce perfuſam, lucere non ſufficiat, dum hiſce interiectis malis mens ipſa præpeditur: quem-
admodum nec ſatis eſt ſolis globum, meridianum circulum obtinentem lucere, ſi eius intercipiant ſplédorem
conſtipati uapores, nubesq́;, aut opaci cuiuſuis corporis obductio. Sæpe erroris parens & alumna eſt, fuit,
atque erit, ignoratio: ſemper autem fuit, eſt, atque erit mater hæreſum, ſuperbia: ut erare poſſit quis ſæ-
pe inuitus, hæreticus autem fieri non poſſit niſi ſuperbus. Quamobrem uerum eſt illud Auguſtini dictum
à Theologis noſtris ſæpe relatum, Errare poſſum, ſed hæreticus non ero. Mens itaque noſtra ab his omnibus*

malis

malis repurganda eſt; intellectus à neſcientia, ignorantia, ac falſitate; uoluntas à malitia, ſuperbia, auari
tia, cupiditate, uana gloria, præſumpta opinione, luxuria; Vt ea emundata, tanquam mundo oculo ſpirita
Matt. 5. *li, iam ueritatem hanc, aliasque non abſimiles contueri ualeamus. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum*
Pſal. 50. *uidebunt. Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Nos igitur, Illu-*
ſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini, contra hæc mala manum conſeruimus, laboresque multos exhauſimus
in hoc opere; ipſum neſcire, ipſam ignorationem, falſitatem, malitiam, ſuperbiam, cupiditatem, uanam glo-
riam, & alia iam enumerata elidentes, profligantes, atque expellentes. Vt luceat omnibus Chriſtianis in
Orbe iubar, & ueritas Gratiæ redemptionis, quoad eius extenſionem, ordinem ac modum: ut huius rei gra
tia, fidelibus nullæ amplius Theologorum ſententiæ perquirendæ ſint; ſed omnibus ex iis quæ à nobis ſcri-
pta relataq; ſunt, ad quæ illa ſeſe extendat, quo pacto & quo ordine eius nobis communicentur effectus,
innoteſcat. Opus autem ipſum, DE QVADRIPERTITA IVSTITIA *inſcripſimus, ut ex iis quæ con-*
tinet, congruè nomen ſortiretur, quadrifidam nanque ueris coloribus appictam, atque ad uiuum expreſ-
ſam iuſtitiam habet. Defæcatam puramque ueritatem attulimus, non humanæ ſapientiæ elaboratis,
adq; ſuadendum concinnatis uerbis, ne Seruatoris noſtri crux euacuetur, ſed in ſua met puritate, & pul-
chritudine, ſuoq; nitore, quæ Chriſtianum animum magis quàm humana eruditio, & conquiſiti orationis
cultus oblectant. Probè noſtis, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. DD. ſanctiq; & eruditiſſimi patres, ipſum
Dei templum, ſolis ueritatis coloribus, non Ciceronianis fucis eſſe illinendum. Quamobrem ea oratione con
tenti fuimus, quæ noſtrorum ſubmoleſta quædam, atque omnino barbara (quoad per res ipſas de quibus
agebatur licuit) reſpuens, animi notionem facilè uel ſemidoctis lectoribus explicaret. Verùm & ſi conſi-
lium nobis fuiſſet, elegantiæ aliquam habere rationem, idq; permiſiſſent occupationes, quibus, dum hæc me
moriæ conſignaremus, obruebamur; haud quaquam nobis, aut cuilibet fuiſſet integrum; ſiquidem à labente
Romano Imperio, cum iam Latinæ linguæ dignitas intercideret, barbararum uocum uis ingens in Philoſo
phorum, Theologorumq; ſcholas irrepſit, quæ poſtea à Scholaſticis nuncupatis Doctoribus, noua atque
adeo peiore barbariæ cumulatæ ſunt, quas commodè Latino ore nullus reddat, niſi omnia inuertere, per
turbareque, ſcientias ipſas ad cunabula referre, aliamq; & Philoſophiæ & Theologiæ inire uiam uolue
rit. Verùm ſit utcunque, nos, quod partium noſtrarum maximè eſſe uidebatur, lectorum utilitati, non uo
luptati conſuluimus, illudq; ſedulò curauimus, ut non ſolùm uoce, ſed etiam ſcriptionibus, in Chriſtianam
Eccleſiam pro uiribus aliquá commoditatem, atque utilitatem inueheremus. Quod an, ut oportuit, præſti
terimus, ueſtrum, Patres ampliſſimi, erit iudicium. Nunc autem libros hoſce in lucem emiſſuri, cum à Zoi
lis, & iis qui alienis operibus carpendis, popularem auram captant, periculum nobis non leue immineat,
fœtuum horum, doctiſſimos, ſanctiſſimosque propugnatores, quorum auſpiciis, & ſub quorum tutela intre
pidi per hominum manus commeent, nobis eligendos eſſe decreuimus. Dum hoc agimus, uos Illuſtriſs.
& Reuerendiſs. ampliſſimiq; Patres occurriſtis, ſub quorum eos præſidio foras daremus; quòd ueſtra,
ſanctiq; huius conſeſſus amplitudo, & eruditio, quorumcunque obtrectatorum rabiem reprime-
re, & uirus depellere facilè poſſit, ſummamq; dignitatem ipſis conciliatura eſſe uidea-
tur. Accedit eò quòd cùm opus hoc noſtrum, licet alibi conceptum, dum ſacratiſſi-
mus conuentus celebratur, inter uos, & ſub uobis enatú ſit, uobis maximè
deberi intelligimus. Præterea cum ex toto Chriſtiano Orbe ſanctiſſi-
mi, & omni ſcientiarum genere præditi Patres huc ritè conue
neritis, DEIq; *ſanctiſſimum Spiritum auguſto cœtui ad-*
eſſe, animosque moderari, (nam in nomine eius
congregati eſtis) citra dubium creden-
dum ſit, à uobis repurgari, atque
emendari facilè poterit.
Quadripertitam igitur Iuſtitiam, iuſtiſſimis ſanctæ catholicæ Eccleſiæ
Coryphæis dico, uobisq; omnibus fauſta, fœliciaq; cuncta
precor in CHRISTO. *Valete. Tridenti*
kal. Decemb. M. D. LXII.

CAPITVM OMNIVM, QVAE HIS TRIBVS LIBRIS CONTINENTVR, ELENCHVS.

NEMINEM filiorum Adæ exolui à peccatis, aut iuſtificari apud Deũ, niſi per gratiam Dei, quam per ſuam uitam ſanctiſſimam, paſſionem, & mortem apud patrem ſuum adeptus eſt Seruator noſter Dominus Ieſus Chriſtus. De primi parentis creatione, de eiuſdem, & totius in eo generis humani lapſu: deq; per eundem Seruatorem, hominis redemptione. Cap. 1.

Proſequendo præcedentia, oſtenditur eadem ueritas, nimirum per gratiam Dei acquiri remiſſionem peccatorum, iuſtificationem, uitam & ſalutem, in Chriſto Ieſu: hoc eſt, per eius merita, qui ſemetipſum pro nobis fecit oblationem, hoſtiam, & ſacrificium. Agitur de re ex dictis Apoſtoli Pauli ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Timotheum, ad Titum, & ad Hebræos. Cap. 2.

Proſequendo inſtitutum eadem ueritas ex aliis locis tum noui tum ueteris teſtamenti aſſeritur: nempè quòd Deus optimus lauat & repurgat nos à peccatis noſtris ſanguine Chriſti Seruatoris Mundi, qui peccatorum noſtrorum ſarcinam humeris ſuis aptauit, quò nos à peccatorum nexu per ſuam uitam ſanctiſſimam, paſſionem, & mortem uindicaret, & iuſtificaret. Cap. 3.

Oſtenditur quænam illa ſit Dei gratia quam Seruator noſter nobis ſuæ paſſionis & mortis merito acquiſiuit: probatur increatam eſſe gratiam, & creatam; illam primariò, hanc ſecundariò. Declaratur ultimò, Seruatorem noſtrum aliquid meruiſſe ſibi & non nobis, aliquid nobis, & non ſibi, aliquid ſibi, & non nobis, aliquid nec nobis nec ſibi: proponiturq; agendum de extenſione gratiæ Chriſti. Cap. 4.

Concluditur atque oſtenditur ex prædictis extenſio gratiæ Chriſti ſeu gratiæ Dei per Chriſtum quoad nos: declaratur ex eo noſtra infirmitas & fragilitas noſtrorum naturalium quo ad bonum: Explicatur quo pacto gratia Dei ratione uoluntatis noſtræ, ſeu noſtri liberi arbitrii, habet ſeſe ut is qui iumento inuehit. ad hæc quomodo uocetur gratia gratum faciens ſeu iuſtificans à peccatis, quomodo gratis data, operans, cooperans, præueniens, & ſubſequens. Cap. 5.

Quòd ad gratiam Chriſti ſiue ad gratiam Dei per Chriſtum, pertinet beatitudo filiorum Adæ, uita ipſorum beata in cœlis, & omnis uſus bonorum beatus, aut ipſam beatitudinem præſupponens. Cap. 6.

Quòd ad gratiam Chriſti, ſiue ad gratiam Dei per Chriſtum, pertinet noſtra gratia gratum faciens, quicquid illa ſit, qua filii Dei adoptiui efficimur, à peccatis liberamur, uiuificamur, iuſtificamur, ſanctificamur, gratificamur, Deo aſſimilamur quodammodo, & quodammodo deificamur: ſimul atque omnis actus noſter, ſeu omnis uſus noſtrarum potentiarum naturalium, uel quorumuis noſtrorum bonorum, quem habemus, agimus, operamur, aut facimus meritoriè, ſeu meritorium gratiæ Dei aut gloriæ. Oſtenditur uiros iuſtos, Dei adiutorio immediato & ſpeciali, ut meritoriè operentur, indigere. Declaratur etiam quid ſit uſus ſeu uti, de quo hic, & in ſequentibus agitur. Cap. 7.

Oſtenditur quòd gratia gratum faciens qua homo Deo gratus & filius Dei adoptiuus efficitur: ponit aliquid creatum in ipſo homine, quo formaliter eſt ſic gratus: adhæc quòd iuſtificatio hominis non habet ſolam remiſſionem peccatorum, ſed etiam gratiæ creatæ infuſionem ſeu receptionem: Agitur prætera de gratificatione qua nos Deus facit ſibi gratos, & de charitate qua diligimus Deum, eo quòd ſit motus, affectio, uirtusq; animi, & habitus eius, atque qualitas. Cap. 8.

Demonſtratur quid ſit gratia gratum faciens quantum ad definitionem pertinet. ex qua re confirmantur magis & continuantur præcedentia, de quidditate gratiæ gratum facientis, & quòd ſit qualitas quædam ſpiritalis. Ad hæc declaratur quo pacto poſſit gratia gratum faciens creata, eleuare aut perfectam reddere animam, cùm anima ex natura rei, nobilior atque perfectior omni accidente habeatur. Cap. 9.

Manifeſtè ſatis demonſtratur, quòd ad gratiam Dei per Saluatorem noſtrum, ideſt, ad ſpeciale adiutoriũ eius, pertinet omnis bonus uſus deliberatus noſtrarum potentiarum, quem moraliter deliberatè habemus, uel exercemus uirtuosè circa Deum uel propter Deum trinum & unum, ad quancunque potentiam pertineat, intellectum, memoriam uoluntatem, uel quamuis aliam ex inferioribus. Cap. 10.

Oſtenditur quòd ad gratiam Dei pertinet, propter merita Saluatoris noſtri, & ad ſpeciale eius donum, omnis uſus noſtrorum naturalium bonorum, aut quorumuis aliorum, moralis, deliberatus, moraliter uirtuoſus, quem nos mortales habemus circa uel propter Deum unum uerum, pro ut eſt nobis naturaliter cognoſcibilis. Agitur ſpecialiter de illa Dei cognitione, qua homines olim cognoſcebant unum uerum Deum eſſe, & inquirentium ſe remuneratorem exiſtere: & de his quæ illam ſequuntur. Cap. 11.

Ponitur ſententia Doctorum qui dicunt, eam cognitionem ſeu eam menſuram fidei ſuffeciſſe olim antiquis gentilibus, pro fide requiſita ab illis ad ſalutem, ante promulgationem Euangelij pacis, qua ipſi cognoſcebant de Deo uero quòd eſt, & inquirentium ſe remunerator ſit. Atque apponuntur nomina Doctorum, qui ita cenſuerunt, aut ſic docuiſſe magis innuere uidentur. Cap. 12.

Ponitur ſententia aliorum Doctorum qui dicunt, eam cognitionem ſeu eam menſuram fidei non ſuffeciſſe olim antiquis Gentilibus pro fide in illis requiſita ad ſalutem ante promulgationem Euangelij, qua ipſi cognoſcebant de Deo uero quòd eſt, & inquirentium ſe remunerator ſit: niſi & ipſi quoque cognouiſſent Saluatorem, aut fidem habuiſſent de myſterio redemptionis, ſeu Chriſti. Afferuntur eorum nomina Doctorum, qui ita ſenſerunt, aut ſaltem, magis ita uidentur ſentire. Cap. 13.

Aſſe-

Afferuntur quædam ad prædictas duas doctorũ ſententias inter ſe differentes ſpectantia: quam malit eligendi, facultas lectori conceditur, atque id non aliunde quàm propter rationes Doctorumq; auctoritates utrobiq; grauiſſimas. Agitur præterea de Cornelio ac eius fide antequàm Chriſti fidem exciperet, eiusq; myſteria mente aſſequeretur. Cap. 14.

Continuantur præcedentia in eo, quòd & ſi antiquis Gentilibus olim ſatis non fuiſſet, credere Deum eſſe, & inquirentium ſe Remuneratorem exiſtere, eiusq; ſempiternam uirtutem ac diuinitatem aliquatenus mente aſſequi: tamen ad fidem qua ſic crederent, peruenire non poterant ſóla ope naturalium, generalisq; influentiæ pertinentis ad gratiam creationis: ſed indiguerunt ſpeciali auxilio Dei pertinente ad gratiã redemptionis, & ad Saluatorem noſtrum, qui operatus eſt ſalutem in medio terræ. Agitur ergo de cauſa illius fidei, quicquid ſit de eius ſufficientia, de qua ſatis dictum eſt. Cap. 15.

Agitur de modo quo iter agentes poſſumus naturali lumine per creaturas Deum cognoſcere, & abſque ſpeciali reuelatione in eam cognitionem Dei uenire, qua cognoſcamus, Deum unum eſſe, unam primam rerum architectam, ſeu effectricem cauſam, ultimum finem omnium aliorum à ſe, ſempiternæ uirtutis & Diuinitatis, ſapientem, bonum, incorporeum, immaterialem, inquirentium ſe remuneratorem. Oſtenditur quæ'nam ſeu qualis ſit hæc ita perfecta cognitio & quantum ad parandum difficilis. Ad hæc eam ubi ſit, ad Saluatoris noſtri gratiam, non ad ſolum generalem influxum, pertinere. Cap. 16.

Continuo ductu agitur de modo quo poſſunt homines in ſolo lumine naturali abſque ſpeciali reuelatione cognoſcere uerum Deum quantum ad eius unitatem, ſpiritalitatem, prouidentiam, efficientiam: An uidelicet per euidentem demonſtrationem? An per ſolam probabilem rationem ſufficientem? An per ſolam fidem? Agitur etiam ſpecialiter de modo quo lumen naturale oſtendit hæc prædicata de Deo, & declarantur tria lumina quæ hæc de Deo prædicata oſtendunt. Cap. 17.

Continuantur præcedentia de prædictis diuinis prædicatis, & debilitate luminis naturalis, oſtendendis illis de Deo: agiturq; hac de re, ad propoſitum ſpecialis adiutorii gratiæ Dei per Saluatorem noſtrum. Et oſtenditur quòd apud eos qui intrepidè iudicauerunt hæc prædicata conuenire Deo, eiuſmodi iudicium, cognitio, ſeu aſſenſus mentis, non erat intellectus, ſimpliciter ſeu abſolutè, ſed erat intellectus prout ſubeſt uoluntati; ex qua re etiam ualde probatur intentum, quia oſtenditur, ibi fuiſſe bonam uoluntatem: Declaratur unde ſit, quòd homo firmiter aſſentitur propoſitioni, quæ non habet probationem niſi formidoloſam. Cap. 18.

Oſtenditur quòd ad ſpecialem gratiam Dei pertinent, propter merita Saluatoris noſtri, omnia opera noſtra moraliter uirtuoſa, quæ apta nata ſunt uirtutes morales generare, uel à uirtutibus moralibus generari: hoc eſt, omnis uſus moraliter uirtuoſus noſtrorum bonorum, naturalium, aut gratuitorum. Cap. 19.

Oſtenditur eadem ueritas, quòd poſt lapſum, opera moraliter uirtuoſa ex omnibus circunſtantijs requiſitis, operari, aut morales uirtutes habere non poſſumus, in potentia propinqua, niſi gratia redemptionis acceſſerit, hoc eſt, niſi mediante quodam Dei adiutorio ad gratiam redemptionis pertinente, & ad merita Saluatoris noſtri. Agitur de re magis peculiariter ex Auguſtino, & eadem ueritas citra omne dubium aſſeritur. Cap. 20.

Continuantur præcedentia, & oſtenditur eadem ueritas, quòd omnis uſus moralis deliberatus, uirtuoſus noſtrorum bonorum, pertinet ad gratiam Dei quã nobis meruit Saluator noſter. Agitur iterum ex Auguſtino, & ſit peculiaris ſermo de moralibus uirtutibus, atque declaratur quod'nam fuerit initium & quis finis uirtutum Romanorum olim infidelium, qualisq; illæ fuerunt, non uirtutes, ſed uitia uirtutibus ſimilia: idem de uirtutibus Epicureorum, aliorumq; Philoſophorum; & propter quam rationem. Cap. 21.

Agitur de ea Auguſtini ſententia qua multis in locis docet, non eſſe ueras uirtutes extra fidem aut cognitionem ueri Dei: hoc eſt, non eſſe apud Ethnicos uirtutes, quæ ſic ſint uirtutes, ut uitia non ſint. Adducuntur Ambroſius, Gregorius & alij, ad eandem ſententiam aſtruendam. Cap. 22.

Itur obuiam quibuſdam obiectionibus quæ adduci poſſunt contra hanc Auguſtini doctrinam, & oſtenditur quòd, quicquid de illa ſit, tamen ueriſsima eſt alia eius doctrina, qua in gratiam Saluatoris noſtri, refert omnes morales uirtutes, omniaq; opera noſtra moraliter uirtuoſa, quæ ſic ſunt uirtutes, ſeu uirtuoſa ut non ſint uitia, uitioſa, peccata, aut mala: & hoc ubicunque illæ uirtutes aut opera uirtuoſa eiuſmodi fuerint ſiue in fidelibus hominibus, ſiue in infidelibus. Cap. 23.

Continuantur præcedentia, de neceſſaria relatione noſtrarum actionum moralium deliberatarum in Deũ, actuali, uirtuali, uel habituali, ut bonæ ſint & non malæ: non ſolùm ſecundum Auguſtini eorumq; doctorum, quorum meminimus ſententiam, ſed etiam aliorum non infimæ claſſis Theologorum. Cap. 24.

Proſequimur præcedentia de relatione omnium noſtrarum bonarum actionum in Deum, actuali, uirtuali, uel habituali: quæ non attenditur ſolùm ſecundum naturalem ſtructuram atque ordinem bonarum rerum (ita dixerim) uolitarum in ultimum finem ſimpliciter, ſed etiam ſecundum quam dicunt referibilitatem ipſius uoluntatis, ſaltem potentialem in potentia propinqua. Referuntur doctores qui diuerſa ſentire uidentur, eorumq; ſententiæ haudquaquam probantur, uel accipiuntur. Cap. 25.

Proſequendo ſuperiora, agitur de neceſſaria cognitione ueri Dei etiam ad uirtutes morales ueras adipiſcendas, & declaratur magis, quæ Dei cognitio ſit ad hoc neceſſaria: eſtq; idem ſermo ſemper de aliquali relatione noſtrarum actionum in Deum, ut ſint bonæ, ſintq; moraliter uirtuoſæ. Agitur de eo quod ad ultimum finem neceſſariò requiritur, ipſiq; eſt apponendum, ſecundum Gregorium Ariminenſem, item ex Auguſtini ſententia, & ex ipſius ueritatis planè adapertis penetralibus. Cap. 26.

Oſtenditur eadem ueritas, nempè quòd ad gratiã Chriſti ſpectant omnes morales uirtutes: agitur ex ſubiecto moralium uirtutum, effectu, modo ac fine earum peculiari: probatur, morales uirtutes pertinere ad reformationem noſtrarum animarum, indeq; ad

ad gratiam Saluatoris noſtri. Cap. 27.

Ex præcedenti inſtituto adhuc probatur, ad gratiam Dei pertinere, propter merita Seruatoris noſtri, omnia opera noſtra moralia deliberata, uirtuoſa moraliter, atque ipſas morales uirtutes. Cap. 28.

Oſtenditur ad gratiā Dei per merita Seruatoris noſtri, pertinere omnem uſum noſtrorum bonorum naturalium aut aliorum, moralem deliberatum, non malum: hoc eſt, omne opus noſtrum morale, deliberatum, non malum, internum uel externum, intellectus, uoluntatis, aut potentiæ alicuius executiuæ. Cap. 29.

Continuantur præcedentia de uſu deliberato non malo noſtrarum naturalium potentiarum, aliorumq; naturalium bonorum noſtrorum: & oſtenditur, eum ad gratiam redemptionis pertinere, ſiue per ſpeciale Dei adiutorium (quod magis uidetur) ſiue per generalem influxum, dicatur haberi. Cap 30.

Continuātur præcedētia de auxilio ſpeciali Dei per gratiam Chriſti Seruatoris noſtri, nobis ad multa neceſſario, à gratia gratum faciente re ipſa diſtincto: neceſſario ad tentationes repellendas, mala deuitanda, bona facienda, & ad non peccandum in actionibus noſtris moralibus deliberatis. Cap. 31.

Fit anacephalæoſis eorum quæ in nobis ad gratiam redemptionis pertinere oſtendimus: Inſuper declaratur quæ'nam ſint illa quæ in nobis ſpectant ad gratiā creationis: ſimulq; oſtenditur, quid ſit generalis influxus Dei: quòd ad gratiam creationis pertineat, quòd ab auxilio ſpeciali diſtinguatur, & quo pacto. Continuo ductu de præcedentibus, in eandem ſententiam, ſemper agitur, nempè quòd gratia Dei indigemus ut moraliter, deliberatè, uirtuosè, uel non malè operemur, ſitq; apertum, quæ gratia Dei illa ſit. Poſtremò, immediatus, quantum ad rem pertinet, concurſus Dei in omni actione creaturæ, oſtenditur. Cap. 32.

Oſtenditur qua ſint illa, quæ homo in ſtatu præſenti poteſt operari in potentia propinqua per ſua naturalia cum ſolo generali influxu, boni, aut mali: prius de malo, poſterius uerò de bono. Agiturq; latiſsimè de illa quæſtione, Vtrùm actus peccati ſit à Deo? Siue, Vtrùm Deus concurrat immediatè ad actionem malam, quantum ad poſitiuum eius. Cap. 33.

Declaratur quam potentiam homo ad uirtutes per gratiam creationis habeat, & quam ad uirtutes per gratiam redemptionis: agitur de cauſa propinqua & cauſa remota, atque de cauſa totali nuncupata, & cauſa partiali: oſtenditur in omni bona actione, hominem eſſe cauſam partialem dictam: & gratiam quoque eſſe cauſam partialem, ſed gratiam eſſe cauſam principalem, & ſuauem. Cap. 34.

Ponitur, & explicatur, mox uerò relinquitur bipartita ſententia quorundam Doctorum Theologorum catholicorum, & ſapientum, quæ habet, quòd hominibus poſt lapſum, per eorum naturalia cum ſolo generali influxu, facultas tributa eſt, bona operandi moralia, uirtutes morales acquirendi, Dei præceptis parendi, peccata deuitandi, Deum ut unum cognoſcendi, amandi, colendi, tentationes omnes, uel ſingulas, uel nonnullas elidendi. Cap. 35.

Ponitur & mox obſtruitur, præcluditurq; duplex uia, qua recentiores, antiquorum doctorum auctoritatem magnifaciendam, declinare nituntur, confertur eorum ſententia ſententiæ Pelagii, & tanquam una atque eadem, agnata, uel conſimilis omittitur: Nulla tamen harum duarum opinionum quæ à recentioribus his Doctoribus emanarunt, dānatur, propter auctores propugnatoresq; utriuſq; catholicos. Cap. 36.

Recenſentur nonnulla quæ in prænotatis ſententiis duabus catholicorum doctorum, præ ceteris diſplicent. Cap. 37.

Ex inſtituto præcedenti, adhuc agitur de eorum doctorum ſententijs de quibus ſermo erat; & oſtenditur peculiariter, quòd quantum naturæ humanæ ſecundum gratiam creationis tribuitur, tantum de gratia redemptionis ſubtrahitur. Cap. 38.

Declaratur, quæ ſint genera operum hominis naturalium, moralium, ex ſola imaginatione uenientium, deliberatorum: & oſtenditur quotuplex eſt bonum morale, ſimulq; quid ſit de quo agitur in præſentia. Agitur etiam peculiariter de eo quòd actus moraliter bonus, ſeu moraliter uirtuoſus, debet eſſe bonus ex genere, & ex omnibus circunſtantijs, & uel propter Deum, uel quia ſic ratio dictauit. Cap. 39.

Inhærendo eidem ſententiæ antiquorum doctorū, quæ prius poſita eſt; diluuntur, refelluntur q; omnia fundamenta doctorum recētiorum ſecus ſentientium, quæ poſita ſunt poſterius. Cap. 40.

Reſponſum affertur quibuſdam Auguſtini dictis, quibus alicui uideri poſſet non de omni bono morali ſed ſolùm de bono morali meritorio Auguſtinum intellexiſſe, dum omnes noſtros bonos mores Deo auctori per eius gratiam tribuit. Ponuntur non nulla eius dicta quibus prima fronte id maximè probari uidetur, & omnia rectè admodum ediſſeruntur, omniaq; plana, & pacata redduntur. Cap. 41.

Ad continuationem præcedentium, agitur de bonitate & cauſa moralium uirtutum, ex Platone, Ariſtotele, Seneca, & alijs Philoſophis: tanquam ipſi melius intelligentes morales uirtutes, bona quædam ſimpliciter eſſe dixerint, illaſq; Deo auctori principali, diuinoq; auxilio tribuerint. In quo etiam oſtenditur manifeſtè, eos cauſam moralium uirtutum eſſe indagatos, eamq; Deum eſſe intellexiſſe. Cap. 42.

Adhuc agitur de moralibus uirtutibus, ac probatur mortales Adæ filios, eas ſine ſpeciali Dei auxilio pertinente ad Seruatorem noſtrum, & ad eius gratiam, non poſſe adipiſci. Ponitur, eliditur, & relinquitur error Alberti malè ſupputantis atque enumerantis res agendas, quarum ſcientia deſtituti ſumus propter peccatum Adæ, ſeu quarum ignoratione, eo cauſam præbente, correpti ſumus. Cap. 43.

Eliminantur Pelagij & aliorum errores meritò anathemate deriſq; exturbandi. Relinquitur opinio illa multorum doctorum catholicorum, ex qua iam multa recenſuimus, quæ neutiquam placent, nec accipienda arbitramur. Declaratur, hanc tot, tantorūq; doctorum ſententiam, ponere medium in actionibus hominis, quod non ſit meritum nec demeritum: atque item aliud, quòd non ſit bonum nec malum moraliter. Cap. 44.

Demon-

Demonſtratur quo primùm tempore homo incipiat percipere gratiam Dei pertinentem ad gratiam redemptionis, eam ſcilicet quam nobis meruit Seruator noſter, quæ Euangelica nuncupatur: ſimulq́; oſtenditur, multa eſſe Dei dona ad gratiam eius pertinentia, & non omnia iuſtificare formaliter à peccatis, ſed gratiam gratum facientem. Adhæc agitur de prima gratia, & de ea quæ non prima eſt. Cap. 45.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI SECVNDI.

Non omnem effectum gratiæ redemptionis, ſeu non omnem effectum gratiæ Dei per Christum, iuſtificare hominem à peccatis. De multitudine effectuum gratiæ redemptionis, deq́; ordine eorum. Ad hæc de ijs quæ inter Deum uocantem, eundemq́; iuſtificantem media eſſe debent. Cap. 1.

Oſtenditur, fidem ſolam non ſufficere ad iuſtificationem, cum propter multa, tum uerò maximè propter neceſsitatem requiſitæ charitatis. Ad hæc continuantur præcedentia, & ipſa charitatis neceſsitas oſtenditur, qua è morte in uitam uindicamur. Cap. 2.

Agitur de fide quantum ad eius diuiſionem, quidditatem, celſitudinem, ac nobilitatem, naturalem aptitudinem, & utilitatem: oſtenditurq́; iterum eam non ſufficere ad iuſtificationem, ſi ſola exiſtat, niſi acceſſerit charitas, ſi obedientia erga Deum, hoc eſt propoſito parendi ipſi Deo careat. Fit etiam manifeſtum, & probatur, quo pacto fides pertineat ad intellectum, non ut abſolutè cognitum, ſed ut à uoluntate determinatum, cùm nullus credat niſi uolens. Agitur præterea de obedientia cordis, & uoluntatem pro facto haberi probatur. Cap. 3.

Oſtenditur, Gratiam gratum facientem, ſeu iuſtitiam gratificantem, aut gratiam iuſtificantem, qua iuſtificatur homo formaliter à peccatis, non conſiſtere in ſola confidentia qua quis maximè fidit diuinis promiſsionibus, ualidè credēdo eas eſſe ueras. Cap. 4.

Oſtenditur, proſequendo præcedentia, fidem, ſeu confidentiam diuinarum promiſsionum, non eſſe aliam uirtutem habitualem infuſam, à fide ſeu confidentia aliorum diuinorum credibilium: atque monſtratur, quòd & ſi diſtincta eſſet, nullo modo tamen in ea ſola conſiſteret infuſa iuſtitia. Declaratur quid ſit confidentia, prout à fide diſtinguitur. Cap. 5.

Oſtenditur, nullo modo poſſe excuſari aduerſarios fingentes, ponenteſq́; iuſtitiam in ſola fide aut in ſola confidentia, & continuantur præcedentia. Cap. 6.

Refertur, eliditur & relinquitur recens exorta quorundam ſententia, qua magno cum errore aſſeritur; Iuſtificari hominem, & Deo reconciliari, ſeu remiſsionem peccatorum aſſequi, per ſolam fidem aut confidentiam, qua quis maximè intrepideq́; credit ſe de facto & ſatis à peccatis iuſtificatum eſſe per Chriſtum Saluatorem noſtrum, aut ſe gratiam adepturum cum ſacramento, propter promiſsionem ſacramenti. Oſtenditur, fidem non eſſe ſpem, neque charitatem, neque neceſſariò parere ſpem, aut charitatem, neque habere ſpem & charitatem uirtutes ſibi neceſſariò connexas. Cap. 7.

Demonſtratur, maximè eos hallucinari, qui dicũt, iuſtificari hominem formaliter à peccatis ſuis, per eã fidem ſolam aut confidentiam qua intrepidè credit cõ fidatq́; ſe de facto, quantum ad efficaciam quam uocant, ſeu efficientiam iuſtificatum eſſe per Chriſtum Saluatorem noſtrum, uel ſe gratiam Dei ſuſcepturum cum ſacramento quod uult ſuſcipere, quaſi ea ſola fides aut confidentia ſit gratia gratum faciens, cui ſoli, quicquid ipſa ſit, attribuimus formalem hominis iuſtificationem eiuſmodi. Oſtenditur præterea, fidem illam ſecundum legem cõmunem, humanam eſſe non diuinam: particularem, & non catholicam, nec Euangelicam. Cap. 8.

Oſtenditur, ſi uerum, ſit aliquam fidem ſolam poſſe habere connexas ſpem, & charitatem, uirtutes Theologicas, tanquam indiuiduos comites, potius eas cõnexas, habituram fidem, qua credimus totum Euangelium, quàm fidem illam qua quis fortiter credit aut fidit, de ſeipſo, quòd iuſtus ſit à peccatis. Monſtratur neque illam fidem Euangelicam habere ſpem & charitatem, uirtutes connexas ſibi neceſſariò, quantum ad eſſe abſolutum, ſufficiens, aut efficax, ſeu perfectum, illarum uirtutum: Reſpondeturq́; argumentis aduerſariorum, & oſtenditur atque impugnatur error eorum: & declaratur quare aliquis retrahatur à ſtudio conſequendæ rei quam naturaliter optat. Cap. 9.

Ex præcedenti inſtituto adhuc demonſtratur, fidem non habere neceſſariò ſibi annexam charitatem: Præterea homines ſine titubatione fidem adhibentes diuinis promiſſis de refectione, ſalute, & beatitudine animarum, non ſtatim erigi componiq́; ad efficacem dilectionem Dei ſuper omnia, nec ad abſolutum immenſi boni nobis promiſſi amorem: id uerò accidere, propter difficultatem qua ipſum promiſſum inuoluitur. Declaratur quæ nam ſit hæc difficultas, & unde accedat. Demum agitur de modo quo nobis iuſtitia & uita æterna promittuntur. Cap. 10.

Ponuntur, & eliduntur potiſſima argumenta, quibus auctores aut defenſores ſententiæ pridem relatæ, nitebantur probare, per ſolam fidem diuinarum promiſſionum, communicari ſeu aptari hominibus beneficium reconciliationis cum Deo, iuſtificationem à peccatis, remiſſionemq́; peccatorum. Atque dicuntur nonnulla de noſtra obedientia & bona uoluntate neceſſaria. Cap. 11.

Adhuc præcedentia pertractantur, & declarantur quædam uerba Apoſtoli, magni momenti: oſtenditurq́; quo pacto Apoſtolus ſecludat abſtrahatq́; opera legis, à iuſtificatione Chriſtiana, & quo pacto minimè ſecludat. Præcipuè uerò oſtenditur, iuſtitiam Abrahæ, qua iuſtus erat apud Deum, & promiſſionem diuinam Abrahæ factam, nec à lege Moſis, nec ab eius obſeruantia pendere potuiſſe: promiſsionemq́; illam non ſub conditione, ſed abſolutam fuiſſe, tametſi promiſſio legis Moſis, conditione non caruerit: Oſtẽditur præterea quomodo conſequamur promiſſionem Abrahæ, ſeu benedictionem nobis in ſemine eius promiſſam. Cap. 12.

Continuantur præcedentia, & declarantur illa uerba Deut. 7. Si poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris eu & feceris: cuſtodiet & dominus Deus tuus pactum,

tum ſibi ? & miſericordiam quam intrauit patribus tuis. Oſtenditur ex illis uerbis donum, quod repugna re, immo rectè hoc habere, Aliquid eſſe ex miſericordia, & gratia, & aliquid ex meritis pactum, ut quodammodo ab operibus hominum pendeat. Cap. 13.

Oſtenditur ex præcedenti inſtituto, promiſſionem diuinam, factâ Abrahæ, & ſemini eius abſolutè, quòd hæres futurus eſſet mundi, & de benedictione omnium gentium in ſemine eius, iam impletam eſſe in Saluatore noſtro quantum oportuit, quo ad omnes; impleri uerò quotidie in eodem Saluatore noſtro quantum ad efficaciam, quoad aliquos. Declaratur quo pacto impleta ſit ea & impleatur, quando, & per quid eam cõſequamur: & benedictionem omnium gentium, promiſſam fuiſſe abſolutè quoad omnes, quantum ſufficeret; conſecutionem autem communicationemq́ue eius quantum ad iuſtificationem à peccatis, & glorificationem, fuiſſe promiſſam ſub conditione, quantum ad efficaciam, ſiue efficientiam. Cap. 14.

De modo quo olim iuſtificabantur Iudæi in ueteri teſtamento ſecundum ſcripturas legis, pſalmorum & prophetarum. Ex hoc & manifeſtis noui teſtamenti ſcripturis, oſtenditur, non iuſtificari hominem per ſolam fidem aut ſolam confidentiam, ſed per fidem, dilectionem, obedientiam ex corde, ac pœnitentiam. Adhæc declaratur quo modo paſſio Saluatoris operetur in paruulis, antequam exhiberetur. Cap. 15.

Oſtenditur quid ſit in cauſa ut iuſtificatio aſcribatur fidei, cum non fiat homo iuſtus per ſolam fidem: declaraturq; ſimul, quo pacto iuſtificatio conueniat fidei, & quo pacto charitati. Ponuntur prærogatiuæ fidei, quòd ſit prima uirtus qua pertingimus Deum, noſtra ſapientia, ſcientia, prudentia: quòd ſit quædam inchoatio æternæ uitæ, & lumen ſupra noſtrum lumen naturale: quòd contineat omnia præcepta, & quòd ſit apta nata parere ſpem, charitatem, & alias uirtutes. Cap. 16.

Oſtenditur eos qui dicunt fidem continere in ſe uirtutes alias, eſſeq; per eſſentiam earum compendium, ſimilitudinem erroris ſui habere in Menedemo, Ariſtone Chio, Zenone, Socrate, Philoſophis antiquiſſimis: ponitur eorum ſententia, eliditur, & relinquitur. Simulq; demonſtratur per conſequens, nec prudentiam omnium uirtutum, neque ignorationem, omnium uitiorum eſſe compendium, idem de fide, idem de infidelitate: de fide, quo ad alias uirtutes: de infidelitate, quo ad alia peccata. Cap. 17.

Eos qui dicunt uirtutes theologicas, eſſe inuicem connexas, uerisimilitudinem coniectari atque aſſecutos in ijs quæ à Philoſophis quibuſdam tradita ſunt, de connexione mutua prudentiæ cum uirtutibus moralibus. Declaratur quo pacto uirtutes theologicæ mutuo complexu adnectantur, atque hæreant, & quo pacto minimè id illis uſuueniat. Cap. 18.

Oſtenditur quo pacto ſecundum priores, & poſteriores philoſophos, prudentia habeat connexas ſibi morales uirtutes, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, & alias: detorqueturq; id ad propoſitum, de connexione fidei cum alijs uirtutibus theologicis, ſpe, & charitate. Cap. 19.

Quo pacto uerè credens peccare, rectè uerò ſciens, malè agere poſſint. Probatur manifeſtè, habitum fidei non habere connexam ſibi neceſſariò charitatem. Quomodo ratio poſſit à paſſione contra ſuam ſcientiam ſuperari: quando eligamus neceſſariò, & quando liberè. Cap. 20.

Oſtenditur, malitiam uoluntatis, eſſe cauſam erroris in intellectu practico, & errorem intellectus ſpeculatiui, cauſam præbere malitiæ in uoluntate. Declaratur illa propoſitio, Non eſt malitia in uoluntate, niſi ſit error in ratione: et concluditur, uoluntatem, malũ ſub ratione mali uelle, appeteréq; non poſſe. Cap. 21.

Quid dicendum ſit ſuper ea quæſtione grauiſſima, An ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari apud intellectum, de aliquo particulari agibili, poſſit uoluntas uelle & agere oppoſitum? Declaratur quomodo ſciens habitu in particulari & in uniuerſali, paſſioni manus det, ut actu iudicet, uelit, faciatq; illud oppoſitum. Adhuc demonſtratur fidem non habere neceſſariò ſibi adnexam charitatem. Cap. 22.

Libri præſentis concluſio, de ordine quem ſeruat Deus communicando nobis effectus gratiæ Chriſti & de his quæ media accedunt aut accedere debent apud homines inter Deum uocantem & Deum iuſtificantẽ. Declarantur quæ conſideranda ſunt in diuinis promiſſionibus de noſtra glorificatione: & proponitur materia ſeu argumentum libri ſequentis. Cap. 23.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI TERTII.

OSTENDITVR, Saluatorem noſtrum pro nobis paſſum ac reſuſcitatum, factum eſſe nobis, multiplex bonum, & proponitur materia de qua in toto præſenti lib. eſt agendum: Futura nanque eſt diſſertatio de modo quo nobis communicat Deus Optimus Maximus bona Saluatoris noſtri, noſtri capitis. An per ſolam quam uocant imputationem, ſeu applicationẽ? An non ſolùm ſic, ſed etiam per participationem, influxum, aut infuſionem. Cap. 1.

Agitur de iuſtificatione impij ſecundum potentiam Dei abſolutam, An poſſit fieri ſine gratia gratum faciente dono habituali, ſpiritali, cœlitus infuſo à ſolo Deo? & de modo quo agitur ſecundum Dei potentiam ordinatam. Referuntur opiniones uariæ doctorum catholicorum circa hanc quæſtionem. Cap. 2.

Ponitur ſententia ſecundum eos catholicos doctores, qui dicunt, Deum de potentia ſua abſoluta, poſſe etiam nunc filijs Adæ condonare peccata, illoſque beatitudine dignos reddere, non infundendo eis gratiam gratum facientem creatam, nec aliquod aliud donum creatum habituale. Conciliantur prædictæ uariæ opiniones doctorum, pro ut conciliari poſſunt: ut iam non diſſideant, ſed conformes exiſtant. Cap. 3.

Reſpondetur fundamentis, quibus quidam probare nituntur, nullo modo poſſe Deum, etiam de potentia abſoluta, remittere peccata filijs Adæ niſi infundendo illis gratiam gratum facientem creatam. Cap. 4.

Declaratur cur voluerit Deus iuſtificare à peccatis homines Adæ filios, mediante gratia gratum faciente, creata, inhærente illis, per ſuam potetiam ordinatam:

cum

cum tamen potuerit iuſtificare illos per ſeipſum efficienter, ſine medio formaliter inhærente, uel etiam per alia media, per ſuam potentiam abſolutam. Agiturq; de illis quæ Deus Optimus in nobis facit quando nos iuſtificat, pertinentibus ad noſtram renouationem & noſtram ſanctificationem: ſiue noſtra renouatio uel ſanctificatio ſit pars noſtræ iuſtificationis, ſiue non; de qua re & ad quam rem ſpecialiter inferius dicuntur multa. Et continuantur præcedentia. Cap. 5.

Infuſionem gratiæ, & remiſſionem culpæ, eſſe duas mutationes differentes, licet in ratione motus, una & eadem res aliquo modo dici poſſint, & declaratur quæ harum mutationum ſit prior alia, & quo pacto. Cap. 6.

Quam culpam expellat gratia gratum faciens, quo modo agat circa illam: cum incipit eſſe gratia in anima, & cum deſinit eſſe culpa. Continuantur præcedentia, de prioritate aut poſterioritate infuſionis gratiæ ac expulſionis culpæ. Cap. 7.

Oſtenditur quadruplicem eſſe iuſtificationem prout quatuor modis agimus de iuſtificatione hominis, iuxta diuinas ſcripturas: & ſecundum eas probatur manifeſtè, omnem hominem iuſtum, habere in ſe formalem quandam iuſtitiam ſibi inhærentem. Cap. 8.

Oſtenditur modus quo nos Adæ filij iuſtificamur à Deo per gratiam Chriſti Saluatoris noſtri: hoc eſt, quo pacto deriuetur gratia Chriſti ad nos, ſeu communicetur: quo pacto mereamur in eius merito, & in eius gratia grati reddamur, quomodo iuſtificamur in eius iuſtitia, & in eius ſanguine iuſtitiam adipiſci dicamur. Cap. 9.

Continuantur præcedentia & agitur ſpecialiter de noua applicatione meritorum Chriſti, An illa ſit neceſſaria ut bona opera iuſtorum hominum ſint meritoria, uel non ſit illa neceſſaria, ſed ſufficiat antiqua? Oſtenditur antiquam ſufficere, quam olim Saluator noſter fecit, pro nobis ſemetipſum offerens Patri, ſua merita, ſuum ſanguinem, ſuam uitam, factus pro nobis hoſtia, ſacrificium, holocauſtum. Cap. 10.

Ponitur, eliditur atque relinquitur eorum error recèns exortus, qui putant iuſtificationem noſtram ſolummodo remiſſionem peccatorum noſtrorum eſſe, nec continere noſtram renouationem & ſanctificationem, quanquam ipſam ſemper habeat comitem, ſeu neceſſariò conſequentem: atque etiam docent eam extra nos eſſe in ſolo Chriſto, nec nos iuſtos eſſe in nobis, ſed tantùm iuſtos cenſeri in illo; Deo nobis imputante iuſtitiam illius, ad iuſtificationem noſtram. Refelluntur huiuſmodi errores, ex diuinarum ſcripturarum auctoritate & doctoribus ſanctis. Cap. 11.

Quo pacto homines è peccatoribus, iuſti efficiantur. Iudæorum, Gentilium, aliorumq; de hac re ſententiæ referuntur. Quomodo nos Chriſtiani, coràm Deo iuſti cenſeamur. Continuantur præcedentia de noſtra iuſtitia nobis inhærente, quæ tamen eſt Dei, producta in nobis à Deo, multaq; de noſtra apotheoſi dicuntur. Cap. 12.

Afferuntur & ſoluuntur fundamenta Caluini, quibus connitebantur aſtruere ſuum errorem, quo contendit, noſtram iuſtificationem non complecti noſtram ſanctificationem, ſed eſſe duntaxat noſtrorum peccatorum remiſſionem, ſeu nonimputationem: ſimulque dum eiuſdem fundamenta conuelluntur euertunturque, falſa quoque eius doctrina magis magisq; oppugnatur. Agitur de ijs quæ ſunt in peccato mortali, de peccatorum remiſſione, de iuſtificatione, de beatitudine aut apotheoſi, ſeu ut uocant, beatificatione. Cap. 13.

Continuantur præcedentia ex dictis Caluini & noſtris catholicis reſponſionibus. Agitur de reconciliatione mundi, quantum ad peccatorum remiſſionem, & quantum ad hominum ſanctificationem: atque rurſus non nihil dicitur de iuſtitia Dei. Cap. 14.

Continuantur præcedentia, agiturq; ſpecialiter de lege factorum & lege fidei, de iuſtitia, & iuſtitia hominis, de iuſtitia fidei & iuſtitia legis. de operibus quibus opponitur fides, & operibus quibus fides non opponitur: atque demonſtratur ex eo, cui iuſtitiæ operum opponatur iuſtitia fidei, & cui non opponatur. Cap. 15.

Continuantur præcedentia ex dictis Caluini & noſtris catholicis reſponſionibus. Agitur de iuſtificatione, ſanctificatione, Dei acceptatione, & noſtra renouatione. Cap. 16.

Agitur de noſtra reformatione & iuſtificatione per Dei obedientiam, & oſtenditur eam, etiam ſi ſit inchoata, eſſe neceſſariam: ſidem minimè exinanire Deique promiſſionem non abolere, innocentiam uerò perfectam, niſi ſecundum gradus ſuos, neutiquam requirere. De fide, & factorum lege: quæ'nam utraque ſit, quæ contineat, & cur ſic dicta declaratur. Quædam eſſe opera, quibus ſi fulciatur fides, eam ruere neceſſe eſt: aliqua uerò quibus neceſſariò illa magis perficiatur & roboretur. De prærogatiuis bonorum operum fidelium, multa obſeruatione digna afferuntur, præſertim de bonis operibus filiorum Dei adoptiuorum. Cap. 17.

Continuantur præcedentia ex dictis Caluini & noſtris catholicis reſponſionibus. Agiturq; contra ipſum in eo quòd ſanctificationem, & iuſtificationem, duas eſſe res exiſtimat, iuſtificationem quidem eſſe ſolam peccatorum remiſſionem, noſtram ſanctificationem aut innouationem, (tanquam quid poſterius) ſequi noſtram iuſtificationem: & declaratur probaturq; contra ipſum, aliud eſſe loqui de noſtra iuſtitia, aliud uerò de noſtra iuſtificatione. Ad hæc oſtenditur quid ſit iuſtitia, quid iuſtificatio, quid ſanctificatio, quid innouatio, quid peccatorum remiſſio, quid diuina imputatio. Cap. 18.

Continuantur præcedentia ex dictis Caluini & noſtris catholicis reſponſionibus. Agitur de iuſtitia noſtra & gratuita acceptatione diuina, de obedientia legis, ſiue de obedientia hominis erga Deum ſecundum legem Dei, imperfecta atque perfecta, & de tribus gradibus obedientiæ huiuſmodi ſecundum tres gradus charitatis. Cap. 19.

Agitur de perfecta legis iuſtitia, quæ ſit, quomodo proponatur nobis, an in nobis hominibus reperiri poſſit, an in aliquo aliquando reperta fuerit: an poſſit homo ſine peccato eſſe, & an ſit uel fuerit aliquando: declaratur quæ ſit perfecta iuſtitia beatorum, & quæ perfecta iuſtitia uiatorum, quæ etiam ſit inchoata ſufficiens incipientium, re proficientium, oſtenditur qui motus carnalis concupiſcentiæ, ſint peccata in baptizatis hominibus, & qui non. Cap. 20.

Continuantur præcedentia, & oſtenditur quòd inchoata nouitas pro iuſtitia inchoata apud Deum probatur. Agitur de nouitate, uetuſtate, renouatione, iuſtitiaq; operum: & declarantur quæ complectitur noſtra renouatio, noſtram nempe iuſtitiam & ſanctitatē ueritatis: atque explicatur ius quod habent uiri iuſti ac filij Dei adoptiui ad regnum, & hæreditatem cœlorum. Cap. 21.

Ponuntur & probantur nonnullæ veritates catholicæ de iuſtitia operum ſecundum obedietiam legis Dei, & impugnatur falſa doctrina Caluini in eo quòd putat docetq;, non eſſe iuſtitiam operum niſi in perfecta legis obedientia, nec eſſe homines ſanctos in ſeipſis iuſtos, ſed iniuſtos: & declaratur quomodo ſancti homines ſint & dicantur iuſti quoad iuſtitiam operum, etiam ſi aliquando & ſæpe à lege deficiant. Agitur pro inchoata operum iuſtitia, quam uiri iuſti habent in hoc ſæculo, & probatur illa manifeſtè ex ſcriptura diuina, ex Auguſtino, Hieronymo, Baſilio, & Bernardo. Cap. 22.

Differitur contra Bucerum in eo quod dicit, hanc ipſam in nobis inchoatam iuſtitiam, quamuis donum Dei, & opus ſit Spiritus ſancti, nobis tamen ſuo merito pro iuſtitia in iudicio Dei deputari non poſſe, propter admiſtas noſtras ſordes, & tam languidè accommodatam motui Spiritus ſancti noſtram & mentem & uolontatem: quaſi ipſa noſtra à Deo inchoata iuſtitia, non poſſit ſuſtinere iudicium Dei, nec homo per illam: propter eius imperfectionem, quia legi Dei ſatisfacere non poteſt. Agitur etiam de noſtra iuſtitia operum, diſtinguendo de illa aut prout eſt ſola per ſe, aut prout eſt cum pœnitentia & charitate: & eam ſatisfacere legi oſtenditur, & ſi non perfectè, ſecundum perfectionem patriæ. Cap. 23.

Ex præcedenti inſtituto adhuc differitur contra Bucerum, declaraturq; illud uerbum ueriſſimum, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Alia itē ſimilia ediſſeruntur: quæ omnia optimè conciliantur diuinis ſcripturis alijs iam adductis, ſatisq; conuenire demonſtrantur, uſque adeo ut nullus ſit controuerſiæ locus. Cap. 24.

FINIS.

R.^MI GASPARIS CASALII
EPISCOPI LEIRIENSIS,
IN SVOS DE QVADRIPERTITA IVSTITIA LIBROS OMNES, AD CANDIDVM ET CHRISTIANVM LECTOREM,

PRÆFATIO.

Gratiæ ſtudium præ cæteris humanis ſtudiis commendat: quod ſit totius tractationis ſubiectum, & quæ methodus, declarat. Adhæc numerum, ordinemq; partium, & voluminum è quibus vniuerſum opus conſtat, & ſingulorum argumenta librorum optimè explicat.

Colo. cap. 3. Plato ep. 8. Dial. 4. de legib. & alibi. Cic. li. 2. de leg. Varro in proœ. li. 1. Re ruſt. & Pli. Cæc. in Panegy. ad Traianum. Abulẽſis ex Plat. fol. 2. col. 3.

BENE *ac ſapienter non ſolùm diuini Euangelij præco ille pius atque optimus Paulus, ſed et Ethnici etiam ſapientes præceperunt, ut rerum agendarum di cendiq; primordium à præcationibus, & Dei Optimi Maximi inuocatione caperetur. Satis enim perſpectum habuit Apoſtolus, illiq; perſuaſum habuerunt, præclarè cum ijs agi, qui quoties aliquid rei moliantur, diuinam opem piè implorauerint. Eam ob rem duram admodum prouinciam ſuſcepturus, ſummum ipſum æternumq; Deum bonorum omnium inexhauſtum fontem, ſanctiſſimum eius nomen inuocans, precor, ut benignus ſuam mihi miſericordiam gratiamq; impartiri dignetur; ſuſceptumque laborem ex ſententia, ac proſperè cedere faciat: ut pijs lectoribus in longam poſteritatem prodeſſe, impiosq; hæreſum cœno hærentes, ad orthodoxam fidem reuocare, ac perducere ualeam. Sed ante quàm rem ipſam aggredior, conſilij mei operisq; futuri rationem omnem aperiendam explicandamq; eſſe duxi, ſi tamen de hac ipſa quam opto Dei Gratia aliqua fuero ante omnia præfatus. Hæc igitur quanquam rectè quidem dici poteſt, ipſa diuina uoluntas formalis nuncupata, quæ in Deo exiſtit, Deusq; eſt, infinita, æterna, purus actus, & immutabilis, omniſcia, omnipotens, maximè efficax, & quæ ſolo nutu ac imperio ſuo, uolens, omnia extra Deum facit gratis, & in ſuis gradibus modisq; eſſendi, de non eſſe ad eſſe tranſmittit, uocans ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, ad ſubſtantias uel ad accidentia, ad perpetua uel ad corruptibilia, ad ſpiritalia uel ad corporalia, ad compoſita uel ad ſimplicia: tamen apud omnes ſapientes hic inoleuit uſus & modus loquendi paſſim uſurpatus, quo, Gratiam Dei eſſe dicimus, omne Dei donum quod Deus ipſe Optimus Maximus non rei alicuius alienæ, nec ſui cauſa, ſed noſtri duntaxat, ut nos faciat, aut perficiat, nobis donat, gratis omnino & liberaliter, ut beneficijs ſuis miſericordiſſimus noſtram ſarciat inopiam, leuetq; miſeriam, non quidem noſtris bonis indigens, ſed noſtri miſertus. Sic gratia olim multis iá elapſis ſæculis in tota ſui communitate amplitudineq; definita*

Ariſt. rhet. lib. 2. cap. 7.

fuit, adeo ut quidam mundi ſapientum facilè princeps, in hanc loqueretur ſententiam. Sit igitur gratia per quam dicuntur roganti, gratis aliquid facere; non pro re aliqua, nec ut ſibi quicquam qui faciunt ſubueniant, ſed ut cui faciunt.

Rom. 4.

Quemadmodum & Paulus noſter ait, Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum. Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.

Rom. 11.

Alibi, Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia, iam non eſt gratia. Quemadmodum omnium ferè conſenſus exiſtit, gratiam eſſe beneficium, quod libera animi propenſione in nos gratisq; confertur. Quouis autem modo de gratia philoſophemur, ſiue de illa creationis exorte, ſublimi, æterna, una & ſimpliciſſima, à qua nobis omnia noſtra bona gratis, & totius mundi proficiſcuntur, lateque manant, ſiue de eius effectibus, qui ſinguli iure optimo appellantur ac ſunt quædam creata gratia, nomen ſortiti & rationem gratiæ, ab ea gratia prima increata à qua ſunt, & à modo quo ſunt: ſemper ſtudium gratiæ magis præſtans eſt, nobile, excellens, atque utile, præ omnibus alijs ſtudijs humanis,

*quæ de rebus creatis ſub alia & alia ratione exiſtunt, & ſtudia naturæ nuncupantur. Verùm ſæpe aut
uerius ſæpiſſimè in errores non mehercle leues prolabuntur alia ſtudia, & falſas ſubinde pariunt ſcientias,
ſeu potius opiniones, quibus turgeſcunt inflanturq́; homines; ſiquidem ſcriptum eſt, Scientia inflat: quod
non abs re, tum de uera, tum de falſa mundi ſapientia dictum eſſe facilè intelligere licet. Ita enim naturâ
comparatum eſt, ut qui alijs ſtudijs mentem addixerit, gratiam ideo ueutiquam percipiens, minimeq́; per-
cipere cognitamq́; habere ſtudens, neceſſariò aut erret, aut ſibi ipſi, quod inuenerit, per quandam animi ela
tionem tribuat. Si errat, iam falſam induit ſciêntiam; ſi ucrò quod inuenerit, ſibi tribuit, ſeipſum uendi
tat, ſuperbiamq́; dubio procul ſtatim concepit, ueſanamq́; hoſpitem fouet. Ita illis uſuuenit, de quibus di-
cit Apoſtolus, Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed* Rom.1.
*euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes,
ſtulti facti ſunt. Et mutauerunt, gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis ho
minis, & uolucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. Perierunt illi quidem, noneo quòd inueſtigandi
perſcrutandiq́; ſtudium detrectati ſint, Deumq́; minimè cognouerint (indefeſſo nanque ſtudio in eam rem
incubuerunt, perq́; creaturas in cognitionem Creatoris perrexerunt, ſiquidem cœli enarrant gloriam Dei,* Pſal.18.
& opera manuum eius annuntiat firmamentum. &, Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis: Deus Rom.1.
*enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, con-
ſpiciuntur: ſempiterna quoque eius uirtus & Diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles. Sed ideo perierunt, quia
ex creaturis perq́; creaturas omnem ſtudij rationem ineuntes atque inſtituentes, nullam gratiæ curam ſu-
ſcipientes, quin ſibi ipſis, non Deo quam adepti erant ſcientiam tribuentes, uon eo nomine, ut par erat, gra
tias habuerunt egeruntq́;. Quamobrem factum eſt ut adinuentam ſcientiam, ſeq́; ipſos amiſerint. Studium
autem gratiæ primùm quidem cenſoris agens partes, reliqua humana ſtudia corrigit; ut pote quod ueris
in diſciplinis uerſatum, diuiniſq́; ſcripturis & Apoſtolicis traditionibus ſatis inſtructum, non ſolùm de
rebus & myſterijs abditis, inacceſſis, longeq́; abſtruſiſſimis ucriſſimam, certiſſimam, penituſq́; infallibi-
lem fidei ſcientiam gignit; ſed & res ipſas naturales, melius nouit & uerius, quid ſint, à quo ſint, quo-
modo aut quando ortum habuerint, quod ſit earum principium, quod medium, quis finis, quis finis ſub
fine, quis finis ultimus, Deus optimus, à quo omnia, in quo omnia, per quem omnia. Quoniam ex ip-* Rom.11.
ſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Atque in ipſo, & uiuimus, & mouemur, & ſumus. De- Act.17.
*inde quia ſciens Deum auctorem omnium, prorſus gratis agere quicquid extra ſe agit, ſcientem uo-
lentemque, non ut ſibi opituletur qui facit, ſed nobis, omnia bona noſtra in gratiam Dei formalem
omnium bonorum noſtrorum, gratis parentem opificemq́; refert; eaq́; ſingula appellat gratiam Dei, no-
ſtram naturam, noſtras naturales poteſtates, noſtras bonas actiones, bonos actus, bonos habitus, bona
ſpiritalia, bona naturalia, bona temporalia, exiſtimationem, famam, honores, diuitias, & quicquid
boni habet rationem. Quid autem habes, quod non accepiſti? Et ſi accepiſti, quid gloriaris, quaſi non ac-* 1.Cor.4.
ceperis? Malitia tua ex te Iſrael, tantum modo ex me auxilium tuum. Omnia autem bona noſtra in Oſea.13.
*Deum auctorem, liberum referens gratiæ ſtudium, ſecundum diuinas traditiones literis & memoriæ
proditas, uel uſu ſeruatas, in quibus maximè ipſum uiuit, & uiget: quanquam ea bona ſpecialiori mo-
do gratiæ creationis, & nonnulla etiam ſpecialiori quodam modo gratiæ redemptionis tribuat; cuncta ta-
men Dei optimi eſſe munera agnoſcit, credit, & prædicat. Vnde non ſolùm ipſum eiuſmodi gratiæ ſtu-
dium, in ſeipſo continet erroris expertem ueritatem, ſed & nobis conciliat maximam humilitatem, fon-
tem, originemq́; omnium aliarum uirtutum. Satis quidem eſt manifeſtum, ſi gratiæ ſtudium abſit, nihil
omnino reliqua ſcientiarum omnium humanitus inuentarum ſtudia ualere, nullinsq́; penſi haberi. Pari-
ter & notum eſt quæ præſtet ſuppediteta; adiumenta id ipſum gratiæ ſtudium, tametſi ſolum exiſtat, ad
uirtutes ueras capeſſendas & ſalutem. Profectò cæteris poſthabitis ſtudijs, non admodum eloquentes,
aut ſi libet inculti, infanteſq́;, & ſcientiarum expertes erimus: ſed non minus utique pij, non minus bo
ni, non minus iuſti, non minus ſancti. Pietas enim ipſa in hoc maximè uiret floret regnatq́; ſtudio: ut
iam hinc, qui ad diuinarum reuelationum præſcriptum in gratiæ ſtudium incubuerit, beatitudinem aſſe-
qui uideatur. Beatus uir qui non abijt in conſilio impiorum, & in uia peccatorum non ſtetit: & in Ca-* Pſal.1.
*thedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.
Itaque præcellens longeq́; optimum gratiæ eſſe ſtudium, fateri cogimur, tum quia ab errore penitus ſepo-
ſitum, cenſorio munere reliqua omnia humana ſtudia emendat: tum quia humilitatem cùm primis conci-
liat alitq́;, ex qua uel omnes uel plures, uel multæ oriuntur ſuccreſcuntq́; uirtutes, & uita beata compa-
ratur. Vnde uerè ac ſapienter Auguſtinus dixit, Si quis ex me ſciſcitaretur, quis'nam omnium ſit opti-
mus? Reſponderem, Humilimus. Et ſi centies quæreret, non niſi idem reſponderem.*

SECVNDVM *hoc igitur gratiæ ſtudium, omnem tractationis rationem, operiſq́; futuri modum
inſtituimus, in quo hoc nobis primùm conſilium eſt, ut de Quadripertita iuſtitia latè atque ex rei dignitate* De qua re
pro ingenij noſtri captu agamus, ideſt, de iuſtitia infuſa gratifica, quæ eſt gratia gratum faciens, à Deo agatur in to
ſolo creata, de iuſtitia acquiſita, quæ eſt opus noſtrum quodlibet uirtuoſum, uel habitus ex actus fre- to opere.
quentia genitus, de iuſtitia originali iam olim amiſſa, atque de iuſtitia naturali quam habet homo ex na-

tura

tura ſua propria pro ut à Deo in tali ſpecie conditus eſt, & in tali claſſe entium; quæ & poſt peccatum quodammodo manſit, licet uulnerata, & quaſi deturpata imago, non omnino deperdita, ſed quodammodo polluta atque obfuſcata, ſed tamen quæ talis ſit, ut iuſtificationis munere, decus ipſum poſſit adipiſci.

Modus procedendi.

Hic autem erit nobis procedendi pertractandiq́; modus, ut à perfectione, ad perfectibile, quaſi in uia reſolutionis ab accidentibus ad ſubiectum pergamus; hoc eſt, à iuſtitia ſuperaddita & perficiente, ad iuſtitiam perfectibilem, & naturalem. Qui aliàs à perfectibili ad perfectionem, tanquam methodo compoſitiua procedendo, à naturali iuſtitia, ad iuſtitiam ſuperadditam procedere debuimus. Cum utraque procedendi uia & ſapientum uſu & ratione probabilis ſit; hanc ipſam elegimus multis grauibusq́; de cauſis, quas in præſentia referre haudquaquam opus eſſe uidetur. Continebit uniuerſum opus, partes quatuor, quarum ſingulæ, ternos habebunt libros, præter tertiam quæ duos duntaxat complectetur.

Præſens opus, habet partes quatuor. Quælibet pars habet tres libros, præter tertiam quæ habet duos.

P R I M A E *partis libro primo agetur de creatione primi parentis ac delapſu eiuſdem, totiusq́; generis humani per peccatum eius: de redemptione noſtra per Filium Dei factum hominem: de gratia gratum faciente, increata in ſeipſa, & de gratia gratum faciente creata quantum ad eius quidditatem, definitionem, ſubiectum, ac ualorem: & tandem de extenſione gratiæ Chriſti quam ipſe nobis meruit, deq́; illis quæ habemus ac poſſumus per ſolam gratiam creationis, & de illis quæ non habemus nec ualemus niſi per gratiam redemptionis. Secundo partis eiuſdem libro pertractabimus de ordine quem ſeruat Deus communicando nobis effectus gratiæ Chriſti, de fide aut confidentia Chriſtiana, qua Chriſti fideles ſumus, demonſtrabimusq́; eius excellentiam, nobilitatem, utilitatem, ortum, & prærogatiuas permultas: ſimul & eius inſufficientiam quantum ad remiſſionem peccatorum, & iuſtificationem pacis, ſi ſola exiſtat ſine charitate, ac obedientia erga Deum. Declarabimus etiam, quo pacto gratia Chriſti olim promiſſa fuerit abſolutè, & qua ratione eam modò conſequamur quantum ad alios eius effectus pertinet, & qua ratione quantum ad hunc effectum remiſſionis peccatorum, in ſpeciali interim oſtendendo nonnulla quæ media accedere debent inter Deum uocantem et Deum iuſtificantem. Tertio libro omnis noſtra diſſeratio erit de modo quo Deus poteſt iuſtificare nos homines Adæ filios ſecundum ſuam potentiam abſolutam, & de modo quo nos iuſtificat ſecundum ſuam potentiam ordinatam: de modis iuſtificationis noſtræ, quo pacto gratificemur in Chriſti gratia, iuſtificemur eius iuſtitia, mereamur in eius meritis: de noſtra iuſtificatione à Deo, de noſtra inchoata nouitate, inchoata ſanctitate, inchoataq́; iuſtitia inhærente. Secundæ uerò partis libro primo, agetur de Deo parato iuſtificare omnes, ſeu cõmunicare omnibus & ſingulis hominibus gratiam Chriſti Saluatoris noſtri, quantum ad hunc effectum iuſtificationis noſtræ à peccatis; declarabiturq́; Deum communicare nobis nonnullos effectus gratiæ Chriſti qui à noſtris affectionibus non pendeant, nonnullos uerò qui pendeant quidem, ſed minus principaliter: Adducemus legem Dei quoad nos homines iuſtiſtificandos à peccatis, eamq́; explicabimus: oſtendendo quid requirat Deus in hominibus non iuſtis, ut eos iuſtificet: declarantes inſimul, ea quæ à nobis iuſtificandis Deus requirit, nobis quoque ex Chriſti ipſius gratia aduenire, atque adeſſe. Eiuſdem partis libro ſecundo ſermo erit de Deo parato conſeruare omnes iuſtos in iuſtitia, deq́; illis quæ Deus in hominibus requirit iam iuſtitiam adeptis, ut eam in ipſis aſſeruet, & tueatur: referetur, unaq́; explicabitur lex Dei quoad nos homines iam iuſtos, in iuſtitia, ac adoptione filiorum Dei ad regnum ordinatorum, conſeruandos. Tertio uerò libro de nominibus eorum agetur, quæ Deus optimus Maximus requirit, tum ab hominibus non iuſtis, iuſtificandis: tum ab hominibus qui iam ſint iuſtitiæ compotes, in iuſtitia conſeruandis.. An ea dicantur uel poſſint dici diſpoſitiones, præparationes, merita, iuſtitia, fructus? multaq́; ſcribemus de bonis operibus iuſtorum hominum, filiorum Dei adoptiuorum, quibus laborant in uia, tendentes ad patriam: de ualore eorum, & de corona gloriæ, quam ſibi ipſis parant: digniorem uel minus dignam, pro ut ſtella à ſtella differt, in claritate.*

T E R T I A E *partis primo libro agetur de iuſtitia originali quam olim primi parentes receperunt, quamq́; ſtatim per peccatum amiſerunt: & declarabuntur nonnulla quæ ad eum ſtatum pertinebant. Secundo de iuſtitia naturali, quæ homini conuenit ex natura rei per gratiam creationis: & declarabitur quid illa ſit, in quo conſiſtat, quòd non fuerit per peccatum amiſſa, nec per peccatum à gratia omnino deſtituta: licet homo re uera, fuerit per peccatum in naturalibus uulneratus, & gratuitis ſpoliatus. Quartæ partis primo libro pertractabimus De actiuitate noſtri hominis interioris, quantum ad ſuas actiones interiores immanenter (uocibus à Theologis noſtris uſurpatis, quanquam parum Latinis, & emunctæ naris hominibus non admodum gratis, uti ex inſtituti lege cogor) quæ ſunt intelligere, uelle, appræhendere, aſſentiri, diſſentire, uelle, nolle, amare, odiſſe, & alia id genus multa quæ ad hæc reducuntur. Ob quod declarabitur & probabitur ſatis, intellectum & uoluntatem, potentias animæ ſuperiores ac raionales, eſſe actiuas, non ſolùm paſſiuas. Secundo libro agetur de noſtri hominis interioris libertate, præſertim quantum ſpectat ad noſtram uoluntatem, quæ eſt appetitus ſequens aut conſequens intellectum, ſiue, quod idem eſt, quantum ad liberum arbitrium, quod eſt facultas uoluntatis & rationis. Tertio, diſſertatio erit de cognitſone, quam homines in hoc uiuentes ſæculo, habemus, uel habere poſſumus quoad ſtatum noſtrum in gratia iuſtificante, aut quantum ad præſentem iuſtitiam, aut quantum ad prædeſtinationem. Explicabimus, demonſtrabimusq́; præſenti hoc opere alia etiam non pauca quæ hic*

Magiſt. ſen. li. 2. diſt. 25 & omnes ibi.

ſingillatim

ſingillatim enumerare non eſt neceſſarium, cum hæc ſummatim perſtrinxiſſe ſufficiat. Ad titulum quod attinet, haudquaquam mihi obſcurum eſt, opus hoc non indignè alijs potuiſſe appellari nominibus, ut, De natura & gratia, De fide & operibus, De iuſtificatione impij, De gratia creationis & gratia redemptionis, De gratia & libero arbitrio, De concordia gratiæ & liberi arbitrij. Verùm quia præclaris aliorum libris qui ſtudioſorum piorumq; hominum manibus teruntur, huiuſcemodi tituli præfixi ſunt; recenti huic operi recens hoc nomen, nempe Iuſtitiæ Quadripertitæ, imponere libuit: cùm alijs de cauſis, tú quia de quatuor iuſtitiæ generibus in eo agendum eſt, & quatuor partes, omnes de iuſtitia differentes eſt habiturum. Quadripertita itaque iuſtitia nominetur. Propellet procul Pelagium; ſed miro quodammodo incolumem ſeruabit naturalem potentiam, ac rectam uoluntatem humanam: ita tamen ut prorſus in nullo merito, ſeu opere morali deliberato meritorio, uirtuoſo, aut non malo, ualeat natura humana contra Deum uel Creatorem uel Redemptorem oblatrare, obmurmurare, aut ſeſe extollere. Oſtendetur, gratiam Dei pertinentem ad noſtram redemptionem, & ad merita Saluatoris noſtri, qui nos ſuis meritis redemit ſacratiſſimis, exuberare in nobis ſupra omnia noſtra opera bona, ſuper pœnitentiam, dilectionem, ſpem, fidem, ſuper bonam noſtram uoluntatem, & ſuper omnem noſtram cogitationem deliberatam meritoriam, uirtuoſam, uel non malam: cum ad omnia hæc bona, nos præueniat Chriſti gratia, excitet præparet, ut demonſtrabitur. Vnde quidem in his omnibus abijcietur Pelagius, & ſine dubio regnare Chriſtum, uigere ac florere apparebit, non ſolùm tanquam Creatorem, uerùm etiam & tanquam Redemptorem. Agemus de his omnibus ſecundum gratiæ ſtudium, eaq; proferemus quæ nobis ipſa ſuppeditauerit gratia, magno ubique ſtudio ueritatem, non popularem auram quærentes, gloriam Dei, non laudem noſtram; doctrinam, non contentionem: ſemper magis cupientes doceri, quàm docere; potiusq; ſapientes audire, quàm inter ſapientes loqui, aut quicquam definire. Errabimus forte in multis, ut pote quod nobis hominibus poſt lapſum, in hoc ſæculo & corpore mortali uiuentibus, magis procliue eſt errare, quàm uerum bonumq; aſſequi. Fragile ſiquidem corpus grauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem, ut Solomon teſtatur. unde meritò ab Homero δέμας, quaſi uinculum, à Platone σῶμα, quaſi σῆμα, ideſt ſepulchrum, corpus hoc noſtrum nuncupari uidetur, ab alijs uerò ſepulchrum onus & pedicæ, ut Beatus Methodius retulit, & ſi ita de corpore non ſentiat. Verùm utcunque res habeat, nos diuina bonitate nixi, fore ſperamus ut ſi aliquando ſcientiam errare contingat, nunquá tamen erret ſtudium. Sunt in quibuſdam horum, opiniones inter catholicos doctores differentes, etiam inter eos qui gratiæ uacant ſtudio; quod non ſine dolore intueri poſſum. Hoc tamen non tam mirum, quàm non nouum. Sic uidemus ſemper, accidiſſe uſq; uenire hodie apud omnes, qui in eiſdem inſudant ſtudijs. Varia enim fuerunt placita inter Philoſophos Gentiles, Stoicos, Academicos, Peripateticos, Epicuræos: inter Iudæos etiam, Phariſæos, Sadducæos, Eſeos. Varia ſunt inter Pontificij, Cæſareiq; ideſt diuini & humani iuris conſultos, & Medicos. Varia quoque inter Theologos. Varia nanque ſunt hominum ingenia, ſuum cuique uelle, multa opinionum diuortia. Latiſſimus patet campus ſcripturæ ſacræ, contextus ſæpè multos poſſe excipere ſenſus uidetur. Veritas autem bona eſt, ardua, pulchra. Quia ardua, difficilè habet inuentionem, quia bona, uitium habet ſimillimum: quia pulchra, ſuum habet Momum. Quáobrem rectè Clemens Alexandrinus inquit in ſuis Stromatibus, Quicquid eſt pulchrum, ſequitur Momus. Et ſecundum Ariſtotelem illo antiquiorem, Quæ ſunt optima, ſunt difficilia. Sic uirtutes habent ſimillima uitia, quæ eas aſpectare ferunt, & uerus nummus, adulterinum ſimillimum habet, nempè fraude ſubæratum, falſisq; typis cuſum. Vero etiam maturoq; fructui, alius cæra expreſſus non dubium quin ſit ſimillimus. Vt etiam olim ſapientes dixerint, & modò paſſim dicatur ab omnibus, Sunt quædam falſa, quibuſdam ueris probabiliora. Nosq; uidemus quotidie falſum ueritatis coloribus illitum & delibutum, ita mouere intellectum noſtrum ad aſſenſum, ſicuti malum fucatum apparensq; bonum uoluntatem noſtram ad amorem allicere ac permouere conſueuit. Neque eſt obſcurum, quoſdam falſis ſuis opinionibus placitisq; non ſecus obnixè hærere, proq; illis digladiari, ac alij certis ſuis longeq; ueriſſimis hæreant proq; illis decertent. quod probè Peripateticorum princeps ille celeberrimus docuit in exemplo Democriti, nosq; noſtra hac tempeſtate facilè perſpicimus. Hinc ortum habent opiniones uariæ, hinc lethiferarum hæreſum quaſi epidimicorú quorundam morborum myriades, malorumq; omnium Ilias tam crebrò prodierunt, inque Chriſtianam remp. inuaſerunt, non quidem bonorum ſtudiorum culpa, ſed malorum hominum uitio: quod optima rerum magiſtra experientia quotidie docet.

Q V A N Q V A M *enim omnes uel multi in diuinis ſcripturis, quas puræ putæ abſolutiſſimæq; ueritatis ſacrum tanquam Aſylum, memoriæ conſignatas fuiſſe conſtat, uerſemur, animumq; excolere, indeq; ſalutaria animabus Chriſtianis depromere documenta ferè ſtudemus ſatagimusq;, non tamen omnes eundem ſemper in modum affecti ſumus, non eoſdem fines, propoſitos habemus: non eodem ingenio, non eadem animorum humilitate, mente, intentione, uirtute, ac ſolicitudine prædití ſumus: quo fit, ut multi, dum in ueritatis inquiſitione animum ipſum mentemq; contendunt, potius falſitatem, ueritatis ſimiam, ſeu Momum recipiant, quàm ipſam ueritatem inueniant atque amplexentur. Quemadmodum in uirtutis indagine, prius ſeſe offert uitium quàm uirtus ipſa, ſic in inquiſitione ueritatis prius ſeſe obuiam*

Cur opus, De Quadripertita iuſtitia inſcribatur.

Sap. cap. 9. Hom. Ody. Lib. 13. 18. & 24. Plato in Cratylo. Methodius in ſermone de reſurrectione apud Epiphaniú Epiſ. conſt. in lib. contra hær. ad hær. 64.

Clemens Alexandr. Lib. 7. Ariſtot.

Ariſtoteles Ethic. 7.

præbet

præbet ſalſitas quàm à nullo non expetita ueritas. Non tamen ideo relinquendum eſt ueritatis inueniendæ ſtudium, ne ſimul cogamur omnium rerum ſcibilium poſthabere ſcientias; in quibus omnibus ſunt opiniones uariæ doctorum, etiam in illis quæ ſe demonſtratiuas profitentur: ſed magna cum animi humilitate ſcripturas ſcrutari oportet, eſtq; tanquam ad ſacram anchoram, diuinam ad Gratiam recurrendum, ut ea præueniente, præparante, excitante, illuminante, iuuante, non falſum pro uero recipiamus, immo uerum inueniamus, cognoſcamus, amplexemur, proſequamurq;. Non igitur nobis opinionum uarietas uisq; ingens timorem incutiat, ſed, quæſo, nos magis magisq; alliciat, & ad bona ſtudia ueritatemq; inueniendam extimulet, inflammet, maioremq; in modum nobis ſpiritum & animos ad ueritatis amorem, ad ſtudium addat. Opinionum multiplici copia circumfuſi, ne in ſalutis uitæq; diſcrimen incidamus, ſanctas ſcripturas, ſanctosq; doctores & orthodoxæ fidei proceres conſulamus. Diuinæ enim ſcripturæ nobis regulæ exiſtunt ad quas ſententiæ exigendæ ſunt: ſanctas autem ſcripturas, nulli alij melius quàm doctores ſancti Dei numine afflati, intellexerunt. Penès ipſos eſt antiquitas, ſanctitas, ſcientia, pietas, munditia cordis qua Deum uiderunt, penesq; ipſos eſt auctoritas. Ipſi ergo ſint iudices, quoties aliqua de re ad religionem pertinente, lis, controuerſia altercatioq; exorta fuerit: ipſos cum fiducia adeamus, ut ſine periculo & ſenticeta deuitare, & flores legere ualeamus: ideſt, falſitatem primùm occurrentem, ſeu ſeſe obtrudentem, tanquam inutilem ueritatis ſimiam, adulterinum nummum, commentitiumq; fructum repellere; ueritatemq; inuenire, pariter & tenere poſſimus. Non enim illis ſanctiſſimum Chriſti Euangelium ulla fuit obſcuritate obductum. Manifeſtè enim dicit Apoſtolus, Quòd ſi
2.Cor.4. *etiam opertum eſt Euangelium noſtrum, in ijs qui pereunt eſt opertum. in quibus Deus, huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. Non perierunt autem doctores ſancti, ſed etiamnum quantum oportet eſtq; è re noſtra, ſuperſtites ſunt. Immo etiam, ut ab eodem Apoſtolo Paulo docemur, cum Apoſtolis & Prophetis in Eccleſia Dei à Deo,*
Ephes.4. *ad noſtram utilitatem poſiti ſunt: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios uerò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionem Filij Dei, in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, ut iam non ſimus paruuli, fluctuantes, & circumferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum. Omnibus boni iudicis partibus præditi ſunt ſancti doctores, nulla poteſt de illis ſuboriri ſuſpitio. Sunt omni exceptione maiores, ſuntq; omni acceptione digni. Eodem certè Spiritu ſancto diuina monimenta intellexerunt, quo afflati ſacri ſcriptores ea literis mandarunt. Nullo pacto in cauſa ſanctitatis, iudices ſanctos, in ueritatis, ueraces, in pietatis, pios, munditiæ mundos, fidei fideles, ſcientiæ ſcientes, antiquitatis antiquos, iuſtitiæ iuſtos, iudices uitare aut declinare debemus. Vbi ergo id genus opiniones uariæ affluxerint, nosq; circumfuderint, illa magis excipienda amplexandaq; fuerit quæ ſanctorum conſona ſententia & calculis fuerit approbata. Dicturi igitur ſumus (domino auxilium præbente) de huiuſmodi propoſitis ueritatibus, deq; alijs ex inſtituti lege atque affinitate occurrentibus; ſecundum diuinas ſcripturas, & ſanctos doctores. Vnctio nanque illos docuit. Veros, probosq; aurifices ac trapezitas Deus cooptauit, qui nobis uerum nummum ab adulterino ac ſubærato diſtinguant; ueritatem dico à falſitate ſeponant, Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Gregorium, Chryſoſtomum, Baſilium, Damaſcenum, Nazianzenum, Niſſenum, Hilarium, Athanaſium, Cyprianum, Iuſtinum, Cyrillum, Hireneum, Epiphanium, Clementem, Dionyſium, aliosq; uiros ſanctiſſimos & doctiſſimos, penè infinitos. Quorum iudicium profectò in cauſa fidei, pietatis, ſanctitatis, iuſtitiæ, ac religionis declinare non poteſt, niſi qui Chriſtum fugerit: Chriſtum enim ij, dum inter mortales agerent, ſecum habuerunt, & cum Chriſto modò in cælo æterno æuo perfruuntur, ſancta membra cum ſanctiſſimo capite, boni milites cum optimo duce, fideles ſerui & prudentes, quos conſtituit dominus ſuper familiam ſuam. Maximè autem ad tribunal, iudiciumq; ſanctæ Matris Eccleſiæ nobis adeundum eſt, quoties opus fuerit; cùm nullo pacto poſſit non placere ſponſo, determinatio, fides, aut doctrina ſponſæ: mutuò nanque ſe & ſummè*
1.Ioan.2. *diligunt: Sponſus docet ſponſam, & Paulo teſte, ipſam columnam,*
1.Tim.3. *firmamentumq; ueritatis conſtituit.*

R. GASPARIS CASALII

EPISCOPI LEIRINENSIS,

DE QVADRIPERTITA IVSTITIA

LIBER PRIMVS PARTIS PRIMAE.

NEMINEM FILIORVM ADÆ EXOLVI A PECCATIS aut iuſtificari apud Deum niſi per gratiam Dei, quam per ſuam uitam ſanctiſſimam, paſſionem, & mortem apud patrem ſuum adeptus eſt Seruator noſter Dominus Ieſus Chriſtus. De primi parentis creatione, de eiuſdem, & totius in eo generis humani lapſu: deq; per eundem Seruatorem, hominis redemptione.

CAPVT PRIMVM.

CREDIMVS ſanctiſſimam Trinitatem, tres perſonas diuinas realiter diſtinctas per originem, Patrem innaſcibilem, Filium a ſolo patre genitum, Spiritũ ſanctum a pa-
B tre & filio procedentem, æternas, æquales, uiuentes, intelligentes, infinitas, conſubſtantiales, in una diuina eſſentia, natura ſingulari de ſe, non communicabili per indifferentiam, ſed communicatam diuinis perſonis per identitatem. Vnum Deum perfectiſſimum, purum ſpiritum, purum actum, uiuentem, bonum, æternum, omniſcium, omnipotentem, infinitum duratione ac uirtute, immutabilem. Creatorem cœli & terræ, uiſibilium omnium, & inuiſibilium, primum principium, & ultimum finem cunctorum extra ſe, fontem, originem, radicem,
Rom. 11. cauſamque omnium finitorum, a quo omnia, in quo omnia, per quem omnia entia, & omnia bona, ſpiritalia, corporalia, gratuita, naturalia, temporalia, animæ, corporis, gratiæ, naturæ, temporis, famæ, honoris, fortunæ, & quæuis ſub his contenta, & quæcunque alia. Credimus eundem Deum, u-
Gen. 1. num, ſolum, Optimum, Maximum, ſexto die a creatione mundi feciſſe ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuam hominem rectum, formando illum de limo terræ & inſpirando in faciem eius ſpiraculũ uitæ, formaſſe ex una coſta eius mulierem in adiutorium generationis ſimile ſibi, ut creſcerent, & multiplicarentur, & re-
Gen. 2. plerent terram, poſuiſſe eum in paradiſo uoluptatis quem plantauerat a principio, ut operaretur & cuſtodiret illum, præcepiſſeq; ei dicendo. Ex omni ligno paradiſi comede: *Ibidem.*
de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Credimus mulierem a Sathana in ſerpente ſeductã de ligno uetito comediſſe, nediſſeque uiro ſuo ut comederet, ipſum quoque comediſſe contra diuinum præceptum, in eaque inobedientia D
offendiſſe Deum, gratiã Dei perdidiſſe, mortalem manſiſſe, ſeruum peccati, pœnis deſtinatum, miſeriis obnoxium, ſimul cum tota ſua poſteritate, quæ tota originaliter peccauit in ipſo, in quo tota natura humana facta eſt peccatrix, maſſa perditionis, & filia iræ: nec poſſe ullo modo quemuis hominem ab illo peccato primo uel a quouis alio ſuper addito iuſtificari, nec de ſeruitute aut captiuitate diaboli liberari, aut redimi, niſi per gratiam Dei, quam non potuit, nec poteſt, nec poterit mereri unquam de condigno ſtricte, aliqua pura creatura. Credimus unigenitum filium Dei, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero, genitũ non factum conſubſtantialem patri, per quẽ omnia facta ſunt, propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendiſſe de cœlis, incarnatum eſſe de ſpiritu ſancto ex Maria Virgine & uerum hominem factum eſſe, non quòd diuinitatem depoſuiſſet, aut perdidiſſet, ſed quòd humanitatem aſſumpſiſſet: ut Deus & homo exiſtens non cõfuſione ſubſtantiæ, ſed unitate perſonæ, Dei & hominum, potentiſsimus ſimul & miſericordiſsimus mediator eſſet. Credimus hunc Dei ueri uerum filium, æternaliter Deum genitum, temporaliter hominem factum, ſaluatorem

E & Dominum noſtrum Ieſum Criſtum, ſemet
ipſum ſcientẽ & uolentem obtuliſſe Deo pa-
tri ſuo in ara crucis in oblationem, hoſtiam,
& ſacrificium, pro omnibus peccatis noſtris,
& pro totius mundi ; nt gratiam patris ſui
nobis mereretur, utq́ue nos patri ſuo recon
ciliaret, interficiens inimicitias in ſemet ip-
ſo, accipiens ſuper ſe peccata noſtra, obe-
diens uſque ad mortem, mortem autem cru-
cis, pro nobis moriendo, pro nobis ſatisfa-
ciendo, nobis gratiam patris procurando,
cum clamore ualido & lachrymis. Credimus
illum pro ſua reuerentia, hoc eſt, pro reue-
rentia ei debita, exauditum fuiſſe, gratiam
patris nobis meruiſſe, nos Deo reconciliaſ-
ſe, nos de poteſtate ac ſeruitute diaboli libe-
raſſe, & redemiſſe, nosq́; filios Dei adopti-
uos & hæredes regni cœlorum feciſſe, quan-
tum ad ſufficientiam; ut iam noſtra culpa ſit,
& per nos ſtet, ſi non omnes iuſtificemur. De
iſto modo redemptionis noſtræ, ac totius
generis humani, & de iuſtificatione noſtra a
peccatis, quòd non fiat niſi per gratiam Dei,
quam nobis apud patrem ſuum meruit Salua
tor noſter per ſuam uitã, paſsionem, & mor-
tem, tota plena eſt ſcriptura diuina: nõ qua-
ſi ante paſsionem Saluatoris noſtri nemo ho-
F minum a peccatis fuiſſet iuſtificatus, ſed quia
nemo filiorum Adæ fuit unquam iuſtificatus
a peccatis poſt lapſum primi hominis, niſi
per paſsionem Saluatoris noſtri, nel præui-
ſam, uel exhibitam. Ipſe eſt in quo Deo pla-
cuit, quis quis hominum poſt lapſum Deo
placuit: ipſe eſt noſtra nita, noſtra ſalus, no-
ſtra pax, noſtra redemptio, noſtrum bonum,
noſtra liberatio, noſtra uirtus, noſtra refor-
matio, noſtra nocatio, noſtra iuſtificatio, no
ſtra glorificatio, ipſi honor & gloria, in ſecu
la ſeculorum. Amen. De iuſtificatione ergo,
redemptione, & ſaluatione noſtra, atque de
remiſsione peccatorum noſtrorũ apud Deũ
per gratiam Dei in Chriſto Ieſu domino no-
Ioan. 1. ſtro, dicit ſcriptura ſancta, Ecce Agnus Dei,
Ioan. 3. ecce qui tollit peccata mundi. Sic enim Deus
dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum
daret, ut omnis qui credit in eum, non pe-
reat, ſed habeat uitam æternam. Non enim
miſit Deus filium ſuum in mundum ut iudi-
cet mundum, ſed ut ſaluetur mundus per ip-
Ioan. 10. ſum. Ego ueni ut uitam habeant, & abun-
dantius habeant. Ego ſum paſtor bonus. Bo
nus paſtor, animã ſuam dat pro ouibus ſuis.
Ibidem. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem,
Luca. 5. & animam meã pono pro ouibus meis. Non
enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad
pœnitentiam. Hic eſt filius meus dilectus, in
Ioan. 10. quo mihi bene cõplacui: ipſum audite. Ego
ſum oſtium. Per me ſiquis introierit, ſalua-

bitur; & ingredietur & egredietur, & paſcua G
inneniet. Ego ſum uia, ueritas, & uita. Ne
mo uenit ad patrem niſi per me. Nemo no- *Matt. 11.*
uit filium, niſi pater; neque patrem quis no-
uit, niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare?
Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Venite *Ibidem.*
ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, *Ibidem.*
& ego reficiam uos. Tollite iugum meum
ſuper uos, & diſcite a me, quia mitis ſum &
humilis corde: & inuenietis requiem anima
bus ueſtris. Erat lux uera, quæ illuminat o- *Ioan. 1.*
mnem hominem uenientem in hunc mun-
dum, in mundo erat, & mundus per ipſum
factus eſt, & mundus eum non cognouit. In
propria uenit, & ſui eum non receperunt.
Quotquot autem receperunt eum, dedit eis
poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt
in nomine eius: qui non ex ſanguinibus, ne-
que ex uoluntate carnis, neque ex volunta-
te uiri, ſed ex Deo nati ſunt. Et uerbum ca
ro factum eſt, & habitauit in nobis. Et uidi
mus gloriã eius gloriam quaſi unigeniti a pa
tre, plenum gratiæ & neritatis. Et de pleni *Ibidem.*
tudine eius nos omnes accepimus: Et gra-
tiam pro gratia: Quia lex per Moiſen data
eſt, gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum fa-
cta eſt. Ego ſum reſurrectio, & uita; qui cre *Ioan. 11.*
dit in me, etiam ſi mortuus fuerit, uiuet; & H
omnis qui uiuit & credit in me, non morie-
tur in æternum. Credis hoc? Ait illi, utique
domine; ego credidi quia tu es Chriſtus filius
Dei uiui, qui in hunc mundum ueniſti. Ex- *Ibidem.*
pedit nobis nt unus moriatur homo pro po-
pulo, & non tota gens pereat. Hoc autem a
ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet pontifex
anni illius, prophetauit, quòd Ieſus moritu
rus erat pro gente, & non tantum pro gente,
ſed ut filios Dei qui erant diſperſi, congrega *Mat. 16.*
ret in unum. Tu es Chriſtus filius Dei uiui. *Mat. 20.*
Ecce aſcendimus Hieroſolymã, & filius ho-
minis tradetur principibus ſacerdotũ & ſcri-
bis, & condemnabunt eum morte, & tradent
eum gentibus ad illudendum, & flagellandũ,
& crucifigendum, & tertia die reſurget. Fi- *Ibidem.*
lius hominis non uenit miniſtrari, ſed mini-
ſtrare, & dare animam ſuam in redemptionẽ
pro multis. Cœnantibus autem eis, accepit *Mat. 26*
Ieſus panem, & benedixit, ac fregit; dedit-
q́ue diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & come-
dite, hoc eſt corpus meum. Et accipiens
calicem gratias egit, & dedit illis, dicens,
Bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis
meus noui Teſtamenti, qui pro multis effun-
detur in remiſsionem peccatorum. Hic eſt *Marci*
ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro mul- *14.*
tis effundetur. Hoc eſt corpus meum, quod *Luca. 22*
pro uobis tradetur; hoc facite in meam com
memorationem. Similiter & calicem poſt-
quam

A quam cœnauit, dicens. Hic eſt calix nouum Teſtamentum in ſanguine meo, qui pro uobis ſundetur. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiens a Moiſe; & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hieroſolyma. Manifeſte declarant iſta diuina eloquia, non pauca, nec obſcura, ideo uerum Dei filium Saluatorem noſtrum de cœlo deſcendiſſe per naturæ noſtræ aſſumptionem, & pro nobis mortuum fuiſſe, ut in natura noſtra aſſumpta, uiuens, orans, patiens, moriens, ſemetipſum pro nobis in oblationem, hoſtiam, ſacrificiumq; patri ſuo æterno offerens, gratiam patris ſui nobis mereretur, & nos per illam a peccatis liberaret. Hæc ſunt ſanctiſsimi diuiniq́ue Euangelii, ſanctiſsima diuinaque teſtimonia. Talia quoque ſunt quæ legimus, Ecce concipies in utero & paries filium, & uocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſsimi uocabitur, Et dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Quod enim

Lucæ.24 *Ibidem.* *Lucæ.1.* *Mat.1.*

B in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & uocabis nomē eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Quia uiderunt oculi mei, ſalutare tuum. Quod paraſti, ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus eſt uobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid. Sicut Moiſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat uitam æternam. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet uitam æternam, Qui autem incredulus eſt filio, non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Hic eſt uerè propheta, qui uenturus eſt in mundum. Panis enim uerus eſt qui de cœlo deſcendit, & dat uitam mundo. Ego ſum panis uitæ, qui uenit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet in æternum. Deſcendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me. Hæc eſt enim uoluntas eius qui miſit

Lucæ.2. *Ibidem.* *Lucæ.2.* *Ioan.3.* *Ibidem.* *Ioan.6.* *Ibidem.*

C me patris, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſsimo die. Hæc eſt autem uoluntas patris mei qui miſit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Qui credit in me, habet uitam æternam. Ego ſum panis uitæ. Hic eſt panis de cœlo deſcendens, ut ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum, & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita. Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinē, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet uitam æternā, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Caro enim mea uerè eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus: qui manducat meā carnem & bibit meum ſanguinē, in me manet, & ego in illo. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Venit filius hominis ſaluare quod perierat. Filius hominis non uenit animas perdere, ſed ſaluare. Hanc fidem ſancti Apoſtoli tenuerunt, & hanc nobis ſuis poſteris tradiderunt, ſicut in eorū ſymbolo legimus, Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius unicū, dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spi

Ibidem. *Ibidem.* *Ibidem.* *Mat.18.* *Lucæ.9.* *Symbolū Apoſtolorum.*

D ritu Sancto, natus ex Maria Virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum; ſanctam Eccleſiam catholicam Sanctorum communionem. Remiſsionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Vitam æternam. Amen. Iſtamq; fidem explicatam magis habet ſancta mater Eccleſia, ueluti in ſuo ſymbolo quoque dicimus ſingulis diebus dominicis & multis aliis feſtiuis per annos ſingulos a Concilio illo Nyceno famoſiſsimo uſque ad uos, per omnes particulares eccleſias Occidentis & Orientis, Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ: uiſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in unum dominum Ieſum Chriſtum filium Dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo, Lumen de lumine, Deū uerum de Deo uero. Genitum non factum conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Vir-

Symbolū Eccleſiæ.

 giue.

E gine. Et homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum uenturus eſt cum gloria iudicare uiuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum dominum & uiuificantem, qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre & filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam ſanctam catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unũ Baptima in remiſsionem peccatorum. Et exſpecto reſurrectionem mortuorum. Et uitam uenturi ſeculi. Amen. Atque iſta fides explicatur in ſymbolo Ambroſii & Auguſtini per totum Orbem Chriſtianũ recepto, in quo poſt multa dicta de diuinis perſonis in una eſſentia ſingulari, ſic habemus, Tu Rex gloriæ Chriſte. Tu patris, ſempiternus es Filius. Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, non horruiſti Virginis uterum. Tu deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna cœlorum. Tu ad dexteram Dei ſedes, in gloria Patris. Iudex crederis eſſe uenturus. Te ergo quæſumus tuis famulis ſubueni, quos precioſo ſanguine redemiſti. Aeterna fac cum ſanctis tuis, in gloria munerari. Saluum fac populũ tuum domine, & benedic hæreditati tuæ.

Symbolũ Ambroſii, & Auguſtini.

F Et rege eos & extolle illos, uſque in æternũ. Sic etiam ſancta Mater Eccleſia habet, & ſic habemus omnes ex ſolemni ſymbolo Athanaſii, poſt explicationem doctiſsimam trium diuinarum perſonarum in una eſſentia ſingulari & ſimpliciſsima, ita dicentis. Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem, ut incarnationem quoque domini noſtri Ieſu Chriſti, fideliter credat. Eſt ergo fides recta, ut credamus, & confiteamur; quia dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei Filius, Deus, & homo eſt. Deus eſt ex ſubſtantia patris, ante ſecula genitus: & homo eſt ex ſubſtantia matris, in ſeculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens. Aequalis patri, ſecundum diuinitatem: minor patre, ſecundum humanitatem. Qui licet Deus ſit, & homo: non duo tamẽ, ſed unus eſt Chriſtus. Vnus autem non conuerſione diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino nõ confuſione ſubſtantiæ, ſed unitate perſonæ. Nam ſicut anima rationalis & caro, unus eſt homo: ita Deus & homo, unus eſt Chriſtus. Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexterã Dei patris omnipotentis: inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Ad cuius aduentum omnes ho-

Symbolũ Athanaſii.

G mines reſurgere habẽt cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in uitam æternã: qui uero mala, in ignem æternum. Hæc eſt fides catholica, quam niſi quiſque fideliter, firmiterque crediderit, ſaluus eſſe non poterit. Iſta eſt igitur fides catholica, Apoſtolica, diuina, quam ſemper tenuit ſancta Mater Eccleſia; iſta eſt, quam ſemper tenuerunt ſibi & commendauerunt aliis, omnes uiri docti, catholici, atque ſancti, qui pro tempore fuerunt: & iſta eſt quam nos firmiter corde credimus, & ore confitemur. Poſſumus mori, ſed nullo modo poſſumus ab iſta fide diuelli. Itaque poſt peccatum Adæ nullus filiorum eius obtinuit unquam, nec obtinet modo, neque obtinebit aliquando ueniam de peccatis ſuis, originali uel actuali, mortali uel ueniali, niſi per gratiam Dei, quam meruit nobis Saluator noſter, Deus & homo, Mediator Dei & hominum. Nanque & qui ante aduentum Filii Dei in mundum per aſſumptionem humanitatis, ſalui fuerunt, iuſti, & a peccatis liberati; etiam illi in meritis Saluatoris noſtri præuiſis ſalui facti ſunt, iuſti, & liberati a peccatis. Sic etenim ueriſsimè intelligitur, quod legimus, Turbæ autem quæ præcedebant & quæ ſequebantur, clamabãt, dicentes. Hoſanna Filio Dauid: benedictus qui uenit in nomine domini, Hoſanna in altiſsimis.

Mat. 21.

H Operabantur iam tunc etiam illo tempore paſsio & merita noſtri Saluatoris præuiſa, iam apud Deum Patrem ſuum ualebant, & iam multos admodum atque magnos in nobis faciebant effectus: profuit nobis paſsio Chriſti domini noſtri antequã fuiſſet exhibita, & iam tunc habebat operationem, quia iam tunc erat in diuina acceptatione. Nouit Deus & uocat ea quæ non ſunt, ſicut ea quæ ſunt: ſimiliq; modo quod futurũ tunc erat, tanquam præſens, aut iam exhibitum, acceptabat. Præſentiſsima ſunt illi omnia, præterita, præſentia, & futura: omniaq; ea nouit clariſsimè atque diſtinctiſsimè, ſcientia uiſionis. Quia æternus eſt, nihil ei eſt præteritum, nihil futurum: ſed ei omnia ſunt præſentiſsima, etiam quæ præterita, & quæ futura ſunt nobis.

Optimè dicit Diuus Bernardus ĩ ſerm. De ſacramẽto altaris, Prius .n. morte eius profuit, quã fuit. Et de hoc multa inferius lib. 2. cap. 15.

Sed nos ad propoſitum redeamus. Saluator noſter eſt ille Paſtor Euangelicus, paſtor magnus & princeps paſtorũ, qui uenit quærere ac ſaluare ouem quæ perierat, totum uidelicet genus humanum: quam utique quæſiuit, inuenit, & eam in humeros ſuos impoſuit gaudens, eamq; de faucibus luporum liberauit ſpiritalium, ponens animã ſuam pro oue ſua, ſemetipſum hoſtiam & ſacrificium uiuum pro nobis in ara crucis offerendo. Sacrificium inquam Deo patri ſuo gratiſsimum,

Luca. 15.

A tiſsimum, quod a patre ipſo totam gratiam impetrauit. Per Chriſtum igitur Saluatorem noſtrum habemus gratiam Dei, iuſtificationem animarum, remiſsionem peccatorum, liberationem a peccatis, uictoriam contra diabolum, contra mortem, atque contra carnem, & contra mundum; ſimulq; & introductionem ad regnum habemus per ipſum, *Hebr.9.* qui Pontifex noſter factus introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta. Vadens parare nobis uiam, & locum. Sicut ipſe ait. *Ioan.14.* Non turbetur cor ueſtrum. Creditis in Deũ, & in me credite. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si quo minus, dixiſſem uobis: Quia uado parare uobis locum. Et ſi abiero, & præparauero uobis locum, iterum uenio & accipiam uos ad meipſum, ut ubi *Ioan.12.* ſum ego & uos ſitis. Alibi. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: Et ubi ſum ego, illic & mi*Ibidem.*niſter meus erit. Iterum. Et ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad meipſum: hoc autẽ dicebat ſignificans qua morte eſſet mo*Ibidem.*riturus. Rurſus, Non enim ueni ut iudicem mundum; ſed ut ſaluificem mundum.

Proſequendo præcedentia, oſtenditur eadem ueritas, nimirum per gratiam Dei acquiri remiſsionem peccatorum, iuſtificationem, uitam et ſalutem, in Chriſto Ieſu: hoc eſt, per eius merita, qui ſemetipſum pro nobis ſicut oblationem, hoſtiam, & ſacrificium. B *Agitur de re ex dictis Apoſtoli Pauli ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Timotheum, ad Titum, & ad Hebræos.* Cap. II.

PAVLVS ſeruus Ieſu Chriſti, uocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangeliũ Dei, *Rom.1.* quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in uirtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti domini noſtri. Per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus eſtis, & uos uocati Ieſu Chriſti, Omnibus qui ſunt Romæ dilectis Dei, uocatis ſanctis, gratia uobis, & pax a Deo Pa*Rom.3.*tre, & domino noſtro Ieſu Chriſto. Cauſati enim ſumus Iudæos, & Græcos omnes ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptum eſt, Quia non eſt iuſtus, quiſquam, non eſt intelligens, non eſt *Pſal.13.* requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt; non eſt qui faciat bo*Pſal.5.13*num, non eſt uſque ad unum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè C agebant: Venenum Aſpidum ſub labiis eo*Pſal.39.*rum. Quorum os maledictione, & amaritu*Pſal.9.*dine plenum eſt: Veloces pedes eorum ad ef*Eſaiæ.59*fundendum ſanguinem. Contritio, & infœli*Pſal.15.*citas in uiis eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, iis qui in lege ſunt, loquitur: ut omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro coràm illo. Per legẽ enim, cognitio peccati, Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata a lege, & Prophetis, Iuſtitia autem Dei, per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum: non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei: iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per Redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſsionem præcedentium delictorũ, in ſuſtentatione, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore: ut ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *Rom.5.* per quẽ habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus & gloriamur in ſpe D gloriæ filiorum Dei. Vt quid enim Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus, ſecundum tem*Ibidem.*pus pro impiis mortuus eſt? Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commẽdat autem charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis, nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortẽ filii eius: multo magis reconciliati, ſalui erimus in uita ipſius. Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in Deo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Propterea, ſicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertanſiit, in quo omnes peccauerunt. Vſque ad legem enim, peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non eſſet: ſed regnauit mors ab Adam, uſque ad Moiſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri. Sed non ſicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto, multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei & donum, in gratia unius hominis Ie

E ſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut
per unum peccatum, ita & donum. Nam iudi
cium ex uno, in condemnationem: gratia au
tem ex multis delictis, in iuſtificationem. Si
enim unius delicto, mors regnauit per unũ:
multo magis abundantiam gratiæ & donatio
nis & iuſtitiæ accipientes, in uita regnabunt
per unum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per
unius delictum, in omnes homines in con-
demnationẽ: ſic & per unius iuſtitiam, in om
nes homines in iuſtificationem uitæ. Sicut e-
nim per inobedientiam unius hominis, pec-
catores conſtituti ſunt multi: ita & per unius
obeditionem iuſti conſtituentur multi. Lex
autem ſubintrauit, ut abundaret delictum.
Vbi autem abundauit delictum, ſuperabun-
dauit & gratia. Et ſicut regnauit peccatum in
mortem: ita & gratia regnat per iuſtitiam in
uitam æternam per Ieſum Chriſtum Domi-
num noſtrum. Infœlix ego homo, quis me
liberabit de corpore mortis huius? Gratia
Rom. 7. Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ.
Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis coutra nos? Qui e-
tiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro
nobis omnibus tradidit illum: quo modo
non etiam cum illo omnia nobis donauit?
Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus
qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chri
ſtus Ieſus qui mortuus eſt, immo qui & reſur
rexit, qui & eſt ad dexteram Dei, qui etiam
F interpellat pro nobis. Propter quod ſuſci-
pite inuicem, ſicut & Chriſtus ſuſcepit uos in
Rom. 15. honorem Dei. Dico enim Chriſtum Ieſum,
miniſtrum fuiſſe circuncisionis propter ueri-
tatem Dei ad confirmandas promisiones pa
trum. Gentes autem ſuper miſericordia, ho-
Pſal. 17. norare Deum, ſicut ſcriptum eſt. Propterea
2. Reg. confitebor tibi in gentibus, domine, & no-
22. mini tuo cantabo. Et iterum dicit, Lætami-
Pſal. 116. ni gentes cum plebe eius. Et iterum, Lauda
te omnes gentes dominum, & magnificate
Eſaiæ. 11. eum omnes populi. Et rurſus Eſaias ait, Erit
radix Ieſſe, & qui exurget regere gentes, in eo
1. Cor. 1. gentes ſperabunt. Quoniam & Iudæi ſigna pe
tunt, & Græci ſapientiam quærunt: nos au-
tẽ prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis
quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiã,
ipſis autẽ uocatis Iudæis atque Græcis Chri
Ibidem. ſtum Dei uirtutem & Dei ſapientiam. Ex ip
ſo autem uos eſtis in Chriſto Ieſu qui factus
Hier. 9. eſt nobis ſapientia & iuſtitia ſanctificatio &
2. Cor. 10. redemptio: ut (quemadmodum ſcriptum
eſt) Qui gloriatur, in domino glorietur.
Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere, præ
ter id quod poſitum eſt; quod eſt Chriſtus Ie
1. Cor. 3. ſus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit a mor-
1. Cor. 15. tuis, primitiæ dormientium, quoniam qui-
dem per hominem mors, & per hominem re
ſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam om G
nes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiui-
ficabuntur. Factus eſt primus homo Adam *Ibidem.*
in animam uiuentem, nouiſsimus Adam in
ſpiritum uiuificantem: ſed non prius quod
ſpirituale eſt, ſed quod animale, deinde quod
ſpirituale. Primus homo de terra, terrenus:
ſecundus homo de cœlo, cœleſtis. Qualis ter
renus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales
& cœleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginẽ
terreni, portemus & imaginem cœleſtis.
Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriã *Ibidem.*
per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Cha
ritas enim Chriſti urget nos, æſtimantes hoc *2. Cor. 5.*
quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt,
ergo omnes mortui ſunt: & pro omnibus
mortuus eſt Chriſtus, ut & qui uiuunt, iam
non ſibi uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortu-
us eſt, & reſurrexit. Itaque nos ex hoc ne-
minem nouimus ſecundum carnem. Et ſi
cognouimus ſecundum carnem Chriſtum,
ſed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in
Chriſto noua creatura, uetera tranſierunt:
ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autem
ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chri-
ſtum, & dedit nobis miniſterium reconci-
liationis. Quoniam quidem Deus erat in
Chriſto mundum reconcilians ſibi, non re-
putans illis delicta ipſorum, & poſuit in no-
bis uerbum reconciliationis. Pro Chriſto er-
go legatione fungimur, tanquam Deo exhor H
tante per nos. Obſecramus pro Chriſto, re-
conciliamini Deo. Eum qui non nouerat pec
catum, pro nobis peccatum fecit, ut nos ef-
ficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Qui traditus eſt *Rom. 4.*
propter delicta noſtra, & reſurrexit propter
iuſtificationem noſtram. Chriſtus nos rede- *Galat. 3.*
mit de maledicto legis, factus pro nobis ma-
ledictum (quia ſcriptum eſt: Maledictus om *Deut. 21.*
nis qui pendet in ligno) ut in gentibus bene-
dictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, ut pol-
licitationem ſpiritus accipiamus per fidem.
Fratres (ſecundum hominem dico) tamen
hominis confirmatum teſtamentum nemo
ſpernit, aut ſuper ordinat. Abrahæ dictæ
ſunt promisſiones, & ſemini eius. Non di-
cit, Et ſeminibus, quaſi in multis, ſed qua-
ſi in uno, Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Pro
pter tranſgresſionem poſita eſt lex, donec
ueniret ſemẽ cui promiſerat, & ordinata per
angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ
unius non eſt, Deus autem unus eſt. Sed con
cluſit ſcriptura omnia ſub peccato, ut pro-
misſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credenti- *Epheſ. 1.*
bus. Benedictus Deus & pater domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni
benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chri
ſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi con-
ſtitutionem

A ſtitutionem ut eſſemus ſancti & immaculati
in conſpectu eius in charitate: qui prædeſti-
nauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum
Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum
uoluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ,
in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo: in
quo habemus redeptionem per ſanguinem
eius, remiſſionem peccatorum ſecundum
diuitias gratiæ eius quæ ſuperabundauit in
nobis in omni ſapientia & prudentia, ut no-
tum faceret nobis ſacramentum uoluntatis
ſuæ, ſecundum beneplacitum eius, quod pro
poſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis tẽ-
porum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in
cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo. Nunc antẽ
Epheſ.2. in Chriſto Ieſu uos qui aliquando eratis lon-
gè, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. Ipſe
enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum,
& medium parietem maceriæ ſoluens, inimi
citias in carne ſua, legem mandatorum de-
cretis, euacuans: ut duos condat in ſemet-
ipſo in unum nouum hominem, faciens pa-
cem, ut reconciliet ambos in uno corpore,
Deo per crucem interficiens inimicitias in
ſemetipſo. Et ueniens Euangelizauit pa-
cem uobis qui longe fuiſtis, & pacem iis qui
prope: quoniam per ipſum habemus acceſ-
ſum ambo in uno ſpiritu, ad patrem. Chri-
Epheſ.5. ſtus, caput eſt Eccleſiæ: ipſe ſaluator cor-
B poris eius. Chriſtus dilexit Eccleſiam, &
ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret,
mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ,
ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiã non
habentem maculam aut rugam, aut aliquid
huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta, & immaculata.
Philip.1. Mihi enim uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ.
Philip.2. Hoc enim ſentite in uobis, quod & in Chri-
ſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet, non ra-
pinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo, ſed
ſemetipſum exinaniuit formam ſerui acci-
piens, in ſimilitudinem hominum factus, &
habitu inuentus ut homo. Humiliauit ſemet
ipſum, factus obediens uſque ad mortem,
mortem autem crucis. Propter quod & De-
us exaltauit illum: & donauit illi nomen,
quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine
Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terre-
ſtrium, & infernorum, & omnis lingua con-
fiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in glo
ria eſt Dei Patris. Cum gaudio gratias agen-
Coloſ.1. tes Deo Patri qui dignos fecit in partem ſor-
tis ſanctorum in lumine, qui eripuit nos de
poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnũ
filii dilectionis ſuæ, in quo habemus redem-
ptionem, & remiſſione peccatorum, qui eſt
imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis
creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt uni-
uerſa in cœlis & in terra, uiſibilia & inuiſibi-
lia, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Prin C
cipatus, ſiue Poteſtates. Omnia per ipſum &
in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, &
omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt caput cor-
poris Eccleſiæ, qui eſt principium, primoge
nitus ex mortuis, ut ſit in omnibus ipſe pri-
matum tenens; quia in ipſo complacuit om-
nem plenitudinem inhabitare, & per eum re
conciliare omnia in ipſum, pacificans per ſan
guinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue
quæ in cœlis ſunt. Et uos cùm mortui eſſe- *Coloſ.2.*
tis in delictis & præputio carnis ueſtræ, con-
uiuificauit cum illo, donans uobis omnia de
licta, delens, quod aduerſus nos erat chiro-
graphum decreti, quod erat contrarium no-
bis: & ipſum tulit de medio, affigens illud
cruci, & expolians principatus & poteſta-
tes traduxit confidenter palam, triumphans
illos in ſemetipſo. Vnus enim Deus, unus & *1.Tim.2.*
Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus
Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum
pro omnibns; cuius teſtimonium tempori-
bus ſuis confirmatum eſt, in quo poſitus ſum
ego prædicator & Apoſtolus. Apparuit e-
nim gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus ho
minibus: erudiens nos, ut abnegantes impie
tatem & ſæcularia deſideria, ſobriè, & iu-
ſtè, & piè uiuamns in hoc ſæculo, exſpectãtes *ad Tit.2.*
beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei
& Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſe- D
metipſum pro nobis, ut nos redimeret ab o-
mni iniquitate, & mundaret ſibi populum
acceptabilem, ſectatorẽ bonorum operum.
Hæc loquere, & exhortare & argue cum om
ni imperio. Cum autem benignitas & huma *ad Tit.3.*
nitas apparuit Saluatoris noſtri Dei; non ex
operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecun-
dum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.
Per lauacrũ regenerationis & renouationis
Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè
per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, ut
iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecun-
dum ſpem uitæ æternæ. Multifariam mul-
tiſq; modis olim Deus loquens patribus in *Hebr.1.*
Prophetis: nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt
nobis in filio, quem conſtituit hæredem uni
uerſorum, per quem fecit & ſæcula, qui cum
ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius,
portanſq; omnia uerbo uirtutis ſuæ, purga-
tionem peccatorum faciens, ſedet ad dexte-
ram maieſtatis in excelſis: Tanto melior an-
gelis effectus, quanto differentius præ illis
nomen hæreditauit. Eum autem qui modi- *Hebr.2.*
co quàm Angeli, minoratus eſt, uidemus Ie-
ſum propter paſsionem mortis gloria & ho-
nore coronatum: ut gratia Dei pro omnibus
guſtaret mortem. Decebat enim eum pro-
pter quem omnia, & per quem omnia, qui
multos,

multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum, per paſsionem conſummari. *Hebr. 5.* Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit ut Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit. Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Qui in diebus carnis ſuæ, preces, ſupplicationesq́; ad eum qui poſsit illum ſaluum facere a morte, cum clamore ualido & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et quidem cum eſſet filius Dei, didicit ex his quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ, appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchiſedech. *Hebr. 7.* Et alii quidem plures facti ſunt ſacerdotes iccirco quod morte prohiberentur permanere, hic autem eo quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ipſum ad Deum, ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocēs, impollutus, ſegregatus a peccatoribus & excelſior cœlis factus: qui nō habet neceſsitatem quotidie (quēadmodum ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel, ſe offerendo.

F Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. *Hebr. 9.* Chriſtus autem aſsiſtens Pontifex futurorum bonorum peramplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis uitulæ, aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum Sanctum ſemet ipſum obtulit immaculatum Deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo uiuenti? Et ideo noui teſtamenti mediator eſt: ut morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento, repromisſionem accipiant qui uocati ſunt, æternæ hæreditatis. *Ibidem.* Non enim in manu facta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria uerorum, ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Neque ut ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno (alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.) Nunc autem ſemel in conſummationē ſæculorum, ad deſtitutionem peccati, per hoſtiam ſuam apparuit. G Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhauriēda peccata: ſecundò ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe, in ſalutem. *Hebr. 13.* Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pōtificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Ieſus, ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes. *1. Tim. 1.* Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quòd Chriſtus Ieſus uenit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. *1. Cor. 11.* Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi uobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, dicens: Hic calix, nouum teſtamentū eſt in meo ſanguine. *Hebr. 10.* Impoſsibile enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. *Pſal. 39.* Ideo ingrediens mundum dicit, Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Holocauſtomata, & pro peccato, non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce uenio. In capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam Deus uoluntatem tuam. Superius dicens, Quia hoſtias, & oblationes, & holocauſtomata, & H pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi quæ ſecundum legem offeruntur, tunc dixi, Ecce uenio ut faciam Deus uoluntatem tuam, aufert primum, ut ſequens ſtatuat. In qua uoluntate ſanctificati ſumus, per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Et omnis quidem ſacerdos præſtò eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias quæ non poſſunt auferre peccata: Hic autem unam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius. Vna enim oblatione, conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.

Proſequendo inſtitutum eadem ueritas ex aliis locis tum noui tum ueteris teſtamenti aſſeritur: nempè quòd Deus optimus lauat & repurgat nos a peccatis noſtris ſanguine Chriſti Seruatoris Mundi, & peccatorum noſtrorum ſarcinam humeris ſuis aptauit, quò nos a peccatorum nexu per ſuam uitam ſanctiſſimam, paſſionem, & mortem uindicaret, & iuſtificaret.

CAP. III.

A PETRVS Apoſtolus Ieſu
1. Pet. 1. Chriſti, electis aduenis di-
ſperſionis Ponti, Galatiæ,
Cappadociæ, Aſiæ, & Bi-
thyniæ, ſecundum præ-
ſcientiam Dei Patris, in ſan
ctificatiouem Spiritus, in
obedientiam & aſperſionem ſaguinis Ieſu
Chriſti, gratia uobis & pax multiplicetur.
Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri
Ieſu Chriſti qui ſecundum miſericordiam ſuā
magnam regenerauit nos in ſpem uiuam, per
reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in
Ibidem. hæreditatem in corruptibilē. Propter quod
ſuccincti lumbos mentis ueſtræ, ſobrii, per-
fectè ſperate in eam quæ offertur uobis, gra
tiam, in reuelationem Ieſu Chriſti, quaſi fi-
Ibidem. lii obedientiæ. Scientes quòd non corrupti-
bilibus auro uel argento redempti eſtis de ua
na ueſtra conuerſatione paternæ traditionis,
ſed præcioſo ſanguine quaſi agni immaculati
Chriſti & in contaminati, præcogniti quidē
ante mundi conſtitutionem, manifeſtati au-
1. Petr. 2. tem nouiſsimis temporibus. Ad quem acce
dentes lapidem uiuum, ab hominibus qui-
dem reprobatum, a deo autem electum &
honorificatum. Et ipſi tanquam lapides uiui
ſuperædificamini, domus ſpiritualis, ſacer-
dotium ſanctum, offerentes ſpirituales ho-
B ſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.
Ibidem. In hoc enim uocati eſtis, quia & Chriſtus
paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exem
plum, ut ſequamini ueſtigia eius. Qui pecca
tum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore
eius. Qui cum malediceretur, non male-
dicebat: cum pateretur, non comminaba-
tur; tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè, qui
peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſu
per lignum, ut peccatis mortui, iuſtitiæ ui-
1. Petr. 3 uamus: cuius liuore ſanati ſumus. Chriſtus
ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iu-
ſtus pro iniuſtis, ut nos offerret Deo, morti
ficatos quidem carne, uiuificatos autem ſpi-
ritu, in quo & his qui in carcere erant ſpiri-
tibus, ueniens prædicauit, qui increduli fue
rant aliquando, quando expectabant Dei pa
tientiam in diebus Noæ, cum fabricaretur
arca in qua pauci, ideſt, octo animæ ſaluæ fa-
ctæ ſunt per aquam. Quod & uos nunc ſimi-
lis formæ ſaluos facit baptiſma: non carnis de
poſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ inter
rogatio in Deum per reſurrectionē Ieſu Chri
ſti, qui eſt in dextera Dei, de glutiens mor-
tem, ut uitæ æternæ hæredes efficeremur:
profectus in cœlum, ſubiectis ſibi angelis &
1. Petr. 4. poteſtatibus & uirtutibus. Chriſto igitur
paſſo in carne, & uos eadem cogitatione ar-
2. Pet. 1. mamini. Non enim in doctas fabulas ſecuti
notā fecimus uobis domini noſtri Ieſu Chri- C
ſti uirtutem, & præſcientiam: ſed ſpeculato
res facti illius magnitudinis. Accipiens enim
a Deo Patre honorem & gloriam, uoce de-
lapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica glo-
ria. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi Mat. 17.
complacui, ipſum audite. Et hāc uocem nos
audiuimus de cœlo allatā, cum eſſemus cum
ipſo in monte ſancto. Quod fuit ab initio, 1. Ioan. 1.
quod audiuimus, quod uidimus oculis no-
ſtris, quod perſpeximus & manus noſtræ cō-
trectauerunt de uerbo uitæ, & uita manife-
ſtata eſt: & uidimus & teſtamur, & annun-
tiamus uobis uitam æternam, quæ erat apud
Patrem, & apparuit nobis. Quod uidimus
& audiuimus, annuntiamus uobis, ut & uos
ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas no
ſtra ſit cum Patre & cum filio eius Ieſu Chri-
ſto. Si autem in luce ambulamus, ſicut & ip- Ibidem.
ſe eſt in luce, ſocietatem habemus ad inuicē,
& ſanguis Ieſu Chriſti filii eius emundat nos
ab omni peccato. Filioli mei, hæc ſcribo uo- 1. Ioan. 2.
bis, ut non peccetis. Sed ſiquis peccauerit,
aduocatū habemus apud Patrem Ieſum Chri
ſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro pec-
catis noſtris; non pro noſtris autem tantum,
ſed etiam pro totius mundi. In hoc appa- 1. Ioan. 4.
ruit charitas Dei in nobis, quoniam filium
ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut
uiuamus per eum. In hoc eſt charitas, non D
quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam
ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum
propitiationem pro peccatis noſtris. Et nos Ibidem.
uidimus & teſtificamur, quoniam Pater mi-
ſit filium ſuum Saluatorem mundi. Ioannes
ſeptem eccleſiis quæ ſunt in Aſia. Gratia uo- Apoca. 1.
bis & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui
uenturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus qui in cō-
ſpectu throni eius ſunt, & à Ieſu Chriſto qui
eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum,
& princeps Regum terræ, qui dilexit nos, &
lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, &
fecit nos regnum & ſacerdotes Deo & patri
ſuo, ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculo-
rum. Deus Abrahā, & Deus Iſaac, & Deus Act. 3.
Iacob, Deus Patrum noſtrorum glorificauit
filium ſuum Ieſum, quem nos quidem tra-
didiſtis & negaſtis ante faciem Pilati, iudican
te illo dimitti. Vos autem ſanctum & iuſtum
negaſtis, & petiſtis uirum homicidam dona-
ri uobis; auctorem uerò uitæ interfeciſtis,
quem Deus ſuſcitauit à mortuis, cuius nos
teſtes ſumus. Moiſes quidem dixit. Quoniā Ibidem.
Prophetam ſuſcitabit uobis dominus Deus
ueſter de fratribus ueſtris tanquam me, ip-
ſum audietis iuxta omnia quæcunq; locutus
fuerit uobis. Erit autem, omnis anima quæ
non audierit Prophetam illum, extermina-

E bitur de plebe. Et omnes Prophetæ à Samuel & deinceps qui locuti ſunt, etiam annuntiauerunt dies iſtos. Vos eſtis filii Prophetarum & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad patres noſtros, dicens ad Abraham, Et in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primùm Deus ſuſcitans filium ſuum, miſit eum benedicentem uobis, ut conuertat
Act. 4. ſe unuſquiſq; à nequitia ſua. Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à uobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli, & non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Hæc & multa alia ſimilia ſunt præconia noui teſtamenti, de redemptione totius generis humani, per Saluatorẽ & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in ſanguine eius. Cæterùm quantum attinet ad uetus teſtamentum, de regno Meſsiæ olim promiſſi, nunc iam habiti, quod futurum erat illud regnum ſpirituale, ſpiritualis congregatio diſperſionum Iſraelis, ſpiritualis uictoria, ſpiritualis redemptio, ſcilicet contra peccatum, ſpiritualis inquam, pariter & uniuerſalis omnium hominum, Iudæorum, & Gentilium, omnium nationum, quod Meſsias à peccato redempturus erat omnem populum non pugnando aut uincendo corporaliter aduerſarios, ſed potius ab eis crudelia & acerba uſq; ad mortem incluſinè patiendo, prædicans,
F pacem bonaq; Euangelizans, & ad uiam iuſtitiæ homines reducens. Antiquarum quoque ſcripturarum ſanctarum penè infinita ſunt teſtimonia, legis inquam Prophetarum, Pſalmorum. Ex quibus (omiſsis tamen figuris de
Gen. 4. Abel iuſto occiſo a fratre, de Noæ ſaluum aſ-
Gen. 9. ſeruante uniuerſum ſemen in arca, de Abra-
Gen. 22. ham immolante filium, de Ioſeph uendito in
Gen. 38. uidia fratrum ſuorum, pallium in manu Agy-
Gen. 39. ptiacæ relinquente. Et fratres eoſdem à perſecutione famis redimente, de agno occiſo
Exod. 12 ad expeditionem filiorum Iſrael de Agypto,
Num. 21 de ſerpente æneo ſuſpenſo in eremo, ad cuius aſpectum icti à ſerpentibus leuabantur, de
Iud. 16. Sanſone paſſo à Dalida, ſua morte ſpontanea plures inimicos moriendo, quàm uiuendo interimente) nonnulla adducamus, quia omnia adduci, præ multitudine non poſſent.
Gen. 17. In lege, ita legimus, Daboq; tibi & ſemini tuo poſt te terram peregrinationis tuæ, om-
Gen. 22. nem terram Chanaã in poſſeſsionem æternã. Poſsidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ: quod declarans Apoſtolus,
Gal. 3. in ſemine Abrahæ, Saluatorem intelligit. Nõ auferetur Sceptrum de Iuda, & dux de femo-
Gen. 49. re eius, donec ueniat qui mittendus eſt: & ip-
Deut. 18. ſe erit expectatio gentium. Prophetã de gente tua & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcita- G bit tibi dominus Deus tuus; ipſum audies ut petiſti à Domino Deo tuo in Oreb, quando concio congregata eſt, atque dixiſti. Vltra non audiam uocem Domini Dei mei, & ignẽ hunc maximum amplius non uidebo ne moriar. Et ait dominus mihi, Bene omnia ſunt locuti, Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi. Intelligebatur autẽ Saluator noſter in illo Propheta, ut diuus Pe- *Act. 3.*
trus declarauit, ſimul & diuus Stephanus. Ec- *Act. 7.*
ce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabi- *Eſaia. 7.*
tur nomen eius Emanuel. Butirum & mel comedet, ut ſciat reprobare malum & eligere bonum. Paruulus enim natus eſt nobis, *Eſaia. 9.*
& filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius: & uocabitur nomen eius Admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit: ut confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia, à modo & uſque in ſempiternum. Et egredietur *Eſaia. 11.*
uirga de radice Ieſſæ, & flos de radice eius aſcendet; & requieſcet ſuper eũ Spiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis; & replebit eum ſpiritus timoris H domini. Non ſecundum uiſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Et percutiet terram uirga oris ſui; & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius; & fides cinctorium renum eius. In die illa radix Ieſſæ, *Ibidem.*
qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum. In die illa erit germem domini in ma- *Eſaia. 4.*
gnificentia, & gloria, & fructus terræ ſublimis, & exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit omnis qui relictus fuerit in Syon, & reſiduus in Hieruſalem, ſanctus uocabitur omnis qui ſcriptus eſt in uita in Hieruſalem; Si abſtulerit dominus ſordes filiarum Syon, & ſanguinem in Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicii & ſpiritu ar-
doris. Cõſolamini Cõſolamini populs meus, *Eſaie. 40*
dicit Deus ueſter. Parate uiam Domini, re- *Ibidem.*
ctas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis uallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in uias planas. Et reuelabitur gloria Domini, & uidebit omnis caro pariter quòd os Domini locutum eſt. Ibidem.

Super

A Super montem excelſum aſcende tu quæ
Ibidem. Euangelizas Syon : exalta in fortitudine
uocem tuam quæ Euangelizas Hieruſalem:
Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ,
Ecce Deus ueſter, ecce dominus Deus in for
titudine ueniet, & brachium eius dominabi-
tur. Ecce, merces eius cum eo, & opus il-
lius corám illo. Sicut paſtor, gregem ſuum
paſcet; in brachio ſuo congregabit agnos;
& in ſinu ſuo leuabit, fœtus ipſe portabit:
Eſaia.42 Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: electus
meus, conplacuit ſibi in illo anima mea. De-
di Spiritum meum ſuper eum, iudicium gen-
tibus proferet. Non clamabit, neque acci-
piet perſonam, nec audietur uox eius foris.
Calamum quaſſatum non conteret, & lignũ
fumigans non extinguet. In ueritate educet
iudicium: non erit triſtis, neque turbulentus,
donec ponat in terra iudicium: & legem eius
Eſa. 45. inſulæ expectabunt. Rorate cæli deſuper, &
nubes pluant iuſtum: apperiatur terra, & ger
minet Saluatorem: & iuſtitia oriatur ſimul.
Audite inſulæ, & attendite populi delonge;
Eſa. 49. Dominus ab utero uocauit me, de uentre ma
tris meæ recordatus eſt nominis mei. Et po-
ſuit os meus quaſi gladium acutum, in um-
bra manus ſuæ protexit me, & poſuit me ſicut
ſagittam electam. In pharetra ſua abſcondit
me, & dixit mihi, Seruus meus es tu Iſrael;
B quia in te glorificabor. Et ego dixi, In uacuũ
laboraui ſine cauſa, & uanè fortitudinem meã
conſumpſi. Ergo iudicium meum cum do-
mino, & opus meum cum Deo meo. Et nunc
hæc dicit dominus, formans me ex utero ſer
uum ſibi, ut reducam Iacob ad eum, & Iſrael
non congregabitur. Et glorificatus ſum in
oculis domini, & Deus meus factus eſt forti
tudo mea. Et dixit, Parum eſt ut ſis mihi ſer
uus ad ſcuſcitandas tribus Iacob, & fœces Iſ-
rael conuertendas. Dedi te in lucem gentiũ,
ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ.
Hæc dicit dominus Redemptor Iſrael, ſanctus
eius, ad contemptibilem animam, ad abo-
minatam gentem, ad ſeruum dominorum.
Eſa. 52. Conſurge, conſurge; induere fortitudine tua
Syon: induere ueſtimentis gloriæ tuæ Hieru-
ſalem ciuitas Sancti, quia non adiiciet ultra
ut pertranſeat per te incircumciſus & immun
dus. Excutere de puluere, conſurge, ſede
Hieruſalem. Solue uincula colli tui captiua
filia Syon; quia hæc dicit dominus, Gratis ue-
nundati eſtis, & ſine argento redimemi. Pro-
Ibidem. pter hoc ſciet populus meus nomen meum
in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ec-
ce adſum. Quàm pulchri ſuper montes pe-
des annuntiantis & prædicantis pacem: an-
nuntiantis bonum, prædicantis ſalutem, di-
Ibidem. centis Syon, Regnabit Deus tuus. Gaudete,

& laudate ſimul deſerta Hieruſalem; quia con C
ſolatus eſt dominus populum ſuum, redemit
Hieruſalem. Parauit Dominus brachium ſan
ctu ſuum in oculis omnium gentium: & uide
bunt omnes fines terræ, ſalutare Dei noſtri.
Ecce, intelliget ſeruus meus, exaltabitur; *Ibidem.*
& eleuabitur, & ſublimis erit ualde. Sicut
obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius e-
rit inter uiros aſpectus eius, & forma eius in-
ter filios hominum. Iſte aſperget gentes mul
tas, ſuper ipſum cõtinebunt Reges os ſuum;
quia quibus non eſt narratum de eo, uiderũt:
& qui non audierunt, contemplati ſunt. Quis *Eſa. 53.*
credidit auditui noſtro? Et brachium Domi- *Ioan. 12.*
ni cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut uir- *Rom. 10.*
gultum corám eo, & ſicut radix de terra ſi-
tiente: Non eſt ſpecies ei; neque decor. Et *Marc. 9.*
uidimus eum, & non erat aſpectus: & deſide
rauimus eum deſpectum, & nouiſſimum ui-
rorum, uirum dolorum & ſcientẽ infirmita-
tem. Et quaſi abſconditus uultus eius & de- *Mat. 8.*
ſpectus, unde nec reputauimus eum. Ve- *1. Petr. 2*
rè languores noſtros ipſe tulit, & dolores
noſtros ipſe portauit. Et nos reputauimus
eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo &
humiliatum. Ipſo autem uulneratus eſt pro- *1. Cor. 15.*
pter iniquitates noſtras, attritus eſt propter
ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper
eum, & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos
quaſi oues errauimus, unuſquiſque in uiam
ſuam declinauit: & poſuit dominus in eo ini- D
quitates omnium noſtrùm. Oblatus eſt, quia *Mat. 26.*
ipſe uoluit, & non aperuit os ſuum. Sicut *Hier. 11.*
ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus *Act. 8.*
corám tondente ſe, obmuteſcet & non ape-
riet os ſuum. De anguſtia, & de iudicio ſu-
blatus eſt. Generationem eius quis enarra-
bit? Quia abſciſſus eſt de terra uiuentium:
Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et
dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro *1. Pet. 2.*
morte ſua: eo quòd iniquitatem non fecit, *1. Ioan. 3.*
neque dolus fuerit in ore eius: & dominus uo
luit conterere eum in infirmitate. Si poſue-
rit pro peccato animam ſuam, uidebit ſe-
men longæuum, & uoluntas Domini in ma-
nu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit ani
ma eius, uidebit & ſalutabitur. In ſcientia ſua
iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos, &
iniquitates eorum ipſe portabit. Ideo diſper
tiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia,
eo quod tradidit in mortem animã ſuam; &
cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata *Mar. 15.*
multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus roga *Luce. 22.*
uit. Quis eſt iſte qui uenit de Edom, tinctis *Eſa 63.*
ueſtibus de Boſra: iſte formoſus in ſtola ſua,
gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ? E-
go qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum
ad ſaluandum. Quare ergo rubrum eſt indu-

E mentum Tuum, & ueſtimenta tua ſicut cal-
cantium in torculari? To rcular calcaui ſolus,
& de gentibus nō eſt uir mecum. Calcaui eos
in furore meo, & conculcaui eos in ira mea;
& aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper ueſtimen-
ta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.
Dies enim ultionis in corde meo, annus re-
demptionis meæ uenit. Circumſpexi, & non
erat auxiliator: quæſiui, & non fuit qui ad-
Hier.23 iuuaret. Ecce dies ueniunt, dicit dominus;
& ſuſcitabo Dauid germen iuſtum: & regna-
bit Rex, & ſapiens erit; & faciet iudicium &
iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur In
da, & Iſrael habitabit confidenter: & hoc eſt
nomen quod uocabunt eum, Dominus iu-
ſtus noſter. Propter hoc Ecce dies ueniunt,
dicit dominus: & non dicet ultra, Viuit domi
nus qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti;
ſed, uiuit dominus qui eduxit & adduxit ſe-
men domus Iſrael de terra Aquilonis, & de
Hier.33. cunctis terris, ad quas eieceram eos. Ecce,
ego obducam eis cicatricem, & ſanitatem, &
curabo eos: & rauelabo illis deprecationem
pacis, & ueritatis. Et conuertam conuerſio-
nem Iuda, & conuerſionem Iſrael: & ædifica
bo eos ſicut a principio. Et emundabo illos
ab omni iniquitate ſua, in qua peccauerunt
mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus
eorum in quibus deliquerunt mihi, & ſpreue
F runt me. Ecce dies uenient, dicit dominus:
Ibidem. & ſuſcitabo uerbum bonum, quod locutus
ſum ad domum Iſrael & ad domum Iuda. In
diebus illis, & in tempore illo germinare ſa-
ciam Dauid germen iuſtitiæ; & faciet iudiciū
& iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabi-
ter Iuda: & Hieruſalem habitabit confiden-
ter. Et hoc eſt nomen, quod uocabunt eum,
Dominus iuſtus noſter. Quia hæc dicit do-
minus, Non interibit de Dauid uir, qui ſe-
Thren.4 deat ſuper thronum domus Iſrael. Spiritus
oris noſtri: Chriſtus dominus captus eſt in
peccatis noſtris: cui diximus, In umbra tua
Thren.3 uiuemus in gentibus. Dabit percutienti ſe
Ezec.34 maxillam, ſaturabitur opprobriis. Saluabo
gregem meum, & non erit ultra in rapinam,
& iudicabo inter pecus & pecus. Et ſuſcitabo
ſuper ea, paſtorem unum, qui paſcat ea, ſer-
uum meum Dauid: ipſe paſcet ea; & ipſe erit
eis in paſtorem. Ego aūt dominus ero eis in
Deum: & ſeruus meus Dauid princeps in me
dio eorum: ego dominus locutus ſum. Et
faciam cum eis pactum pacis, & ceſſare faciā
beſtias peſſimas de terra. Tollam quippe uos
Eze.36. de gentibus, & congregabo uos de uniuerſis
terris, & adducam uos in terram ueſtram,
Et effundam ſuper uos aquam mundam, &
mundabimini ab omnibus inquinamentis ue
ſtris, & ab uniuerſis idolis ueſtris mundabo
uos. Et dabo uobis cor nouum & ſpiritum G
nouum. Et ſaluabo uos ex uniuerſis inqui- *Ibidem.*
namentis ueſtris. Et ſeruus meus Dauid rex *Ezec.37.*
ſuper eos, & paſtor unus erit omnium eo-
rum: in iudiciis meis ambulabunt, & man-
data mea cuſtodient, & facient ea. Et Dauid *Ibidem.*
ſeruus meus princeps eorum in perpetuum.
Et percutiam illis fœdus pacis, pactum ſem-
piternum erit eis: & fundabo eos, & multi-
plicabo, & dabo ſanctificationem meam in
medio eorum in perpetuum. Septuaginta *Dani.9.*
hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populū
tuum & ſuper urbem ſanctam tuam, ut con-
ſummetur præuaricatio, & finē accipiat pec-
catum, & deleatur iniquitas, & adducatur iu
ſtitia ſempiterna, & impleatur uiſio & pro-
phetia; & ungatur ſanctus ſanctorum. Sci-
to ergo & animaduerte: ab exitu ſermonis,
ut iterum ædificetur Hieruſalem, uſque ad
Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem &
hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſus
ædificabitur platea, & muri in anguſtia tem-
porum. Et poſt hebdomades ſexaginta duas
occidetur Chriſtus: & non erit eius populus
qui eum negaturus eſt. Et mouebo omnes *Agge.2.*
gentes, & ueniet deſideratus cunctis genti-
bus; & implebo domum iſtam gloria, dicit *Ibidem.*
dominus exercituum. Magna erit gloria do-
mus iſtius nouiſſimæ pluſquam primæ, dicit
dominus exercituum: & in loco iſto dabo pa H
cem. Exulta ſatis filia Syon, iubila filia Hie- *Zach.9.*
ruſalem; ecce Rex tuus ueniet tibi iuſtus
& Saluator: ipſe pauper & aſcendens ſuper
aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ, Et di-
ſperdam quadrigam ex Ephraim, & equum
de Hieruſalem, & diſsipabitur arcus belli; &
loquetur pacem gentibns, & poteſtas eius
à mari uſque ad mare, & à fluminibus uſ-
que ad fines terræ. Tu quoque in ſanguine
teſtamenti tui emiſsiſti uinctos tuos de lacu, *Mala.3.*
in quo non eſt, aqua. Ecce ego mitto ange-
lum meum, præparabit uiam ante faciem
meam. Et ſtatim ueniet ad templum ſuum
dominator quem uos quæritis, & angelus
teſtamenti quem uos uultis. Ipſe enim qua- *Ibidem.*
ſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum.
Et ſedebit conflans, & emundans argentum,
& purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi au
rum, & quaſi argentum & erunt domino of-
ferentes ſacrificia in iuſtitia. Quid ſunt pla-
gæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet *Zach.13.*
his, plagatus ſum in domo eorum qui dilige-
bant me. Phramea ſuſcitare ſuper paſtorem
meum, & ſuper uirum cohærentem mihi, di
cit dominus exercituum: percute paſtorem,
& diſpergentur oues: & conuertam manum
meam ad paruulos. Venite & reuertamur ad *Oſea.6.*
dominum, quia ipſe cepit, & ſaluabit nos:
per

A percutiet, & curabit nos: uiuificabit nos poſt duos dies. In die tertia ſuſcitabit nos, & uiuemus in cōſpectu eius. Ero mors tua o mors, ero morſus tuus inferne. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerūt in unum, aduerſus dominū & aduerſus Chriſtum eius. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Syon montem Sanctum eius, prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & poſſeſsionem tuam, terminos terræ. Nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? per totum. Ad ueſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Deſcendet ſicut pluuia in uellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Orietur in diebus eius iuſtitia & abundātia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur a mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum. Corām illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes Reges, omnes gentes ſeruient ei. Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet B pauperi & inopi, & animas pauperū ſaluas faciet. Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum corām illo. Quia apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſrael, ex omnibus iniquitatibus eius. Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam cōfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & ueritas domini manet in æternum. Hæc & multa alia ueteris teſtamenti, legis, Prophetarum, atque Pſalmorum, clarè oſtendunt regnum Meſsiæ quod tunc promittebant, futurum ſpiritale, ſpiritalem eius congregationem diſperſionum Iſraelis, ſpiritalem redemptionem, ſpiritalem, uictoriam, ſimul & uniuerſalem; hoc eſt, redemptionem ſeu liberationem animarum a peccatis, tum Iudæorum, tum gentilium, omnium ſcilicet hominum. Quam facturus tunc erat Meſsias, ut re uera iam fecit, non pugnando aut uincendo corporaliter inimicos ſed ab inimicis crudelia & acerba ſciens uolensque patiendo uincula, alapas, flagella, ſputa, & mortem crucis: faciens ſemetipſum Deo patri ſuo, hoſtiam, oblationem, & ſacrificium pro omnibus peccatis cunctorum hominum, ab origine mundi, atque in ſempiternum. Qua obedientia ſua mirabili, hoſtia, oblatione, & ſacrificio, gratiā

Oſee 13. Pſal. 2. Ibidem. Pſal. 15. Pſal. 21. Pſal. 29. Pſal. 71. Pſal. 129. Pſal. 116.

Patris ſui nobis meruit, omnes poteſtates aduerſas & ſpiritales nequitias uicit, nosq; ſpiritaliter redemit, atque liberauit: ad amicitiam Dei reduxit, filios Dei adoptiuos & cohæredes regni fecit, mundum Deo reconcilians. C

Oſtenditur quæ nam illa ſit Dei gratia quā Seruator noſter nobis ſua paſsionis & mortis merito acquiſiuit: probatur increatam eſſe gratiam, & creatam; illam primariò, hāc ſecundariò. Declaratur ultimò, Seruatorem noſtrum aliquid meruiſſe ſibi & non nobis; aliquid nobis, & non ſibi, aliquid ſibi et nobis, aliquid nec nobis nec ſibi: proponiturq́, agendum de extenſione gratiæ Chriſti. CAP. IIII.

SALVATOR ergo noſter, Deus & homo, mediator Dei & hominum, Chriſtus Ieſus benedictus, offerens ſemetipſum Patri ſuo, oblationem, hoſtiam, & ſacrificium pro nobis cunctis hominibus & pro omnibus peccatis noſtris, nos omnes patri ſuo reconciliauit, nosq; à peccatis redemit, atque liberauit, quantum oportuit: manifeſtè enim utrunque horum probauit diu inarum ſcripturarum adducta rum auctoritas, tum noſtram recōciliationem cum Deo, tum noſtram redemptionem ſeu liberationem à peccato, per Chriſtum Dominum D noſtrum. Tanta fuit uis, & uirtus, tantus uigor, & ualor, illius ſanctiſsimi ſacrificii, ſimpliciter & abſolutè infiniti uidelicet quia ſimpliciter infinita erat perſona, quæ offerebat: uerè perſona diuina, uerus filius Dei, æternus, infinitusq; ſimpliciter. Nec opus eſt modo longius, latius, aut fuſius explicare, quod nam horum intelligatur fuiſſe prius, noſtra cum Deo reconciliatio, an noſtra à peccatis redemptio ſeu liberatio: ambo nanque fuerunt ſimul tempore, licet quantum ſpectat ad ordinem naturæ prius intelligatur fuiſſe noſtra reconciliatio in genere cauſæ efficientis, quām noſtra redemptio à peccatis. A noſtra enim reconciliatione uidetur proficiſci noſtra eiuſmodi redemptio, tāquam effectus à ſua cauſa: ut uerè intelligamus noſtram reconciliationem, cauſam fuiſſe noſtræ redemptionis ſeu liberationis. Quod profectò ſecūdum ordinem literæ uidetur docuiſſe Apoſtolus, dicens, Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum. Prius dixit, Mundum reconcilians ſibi; poſterius addidit, Nō reputans illis delicta ipſorum. Et per ſe conſtat noſtram liberationem à peccato, quendā effectum eſſe noſtræ reconciliationis cū Deo. *1.Cor. 5.*

E quodq; magis conſtabit ſtatim. Reconciliauit ergo Saluator noſter nos Deo; ſemetipſum pro nobis in oblationem, hoſtiam, & ſacrificium offerendo. Sed quæſo, reconciliando nos Deo, quid fecit? In gratiam quidem Dei nos reſtituit. Reconciliare enim, eſt in gratiam reſtituere: quoties ſcilicet amici, qui ſuborta aliqua offenſa, aliquandiu fuerāt inimici, in priſtinam redeunt beneuolentiam ac familiaritatem. Hoc eſt quod omnes rectè ſapientes ſemper intellexerunt per illud uerbum, Reconciliare. Nec nos aliam nunc ſignificationem huius uerbis aut inuenire aut fingere ualemus. Ideo igitur quādo Deus in Chriſto nos ſibi reconciliauit, in Chriſto nos in ſuam gratiam reſtituit: ut qui interpoſitis offenſis, tum originalibus, tum actualibus, fueramus inimici, in priſtinam eius beneuolētiam ac familiaritatem rediremus. Itaque quo tempore Saluator noſter Deus & homo meruit nobis reconciliationem cū Deo, tunc eo ipſo meruit nobis gratiam Dei: non enim aliunde nos Deo meritoriè reconciliauit, niſi quia meritoriè nos in gratiam Dei reſtituit. Quam autem, quæſo, gratiam Dei meruit nobis Saluator noſter, reconcilians nos Deo? Increatam? an creatam? Primariò quidem increatam; ſecundariò uerò creatam: atque ſic, utranque. Meruit primariò nobis Dei gratiam increatam, increatamque

F beneuolentiam, qua nos Deus formaliter habet gratos ſibi, qua nobis formaliter uult atque optat bona, qua nos formaliter ad bona acceptat; & qua nos effectiuè bonos facit, iuſtos, ſanctos, beatos, & glorioſos. Omnia hæc nobis facit Dei gratia increata quæ formaliter eſt in Deo, immo quæ formaliter eſt Deus: atque omnia iſta nobis facit ſciens & uolens, prorſuſq; liberè: nec aliàs facturus, niſi per merita Saluatoris noſtri. Illam ergo Saluator noſter nobis meruit primariò, à qua primò nobis uenit omne bonum: tanquam ab origine prima, prima radice, & prima cauſa omnium bonorum noſtrorū creatorum. Quia uerò hæc gratia Dei increata, eſt in ſemetipſa immutabilis, æterna, infinita, apud quam non eſt tranſmutatio, nec uiciſsitudinis obumbratio, ſed ſemper in eodem ſtatu eſt, purus ſpiritus, & purus actus: rectè intelligimus illam propter noſtra peccata interpoſita, potius non operari in nobis bona, aut non nos acceptare ad bona, quàm non eſſe. Eam ob rem quia per merita Saluatoris ipſa gratia increata iam in nobis bona operatur, & iam nos ad bona acceptat; meritò Saluator noſter dicitur, omnia illa bona creata nobis meruiſſe, quæ nobis nō niſi per merita eius, à gratia increata ueniunt: & quorū quodlibet

O à gratia increata à qua eſt, nomē retinet, quoq; gratia appellatur: ideſt, gratia creata. Sic frequentiſsimè effectus denominatur a cauſa; quemadmodum & frequentiſsimè cauſa ab effectu: utrunque enim eſt ualde uſitatum & frequenter uenit in uſum apud omnes. Frigus dicitur pigrum, quia homines reddit pigros: & ſcriptura alicuius dicitur manus eius, quia eſt à manu. Ita & opera hominum appellamus nominibus ſuorum auctorum, ut opera Platonis, Platonem; Ariſtotelis, Ariſtotelem; Maronis, Maronem; & ſimilia: ſolemq; dicimus calidū, & medicinam ſanam. Meruit ergo nobis Saluator noſter gratiam Dei increatam, meruit & creatam: ſed increatam primariò, creatam ſecundariò. Hanc Catholicam doctrinam uidetur nos docere Apoſtolus Paulus, dicens, Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorū per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ. In qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo: in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. Ecce in Chriſto Ieſu domino noſtro elegit nos Deus & prædeſtinauit ante mundi conſtitutionem, ideſt ab æterno, quod certè pertinet ad gratiam increatam: pariter & in Chriſto creati ſumus in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus, atque in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, quod ſine dubio ad creatam pertinet gratiam. Pulchrè Apoſtolus diſſeruit de his, noſtram electionem ac noſtram prædeſtinationem æternam, ſimul & noſtram bonam operationem ac noſtram benedictionem temporalem, in Chriſtum referens: planè ut intelligamus, & increatam gratiam, & creatam, nobis meruiſſe Saluatorem noſtrum. An non pertinet noſtra æterna electio, noſtraq; æterna prædeſtinatio, ad gratiam Dei increatam? Pertinet quidem. Neque enim Deus ab æterno nos elegit, aut prædeſtinauit neceſſariò: ſed ſciēs, uolenſq; liberè ac gratis: nec ab æterno fuit aliqua alia gratia, niſi ſola increata: formaliter eligens, formaliter prædeſtinans: hoc eſt, qua formaliter Deus nos elegit, atque prædeſtinauit. Nec ipſa æterna electio, aut æterna prædeſtinatio, aliud erat ante mundi conſtitutionem, niſi ipſa increata gratia: increata gra-

Ephe. 1.

Ephe. 2. H

tia

A tia eligebat, increatáq; gratia prædeſtinabat, non alio aliquo quàm ſeipſa. Apoſtolus igitur in Chriſtum referens noſtram electionẽ ac noſtram prædeſtinationem æternam, ſimul eo ipſo in Chriſtum refert gratiã increatam, eligentem nos, atque prædeſtinantem, ut eſſemus ſancti, boni, iuſti, immaculati, beati filii adoptiui & hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti. Ad hanc gratiam nos reſtituit Saluator & dominus noſter, cùm nos Deo reconciliaret: eam nanque ſic perdideramus in Adam interpoſita inobedientia eius, ut ſi Saluator noſter nos Deo non reconciliaret, nullus filiorum Adæ ſaluus fieret, nullus bonus, nullus iuſtus, nullus ſanctus, nullus beatus. Interpoſitis nanque meritis Chriſti, ipſa gratia increata operatur in nobis bona, quibus nos facit bonos, iuſtos, ſanctos, beatos, glorioſos: aliàs non ſic operatura in nobis. Quam ergo gratiam Dei meruit nobis Saluator noſter? Vtranque. Increatam, quæ nos uocat, excitat, præparat, iuuat, iuſtificat, glorificatque effectiuè: atque creatam, quæ nos bonos, iuſtos, ſanctos, aut beatos facit, formaliter. Altius hac de re quàm communiter Doctores conſueuerint, philoſophatus eſt Apoſtolus in uerbis allegatis, noſtram electionẽ, prædeſtinationem, benedictionem, bonamque operationem in Chriſtum referendo.

B Non enim ſic omnes philoſophantur, ut ex dicendis, magis erit manifeſtum, eodem domino auxilium donante. Immo quidam non admodum conſiderantes mentemque adhibentes, gratiam Chriſti minuunt aliquantulum; alii magis eandem extenuant. Quod non eſt tutum, nec ſanè Chriſtianum. Sed de his, inferiùs. Reconciliatio ergo noſtra cum Deo, eſt reſtitutio noſtra in gratiam priſtinam Dei: quantum ad gratiam increatam, & quantum ad gratiam creatam, ut ſatis oſtẽſum eſt. Huius autem gratiæ effectus quidam eſt, liberatio noſtra atque exolutio a peccatis: non enim nos liberat à peccatis niſi Deus, nec nos liberat Deus à peccatis niſi gratis uolens, atque per gratiam ſuam. Vnde uerum eſt quod paulò ante diximus, prius naturà in genere cauſæ efficientis intelligi eſſe noſtrã reconciliationem cum Deo, quàm noſtram liberationem à peccato. Reconciliatio nanque, eſt in priſtinam gratiam reſtitutio: ſed à gratia profectò eſt, quòd à peccatis liberemur, quòd peccata noſtra nobis non imputentur, quòd à peccatis ſaluemur, redimamur, iuſtificemur. Si autem inſtet quiſpiam & contra differens dicat, quòd liberationem à peccatis prius natura uiderit eſſe, quàm noſtra ſit cum Deo reconciliatio: ob id quòd non plenè intelligitur homo cum Deo reconciliatus, quin prius naturà intelligatur à peccato liberatus: ſi quiſpiam inquam ita inſtet nos nominè cõturbari oportet, quia certè omnia hæc uerè ſtant ſimul, prius natura eſſe reconciliationem quàm ſit redẽptio, & prius naturà eſſe redemptionem quàm ſit reconciliatio; illud in genere cauſæ efficiẽtis, hoc in genere cauſæ materialis. Sic rem uidemus ſe habere inter infuſionem gratiæ gratũ facientis, & remiſsionem peccati mortalis: ſic etiam inter infuſionem ſeu productionem lucis, & expulſionem tenebræ. Prius natura in genere cauſæ efficientis eſt gratiæ infuſio ac lucis productio, quàm peccati remiſsio & tenebræ expulſio: cum tamen prius naturà ſit in generæ cauſæ materialis peccati remiſio quàm gratiæ infuſio, & tenebræ expulſio quàm lucis productio. Cæterùm qui uidere uoluerit quam gratiam Dei nobis Saluator noſter meruit per ſuam uitam, paſsionem, & mortem, offerens ſemetipſum Deo patri ſuo in oblationem, hoſtiam, & ſacrificium ſanctiſsimum, attendat quæ nam gratia Dei illa ſit, ad quam nos reconciliauit Chriſtus: attendatque rurſus quæ nam, quanta, quot, & qualia illa ſunt, quæ Paulus teſtatur nobis aduenire a Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Quis quis ſcripturas ſanctas nouit, & conſiderat, non poteſt hoc ignorare, niſi uolens, aut non ſatis mentem adhibens. Omnia enim hæc Paulus in gratiam Dei refert per Chriſtum dominum noſtrum, noſtram electionem, prædeſtinationem, uocationem, præparationem, adiutricem facultatem, operationem bonam, iuſtificationem, glorificationem. Qui hæc gratiæ Chriſti aſcribit tribuitque, quid à gratia Chriſti excipit? Gratiam; (loquando de gratia in tota ſua communitate,) dupliciter Theologi doctores accipere conſueuerunt, uno modo pro aliquo quod gratis datur, ſicut cõſueuimus dicere, cùm alicui quidpiam gratis præſtamus, Facio tibi hanc gratiam: Alio modo pro acceptatione qua aliquis ab alio acceptatur, quẽ admodum etiam communiter dicitur, Hic homo habet gratiam Regis: Videlicet, quia charus eſt Regi. Non ſunt autem iſtæ duæ acceptiones gratiæ diſiunctæ inter ſe, neque inter ſe impertinentes, ſecundum ordinem naturalem rerum, & ſecundum datam legem diuinam: ſed ſunt potius inuicem ordinatæ, ordinemque habent inuicem manifeſtum. Etenim non aliquid alicui gratis datur, niſi eo quòd ille cui datur, danti eſt acceptus: ſaltem quantum ad illud donum, quod illi gratis datur. Vnde quoque eſt, ut inter omnia dona quæ aliquis alicui uel aliquibus tribuit, C D

ſciens,

E ſciens, uolens, gratisq́ue, primum donum ſit, ipſe amor, ipſaque uoluntas, qua gratis dans, gratis dare uult. Quamobrem etiam, ipſe internus amor, qui eſt primum donum, ipſe eſt prima gratia: ut qui alicui aliquod externum donum gratis præſtat, duplicem gratiã illi præſtare intelligatur, & duplex donum; internum amorem, atque externum opus. Bonus ille & doctus admodum uir, Alexander de Ales nuncupatus, de ſacra Theologia benè meritus, ſecundum hanc conſiderationem & Theologiam uериſsimam, de gratia Dei in communi agens iuxta gratiæ multiplicem acceptionem, gratiam dicit eſſe donum gratis datum: ſed gratiam diſtinguens, donum autem, inquit, quoddam eſt creatum, quoddam increatum; Et donum quidem increatum eſt ipſe amor diuinus, quo Deus gratis nos amat formaliter; uel etiam ſpiritus ſanctus, qui procedit per modum amoris à patre & Filio. Porrò gratiæ quæ eſt donum creatum, facit idem Doctor eodem loco diuiſionem multifidam ac multimembrem: quia eſt gratia donum à Deo in nobis cõcreatum, ut eſt in nobis imago Dei; eſt gratia donum nobis ſuper additum, ut ſcientia, cognitio, uel notitia de Deo; eſt gratia donum gratum faciens, ut eſt quæ nos iuſtificat: eſt gratia primus habitus uel prima uirtus in qua donum gratiæ elucet ac manifeſtatur, ut

Part.3. Quæſ.69 Memb.1 Art.1.

F fides: eſt gratia primus uel potiſsimus gratiæ effectus in hoc ſæculo, ut remiſsio peccatorum: eſt gratia donum prærogatiuæ gratiæ uel dignitatis, ut ſacer ordo: eſt gratia gratiæ ſignum, ut prophetia & operatio miraculorum: eſt gratia præmium gratiæ, quod conſequitur ad gratiam, ut uita æterna. Sic etiam omnes Doctores Theologi ſcribunt de gratia creata, & gratia increata: ita quoque de creata atque de increata charitate, in ſuis libris ſententiarum, & alibi, quoties contingit in diuerſis locis de huiuſmodi rebus agere. Eã obrē igitur, generaliter atque in uniuerſum loquendo, Gratia Dei, eſt donum Dei gratis datum: & quẽmadmodum diuiduntur Dei dona gratis data, ita diuiditur Dei gratia. Nanque Dei donum gratis datum æternum, intra Deum eſſentialiter manens, infinitum & increatum, ideſt, amor eius intimus, quo Deus nobis uult aliquod bonum uel nos acceptat ad illud, eſt gratia Dei æterna, intra Deum eſſentialiter manens, infinita & increata. Donum autem Dei gratis datum temporale, extra Deum eſſentialiter exiens, finitum & creatum, eſt Dei creata gratia, finita & temporalis. Vt ſic intelligamus aliam eſſe gratiam gratis dantem, aliam eſſe gratiam gratis datam: nempè quia Deus

Lib.1.diſ. 17. & infra.lib.2. Diſt.26. 27. 28.

ipſe eſt gratia gratis dans, gratia uerò gratis data eſt quodlibet Dei donum quod ipſa gratia gratis dans nobis gratis impartitur. G

SI QVIS AVTEM DISPICERE VELIT quam gratiam Saluator noſter nobis meruit, uidendum eſt quomodo Saluator noſter nos Deo reconciliauit: ideſt, in quam Dei gratiã nos reſtituit. Reconciliare nanque, (ut iam diximus) eſt in gratiam reſtituere: & reſtituit nos Saluator noſter gratiæ Dei, quidẽ meritoriè, pro nobis ſemetipſum offerendo, hoſtiam, oblationem, & ſacrificium ſuficientiſsimum. Eam igitur gratiam nobis meruit, ad quam nos reconciliauit; atque ad illam nos reconciliauit, in quam nos reſtituit. In quam autem quæſo, nos reſtituit Dei gratiã? In omnem quidem Dei gratiam, quam interpoſito peccato, perdideramus. Reconciliauit nanque nos & reconciliare, eſt in priſtinam gratiam reſtituere, in priſtinam beneuolentiam, atque in priſtinam familiaritatem: Vtique quantum ad gratiam increatam, & quantum ad gratiam creatam: in adoptionẽ filiorum, ad Regnum Cœlorum, ad gloriam & beatitudinem, ad iuſtificationem, ad bonam uitam, ad libertatem à peccato & à morte, atque ad ea omnia quæ ad hæc pertinent, religionis, pietatis bonæ uitæ, & aliorum huiuſmodi. Neque noſtra reconciliatio facta H per Saluatorem noſtrum, continet ſolùm remiſsionem peccatorum noſtrorum, ut quidam perperam intelligentes dixerunt aut innuerunt, contra quos inferius latè diſputabitur: ſed noſtra ea reconciliatio, noſtra eſt cum Deo in priſtinam gratiam reſtitutio, cõtinetq́; noſtram ſanctificationem, ad quam in genere cauſæ efficientis ſequitur in ordine naturæ ex lege data, noſtrorum peccatorum remiſsio. Quomodo igitur non reſtituimur baptizati ad gratiam illam Dei priſtinam originalis iuſtitiæ? Alia eſt quæſtio. Alius ſtatus eſt modo naturæ humanæ lapſæ & reparatæ, alius ſtatus fuit olim naturæ humanæ primitus inſtitutæ. Potuit quidem Saluator noſter reſtituere hominem ad illum ſtatum priſtinum, & ad gratiam ſeu iuſtitiam illam primæuam & originalem illius ſtatus primi, ſed non reſtituit: non quia non potuit, ſed quia non uoluit: Non uoluit autem, quia non oportuit, ſeu quia non decuit. Alia illi ſtatui conueniebant, alia huic ſtatui conueniunt: ueluti quia habebant homines tunc poteſtatem qua poterant mori, & poterãt non mori, nunc autem habemus omnes neceſsitatem moriendi. Optimè quæſiuit Magiſter ſententiarum, Cur pœnalitas, cui pro peccato addicti ſumus, non tollatur? Optimeq́; reſpon-

Li.2.ſen. Diſt.19.

Lib. 4. Diſt.4.

A ſpondit, dicens. Hoc ideo tradunt fieri uiri ſancti, quia ſi à pœna homines per baptiſmũ liberarentur, ipſam putarent baptiſmi precium, non æternum tegnum. Ideo ſoluto reatu peccati, temporalis tamen pœna manet: ut ea uita ſtudioſius quæratur, quæ erit à pœnis omnibus aliena. Ideo etiam manet, ut ſit fideli homini & certandi materia, & uincendi occaſio: qui non uinceret ſi non pugnaret, nec pugnaret ſi in baptiſmo fieret immortalis. Hæc ille. Quibus etiam rectè addete ualemus, illud ita fieri, ut fidei locus ſit, quæ alioqui in demonſtrationem uettereretur: & manifeſtam haberet euidentiam, ſi omnis baptizatus ad immortalitatem tranſiret ſtatim, & omni pœna atque pœnalitate careret. Eiſdẽ rationibus comprobatur ac ſatis liquet, quare Deus nos non teſtituit in hoc ſæculo ad illam gratiam primam, originalem iuſtitiam: nimirum eo quòd uoluit nos manete in pugna, uiuere per fidem, atque ambulare per ſpem: quouſque ad locum ueniamus, in quo pax erit, & unitas plena atque perſecta, incorruptio, immortalitas, beatitudo & gloria, atque hæreditas æterna, ſummaq; fœlicitas. Interim ex gratia ſua ſoluit nos à debito habendi originalem iuſtitiam, donat nobis gratiam gratum facientem, potisſimum donum illius ſtatus primi, uocat, excitat, præparat

B que nos & iuuat ad faciendum bonum & uitandum malum, atque nobis multa dona impertitur in iſto ſæculo: donaturus nobis poſtea in alio, incorruptionem, immortalitatem, uitam perpetuam, beatitudinem, & ſummam fœlicitatem. Vnde eſt igitur ſatis certum & manifeſtum quòd Deus nos in primæuam gratiam reſtituit per Saluatorem noſtrum, in primæuam filiationem, & in æternam hæreditatem: quod etiam Apoſtolus

Rom. 5. Paulus non dubitauit aſſerere uerisſimè inquiens, Commendat autem charitatem ſuã Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis, nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, recõciliati ſumus Deo per mortem filii eius: multo magis teconciliati, ſalui erimus in uita

Ibidem. ipſius. Et paulò inferius. Sed non ſicut delictum, ita & donum: ſi enim unius delicto, multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei & donum, in gratia unius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit: Et non ſicut per unũ peccatum, ita & donum: nam iudicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationem. Si enim unius delicto, mors regnauit per unum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis

& iuſtitiæ accipientes, in uita regnabunt per unum Ieſum Chriſtum. Neque minus aperte idem Paul. hoc ipsũ aſſeruit alibi inquiens, C

Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis uerbum re- *2. Cor. 5.*

conciliationis & ad Coloſ. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Et uos cum eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſu, in operibus malis, nunc antem teconciliauit in corpore carnis ſuæ pet mortem, ut exhiberet uos ſanctos & immaculatos, & irreprehẽſibiles corám ipſo, ſi tamen permanetis in fide fundati & ſtabiles, & immobiles à ſpe Euangelii quod audiſtis, quod prædicatum eſt in uniuerſa creatura quæ ſub cœlo eſt. Et manifeſtum eſt quot genera aut diuiſiones gratiarum explicauit Apoſtolus ad Corinthios, *Coloſ. 1.*

Quæ donauit nobis in Chriſto Deus: Vt etiam conſtanter dixerit, Gratias ago Deo meo ſemper pro uobis, in gratia Dei quæ data eſt uobis in Chriſto Ieſu, quòd in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni uerbo & in omni ſcientia, ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in uobis: ita ut nihil uobis deſit in ulla gratia. Ergo reconciliauit *1. Cor. 12. & 13.* *1. Cor. 1.*

nos Deus ſibi in Chriſto, & in illo reſtituit nos in priſtinam gratiam: ad gratiam increatam, & ad gratiam creatam: ad illã primùm, tanquam ad eius primum donum: ad hanc autem ſecundò, tanquam ad eius donum ſecundum in quo multa dona eius continentur uidelicet omnia Dei dona nobis gratis data externa. Omnia enim, ſeu ſingula Dei creata dona, dicuntur & ſunt ſine dubio, Dei optimi quædam creata gratia: quamobrem ipſa Dei creata gratia, multas habet diuiſiones, multas etiam & ſubdiuiſiones. Multiplicatur quodammodo ipſa increata gratia in creatis donis Dei, ueluti generaliter quodammodo multiplicatur cauſa in ſuis effectibus. Gratia increata eſt ipſius Dei formalis uoluntas, una & ſimplicisſima, nullo modo admittens in ſe aliquam multiplicitatem. Sicut autem Deitas ſeu ipſa diuina natura eſt una in ſe eodem modo ſimplicisſima, principalis & ſuprema ſuper ſubſtantialiter unus Deus, in his quæ diuiſionem admittunt indiuiſus, penitus ſibi coniunctus & impermiſtus plurimis, & qui multiplicari penitus nequeat: cum tamen ex ipſius natura, dum ſinguli imaginem Dei in ſe nituntur exprimere, multi fiunt dii, ac uidetur eſſe quidem & dicitur unius Dei diſcretio & multiplicatio, ut optimè notauit Dionyſius in De diuinis nominibus. D *Dionyſius cap. 2.*

E bus. Ita & Dei gratia increata & in ſe una ſimpliciſsima, quodam modo fit multiplex, diſcernitur & multiplicatur in nobis, dum nos illius effectus participamus. Sed uel illam conſideremus ut unam ſimpliciſsimam in ſe, uel conſideremus ut multiplicem in effectibus, eam profectò nobis meruit Saluator, reconciliatorque noſter, Christus, Deus & homo, mediator Dei & hominum: potentiſsimus Saluator, optimus reconciliator. Quid prodeſſet nobis ſi nobis meritus fuiſſet gratiam increatam, non tamen creatam? Nanque & ſi quidam dicunt, poſſe hominem ſine creata gratia iuſtificari, omnes tamen concedunt non poſſe hominem ſine creata gratia glorificari. Dei enim uiſio glorificans formaliter, uita æterna eſt, & quædam Dei creata gratia. Gratia Dei uita æterna. Si autem nobis meritus fuiſſet gratiam creatam, & non gratiam increatam, quid? Nunquid poteſt homo ſine Dei gratia increata uocari, iuſtificari, aut glorificari, aut ad priſtinum ſtatũ gratiæ redire? Meruit ergo nobis utranque gratiam, increatam & creatam: illam uidelicet primùm, iſtam ſecundò: ſicut illa prior eſt, radix, fons, cauſa & origo iſtius. Quia meruit diuinam uoluntatem reddere nobis propitiam, beneuolam, & multorum bonorum creatorum effectricem.

F

ALTIVS ETIAM CONSIDERANTES atque introſpiciẽtes reperimus Saluatorem noſtrũ aliquid meruiſſe ſibi & non nobis, aliquid nobis & nõ ſibi, aliquid ſibi & nobis, & aliquid nec nobis nec ſibi. Primũ oſtẽditur de exaltatione ſui nominis ſuper omne nomen: quia certè hoc meruit ſibi, ſicut dicit Apoſt. Christus factus eſt obediens uſque ad mortẽ, mortem autẽ crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Non autem meruit nobis iſtam uel ſimilem exaltationem nominis noſtri. Quia non eſt aliud nomen ſub cœlo in quo oporteat omnes homines ſaluos fieri. *Act. 4.* Secundum oſtenditur de gratia gratum faciẽte, de remiſsione peccatorum, de iuſtificatione à peccatis, ac de ſimilibus, de quibus conſtat, Saluatorem noſtrum ea meruiſſe nobis, non ſibi. Tertium oſtenditur de glorificatione corporis, deq; impasſibilitate animæ de quibus eſt notũ apud omnes, quod & ſibi & nobis ea meruit. Quartũ oſtenditur de eo quod eſt, Saluatorem noſtrũ eſſe filium Dei, ſeu uerbum Dei fieri hominem, aut hominẽ factum eſſe. Hoc enim ipſe non meruit nobis, ut eſt apud omnes manifeſtisſimum. Sed profectò etiam nec hoc meruit ipſe ſibi. Quin immo hoc ex Dei mera, puraq; liberalitate ſeu uoluntate uenit, ut legimus. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. G *Ioan. 3.* Non ex aliquo merito præcedenti aut præuiſo alicuius alterius, aut ipſius: ſed ex Dei dilectione, amore, uoluntate. Certè non potuit ullo modo quidquam mereri ſibi Saluator noſter ante quàm eſſet homo; quia perſona diuina in ſola natura diuina nullo modo poteſt mereri: Ergo non potuit mereri ut homo eſſet. Vel alio modo ſic dicamus, Eſſe hominem præſupponitur in Saluatore noſtro ad omne meritum: quia utique ante eſſe hominem non poterat mereri in ſola natura diuina: ideo igitur ipſe non potuit mereri ut eſſet homo. Quid ergo? Antecedenter ad omne meritum eius, Deus uoluit dare nobis Filium ſuum, ut homo fieret, homo eſſet, pro hominibus pateretur, homines redimeret, pro hominibus intercederet, homines ſaluaret. Quare? Quia uoluit ex ſua liberalitate, ex ſua charitate qua nos dilexit. Ita dicit Apoſtolus, Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos Deus miſit Filium ſuũ in mundum, factum ex muliere factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret: ut adoptionem filiorum reciperemus. Igitur non ex aliquo merito præcedenti tempore uel natura, uenit, quòd Deus homo fieret; ſed hoc ſic factum eſt, quia Deus ex ſua charitate nimia uoluit homo fieri; ut homines tali modo liberaret, factus homo; pro hominibus multa uolens, multa faciens, multa patiens. H Quantum attinet ad hanc aſſertionẽ quartã, legere ne pigeat quæ ſcripta reliquit Ioannes Driedonius in De captiuitate & Redemptione generis humani: quia ibi bene agit de hac ueritate, quemadmodum & ibi & alibi de multis aliis ueritatibus Catholicis optimè diſſerit. *Ioannes Driedonius. 3. Art. 3. partis 2. capitis 2. tract.*

MERVIT ergo nobis Saluator noſter apud Patrem ſuum, primùm quidem gratiam increatam, Diuinam uidelicet uoluntatem, ut eſſet nobis benigna, fauorabilis, benefica amica: deinde meruit nobis multa alia bona quæ ex ipſa uoluntate diuina nobis fauorabili ſequuntur, aut certè illam præſupponunt talem. Quæ'nam ſunt hæc huius ſecundi generis? Quòd nos elegit, præſciuit, ac prædeſtinauit ante mundi conſtitutionem: quòd nos uocat, iuſtificat atque glorificat in tempore: quòd nos præuenit, excitat, illuminat, pulſat, & præparat ut faciamus bonum & declinemus à malo. Vt quidem ad multa alia ſe extendat gratia Dei increata quam habemus in Chriſto, ſiue per Chriſtum aut eius merita, quàm ad gratiam gratum facientem qua nobis remittuntur peccata: & quàm ad noſtrã electio-

A electionem, præſcientiam, electorum prædeſtinationem, uocationem, iuſtificationẽ, glorificationem. Quomodo ſic hoc ultimum? Propter uocationem generalem Dei, & propter adiutorium eius ſpeciale, ſed generaliter conceſſum omnibus; quibus duobus Deus optimus maximus ob Chriſti merita, uocat & iuuat omnes homines, non ſolùm prædeſtinatos; ſed & alios, quantum ſufficit ſingulis: ut demonſtratur ſuo loco. Multa ergo admodum ſunt quæ habemus à Deo, ſed non niſi in Chriſto, aut per Chriſtum, ſeu per merita Chriſti: quorum partim, omnes ſciunt nobis à Deo eſſe per Chriſtum; partim uerò quidam ignorant ita ſe habere, immo & negant. Quia uerò iam tempus eſt ut abundantius ſciamus quæ nobis donata ſunt à Deo, & donantur in Saluatore noſtro, & quia ſcire hoc quodammodo uidetur pertinere ad gloriam quandam ipſius Saluatoris, atque ad noſtram utilitatem, eleuationemq; mentis in ipſum: placet ex diuinis ſcripturis & Doctoribus ſanctis ipſo Saluatore adiuuãte, oſtendere, quæ ſunt quæ à Deo non niſi per gratiam Chriſti habemus, & quæ ſunt ad quæ adipiſcenda adiutorio gratiæ Chriſti indigemus.

Vide Dried. Part. 2. lib. 1. per multa.

B QVANTVM enim arbitror, unum eſt ex his quæ maximè ad hæc tempora pertinẽt, cognoſcere gratiæ Chriſti extenſionem, eius multos effectus, ordinemq; illorum: quomodo communicatur nobis quoad nonnullos effectus eius, & quomodo quoad alios. Vt pote quod gratia Chriſti eſt gratia Euangelica, id eſt, quæ prædicatur in ſancto Dei Euangelio: communiſsima, ampliſsima, extenſiſſima: pertinens ad promiſsionem Dei factã Abrahæ de benedictione omnium gentium in ſemine ſuo, Chriſto Saluatore noſtro, ſicut interpretatur Apoſtolus ad Galatas: pertinensq; ad illam aliam diuinam promiſsionem Abrahæ factam, de eo quod futurus erat pater multarum gentium, de qua & Apoſtolus meminit ad Romanos. Quæ gratia profectò non cõmunicatur nobis per noſtra bona merita, ſed potius omnia bona merita quæ in nobis ſunt, ſunt in nobis per illam: bona opera externa, & bona opera interna: bona uoluntas, bona cogitatio, fides, ſpes, charitas, obedientia erga Deum, pœnitentia, quæcunque uirtus, quodcunque bonum meritum. Alioquin ſi illa gratia daretur nobis ſecundum aliquod bonum meritũ noſtrum, quod non eſſet in nobis ex illa aut per illam: iam illa non eſſet gratia, iamq; gratiæ perderet tum nomen, tum proprietatem: nec ad benedictionem illam maximam

Gen. 22. Galat. 3. Gen. 17. Rom. 4.

C pertineret, nobis in Chriſto gratis promiſſam, gratiſq; dandam. Patrem multarum gentium poſui te. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Refert igitur multum declarare, oſtendereq; iſtam gratiæ Chriſti extenſionem, qua ad omnia bona merita noſtra ſeſe extendit, ut ex iſta ſua extenſione declaremus ſimul aut ſtatim eius proprietatem, qua certum eſt eam non ex meritis noſtris quæ non ſunt ex illa nobis dari, ſed potius illam omnia noſtra bona merita in nobis facere. Cum quo profectò ſtat in omni ueritate, quòd non nulli effectus eius quaſi ſequẽtes, dentur nobis per alios effectus eius quaſi præcedentes. Verbi gratia, glorificatio, per iuſtificationem: iuſtificatio, per fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, obedientiam, iſta, per bonam uoluntatem; qua uolumus credere, ſperare, diligere, pœnitere, obedire: bona uoluntas, per uocationem, excitationem motionem, præparationemque, quæ, utique fit multis modis explicatis magnam in partem à diuo Ambroſio in De uocatione gentium. Vt nec bona uoluntas in nobis ſuperbire ualeat, nec contra hanc benedictam gratiam obgannire: de qua noſtra bona uolũtate ſicut legimus, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis: Sic legimus, Præparatur uoluntas à domino. A domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Et apud D. Paulum, Deus eſt enim qui operatur in uobis, & uelle, & perficere. Vt omnes ſciamus nos non habere gratiam Chriſti quantum ad primum eius effectum in nobis, per noſtrã bonam uoluntatem: ſed potius nos habere bonam uoluntatem, per gratiã Chriſti quantum ad aliquem eius in nobis effectum. Quia nos non prænenimus gratiam quantum ad omnem effectum eius, ſed potius gratia ſecũdum aliquem effectum eius nos præuenit. Ob quod fatetur Auguſtinus in Enchirid. ad Laurentium, quòd bona uoluntas hominis præuenit aliqua Dei dona, ſed non omnia. Vidit enim quòd nemo credit, ſperat, diligit, aut iuſtificatur, nec habet fidem, ſpem, charitatem, aut iuſtitiam, niſi uolens: quamobrem in huiuſmodi donis Dei, quæ nobis non niſi per gratiam Chriſti præſtantur, præcedit quodammodo noſtra bona uoluntas, qua ſic uolumus, credere, ſperare, diligere, iuſtificari. Sed quoque ſimul uidit non poſſe nos ſic uelle, niſi Chriſti gratia operans ac præueniens moueat, ac præparet uoluntatem noſtram, faciens in nobis modo quodam ſuauiſsimo, ut nos uelimus.

Gen. 17. Gen. 22. Rom. 4. Ambroſius lib. 2. cap. 9. Luce. 2. D *Pſal. 36. Philip. 2.*

AGAMVS igitur, & de gratia Chriſti,

E hæc ipſa gratia donante ac faciente, declare-
mus gratiæ Chriſti extenſiouem, & ipſius ef-
fectuum quoad nos, ordinem, ſeu ordinatio
nem. Vt ſic intelligamus quo ordine parti-
cipamus aut recipimus effectus gratiæ Chri-
ſti altisſimos, primos, medios, ultimos: di-
ſpoſitionem, ad iuſtificationem, iuſtificatio
nem ipſam, & glorificationem, ſanctificatio
nem, renouationem, Dei asſimilationem, fi
liorum Dei adoptionem. Modum etiam o-
ſtendamus quo nobis communicat Deus hos
mirabiles effectus, ut plenius ſciamus nos
ex omni parte debitores eſſe Deo, & in bonis
receptis ab ipſo, & in modo quo nobis com-
municat boua ſua.

BENE pro extenſione gratiæ Chriſti
S. Tho. notauit ſanctus Thomas nonnullos effectus
Part. 3. pasſionis Saluatoris noſtri, probando non-
Quæ. 49. nulla per ordinem. Primum, quòd per paſ-
Art. 1. ſionem Chriſti, & conſequenter per eius gra
Art. 2. tiam, ſumus liberati à peccato. Secundum,
quòd per pasſionem eius ſumus liberati à po
Art. 3. teſtate diaboli. Tertium, quòd per pasſio-
nem eius, homines ſunt liberati à pœna pec-
Art. 4. cati. Quartum, quòd per pasſionem eius ſu
Art. 5. mus Deo reconciliati. Quintum, quòd Chri
ſtus ſua pasſione aperuit nobis ianuam cœli.
Apoc. 1. Ad primum enim eſt quod legimus, dilexit
Ioan. 12. nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſangui-
ne ſuo. Ad ſecundum eſt quod legimus, Nũc
F princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego
ſi exaltatus ſuero à terra, omnia traham ad
meipſum. Eripuit nos de poteſtate tenebra-
Eſa. 53. rum, & tranſtulit in regnum lucis. Ad ter-
tium, uerè languores noſtros ipſe tulit, & do
lores uoſtros ipſe portauit. Ad quartum,
Rom. 6. Reconciliati ſumus Deo per mortem filii e-
Hebr. 10. ius. Ad quintum, Habemus fiduciam in in-
troitum ſanctorum, ſcilicet cœleſtium, in ſan
guine Chriſti. Sed explicandi ſunt ordo & mo
dus quibus hæc ueniunt ad nos, de quibus re
bus agimus libro ſecundo & tertio atque ex-
plicandi ſunt alii effectus pasſionis & gratiæ
Chriſti magis peculiariter & priuatim, qua
de re agimus præſenti libro. Vt probemus
habere homiues per Chriſtum, pasſionem
eius, aut eius gratiam: uitam beatam in Cœ
lo, uitam gratam ac iuſtam in terra, & uitam
moraliter uirtuoſam, in hoc ſæculo, ſtatuq;
laborioſo.

*Concluditur atque oſtenditur ex prædictis exten-
ſio gratiæ Chriſti ſeu gratiæ Dei per Chriſtum quoad
nos: declaratur ex eo noſtra infirmitas & fragilitas
noſtrorum naturalium quoad bonum. Explicatur
quo pacto gratia Dei ratione uoluntatis noſtræ, ſeu
noſtri liberi arbitrij, habet ſeſe ut is qui iumento inue
hit, adhæc quomodo uocetur gratia gratum faciens,* G
*ſeu iuſtificans à peccatis, quomodo gratis data, ope-
rans, cooperans, præueniens, & ſubſequens.* CAP. V.

GRATIA Dei formalis & in
creata, ut ſuperius fuit e-
narratum, diuina uoluntas
eſt, quæ in Deo & Deus eſt:
qua Deus uult quicquid
uult, & qua nobis præſtat,
& in nobis uolendo efficit
quicquid boni nobis præſtat ac in nobis effi-
cit. Verùm quæ nobis bona præſtat ratione
Saluatoris noſtri eiusq; meritorum, uel uo-
bis poſitiuè bonum impertiendo, uel nos à
malis præſeruando, uel ab eiſdem liberando
aut emundando, uel quouis modo alio uocã
do, iuuando, & nobiſcum benignè agendo:
dicuntur pertinere, & abſq; dubio pertinent
ad gratiam redemptionis. Quæ autem bona
nobis præſtat diuina uoluntas, nou habito re
ſpectu ad Saluatorem noſtrum & ad eius me-
rita, ſed aliis rationibus, dicuntur pertinere
& pertinent ad gratiam creationis: ut bona
naturalia, ingenium, & alia, de quibus modo
agere non eſt conſilium. Quæ autem bona
nobis præſtat diuina uoluntas ratione Salua-
toris noſtri & eius in rem noſtram meritorũ,
ſunt prorſus omnia quæ pertinent ad ſalutem H
noſtram ſpiritalem, ad noſtram uocationem,
iuſtificationem, glorificationem, ad religio-
nem, ad pietatem, ad reformationem anima
rum noſtrarum, non ſolùm per expurgatio-
nem peccati, ſed etiam per acquiſitionem
uirtutis: atque ad noſtram iuſtitiam, de-
clinando à malo & bonum faciendo. Salua-
tor enim noſter propter nos homines & pro- *In ſymbo*
pter uoſtram ſalutem deſcendit de cœlis: ut *lo.*
omnes citra errorem credimus corde, & ore
confitemur in ſymbolo. Venit quærere, & *Mat. 17.*
ſaluum facere quod perierat. Apparuit fi- *1. Ioan. 3.*
lius Dei, ut diſſolueret opera diaboli. Ve- *Aug. lib.*
nit tandem (ut breuiter ſed abundè ſatis re- *3. paulo*
collegit Auguſtinus contra Pelagianos in *poſt prin-*
Hypognoſt.) ad noſtram reparatiouem, re- *cipium.*
ſormationem, redemptiouem, reconcilia- *tomo 7.*
tionemque, formam ſerui accipiens. Ad o-
mnia hæc uos poſt peccatum primi paren-
tis indigebamus Saluatore, ad hæc omnia ip-
ſe uenit, omnia hæc iam ſatis effecit, omnia
nobis facit Deus propter ipſum, ad omnia
hæc ſe produxit eius gratia. Atque hæc di-
uina uoluntas nobis ſic benefica quoad rela-
ta bona, eſt primùm gratia Chriſti: nou qua
ipſe Chriſtus ſecundum quod homo ſormali-
ter eſt gratus, ſed quàm ipſe Chriſtus nobis
adeptus eſt meritis. Vt tres credamus Chri-
ſti gratias, ſecundum ſpecies aut genera diſtin

A ctas: gratiam ſuam formalem qua ipſe ſecun-
dum humanitatem formaliter eſt gratus, hãc
Dei uoluntatem nobis ſic beneficam, de qua
agimus, & gratiam quam nobis Deus com-
municat per Chriſtum. Harũ prima eſt Chri
ſti, quia illam in ſe formaliter quantum ad hu
manitatem continet; ſecunda eſt Chriſti, tum
quia ipſam habet ut Deus, tũ quia ipſam me-
ruit ut homo; tertia eſt Chriſti, & quia ipſe
eam nobis communicat effectiuè ſecundum
diuinitatem, quia opera Trinitatis ad extra
ſunt indiuiſa, & quia ipſe eam nobis meruit
ſecundum humanitatem. Ad propoſitum re
deamus. Ad omnia hæc bona nos indigeba-
mus Saluatore noſtro poſt peccatum primi
parentis, omnia hæc facturus uenit, omnia
quantum oportuit fecit, omnia hæc nobis fa
cit Deus per ipſum, ad omnia hæc ſe protra-
xit gratia eius. Ad aſſerendã probandamq́;
hanc ueritatem contra Pelagianos retulit Au
guſtinus multa diuinarum ſcripturarum teſti
1.Tim.1. monia, quòd Chriſtus uenit in hunc mundũ
1.Ioan.2. peccatores ſaluos facere. quòd eſt propitia-
1.Pet.2. tio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autẽ
tantum, ſed etiam pro totius mundi. quòd
peccata noſtra pertulit in corpore ſuo pro-
pter lignum, ut peccatis mortui, iuſtitiæ ui-
1.Petr.3. uamus, cuius liuore ſanati ſumus, quòd ſe-
1.Ioan.3. mel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus
pro iniuſtis, ut nos offerret Deo mortifica-
B tos carne, uiuificatos autem Spiritu. quòd
apparuit, ut diſſoluat opera diaboli. quod
pertranſiuit benefaciendo & ſanando omnes
Hebr.1. oppreſſos à diabolo. quòd cum ſit ſplendor
gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, portanſq́; o-
mnia uerbo uirtutis ſuæ, purgationem pecca
torũ faciens, ſedet ad dexteram Patris. quòd
Hebr.9. ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſe-
metipſum obtulit immaculatum Deo, emun
dauit cõſcientiam noſtram ab operibus mor-
tuis ad ſeruiendum Deo uiuenti. Deinde do
cet legi Dei, Prophetis, Euangelio Chriſti,
eiuſq́; Apoſtolis Spiritu Dei canentibus cre
dendum eſſe ab omnibus: propter peccatum
primi hominis humanum genus mortale fa-
ctum, cæteroſq́; libero arbitrio deprauato
obnoxios ſubiacere peccatis, Dei quoque fi-
lium ad mortale genus ſaluandum, reparan-
dum, ac uiuificandum ueniſſe in ſimilitudine
carnis peccati ſuſtinuiſſe mori, reſurrexiſſe
à mortuis. Hæc ille, Additq́; ſtatim magis
Ibidem. declarando, Igitur cum de libero arbitrio agi
mus, non de parte hominis agimus, ſed de
toto: quia cum peccauit homo primus, non
in parte aliqua, ſed tota qua conditus eſt, na-
tura deliquit. Nunquid enim interdum cum
tantum animam nominamus, corpus aut ſpi
ritum ſeparamus ab anima: aut cùm ſpiritum
dicimus, animam ſeparamus & corpus à ſpi C
ritu: uel cùm corpus appellamus, ſeiungi-
mus ſpiritum animamq́; à corpore? Vitiato
ergo libero arbitrio, totus homo eſt uitia-
tus: per quod abſque adiutorio gratiæ, quod
Deo placeat, nec ualet incipere, nec perfi-
cere ſufficit. Præuenitur autem medicina,
ideſt, Chriſti gratia, ut ſanetur & reperetur
in eodem uitiata atque præparetur uolũtas,
quæ ſemper indigens adiutorio, illuminan-
te gratia Saluatoris, poſſit tam Deum cogno
ſcere, quàm ſecundum eius uiuere volunta-
tem. Cum enim dicit per Prophetam Do- *Ezec.36.*
minus, Et dabo in uobis cor nouum & ſpi-
ritum nouum: quid aliud ſignificat, niſi uo-
luntates hominum lapſas præuaricatione ue
teris hominis, per Chriſtum nouum homi-
nem reparari, & præparari ad Dei uolunta-
tem, ſicut ſcriptum eſt, Præparatur uolun-
tas à domino. Iterum Apoſtolus Paulus, *Philip.2.*
Deus eſt, inquit, qui operatur in uobis &
uelle & perficere pro bona uoluntate. Hæc
ille. Qui ſtatim ita procedit deinde, ut oſten
dat manifeſtè tam per exempla hominis ſe- *Luca.10.*
miuiui relicti, & ouis amiſſæ, quæſitæ & in *Luca.15.*
humeris reportatæ, quam per loca alia mul-
ta ad modum diuinarum ſcripturarum, non
poſſe hominem poſt lapſum, in Dei cogni-
tionem, amorem, uel obſequium uenire, D
aut aliquid ſecundum eius uoluntatem cogi-
tare, uelle, aut facere, aut ſeruitutem diabo
li fugere uel deuitare, niſi gratia Chriſti præ-
uentus, præparatus, adiutus. Vnde dicit
quidem, Eſt igitur liberum arbitrium, quod
quiſquis eſſe negauerit, catholicus non eſt.
Et quiſquis ſic eſſe dixerit, quod ſine Deo
bonum opus, ideſt, quod ad eius ſanctum
propoſitum pertinet, nec incipere, nec per-
ficere poſſit, catholicus eſt. Quibus enim di
citur in pſalmis, niſi liberum arbitrium ha-
bentibus. Venite filii, audite me, timorem *Pſal.33.*
domini docebo uos. Ita à Domino in Euan
gelio diſcipulis. Omnis qui audit uerba mea *Matt.7.*
hæc, & faciet ea. Et item, uos amici mei e- *Ioan.15.*
ſtis, ſi feceritis quæ ego mando uobis. Et ab
Apoſtolo Corinthiis, Hoc enim uobis utile *2.Cor.8.*
eſt, qui non ſolùm facere, ſed & uelle cœpiſtis
ab anno priore: nunc uerò & facto perficite;
ut quemadmodum promptus eſt animus uo
luntatis, ita ſit & perficiendi. Et multa alia
quæ tam in ueteri quàm in nouo teſtamento
continentur, quæ propter faſtidium lectio-
nis, longum eſt enarrare. Quomodo autem
unicuique ſecundum ſua opera redderetur in
die iudicii, niſi liberum eſſet arbitrium? Hæc
ille. Et paulo poſt declarando quo pacto o-
mnia noſtra bona opera ſint à gratia & à libe-
ro arbitrio, ut gratia habeat rationem ſeſſo-

E ris liberum uerò arbitrium habeat quaſi rationem iumenti, dicit, Rectè nanque arbitror comparari liberum arbitrium iumento: unde & dictum eſt, Velut iumentum factus ſum apud te: gratiam uerò ſeſſori. Quia ſicut iumentum animal uiuaciſſimum ut dometur ad opus homini neceſſarium, de armento uagum apprehenditur, & incipit per curam domantis ſe, ad eius proficere uoluntatem; ita & liberum arbitrium quod uulneratum uiuit in homine, gratia Dei apprehenditur de armento luxuriæ ſæculi, in quo ſub paſtore diabolo uagabatur per incongruas uoluntates. Paſtorem diabolum dixi, ſecundum Zachariam Prophetam de eo dicentem, O paſtor & idolum. Apprehenditur ergo gratia, ut dixi, ad domandū liberum arbitrium, ut & malæ conuerſationis depoſita feritate humilietur, & ut ad obediendum in opus domino neceſſarium corrigatur, & ita per eius ſem per curam incipiat in Dei proficere uoluntatem. Sicut enim iumentum illud dum in uia dirigitur, ſeſſoris manu regitur, ut iter rectū ſiue leniter ſeu curſim, ſecundum ſedentis in ſe uolūtatem poſſit incedere quoad uſque ad locum perueniat deſtinatum; ita & liberum arbitrium dum in uia, ideſt, in Chriſto (quia ipſe ait, Ego ſum uia, ueritas & uita) cœperit eſſe, gratiæ regimine regitur, ut in ſemitis F domini recto corde, ſiue patientia charitatis, ſiue feruente ſpiritu, ideſt, ſecundum diuiſiones gratiarum ſpiritus, qui per gratiam diuidit ſingulis pro ut uult, poſſit ambulare quo aduſque ad promiſſum regnum cœlorum perueniat. Ideo & in pſalmis ait, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et ut illud cum aliquotiens ſub ſeſſore paſtum largioribus cibariis, incumbens fræno, curſu extollitur, ſeſſoris flagello ceditur, ut ſecundum eius ambulet uoluntatem: ſimiliter & liberum arbitrium dum homo gratiæ Dei immemor in proſperis efficitur, & tanquam de ſui poſſibilitate gloriatus extollitur, eius flagello corripitur, cum in uariis tribulationibus & afflictionibus paulum ſubiugatur, ut humiliatus homo in ſua humilitate (alias forte, infirmitate) ad gratiæ recurrat auxilium. Sicut ergo homo ſedens in iumento, cum peregerit iter quod inceſſit, dicit, Feci hodie ut puta triginta miliaria, cum illo ſedente iumentum cucurrerit triginta miliaria, ſed non ea cucurriſſet niſi à ſeſſore tam directum in uia quàm gubernatum fuiſſet. Rectè ergo ſeſſor quem gratia figurat dicit, feci triginta miliaria, Ipſe enim fecit, qui iumentum facere fecit, & tamen utriſque labor itineris imputatur: ita & gratia & liberum arbitrium peragit ſine dubio iter fidei liberum, dum Dei Chriſtianus facit præcepta, ſed non ut ſupra dixi, ſine gratia dirigente uel gubernante. Propter quod dicitur in pſalmis, Dirige in conſpectu tuo uiam meā &. A domino greſſus hominis diriguntur. Itaque nec gratia ſine libero arbitrio facit hominem habere beatam uitam, nec liberum arbitrium ſine gratia. Et tamen paruulos ſine uſu liberi arbitrii facit gratia habere beatam, & perpetuam æternamq; uitam. Eos autem qui iam rationis capaces ſunt, præuenit atq; docet, ut bonū uelint & poſſint. Hæc Auguſtinus ibi, pro quibus etiam multa alia adducit diuina teſtimonia in ſequentibus. Aperuit Deus cor Lydiæ purpurariæ, ut audiret ea quæ dicebātur à Paulo. Et de duobus diſcipulis iter agentibus, Tunc illis aperuit ſenſum ut intelligerent ſcripturas. Et in pſalmis, Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Et alia multa ualde. Ecce quibus uerbis manifeſtis prædicat Auguſtinus gratiam. Quam gratiam? Gratiam Chriſti. Seu quod idem eſt, Gratiā Dei per Chriſtum. De gratia enim Chriſti, de gratia Dei per Chriſtum, de gratia noſtri Saluatoris, ſeu de gratia noſtræ redemptionis erat ſermo Auguſtini contra Pelagium & Pelagianos, ut conſtat. De hac autem gratia Chriſti aſſerit quòd ipſa præueniens ac præparans, quaſi ſeſſor, apprehendit liberum H arbitrium ſeu totum hominem quaſi iumentum de armento luxuriæ ſæculi, in quo ſub paſtore diabolo uagabatur per incongruas uoluntates: & illud liberum hominis arbitrium regit ac dirigit, illuminat & mouet ad ambulandum in uiam Dei, ſemitā mandatorum diuinorum: ut ſeruitutem diaboli deuitet, ut ſeruitutem Dei ſectetur, quæ regnare eſt. Aliàs niſi hæc Chriſti gratia direxerit, niſi liberauerit, niſi gubernauerit, non poterit liberum hominis arbitrium, non poterit totus homo ſe nexu ſeruitutis diaboli expedire, aut uia Dei rectè pergere. Et quod dicit hic Auguſtinus de gratia Chriſti & libero arbitrio hominis tanquam de ſeſſore & iumento, docet omnino Ambroſius in De uocatione Gentium, loquens de uoluntate diuina & uoluntate humana, his uerbis, Ita humana natura in primi hominis præuaricatione uitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, ſemper in deteriorem eſt procliuior uoluntatem, cui committi non eſt aliud quàm dimitti. Hæc itaque uoluntas uaga, incerta, inſtabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendum, in cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, ſuſpicionibus inquieta, gloriæ quàm uirtutū auidior, famæ quàm cōſcientiæ diligen-

Liberum arbitriū comparatur iumēto. *Gratia comparatur ſeſſori.* *Ioan. 14.* *1. Cor. 12.* *Pſal. 143* *Pſal. 36.* *Act. 16.* *Luca. 24* *Pſal. 93.* *Ambro. lib. 1. cap. 2. Tomo. 2* *Voluntas humana qualis ſit, ſi non regitur à uoluntate diuina.*

A

diligẽtior, & per omnẽ ſui experiẽtiam miſerior fauendo iis quæ cõcupinerit, quàm carẽdo, nihil in ſuis habet uiribns, niſi periculi ſacilitatem. Quoniã uoluntas mutabilis, quæ nõ ab incomniutabili uoluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni. Hæc ille. Idem auctor quod ad eandem rem pertinet, paulò poſt ſic ait, loquens de natura humana iam uitiata & à gratia deſtituta: Et ut breuiſſimè pateat qualis ſit natura humana ſine gratia, dicat Iudas Apoſtolus quid agat uel ignorantia imperitorum, uel doctrina ſapientium. Hi autem, inquit, quæcunque quidem ignorant, blaſphemant: quæcunque naturaliter ut muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Ecce qualis eſt noluntas humana, ſi nõ regitur à diuina uoluntate: & ecce qualis eſt natura humana ſi intelligatur eſſe ſine diuina gratia: quæ ignorat blasphemat, & corrumpitur in illis quæ ut mutum animal nouit: nihil in ſuis habet uiribus niſi periculi facilitatem, & tanto citins propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni. Sermo Ambroſii in toto illo opere eſt de gratia Dei uocãte, quia agit de uocatione Dei quoad nos homines, ut conſtat ex toto opere; & per conſequens ſermo eius eſt de gratia Chriſti, quia quos Deus uocat homines, non niſi per Chriſtum uocat, & per eius merita. Loquitur

Idem au Bor. lib. eod. c. 6.

Qualis ſit natura humana, ſine gratia.

Iuda. 1.

B

autem indifferenter de noſtra indigentia quoad Dei uoluntatem, & quoad Dei gratiam per Chriſtum: ut quidem ſignificet Dei uolũtatem eſſe gratiam increatam quam nobis meruit Chriſtus, ut eſſet nobis beneficus, ut nos uocaret, ut nos excitaret, ut nos regeret, ut nos præueniret, ut nos præpararet, ut nos iuſtificaret, ut nos glorificaret efficienter, ſiue effectiuè, utq; nobis prodeſſet ad faciendum bonum, & ad uitandum malum.

Et ſatis conſtat ex prædictis tum Auguſtini, tum Ambroſii uerbis, diuinarum ſcripturarum auctoritate confirmatis, ad quæ bona nos hac Chriſti gratia indigemus: & per conſequens ad quæ bona illa ſe extendit in nobis, atque quæ bona habemns à Deo, non niſi per illam; quia ad omnia bona ſe exerit pertinentia ad noſtra uocationem, præparationem, iuſtificationem, glorificationem, fidẽ, ſpem, charitatem, pœnitentiam, ad cognitionem Dei, obedientiam & cultum eius, ad uirtutes omnes, ad bonum faciendũ, ad malum deuitandum: ad noſtram reparationẽ, nouitatem, regenerationẽ, & cætera non abſimilia. Quæ ueritas profectò etiã ſatis oſtenditur ex diuiſionibus gratiæ, quas in diuina ſcriptura nemo nõ uidet. Eſt quidẽ gratia Chriſti increata, quam ipſe nobis meruit; diuina uoluntas,

C

ut dictum eſt: & eſt utique ipſa in nobis ipſis, quia eſt ipſemet Deus; præſentiſſima nobis, & magis intima noſtris animabus, quàm ipſæmet ſint ſibimetipſis. Dempto quòd non tranſit in naturam ſeu eſſentiam animarum, nec hæret illis ullo modo ut forma: quia utrũque horum repugnat Deo, repugnat diuinæ naturæ, repugnat diuinæ uoluntati; repugnat omnibus quæ ſunt in Deo, quia quolibet eorum eſt Deus realiter formaliterq; infinitus. Ipſaq; ſic nobis præſentiſſima & intima, efficit in nobis per reſpectum ad Chriſtũ & ad eius merita, gratiam gratum facientem dum nos gratificat ſibi ac de non gratis facit gratos: ſicut dicit Apoſtolus, Gratificauit nos in dilecto filio ſuo, dãs nobis uidelicet gratiam quandam ſuam, qualitatem quandam ad utilitatem noſtram, ipſorum qui habent, facientem eos formaliter gratos, uiuos, iuſtos, Dei filios adoptiuos, & ſimilia, de quibus diximus. Ipſa nobis ſic præſens & intima per reſpectum ad Chriſtum, efficit in nobis aliquando dona ſua, alia ad utilitatem aliorum, quæ appellantur gratiæ gratis datæ, ut ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, fides, gratia ſanitatum, & alia, de quibus omnibus dicit Apoſtolus, Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. Iſpa nobis ſic præſens & intima, aliquando operatur in nobis, mouendo mentem noſtram ſeu noſtram

Epheſ. 1.

1. Cor. 12.

D

uoluntatem, ut uelit bonum: ita quaſi uolũtas noſtra in eo motu ſuo ſit ut mota: ueluti in actibus interioribus, præſertim cùm uoluntas incipit bonum uelle, quæ prius malũ uolebat: de qua re paulò poſt dicendũ eſt. Et tunc dicitur gratia operans. Aliquando etiã nos iuuat ad bonas actiones imperatas à uoluntate, & interius uoluntatem confirmando, ut ad actnm perueniat, & exterius facultatem operandi præbendo. Et tunc dicitur gratia cooperans. Etiam gratia gratum faciens creata habitualis dicitur operans in quãtum animam ſanat, uel iuſtificat, ſeu gratam Deo reddit: atque dicitur cooperans in quantum eſt principium operis meritorii, quod ex libero arbitrio manat. Atque de hac gratia operante & cooperante loquitur ſæpe Auguſtinus, & præcipuè in De libero arbitrio, & Hypognoſt. ubi ſupra. Ipſa ſic nobis præſens & intima, una & eadem ſimpliciſſima in ſeipſa, operatur in nobis multos effectus: & ſecundum unum illorum dicitur præueniẽs, ſecundum alium uerò dicitur ſubſequens. Sicuti in pſalm. legimus, Miſericordia eius præueniet me. & iterum, Miſericordia eius ſubſequetur me. Quemadmodum etiam & Auguſtinus inquit de gratia Dei per Chriſtum, Præuenit, ut ſanemur: ſubſequitur, ut ſanati

Auguſt.

Pſal.

Auguſt. de nat. et gratia, cap. 32.

E ſanati uegetemur. Præuenit, ut uocemur: ſubſequitur, ut glorificemur. Ipſa nos excitat & iuuat ad bonum, ut dicat diuus Bernardus, *Bernar.* Conatus noſtri ad bonũ, nulli ſunt niſi à gratia excitentur: & caſſi ſunt, niſi à gratia iuuentur. Vnde & ipſa gratia dicitur excitans, diciturq́; iuuans. Vocat etiam nos & præparat atque pulſat, ut legimus. Non ex operibus, ſed ex uocante dictum eſt, Quia maior *Rom. 9.* ſeruiet minori. Præparatur uoluntas à Domino. Ego ſto ad oſtium & pulſo. Eamq́; *Apoc. 3.* ob rem dicitur gratia uocans, præparans, pulſans. Vna & eadem gratia Dei in ſeipſa, non diuerſificata ſecundum eſſentiam, multos effectus, multosq́; agendi modos continet: unde multa ſortitur nomina, ipſa quæ una & maximè ſimplex exiſtit. Itaque ex iſtis gratiæ diuiſionibus quoad ſuos effectus, ex quibus & ipſa multa adipiſcitur nomina, conſtat ſatis ad quæ ſe ſe profert atq; extendit gratia Chriſti, & ad quas res ea indigemus. Præparat enim uoluntatẽ noſtram ad iuuandã, & adiuuat præparatã: præparat, ut ſanet, ſanat, & adiuuat ſanatã. Præparat aũt, quomodo, & ad quid? In hanc ſententiã explicat diuus Ambroſius in De uocatione gentium, oſtendens quomodo gratia, tanquam famulam & receptricem donorum ſuorum præparet uoluntatem noſtram, Gratia quidem, inquit, Dei *Ambro. Lib. 2. cap. 9.* in omnibus iuſtificationibus principaliter præeminet, ſuadendo exhortationibus, mo F uendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſilium, corq́; ipſum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam uoluntas hominis ſubiungitur ei, atque coniungitur, quæ adhoc prædictis eſt excitata præſidiis, ut diuino in ſe cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritũ, quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium. de ſua habens mutabilitate ſi deficit, de gratiæ opitulatione ſi proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos ſiue occultos ſiue manifeſtos omnibus adhibetur: & quod à multis refutatur, ipſorum eſt nequitiæ: quod autem à multis ſuſcipitur, & gratiæ eſt diuinæ, & uoluntatis humanæ. Siue igitur initia, ſiue profectus fidelium, ſiue uſque in finem perſeuerantium cogitemus genus, nulla ſpecies cuiuſquã uirtutis occurrit, quæ uel ſine dono diuinæ gratiæ, uel ſine conſenſu noſtræ uoluntatis habeatur. Ipſa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, ut in eo quem uocat, primam ſibi receptricem & famulam donorum ſuorum præparet uoluntatem. Nam uirtus nolentium nulla eſt, nec poteſt aſſeri, uel fidem, uel ſpem, uel charitatem eis ineſſe, quorum ab his bonis conſenſus alienus eſt. Hæc ille. Ecce quibus modis, & ad G quæ bona præparat diuina gratia, noſtram uoluntatem: modis quidem multis prædictis, & ad omnem uirtutem. Gratia, inquam, Dei per Chriſtum dominum noſtrum. Sic diuina ſcriptura, ſic Auguſtinus, ſic Ambroſius, ſic Bernardus, ſic & omnes alii docent.

OMNES iſtas diuiſiones gratiæ probat ſanctus Thomas, accipit ſibi, & ponit pro a- *S. Tho. Prim. 2. Queſt. 3. Art. 1. 2. 3* liis: quibus etiam licet alio modo procedat, non parum declarat gratiæ Chriſti extenſionem in nobis quoad ſuos effectus, & noſtram ipſius indigentiam. Ne autem aliquis putans ſe ſequi ſanctum Thomam, ſancto Thomæ repugnet & aduerſetur: placet eius nonnulla uerba hic referre, illaque ſecundum alia uerba, aliasq́; eius ſententias, & mentem ipſius manifeſtam declarare. Ipſe etenim Do- *Ibidem. Art. 2.* ctor ſanctus agens de diuiſione gratiæ quæ eſt per operantem & cooperantem, ait, Dicendum quòd ſicut ſupra dictum eſt, gratia dupliciter poteſt intelligi. Vno modo diuinum auxilium, quo nos mouet ad bene uolendum, & agendum. Alio modo habituale donum nobis diuinitus inditum. Vtroque autem modo gratia dicta conuenienter diuiditur per operantem & cooperantem. Operatio enim alicuius effectus, non attribuitur mobili, ſed mouenti. In illo ergo effectu, in quo mens noſtra eſt mota & non mouens, ſolus autẽ Deus H mouens, operatio Deo attribuitur, & ſecundum hoc dicitur gratia operans. In illo autem effectu, in quo mens noſtra & mouet & mouetur, operatio non ſolùm attribuitur Deo, ſed etiam animæ, & ſecundum hoc dicitur gratia cooperans. Eſt autem in nobis duplex actus; Primus quidem interior uoluntatis. Et quantum ad iſtum actum uoluntas ſe habet ut mota, Deus autem ut mouens; & præſertim cùm uoluntas incipit bonũ uelle, quæ prius malum uolebat. Et ideo ſecundũ quod Deus mouet humanam mentem ad hunc actum, dicitur gratia operans. Alius autem actus eſt exterior, qui cùm à uoluntate imperetur (ut ſupra habitum eſt) conſequens eſt, quòd adhunc actum, operatio attribuatur uoluntati. Et quia etiam adhûc actum Deus nos adiuuat, & interius confirmando uoluntatem, ut ad actum perueniat, & exterius facultatem operandi præbendo, reſpectu huiuſmodi actus dicitur gratia cooperans. Hæc ille. Fortaſsis qui hæc uerba legerit & minus bene intellexerit, exiſtimabit ſanctum Thomam hic docere quòd mens noſtra ſeu noſtra uoluntas quoad actum ſuum interiorem, qui eſt uelle bonum, habet ſe ut mota non mouens: & quòd ſolùm circa actum ſuum exteriorem

A riorem à ſe imperatum operetur noſtra uoluntas, & ad ſolum iſtum habeat actionem. Abſit autem talis ſententia ab his ſancti Thomæ uerbis, qui profectò neque hic neque alibi id ſenſit, aut ſcripſit, aut cogitauit unquã: immo frequenter docuit oppoſitum expreſsè, ut conſtat ex multis.

Prima 2. Quæſ. 6. Art. 1.

Agens de uoluntario & inuoluntario, fatetur quòd oportet in actibus humanis uoluntarium eſſe, & quòd ſecundum definitionem Ariſtotelis & Gregorii Niceni & Damaſceni, uoluntarium eſt motus & actus à propria inclinatione, cuius principium eſt intra, cum additione ſcientiæ.

Ibidem. quæſ. 10. Art. 2.

Fatetur alibi quòd uoluntas eſt potentia rationalis, & ad oppoſita: & quòd quantum ad exercitium actus, à nullo obiecto ex neceſsitate mouetur, niſi ab ultimo fine clarè uiſo, de quo loquitur aliàs.

Ibidem. Art. 4.

Fatetur quòd uoluntas eſt actiuum principium non determinatũ ad unum, ſed indifferenter ſe habens ad multa: & quòd Deus non ex neceſsitate mouet uoluntatem noſtram determinatè ad unum, ſed remanet motus eius contingens, & non neceſſarius, niſi in his ad quæ naturaliter mouetur, quæ dixerat eſſe bonum, ultimum finem, cognitionem ueri, eſſe, uiuere, & huius modi alia.

Ibidem. Art. 1.

Fatetur quòd radix libertatis eſt uoluntas, ſicut ſubiectum: ſed ſicut cauſa, eſt ratio.

Ibidem. Quæſ. 17 Art. 1. ad 2. argum.

Fatetur quòd omne quod eſt in poteſtate noſtra, ſubiacet imperio noſtro: & quòd actus uoluntatis ſunt maximè in poteſtate noſtra: nam omnes actus noſtri in tantum dicuntur in poteſtate noſtra eſſe, inquantum uoluntarii ſunt.

Ibidem. Art. 5.

B

Vnde concludit quòd ratio ſeu homo per rationem, poteſt ordinare de actu uoluntatis: & ſicut poteſt iudicare quòd bonum ſit aliquid uelle, ita poteſt ordinare imperando, quod homo uelit. Sic aſſerit quòd actus uoluntatis noſtræ, ſunt maximè in poteſtate noſtra: & loquitur de actu elicito uoluntatis qui eſt uelle, ut cõſtat ex uerbis eius.

Secunda ſecundæ Quæſ. 23 Art. 2.

Ad idẽ eſt quod alibi confitendo docendoq; alios uoluntatis noſtræ actus tum libertatem, tum actiuitatem circa ſuum actũ elicitum, qui eſt uelle aut amare, inquit, Non enim motus charitatis ita procedit à Spiritu ſancto mouente humanam mentem, quòd humana mens ſit mota tantum, & nullo modo ſit principium huius motus, ſicut cùm aliquod corpus mouetur ab aliquo exteriori mouente. Hoc enim eſt contra rationem uoluntarii, cuius oportet principium in ipſo eſſe, ſicut ſupra dictum eſt. Vnde ſequeretur quòd diligere non eſſet uoluntarium, quod implicat contradictionem: cùm amor de ſui ratione importet, quòd ſit actus uoluntatis. Similiter etiam non poteſt dici, quòd ſic moueat Spiritus ſanctus uolũtatem ad actum diligendi, ſicut mouetur inſtrumentum: quòd

C

etſi ſit principium actus non tamen eſt in ipſo agere, uel non agere. Sic enim tolleretur ratio uoluntarii, & excluderetur ratio meriti: cum tamen ſupra habitum ſit, quòd dilectio charitatis eſt radix merendi: Sed oportet quòd ſic uoluntas moueatur à Spiritu ſancto ad diligendum, quòd etiam ipſa ſit efficiens hunc actum. Hæc ille. Ecce ubique docet ſanctus Thomas, uolũtatem noſtram circa ſuos actus interiores formales elicitos, nullo modo ſe habere ut motam tantum, & non mouentem; nec ut purè paſsiuam, & nullo modo actiuam; nec ut potentiam merè naturalem, & non ut liberam. Quinimmo & quoad iſtos tales actus, fatetur & prædicat uoluntatem noſtram eſſe potentiam actiuam, liberã, mouentemq; ſeipſam, habẽtem actiuitatem, habentemq; libertatem circa illos.

Qvomodo igitur ſic locutus eſt Doctor ſanctus in illis uerbis ſuis primò relatis, quaſi uolũtas in actibus ſuis interioribus uolendo bonum, ſe habeat ut mota, non ut mouens? Reſpondemus, Hæc ſanctum Thomã dixiſſe, non ut à uoluntate ſecerneret atque amoueret actiuitatem uel libertatem circa ſuos actus interiores formales elicitos: ſed quò negocium declararet, oſtendendo quomodo diuina uoluntas dum uoluntatem noſtram mouet ad bonum, dicitur gratia operans.

Prima 2. Quæſ. 9. Art. 3.

Ipſe auctor mouet quæſtionem, Vtrùm uoluntas moueat ſeipſam? Reſpondet quòd uoluntas domina eſt ſui actus, & in ipſa eſt uelle & nolle: quod non eſſet, ſi non haberet in poteſtate mouere ſeipſam ad uolendum.

D

Vnde concludit quòd mouet ſeipſam. Sed declarando quomodo uoluntas mouet ſeipſam ad uolendum, dicit quòd quemadmodum intellectus ex hoc quòd cognoſcit principium, reducit ſe de potentia in actum, quantum ad cognitionem cõcluſionum, & hoc pacto mouet ſeipſum: ita uoluntas ex hoc quòd uult finem, mouet ſeipſam ad uolendum ea, quæ ſunt ad finem.

Ibidem. Art. 4.

Deinde ut latiorem magiſq; claram tradat doctrinam, quærit, Vtrùm uoluntas moueatur ab aliquo exteriori principio? Et reſpondet, Dicendum, quòd ſecundũ quòd uoluntas mouetur ab obiecto, manifeſtum eſt quòd moueri poteſt ab aliquo exteriori. Sed eo modo quo mouetur quantum ad exercitium actus, adhuc neceſſe eſt ponere uoluntatem ab aliquo principio exteriori moueri. Omne enim quod quandoque eſt agens in actu, & quandoque in potentia, indiget moueri ab aliquo mouente. Manifeſtũ eſt autem quòd uolũtas incipit uelle aliquid, cùm hoc prius non uellet: neceſſe eſt ergo, ut ab aliquo moueatur ad uolendum. Et qui

dem ſicut dictum eſt, ipſa mouet ſeipſam in-
quantum per hoc quòd uult finem, reducit
ſeipſam ad uolendum ea quæ ſunt ad finem:
hoc autem non poteſt facere, niſi conſilio me
diante: Cum enim aliquis uult ſanari, iuci-
pit cogitare quomodo hoc conſequi poſsit:
& per talem cogitationem peruenit ad hoc,
quòd poteſt ſanari per Medicum; & hoc uult.
Sed quia non ſemper ſanitatem actu uoluit,
neceſſe eſt quòd inciperet uelle ſanari ab ali-
quo mouente. Et ſi quidem ipſa moueret ſe-
ipſam ad uolendum, oportuiſſet quòd mediã
te conſilio hoc ageret, ex aliqua uoluntate
præſuppoſita. Hoc autem non eſt procedere
in infinitum. Vnde neceſſe eſt ponere quòd
in primum motum uoluntatis uoluntas pro
deat ex inſtinctu alicuius exterioris mouen-
tis, ut Ariſtoteles concludit in quodam capi
tulo Ethicæ Eudimicæ. Hæc ille. Sic deter-
minauit alias dicẽdum fore quod in primum
motum ſeu actum uoluntatis; uoluntas pro-
deat ex inſtinctu alicuius mouentis exterio-
ris: & ratio ſua uidetur eodem modo poſſe
concludere de omni actu uoluntatis quo ip-
ſa nullo præhabito conſilio, uult aliquem fi-
F nem quem antea nunquam uoluit. Non au-
tem hoc dicit quaſi uoluntas in eo actu non
ſit actiua, aut non ſit libera: ſed ſolùm indi-
cans quòd uolũtas in eo actu indiget moueri
ab aliquo principio, quaſi quantum ad initiũ
actus illius uoluntas eſſet potentia mota non
mouens: per hoc ſolum, quòd non poterat
incipere mouere ſeipſam, niſi ab alio moue-
retur. Simili modo dicit in præſentia genera
lius loquendo, quòd uoluntas quantum ad
ſuum actum interiorem quo uult bonum, ſe
habet ut mota, Deus autem ut mouens: præ
ſertim cùm uoluntas incipit bonum uelle,
quæ prius malum uolebat. Vnde quia in hu-
iuſmodi diuina gratia mouet, & quia opera
tio attribuitur mouenti: dicitur gratia ope-
rans, cum tamen uoluntas in omni ſuo uelle
operetur, & uerè habeat actionem imma-
nentem. Caietanus circa iſtam literam ſan
Caietan. Prima 2. queſ. 111. Art. 2. cti Thomæ opponit et ſoluit, dicens, Dubiũ
occurrit circa differentiam inter gratiam ope
rantem & cooperantem pro gratuita Dei mo
tione ſumptam. Implicantur ſiquidem duo
contraria ſimul. Nam aſsignando differen-
tiam, dicitur quòd operans dicitur quando
mens noſtra ſe habet ut mota tantum, coope
rans uerò ut quando mens noſtra ſe habet ut
mouens & mota: applicando autem ad actus
noſtros ſubiungitur, quòd cùm mouemur ad
uelle, eſt gratia operans: cùm uerò mouemur
ad exterius opus, eſt gratia coöperans: Con
ſtat autem, quòd ad uelle, uoluntas ſe habet
non ut mota tantum; nam uelle à uoluntate
eſt & in uoluntate, alioqui non eſſet liberum. G
Et confirmatur, quia mouere ad uelle, nihil
aliud eſt quã facere ut uelimus, ut Auguſ. alla
tus in litera teſtatur: facere autẽ ut uelimus,
eſt facere ut moti moueamus nos ad uolẽdũ.
Præterea, Aut actor intendit quòd mens no-
ſtra ſe habet ſic reſpectu actus interioris & ex
terioris, aut reſpectu formæ actus: puta boni
tatis meritoriæ. Si reſpectu actus, cùm uterq;
ſit à uoluntate imperatus, reſpectu utriuſq;
gratia dicetur cooperãs, iuxta doctrinam lite
ræ. Si reſpectu bonitatis meritoriæ, cùm utra
que ſit à uoluntate informata charitate & gra
tia, par eſt etiam ratio de utraq;, quoad hoc,
quòd eſt à uolũtate mota à Deo. Ad hoc dici
tur dupliciter, Primò, quòd nulla eſt inter di
cta contrarietas: Quoniam non dicitur in lite
ra, quòd reſpectu omnis actus interioris uo-
lũtatis dicitur gratia operãs, ſed dicitur inde-
finitè, remittẽdo ſe ad ſupra dicta. Ibi enim ha
buimus, quòd reſpectu primi actus, uoluntas *Par. ead. Quæſt 9. Art. 4.*
ſe habet ut mota tantum, & Deus ut mouẽs.
Et nomine primi actus nõ intelligitur ſolus il
le, quem uoluntas in principio operationum
ſuarũ omnium habet: ſed quicunque primus
abſq; cõſilio & præuio motiuo ad bonum. Et
propterea auctor dixit, Et præſertim cùm uo
luntas incipit bonum uelle, quæ prius malum
uolebat. Similiter igitur ſe habet uolũtas mo
ta à Deo ad huiuſmodi uelle, ſicut graue ad H
motũ deorſum. Et propterea ſicut graue non
mouet ſeipſum ad deſcẽſum, ſed eſt motum à
generante; Ita uoluntas mota à Deo ad huiuſ
modi nouũ uelle, non mouet ſeipſam ad hoc,
ſed eſt tantum mota à Deo. Eſt tamen tale uel
le ipſius elicitiuè, ſicut deſcendere eſt motus
grauis: & eſt liberum, quia poteſt diſſentire à
tali uelle. Deus enim mouet ſuauiter liberum
arbitrium, ſecundum conditionem eius. Et
per hoc, patet reſponſio ad cætera. Nam face
re ut uelimus, non contingit uno modo, ſed
duobus: ſcilicet ut uelimus, mouendo nos ip
ſos ad hoc: & ut uelimus moti tãtum ab ipſo
Deo. Secundo modo expectat ad gratiã ope
rantem, primo ad cooperantem. Hæc & mul
ta alia dicit ibi ad propoſitũ, ſed omitto alia,
cauſa breuitatis. Omnia cõueniunt optimè,
& nulla eſt contrarietas, nullaq; differentia.

Ipsa ergo diuina uoluntas eſt increata
gratia gratum faciens efficienter, quæ nobis
præſtat gratiam creatam gratum facientẽ for
maliter, dum nos facit gratos ſeu acceptos ſi
bi: præſtat nobis iuſtitiam, dum nos facit iu-
ſtos: præſtat nobis gratias gratis datas, ad uti
litatem aliorum: dicitur gratia operans, dum
nos præuenit & mouet ut uelimus bonum,
quando nos non nos mouemus, & forte nec
nos moueremus niſi ab ea moti eſſemus: di-
citur

A citur cooperans pro ut nos iuuat in actionibus noſtris internis aut externis, cooperãdo nobiſcum: dicitur etiam præueniens & ſubſequens propter diuerſos reſpectus, de quibus iam ſatis diximus: dicitur etiam uocans, dicitur præparans, dicitur pulſans, ſed & de his quoque iam ſatis dictum eſt. Sufficiebant iſtæ diuiſiones gratiarum, uel eiuſdem gratiæ ſecundum alios & alios ſuos effectus, ad oſtendendum extenſionem grãtiæ Chriſti: ſed quia nonnulli Doctores, omnes has differentias gratiæ confitentur, qui pro magna parte extenſionem gratiæ Chriſti negant: placet in ſpeciali de illis agere, quæ in nobis ad gratiam Chriſti pertinent: & quæ nos non haberemus, niſi gratia Chriſti opem ferret, niſi mediaret, niſi iuuaret. Cauſam igitur gratiæ Chriſti agimus, ut eius extenſionem oſtendamus, noſtram miſeriam, & noſtram indigentiam: quæ non parum oſtenditur ex diuiſione gratiarum ſupra poſita, ut conſtabit magis ex dicendis; cum fuerit oſtenſum ad quæ opera bona noſtra, interna aut externa, indigemus aliqua prædictarum gratiarum Chriſti, operante, cooperante, præparante, iuuante, præueniente, ſubſequente, aut alia.

Par. [illegible] Quæſt. [illegible] Art.4.

QVANTVM ad prædictas diuiſiones gratiæ pertinet, ſolùm ex duabus uiis poteſt ſu-
B boriri difficultas apud eos qui non plenè iſtã nouerint gratiæ materiam. Altera uia eſt, ſi quis putauerit illam, diuiſionem qua diuiditur gratia in operantem & cooperantem, reperiri tantum in gratia gratum faciente creata: non autem in diuino auxilio, quo Deus nos mouet ad bene uolendum & agendum. Altera uia eſt, ſi quis exiſtimauerit gratiam operantem operari aut facere in nobis noſtræ uoluntatis actum interiorem qui eſt uelle bonum, aut nolle malum, ſine actiuitate uel actione, aut ſine libertate noſtræ uoluntatis ad talem actum. Qui enim ita cogitaſſet, grauiſsimè erraſſet: nec aliquis horum errorum eſſet ſimplex, ſed multiplex: multosq; continens errores alios, de quibus nec opus eſt, nec uacat modo agere. Iam dictum eſt hanc diuiſionem reperiri in gratia gratum faciente creata, & inſuper in auxilio quo Deus noſtram uoluntatem iuuat ad uelle bonum, bene: quod auxilium ſine dubio reperitur ſæpe in homine, extra gratiam gratum facientem exiſtente. Reperitur, inquam, operans & cooperans: ut patet in actibus interioribus uoluntatis Cornelii, quibus uolebat orare, & eleemoſynas facere, eo tẽpore, antequam in Chriſtum crediſſet, iuſtus eſſet, aut iuſtus fieret. Erat enim ibi, erat iſta gratia operans & cooperans: & non erat ibi ut ſupponitur ex Auguſtino ad Simplician. gratia gratum faciens creata. Qnia nondum C
Cornelius tantam gratiam habebat, quanta ſufficeret ad regnum cœlorum obtinendum: quando tamen ſuum bonum uelle, ſuumq; bonum facere aut operari, iam ad gratiam Chriſti pertinebat, ut conſtat ex dictis, Præparatur uoluntas à domino. A domino greſſus hominis dirigentur. In hanc ſententiam deſcendit etiam ſanctus Thomas, ut patet ex dictis eius allegatis, eandemq; alii omnes approbant. Vt rectè etiam poſsimus dicere, gratiam gratum facientem increatam dici operantem, pro ut nos mouet ad uolendum; & dici cooperantem, pro ut nobiſcum agit, cùm ipſum actum uolendi in nobis producimus. Vt ex alio & alio effectu, uel ex alio & alio modo agendi, nunc hoc nunc illud nomen ſortiatur, ipſa eadem gratia increata, gratum faciens effectiuè, unicíſsima in ſe ipſa. Eã ob rẽ igitur nulla poteſt ex illa priore uia ſuboriri difficultas: ſed neq; profectò ex poſteriore. Quandoquidem nullum actum interiorem habet uoluntas noſtra in hoc ſæculo, in quẽ non habeat & actiuitatem, & libertatem. Modo ſufficiat hæc ita protuliſſe ut dicta ſunt, quia inferius hæc duo ſatis probantur. Primum quòd uoluntas ad ſuos actus interiores ſit actiua, ſecundum quòd ad eoſdem ſit libera. Cur igitur gratia, ſeu Deus per ſuam gratiam ſeu gratis, dicitur operari in nobis uelle? Quidem non quaſi Deus ſolus operetur in nobis noſtrum uelle, nobis nihil cooperantibus actiuè, aut nobis in noſtrum uelle nullam actionem habẽtibus: ſed quia Deus præueniens nos & mouens ſuauiter ad uolendum, utique facit ut nos uelimus: & non ſolùm hoc, ſed & nobiſcum coagit, dum producimus aut agimus in nobis ipſam (ut Theologi noſtri inquiunt) uolitionem, ipſum uelle, ſeu ipſum actũ uolendi. Vnde ſolus eſt in ratione præueniendi & mouendi Deus, quia nos ipſi non nos præuenimus nec mouemus ad actionem, ſed ipſe nos præuenit & mouet: non eſt autem ſolus in ratione agendi noſtrum actum uolendi, quia ad ipſum actum & nos coagimus. Quia igitur ipſe eſt præueniens, mouensq; ex toto, & ſimul nobiſcum coagens: ipſi ideo tanquam principali actori, præuenienti, mouenti, & alias coagenti tribuitur ipſa actio, ipſe actus. Ita intelligitur quod dicit Apoſtolus, Deus eſt enim qui operatur in uobis & uelle, & perficere, pro bono uoluntatis: non quaſi nos non coagamus in noſtro uelle, dum uolumus, aut non confaciamus in noſtro opere, dum perficimus ſeu operamur: ſed quia Deus facit ut nos uelimus, & item ipſe facit ut nos faciamus, præueniendo, mouendo, coagendo, confaciendo,

Part.4. lib.1.per totum. Ibidem. lib.2.per totum.

D

Philip.2.

E do, cooperando. Eodemq́ue modo intelligitur quod idem Apoſtolus alibi inquit, Non uolentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Mirabili modo docens, non dixit Apoſtolus ſolùm, Deus eſt qui operatur in uobis uelle. Non eſt uolentis, ſed Dei miſerentis: ne ſi ſic diceret, quis minus doctus, putaret ſolùm Deum agere in nobis noſtrum uelle, nobis nihil agentibus, ſed tantum recipientibus. Dixit autem, Deus eſt qui operatur in uobis & uelle, & perficere, ſeu operari. Non uolentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Vt ſicut certum eſt apud omnes, nos coagere dum aliquid perficimus ſeu operamur, & nos aliquid coagere dum currimus: cum tamen Deus ſit qui operatur in nobis perficere, operari, currere. Ita ſit certum apud omnes, nos coagere dum aliquid uolumus: licet Deus dicatur operari in nobis, noſtrum uelle. Principalitas ergo ibi declaratur ex parte Dei, non quaſi ipſe ſolus faciat in nobis noſtrum uelle, aut noſtrũ operari, nobis non coagentibus: ſed quia ipſe principaliter agit, præueniendo, mouendo, & coagendo, ſicut dictum eſt. Vt uoluntas noſtra intelligatur ſe habere tanquam iumentum, gratia uerò Dei tanquam ſeſſor: uoluntas noſtra non ſecus ac pediſſequa ſeu famula, gratia Dei ut domina. Denique ut

Rom. 9.

F inconcuſſa fide credamus omne noſtrum bonum maximè ac primum eſſe in nobis à Deo: bonum operari, bonũ uelle, bonũ cogitare, bonum credere: quia ipſe nos gratis præuenit, præparat, mouet, & deinde iuuat. Auguſt. multis in locis ſatis doctrinam explicat quã tenet, & ſæpe approbat. In De libero arbitrio ait, Cooperando Deus in nobis perficit, quod operando incœpit: quia ipſe, ut uelimus operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens. Eodem modo fatetur ipſe & docet quòd noſtrum eſt uelle, credere, ac operari: ſed etiam & Dei magis principaliter, qui facit in nobis gratis ut nos uelimus, credamus, operemur: nos præueniens, & mouens, ac nos iuuans. De quibus agit in lib. expoſ. in epiſtolam ad Rom. in ſuis Retractationibus, & in De prædeſtinatione ſanctorum. Poſt ſcriptores ſacros, nemo ſic laborauit in commendanda Dei gratia, ut Auguſtinus: quod conſtat, tum in præallegatis operibus eius, tum in De peccatorum meritis & remiſsione: in De natura & gratia, in De ſpiritu & litera, in De gratia & libero arbitrio: in De gratia Chriſti & peccato originali. contra Iulianum Pelagianum, & in Hypognoſticon, & ad Simplicianum. Ipſe tamen glorioſus gratiæ prædicator, concionator, & commendator, declarauit quidem gratiam habere primatum ſuper liberum arbi- G trium & ſuper totum hominem. quoad cogitare bonum, uelle, & operari: non quaſi ipſa ſola in nobis agat actum aliquem horum ſine nobis coagentibus, ſed quia in omnibus iſtis eſt principale agens, præueniens, mouens & ſimul coagens: quia habet rationem principalis agentis, ſeſſoris, dominæ. Sed & de his, iterum multa alibi. Gratis facit Deus in nobis ut nos cogitemus, ut uelimus, ut credamus, ut ſperemus, ut diligamus, ut pœniteamus, ut ei obediamus, ut bonum faciamus, ut malum uitemus aut uincamus, modo ſupra expoſito. Ideo, quod nos ſumus omnes, & bona cuncta alia, & hæc bona omnia, debemus ei uni, per gratiam ſuã. Pertinet tamen ad uirum Chriſtianum, præſertim ad Chriſtianum Doctorem, ſcrire quæ donat nobis Deus ſecundum gratiam creationis, & quæ nobis donat ſecundum gratiam redemptionis, per Chriſtum dominum & redemptorem noſtrum. Sciamus itaque quòd nos uolumus, dum uolumus: currimus: dũ currimus: credimus, dum credimus: ſperamus, dum ſperamus: facimus bonum bene, dum facimus: bonum bene operamur, dum bonum bene operamur: Sed Deus facit in nobis, ut nos ſic uelimus, ſic curramus, credamus, ſperemus, diligamus, faciamus, operemur. Ob quod ipſe, omnium horum & H ſimilium in nobis principalis eſt actor. Videatur Auguſtinus in allegatis ſuis operibus præſertim & peculiariter, in Enchirid. ad Simplicianum: atque in De prædeſtinatione ſanctorum. Videatur etiam & Origenes in Periarc. Sed & de his nos inferius multa in medium adducemus.

Auguſt.

Expoſ. 61 et 62. Lib. 1. cap. 23. tomo 1. Lib. 1. cap. 3. tomo 7.

Auguſt. cap. 32. to. 3. lib. 1 quæſt. 2. tomo 4. part. 2. li. 1. cap.

De gratia operante & cooperante dixit multa Magiſter ſententiarum, iuxta eandem doctrinam quam iam ſuperius tum ex Auguſtino, tum ex aliis Doctoribus ſanctis poſuimus. Duo uerò maximè ad propoſitum, Alterum quòd gratia non dicitur operans, quaſi ſola faciat actum aliquem in nobis: ſed quia eſt prima in ratione mouendi, quia præuenit, quia præparat, quia facit ut nos uelimus, ut nos faciamus. Alterum quòd una & eandem ſit gratia, idem donum, eadem uirtus, quæ operatur & cooperatur: ſed propter diuerſos eius effectus, & dicitur operãs, & cooperans. Dicit multa ad idem ex Auguſtino, ſed ſufficiunt quæ dicta ſunt. Magiſtro aſſentitur etiã tota Schola Chriſtiana in eodem loco, eademq́; docet, Vtrùm homo fidelis Chriſtianus & iuſtus poſsit uti habitibus uirtutum theologicarum, fidei, ſpei, & charitatis, quas habet, ſine ſpeciali adiutorio Dei pertinente ad gratiam redemptionis,

Magiſt. ſen. lib 2. diſt. 26.

cum

A cum ſola influentia generali pertinẽte ad gra
tiam creationis? Alia eſt quæſtio: quæ cum
nimis caput hoc prodnctum ſit, aliæq; ſua
deſt rationes, alio capiti inferius reſeruatur,
Infra capi. 7. Illhinc igitur quæ ad inſtitutum pertinent pe
tenda ſunt.

Quòd ad gratiam Chriſti ſiue ad gratiam Dei per Chriſtum pertinet beatitudo filiorum Adæ, uita ipſorum beata in cælis, & omnis uſus bonorum beatus, aut ipſam beatitudinem præſupponens.

CAP. VI.

HAEC ueritas adeò eſt apud
omnes catholicos notisſi-
ma, ut digna ſit, à qua pri
mùm, ad particularia de-
ſcendentes, exordiamur.
Venit enim filjus Dei & fi-
Mat. 18. lius hominis, quærere, &
Luca. 19. ſalnum facere qnod perierat. Apparuitq́ue,
Luca. 15. ut diſſolueret opera diaboli. Vt tolleret om-
1. Ioan. nia impedimenta, ut nos ad cœleſtia regna
reuocaret. Venit uocare peccatores ad pœni
Matt. 9. tentiam, & per pœnitentiam, regnum cœlo-
Mar. 12. rum prædicauit. Venit ut uitam haberemus
Luca. 5. & abundantius haberemus. Vitam æternã re
Mat. 4. promiſit, uiam ac media quibus illhuc uenire
mus oſtendit, ſacramenta inſtituit, legem de
B dit, adiutorinm obtulit & offert: Id uolens,
Ioan. 12. ut ubi ipſe eſt, & nos omnes ſui miniſtri ſi-
mus. Vt homines deos faceret, factus eſt ho
mo: factus eſt panper, ut nos ditaret, & fa-
ctus eſt humilis, ut nos exaltaret. Dilexit
Apoc. 1. nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſangui-
ne ſuo. Principem huius mundi eiecit foras.
Ioan. 12. Exaltatus à terra, omnia traxit ad ſeipſum.
Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores
Eſa. 53. noſtros ipſe portauit. Reconciliauit nos Deo
Rom. 6. per mortem ſuam. Interfecit inimicitias in
2. Cor. 5. ſemetipſo, & fecit utraque unum. Vnus pro
omnibus mortuus eſt. Et peccata noſtra
pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: ut pec-
catis mortui, iuſtitiæ uiuamus, cuius liuore
1. Petr. 2 ſanati ſumns. Docuit ac commendauit uiam
uitamq́; iuſtitiæ, & ſuis cultoribus iam non
bona temporalia, ſed regnum cœlorum, ui-
tamq́; beatam & perpetuã in præmium pro-
poſuit, firmiterq́; repromiſit frequentisſimè.
Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua manda-
Mat. 19. ta. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum
Mat. 5. eſt regnum cœlorum. Gaudete & exultate,
quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis.
Et alia penè infinita. Ipſe eſt uia, neritas, &
uita. Per ipſum ſiquis introierit, ſaluabitur.
Ac ingredietur, & egredietur, & paſcua inue
niet. Chriſtus autem aſsiſtens Pontifex futu-
Hebr. 9. rorum bonorum per amplius & perfectius ta
bernaculum non manu factum, id eſt, non hu C
ius creationis, neque per ſanguinem hircorũ
aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem
introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptio-
ne inuenta. Factusq; eſt omnibus obtempe- *Hebr. 5.*
rantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Vnde,
Habemus fiduciam in introitum ſanctorum, *Hebr. 10.*
id eſt, cœleſtium, in ſanguine Chriſti. Ipſeq;
Spiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro
quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hære- *Rom. 8.*
des: hæredes quidem Dei, cohæredes autem
Chriſti. Si tamen compatimur, ut & conglo-
rificemur. Exiſtimo enim quòd non ſunt cõ
dignæ paſsiones huius temporis, ad futuram
gloriam quæ reuelabitur in nobis. Vnde &
Apoſtolus Paulus explicauit bona quæ nobis
facit aut præſtat Deus in Saluatore noſtro,
quaſi ſub breuiſsimo compendio multa com
plectens, ait, Benedixit nos in omni benedi- *Epheſ. 1.*
ctione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſi-
cut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutio
nem, ut eſſemus ſancti & immaculati in con-
ſpectu eius in charitate: qui prædeſtinauit
nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chri-
ſtum in ipſum, ſecundum propoſitum uolun
tatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua
gratificauit nos in dilecto filio ſuo: in quo ha
bemus redemptionem per ſanguinem eius,
remiſsionem peccatorum ſecundum diuitias
gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis in D
omni ſapientia & prudentia, ut notum face-
ret nobis ſacramentum uoluntatis ſuæ, ſecun
dum beneplacitum eius, quod propoſuit in
eo in diſpenſatione plenitudinis temporum
inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis &
quæ in terra ſunt. Denique iſta fuit uocatio
Saluatoris noſtri, qua tum per ſeipſum, tum
per legatos ſuos Apoſtolos, uocauit nos fa-
ctus homo; id eſt, ad regnum cœlorum, & ui
tam beatam. Sic dicit Apoſtolus Petrus, De- *1. Petr. 5.*
us autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æ-
ternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modi-
cum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſoli-
dabitq;. Ita Apoſtolus Paulus, atque ita om
nes alii Apoſtoli prædicauerunt ubique, &
ſemper, uocationem noſtram à Deo in Chri
ſto. Non enim uocauit nos Deus in immun-
ditiam, ſed in ſanctificationem. & hoc, In
Chriſto Ieſu Domino noſtro. Qui uenit pri-
mus in cœlum, parare nobis locum. Sicut in
domo Patris ſui manſiones multæ ſunt. Et ni
ſi per ipſum, nos abire in cœlum non poſſu-
mus: niſi cum eo unum quodammodo cor-
pus efficiamur. Ipſe enim eſt qui deſcendit,
& qui aſcendit: & ipſius eſt, non alterius, nos
ad cœleſtia regna, quaſi ouem perditam & po
ſtea inuentam in humeris ſuis reportare: non
reluctantes, ſed conſentientes: ut ſic ſimus

E cum ipſo in regno ſuo. Nemo uenit ad Patrē
niſi per filium. Nemo uenit in cœlum niſi per
ipſum eundem. Et nemo aſcendit in cœlum,
niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui
eſt in cœlo. Vbi eſt corpus, ibi congregabun
tur & aquilæ. membra cum capite. Seruus
non manet in domo in æternum, ſed filius ma
net: unde ideo fecit nos filios, ut & nos in æ-
ternum maneremus in domo.

Ergo ad gratiam Dei per Chriſtum, per
tinet beatitudo filiorum Adæ, uita ipſorum
beata in cœlis, & omnis uſus bonorum bea-
tus, aut ipſam beatitudinem præſupponens.
Sic eſt nota hæc ueritas in lumine fidei Chri-
ſtianæ, ſicut ſunt nota prima principia pra-
ctica uel ſpeculatiua in lumine naturalis ra-
tionis. Sua enim luce perfunditur, & qua-
ſi per ſe cuiuis intellectui Chriſtiano inno-
teſcit. Quid fidei Chriſtianæ poteſt eſſe no-
tum alicui, cui non ſit notum, non poſſe nos
homines habere uitam uerè beatam niſi per
Chriſtum? Illa eſt maximum bonum, à quo
nos maximè abducit peccatum: quia nullum
aliud bonum eſt, cui magis à toto genere re-
pugnet peccatum, nec tantum. Quando qui
dem ſunt multa peccata, uidelicet illa mi-
nuta uenialia, quæ non repugnant etiam ma
gnæ gratiæ; nullum eſt autem peccatū, quod
Apoc. 21 non repugnet etiam minimæ gloriæ. Et ci-
uitas non eget Sole neque Luna, ut luceant
F in ea: nam claritas Dei illuminabit eam, &
lucerna eius eſt agnus. Non intrabit in eam
aliquod coinquinatum, aut abominationem
faciens, & mendacium. Maximè etiam quā-
tum ad iſtud bonum, peccata noſtra & iniqui
tates noſtræ nos à Deo noſtro dirimunt per
eandem rationem. Ad illum igitur pertinet
in regnum ac beatitudinem introducere, ad
quod pertinet peccata tollere. Quis eſt ille?
Ioan. 1. Redemptor noſter, de quo legimus, Ecce
agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Si
ad beatitudinem nō indigebamus redempto
re, ad quid aliud illo indigebamus? Ad bene
dictionē omnium gentium promiſſam Abra
Gen. 22. hæ in ſemine ſuo, & ut hæres eſſet mundi, ma
ximè pertinet quod ad hæreditatem cœli &
uitam beatam perueniamus, ut conſtat om-
nibus fidelibus: & manifeſtum eſt, quòd tūc
tota illa benedictio promiſſa fuit in Chriſto ſi
Gal. 3. cut exponit Apoſtolus ad Galat. Et ſemini
tuo, qui eſt Chriſtus. Ipſe nanque eſt noſter
uocator, noſterq; iuſtificator: non dubium,
quin & noſter glorificator, ac beatificator.
Tanto autem magis noſter glorificator, quan
to certum eſt, noſtram uocationem ac no-
ſtram iuſtificationem ordinari ad noſtram glo
Rom. 8. rificationem. Quos autem prædeſtinauit,
hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iuſti
ficauit: quos autem iuſtificauit, illos & glo- G
rificauit. Apoſtolus ait, Nam ſi ex lege hære *Gal. 3.*
ditas, iam non ex promiſſione. Idem utique
dicturus de quocunque alio, ex quo præter
promiſſionem hæreditas diceretur eſſe. Quā
doquidem ex promiſſione eſt hæreditas ſine
dubio. Erant autem illæ promiſſiones pa-
trum in Chriſto, & ipſe ueniens, promiſſio-
nes patrum impleuit benedictionis, hære-
ditatis, regni. Et ideo noui teſtamenti me- *Hebr. 9.*
diator eſt, inquit Apoſtolus, ut morte inter
cedente, in redemptionem earum præuarica
tionum quæ erant ſub priori teſtamento, re-
promiſſionem accipiant qui uocati ſunt, æter
næ hæreditatis. Et diuus Petrus, Benedi- *1. Petr. 1.*
ctus Deus et Pater domini noſtri Ieſu Chri-
ſti qui ſecundum miſericordiam ſuā magnam
regenerauit nos in ſpem uiuam, per reſurre-
ctionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæredita
tem incorruptibilem, & incontaminatam,
& immarceſſibilem conſeruatam in cœlis.

Clausio ianuæ eſt obſtaculum quod-
dam prohibens homines ab ingreſſu. Prohi-
bebantur autem homines ab ingreſſu regni
cœleſtis propter peccatum, ſicut legimus.
Via illa ſancta uocabitur, & non tranſibit pe- *Eſa. 35.*
ream pollutus. Eſt uero duplex peccatum *S. Tho.*
prohibens ab ingreſſu regni cœleſtis. Vnum *Par. 3.*
quidem commune totius humanæ naturæ, *Queſ. 49*
quod eſt peccatum primi parentis, per quod *Art. 5.*
præcludebatur homini cœleſtis regni aditus. H
Vnde ſcriptum eſt, quòd poſt peccatum pri-
mi parentis, collocauit Deus Cherubin, &
flammeum gladium atque uerſatilem, ad cu- *Gen. 3.*
ſtodiendam uiam ligni uitæ. Aliud autem eſt
peccatum ſpeciale uniuſcuiuſque perſonæ,
quod per proprium actum cōmittitur uniuſ-
cuiuſque hominis. Per paſſionem autem
Chriſti liberati ſumus, non ſolùm à peccato
cōmuni totius humanæ naturæ, & quantum
ad culpam, & quantum ad reatum pœnæ,
ipſo ſoluente precium pro nobis; ſed etiam
à peccatis propriis ſingulorum, qui commu
nicant eius paſſioni per fidem & charitatem
& fidei ſacramenta. Et ideo per paſſionem
Chriſti aperta eſt nobis ianua regni cœleſtis.
Et hoc eſt quod Apoſtolus dicit, Chriſtus aſ- *Hebr. 9.*
ſiſtens pontifex futurorum bonorum, per
proprium ſanguinē introiuit ſemel in Sancta,
æterna redemptione inuenta. Et hoc figura
batur olim, ubi dicitur, quòd homicida ma- *Num. 35*
nebit ibi, ſcilicet in ciuitate refugii, donec
Sacerdos magnus, qui oleo ſancto unctus
eſt, moriatur: quo mortuo, poterit in domū
ſuam redire. Hæc ſanctus Thomas. Et be-
ne, atque optimè.

Mvlta hic de beatitudine ac uita bea-
ta poſſemus dicere: de clara Dei uiſione, de
fruitione

A fruitione, detentione, de lumine gloriæ, de charitate, de gaudio, & aliis. Sed hæc omnia miſſa facimus, tum breuitatis cauſa, tum quia de his aliiſque huiuſmodi abundantiſsimè atque optimè tradunt Doctores catholici in ſuis libris ſententiarum, aut in ſuis partibus Theologicis. Nunc nobis ſatis eſt, quòd de beatitudine ac beata uita hominum filiorum Adæ oſtenderimus, eam in nobis ad Saluatorem noſtrum pertinere, nec nos alio modo illam habere poſſe, niſi per ipſum. Ad alia enim minus nota magis properamus, ut oſtendamus non ſolùm hanc uitam beatam & beatitudinem, ſed & uitam gratam ac iuſtam, uitam fidelem, uitam moraliter uirtuoſam, & tandem uitam moralem deliberatam non malam, nos homines habere non poſſe niſi per Saluatorem noſtrum, ſiue per gratiam quandam Dei in Chriſtro Ieſu domino noſtro, pertinentem in nobis ad gratiam redemptionis.

Quòd ad gratiam Chriſti, ſiue ad gratiam Dei per Chriſtum, pertinet noſtra gratia gratum faciẽs, quicquid illa ſit, qua filij Dei adoptiui efficimur, à peccatis liberamur, uiuificamur, iuſtificamur, ſanctificamur, gratificamur; Deo aſſimilamur quodam modo, & quodam modo deificamur: ſimul atque omnis actus noſter, ſeu omnis uſus noſtrarum potentia- B *rum naturalium, uel quorumuis noſtrorum bonorum, quem habemus, agimus, operamur, aut facimus meritoriè, ſeu meritorium gratiæ Dei aut gloriæ. Oſtenditur uiros iuſtos Dei adiutorio immediato & ſpeciali, ut meritoriè operentur indigere. Declaratur etiam quid ſit uſus ſeu uti; de quo hic, & in ſequentibus agitur.* CAP. VII.

HAEC ueritas etiam ita eſt notiſsima apud omnes catholicos fideles Chriſtianos, ut nullus prorſus ſit qui eam neget, aut de illa aliquo modo addubitet. Hinc eſt, quòd illam hic ſtatim in principio ſtatuimus, tanquam à magis notis ad minus nota procedentes, quem ordinem paſsim inferius, gratiæ Chriſti extenſionem oſtendentes, ſeruamus. quo fit etiã ut in probatione eius non multum immoraturi ſimus, cùm ea maxime ſit nota, ut pote quam ſapientum omnium aſſenſus receperit. Probant illam omnia eloquia diuina, ſuperius allegata, quæ manifeſtè oſtendũt quæ nam habeamus per Chriſtum atque hos gratiæ eius effectus docẽt. Venit enim ut uitam *Ioan. 10.* habeamus, & abundantius habeamus. Agnus *Ioan. 1.* Dei qui tollit peccata mundi. Qui uobis in ſu-*Ioan. 15.* per ait, Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes nõ poteſt ferre fructum à ſemetipſo, C niſi manſerit in uite: ſic nec uos, niſi in me manſeritis. Ego ſum uitis: uos, palmites: qui manet in me, & ego in eo; hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere. Ecce per Chriſtum uiuimus, & à peccatis liberamur: in ipſo manentes, multum fructũ ferre poſſumus: ſine ipſo autem nihil boni facere ualemus, nihil meriti, nihil gratiæ nihil gloriæ. Amplè enim dicit, Nihil. Om- *Rom. 3.* nes enim peccauerunt, & egent gloria Dei: iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redẽptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remisſionem, præcedẽtium delictorum. Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & re- *Rom. 4.* ſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Qui factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia & ſan- *1. Cor. 1.* ctificatio & redemptio: ut (quemadmodum ſcriptum eſt.) Qui gloriatur, in Domino *Hiere. 9.* glorietur. Gratia enim ſaluati eſtis per fidem, *2. Cor. 10* & hoc non ex uobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. *Ephes. 2.* Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. Qui prædeſtinauit nos in *Ephes. 1.* adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum uoluntatis D ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo; in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remisſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuper abundauit in nobis in omni ſapientia & prudentia, ut notum faceret nobis ſacramentum uoluntatis ſuæ, ſecundum beneplacitum eius, quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis tẽporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo. Hæc omnia profectò ſatis probant quæ propoſuimus probãda, Quòd ad gratiam Chriſti, ſiue ad gratiam Dei per Chriſtum, pertinet noſtra gratia gratum faciens, quicquid illa ſit, qua filii Dei adoptiui efficimur, à peccatis liberamur, uiuificamur, iuſtificamur, ſanctificamur, gratificamur, Deo aſsimilamur quodammodo, & quodãmodo deificamur: ſimul atque omnis actus noſter, ſeu omnis noſter uſus noſtrarũ potentiarum naturalium, uel quorumuis noſtrorum bonorum, quem habemus, agimus, operamur, aut facimus meritoriè, ſeu meritorium gratiæ Dei, aut gloriæ, ſeu fructuoſè ad uitam animæ, ad gratiam, uel ad gloriam: quæ gloria etiam gratia quædam eſt, ſicuti legimus, Gratia Dei, uita æterna.

QVIA præſenti libro, ſæpè ſermo eſt de uſu noſtrarum potentiarum uel etiam quo-

rumuis

E rumuis aliorum noſtrorum bonorúm na-
turalinm, aut aliorum, quemadmodum &
hic iam de tali uſu loqui incipimus: conueni
re uidetur, ut ſaltem ſemel declaremus, quid
eſt quod per talem uſum intelligimus. Vſus
autem duobus modis propriè accipitur, in
communi acceptione. Altero, pro uſitata cō
ſuetudine utendi re aliqua: ut ſic uſus ſit ha-
bitus inclinans nos ad aliquid, quo etiam uti
mur dum uolumus. Altero, non pro ipſa con
ſnetudine ſeu habitu ipſo utendi re aliqua,
ſed pro ipſo actu: ut ſic uſus non ſit habitus,
ſed actus quem exercemus dum aliquid per
aliquam noſtram potentiam interius uel exte
rius operamur. Et tunc iam tali potentia u-
timur, eam in tali actu, ſeu uſu eius exercen
do: quia dum aliquid per aiiquam noſtram
potentiam operamur, eam ſine dubio exer-
cemus, eaq́; ntimur in tali opere. Cùm igi-
tur uel nunc in præſenti capite, uel poſtea in
ſequentibus de uſu noſtrarum potentiarum
uel quorumlibet bonorum noſtrorum agi-
mus, non primo, ſed ſecundo modo uſum
accipimus; ut quidem non habitum propriè,
ſed propriè actum intelligamus. Verbi gra-
tia, Per uſum meritorium, actum merito-
rium: per uſum autem moraliter uirtuoſum,
actum moraliter uirtuoſum intelligentes: &
ſic de ſingulis, quoties de, uſu ſermo eſt. Vt
uſus conſuetudo, ſit habitus utendi, uſus au
F tem actus, ſit opus ipſius habitus: uel fortè
etiam quoduis opus alicuius potentiæ, quã-
uis non ſit apta nata habituari. Agimus ita-
que de uſu, ideſt de actn noſtrarum potentia
rum; & ut conſtabit, non de quocunque, ſed
de morali deliberato, meritorio, moraliter
uirtuoſo, uel non malo: quem homo excer-
cet, agit nel operatur, propter Deum ut eſt
cognoſcibilis ſupernaturaliter, aut etiam ut
eſt cognoſcibilis naturaliter: uel gratia ho-
neſtatis, ſen ex affectione iuſtitiæ & ſic de a-
Magiſt. liis. Probat Magiſter ſententiarum, eos qui
ſent. lib. 2 dicunt, uirtutem eſſe, bonam mentis qualita
Diſt. 27. tem, ſiue formam, quæ animam informat;
non motum, nel affectionem animi actua-
Ibidem. lem, ſed habitualem. Vbi paulò poſt notat,
quòd ſi alicubi reperiatur dictum, bonum u-
ſum liberi arbitrii, eſſe uirtutem, ita intelli-
gatur dici, ideſt, actum uirtutis: ut bonus u-
ſns liberi arbitrii non ſit uirtus, ſed uirtutis
Auguſt. actus. Confirmat hoc ex Auguſtino in De
li. 2. cap. libero arbitrio uel etiã in Retractationibus,
19. tom. 1. qui cum poſuiſſet tria genera bonorum, quia
Lib. 1. ca quædam bona ſunt magna, ut uirtutes: quæ
pi. 9. to. 1. dam minima, ut ſpecies corporum: quædam
media, ut potentiæ animi: dixit ſimul, Opus
Ibidẽ cũ uirtutis eſt, bonus uſus iſtorum. Sic iam to-
Magiſtro ta ſchola Chriſtiana docet, ut uirtus non ſit
uſus ſeu actus aliquis: ſed ntique habitus, in G
tellectualis uel moralis. Ita etiam multo tem *& alibi.*
pore antea docuit Ariſtoteles in ſuis Ethicis, *lib. 3.*
de moralibus, atque de intellectualibus uirtu *Diſt. 23.*
tibus agens: declarando eas quæ reperiuntur *& inde.*
in anima, potentias, paſsiones, habitus; & *Ethic. 2.*
determinando, uirtutes ad habitus pertine- *Ethic. 6.*
re. Per uſum igitur de quo agimus, intelli-
gimus actum, opus, ſeu actionem talem, qua
lis uſus exprimitur. Vtique per uſum meri
torium, actum meritorium: per uſum mo-
raliter uirtuoſum, actum ſeu opus moraliter
uirtuoſum. Vt ſecundum præſentem uerita
tem, ad gratiam Chriſti pertineant quæ nos
à ſtatu peccati transferunt, & in ſtatu grato
ſeu gratiæ conſtituunt: atque omnia quæ nos
in tali ſtatu bono exiſtentes, meritoriè apud
Deum operamur. Inferius agitur magis ſpe- *In fine hu*
cialiter de uſu, & quia de eo multa dicuntur *ius capi-*
inferius, hæc modo dixiſſe ſufficiat. *tis.*

Non fecimus etiam in hac concluſione
noſtra mentionem aliquam de fine, propter
quem quiſpiam operetur ſic meritoriè: quia
ad illam aſtruendam non eſt opus quicquam
explicare de fine. Quocumque enim fine in
tento, ultimo uel non ultimo, increato uel
creato, homo aliquis meritoriè operatur:
cùm de hoc conſtiterit, ſaltem ex ſuppoſitio
ne, ſine dubio gratiæ Chriſti tribuenda eſt,
omnis talis cuiuſuis hominis operatio meri-
toria. Non enim ſine ipſo, qui uitis eſt, nos H
palmites ſic meritoriè fructificare poſſumus
ipſo uerîſsimè dicente, Sine me nihil poteſtis *Ioan. 15.*
facere. Et alia quæ poſuimus. Ipſe eſt caput
noſtrum, à quo per ſuum influxum habe-
mus omne noſtrum bonum fructificare, ma
ximè autem meritorium. Non igitur refert
ut hic explicemus finem, uel nō explicemns,
quia propter quemcunqne finem quis meri-
toriè operetur, agat, faciat, uel patiatur: ſi
ne dubio ad Saluatorem noſtrum pertinet ta
le opns meritorium, talis actio meritoria,
factio, uel paſsio. Qui aliàs eramns omnes
naturà filii iræ. Vnde nam poſſemns habere
bonum meritũ niſi ex gratia, niſi gratiæ adiu-
mentum accedat? niſi à Chriſto Saluatore no
ſtro, capite noſtro, fonteq́;, ac radice omniũ
noſtrorum bonorum meritorum? Ipſe eſt *Ioan. 1.*
Agnus Dei qui tollit à nobis noſtra peccata,
& ipſe eſt qui principaliter facit in nobis no-
ſtra bona merita; præſertim ea merita de qui-
bus docet Apoſtolus, quòd ſupra modum in *2. Cor. 4.*
ſublimitate æternũ gloriæ pondus operantur
in nobis. Omnia ergo hæc bona noſtra quo-
quo modo meritoria, debemus Saluatori no
ſtro. Non ſolùm autem propter gratiam gra
tum facientem quæ nos eleuat, atque dignos
reddit ut mereri ualeamus: ſed etiam propter
auxi-

A auxilium ſpeciale Dei etiã ad gratiam noſtri Redemptoris pertinens. quo indiget homo etiam iam iuſtus ut meritoriè operetur, interius uel exterius.

Hvivs occaſione, & ut res qua de agitur magis declaretur, placet inquirere, tractare, atque determinare quæſtionem grauiſsimam illam, An homo fidelis Chriſtianus & iuſtus poſsit uti habitibus uirtutum Theologicarũ fidei, ſpei, & charitatis, quas habet, ſine ſpeciali adiutorio Dei, ſed ſola influentia generali? Circa quàm quæſtionem, uel potius circa eius materiam Ruardus Tapper ad Enchuſia in De libero arbitrio ponit propoſitiones ſequentes, Prima eſt, Quemadmodum intellectus ex lumine naturæ concreato, uerum naturale ex ſenſibilibus cognoſcere poteſt, & uoluntas bonum naturæ conueniens amare & amplecti: ſimili modo intellectus per donum fidei, Prophetiæ, & diſcretionis ſpirituum, ueritates ſupernaturales & Dei myſteria cognoſcere poteſt, & uoluntas eis affici, uelle amare & proſequi ex dono ſupernaturaliter ei dato. Secunda eſt, Intellectus ex principiis fidei argumentando & inueſtigando, procedere poteſt in nouas concluſiones, etiam à principiis multum diſtantibus: ſicut ex principiis naturaliter notis ad concluſiones, uſque ad naturæ abditiſsima. Tertia eſt, Cùm finis in

Ruardus Tapper. Tom. 1.

B operabilibus ſe habeat ſicut in ſpeculabilibus principium, amor finis in rebus fidei imperare poteſt mediorum inquiſitionem, & quod ſit conuenientiſsimum diſquirere, quodque commodiſsimum iudicauerit, eligere. Intelligit autem ut declarat, non eſſe hic opus alio auxilio ſpeciali, in his diſcurſibus & effectuũ horum productione, ſicut nec in operibus naturæ nouo auxilio naturali. Suppoſito nanque, inquit, auxilio circa ſeminum operum pietatis conſeruationem, eadem uidetur eſſe actiuitas ſicut & libertas circa ea quæ ſunt pietatis, quæ eſt in naturalibus & ciuilibus. Quarta eſt, Opus externum pietatis ſuo imperio facit uoluntas efficax ſine alio gratiæ cõcurſu. Quapropter Deus operatur uelle, perficere, & omne opus bonum: ſed diſsimiliter. Velle enim in nobis operatur, hoc eſt primum bene operandi affectum immediatè ſine nobis, hoc eſt, ſine noſtra ut uelimus cooperatione: cum autem ſic uolumus ut faciamus, nobiſcum cooperatur: non immediatè potentiam cooperatiuam ſiue executiuam inclinando, uel opus externum producendo, ſed per medium ſolùm bonæ uoluntatis. Quinta eſt, Quilibet actus imperatus ſiue fuerit intellectus, ſiue uoluntatis uel alterius potentiæ rationi ſubiectæ, neceſſariò & naturaliter ſequitur uoluntatis imperium ex amore finis; & cognitione medii ad illum neceſſarii: C & ſi plura ſint media utilia poſt inquiſitionẽ, liberè eligit medium ſibi magis conueniens: & hoc totum uirtute amoris, cognitionis, & diſcurſus, cum ſola gratia horum conſeruatiua & directiua à Deo, uidelicet ut cauſa prima in ordine gratiarum & præmiorum concurrente. Ex ſola enim uoluntate finis fiunt huiuſmodi progreſsiones in intellectu & uoluntate ad concluſiones & ad media ad finem ordinata. Cui enim Deus ſuggeſsit ſui ſtatus periculoſi cogitatum, ſimul & ſuppliciorum gehennæ, quodque multipliciter ea eſt meritus: & per hanc cogitationem odium uitæ ſuæ & terrorem gehennæ, per hæc inſpirans etiã uoluntatem ſe eripiendi ab his malis: & intelligens quod oporteat ſe recolligere in amaritudine animæ ſuæ, ut peccata ſua ſacerdoti confiteatur, neceſſariò hæc media eligit, & cùm animi dolore peccata ſua ſacerdoti confitetur. Operatur autem hæc omnia peccator Dei gratia præuentus: operatur ea in nobis & Deus, ſed per ſua dona cuſtodiens, confortans, & uires præbens primæ uoluntati ab ipſo nobis inſpiratæ. Non enim tollit, ut diximus, gratia efficaciam cauſarum, quam habent ex ordine potentiarum, nec naturalem ad ſuas cauſas ſequelam: ſed magis eam ſtatuit, & confirmat. Nam ut, diximus, ſicut in phyſicis, ita ex his quæ fidei ſunt argumentamur ad concluſiones, quibus & fide ex principiis aſſentimur: & hoc ſine noua gratia intellectum ad earum aſſenſum inclinante. Ex D aſſenſu enim præmiſſarum, naturaliter ſequitur aſſenſus concluſionum, ut in practicis & ſpeculatiuis, ita & in ueritatibus fidei. Ex quibus patet quòd poteſtas cognoſcendi, amandi, & operandi ſalutaria, in nobis eſt, à Deo tamen præuentis affectu & amore ſalutis, qua uti poſſumus ſi uelimus, poſſumus & negligere. Sexta eſt, Fidelis, in lumine fidei diuinitus accepto poteſt cogitare, cognoſcere & credere ea quæ ſunt fidei; ut quòd Chriſtus eſt propitiator noſter in ſanguine ſuo apud Patrem; ſicut phyſicus & Mathematicus lumine naturalis rationis, cognoſcit cœlum & terram figuræ eſſe ſphæricæ. Nec requiritur alius Dei concurſus, quàm conſeruatio luminis, & eius tanquam cauſæ uniuerſalis in ordine gratiarum cooperatio per hoc lumen & liberum arbitrium: ſicut cooperatur ad cognitionem phyſicam per lumen naturale. Nam poſito operis principio ſufficiente cognoſcendi uel credendi, hoc eſt ſpiritu fidei, poſſumus eo uti cum uolumus. Infra. Homo enim fidelis poteſt credere & cogitare Deum trinum, quando uult, nec opus eſt ibi motione aliqua ſpeciali: & ſimiliter operari

E opera

E opera ſalutis. Eget tamen ad perſeuerandum auxilio Dei protegente & defendente. Septima eſt, Homo nondum fidelis, ſed ſufficienter inſtructus, uoluntate per pium affectum à Domino præparata, poteſt uelle credere ſine alio auxilio prius natura uoluntatem flectente quàm credere uelit, & informationi acquieſcendo ad credendum ſe determinare, poteſt & eligere ut relinquat infidelitatis errores. Voluntate enim à Domino præparata, in hac gratia omnia poſſumus, & nobis ſufficientia eſt cogitandi, credendi, & faciendi opera pietatis. Non enim ſpiritus fidei & charitatis minus ſufficiens eſt, aut minus potens ſuos fructus operari, fidei ſcilicet & charitatis ac naturæ diuinæ opera, quàm ſpiritus naturalis, puta rationalis anima, opera uitæ naturalis. Eadem nanque in iuſtis eſt potentia operandi propinqua, quæ erat in Adam ante peccatum. Et ideo eadem operari poſſunt: quamuis propter infirmitatem & ignorantiam, ad perſeuerandum indigeant ſpeciali auxilio protegente & dirigente. Hæc ille. Ita ipſe auctor determinat, quòd ex bona uoluntate finis, tanquàm ſemine ac principio, ad alios uoluntatis actus & mediorum electionem progredi poſſumus, pariter & ex principiis fidei inferre cõcluſiones ualemus, ſine alio auxilio gratuito præter generale, F quo Deus cooperatur donis ſuis gratuitis: quibus addit, quòd uirtutum diuinarum habitibus fide, ſpe, & charitate, ad opus progredi poſſumus, cum ſolo auxilio generali, quo cooperatur donis ſuis Deus. Adducit idem auctor pro his Auguſtinum in De ſpiritu & littera, atque ſanctum Thomam in ſuis partibus. Poſt iſtas autem propoſitiones in fine omnium ita dicit, Quæ tamen omnia dicta eſſe uelim ſine ulla aſſertione, ut diligentioris inueſtigationis detur occaſio.

Cap 31. et ſequentib. Prima 2. quæſ. 111. Art. 2. Et Art. 8. 9. 10.

Nos autem longè & melius & uerius gratiam Chriſti credimus & prædicamus: eius extenſionem, noſtram indigentiam, ac fragilitatem. Quicquid enim ſit de actibus hominis qui ab aliis actibus, ſeu etiam, ſi poſſibile eſt, ab aliquibus habitibus uel ab aliquo habitu habuerint naturalem atque neceſſariam ſequelam, ſicut calor in calefactibili ſatis uicino habet ab igne, uel ad ignem: de hoc tantum nunc agimus, quod noſtram gratiam gratum facientem, atque omnia opera meritoria interna uel externa, Deo principali actori in Chriſto uel per Chriſtum tribuimus. Opera uero meritoria manifeſtum eſt debere eſſe bona moralia, & per conſequens uirtuoſa moraliter: ſicuti bonitas meritoria præſupponit bonitatem moralem ex omnibus circunſtantiis requiſitis, & bonitas moralis talis præſupponit bonitatem ex genere, G ſiue ex obiecto. Vt de his omnibus infra ſuis locis habetur ſatis. Ob quod certum eſt omnia opera meritoria debere eſſe moralia, deliberata uirtuoſa, humanaq́; aliquo modo; in quibus ſine dubio uiget & regnat uoluntas libera: quia non ſolùm uoluntas ut natura, ſed etiam uoluntas ut uoluntas, ut uoluntas ſequens intellectum, & ut uoluntas libera, ſeu ut appetitus intellectiuus liber. Omnia igitur talia opera meritoria, tribuimus gratiæ Chriſti, ſiue Deo principali actori in Chriſto, ideſt, propter merita Chriſti Saluatoris noſtri: hoc autem non ſolùm quia Deus in Chriſto nobis præſtat & in nobis conſeruat principia bene meritoriè operandi; ut gratiam gratum facientem, fidem, ſpem, charitatem, & alias uirtutes, quibus noſtra natura ſanatur humana: ſed etiam quia Deus in Chriſto nos iuuat, ut his bonis habitibus uti uelimus, utq́; illis meritoriè aut uirtuoſè utamur. Ita quidem ut homo fidelis iuſtus, iam per Chriſti gratiam habitualem & alios bonos habitus ſanatus, habens fidem, ſpem, charitatem, & alias uirtutes, non poſſit meritoriè operari, aut iſtis habitibus meritoriè uti, ſine adiutorio gratiæ, pertinente ad Chriſti gratiam. Hæc eſt huius quæſtionis hic motæ uera determinatio: Sic docuit Auguſtinus in De Natura & gratia, & ita etiam ſanctus Thomas in ſuis partibus: ut H mirum ſit, auctorem illum Ruardum ad aſtruendam ſuam illam commentitiam opinionem, auſum eſſe Auguſtinum uel ſanctum Thomam allegare. Auguſtinus enim ibi ſic ait, Sicut enim oculus corporis etiam pleniſsimè ſanus, niſi candore lucis adiutus non poteſt cernere: ſic homo etiam perfectiſsimè iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non poteſt uiuere. Sanat ergo Deus, non ſolùm ut deleat quod peccauimus, ſed ut præſtet etiam ne peccemus. Hæc ille. Et paulò ante dicit, Sicut ergo uulnere, uerbi gratia, claudicans ideo curatur, ut ſanato malo præterito, futurus dirigatur inceſſus: ſic uiala noſtra non ad hoc ſolùm ſupernus Medicus ſanat, ut illa iam non ſint; ſed ut de cætero rectè ambulare poſsimus, quod quidem etiam ſani, non niſi illo ad iuuante, poterimus. Hæc ille. Ecce homo iam ſanus & perfectiſsimè iuſtificatus, non poteſt rectè ambulare, nec poteſt rectè uiuere, niſi diuinitus iuuetur. Quo nam, aut qua li adiutorio? Aeterna luce iuſtitiæ, inquit Auguſtinus. Lux autem æterna iuſtitiæ, pertinet ſine dubio ad Saluatorem noſtrum, qui eſt Sol iuſtitiæ, Chriſtus Deus noſter. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem

Auguſt. cap. 26. tom. 7.

Cap. eod.

Ioan. 1.

A tem in hunc mundum. Ego ſum lux mundi. *Ioan. 12.* Lux uenit in mundum. Frequenter docuit Auguſtin. indigere nos homines gratia Chriſti ad ſingulos iſtos actus, cogitare, uelle, perficere, ſeu operari bonum: non ſolùm quoad gratiam legis præcipientis, conſulentis, docentis, dirigentis, ut malè dicebat Pelagius; quinetiam & quoad auxilium & influxum, ut debet dicere omnis catholicus Chriſtianus. De hac ueriſsima doctrina Auguſtini, multa in ſequentibus. Ad propoſitum præſentis quæſtionis redeamus. *S.Thom. Prima 2. quæſ.109. Art. 9.* Sanctus Thomas mouet quæſtionem, Vtrùm ille qui iam conſecutus eſt gratiam, per ſeipſum poſsit operari bonum & uitare peccatum abſq; alio auxilio gratiæ? Format prius ad partem affirmatiuam tria argumenta. Primum, quia unũquodque aut fruſtra eſt aut imperfectum, ſi non implet illud ad quod datur: ſed gratia ad hoc datur nobis, uidelicet habitualis, ut poſſimus bonum facere & uitare peccatum: ergo ſi per gratiam hoc homo non poteſt, uidetur quòd gratia ſit fruſtra data, uel ſit imperfecta. Secundum, quia per gratiam, Spiritus ſanctus *1.Cor.3.* in nobis habitat, ſecundũ illud, Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in uobis? Sed Spiritus ſanctus cùm ſit omnipotens, ſufficiens eſt, ut nos inducat ad bene operandum, & ut nos à peccato cuſtodiat: ergo homo gratiã conſecutus, poteſt utrunque B prædictorum abſque alio auxilio gratiæ. Tertium, quia ſi homo conſecutus gratiam, adhuc alio auxilio gratiæ indiget, ad hoc quòd rectè uiuat, & à peccato abſtineat: pari ratione & ſi illud aliud auxilium gratiæ cõſecutus fuerit, adhuc alio auxilio gratiæ indigebit: procederetur ergo in infinitum, quòd eſt inconueniens: ergo ille, qui eſt in gratia, non indiget alio auxilio gratiæ ad hoc ut bene operetur, & à peccato abſtineat. His tamen argumentis non obſtantibus, & ſi non nulla prima facie probabilia uidentur: reſpondet ſanctus Doctor ad quæſtionem, negatiuè. Et inter alia ita dicit, Homo ad rectè uiuendum, dupliciter auxilio Dei indiget. Vno quidem modo quantum ad aliquod habituale donum, per quod natura humana corrupta ſanetur, & etiam ſanata eleuetur ad operanda opera meritoria uitæ æternæ, quæ excedunt proportionem naturæ. Alio modo indiget homo auxilio gratiæ, ut à Deo moueatur ad agendum. Quantum igitur ad primum auxilii modum, homo in gratia exiſtens, non indiget alio auxilio gratiæ, quaſi aliquo alio habitu infuſo: indiget tamẽ auxilio gratiæ ſecundum alium modum, ut ſcilicet à Deo moueatur ad rectè agendum. Hæc ille. Probat autem hanc ſuã determinationem, dicens, Et hoc propter duo, Primò quidem ratione generali; propter hoc, quod ſicut ſupra dictum eſt, nulla res creata poteſt in quemcunque actum prodire, niſi uirtute motionis diuinæ. C Secundò ratione ſpeciali, propter conditionem ſtatus humanæ naturæ: quæ quidem licet per gratiam ſanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio & infectio quantũ ad carnem, per quam ſeruit legi peccati, ut dicitur in epiſtola ad Romanos. *Rom.7.* Remanet etiam quædam ignorantiæ obſcuritas in intellectu, ſecundum quam, (ut etiam dicit Paulus) Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. *Rom.8.* Propter uarios enim rerum euentus, & quia etiam nos ipſos nõ perfectè cognoſcimus, non poſſumus admodum ſcire quid nobis expediat, ſecundum illud, Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. *Sapien. ca.9.* Et ideo neceſſe eſſe nobis, ut à Deo dirigamur & protegamur, qui omnia nouit, & omnia poteſt. Et propter hoc etiam renatis in filios Dei per gratiam, conuenit dicere, Et ne nos inducas in tentationem: &, Fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. & cætera quæ in oratione dominica continentur ad hoc pertinentia. Hæc ille. Ad primum argumentum reſpondet, quòd donũ habitualis gratiæ nõ ad hoc datur nobis, ut per ipſum non indigeamus ulterius diuino auxilio. Et hoc quidem manifeſtum eſt, quia datur illa ad ſanandum, mundandum, eleuandumq; naturã ſeu hominem ipſum cui datur: D ſed non tollit, indigentiam auxilii Dei ad agendum, ſeu operandum. Ideo, ſi poſt acceptam gratiam homo adhuc indiget diuino auxilio, nõ poteſt concludi, quòd gratia ſit in uanum data, uel quòd ſit imperfecta: quia etiam in ſtatu gloriæ, quando gratia erit omnino perfecta, homo diuino auxilio indigebit. Hic autem aliqualiter gratia imperfecta eſt, in quantum hominem non prorſus ſanat. Ad ſecundum argumentum dicit, quòd operatio Spiritus Sancti, quæ nos mouet & protegit, non circumſcribitur per effectum habitualis doni quod in nobis cauſat: ſed præter hunc effectum nos mouet & protegit, ſimul cum Patre & Filio. Ad tertium dicit, quòd ratio illa concludit, quòd homo non indigeat alia habituali gratia. Quaſi quidem non cõcludat, ſicut non concludit, quòd homo nõ indigeat etiam iuſtus, auxilio Dei ad bene meritoriè agendum, uel operandum. Ita igitur docuerunt illi Doctores ſancti, Auguſtinus & Thomas: ut firmè cognoſcamus, idq; confiteamur, hominem in hac uita quantumuis, iuſtum & ſanctum indigere adhuc auxilio gratiæ Dei ad operandum bene, rectè, uirtuoſè, meritoriè. Eratq; ſermo de homine iuſto,

qui profectò habet gratiam habitualem, & habitus uirtutum theologicarum, fidem, ſpem, charitatem: & erat ſermo Auguſtini de gratia Chriſti contra Pelagium & Pelagianos, atque erat ſermo S.Thomæ de gratia, ut conſtat,& de auxilio gratiæ, iuſta Auguſtinum quem allegat in eodem loco. Si autem homo iuſtus habens illos habitus non poteſt operari bonum ſine gratiæ auxilio adhuc requiſito & ſibi neceſſario: manifeſtum eſt quòd ſine ipſo eodem auxilio non poteſt uti ipſis bonis habitibus, quos habet: quandoquidem ipſis bonis habitibus uti, eſt bene operari. Igitur quia homo iam iuſtus non poteſt ſine auxilio gratiæ diſtincto ab habitu, bene operari; per conſequens neque poteſt ſine auxilio gratiæ diſtincto ab habitu, habitibus illarum uirtutum uti. Non ſufficit ergo generalis influentia, ut minus bene ille doctor Ruardus putauit ſufficere. De Auguſtino non poteſt eſſe dubium, quin de auxilio ſpeciali Dei loqueretur, quia loquebatur de gratia Chriſti & eius auxilio, quod certe eſt ſpeciale, ut infra etiam oſtenditur. Similiter & de ſancto Thoma, hoc ipſum certum eſt: quia & ibi agebat ipſe de gratia; atq; ſpecialiter de auxilio gratiæ Dei, quo bene operamur, uincẽtes corruptionem ac infectionem noſtræ carnis, & ignorantiam ac obſcuritatem noſtræ mentis: quæ utique

F corruptio, infectio, ignorantia, & obſcuritas, reliquiæ quædam ſunt peccati, ſeu pœnalitates per peccatum inductæ. Conſtat autem quod uictoriam de carne aut de peccato non obtinemus, niſi in Chriſto, ut ſatis declarat Apoſtolus ad Romanos & ad Corinthios, & alibi frequenter. Præterea eſt animaduertendum quòd ſanctus Thomas ut oſtenderet iſtud gratiæ auxilium nobis neceſſarium eſſe utique ſpeciale: declarauit ſpeciali modo noſtram indigentiam ex ratione etiam ſpeciali, ſupra rationem communem ſeu generalem, qua omnis creatura indiget iuuari à creatore ad operandum. Vt intelligamus quòd ubi eſt ſpecialis ratio, & ſpecialis indigentia maior; debet quoque eſſe ſpeciale auxilium maius. Et ſatis eſt cognoſcere, quòd illud auxilium neceſſarium nobis ad ſic operãdum, pertinet ad gratiam Chriſti, redemptoris, & redemptionis: ut ex illo cognoſcamus illud eſſe diſtinctum & aliud à generali influentia pertinente ad gratiam creationis. De hoc magis infra.

Rom. 7. *1. Cor. 15.* *Lib. præſenti. Cap. 31.*

Ad dicta igitur illius doctoris Ruardi; quæ profectò non placent, iam nunc dicamus in ſpeciali. Docet itaque in tertia propoſitione, quòd uoluntas præuenta à Deo per amorem finis in rebus fidei imperare poteſt mediorum inquiſitionem, diſquirere quod ſit cõ-

G uenientiſſimum, & eligere quod commodiſſimum iudicauerit. Docet in quinta, quòd uoluntas ſic præuenta, ſi plura ſint media utilia poſt inquiſitionem, liberè eligit aut poteſt eligere medium ſibi magis conueniens. Docet in ſexta, quòd fidelis homo in lumine fidei diuinitus accepto, ſic præuentus poteſt cogitare, cognoſcere, credere ea quæ ſunt fidei, operari opera ſalutis, & aliis habitibus uti, ut declarat ſtatim antequam illam ſextam concluſionem ponat in forma. Docet in ſeptima, quòd homo non fidelis, ſed ſufficienter inſtructus, uoluntate per pium affectum à domino præparata, poteſt uelle credere. Et intelligit ut declarat, quod omnia iſta poteſt in potentia propinqua uoluntas ita præuenta & præparata, ſine alio auxilio prius naturà uoluntatem flectente, quàm uolũtas ipſa credere uelit, imperare, aut eligere, ſine alia motione ſpeciali, cum ſolo auxilio generali: ut uoluntas præuenta per piam affectionem, per ſuos habitus à Deo, per amorem finis, ſit iam ſufficiens principium ad credendum, ad utendum ſuis habitibus, ad præcipiendum de mediis inquirendis, adque eligendum cum ſola generali influentia. Tanquam ad credendum, ad bonis habitibus iam habitis utendum, ad præcipiendum de mediis, & ad eligendum, non indigeamus ullo modo immediatè adiutorio gratiæ Chriſti, ſed ſolum mediatè: id eſt, ut det nobis illa principia, piam affectionem, amorem finis, bonos habitus. Cum enim ille Doctor, poſitis his principiis in uoluntate ſeu in homine, non requirat auxilium ſpeciale gratiæ Chriſti, ut uoluntas uelit ſecundum illa principia operari & operetur, atque dicat generalem influentiam ad id ſufficere: manifeſtum eſt, quòd ad opera uoluntatis, & illorum principiorum, excludit neceſſitatem gratiæ Chriſti immediatæ. H

Nos autem, talem doctrinam nequaquam recipimus, quinimmo illam fugimus, & fugiendam eſſe declaramus: quia re uera, ad talia opera indigemus gratia Chriſti immediatè. Quantumcumque enim ponatur uoluntas hominis ita præuenta & præparata, per piam affectionem, per amorem finis, per habitus: ſemper ipſa manet libera, ſemper manet appetitui ſenſitiuo corrupto coniuncta, circumſæpta corruptione ac infectione carnis, ignorantia atque obſcuritate mentis, pronitate ad malum, difficultate ad bonum, ignorantia rerum agendarum, concupiſcentia noxiarum. Indiget ergo non ſolũ tali modo præueniri aut tali modo præparari, ſed etiam & altiori modo iuuari, quàm indigeat ignis ad calefaciendum, qui ex natura rei eſt determinatus ad unum. Sic etiam

A etiam clamauerunt omnes Doctores ſancti contra Pelagium, quòd gratia Chriſti ſeu gratia Dei per Chriſtum, præparat uoluntatem adiuuandam; & adiuuat præparatam. Neque diſtinguunt, ut præparationem tribuant gratiæ redemptionis, & adiutorium tribuant gratiæ creationis: ſed utrunque gratiæ Chriſti aſcribunt, quòd præparat, & quòd adiuuat hominis uoluntatem ad bonum. Ille Doctor diuidit, nos autem non diuidimus. Diuidit ille, quia illam præparationem tribuit immediatè gratiæ redemptionis, ſed opera ſequentia tribuit immediatè gratiæ creationis: dicens ad huiuſmodi opera ſufficere noſtram uolũtatem ſic præparatam cum ſolo auxilio generali, de quo non eſt dubium quin ad gratiam creationis pertineat. Non diuidimus autem nos, quia confitemur nos ad utrunq; indigere Chriſto, & in utroque uigere eius gratiam immediatè: tum in noſtra præparatione, dum Deus nos præparat, tum in noſtris bonis operationibus, quas noſtra uoluntas à Deo præparata in Chriſto exercet. Quia profectò in Chriſto nos præparat Deus, & in Chriſto nos iuuat iam præparatos. Gratia Chriſti eſt, quæ diuiditur in operantem & cooperantem: atque gratia Chriſti eſt, quæ diuiditur in præuenientem & ſubſequentem, & præparantem & iuuantem. Vt Chriſtus immediatè ſit operans, præueniens, B præparans; & rurſus immediatè ſit cooperãs, ſubſequens iuuans. Chriſtus, inquam, ſeu gratia Chriſti, ſiue Deus, in Chriſto, & per Chriſtum. Verbi gratia, ut ſic dicamus cauſa exempli, & maioris declarationis. Per illas tales præparationes, gratiam gratum facientem & bonos habitus, fidem, ſpem, charitatem, inſeritur homo Saluatori noſtro Chriſto, tanquam eius membrum uiuum, & palmes uiti, ut iam poſsit afferre fructum: ſitq; poſtea palmes qui fructificandi facultatem habeat, ratione talis inſertionis. Vt autem palmes inſertus uiti fructificet actu, non ſufficit inſertio illa qua uiti inſeritur, aut inſertus eſt: ſed inſuper requiritur, ut à uite recipiat uirtutem, qua fructificet. Si enim hanc uirtutem ſpecialiter non reciperet, & ſi aliàs inſertus eſſet, non fructificaret: ut palàm eſt omnibus. Palmes igitur indiget uirtute uitis, ut inſeratur in uite: & item indiget immediatè uirtute uitis, ut fructum faciat. Simili modo ſe habent uiri iuſti, in Chriſto: ut palmites, in uite. Ita & noſtra uoluntas. Vt quidem à Chriſto habeat inſertionem, & à Chriſto habeat fructificationem: hoc & illud, immediatè. Hoc declarat Sal-
Ioan. 15. uator noſter, dicens, Ego ſum uitis uera, & uos palmites. Palmites ergo ſumus ueræ uitis, uitæ, qui aliàs natura filii iræ eramus. C

Quomodo igitur facti ſumus palmites uitis illius modi? Per inſertionem. Ergo & poſt illam, indigemus immediatè uirtute ipſius uitis, ut fructificemus: ſiue ad fructificationem uoluntas noſtra præparata talibus affectionibus adhuc eſt libera, ut agat uel non agat ſecundum illas: alioquin periret meritum ipſius uoluntatis in operibus ipſarum affectionum, periretq; laus, & præmium. Conſtat etiam quòd uoluntas præparata per piam quandam affectionem docentis, narrantis, aut promittentis, id eſt, circa ipſum docentem, narrantem, aut promittentem, ut credat illum aliàs ueracem: adhuc libera manet ut credat ſi uoluerit, uel non credat ſi noluerit. Vnde aſſenſus fidei, ſeu fides aſſenſus, ita iam & bene definiatur ab omnibus, Aſſenſus uerus certus ſeu firmus obſcurus liberè cauſatus. Conſtat etiam quòd uoluntas præparata per illos habitus, manet libera ad uti illis uel non uti: quia habitibus utimur dum uolumus, ut eſt nota ueritas apud omnes ſapientes. Conſtat inſuper quòd uoluntas præparata per amorem finis, manet libera ad eligendum uel non eligendum media ad illũ finem: quia aliàs periret omnis uirtus moralis, quæ eſt habitus electiuus mediorum. Libera eſt igitur uoluntas ſic præparata, ad huiuſmodi: et eſt ipſa etiam ſpecialiter circumſæpta prædictis miſeriis, corruptione & D infectione carnis, pronitate ad malum, difficultate ad bonum, concupiſcentia rerum noxiarum, & huiuſmodi: ergo ſpecialiter indiget iuuari. Voluntas ita circumſæpta miſeriis, ſi eſt occupata in malo uel in uano, uel uacat; quomodo poteſt uenire ad bonum, niſi ſpecialiter adiuta? Idem Doctor concedit, ſicut omnes concedimus, quòd uoluntas non poteſt permanere in bono, niſi adiuta ſpecialiter: multo igitur magis nec poteſt incipere uelle bonum, niſi ſpecialiter iuuetur. Maior enim uirtus requiritur ad incipiendum, quàm ad continuandum. Sicut ergo non poteſt ſine redemptore in bono permanere, ita non poteſt ſine redemptore bonum incipere. Dicit idem auctor ubi ſupra, *Circa ſeptimam propoſitionem.* Eadem nanque in iuſtis eſt potentia operandi propinqua, quæ erat in Adam ante peccatum. Et ideo eadem operari poſſunt: quamuis propter infirmitatem & ignorantiam, ad perſeuerandum indigeant ſpeciali auxilio, protegente & dirigente: quo tamen auxilio poſito, nõ alio principio operantur quæ ſunt pietatis, quàm per gratiam quaſi habitualem ſiue Spiritum inhabitantem, per quem non tam nos quàm Chriſtum in nobis, & per nos operantur. Ecce concedit in uiris iuſtis

E eandem potentiam operandi propinquam, quæ erat in Adam ante peccatum: & ſimul concedit in uiris iuſtis cum tali potentia infirmitatem & ignorantiam, quæ tamen mala ante peccatum non fuerunt in Adam. Igitur cum ante peccatum & ante hæc mala, infirmitatem & ignorãtiam, illa potentia indiguerit iuuari: multo magis modo illa potentia indiget iuuari in nobis poſt peccatum, & cum his malis. Hæc uerò maior indigentia declarat, hoc auxilium modo nobis neceſſarium, debere eſſe ſpeciale. Sicut maiori adiutorio indiget iuuari potentia infirma, quàm potentia ſana. Eodem ſpectat, quòd uoluntas humana in gloria, poſtquam iam fuerit ex toto ſanata & perfecta, adhuc indigebit auxilio Dei ſaltem generali, ut bene uelit, ad uolẽdum bonum aliquod recens, ſi occurrerit uolendum, in ſe, uel in alio: cum non poſsit ulla creatura exercere aliquam actionem, ſine cauſa prima iuuante aut concurrente. Ergo uoluntas humana quandiu in iſto ſæculo non eſt perfectè ſanata, ſed manet in uulnere, manetq́; licet iam non ſub peccato, tamen ſub reliquiis & malis peccati, indiget iuuari auxilio magis ſpeciali. Quid multa? Voluntas Angeli beati, plena gratia & ſuis formis, habens ſufficientia principia ad operandum, uolẽdum, & agendum, nõ poteſt illis uti niſi poſito Dei auxilio, ſaltem illo generali: manifeſtè igitur

Quòd ante peccatũ homo indigebat gratia præparãte, ſed non liberãte, Auguſt. in Enchi. cap. 106. tomo 3. Et Mag. ſen. lib. 2. diſt. 29.

F apparet, quòd noſtra uoluntas etiam iuſta, indigeat maiori adiutorio. Et non apparet quo modo alia ſententia poſsit uenire in mentem hominis ſapientis. Fortaſsis hanc noſtrã ueritatem uiderat iam melius idẽ ille auctor, cùm paulò poſt dixit, Vti etiam poſſumus habitibus fide, ſpe, charitate, cæteriſq́; uirtutibus, ſi uoluntas his uti uelit, ſicut aliis habitibus uirtutum moralium, & ſcientiarum naturalium: quamuis ut eis uti uelimus Deus operetur gratuita ſua motione abſque conſilio & deliberatione eius, præuium quendam cogitatum immittens, aut motũ ad bonum, quo uoluntas reducatur aut ex ocio in actum, aut ex uana ſeu inutili cogitatione in uoluntatem ſalutarem, qua ſeſe ex ratione & ex uirtute accepta, applicet ac moueat ad operandum. Nõ enim ſe mouere poteſt ad actum ſalutarem niſi prius diuinitus moueatur, ſicut & moueri debet ad primos actus naturales. Hæc ille. Iam uidetur ſatis noſtram tenere ueritatem, dum his uerbis fatetur, noſtram uoluntatem indigere ut moueatur à Deo, ut de nouo uelit uti iſtis habitibus prædictis: & ut reducatur ex ocio in actum ſic uolendi, aut ex uana ſeu inutili cogitatione, in uoluntatem ſalutarem. Vt quidem uoluntas ſe moueat, dum uult uti ſuis habitibus iam dictis: ſed hoc non, niſi à Deo mota, ut à Deo præuenta. Quæ motio Dei, dicitur ſine dubio & eſt gratia operans, ut ex dictis eſt manifeſtum: & per conſequens habet rationem auxilii ſpecialis, præuenientis, atque mouentis. Ergo uoluntas indiget motione illa & illo ſpeciali auxilio, ut uelit uti illis ſuis habitibus: per conſequens autem, ut uolens incipiat uti illis: ut uelit uti, ut uolens utatur: ſed uult uti præuenta ſeu mota uel præparata, uolens autem utitur adiuta. Totum ex gratia Chriſti immediatè. G

HAEC de huiuſmodi re modo dixiſſe, ſufficiat: conſtabunt enim hæc magis in ſequentibus, dum abundantius oſtendetur, ad omnes iſtos actus indigere nos gratia Chriſti, ad bonum cogitare, bonum uelle, bonũ operari: non ſolum propter gratiam legis, eruditionis, & doctrinæ, ſed etiam propter influxum, atque ſpeciale quoddam adiutorium. Per gratiam habitualem habitat Spiritus Sanctus ſpeciali modo in hominibus iuſtis, ſed illa habitatio eſt ad ſanandum, eleuãdum, dignum reddendum, & ut ſic, non eſt ad agendum: quia eſt re uera, in paruulis baptizatis, atque eſt in iuſtis adultis dormientibus, aut etiam ocium licitum agentibus, & licitè ludentibus, in quibus ut ſic non operantur tali modo. Quamobrem, fatetur ſanctus Thomas, indigere uiros iuſtos auxilio ſpeciali Dei præter hanc gratiam habitualem & hanc habitationem, ut bene operentur. Conſtat apud ſanctum Thomam ubi agit de hoc particulariter, quærens & determinans, Vtrùm ille, qui iam conſecutus eſt gratiam, per ſeipſum poſsit operari bonum, & uitare peccatum abſque auxilio gratiæ? Vbi dicit quòd non, ſicuti iam uidimus in uerbis ſuis. Et manifeſtum eſt, quòd loquitur de auxilio ſpeciali, propter rationes quas ibi efformat, & propter ſubiectam materiam gratiæ de qua agit, propterq́; ſuam doctrinã immediatè ſequentem. Immediatè enim quærit, Vtrùm homo in gratia conſtitutus indigeat auxilio gratiæ ad perſeuerandum? & determinat quòd ſic. Determinando autem, eodem modo loquitur de auxilio neceſſario ad perſeuerandum, quo locutus fuit de auxilio neceſſario nobis ad bene operandum. Manifeſtum eſt autem quòd auxilium ſpeciale eſt, quo ad perſeuerandum indigemus. Tale eſt igitur, quo indigemus ad bene operandum. Alibi concedit ſanctus Thomas, quòd uoluntas mouet ſeipſam: ut ſicut intellectus per hoc quòd cognoſcit principium, reducit ſeipſum de potentia in actum, quantum ad cognitionem concluſionum: ſic ſimiliter uoluntas per hoc quòd uult finem, mouet ſeipſam ad uolendum ea, quæ ſunt ad finem. Alibi

Vbi ſupra. H

Ibidem. queſt. 109 Art. 10.

Sanct. Thomas Prima 2. Quæſt. 9. Art. 3.

Ibidem. Art. 4.

A bi etiam docet, tum quòd ex quo uoluntas mouetur ab obiecto, manifeſtum eſt eam mo ueri poſſe ab aliquo exteriori: tum quòd eo modo quo uoluntas mouetur quantum ad exercitiũ actus, adhuc neceſſe eſt ponere uoluntatem ab aliquo principio exteriori moueri. Hoc autem ultimum probat ſic, Omne enim quod quandoque eſt agens in actu, & quandoque in potentia, indiget moueri ab aliquo agente: manifeſtum eſt autem quòd uoluntas incipit uelle aliquid, cùm hoc prius non uellet: neceſſe eſt ergo, quòd ab aliquo moueatur ad uolendum. Et quidem, ſicut dictum eſt, ipſa mouet ſeipſam inquantum per hoc quòd uult finẽ, reducit ſeipſam ad uolendum ea quæ ſunt ad finem. Hoc autem non poteſt facere niſi conſilio mediante. Cum enim aliquis uult ſanari, incipit cogitare quomodo hoc conſequi poſsit: & per talem cogitationem peruenit ad hoc quòd poteſt ſanari per medicum, & hoc uult. Sed quia non ſemper ſanitatem actu uoluit, neceſſe eſt quòd īciperet uelle ſanari ab aliquo mouente. Et ſi quidem ipſa moueret ſeipſam ad uolendum, oportuiſſet quòd mediante conſilio, hoc ageret ex aliqua uoluntate præſupposita: hoc autem, non eſt procedere in infinitum. Vnde neceſſe eſt ponere quòd in primum motum uoluntatis, uoluntas prodeat ex inſtinctu alicuius exterioris mouentis: ut

B Ariſtoteles concludit in quodam capitulo Ethicæ Eudimicæ. Hæc ille. Ecce ita docet S. Thomas quòd quoad primum motum uoluntatis uolũtas mouetur inſtinctu alicuius mouentis exterioris: ſimul docens quòd uoluntas per hoc quòd uult finem, mouet ſeipſam uel poteſt mouere ad uolendum ea, quæ ſunt ad finem: ut incipiat cogitare quomodo illum finem conſequi poſsit, & uelit ſeu eligat medium inuentum. Verùm non diſtinguit ibi ſanctus Thomas, quo auxilio poteſt uoluntas mouere ſeipſam, ex amore finis uolendo ſeu eligendo media ad finem. Nec ſermo erat de hoc, ſed tantum de illo, Vtrùm uoluntas moueat ſeipſam? Vtrum uoluntas moueatur ab aliquo exteriori principio? Et de malo quo uoluntas ſeipſam mouet, aut mouere poteſt. Erat enim illa difficultas prima, non parua: propter illud Ariſtotelis, Omne quod mouetur, ab alio mouetur. ob quod quibuſdam difficile fuit cognoſcere, quomodo uoluntas poteſt habere actum elicitum immanentem, quo ipſa moueat ſeipſam ad qualitatem, id eſt, ad ipſam uolitionem. De hoc igitur agebat ſanctus Thomas, ut oſtenderet quòd uoluntas poteſt mouere ſeipſam, & quo modo. Quia autem uoluntas mouens ſeipſam, habet utique ſeſe tanquam

Ariſtot. Phyſi. 8.

agens, & per modum agentis, non increati C ſed creati: manifeſtum eſt quòd indiget iuuari à Deo, ſeu indiget concurſu Dei ſupremi agentis. Et de hoc non agebat ibi Doctor ſanctus. Egit uerò de hac re poſtea, ubi quæſiuit, Vtrùm homo ſine gratia aliquid uerum cognoſcere poſsit? Ibi enim tradebat ex propoſito, de exteriori principio humanorum actuum, ſiue de gratia Dei: & cùm prædictam mouiſſet quæſtionem, primam uidelicet in ea materia, dixit ex ordine, Primùm, quòd cognoſcere ueritatem eſt uſus quidam uel actus intellectualis luminis. Secundò, quòd uſus quilibet motum quendam importat: largè accipiendo motum, ſecundum quod intelligere & uelle motus quidam eſſe dicuntur, ut patet per Philoſophum. Tertiò, quòd ad motum, in corporalibus, non ſolum requiritur ipſa forma, quæ eſt principium motus uel actionis: ſed etiam requiritur motio primi mouentis, quod in ordine corporalium eſt corpus cœleſte. Ob quod quantumcunque ignis habeat calorem perfectum, non alteraret niſi per motionem corporis cœleſtis. Deinde autem quaſi quarto loco dicit, Manifeſtum eſt autem, quòd ſicut motus omnes corporales reducuntur in motum cœleſtis corporis, ſicut in primũ mouens corporale: ita omnes motus tam corporales, quàm ſpirituales reducuntur in primũ mouens ſimpliciter, quod eſt Deus. Et ideo D quantumcũque natura aliqua corporalis uel ſpiritualis ponatur perfecta, nõ poteſt in ſuũ actum procedere, niſi moueatur à Deo: quæ quidem motio eſt ſecundum ſuæ prouidentiæ rationem, non ſecundum neceſsitatem naturæ: ſicut motio corporis cœleſtis. Non ſolùm autem à Deo eſt omnis motio, ſicut à primo mouente, ſed etiam ab ipſo eſt omnis formalis perfectio, ſicut à primo actu. Sic igitur actio intellectus & cuiuſcunque entis creati dependet à Deo, quantum ad duo. Vno modo inquantum ab ipſo habet perfectionem, ſiue formam, per quam agit: alio modo, inquantum ab ipſo mouetur ad agendum. Hæc ille. Ecce igitur intellectus & omne ens creatum actiuum, intellectus, uoluntas, ſenſus, & alia, dependet à Deo; tum in eo quòd à Deo habet perfectionem ſeu per quã agit, formam: tum in eo quòd ab ipſo ad agendum mouetur. Hæc eſt doctrina communiſſima & ueriſsima. Vt ſemper ſit neceſſaria motio ſeu concurſus Dei cuicunque agenti creato etiam perfectiſsimo, etiam perfectiſsimè diſpoſito ad agendum ſeu exercendum aliquam actionem. Non eſt in hoc ulla differentia. Cæterùm differentia eſt in eo quòd nos dicimus eam motionem Dei ſeu eius concurſum

Prim. 2. quæſt. 109. Ar. 1.

Ariſtot. 3. de Anima.

ſum quo indiget homo etiam iuſtus ad bonū benefaciendum, debere eſſe ſpecialiorem ſeu maiorem; illum autem concurſum Dei quo indiget homo ad actiones indifferentes ſeu etiam ad actiones peccatorum quantum ad poſitiuum earum, ſufficere quidem, etiam ſi ſit minor & generalis. Vt homo, qui natura eſt filius iræ, potens in iniquitate, cuius ſpiritus eſt uadens & non rediens, cuiusq; ſenſus proni ſunt ad malum, & qui etiam iuſtus, circūdatus eſt infirmitate, corruptione & infectione carnis, ignorantia & obſcuritate mentis, pronitate ad malum, difficultate ad bonum, ignorantia rerum agendarum, & concupiſcentia noxiarum: ſine dubio dicatur indigere maiori adiutorio ſeu concurſu Dei ad actionem bonam, quàm ad actionem malam, ſeu quàm ad actionem mali uel peccati. Hæc eſt ſententia Auguſtini & ſancti Thomæ, ut conſtat ex dictis. Ad actionem, inquam, bonam, intellectus, uoluntatis, & aliarum potentiarum: maximè autem ad bonam actionem uoluntatis, quæ eſt meritoria. Vnde poſtquam ſanctus Thomas mouit quæſtionem de actione intellectus, generalem poſuit doctrinam de omni actione entis creati, ut ex dictis eſt manifeſtum: & non ſolùm hoc, ſed & in particulari idem de actione uo-

F luntatis determinauit per multa in ſequenti-

Ibidem. bus. Vbi quærit, Vtrùm homo poſſit uelle

Art. 2. & facere bonum abſque gratia. Vbi quærit,

Art. 3. Vtrùm homo poſſit diligere Deum ſuper omnia ex ſolis naturalibus ſine gratia? Vbi quærit, Vtrùm homo ſine gratia per ſua na-

Art. 4. turalia, legis præcepta implere poſſit? Vbi

Art. 5. quærit, Vtrùm homo poſſit mereri uitam æ-

Art. 6. ternam ſine gratia? Vbi quærit, Vtrùm homo poſſit ſeipſum ad gratiam præparare per ſeipſum abſque exteriori auxilio gratiæ? Vbi

Art. 7. quærit, Vtrùm homo poſſit reſurgere à pec-

Art. 8. cato ſine auxilio gratiæ. Vbi quærit, Vtrùm

Art. 9. homo ſine gratia poſſit non peccare? Vbi quærit, Vtrùm ille, qui iam conſecutus eſt gratiam, per ſeipſum poſſit operari bonum & uitare peccatum abſque auxilio gratiæ? V-

Ibidem. bi quærit, Vtrùm homo in gratia conſtitu-

quaeſ. 111. tus indigeat auxilio gratiæ ad perſeuerandū?

Art. 2. Vbi qnærit, Vtrùm gratia conuenienter diuidatur per operantem & cooperantem? Videantur hæc bene, atque piè: & cognoſcetur quòd uoluntas humana in omnibus ſuis actionibus indiget immediato concurſu Dei: ſed in bonis ſpeciali, in malis generali: quia alio modo ſe habet Deus nobiſcum in actione boni, quàm in actione mali.

VOLVNTAS itaque humana ſecundum doctrinam ſancti Thomæ & ſecundū ueritatē poteſt quidem mouere ſeipſam; ſed hoc, nō

G niſi præſuppoſito aliquo modo, amore finis. Ratio eſt, quia dum uoluntas mouet ſe, habet ſe ut agens, ſiue per modū agentis. Omne autem agens, ſine exceptione, agit propter finem appetitum, appetitu naturali, uel animali, ſeu intellectuali. Ideo uoluntas non poteſt ſe mouere, niſi præſuppoſito aliquo amore: ut ſi ex amore finis, moueat ſe ad inquirendum ac eligendum media ad ipſum finem. Inde fit per conſequens, quòd uoluntas nō poteſt mouere ſe ad primum actū ſuū; quia primus actus non habet alium priorem, ut conſtat. Si enim alium priorem haberet, *Sā. Tho.*

iam non primus eſſet. Optimè igitur dixit *Prim. 2.*

ſanctus Thomas neceſſariū eſſe ponere quòd *Quaeſt. 9.*

in primum motum ſeu actum noluntatis, uo *Art. 4.*

luntas prodeat ex inſtinctu alicuius exterioris mouentis: tanquam ipſa in talem actum priorem, non poſſit habere rationem agētis. Quam ergo rationem habebit uoluntas in illo actu uel motu ſuo priori? Quidem rationē tendentis: tendit namque per illum, in obiectum. Refert autem multum, eſtq; profectò pulchrum, ſcire quis motus ſeu actus eſt ille primus uoluntatis, in quo uoluntas non habet rationem agentis ſeu mouentis ſe, ſed tātum rationem tendentis. De hac re dicit be- *Caietan.*

ne Caietanus in ſuis commentariis, Et nomi- *Prima. 2.*

ne, inquit primi actus non intelligitur ſolus il- *Qua. 111.*

le, quem uoluntas in principio operationum *Art. 2.*

ſuarum omnium habet, ſed quicunque pri- H

mus abſque conſilio & præuio motiuo ad bonum. Hæc ille. Ecce quemadmodum duos actus interiores habet uoluntas; alterum ad quem ipſa mouetur, & in quo non habet rationem mouentis ſe, ſed motæ & tendentis. alterum ad quem ipſa mouet ſe, habetq; rationem tendentis, & ſe mouentis: illum dum abſque conſilio & præuio motiuo uult bonū, hunc iſtum dum ex amore finis præſuppoſito mouet ſe ad inquirendum & eligendum medium ad illum finem: quodcunque medium illud ſit; internū mentis, ut dum ex amore Dei mouet ſe ad actum contemplandi aut meditandi: uel externum operis externi, ut dum ex amore Dei mouet ſe ad dandum eleemoſynam. Ambo iſti actus ſunt interiores uoluntatis, ut conſtat: ambo ſunt liberi, quia ad nullum talem actum efficacem neceſſariò cogitur uoluntas in hoc ſæculo: amboq; ſunt uoliti à uoluntate, & ſi non ut uolita, ſaltem ut actus nolendi. Nullum enim actum interiorem habet uolnntas niſi uolēs, quia alias poſſet uiolenter cogi aut impedi ad actum ſuum quod ei repugnat: & ideo omnis eius actus eſt uolitus à ſe, ſaltem ut actus, & ſi aliquis non ſit uolitus ut obiectū uolitum. Immo etiam ſecundum ſanctum Thomam Actus uo

luntatis

A luntatis reflectuntur ſupra ſeipſos. & ideo in quolibet actu uoluntatis poteſt accipi conſenſus & electio & uſus: ut ſi dicatur quòd uolũtas conſentit ſe eligere & conſentire, & utitur ſe ad conſentiendum & eligendum. Ex quibus uerbis bene infert Caietanus quod uoluntarii actus uoluntatis ſic ſupra ſeipſos reflectuntur, ut quilibet eorum implicitè uel explicitè, formaliter uel uirtualiter habeat rationem uoliti obiectiuè, & nõ ſolùm per modum actus. Dum enim eligo uitam contemplatiuam, conſentio in talem electionem, & utor uoluntate mea ad actum eligendi applicando illam: & ſic electio ipſa eſt actus, & eſt uolita ut obiectum & conſenſus uſus, Et è cõtra dum utor uoluntate mea, applicando illã ad amandum Deum, conſentio in talem uſum & eligo illum; & ſic uſus habet rationẽ actus & cum hoc eſt uolitus ut obiectum conſenſus & electionis: & ſimiliter dum conſentio in amicitiam diuinam, utor uoluntate, applicando ad conſenſum, & eligo eundem: et ſimiliter conſenſus eſt actus & uolitus, ut obiectum electionis & uſus. Igitur cùm uoluntas mouet ſe, utitur ſeipſa applicando ſe ad uolẽdum uel uolẽdum: & omnis huiuſmodi actus eſt implicitè uel explicitè, formaliter uel uirtualiter uolitus, etiam ut obiectum. Quando autem uoluntas non mouet ſe ad actum,

S.Thom. Prim. 2. Quæſ.16 Art.4. Ad.3. argum.

Sā.Tho. Prim.2. Quæſ.9. Art.4.

Caiet. Prim.2. Quæſt. Art.1.

B ſed tendit per illum, eſt ille actus uolitus, ſaltem ut actus. Vnde in hoc eſt & debet eſſe ſumma conuenientia, ut omnes cõcedamus, quòd quicquid uolumus, nõ coacti ſed uolentes uolumus: & quicquid odimus, non coacti ſed uolentes odimus: ſimiliter & de aliis actibus uoluntatis, ſi qui alii fuerint, ſpes, timor, aut alii. Vt omnis actus uoluntatis ſit uolitus, ſaltem ut actus. Itaque igitur uoluntas habet quoſdam actus ſuos interiores ad quos non mouet ſe, ut ſunt illi actus ſui priores, quos habet abſque præuio conſilio aut motiuo ad bonum: & ſimiliter habet uoluntas quoſdam actus ſuos interiores ad quos mouet ſe, ex præuio aut præſuppoſito amore finis, ut dum ex amore finis mouet ſe ſe ad amorem, inquiſitionem, aut electionem mediorum ad finem illum. Qui ambo dicuntur & ſunt actus uoluntatis formales eliciti. Habet etiam uoluntas alios actus qui dicuntur imperati. Ii autem actus uoluntatis dicuntur non quia eos uoluntas eliceat formaliter, ſed quia eos imperat: unde ipſi non eliciti, ſed imperati dicuntur. Tales ſunt actus potentiarũ in quibus uoluntas habet imperium, & quos imperat apud intellectum, uel apud alias potentias, aptas natas obtemperare ſibi. Vt dũ uoluntas uult contemplari ueritates altiſſimas aut dare eleemoſynam pauperi, efficaciter, & cum effectu: illud uelle eſt actus uolũtatis elicitus, formalis & proprius eius: illa contemplatio eſt actus intellectus imperatus à uoluntate, & illa datio eleemoſynæ eſt actus potentiæ executiuæ, ſed à uoluntate imperãte. Dicit doctor ille Ruardus quòd uolũtas præparata per amorẽ finis per gratiam ſeu auxilium ſpeciale, poteſt cum ſola influentia generali mouere ſe ad uolendum media neceſſaria ad inquirendum illa, ad eligendum illa, & operari opera facienda: tanquam non indigeat iuuari à Deo immediatè, niſi quo ad illã præparationem, dando uoluntati amorem finis efficacem. Adducitq; ille Doctor in hãc ſententiam, tum Auguſtinum, tum ſanctum Thomam, quaſi ii Doctores ſancti ita aliquando docuerint. Nos autem dicimus, ſicut iam diximus, declarauimus, & probauimus: neque ita eſſe, neque illos Doctores ſanctos ita docuiſſe. Auguſtinus enim in De libero arbitrio dicit, Cooperando Deus in nobis, perficit quod operando incœpit: quia ipſe, ut uelimus operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens. Vt autem uelimus operatur: cum autem uolumus, & ſic uolumus ut perficiamus, nobis cooperatur. Ecce Deus in nobis operatur ut uelimus, in uoto; & ipſe cooperatur in nobis dum perficimus in facto, ſeu in opere interno uel externo; utrunque per gratiam de qua erat ſermo, utrunque immediatè. Hoc eſt quod probat Auguſtinus in De Gratia Chriſti contra Pelagium, id eſt, quòd ad ſingulos hoſce actus, cogitare, uelle, operari, indigemus gratia Chriſti per influxum: hoc eſt per auxilium influxiuum pertinens ad Chriſti gratiã, ut conſtabit ex ſequentibus. Ita ſanctus Thomas in quæſtione de gratia operante & cooperante, iuxta prædictã doctrinam Auguſtini ait, Eſt autẽ in nobis duplex actus. Primus quidem interior uoluntatis. Et quantum ad iſtum actum, uoluntas ſe habet ut mota, Deus autẽ ut mouens: & præſertim cùm uoluntas incipit bonum uelle, quæ prius malum uolebat. Et ideo ſecundum quòd Deus mouet humanam mentem ad hunc actum, dicitur gratia operans. Alius autem actus eſt exterior, qui cũ à uoluntate imperetur, ut ſupra habitum eſt, conſequens eſt, quòd ad hunc actum operatio attribuatur uoluntati. Et quia ad hunc actum Deus nos adiuuat, & interius confirmando uoluntatem, ut ad actum perueniat, & exterius facultatem operandi præbendo: reſpectu huiuſmodi actus, dicitur gratia cooperans. Ecce reſpectu actus interioris, Deus iuuat uoluntatem præueniendo & mouendo: reſpectu uerò actus exterioris, Deus iuuat uoluntatem, tum uoluntatem interius con-

C

Auguſtinus.

D

Sanct. Thomas Prima.2. Quæſ.111. Art.2.

F firmando

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

E firmando, ut ueniat ad actum: tum exterius ſacultatem operandi præbendo. Qui ita docet, manifeſtè concedit Dei auxilium immediatum quoad actum interiorem, & immediatum quoad actum exteriorem: ut non ſufficiat nobis quoad actum exteriorem exercē dum, ſi Deus interius noſtram uoluntatem confirmet, ut uelit: niſi & nobis præbeat facultatem operandi exterius. facit ergo Deus ut nos uelimus, ſed facit etiam ut nos exterius faciamus: facit ut uelimus, uoluntatem mouendo: facit autem ut faciamus ſeu exterius operemur, & uoluntatem confirmando, & exterius operādi facultatem præbendo. Nihil poteſt ab hominibus dici clarius. Facit ergo Deus ut exterius operemur, duobus modis altero confirmando interius uoluntatem, altero exterius operandi præbendo ſacultatem: ut ſanctus Thomas declarat hic manifeſtè. Facit etiā Deus ut uelimus bonum, aliis duobus modis, ut bene declarat *Caietan.* Caiet. ſuper Thomam in eodem loco. Dicit *Ibidem.* enim, Nā facere ut uelimus, nō cōtingit uno *Prim. 2.* modo, ſed duobus, ſcilicet ut uelimus mouen *quæſt. 111.* do nos ipſos ad hoc; & ut uelimus, moti tantū *Art. 2.* ab ipſo Deo. Hæc ille. Ecce Deus facit ut uelimus bonum, & dum moti à Deo uolumus finem bonum, & dum ex amore finis iam habito uolentes mouemus nos ad inquiſitionem, uolitionem, ant electionem mediorum. Hæc

F eſt uera doctrina ſancti Auguſtini, hæc eſt uera doctrina ſancti Thomæ, hæc eſt doctrina Caietani, & hæc eſt doctrina omnium qui Auguſtinum & Thomam Doctores doctiſſimos & ſanctos ſanctiſſimos imitātur. Vt ſciamus quòd Deus immediatè facit hæc omnia ī nobis ſuo auxilio ſuauiſſimo: quia primùm facit ut nos uelimus bonum finem: ſecundò facit ut nos moueamus ad inquiſitionem & electionem mediorum ad finem illum uolitum: tertiò facit ut nos operemur illa media. Et quidē nerba ſanctorum ſunt iam dilectionem Dei & bo *Pſal. 118.* norum finium habentium, Legem pone mihi Domine, uiam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam. Deduc me in ſemitā mandatorum tuorum quia ipſam uolui. Inclina cor meum in teſtimonia tua. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum. Et multa alia penè infinita. Ecce homo iam iuſtus Dauid primùm petit à Deo legem quam exquirat: ſecundò petit intellectum ut ſcrutetur illam legem; tertiò, petit ut Deus deducat ipſum in ſemitam mandatorū ſuorum; quartò ut Dens inclinet cor eius in ſua teſtimonia: quintò, dicit, Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas. Vt ſciamus omnes non poſſe nos inclinare nos metipſos in Dei teſtimonia, niſi Deus nos de G ducat, niſi Deus nos inclinet: Vnde prius dixit ſanctus, Deduc me in ſe mitam mandatorum tuorum. Inclina cor meum in teſtimonia tua. poſterius autem dixit, Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas. Quia non poteſt homo ita inclinare cor ſuum, niſi Deus prius tēpore uel natura ipſum cor eius inclinet. Inclinat Deus & inclinat hō, ipſum idem cor hominis: ſed non inclinat homo, niſi prius inclinet Deus. Ob quod Dauid ita ordinauit, ut prius dixerit de Deo, & poſterius dixerit de ſeipſo Dauide homine: quia prius dixit, Inclina cor meum: poſterius dixit, Incli naui cor meum. Ita & Paulus cū dixiſſet, Cū *Philip. 2.* metu & tremore ueſtram ſalutē operamini. oſtendens quòd & hæc omnia facit Deus ī nobis, adiecit, Deus eſt enim qui operatur ī uo bis & uelle, & perficere. Quod uelle? Non *1. Pet. 4.* diſtinguit, ſed omne bonum uelle includit. Sic alibi fatetur, nos eſſe facturam Dei, creatos in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. Vbi duo explicat, alterum quòd Deus præparat in nobis bona opera ut ambulemus in illis: alterum quòd in ipſis bonis operibus uos creat. Et uidemus quòd ex æquo dicit, Deus eſt enim qui operatur ī uobis & uelle, & perficere pro bona uoluntate. Velle nanque eſt uelle, id eſt, actus uoluntatis elicitus, proprius, formalis: perficere autē, eſt operari id quod uolumus H interius, uel exterius. Ita et alibi, Plus omnibus laboraui ego, nō ego ſolus, ſed gratia Dei mecum. quo loco labores ſuos omnes quos habuit, actiuè uel paſſiuè, tribuit gratiæ: etiā labores externos, ieiunia, peregrinationes, caſtigationes corporis, flagella & alia. Alibi etiā, Omnia poſſum in eo qui me confortat. Quę omnia? Bonas actiones, bonasq; paſſiones. Vt omnia tribuamus gratiæ Dei in Chriſto. Non ſolùm mediatè, per hoc quod Deus ī chriſto nobis dat principia bene uolendi, beneq; operandi: ſed etiam immediatè, per hoc quòd facit ut nos uelimus, facitq; ut nos faciamus, & operemur. Apud Ezechielem ita legi *Eze. 36.* mus, & Spiritum meum ponam in medio neſtri: & faciam ut in præceptis meis ambuletis & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini. Ecce Deus dat Spiritum ſuum in nobis habitantē per gratiam habitualem & uirtutes: ſed ultra hoc, facit ut in præceptis ſuis ambulemus, utq; iudicia ſua cuſtodiamus & operemur.

DVPLEX eſt igitur ſententia ſancti Tho *Vbi ſupra.* mæ in hac re, quia altera eſt moralis, altera theologica. Moralis eſt, quòd uoluntas poteſt mouere ſeipſam ad uolendum ea quæ ſunt ad finem, ſed hoc non niſi ex præſuppoſito amore finis: atque quòd neceſſe eſt ponere quòd ī

primum

A primum motum uoluntatis uoluntas prodeat ex inſtinctu alicuius exterioris mouentis. hæc eſt ſua moralis ſententia, habẽs duas partes prĩcipales, ut cõſtat. Theologica eſt, quòd ad omnes iſtos actus uoluntatis bonos, tam quos ipſa habet ut mota, quàm quos habet ut ſe mouens, indiget uoluntas Deo faciente ut ipſa uelit. Scotus contra primam partem moralis ſententiæ opponit, quia ad actum uolẽdi ſufficit obiectũ apprehẽſum præſens & uoluntas: & ideo nou requiritur exterius agens nec quòd præuolẽdo incipiat uelle. Opponit etiam contra ſecundam partem, quia uoluntas in primo actu, naturali iuſtinctu moueretur ab intellectu naturaliter, uoluntas naturaliter moueretur: & ſic homo eſſet unum animal brutum. Ad primum agrumentum Scoti bene reſpondet Caietanus, dicẽs, Aliud eſt loqui de uolitione, & aliud de uolitione ut à uoluntate applicante ſeipſam ad uolendum. uolitio enim nil aliud dicit niſi operationem uoluntatis, quæ uult: & certum eſt quòd ad uolẽdum ſufficit uoluntas cum obiecto: ſed ad uolendũ à ſe, ita quòd ly à ſe, dicat cauſalitatem, applicanteu ſeipſam ad uolendum, non ſufficit uoluntas cum obiecto: ſed exigitur uoluntas præuolens finem. Et ratio huius eſt, quia uelle à ſe, non ſolùm importat uelle, ſed agere ſeu mouere: qnod quia oportet fieri propter finem, præexigit natura, uel tempore appetitum finis, ut dictum eſt. Ad ſecundum reſpon-

Scotus. In Quolib. Qua. 31.

Prim. 2. Quaſt. 9. Art. 4.

B det negando ſequelã. Quamuis enim, inquit, primus actus uoluntatis ſit ex inſtinctu dato ab exteriori non obiecto, ſed cauſa effectiua Deo: ipſa tamẽ iam ex hac finis uolitione ſeipſam mouet ad uolendum alia propter finem: quod brutis nou conuenit, quoniã ad omnia mouẽtur ab inſtinctu. Eſt igitur auctoris ſententia, quòd ſicut generans graue, dat graui naturalem appetitũ motus & loci deorſum, & propterea ceſſante impedimẽto, graue ex appetitu accepto mouetur deorſum, et quieſcit ibi: ita genitor uolũtatis dat ei naturalem inclinationem in bonum, ita quòd propoſito per intellectum bono abſque impedimento, uoluntas tendit in illud actu elicito, qui eſt uolitio. Et hic actus dicitur eſſe ab exteriori agente, ea ratione qua motus grauis à generante dicitur. Et meritò, quia adhunc actum uoluutas non concurrit ut propter finem agens, ſed ut ad finem tendens ex directioue ſuperioris agentis, ordinãtis ipſam in hoc: & propterea hic actus licet ſit uelle, & uoluntatis, & à uoluutate ut eliciente actũ; non tamen eſt uoluntarius, quia non eſt à uoluntate ut applicante ſe ad uolendum, ſed naturalis: quia dator naturæ applicat ipſam mediante inclinatione data ad uolendum. O-

C portet enim, ut in litera dicitur, dari proceſſum in infinitum in uoluntariis, niſi ueniatur ad unum non uoluntarium, ſed naturalem actum uoluntatis in quo ſit ſtatus. Hæc Caietanus. Vera quidem eſt doctrina ſancti Thomæ quoad primam partem ſentẽtiæ ſuæ moralis, quia ſicut intellectus quantum ad cognitionem concluſionis poteſt quidem ſe reducere de potentia ad actum, ſed non niſi præuia cognitione principiorum & per medium ſyllogiſmum: ſic uoluntas quantum ad uolitionem mediorum poteſt ſe reducere de potentiam ad actum, ſed uon niſi præuia uolitione finis et per medium cõſilium. Eadem eſt ratio utrobique, ut conſtat. Et quia uoluntas dum mouet ſe ad uolendum media ad finẽ, habet ſe per modum agentis, neceſſe eſt ut præ habeat uolitionem finis: Omne enim agens agit propter finem appetitum. Similiter uera eſt doctrina ſua quantum ad eius partem ſecundam: ut ueniamus ad aliquem actum uoluntatis, ad quem uoluntas non ſe mouet, ſed mouetur ab alio; qualis eſt primus actus, primus motus, ſeu actus ipſius. Quæ dicit Caietanus de illo actu primo, quod eſt uelle, & uoluntatis, & à uoluntate ut eliciente actum, & quòd non eſt à uoluntate ut applicante ſe ad uolendum, uera ſunt. Quæ autẽ dicit de illo actu primo, quòd non ſit uoluntarius, ſed ſit naturalis: ita intelligenda ſunt, quòd non negetur illum actum

D primum, eſſe liberum. Eſt enim ille actus quoque liber, ut expreſſe idem Caietanus dicit alibi. Agens enim de eo quod uoluntas reſpectu primi actus ſe habet ut mota tantum, & Deus ut mouens, ait, Et nomine primi actus non intelligitur ſolus ille, quẽ uoluntas in principio operationum ſuarum omnium habet, ſed quicunque primus abſque conſilio & præuio motiuo ad bonum. Et propterea auctor dixit, Et præſertim cùm uoluntas incipit bonum uelle, quæ prius malum uolebat. Similiter igitur ſe habet uoluntas mota à Deo ad huiuſmodi uelle, ſicut graue ad motum deorſum. Et propterea ſicut graue nou mouet ſeipſum ad deſcenſum, ſed eſt motum à generante: ita uoluntas mota à Deo ad huiuſmodi nouum uelle, non mouet ſeipſam ad hoc, ſed eſt tantum mota à Deo. Eſt tamen tale uelle ipſius elicitiuè, ſicut deſcendere eſt motus grauis. Et eſt liberum, quia poteſt diſſentire à tali uelle. Deus enim mouet ſuauiter liberum arbitrium, ſecundum conditionem eius. Hæc Caietanus. Ergo in doctrina ſancti Thomæ ſecundum interpretationem Caietani, de illis motibus ſeu actibus primis uoluntatis, quos habet abſque conſilio & præuio motiuo ad bonum,

Prim. 2. queſ. 111. Art. 2.

E dicendum eſt quòd ſunt uelle, ſeu uolitiones, & uoluntatis, & à uoluntate ut eliciente actum, & quòd ſunt liberi: ſed non ſunt nec dicuntur uoluntarii, quia non ſunt à uoluntate ut applicante ſe ad uolendum: ideſt, quia uoluntas non mouet ſe ad illos actus, ſed mouetur à Deo. Et ſic dicendo, uoluntarium & liberum non conuertuntur: quia illi actus ſunt liberi, & non ſunt uoluntarii: ſed habent ſe ſicut ſuperius & inferius, quia quicquid eſt uoluntarium eſt liberum, non tamen quicquid eſt liberum, eſt uoluntarium. Vt eſſe liberum ſit ſuperius, ad eſſe uoluntarium.

Auguſt.

VT autem nihil eorum quæ ad rem pertinent hic omittatur, placet non nihil de uſu uel uti, dicere explicatius. Auguſtinus in De Trinitate docet, quòd uti, ẽ aſſumere aliquid in facultatem uoluntatis. Sanctus Thomas circa hoc, ut determinet, Vtrùm uti ſit actus uoluntatis? notat primùm, quòd uſus rei alicuius importat applicationem rei illius ad aliquam operationem: unde & operatio ad quam applicamus rem aliquam, dicitur uſus eius: ſicut equitare, eſt uſus equi: & percutere eſt uſus baculi. Deinde notat quòd ad operationem applicamus & principia interiora agẽdi, ſcilicet ipſas potentias animæ, F uel membra corporis: ut intellectum ad intelligendum, & oculum ad uidendum; & res exteriores, ſicut baculum ad percutiendum. Notat tertiò, quòd res exteriores non applicamus ad aliquã operationem niſi per principia intrinſeca, quæ ſunt potentiæ animæ, aut habitus potentiarum, aut organa, quæ ſunt corporis membra. Quartò autem determinat, quòd quia uoluntas eſt quæ mouet (uidelicet primùm quantum ad actus exercitiũ) potentias animæ ad ſuos actus, & hoc eſt applicare eas ad operationem: manifeſtum eſt quòd uti, primò & principaliter eſt uoluntatis tanquam primi mouentis, rationis autem tanquam dirigentis, ſed aliarum potentiarum tanquam exequentium quæ comparantur ad uoluntatem, à qua applicantur ad agendũ, ſicut inſtrumenta ad principale agens: actio autem propriè non attribuitur inſtrumẽto, ſed principali agenti, ſicut ædificatio ædificatori, non autem inſtrumentis. Vnde manifeſtum eſt, inquit, quòd uti, propriè eſt actus uoluntatis. Hæc ille. Vt uoluntas quidem habeat multos actus proprios; uidelicet uolitionem ſimplicem, quæ ut plurimum ſpectat ad finem: electionem quæ ſpeectat ad media & uſum ſeu uti, quod ſpectat ad potẽtias, uel ad habitus, uel ad alia, quæ uoluntas applicat. Voluntas igitur mouet potentias executiuas, mouet quodammodo rationem, & mouet quodammodo ſeipſam uoluntatem, ut eſt mõſtratum: ob quod utitur quidem potentiis executiuis, utitur ratione, utitur et ſeipſa uolũtate. Optimè dicit ſanctus Thomas, Quia actus uoluntatis reflectuntur ſupra ſeipſos, in quolibet actu uoluntatis poteſt accipi conſenſus, & electio, & uſus: ut ſi dicatur quòd uoluntas conſentit ſe eligere & conſentire, & utitur ſe ad conſentiendum, & eligendum. Agimus igitur de omni uſu noſtro morali deliberato meritorio, atque de omni tali actione noſtra meritoria ſiue intellectus, ſiue uoluntatis, ſiue potẽtiarum aliarum executiuarum. Et quia omnis talis, uſus quidam eſt: ideo de uſu propoſuimus, & de uſu quidem tali. Similiter & de actione potẽtiarum, quæ eſt per uſum uoluntatis applicãtis potẽtiam ad actionem: ut & ipſa actio per uſum habita, quodammodo dicatur uſus.

Vt decla rat alibi. Prima 2. quaſ. 9. Ar. 1. et quæ. 17 Art. 1.

G

Ibidem. quaſ. 16. Art. 4. ad 3. ar.

Auguſt. in lib. 83. queſt. Sanct. Thomas Prima 2. Quaſ. 16 Art. 2.

Docet iterũ Auguſtinus de uti ſeu uſu, quòd uti aliquid uel aliquo, non poteſt niſi animal quod rationis eſt particeps. Probat atque declarat ſanctus Thomas, dicens, Sicut dictum eſt uti, eſt applicare aliquod principium actionis ad actionem, ſicut conſentire eſt applicare motum appetitiuũ ad aliquid appetendũ, ut dictum eſt: Applicare autem aliquid ad alterum non eſt niſi eius quod habet ſuper illud arbitrium: quod non eſt niſi eius qui ſcit referre aliquid in alterum, quod ad rationem pertinet. Et ideo ſolum animal rationale & conſentit, & utitur. Hæc ille. H De frui, ſeu fruitione docet Auguſtinus, quod frui quidẽ cibo & qualibet corporali uoluptate, non abſurdè exiſtimantur & beſtiæ. Circa quam ueritatem fatetur ſanctus Thomas quòd rationali naturæ conuenit fruitio ſecundum rationem perfectam, brutis aũt animalibus ſecundũ rationẽ imperfectã, aliis aũt creaturis nullo modo. De uti autem minimè id dicimus. Aſſignat ſanctus Thomas rationem optimè, quia frui importat abſolutum motum appetitus in appetibile, ſed uti importat motum appetitus ad aliquid in ordine ad alterum: unde frui preſupponit ſolam apprehenſionem, quã habet etiam ſenſus; ſed uti præſupponit cognitionem ordinantem alterum in alterũ, quã habet ſola ratio, uel cognitiua alia ſuperior. An bruta non mouent membra ſua? An non applicant illa ad ſuas actiones? Quidem bruta, membra ſua quodam modo mouẽt, ſed nullo modo ſua membra ad ſuas actiones applicãt loquendo de applicare propriè. Aliquid igitur agunt bruta per ſua membra, quia ambulãt pedibus, percutiũt cornibus, & ſimilia: ſed hæc inſtinctu naturæ faciunt, non autem eo quòd cognoſcant ordinem membrorum ad illas operationes. Ideo igitur nec ſua membra ad ſuas

Auguſt. in lib. 83. queſt. S. Thom. Prima 2. queſt. 11. Art. 2.

Ibidem. Quaſ. 16. Art. 2. ad 1. argum.

A ad ſuas operationes applicant, nec illis utuntur, nec illa propriè mouent: quia in omnibus potius bruta ducuntur, quàm ſe ipſa ducant: ſicuti non ſe regût, ſed reguntur: & potius agûtur, quàm quod agant: In hoc ſenſu.

IGITVR ſine dubio à Domino & eius gratia eſt immediatè, quòd in bono perſeueramus, quòd in uia uirtutum progredimur, quòd piè ac ſanctè uiuimus, quòd peccatum fugimus, uitamus, aut uincimus, & quòd bonum operamur meritoriè. *Epheſ. 2.* Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut ī illis ambulemus. *Pſal. 118.* Ideo frequentiſſima eſt oratio ſanctorū Legem pone mihi Domine, uiam iuſtificationum tuarum. Da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua. Inclina cor meum in teſtimonia tua. Deduc me Domine in ſemitam mandatorum tuorum. *Pſal. 85.* Deduc me domine in uia tua. *Pſal. 59. & 107.* Quis deducet me in ciuitatem munitam. *Pſal. 76.* Deduxiſti ſicut oues populum tuum. *Pſal. 72.* Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. Tenuiſti manum dexteram meam, & in uolūtate tua deduxiſti me. *Pſal. 30.* Eſto mihi ī Deū protectorem & in domum refugii, ut ſaluum me facias. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. *Pſal. 22.* Dominus regit me & nihil deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. B Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuū. A domino greſſus hominis dirigentur, & uiā eius uolet. Præparatur uoluntas à Domino, ſicut etiam alibi legimus, *Sapien. 10.* Iuſtum deduxit Dominus per uias rectas, oſtendit illi regnū Dei & dedit illi ſcientiam ſanctorum, honeſtauit illum in laboribus & cōpleuit labores illius. Cuſtodiuit illum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi ut uinceret, & ſciret quòd omnium fortior eſt ſapientia. *Hebr. 13.* Et Apoſtolus ad Hebræos, Deus autem pacis qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum: aptet uos in omni bono, ut faciatis eius uoluntatē faciens in uobis quod placeat coram ſe per *Ezec. 36.* Ieſum Chriſtum. Ezechiel etiam, ſeu Deus per Ezechielem, Spiritum meum ponā in medio ueſtri, & faciam ut ī præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. Hæc & multa ſunt uerba diuina, quæ partim iam poſita ſunt, & partim etiam poſſent adduci facillimè: ex quibus conſtat iuſtos homines indigere Dei immediato adiutorio ad bonum faciendum, & *Auguſt. lib. 2.* malum uitandum meritoriè. Ad hanc ueritatem dicit Auguſtinus in ſuis confeſsionibus, Quis hominum ſuam cogitans infirmi- C tatem, audet uiribus ſuis tribuere caſtitatem atque innocentiam ſuam; ut minus amet te, quaſi minus fuerit ei neceſſaria miſericordia tua, donās peccata cōuerſis ad te? Gratiæ tuæ deputo & miſericordiæ, quòd peccata mea tanquam glaciem reſoluiſti: gratiæ tuæ deputo, & quæcumque non feci mala. Quid enim nō facere potui, qui etiam gratuitum facinus amaui? Omnia mihi dimiſſa eſſe fateor, & quæ mea ſponte feci mala: & quæ te duce non feci. Et ideo qui uocatus à te, ſecutus eſt uocem tuam, & uitauit ea quæ me de meipſo recordantē & fatentem legit; non me derideat ab eo medico ægrum ſanari, à quò ſibi præſtitum eſt ut non ægrotaret, uel potius ut minus ægrotaret. Et ideo te tantumdem, immo uerò amplius diligat, quia per quem me uidet peccatorum meorum languoribus exui, *Ibidem. lib. 10. cap. 31.* per eum ſe uidet tantis peccatorum languoribus non implicari. Alibi etiam, Qui ebrioſus non eſt, à te habet quòd non eſt: ſicut qui fuit, & iam non eſt, dono tuo habet quòd nō eſt. Idem inquadam homelia etiam, tractās Euangelium de Maria Magdalena, inquit, *Homel. 23.* Nullū eſt peccatū quod fecit homo, quod nō poſſit facere alter homo, ſi deſit rector à quo factus eſt homo. Et paulò ſuperius, Tu qui dicis te non multa commiſiſſe, quare? quo regente? Deo gratias. Hic multa commiſit, D ille gubernante Deo pauca commiſit. Cui deputat ille quòd dimiſit, huic deputat iſte quomodo non commiſit. Adulter non fuiſti in uita tua præterita, nondum credens in illum, qui te naſcentem regit. Hoc tibi dicit Deus tuus, Regebam te mihi, ſeruabam te mihi, ut adulterium non committeres ſuaſor defuit, & ut ſuaſor deeſſet, ego feci. Locus & tempus defuit, & ut hæc deeſſent, ego feci. Adfuit ſuaſor, non defuit locus, non defuit tempus; ut non conſentires, ego tenui. Agnoſce ergo gratiam eius, cui debes & quòd non admiſiſti. Hæc ille. Profectò hæc uerba ſatis declarant ex Deo immediatè eſſe, & quòd malum uitamus, & quòd bonum facimus.

QVID multa? Sufficit in præſentia, factūq; ſatis, ſuperque hæc demonſtratio, ſi ita formemus probationem, Ad creatorem pertinent immediatè omnes noſtræ actiones pertinentes ad creationem: igitur ad Redemptorem pertinent immediatè omnes noſtræ actiones pertinentes ad redemptionem. Patet conſequentia, quia ſicut creator eſt principium creationis, ita Redemptor eſt principium redemptionis. *Inferius. lib. præſenti. c. 31* Antecedens autem demonſtratur inferius abundanter.

ERGO dum ſanctus Thomas hic dicit *Prim. 2. Quæſ. 9. Art. 3.* quod uoluntas per hoc quòd uult finem, mo-

 uet

E uet ſeipſam ad uolendum ea, quæ ſunt ad finem, nemo putet quòd ita ſe moueat uoluntas aut mouere poſsit in potentia propinqua quoad bona, niſi mediante adiutorio immediato Saluatoris noſtri, ut monſtratum eſt, & monſtratur magis in ſequentibus, peculiariter ubi agitur de bono uſu noſtro moraliter uirtuoſo. Similiter nec ex hoc dicto eius, nec ex eo quòd dicit, quòd cum aliquis uult ſanari, incipit cogitare quomodo hoc conſequi poſsit, & per talem cogitationem peruenit ad hoc quod poteſt ſanari per medicum, & hoc uult, nec ex eo quod alibi cum Ariſtotele dicit, quòd poſita ſcientia in uniuerſali & in particulari, neceſſe eſt ſequi opus. Similiter, inquam, nec ex iſtis nec ex aliis ſimilibus aut diſsimilibus quæ apud ipſum reperiantur, putet aliquis Sanctum Thomã docuiſſe electiones noſtras mediorum ad finem eſſe in nobis neceſſarias, ſeu hominem neceſſariò eligere media ad finem intentum aut uolitum. Quinimmo de electione noſtra agens, dicit primum quòd electio materialiter & ſubſtantialiter eſt actus uoluntatis, quia eſt appetitus ſeu deſiderium conſiliati &c. Dicit ſecundò quòd electio non conuenit brutis. Dicit tertiò quod electio eſt tãtum eorum quæ ſunt ad finem. Dicit quartò quòd electio eſt tantum reſpectu humanorum actuum, & eorum quæ per nos agũtur. Dicit quintò quòd F electio ſit ſolùm poſsibilium, non impoſsibilium. Dicit ſextò quòd homo non ex neceſſitate eligit, ſed liberè. Probat hæc omnia per ordinem, ſatis optimè; præſertim uerò probat abundantiſsimè hoc ultimum, quod eſt ad propoſitum. Verùm hac de re grauiſsima & ueriſsima, inferius agitur abundantius: nunc, hæc in præſentia dixiſſe ſufficiat.

Lib. præſenti. Cap. 18. & infra. Prima. 2. Quæſt. 9. Art. 4. Ariſtot. Ethic. 7. Prim. 2. Quæ. 13. Art. 1. Art. 2. Art. 3. Art. 4. Art. 5. Art. 6. Part. præſenti. Lib. 2. Cap.

Oſtenditur quòd gratia gratum faciens qua homo Deo gratus & filius Dei adoptiuus efficitur: ponit aliquid creatum in ipſo homine, quo formaliter eſt ſic gratus: ad hæc quòd iuſtificatio hominis non habet ſolam remiſsionem peccatorum, ſed etiam gratiæ creatæ infuſionem ſeu receptionem: Agitur præterea de gratificatione qua nos Deus facit ſibi gratos, & de charitate qua diligimus Deum, eo quòd ſit motus, affectio, uirtuſq; animi, & habitus eius, atque qualitas. CAP. VIII.

GRATIA igitur gratum faciens qua homo fit Deo gratus, & à peccatis iuſtus, ſine dubio ad gratiã Saluatoris noſtri pertinet, quia illam ipſe nobis meruit per ſuam ſanctiſsimam uitam, ſanguinolentam paſsionem, & mortem: offerens ſemetipſum Deo Patri ſuo pro nobis, G in oblationem, hoſtiam, ſacrificiumq; ſanctiſsimum. Quid autem illa gratia ſit quantum ad rem, & eius quidditatem pertinet, ad huc non eſt declaratum. Quid igitur illa eſt? Expedit enim, & hoc quoque ſcire: Primùm neutiquam eſt ignorandum quòd illa circa hominem in quo eſt, ponit gratiam increatam, hoc eſt, diuinam acceptationem quæ formaliter eſt in Deo, & qua Deus formaliter ipſum hominem ad ſuam gloriam acceptat ſecundũ præſentem iuſtitiam, illiq; ſua peccata condonat, non reputans illi ſua delicta: Talem enim acceptationem diuinam ſignificat gratia gratum faciens, ſaltem de connotato. Alioquin quicquid ponatur in homine aut circa hominem, niſi Deus illum acceptet formaliter ad gloriam uolens illam dare illi, non eſt gratia gratum faciens: nec ullo modo poteſt imaginari quòd homo aliquis ſit gratus Deo, quòd facit gratia gratum faciens, niſi homo ipſe Deo acceptus ſit, per gratiam ſeu acceptationem quæ ſit in Deo. Nec aliquis poteſt mihi eſſe gratus ſine mea gratia formali, nec mihi acceptus, ſine mea formali acceptatione. Quid ergo de Deo dicendum? Profectò ratio nimodis omnibus repugnat ut aliquod creatum, uel etiam omnia creata ſimul, faciant hominem acceptum Deo, Deo hominem ipſum non acceptante: ſi autem non poſſunt facere hominem Deo acceptum ſine Deo acceptante, ergo nec poſſunt facere hominem H Deo gratum ſine diuina acceptatione. Omnis enim homo Deo gratus, eſt Deo acceptus: atque è contra omnis homo Deo acceptus, eſt Deo gratus. Immo quod magis eſt, hominem eſſe Deo gratum, eſt hominem eſſe Deo acceptum: & hominem eſſe Deo acceptum, eſt hominem eſſe Deo gratum. Quando quidem idem eſt omnino, quo homo eſt gratus, & quo eſt acceptus: & è conuerſo, idem eſt, quo homo eſt acceptus, & quo eſt gratus. Sicut idem eſt: quo aliquid eſt album, & quo eſt diſgregatiuum uiſus. Gratia gratum faciens, non eſt nomen uanum, nec commentitium, aut non ſignificatiuum, ut baf, bli tiri: nec eſt nomen ſignificans aliquod impoſſibile & duntaxat imaginarium, ut hircocertuus, chimæra. Sed eſt nomen rei, habens ſignificationem, ſignificatum, ſuppoſitum, ut nomen, homo, lignum, album, nigrum: quo nomine pro re ipſa utimur docentes, quia rem ipſam conuehere in ſcholas nõ ualemus. Quid ergo ſignificat? Donum aliquod gratis datum, tale, uerbi gratia, uel tale: ut conſtat ex definitione, ſeu deſcriptione gratiæ in communi, infra poſita. Aut ergo illud donum gratis datum, eſt increatum, aut eſt creatum: quia

Gratia gratũ faciẽs ſignificat gratiam increatam, ſaltem de cõnotato.

Cap. ſeq.

A quia in omnibus donis Dei, non eſt dare medium inter hæc, ſicut non eſt dare medium inter creatorem & creaturam. Si donum illud eſt increatum, iam nobis fit ſatis: quia illud increatum donum, nihil erit aliud niſi diuinus amor formalis, diuinaq́; acceptatio intrinſeca Dei. Si autem donum illud eſt creatum, cùm ſit à Deo gratis datum, ſequitur manifeſtè quòd illud impertitur Deus ſciens, uolens, & peramanter; atque hæc ab eo gratis proficiſcuntur. Neque uerò aliquod donum creatum alicui homini Deus gratis daret, niſi eum hominem gratis amaret: illud enim ſine dubio gratis amamus, cui aliquod bonum gratis impertimur. Atque gratuitus amor internus, eſt cauſa gratuiti doni externi. Quid ergo? Quodcunque creatum donum Dei gratis datum, quale eſt omne donum Dei creatum, præſupponit & quodammodo conſignificat diuinum amorem gratuitum internum, diuinamq́; uoluntariam acceptationem quantum ad donum illud. Gratia gratum faciens uel realiter eſt charitas, ut multi dicunt; uel ſaltem nullo modo eſt ſine charitate, ut alii docuerunt. De charitate autem quid legimus? Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis. Præſupponit igitur charitas, Spiritum Sanctum: ut nullo modo intelligatur quis charitatem habere, niſi qui Spiritum ſanctum habeat, per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris. Similiter dicendum eſt & fide inconcuſſa credendum de gratia gratum faciente. Sit ergo ratum apud omnes, gratiam gratum facientem ponere in homine uel circa hominem cui ineſt, gratiam increatam, ſeu (quod idem eſt,) diuinam acceptationem formalem internam Dei. An gratia gratum faciens ponit aliquid aliud in ipſo homine grato? Ponit quidem. Quid eſt illud? Donum aliquod creatum, à Deo gratis datum. De hoc igitur nobis nunc probādum eſt, primùm quòd ſit, deinde ſuo loco quid ſit. Gratia ergo gratum faciens ponit in homine grato aliquod donum creatū gratis datum à Deo. Quæ ueritas ex eo probatur ſatis, quòd dum Deus Optimus Maximus iuſtificat hominem aliquem, ipſum de non iuſto faciendo iuſtum, quanquam hoc faciat per ſeipſū ſine medio coeffectiuo, quia ſolus effectiuè animam iuſtificat, ſolusq́; effectiuè nobis noſtra peccata remittit, condonat, non imputat: non tamen hoc facit ſine medio formali, ſed mediante forma aliqua quam in anima per eum iuſtificanda, ſciens, uolensq́;, & gratis producit. Ipſam autem formam talem, nos ſecundum propriam ſignificationem nominis, gratiam gratum facientem appellamus.

Rom. 5.

B

Gratia gratum faciēs ponit in homine grato aliquod donum Dei creatum.

C Oſtenditur autem multipliciter, quòd dum Deus animam à peccatis iuſtificat, aliquam formam in anima ipſa producit. Eſt enim iuſtificare, (ut hac de re in præſentia loquamur) de non iuſto iuſtum facere: unde Deum iuſtificare animam, eſt Deum facere animam de non iuſta iuſtam. Non eſt autem plenè intellectui manifeſtū, quòd Deus animam quæ antea erat, de non iuſta faciat iuſtam, niſi faciendo aut efficiendo alquid in ea. Alioquin ſi Deus animam quæ antea erat, iuſtificat, & de non iuſta facit iuſtam, nihil faciendo in ipſa anima, mirabilis profectò talis iuſtificatio eſt, quam Deus facit, nihil faciendo. Si autem Deus iuſtificando animam aliquid facit, quid eſt illud? Eſtne creatum, uel increatum? Non increatum, quia increatum non eſt factibile, nec eſt de nouo producibile temporaliter: Omne enim increatum eſt infactibile, omneq́; eſt æternum: quicquid increatum eſt, eſt creator: creator autem æternus eſt, infinitus, omnipotens. Si ergo Deus aliquid facit, quando animam de non iuſta facit iuſtam, illud utique creatum eſt. Aut ergo illud tale creatum ſubſiſtit per ſe, aut in aliqua alia re, aut in ipſamet anima quam Deus producendo illud, iuſtificat? Non ſubſiſtit per ſe, quia tunc non magis iuſtificaret ipſam animam, quàm aliquam aliam: nec ſubſiſtit aut exiſtit in alia re, quia tunc illam aliam rem iuſtificaret, & non ipſam animam in qua non exiſtit. Sicut albedo ſolùm ſubiectum in quo eſt facit album, & non aliud. Ergo ſi Deus aliquid facit, quando animam de non iuſta facit iuſtam; ſine dubio illud tale, Deus in ipſa anima producit. Facit Deus profectò aliquid, cùm animam aliquam de non iuſta iuſtam facit: omnino ſicut facit aliquid, cùm lignum de non calido reddit calidum. Itaque uerum eſt quod diximus .ſ. quòd Deus ſolus effectiuè animā iuſtificat ſine medio coeffectiuo, ſed non ſine medio formali: illud enim quod Deus ſolus in anima producit, quando animam iuſtam facit, illud eſt medium formale, quod producendo in anima, Deus iuſtificat animam. Huius rei ſimilitudinem habemus, & probationem manifeſtam in naturalibus. Deus enim ſolus effectiuè dat uitam corpori humano, ſine ullo medio coefficiente, ſed non ſine medio formali: ſolus nanque efficit animam rationalem qua uiuit corpus humanum, ſed anima ipſa medium formale eſt, quod producendo in corpore Deus, uiuificat corpus. Sic eſt in propoſito. Quando Deus iuſtificat animam, ipſam de non uiua facit uiuam, quātum ad uitam ſpiritalem: ſicut de filio prodigo ad patrem reuerſo legimus. Hic filius meus

D

Luca. 15.

E meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt. Ergo ſicut Deus non uiuificat corpus niſi producendo uel creando in illo animam, ſic non uiuificat animam niſi producendo uel creando in anima aliquid, quod ſit in anima quaſi anima animæ, qua uiuat anima. Rebus ſuo ordine currentibus, ſicut nunc naturaliter currunt, in ordine naturali & ſecundum legem datam, generaliter dicimus & uerum eſt, nec poteſt eſſe falſum, Nullum nomen de nouo ex tempore poteſt conuenire Deo, niſi propter aliquam mutationem factam in creatura. Quando autem Deus optimus iuſtificat aliquam animam, tunc ei de nouo ex tempore conuenit aliquod nomen quod antea ei non conueniebat: dicitur enim tunc actualis iuſtificator eius animæ, qui antea ſic non dicebatur. Tunc igitur aliqua mutatio fit in ipſa anima. Non fit autem tunc mutatio in naturalibus animæ, quia naturalia eius ſemper eadem ſunt, & ſemper integra, ſiue ipſa iniuſta ſit, ſiue iuſta: quamobrē certè conſequitur, quòd fiat mutatio animæ in ſuperadditis ſibi. Quia autem in hac ratio-

Lib. 3. Part. præſentis ne non parua, laborans, poteſt fugere ad lapſum temporis, de quo infra non nulla ſuo loco dicuntur, de ea ulterius non loquemur. Ad aliam transeamus. Eſt Deus in omnibus rebus creatis, quæcunque illæ ſint, per eſſentiam, præſentiam, potentiam: ſimiliter &

F gratia increata quæ eſt ipſemet Deus, in omnibus rebus creatis per eſſentiam, præſentiam, potentiam quoque eſt. Non enim eſt Deus in loco circunſcriptiuè, quia eſt ſpiritus, & corpus aut quantitatiuas dimenſiones non *Ioan. 4.* habens: ſicut legimus, Deus Spiritus eſt: nec eſt Deus in loco definitiuè, uelut angelus: ſed per eſſentiam eſt in omni loco, quem *Hier. 23.* admodum ipſe dicit, Cœlum & terram ego *Pſal. 138.* impleo: & Dauid de illo, Si aſcendero in cœlum, tu illhic es: ſi deſcendero in infernum, des: ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: etenim illhuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et alibi, In omni loco oculi domini con-

Magiſt. ſent. & tota ſchola Chriſtiana, lib. 1. Diſt. 37. templantur bonos & malos. Deus ergo iuxta ſuam infinitam perfectionem in omnibus locis eſt realiter, per eſſentiam, præſentiam, potentiam: eſſentialiter, præſentialiter, potentialiter: neque aliquis locus eſt, nec aliqua creatura in qua ipſe non ſit, iſtis tribus modis eſſendi. Vel ſi aliquis locus eſt, in quo Deus non eſt per eſſentiam, aut in illo poteſt eſſe, aut non? Si non; ergo imperfectio eſt Dei; quia imperfectio Dei eſt, quod aliquis locus ſit, in quo Deus eſſe non poſſit. Si ſic, ergo imperfectio Dei; quia imperfectio Dei eſt, quòd in aliquo loco antiquo ipſe de nouo ſecundum eſſentiam eſſe ualeat: poſſet enim tunc mutari ad illū locum, quod in Deo G

eſſet imperfectio. Ego Deus, inquit, & non mutor: nec per generationem, nec per alterationem, nec per augmentū aut decrementum, nec ſecundum locum, nec ſecundum aliam quamuis acquiſitionem rei alicuius, diſtrahentem, aut perficientem; denique, nullo modo. Ergo Deus in omnibus locis eſt per eſſentiam, nec aliquis locus dari poteſt, in quo Deus per eſſentiam non ſit. Si autem in omnibus locis eſt per eſſentiam, eſt quoque in omnibus per præſentiam, & per potentiā: etenim ubicunque eſt, eſt omniſcius, ſimul & omnipotens: omnia habet in ſuo proſpectu intuitiuo, omnia intuitiuè cognoſcendo intuitiuè cognoſcibilia: omniaq; habet in ſua potentia, omnibus dando eſſe, omnia ſuſtentando, & conſeruando, & prouidendo, & gubernando unumquodque in ſuo gradu. Eſt igitur Deus, ut ſuppoſuimus, in omnibus rebus, non uiuentibus, uiuentibus, uegetatiuis, ſenſitiuis, ſecundum locum motiuis, intellectiuis, bonis, & malis, per eſſentiam, præſentiam, potentiam: pariter & gratia Dei increata, quia ipſa realiter eſt ipſe Deus: quicquid enim eſt in ipſo, eſt ipſe: alias haberet ipſe aliquam compoſitionem, quod diuinæ perfectioni repugnat. At profectò iſtis omnibus in ueritate ſtantibus, quia ſunt citra errorem uera, ſicut citra dubiū uera ſunt omnia diuini- H

tus reuelata, dicitur nihilominus Deus eſſe in Spiritibus & animabus ſanctis excellentius quàm in rebus aliis, diciturq; habitare animas ſanctas, & fugere animas iniquas ſeu impias: dicitur Deus ſtare ad oſtium, & pulſare, *Apoc. 3.* ingreſſurus ſi ſibi apperiatur: dicuntur boni eſſe cum Deo, & dicuntur mali non eſſe cum Deo, ſed in regione longinqua: in gratia Dei dicuntur eſſe boni, in gratia Dei negantur eſſe mali. Vnde ergo eſt hæc differentia, cùm Deus & gratia increata ſit in omnibus rebus, bonis, & malis, per eſſentiam, præſentiam, potentiam? Quidem non aliunde, niſi quia Deus alio modo eſt in bonis, quo non eſt in malis: ob quem modum in bonis eſſe dicitur, & in malis eſſe negatur. Modus autem iſte eſſendi in bonis, cum nō ſit æternus, nec fixus, ſed temporalis, & uariabilis: quia Deus ſecundum hunc modum eſſendi particularem, aliquando de nouo eſt in quibus antea non erat, ut quando qui mali erant, boni fiunt: & aliquando de nouo non eſt in quibus erat antea, ut dum aliqui ex bonis fiunt mali. Modus, in quam, iſte eſſendi, cùm talis ſit, temporalis & uariabilis, non conuenit Deo niſi per rem aliquam temporalem & uariabilem, quæ ſit in ipſa creatura. Illam rem, quæcunque

que illa ſit, nos appellamus gratiam gratum facientem: quam cum Deus dat homini, dicitur habitare hominem per gratiam, tanquam templum ſuum ſanctum Spiritale. De hac ratione grauiſsima multa tradunt Doctores catholici in ſuis ſententiis, quæ in ſcholis non ſine fructu & explicari, & diſputando, ediſſeri ſolent: A quibus qui uoluerint, ampliora petere poterunt. Secundum hoc Alexander de Ales optimè dixit, Cum ergo dicitur Deus in anima ſancta, aut ponitur aliquid aliud à diuina eſſentia in anima ſancta, qua Deus eſt in ea, quod non ponitur in omni re: aut non. Si non, ergo ſicut Deus non in habitat in omni re quamuis ſit eſſentialiter in omni re, ita nec in anima ſancta, quod eſt inconueniens. Ergo ponitur aliquid qnod eſt aliud à diuina eſſentia in anima ſancta, quo in habitat in ea. Sed cùm Deus in habitet in ea per gratiam, ergo illud eſt gratia; ſed illa gratia eſt aliud à diuina eſſentia, ergo eſt creata. Hæc ille. Idẽ ſtatim, Item gratia increata eſt in nobis, & facit nos gratos Deo: aut hoc quod dico, Gratos Deo, ponit in nobis aliam diſpoſitionem ab increata qua ſumus Deo grati, aut non. Si non ponit aliam diſpoſitionem in nobis à gratia increata, ergo in nobis non differt gratus & n on gratus, quia increata gratia eſt in anima in grata per eſſentiam, & præſentiam, & potentiam: & ſimiliter in anima grata, ſecundum quod dicitur Deus eſſe ubique præſentialiter, potentialiter, & eſſentialiter. Sed illud eſt inconueniens quòd non differant gratus & ingratus: ergo hoc quod dico, gratum Deo, ponit aliquam diſpoſitionem in nobis aliam à gratia increata, qua diſpoſitione dicimur grati Deo: ſed illa eſt nobis gratis data, & faciens gratum, ergo eſt gratia creata. Hæc ille. Optimè quidem deduxit, & demonſtrauit propoſitum: Fatetur enim omnis intellectus Chriſtianus, quòd homo gratus Deo & iuſtus à peccatis, uerè & realiter habeat in ſe aliquam diſpoſitionem tenentem ſe ex parte eius ſubiectiuè, qua differt à quocunque alio homine non grato, nec iuſto, iinmo etiam qua differt à ſeipſo quando erat ingratus, & iniuſtus. Quando Deus iuſtificat animam, facit illam utique de turpi ac deformi pulchrã ac formoſam: de anima iniuſta legimus, Quã uilis facta es, & multa ſimilia. de anima uerò iuſta, Tota pulchra es amica mea. Pulchra es & decora filia Hieruſalem. Fortitudo & decor indumentum eius, biſſus & purpura ueſtis illius: & multa alia. Non uidetur autem quomodo anima uerè & realiter fiat de turpi ac deformi, pulchra ac formoſa, niſi aliquid accipiat in ſe, quo decoretur: nihil enim decoratur, re quam non habet in ſeipſo: ſicut nihil fit album aut calidum, albedine aut calore non inhærente ſibi. Si ſapienter agimus, de ſpiritalibus & gratuitis, ſecundum proportionem ad corporalia & naturalia loqui debemus. Deus autem quando aliquam animam de non iuſta facit iuſtam, eo ipſo facit illam de non ſana ſanam, & de tenebra lucem: ſic enim ſcriptum eſt, Mihi indignamini, qui totum hominem ſanum feci in Sabbato. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quid ergo? Sicut in corporalibus & naturalibus, non fit aliquid de non ſano ſanum, aut de tenebra ſeu tenebroſo, lux ſeu lucidum, niſi per ſanitatem aut lucem ſibi aduenientem & inhærentem: ita in ſpiritalibus & gratuitis dicendum eſt fore. Sanatur autem & illuminatur anima, dum iuſtificatur: ideo profectò in ipſa iuſtificatione ſanitatem quandam, & quandam lucem ſpiritalem ſibi inhærentem acquirit. Colligamus ſi poſſumus omnes, uel plures, uel præcipuos ac potiſsimos effectus, quos Deus Omnipotens facit in anima, quando illam iuſtificat. Diuinas ſcripturas de hac re conſulamus. Quando Deus animam iuſtificat, non fictè, nec falsè, ſed uerè, omnino dicitur animam uiuificare, animam ſanare, animam illuminare, animam reformare, animam mundare, animam ſibi aſſimilare, animam ſibi unire, animam in filiã adoptare, animam ſtabilire, animam acceptabilem ſibi reddere, affectum animæ ſurſum ducere & eleuare, ſaltem quantum ad habitum. Manifeſtè agit de his, diuina ſcriptura. Mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuẽtus eſt. Totum hominem ſanum feci in Sabbato. Sana me domine, & ſanabor. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Surge qui dormis & exurge amor tuis, & illuminabit te Chriſtus. Tota pulchra es amica mea. Fortitudo & decor indumentum eius. Lauamini, mundi eſtote. Ab omnibus inquinamentis ueſtris mundabo uos, Effundam ſuper uos aquam mundam, & mundabimini. Optimum eſt enim, gratia ſtabile cor. Vt adoptionem filiorum reciperenius. Non enim accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum. Et talia penè infinita. Omnes ergo hos effectus facit Deus ſolus effectiuè, in anima, quando animam iuſtificat, hoc eſt, quando animam de non iuſta reddit iuſtam: Solus, in quam, effectiuè, id eſt, ſine medio coefficiente: ſicut ſolus ſine medio coefficiente, peccata noſtra nobis condonat. An autem iuſtificando animam, omnes iſtos effectus facit Deus ſolus in anima, nihil reale poſitiuum creatum in anima producendo? Ab ſit. Horret hoc cogitare Chriſtianus animus. Sicut

Margin notes: *Lib. 1. Diſt. 37. Part. 3. Quæ. 69. Memb. 2 Art. 2.* B *Hier. 2. Thr. 1.* C *Ioan. 7. Epheſ. 5.* D *Luca. 15. Ioan. 7. Pſal. Epheſ. 5. Eſa. 1. Ezec. Hebr. 13. Gal. 4. Rom. 8.*

E Deus illuminat aerem, dando aeri lucem corporalem: ſic illuminat animam, dando animæ lucem ſpiritalem: excludit corporales tenebras producendo lucem, excludit peccata, tenebras ſpiritales, producendo gratiam. Per hos mirabiles effectus quos facit Deus in anima, quando animam iuſtificat, nouimus euidentur qualis eſt tranſitus animæ, quando de non iuſta fit iuſta. Tranſit enim tunc anima de morte ad uitam, de infirmitate ad ſanitatem, de tenebris ad lucem, de fœditate ad pulchritudinem, de immunditia ad munditiam de inimicitia ad adoptionem, de fragilitate ad fortitudinem, & cætera id genus. Vnde ipſa iuſtificatio animæ, eſt quidã tranſitus eius, quo tranſit de non uiua ad uiuã, de non ſana ad ſanam, de non lucida ad lucidam, de non formoſa ad formoſam, de non munda ad mundam, de non ſimili Deo ad ſimilem Deo, de non unita Deo ad unitam Deo, de non filia adoptiua ad filiam adoptiuam, de non ſtabilita ad ſtabilitam. Vnus tranſitus eſt iuſtificatio animæ, ſed omnia hæc nomina habet, quibus uidetur multiplex, propter ſuam ipſius excellentiam. Qualis autem eſt, quæſo, natura huius tranſitus, uel quod idem eſt, qualis eſt hic tranſitus ex natura ſua? Profectò eſt tranſitus de contradictorio in cõtradictoriũ: immo etiã, quod magis eſt, eſt tranſitus de contradictorio negatiuo ad contradictorium af-

F firmatiuum: qualem tranſitum ſignificamus quando dicimus, hominem factum eſſe de nõ uiuo uiuum, aut de non ſano ſanum, aut de nõ calido calidum, aut de non frigido frigidum, & ſimilia. Ita enim dicimus quando anima iuſtificatur, animam fieri de nõ iuſta inſtam, de non uiua uiuam, de non ſana ſanam, de nõ pulchra pulchram, de non munda mundam, de non formoſa formoſam, de nõ ſimili ſimilem, de non filia filiam. Profectò igitur, in iſto trãſitu aliquid reale poſitiuum ſibi inhærens acquirit anima, quod antea non habebat. Sicut enim non eſt tranſitus de contradictorio affirmatiuo ad contradictoriũ negatiuum, niſi perdita aliqua re quæ antea erat: ita nõ fit trãſitus de contradictorio negatiuo ad contradictorium affirmatiuum, niſi aliqua res acquiratur de nouo. Si aliquid de albo fit non album, neceſſe eſt ut albedinem perdat: & ſi aliquid de non albo fit album, neceſſe eſt ut albedinem acquirat. Sic ergo cùm anima de iuſta fit non iuſta, aliquid perdit: & cùm anima de non iuſta fit iuſta, aliquid de nono acqnirit.

Quid eſt illud aliquid? Nun quid eſt aliquid extrinſecum animæ, animæ non inherens? Non poteſt illud dici. Quando enim anima de non iuſta fit iuſta, eo ipſo fit de non uiua, uiua; de non ſana, ſana; de non pul-

G chra, pulchra: de non formoſa, formoſa: de nõ ſimili ſimilis; de non munda, munda: de non filia, filia: ut ſatis dictum eſt, & conſtat per diuinas ſcripturas manifeſtas. Non fit autẽ aliquid de non uiuo uiuum, niſi per inhærentem formam: nec de non ſano ſanum, niſi per inhærentem ſanitatem: nec de non pulchro pulchrum, niſi per inhærentem pulchritudinem, nec de non ſimili ſimile, niſi per inhærentem qualitatem: nec de non filio filius, niſi per filiationem cuius fundamentum habet. Ergo quod anima de nouo acquirit, quãdo de non iuſta fit iuſta, intrinſecum eſt animæ animæq; ipſi hæret. Quicquid autem illnd ſit, illnd nos appellamus gratiam gratum facientem: illud eſt maximum donum Dei quod in hoc ſæculo ſecundum legem datam habere ualemus, & quoddam gloriæ ſeminarium. Optimè dixit Auguſtinus in De Trinitate, de rationẽ ſeu intellectu noſtro humano agens, Hæc eſt imago in qua homines ſunt creati, qua cæteris animalibus præſunt, quæ creatura ĩ rebus creatis excellentiſſima, cùm à Deo iuſtificatur, à deformi forma in formoſam mutatur formam. Hæc ille. Gratia igitur gratum faciẽs utranque gratiam ſignificat, tum increatam, tum creatam: ſignificat enim illud donũ Dei cratum, quod Deus in anima producit, dum animam iuſtificat: & connotat diuinam acce-

Auguſt. lib. 15. cap. 8.

H ptationem, qua Deus formaliter illam animam ad gloriam acceptat, cui illud donũ creatum præſtat. Sic omnes catholici tractatores de gratia gratum faciẽte determinãt ĩ ſuis ſentẽtiis, Alexãder de Ales in ſuis partibus & ſanctus Thomas in quæſtionibus diſputatis De Veritate. quibus locis cuncti in iſta ueritate, tanquam in ueritate manifeſtiſſima conueniunt, quam hactenus poſuimus, & de qua modo ſatis. Gratiæ gratum facientis eſt recreare animã, gratiæ eſt reformare, gratiæ eſt uiuificare, gratiæ eſt illuminare, gratiæ eſt aſſimilare, gratiæ eſt unire, gratiæ eſt ſtabilire, gratiæ eſt acceptum facere, gratiæ eſt ſurſum leuare. Hos effectus ſeu actus quidam olim comparauerunt gratiæ, ſicut principio effectiuo: quia autem Deus Optimus ſe ſolo ſufficit per ſuam gratiam increatam ad hos actus ſeu effectus perficiẽdos in rationali creatura, & ii actus ſoli Deo conueniunt pro ſua dignitate, ſoliq; Deo ſunt poſſibiles pro ſua eorum difficultate: ideo dixerunt quòd donum creatum ponere ad hos effectus perficiendos ĩ homine, eſt ſuperflnum, indecens, & impoſſibile. Quidam uerò etiam ab antiquiſsimis tẽporibus, effectus prædictos comparauerunt gratiæ gratum facienti ſicut formæ, quia neceſſarium eſt quòd uiuificatio & reformatio ab aliquo ſit, ſicut ab informante: & quoniã

Lib. 2. Diſt. 17. li. 2. diſt. 26. 27. Part. 3. Qua. 69. Memb. 2 Art. 2. Qua. 27. Art. 1. S. Tho. etiam alibi.

nec

G

nec eſt poſſibile nec decens Deum eſſe formã perfectiuam alicuius creaturæ, ideo præter donum increatum quod comparatur his actibus tanquam principium effectiuum, conueniens eſt & oportunum, ponere donũ creatum per quod anima informetur.

Sanct. Bonauẽ. Lib. 2. Diſt. 26. Quæſ. 2.

Has duas differentes ſententias antiquorum olim ſuo tempore retulit Sanctus Bonauentura in ſuis ſententiis, qui ſtatim poſt earum recitationẽ ita dixit, Hanc autem poſitionem præferendã credo priori, tum quia ſecurior, tum quia etiam rationabilior. Securior nãque eſt, quia conſonat communitati magiſtrorum, & uerbis expoſitorum, & pietati ſanctorũ. Doctores enim Pariſienſes cõmuniter hoc ſentiunt, & ſenſerunt ab antiquis diebus. Verba etiam expoſitorum hoc prætendunt, qui gratiam in ſacramentis dari & uſu uirtutis augeri dicunt. Piæ etiam mentes & humiles huic poſitioni conſentiunt pro eo quod, & ſi donum gratiæ non poſſit ita percipi à quocunque, uiros tamen ſanctitate præclaros aliquando non latet diuinæ bonitatis ĩfluentia, quam intra ſemet ipſos potius experiendo quàm ratiocinando cognoſcunt. Hoc etiam piarum mentium eſt, ut nihil ſibi tribuant, ſed totũ gratiæ Dei. Vnde quantumcunque aliquis det gratiæ Dei à pietate non recedit: etiam ſi multa tribuendo gratiæ Dei, aliquid ſubtrahat poteſtati naturæ uel liberi arbitrii.

B

Cùm uero aliquid gratiæ ſubtrahitur, & naturæ tribuitur quod eſt gratiæ, ibi poteſt periculũ interuenire: & propterea cùm iſta poſitio quæ ponit gratiã creatã & ĩcreatam, plus gratiæ Dei tribuat quàm alia, uel maiorem ponat in natura noſtra indigentiam, hinc eſt quòd pietati & humilitati magis eſt cõſona, & propterea eſt magis ſecura. Eſto enim quòd eſſet falſa, quia tamẽ à pietate & humilitate non declinat, tenere ipſam non eſt niſi bonum & tutum. Præferenda eſt igitur hæc opinio priori, pro eo quod eſt ſecurior, & magis recedit ab errore Pelagii. Quis enim negare ſecurè audeat, in noſtra gratificatione aliquod donum creatum nobis à Deo conferri? Timere enim debet unuſquiſque ne forte negando donum gratiæ creatæ, efficiatur aduerſarius increatæ. Præferẽda eſt etiam quia rationabilior. Sicut .n. in opponẽdo oſtẽſum eſt, Rationabiliter tales effectus & actus non poſſunt cogitari in nobis eſſe, quin ſint ab aliquo ſicut efficiente, ab aliquo ſicut informante. Quomodo enim actus uerus reformationis & uiuificationis erit in anima, niſi ſit aliqua forma complens, à qua anima informetur? Et ideo ſecundum hanc poſitionẽ comparatur ipſa gratia creata influentiæ luminis, & principium eius comparatur Soli. Vnde & ſcriptura uocat Deum ſiue Chriſtum Solem iuſtitiæ, quia ſicut ab hoc ſole materiali defluit lumen corporale in aerem, per quod aer formaliter illuminatur: ſic à Sole ſpirituali qui Deus eſt, defluit lumẽ ſpirituale in animam, à quo anima formaliter illuminatur, & reformatur, & gratificatur, & uiuificatur.

C

Vnde inter omnia corporalia maximè aſſimilatur gratiæ Dei, luminis influentia. Sicut enĩ eſt quædam influentia, quæ aſſimilat corpora ipſum ſuſcipientia, ipſi fonti luminis quantum ad proprietatem: ſic gratia quæ eſt ſpiritualis influentia, quæ mentes rationales fonti lucis aſſimilat & conformat. Hæc autem influentia recta dicitur gratia, tum quia datur ex mera libertate, nulla naturæ cogente neceſſitate: (Non enim oritur ex principiis ſubiecti, nec à Deo exit de neceſſitate; ſed ſua mera benignitate) Tum etiam quia gratum facit: Dum enim hominem Deo conformat & aſſimilat, reddit ipſum Deo amicum, & facit Deo eſſe placitum, & acceptum. Tum etiam quia facit hominem gratis facere ea quæ facit. Affectus enim hominis recuruus eſt, & mercenarius quantum eſt de ſe. Vnde quod facit, intendendo proprium commodum facit: ſed cùm diuina gratia ſuperuenit, ſic hominem totum gratum facit, ut ſiue ad utilitatem proximi, ſiue ad honorem Dei uelit totum gratis impendere. Et ſic patet quòd talis influentia, ualde rationabiliter gratia nuncupatur.

D

Hæc Sanctus Bonauentura. Placent hæc omnia huius Doctoris ſancti, quia profectò uera ſunt: quamobrem uolumus illa, accipimus, & commendamus in Domino: nec ullus nũc è Doctorib. eſt ĩ tota ſchola Chriſtiana qui nõ ita ſapiat. In libris ſententiarum ipſorum, poteſt uideri facillimè hæc communis omnium determinatio ueriſſima.

Lib. 1. Diſt. 17. Lib. 2. Diſt. 26.

Quæſtio eſt de gratia gratum faciente & charitate creata, an realiter ſint inter ſe diſtincta, & multi Doctorum tuentur partem affirmatiuã, multiq; negatiuam: ſed quòd gratia gratum faciens ponat in anima aliquod Dei donum diſtinctũ realiter à Deo, & ab ipſa anima, iam nullus dubitat.

Ibidem.

Dionyſius Carthuſian. Propoſ. 142. 10. 1. operum minorũ. Ibidem. Propoſ. 143.

Secundũ hanc ueritatem Dionyſius à Rickel Carthuſianus in ſua Elemẽtatione Theologica poſt quàm declarauit gratiã ĩ ſcripturis & dictis ſanctorũ uariis modis accipi, de gratia gratum faciente ita conſtanter determinauit, Gratia gratum faciens, eſt qualitas ac habitus ſupernaturalis, eſſentiam intellectualis creaturæ perficiens, atque in eſſe quodam ſupernaturali Deiformi, accepto ipſi Deo, & ad promerendum uitam æternam idoneo, eam conſtituens. Quod eſt, Nam ſicut in naturalibus, res primò per formam ſuam ſubſtantialem ponitur in eſſe ſpecifico, per eam quoque efficitur ad operationes ſuas ſibi con-

E naturales apta & efficax: ita rationalis, intellectualisq́. creatura per gratiam gratum facientem, in eſſentia ſua perficitur, ſpirituale ac deiforme eſſe ſortitur, per quod diuino & increato eſſe ſupernaturaliter conformatur, ac placita redditur, atque ad meritoriè operandum fit apta & potens. Nam eſſe, eſt ante agere. Denique iuxta hanc conſiderationē ſubiectum immediatum ac proprium gratiæ gratum facientis, eſt ipſa rationalis creaturæ eſſentia, & manet in patria. Hæc ille. Omnes alii Doctores ſimili modo eandem prædicant ueritatem, & ſine controuerſia dicunt, gratiam gratum facientem ponere in anima aliquod donum creatum Dei Optimi, quod in anima exiſtens tanquam forma quædam accidentalis, dat formaliter ipſi animæ eſſe quoddam ſupra omne eſſe quod anima habet aut habere poteſt ex natura ſua, ſeu per ſua naturalia: Eleuat enim formaliter animam ſupra ſeipſam quodam modo, & facit formaliter animam eſſe pulchram, uel pulchriorem: eſt illi adiutrix ad bene operandum, & eſt illi bene operanti ratio merendi. Eandem etiam ueritatem tenent omnes Doctores catholici, qui omnes conſtanter aſſerunt in iuſtificatione peccatoris duo eſſe ex parte Dei, ex quibus conſtat ipſa peccatoris iuſtificatio: alterum gratiæ infuſionem, alterum peccatorum remiſsionem. Nec de hoc eſt modo aliqua diffe-

F rentia inter eos qui ſe confitentur Chriſtianos eſſe, niſi quòd quidam perperam intelligentes, & grauiſsime errantes, putant & prædicant iuſtificationem hominis totam conſiſtere in ſola peccatorum remiſsione, gratiæ autem infuſionem pertinere ad noſtram inchoatam renouationem, nouitatem, & ſanctificationem, quam confitentur neceſſariò ſequi & ſemper concomitari peccatorum remiſsionem. Contra quem illorum errorem infra ſuo loco dicuntur multa ex diuinis ſcripturis & ſanctis Doctoribus, quibus oſtenditur manifeſtè iuſtificationem peccatorum utrunque continere. ſ. infuſionem gratiæ ac remiſsionem peccati, & ex his duobus conſtare: ſicut unus motus ſimplex conſtat ex duabus mutationibus, quis quis ille eſt, à contrario in contrarium. Bene quæſiuit Auguſtinus ſuper Ioannem, Quid eſt, Qui iuſtificat impium? Et bene quoque reſpondit, Ex impio facit pium. Ecce Deus iuſtificat impium, faciendo ipſum de impio pium. Modum autem quo Deus hoc facit, declarat Auguſtinus in multis locis. In De peccatorum meritis & remiſsione ait, Nempe legimus iuſtificari in Chriſto qui credunt in eum, propter occultam communicationem & inſpirationem gratiæ ſpiritalis, qua quisquis hæret domino unus Spiritus eſt, quamuis eum & imitentur ſancti eius. Hæc ille. Ecce iuſtificantur homines in Chriſto, propter occultam communicationem & inſpirationem ſpiritalis gratiæ.

Part. præſenti. lib. 3. c. 3. 4. & inde per totū.

Ioan. 1. Tract. 3.

Lib. 1. cap. 10. tom. 7.

G Idem auctor circa illud, Et in tua iuſtitia erue me, & exime me. dicit ad propoſitum manifeſtè, Eſt enim iuſtitia Dei, quæ & noſtra fit, cum donatur nobis, Ideo antem Dei iuſtitia dicitur, ne homo ſe putet à ſeipſo habere iuſtitiam. Sic enim dicit Apoſtolus Paulus, Credenti in eum qui iuſtificat impium. Quid eſt, Credenti in eum qui iuſtificat impium? Qui ex impio facit iuſtum. Hæc ille. Ecce & hic aſſerit quòd iuſtitia Dei fit noſtra, cùm nobis donatur: & quòd Deus ita iuſtificat homines, donando ſuam ipſius Dei iuſtitiam. Sed de iſta ueritate catholica & notiſsima, ut iam diximus, infra ſuo loco dicuntur multa. Euidenter ſatis dicit Auguſtinus in De peccatorū meritis & remiſsione. Sicut ergo ille in quo omnes uiuificabuntur, præter quàm quòd ſe ad iuſtitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam ſui Spiritus occultiſsimā fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis: Sic & ille in quo omnes moriuntur, præter quàm quòd, eis qui præceptum Domini uolūtate tranſgrediuntur, imitationis exemplum eſt, occulta etiam tabe carnalis concupiſcentiæ ſuæ tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe uenientes. Hæc ille. Qui ſæpiſsimè & in locis penè infinitis docet iuſtificari hominem à H Deo utique per participationem iuſtitiæ Dei quam ei donat ipſe Deus: & non ſolùm per imitationem, nec ſolùm per imputationem; Omnino ſicut uiuit homo non ſolùm per imitationem aut imputationem uitæ, ſed quidem per uitæ participationem. Cōmunicatio iuſtitiæ infuſiua eſt ſine dubio, dum Deus iuſtificat hominem: & non ſola imitatio, nec ſola imputatio. Sicut dum Deus hominem facit ſapientem, ei communicat ſapientiam: Sic dum Deus hominem facit iuſtum, ei communicat iuſtitiam. Optimè dicit ſanctus Thomas, Iuſtificatio paſsiuè accepta importat motum ad iuſtitiam, ſicut & calefactio motum ad calorem. Cum autem iuſtitia de ſui ratione importet quandam rectitudinem ordinis, dupliciter accipi poteſt. Vno modo ſecundum quod importat ordinem rectum in ipſo actu hominis, & ſecundum hoc iuſtitia ponitur uirtus quædam: ſiue ſit particularis iuſtitia quæ ordinat actum hominis ſecundum rectitudinem in comparatione ad alium ſingularem hominem: ſiue ſit iuſtitia legalis, quæ ordinat ſecundum rectitudinem actum hominis in comparatione ad bonum commune multitudinis, ut patet in quinto Ethi. Alio modo dicitur iuſtitia pro ut importat rectitu-

Pſal. 30. Conc. 1. tom. 8.

Rom. 4.

Par. præſenti. Lib. 3. Lib. 1. cap. 9. tom. 7.

Prim. 2. Quæ. 113 Art. 1.

A ctitudinem quandam ordinis in ipſa interiori diſpoſitione hominis, pro ut ſcilicet ſupremum hominis ſubditur Deo, & interiores uires animæ ſubduntur ſupremæ, ſcilicet rationi. Et hanc etiam diſpoſitionem uocat Philoſophus in quinto Ethic. Iuſtitiam metaphoricè dictam. Hæc autem iuſtitia in homine poteſt fieri dupliciter, Vno quidem modo per modum ſimplicis generationis, quæ eſt ex priuatione ad formam: & hoc modo iuſtificatio poſſet competere etiam ei qui non eſſet in peccato, dum huiuſmodi iuſtitiam à Deo acciperet, ſicut Adam dicitur accepiſſe originalem iuſtitiam. Alio modo poteſt fieri huiuſmodi iuſtitia in homine ſecundum rationem motus qui eſt de contrario in contrarium; & ſecundum hoc iuſtificatio importat tranſmutationem quandam de ſtatu iniuſtitiæ ad ſtatum iuſtitiæ prædictæ. Et hoc modo loquimur hic de iuſtificatione impii, ſecundum illud Apoſtoli, Ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium &c. Et quia motus de nominatur magis à termino ad quem, quàm à termino à quo, ideo huiuſmodi tranſmutatio qua aliquis tranſmutatur à ſtatu iniuſtitiæ per remiſsionem peccati, ſortitur nomen à termino ad quem, & uocatur iuſtificatio impii. Hæc ille. Qui ſtatim in ſequentibus probat ſatis bene & clarè, non poſſe intelligi remiſsionem culpæ, ſine infuſione

ad Ro. 4.

B gratiæ, quod utique uerum eſt ſecundum legem datam, & de potentia ordinata, qua intelligimus ſecundum datam nobis legem. Sic enim quoque optimè procedit in ſua probatione. Homo peccando, Deum offendit, ſicut ex ſupradictis patet. Offenſa autem non remittitur alicui, niſi per hoc, quòd animus offenſi pacatur offendenti. Et ideo ſecundum hoc, peccatum nobis remitti dicitur, quòd Deus nobis pacatur. Quæ quidem pax conſiſtit in dilectione, qua Deus diligit nos. Dilectio autem Dei quantum eſt ex parte actus diuini, eſt æterna & immutabilis, ſed quantum eſt ad effectum qui nobis imprimitur, quandoque interrumpitur, prout ſcilicet ab ipſo quandoque deficimus, & quandoque iterum recuperamus. Effectus autem diuinæ dilectionis in nobis qui per peccatum tollitur, eſt gratia qua homo fit dignus uita æterna, à qua peccatum mortale excludit. Et ideo non poſſet intelligi remiſsio culpæ, ſi non adeſſet infuſio gratiæ. Hæc ille. Secundum hanc doctrinam ueriſsimam determinat, iuſtificari nos homines formaliter per gratiam quandam Dei creatam, quam poſſumus acquirere ac perdere: iuxta quem ſenſum intelligit illud Apoſtoli, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. non ſolùm de gratia in-

Vbi ſupra. Art. 2.

creata, ſed & de increata & de creata. Et cùm multa ponat in eodem ſuo opere quæ requiruntur ad iuſtificationem impii, determinat tandem remiſsionem peccatorum, debere numerari inter ea quæ ad impii iuſtificationem requiruntur: ut pote quod in enumeratione eorum quæ requiruntur ad rem, non debet prætermitti finis qui eſt potiſsimum in unoquoque: quemadmodum remiſsio peccatorum eſt finis in iuſtificatione impii, ſicut legimus, Iſte eſt omnis fructus, ut auferatur peccatum. Enumerat ibi quatuor quæ requiruntur ad iuſtificationem impii, gratiæ infuſionem, motum liberi arbitrii in Deum per fidem, motum liberi arbitrii in peccatum per odium, & remiſsionem culpæ: ſemper docens iuſtificationẽ impii eſſe motũ quendam realem hominis ad iuſtitiam, ſeu ad gratiam gratum facientẽ, atque importare duas mutationes, Alteram, à non eſſe gratiæ, ad eſſe gratiæ, quæ eſt gratiæ infuſio ſeu receptio: Alteram ab eſſe peccati ad non eſſe peccati, quæ eſt peccatorum remiſsio ſeu expulſio. De quibus duabus mutationibus in iuſtificatione impii nulla eſt differentia, niſi quòd quæſtio eſt apud Doctores catholicos, Quæ'nam illarum dicenda ſit prior natura, cũ tamen ſine dubio ſint ſimul tempore? Et, An

C

Vbi ſupra. Art. 6.

Eſa. 27.

D de potentia Dei abſoluta poſsint ita ſeparari, ut ſit remiſsio culpæ, ſine infuſione aut donatione creatæ gratiæ? Quas duas quæſtiones, grauiſsimas nunc tractare non eſt conſilium, ut eas poſtea ſuis locis diſcutiamus, deq; ipſis ſtatuamus conuenientius. Nunc enim de iuſtificatione impii agimus, oſtendentes illam re uera, eſſe motum quendam realem ab iniuſtitia ad iuſtitiam, ſine dubio acquiſitiuum iuſtitiæ: id eſt, gratiæ gratum facientis creatæ, quæ in eo dicitur iuſtitia, pro ut importat rectitudinem quandam ordinis in ipſa hominis interiori diſpoſitione, qua ſupremum hominis ſubditur Deo, & interiores ſeu inferiores uires animæ ſubduntur ſupremæ, uidelicet rationi. Eandem doctrinam de iuſtificatione impii, tenuerunt & proſecuti ſunt omnes catholici ſcriptores, tum priores, tum poſteriores ſancto Thoma: præter illos admodum paucos, ignotos, & non audiendos, quos refert & relinquit Sanctus Bonauentura in ſuis ſententiis, ut iam diximus. Sic docuit ut nos docemus de iuſtificatione impii, Guillelmus Altiſsiodorenſis in ſua ſumma. Sic etiam Alexander de Ales in ſuis partibus, eo loco quo de iuſtificatione impii agit, ſatis bene, ſatisque doctiſsimè. Quærit enim, Quid ſit iuſtificatio impii? & determinat ſecundum Anſelmum, quòd iuſtificatio, eſt liberi arbitrii rectitudo. Adducit illud diui

Part. præſenti. Lib. 3. Cap. 1.

S. Tho. Vbi ſupra. Ar. 1.

Guillel. Altiſſiod. lib. 3. tract. 2.

Alexan. Part. 4. quæſt. 70. memb. 1.

E Bernardi, Audit ſe uocari anima, cum timo
re concutitur: ſentit ſe iuſtificari, cùm amo-
re perfunditur. Et ex his uerbis illius Do-
ctoris ſancti, ita concludit, Vocatio fit per
incuſſionem timoris, iuſtificatio per reuela-
tionem diuini conſilii, quæ fit per infuſionem
gratiæ, ſiue amoris. Itaque dicit cum diuo
Bernardo, Iuſtificàtio eſt gratum amoris, ſi-
ue infuſio charitatis: & quod Bernardus ait,
iuſtificationem eſſe, diuini conſilii reuelatio
nem, declarat ipſe multis modis ſatis ſufficien
tibus; ſemper docens conſtanter, iuſtificatio
nem eſſe gratiæ gratum facientis infuſionē,
quæ gratia lux quædam eſt & quidam amor;
unde non ſolùm incendit affectiuam partem
noſtram, ſed etiam illuminat cognitiuam.
Inueſtigat quid dicatur per iuſtificationem,
& gratificationem, per amoris infuſionem,
& per diuini conſilii reuelationem, & quæ
eſt ratio ſic dicendi diuerſimodè? Et reſpon
det, Dicendum, quòd in iuſtificatione re-
paratur anima, & informatur, & efficitur
Deiformis. Ex hac autem informatione &
Deiformitate eſt grata Deo, ſiue accepta, il
luminatur cognitiua, & inflammatur affe-
ctiua, diſponitur & rectificatur operatiua.
Ex prima conſideratione, dicitur gratifica-
tio: ex ſecunda, reuelatio: ex tertia, infuſio
amoris: ex quarta, iuſtificatio. Liberum e-
F nim arbitrium informatur fide informante
Galat. 5. (uide ſi aliàs, operante) per dilectionem:
Vnde in hac informatione concurrunt fides,
charitas, & operatio: Ex relatione ad chari-
tatem, amoris inſuſio: ex relatione ad opus,
dicitur iuſtificatio. Iuſtitia enim animam di-
ſponit ad rectè operandum. Ex his autem eſt
accepta Deo, unde dicitur gratificatio. Vel
hæc informatio poteſt conſiderari ut erat pro
uiſa ab æterno, & dicitur reuelatio diuini con
ſilii: uel ut reddat animam Deo gratam; &
dicitur gratificatio: Vel eſt diſponens & iu-
uans ad rectè operandum, & dicitur iuſtifica
tio: uel eſt ordinans in finem, & dicitur infu
ſio amoris. Hæc ille. Dicit & multa alia ad
idem in ſequentibus, Sed hæc pauca ex illo
modo ſufficiunt. Eadem docent omnes alii
Doctores Theologi ſcholaſtici, ut facilè uide
re eſt apud eos in ſuis partibus, operibus, &
libris ſententiarum, ut etiam conſtabit infe-
rius quando de illa quæſtione ſermo erit, An
Part. præ Deus poſsit remittere culpam non infunden
ſenti. do gratiam? Eademq; docent omnes Docto
lib 3. res Eccleſiaſtici poſitiuæ Theologiæ, catho-
cap. 1. lici & ſancti, ut etiam erit manifeſtum, cum
de iuſtificatione fuerit ſermo abundantior,
quantum ad ea quæ iuſtificatio compre-
hendit.

NVNC enim hoc ſolùm primariò demon
ſtrare intēdimus, quòd gratia gratum faciēs, G
eſt aliquid reale quod Deus ſolus efficit in ani
ma, dum ipſam facit gratam ſibi, dum eam
uiuificat, dum eam in filiam adoptat: quic-
quid ſit de iuſtificatione, de qua tamen ne-
rum eſt quòd uſque modo diximus, ut ma-
gis ſuo loco demonſtrabitur. Non ergo lo-
quamur nunc de iuſtificatione, ſed de gra-
tificatione, ſed & de uiuificatione, qua Deus
animam uiuificat & ſibi facit gratam: ſeu qua
uiuificatur anima, & fit Deo grata: ut loqua
mur de uiuificatione ſeu gratificatione ani-
mæ paſsiua. Etenim & de hac mutatione
animæ procedit etiam hæc noſtra demonſtra
tio inuictiſsima: quia non ſic mutatur ani-
ma de non uiua ad uiuam, aut de non grata
ad gratam, nihil recipiendo. Aliquid ergo
recipit ex ui huius mutationis per ſe, ut con-
ſtat omnibus: illud autem nos appellamus
gratiam gratum facientem, formam quandā
accidentalem ſpiritalemq; animæ ipſius in
qua eſt. Et notum eſt quòd uiuificatio animæ
non eſt ſola remotio uel expulſio peccati,
quaſi ſit ſolùm mutatio remotiua: ſed quo-
que eſt acquiſitio alicuius rei, tanquam uerè
ſit mutatio acquiſitiua. Quomodo poteſt
aliquid uiuificari, niſi accipiendo formam
formaliter uiuificantem? Ipſa autem forma
quæ ex ſuo genere eſt quædam gratia gratis
data nobis à Deo, quia gratis nobis datur ab H
ipſo: ipſa eadem dicitur & eſt gratia gratum
faciens, uidelicet ab effectu, quia animam
eleuat ad eſſe gratum, ad eſſe ad gloriam or-
dinatum. Vnde quidem animam uiuificat,
gratificat, eleuat, & ad regnum ordinat for-
maliter: quia Deus Optimus, animam uiui
ficando, gratificando, eleuando, & ad regnū
ordinando, præſtat ipſi animæ hanc gratiam,
hanc formam, hanc qualitatem. Hæc uoca-
tur arra animæ ī hoc ſæculo, pignus Spiritus,
ſeminarium gloriæ, theſaurum abſconditum
in agro, margarita precioſa, pro qua adipi-
ſcenda, omnia alia debemus exponere, omnia
dare, omnia relinquere: quia per hanc, quic
quid ſit de omnibus aliis, uiuificatur anima,
gratificatur, eleuatur, & ad regnum ordina-
tur, ut dictum eſt: & ſine hac, quicquid ſit de
omnibus aliis, nihil horum habet. Per hanc
habemus quòd in eſſe grato ſumus, ſicut dicit
Apoſtolus, Gratia Dei ſum id quod ſum: & *1. Cor. 15.*
gratia eius in me uacua non fuit, ſed ſemper
in me manet. Atque per hāc habemus quòd
meritoriè operemur aut patiamur, ſicut Apo
ſtolus ait, Abundantius omnibus laboraui *Ibidem.*
ego, non ego, ſed gratia Dei mecum. Et no-
tandum eſt uerbum, In me manet. quia hæc
gratia, re uera, eſt in illis, in quibus eſt: ma-
net enim in illis, eos informat, eis inhæret.
Quam-

A Quamobrem non eſt in hominibus iuſtis ſolùm per imputationem, ſed utique eſt in illis per inhærentiam: ſicut de charitate inquit Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Quo loco, illud uerbum, Diffuſa eſt, ſignificat charitatis datæ nobis non ſolùm imputationem, ſed & diffuſionem, communicationem, participationemq́; realem: quem ſenſum, uerbum ipſum præſefert, atque ita omnes Doctores interpretantur, licet ſolus Magiſter ſententiarum alio modo contra omniũ ſententiam minus bene intelligat: qua in re nullos habet aſſeclas, ut eidem in quibuſdam aliis uſu uenit.

Rom. 5. — *Magiſt. Lib. 1. Diſt. 17.*

IGITVR certum eſt ac certiſsimum apud omnes Chriſtianos eſſe debet, quòd dũ Deus Optimus Maximus animam aliquã uiuificat, ſanat, iuſtificat, de morte ad uitam transfert, ſibi gratam facit, eleuat, ſibi aſsimilat, in filiam adoptat, ſibi unit, dignificat, aliquod donum creatum ei præſtat, quicquid illud ſit quo ipſi animæ realiter inhærente, anima ipſa realiter mutatur in ſeipſa. Quod nam eſt illud donum? Communiſsimo quidem nomine & generico, dicitur gratia creata: communi autem nomine etiam, ſed ſpecifico, dicitur gratia creata gratum faciẽs: Et ut multi Doctores cenſuerunt, hæc eſt charitas creata infuſa. Charitas enim eſt, qua transferimur de morte ad uitam, ſicut dicit Apoſtolus Ioannes; Charitas operit multitudinem peccatorum, ſicut dicit Apoſtolus Petrus: Charitas eſt uinculum perfectionis, ſicut dicit Apoſtolus Paulus: Charitas eſt qua unimur Deo, ſicut dicit Saluator noſter. De omnibus enim hic habemus diuinas uoces in ſcripturis ſanctis. Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Ante omnia autem, mutuam in uobis metipſis charitatem continuam habentes; quia charitas operit multitudinem peccatorum. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod eſt uinculum perfectionis. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Ita & diuus Dionyſius Areopagita, Chriſti glorioſus Martyr, & Pauli Apoſtoli fœlix auditor, charitati ſiue dilectioni tribuit, quòd per illã ſimiles Deo efficimur, eiq́; unimur, atque in ſtatu Deifico ſiue diuino quodammodo conſtituimur: in quo conſtituti, iam poſſumus quæ illius ſtatus ſunt, pati, & agere. Verba eius ſunt in De Eccleſiaſtica Hierarchia, Diximus itaque

Gratia gratũ faciẽs creata, eſt charitas creata ſecundum multos Doctores. — *1. Ioan. 3.* — *1. Petr. 4.* — *Coloſ. 3.* — *Ioan. 14.* — *1. Ioan. 3.* — *1. Petr. 4.* — *Coloſ. 3.* — *Ioan. 14.* — *Dionyſ. Areopagita.* — *Cap. 2. Part. 1.*

rite ac piè (quantum ſentio) noſtram hanc functionem hoc intendere, hoc agere, ut ſimiles Deo pro uiribus efficiamur, ipſiq́ue iungamur. Hoc autem ita demum potiemur, ſi (ut diuinis monemur eloquiis) auguſta Dei mandata diligamus atque operemur. Seruabit enim (inquit) ſermonem meum is qui diligit me, & Pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Quod igitur initium eſt, reuerendiſsima Dei mandata peragendi? Quod animales habitus noſtros ad alia ſuſcipienda ſacrata eloquia, & opera commodiſsimè format, quod nobis ut ad cœleſtia præmia ſubnehamur, uiam ſternit, & ſacratiſsimæ ac penitus diuinæ regenerationis noſtræ traditio. Vt enim dux ille & præceptor noſter eximius ait, Primus animi ad diuina motus, Dei dilectio eſt. Porrò ſacræ dilectionis ad diuina mãdata facienda principalis omnino progreſſus, eſt ſecretiſsima illa & ineffabilis prorſus operatio, qua diuinus in nobis ſtatus efficitur. Si enim diuinus hic ſtatus, diuina natiuitas eſt: nunquam ille aliquid ſciet ex iis quæ à Deo tradita ſunt, neque operabitur, qui neque diuinum hunc ſtatum conſecutus eſt. An uerò nobis quoque ipſis, non dicimus prius eſſe neceſſarium humanæ uitæ ſtatum, ut ſic demum humana poſsimus operari? Quippe quod non eſt, id neque motum ullum, neque ſubſtantiam omnino habet: quod autem quoquo pacto eſt, ea ſolùm & agit & patitur, quæ ſubſtantiæ ſtatusq́; ſui ſunt. Hæc ille. Ecce dilectionem ſiue charitatem dicit eſſe id, quo regeneramur, in eſſe ſeu ſtatu diuino conſtituimur: ſimiles Deo efficimur, Deoque ipſi iungimur. Auguſtinus etiam, ut paulò ante uidimus, in De peccatorum meritis & remiſsione, fatetur Saluatorem noſtrũ dare nobis fidelibus ſui Spiritus occultiſsimam gratiam quam etiam latenter infundit & paruulis, per quam iuſtificamur, & qua quiſquis hæret Deo, unus ſpiritus eſt cum eo. Verùm idem Auguſtinus in De natura & gratia palàm confitetur, quòd una charitate quæ diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, iuſti ſunt quicumque iuſti ſunt. Et in fine eiuſdem libri conſtãter ordinat gradus iuſtitiæ iuſtorum hominum, incipientium, proficientium, prouectorum ac perfectorum, ſecundum gradus charitatis eorum, dicens, Charitas ergo inchoata inchoata iuſtitia eſt; charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt: charitas magna, magna iuſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt. Hæc ille. Et in De moribus Eccleſiæ catholicæ tractans illud uerbum Apoſtoli. Nec mors nec uita poterit nos ſeparare à

C — *Charitate regeneramur, ſimiles Deo efficimur, & ponimur ĩ ſtatu diuino.* — *Ioan. 14.* — *2. Tim. 1* — D — *Auguſt. lib. 1. c. 9. et 10. to. 7* — *Cap. 63. tom. 7.* — *Cap. 70.* — *Rom. 8.*

E re à charitate Dei. dicit expreſsè, Charitas Dei hic dicta eſt uirtus, quæ animi noſtri rectiſsima affectio eſt, quæ coniungit nos Deo, qua eum diligimus. Ecce dicit charitatem eſſe uirtutem, qua Deum diligimus, qua iuſtificamur, qua Deo coniungimur: de qua etiam ubique aſſerit, quòd diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Quibus non obſcurè ſignificat aut ſignificare uidetur, eam gratiam Dei quã gratiam gratum facientem appellamus, & qua homines iuſtificari dicimus, eſſe charitatem: quam ſententiam ita intellectam, multi Doctores ſcholaſtici ſequuntur, ut Scotus, Durandus, & alii. Sicut etiam eandem uidentur ſequi, tum diuus Bernardus, tum & Alexander de Ales iuſta illum. ut apparet ex uerbis eorum, paulò ante allegatis. Sanctus Thomas docet hanc gratiam gratum facientem non eſſe uirtutem aliquam, fidem, ſpem, charitatem, aut quamuis aliam: ſed potius eſſe principium, originem, uel fontem nirtutum theologicarum, neluti lumẽ naturale eſt principium uirtutum moralium. Sed de ſententia ſancti Thomæ in capite ſequenti dicuntur multa, quibus ſatis eius mens & doctrina declarantur: cuius tamẽ ſententia, quã tum modo ſufficit, in eo eſt, quòd ipſe fatetur gratiam iſtam eſſe à charitate diſtinctam, per tinereq; ad eſſentiam animæ & eſſe in illa tan

Cap. 11. Charitas qua Deum diligimus, eſt motus affectio, atque uirtus animi.

Li. 2. ſen. Diſt. 26. & 27.

S. Thom. Prim. 2. quæſ. 110.

F quam in ſubiecto primo. Scotus antem quo ad hoc dicit tria, primum, quòd debeat poni aliquis habitus ſupernaturalis gratificans naturam beatificabilem, quo habens formaliter acceptetur à Deo, & qno actus elicitus eius acceptetur tanquam meritorius. Secundum, quòd iſte habitus perficit potentiam animæ, & determinatam ſcilicet uoluntatem: quia in ordine ad obiectum determinatum talis potentiæ & etiam actum: non autem perficit eſſentiam, quia ipſa ut ſic nullum reſpicit obiectum nec aliquem etiam actum. Tertium, quòd gratia huiuſmodi formaliter eſt uirtus, quæ eſt charitas: quia quæcunque excellentiæ attribuuntur gratiæ, attribuuntur etiam & charitati, & è couerſo. Vtraque enim formaliter æqualiter diuidit inter filios regni & perditionis, ut ait Auguſtinus. Vtraque eſt etiam forma uirtutis, & neutra poteſt eſſe informis. Vtraque etiam coniungit ultimo fini perfecta coniunctione, qualis poteſt eſſe in uia: & ſi poneretur diſtincta, altera ſnperflueret, quia reliqua ſufficeret. Eodem modo ſapit Durandus, qui ita dicit, Dicendum ergo aliter, quòd ſuppoſito quòd gratia ſit aliqnid creatum in anima, oportet quòd gratia ſit idem realiter cum uirtute, non quacunque ſed cum charitate. Idque Durandus probat

Scotus. Lib. 1. diſt. 17. Quæſt. 2.

Lib. 2. diſt. 26. Quæſt. 1.

Lib. 2. diſt. 27. Quæſt. 1.

Auguſt. De ciuit. Dei. li. 15 cap. 18. tom. 5.

Durandus. Lib. 2. diſt. 26. Quæſ. 1.

G dupliciter, Primò, quia quæ differunt per eſſentiam, poſſunt uirtute diuina ſeparari, uel ſaltem prius à poſteriori, niſi forte alterum ſit pura potenia, ut materia prima: ſed gratia & charitas nullo modo ſeparari poſſunt, ita ut ſit alterum ſine altero. Alioquin ſequeretur quòd idem homo ſaluaretur, & non ſaluaretur. Secundò, quia quorum eſt unus & idem actus, non ſolùm concomitatiuè ſed per eſſentiam, illa ſunt unum eſſentialiter & non ſolùm per concomitantiam. Sed gratiæ & charitatis eſt unus & idẽ actus, non ſolùm concomitatiuè ſed per eſſentiam: ergo & cætera. Probat minorem, quia & gratiæ & charitati tribuitur, tum quòd hominem ſaciat Deo gratum, tum qnòd actum hominis faciat meritorium. Addit ad idem quòd charis in Græco, eſt idem quod gratia in Latino: unde & acharis dicitur, quaſi ſine gratia. Hæc ille. Qui paulò poſt conſequenter loquendo, aſſerit quòd gratia non ſit in eſſentia animæ tanquam in ſubiecto, ſed in animæ potentia. Gabriel Biel eodem modo ita dicit, Gratum faciens gratia, ab infuſa charitate eſt realiter indiſtincta. Declarando etiam dicit, Licet idem ſint realiter charitas & gratia, quia eodem habitu quo Spiritus ſanctus in habitat animam, uoluntas inclinatur ad ſnum finem ſuper omnia diligendum: non tamen ſunt ter mini ſynonymi, charitas ſcilicet & gratia.

Ibidem. Quæſ. 2.

Gabriel. Lib. 2. diſt. 26. Quæſ. 1. Art. 2. Concl. 4.

H Quia habitus ille dicitur charitas, quia eo habet uoluntas Deum charum: gratia, quia Deus habet ipſam ſibi gratam & acceptam. Differunt ergo in connotato. Quia charitas connotat Deum in ratione diligibilis: gratia connotat Deum, ut gratum habentem ſiue acceptantem, & ita, ut diligentem. Subſtractiuè uerò idem ſignificant: quia eundem habitum infuſum, quo habens diligit Deum, & per quem Deus acceptat habentem, tanquã uita æterna dignum. Hæc ille. Ita et multi alii Doctores catholici putauerunt & docuerunt, ut charitas ſit illnd, quod gratia gratum faciens ponit in anima: uidentes & allegantes, charitatem eſſe ueſtem illam benedictam, quæ diuidit inter filios regni & filios perditionis, ſecundum doctrinam Auguſtini, & catholicorum interpretum. Ad quod facit Auguſtinus in De laude charitatis, aſſerens quòd charitas eſt radix & uita omnium bonorum. Rurſusq; ibidem, quòd charitas eſt uita morientium.

Auguſt. De ciuit. Dei. Lib. 15. cap. 18. tom. 5.

INCIDIT antem hic quæſtio non parua, tangens eos qui ita ſapiunt. Quomodo poteſt eſſe, ut charitas dicatur eſſe illa res, quam gratiam gratum faciens ponit in anima, quæ animæ inhæreat, animam eleuet, ac diligentem Deum faciat? Non ne Deus ipſe

ſe

A ſe eſt charitas, qua Pater & Filius & Spiritus ſanctus ſe inuicem diligunt, & nosmetipſos? Non'ne his addit Magiſter ſententiarũ, quòd ipſe idem Spiritus ſanctus eſt amor ſiue charitas, qua nos diligimus Deum & proximum? Si Spiritus ſanctus eſt charitas, qua nos diligit Deus, & qua nos diligimus Deum: cùm ipſa charitas ſit æterna, infinita & perfectiſsima, increata, & illimitata, ſequitur, eam non poſſe eſſe in nobis inhærenter. Et ita, ſi gratia gratum faciens gratificans homines eſt charitas, magis ſequitur quòd illa nihil ponit in homine inhærenter aut informatiuè: ſed quòd ſit charitas increata, & Deus ipſe. Ita profectò dixit Magiſter ſententiarum, quòd ipſe idem Spiritus ſanctus eſt amor ſiue charitas, qua nos diligimus Deum & proximum: & hanc ſuam ſententiam nititur probare ex quibuſdam dictis Auguſtini in De Trinitate, quæ ibi refert. Non quaſi neget Magiſter, nos habere actualem dilectionem ſeu charitatem actualem inhærentem nobis, qua Deum diligimus: ſed tanquam negans, nos habere charitatem ſeu dilectionem habitualem, qua Deum diligamus. Vnde quidem putauit & bene credidit, nos habere fidem ac ſpem, non ſolùm quo ad actus ipſarum uirtutum: ſed male exiſtimauit nos habere utique charitatem actualem, non habitualem inhærentem. Exiſtimans quòd Spiritus Sanctus per ſe faceret officium, quod faceret habitus charitatis ſi inhæreret, niſi quod Spiritus Sanctus non inhæret. Ita Aegidius & Scotus declarant Magiſtrum, & ita Magiſter ipſe declarat ſemetipſum ſatis in ſua litera, & in ſuis uerbis. Verùm hæc Magiſtri ſententia etiam hoc pacto declarata, exploditur à Doctoribus ut uidere eſt, in eius erroribus ſelectis. Quinimmo & Auguſtinus & alii patres omnes manifeſtè dicunt, charitatem qua nos diligimus Deum, eſſe quidem in nobis à Deo, ſed non eſſe Deũ: eſſe tamen motum quendam ſeu quandam affectionem, uirtutemq; animi. Nanque in libro De Spiritu & litera, dicit Auguſtinus, Vnde eſt dilectio, niſi unde & ipſa fides, ideſt, à Spiritu ſancto? Non eſſet enim in nobis, niſi diffunderetur in cordibus noſtris per Spiritum. Charitas autem Dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos. Sicut iuſtitia Dei dicitur, qua nos iuſti eius munere efficimur: & domini ſalus, qua nos ſaluat: & fides Chriſti, qua nos fideles facit. Idem in De doctrina Chriſtiana inquit, Charitatem uoco motum animi ad fruendum Deo propter ipſum, & ſe ac proximo propter Deum. Idem etiam in libro de moribus Eccleſiæ catholicæ, tractans illud uerbum Apoſtoli, Nec

Magiſt. ſent. lib. 1. diſt. 17.

Ibidem.

Ex lib. 8. cap. 7. & 8. & lib. 15. cap. 19 & c. 17.

Cõtra ſententiam Magiſtri

Charitas qua nos diligimus Deũ, non eſt Deus, ſed eſt effectus Dei.

Auguſt. cap. 32. tom. 3.

Lib 3. cap. 10.

Rom. 8.

mors nec uita poterit nos ſeparare à charitate Dei, ait, Charitas Dei hic dicta eſt uirtus, quæ animi noſtri rectiſsima affectio eſt, quæ coniungit nos Deo, qua eum diligimus. Ecce in iſtis omnibus fatetur Auguſtinus, charitatem qua diligimus Deum, eſſe animi motum, affectionem, uirtutem in nobis à Deo, ab ipſo Spiritu Sancto. Iccirco quidem non eſt ipſe Spiritus Sanctus, quia Spiritus Sanctus nõ eſt à ſeipſo, nec eſt motio uel affectio animi noſtri: Idem Auguſtinus in De Trinitate dicit, Cùm Ioannes commemoraſſet Dei dilectionem, non qua nos eum, ſed qua ipſe dilexit nos, & miſit Filium ſuum liberatorem pro peccatis noſtris etc. Ecce & hic uidetur manifeſtè diuidere dilectionem, qua nos diligimus Deum, ab ea qua ipſe diligit nos: ut ipſe nos diligat dilectione ſua increata & æterna, nos autem diligamus ipſum dilectione creata & temporali, ab ipſo in nobis effecta. Alia eſt igitur dilectio qua Deus nos diligit, & alia qua nos Deum diligimus: alia ſimiliter & alia eſt charitas, quia charitas eſt dilectio. Manifeſtè dicit Auguſtinus & communis omnium ſanctorum & catholicorum Doctorum traditio ſeu interpretatio, quòd Charitas eſt illa ueſtis nuptialis quæ diuidit inter filios regni & filios perditionis: ideſt, quidem ueſtis nuptialis ſpiritalis animæ. Ex qua doctrina ueriſsima, duo habemus ſine dubio, Alterum quòd charitas eſt in paruulis baptizatis, cum & ipſi ſint filii regni, & à filiis perditionis diſcreti. Alterũ, quòd ipſa eſt in ipſis, cum ſit ueſtis ſpiritalis eorum, & ſuſtentatur ab ipſis, ſicut ueſtis in uniuerſum ſuſtentatur à ueſtito, cum eſt in illo. Habemus antem iam conſequenter ex primo, quòd illa charitas nõ eſt actualis, ſed habitualis: quia paruuli baptizati, ex quo baptizantur, ſunt filii regni, etiam eo tempore quo non poſſunt actualiter diligere Deum, nec actualiter credere, nec actualiter ſperare: uidelicet in octauo die ſuæ natiuitatis, uel ante. Habent uerò charitatem, qua ſeparantur à filiis perditionis, cùm ipſi ſint filii Dei per charitatem diuidentem: ideo illa charitas eſt profectò habitualis, & per modum habitus. Habemus etiam conſequenter ex ſecundo, quòd illa charitas habitualis eſt in ipſis & in ipſis ſuſtentatur, quia eſt ueſtis eorum, qua ipſi ſpiritaliter ueſtiuntur, ornantur, & decorantur. Sequitur antem ex his euidenter, quòd ipſa talis charitas non eſt æterna, ſed temporalis: nec eſt Deus, ſed eſt creatura: nec eſt charitas increata, ſed eſt charitas creata. Quia charitas æterna, Deus, & increata non poteſt ſic eſſe in paruulis uel adultis hominibus, ut ſit aut dicatur ueſtis, ornamentum, ſeu decor illorum:

C *Cap. 11.*

Lib. 15. Cap. 17.

Auguſt. & communis ſententia doctorum.

D

E lorum : ſed magis & potius eſt cauſa ipſis ue-
ſtis, ornamenti , uel decoris. Vt ſi aliquando
Deus dicatur neſtis , ornamentum , aut de-
cor animæ : ipſa locutio intelligatur non per
idemptitatem , ſed per cauſalitatem : quia
Deus ipſius ueſtis , ornamenti , nel decoris ,
eſt cauſa . Vel intelligatur etiam per idempti
tatem , non tamen de animæ ueſte , ornamen
to , uel decore intrinſeco , in ipſa anima exi-
ſtente , ſeu inhærente ; ſed de extrinſeco , à
quo eſt in anima ueſtis intrinſeca , & intrin-
ſecum ornamentum , atque intrinſecus de-
cor. Audiuimus iam paulò ante Auguſtinum
Cap. 11. dicentem expreſſè , in De moribus Eccleſiæ
catholicæ , Charitas Dei hic dicta, eſt uirtus,
quæ animi noſtri rectiſsima affectio eſt , qua
coniungit nos Deo , qua eum diligimus . De
Auguſt. uirtute autem , quid dixit Auguſtinus? Fate-
Lib. 4. tur enim contra Iulianum Pelagianum, quod
Cap 3. non abſurdè uirtus definita eſt , ab eis qui di-
aliquan- xerunt , Virtus eſt animi habitus , naturæ ,
tulū poſt modo , atque rationi conſentaneus. Et addit
principi- ſtatim , qnòd uerum dixerunt . Charitas igi-
um, et an tur qua diligimus Deum , ex quo eſt rectiſsi-
te mediū. ma animi noſtri affectio & uirtus , ſecundum
tom. 7. Auguſtinum : eſt etiam ſecundum Auguſtinū
habitus animi, naturæ , modo, atque rationi
conſentaneus. Habitus autem animi, quæſo,
ubi eſt , niſi in ipſo animo ? In ipſo animo eſt,
in ipſo animo mediatè uel immediatè ſubie-
ctatur , ipſumq; informat: & dum bonus eſt,
F ut ſemper bonus habitus eſt omnis uirtus ,
ipſum animum dirigit & perficit,uel circa ue
rum , uel circa bonum . Ad idem eſt illa defi-
nitio uirtutis,famoſa & ab omnibus recepta,
qua dicitur , Virtus eſt bona qualitas mentis
qua rectè uiuitur : quæ certè eſt uel Auguſti-
ni , ut multi dicunt , uel ſaltem auctoris ope-
ris illius, cui titulus eſt, De Spiritu & anima:
quam Magiſter etiam ponit in litera, & om-
nes alii Doctores ſcholaſtici libenter acci-
pinnt . Ad hanc enim definitionem ſequitur ,
quòd poſtquam charitas qua Deum diligi-
mus eſt uirtus , iuxta doctrinam Auguſtini ,
per conſequens eſt bona qualitas mentis, iux
ta doctrinam omnium Doctorum . Quia ui-
delicet nirtus ſecundum ſuam definitionem ,
eſt bona qualitas mentis , & cætera . Ergo
charitas qua diligimus Deum, ſecundum Au
guſtinum, eſt motus & affectio animi, uirtus,
habitus animi naturæ , modo , & rationi con
ſentaneus , qualitas mentis .

Demonſtratur quid ſit gratia gratum faciens quantum ad definitionem pertinet : ex qua re, confirmantur magis , & continuantur præcedentia , de quidditate gratia gratum facientis, & quòd ſit qualitas quædam ſpiritalis . Ad hæc declaratur quo pacto poſſit gratia gratum faciens creata, eleuare aut perfectam, reddere animam, cum anima ex natura rei, nobilior atque perfectior omni accidente habeatur. G CAP. IX.

ILLVD autem Dei donum
gratis datum, creatū, quod
eſt gratia gratum faciens ,
non eſt ſubſtantia , ſed acci-
dens. Nō eſt ſubſtātia, quia
ſi eſſet ſubſtantia , aut eſſet
corporalis, aut ſpiritalis : ſi
ſpiritalis , aut Deus , aut angelus , aut ani-
ma rationalis: quia non in plures ſubſtantias,
diuiditur ſpiritalis ſnbſtantia . Non eſt etiam
ſubſtantia corporalis , quia pertinet ad ani-
mam rationalem ſpiritalem ; nec eſt Deus ,
nec eſt angelus, nec eſt anima rationalis: ideo
profectò non eſt ſubſtantia . Præterea non eſt
ſubſtantia, quia omnis ſubſtantia quæ nec eſt
Deus , nec eſt angelus : uel eſt materia, nel
eſt forma , uel eſt compoſitum ex materia &
forma : illud autem donum nec Deus , nec
angelus eſt, ut conſtat : nec eſt materia , quia
informat , & non informatur ; actuat, & non
actuatur : nec eſt forma ſubſtantialis, quia ex
illo & anima in qua eſt, non fit unum per eſ-
ſentiam , nec unum per ſe , nec ſubſtantiale
compoſitum : nec eſt compoſitum ex mate-
ria & forma , quia tunc non poſſet cum ani-
ma uniri , cumq; ea unum facere , niſi per ag-
gregationem , ſicut multi lapides maceriam , H
aut acerunm faciunt . Ergo illud donum ,
non eſſe ſubſtantiam euincitur. Eſt autem ac
cidens : tum quia omne quod eſt, & non eſt
ſubſtantia , eſt accidens : tum quia ipſum do-
num , omnes conditiones accidentis mani
feſtè habet . Aduenit enim non enti in poten
tia , ſed quidem enti in actu : ſcilicet animæ
rationali , habenti eſſe completum , & actua-
le . Adeſt & abeſt ſubiecto, præter ſubiecti
corruptionem : quia ſæpe anima rationalis
eadem manens in ſua natura , mutatur de nō
habere illud donum , ad habere illud , atque
è contra de habere ad non habere : recipitq;
in ſuo eſſe magis & minus : quia quidam re-
miſsiorem gratiam habent , quidam intenſio
rem : ſicut ſtella à ſtella differt , in claritate . *1.Cor. 15.*
Eſt ergo accidens, quia hæ conditiones ſunt,
quæ eſſe accidentis conſequuntur, & per
quas aliquid eſſe de genere accidentis proba-
mus . Ad quod genus accidentis pertinet?
Et quidem non ad aliquod genus accidentiū
reſpectiuorum . Quandoquidem ad nullum
accidens reſpectiuum eſt, nec eſſe poteſt, per
ſe motus : fluit enim relatio quæcunque illa
ſit , ex fundamento & termino , tanquam ha
bitudo extremorum ; & non poteſt motus
aliquis

A aliquis eſſe per ſe ad illam, ſed bene ad illam rem abſolutam, in qua fundatur uel terminatur relatio. Ad illud autem accidens, quòd eſt gratia gratum faciens, eſt per ſe motus: quia illud per ſe producit Deus quando animam de non inſta iuſtā reddit; ſicut per ſe producit calorem, quando lignum de non calido facit calidum. Pertinet ergo ad aliquod genus accidentium abſolutorum. Verùm ad quod nam illorum? Non ad genus ſeu prædicamentum quantitatis, quia nec eſt quantitas continua, nec diſcreta: nec ullo modo talis quantitas eſt, quæ ad prædicamentum quantitatis reduci poſsit. Supereſt ergo ex ſufficiēti diuiſione deducendo, quòd donum huiuſmodi ad illud genus accidentis pertineat, quod dicitur, & eſt prædicamentum qualitatis. Verùm ad quā ſpeciem eius? Non eſt in quarta ſpecie qualitatis, quæ eſt forma & circa aliquid conſtans figura, quia non pertinet ad corpus: neque etiam in tertia eſt, quia nō eſt paſsio uel paſsibilis qualitas, quæ eſt in parte animæ ſenſitiua, ut probatur in Phyſicis; ipſa autem gratia principaliter eſt in mente: neque iterum eſt in ſecunda ſpecie, quæ eſt potentia uel impotentia naturalis; quia gratia eſt ſupra naturam, & non ſe habet ad bonum & malum ſicut potentia naturalis. Ergo relinquitur, quòd ſit in prima ſpecie, quæ eſt habitus uel diſpoſitio. Sed quomodo definitur? Vt multis uariiſq; modis conſiderari poteſt, ſic Doctores, gratiam pro dono huiuſmodi multipliciter ac uariè definierūt.

Phyſic. Lib. 7. S. Tho. Prima 2. quæſ. 110. Art. 3. ad 3. argum.

B

Varia cōſiderationes gratiæ gratū facientis.

Poteſt enim gratia comparari ad ſuum principium: ad ſuum ſubiectum; ad ſuum oppoſitum: ad ſuum effectum: & ad ſuum præmiū. Conſiderando gratiam ſecundum comparationem ad ſuum principium, dixit Iſidorus, Gratia eſt miſericordiæ donum diuinæ, per quod bonæ uoluntatis eſt exitus. Conſiderando gratiam ſecundum comparationem ad ſuum ſubiectum, ſuper illud Pſalmi, Vt exhilaret faciem in oleo, dicit Gloſſa, Gratia eſt quidam nitor animæ ad conciliandum ſanctum amorem. Conſiderando gratiam ſecundum comparationem ad oppoſitum, dicit Gloſſa in epiſtolas Pauli, Gratia eſt iuſtificatio & remiſsio peccatorum. Conſiderando gratiam ſecundum comparationem ad ſuum effectum, dicit Chryſoſtomus. Gratia eſt ſanitas mentis, delectatio cordis. Conſiderando gratiam ſecundum comparationem ad ſuum præmium, ea ſic diffinitur: Gratia eſt ſimilitudo gloriæ. Iuxta omnes iſtas conſiderationes & comparationes gratiæ, ſic iam olim ſumebatur quædam gratiæ definitio magiſtralis, Forma à Deo gratis data ſine meritis, gratum faciens habentem, & bonum eius opus reddens. Ita collegit Sanctus Bonauentura in ſuis ſententiis, explicando literam Magiſtri ſententiarum. Alexander de Ales, poſtquam de diffinitione gratiæ multa dixerat, ſic tandem proſecutus eſt ſermonem, Ponuntur autem duæ tales à magiſtris, Gratia eſt gratis data, gratum faciens habentem, & gratum reddens opus eius, propter beatitudinem. Alia eſt hæc, Gratia eſt habitus mentis uniuerſaliter totius uitæ ordinatiuus. Hæc ille. Debet omnis bona diffinitio eſſe, breuis oratio, & lucida rei explicatio: ſed nos potius optare debemus lucidiorem rei explicationem, quàm orationis breuitatem. Longius, fuſiusque, ſed lucidius atque explicatius gratiam gratum facientem pro illo dono creato definientes, ſic definire debemus, Habitus, ſeu qualitas animæ ſpiritalis à Deo gratis data, qua anima formaliter & intrinſecùs uiuificatur in eſſe ſpiritali, ſanatur, à peccatis iuſtificatur, in filiam Dei adoptatur, Deo ſimilis fit, & ad gloriam regni cælorum acceptatur. Eſt enim hæc definitio gratiæ, per omnes cauſas quas habet gratia, & per potiſsimos gratiæ effectus: quia eſt per cauſam gratiæ efficientem, per cauſam gratiæ quaſi materialem, & per cauſam gratiæ finalem: atque in ſuper potiſsimos effectus gratiæ formales declarat, quòd animā formaliter uiuificat, ſanat, dignificat, iuſtificat, filiamq; Dei & ſimilem Deo facit. Eſtq; hæc definitio in forma conuenientiſsima bonæ definitionis, quia aliquid habet loco generis, ut eſt illud, Habitus ſeu qualitas animæ ſpiritalis; & aliquid habet loco differentiæ, ut eſt totum illud, quod deinde ſequitur. Cæterùm in hac re manifeſtiſsima, iam non poteſt ſuboriri dubium, quin gratia gratum faciens ſignificet quoddam creatum Dei donum gratis datum, quo anima formaliter uiuificatur, ſanatur, decoratur, iuſtificatur à peccatis, & aſsimilatur Deo, & acceptatur ad gloriam. Si autem quærat quiſpiam, quomodo fieri poſsit ut anima rationalis quæ de ſe eſt ſubſtantia ſpiritalis, per aliquod accidens quod ſibi adueniat, fiat magis digna Deo, magisq; Deo ſimilis, quàm per ſuam propriam ſpiritalem & ſubſtantialem naturam rationalem? Quæſtio hæc olim fuit grauiſsima, hodie uerò iam facilis reddita. Fuit uerò olim grauiſsima hæc quæſtio, quia non facilè apparebat, quo pacto accidens poſſet eſſet ſubſtantiæ ſimilius, quàm ſubſtantiæ ſimilis eſſet ſubſtantia: aut quo pacto aliquod accidens poſſet eſſe dignius, ſuo ſubiecto, aut nobilius, aut melius. Sed difficultates exuit quæſtio huiuſmodi, poſt abundantiorem rerum tum diuinarum, tum humana-

Iſidorus. Varia definitiones gratiæ, ſecundum uarias cōſiderationes.

Pſal. Gloſſa. Rom. 3. Rom. 5. Gloſſa. Chryſoſt.

C

Lib. 2. diſt. 26. Part. 3. Quæſ. 69 memb. 2. Art. 6.

Definitio gratiæ magis cōpleta.

D

Quomodo fieri poſſit, ut anima ſit magis perfecta, dignior, uel Deo ſimilior, per aliquid quod ſibi extrīſecus accedat.

E rum diſcuſsionem. Eſt ergo gratia gratum faciens accidens quoddam ſpiritale, quo anima formaliter fit nobilior, melior, Deoq; ſimilior: ſed ex hoc non ſequitur quòd accidens nobilius ſit, melius, aut Deo ſimilius, ſuo ſubiecto. Optimè dixit Sanctus Bonauentura in ſuis ſententiis, Nobilitas ſubſtantiæ & accidentis, & bonitas ſubſtantiæ & accidentis, propriè non habent comparari.

Accidēs nō eſt melius, nobilius, aut perfectius ſuo ſubiecto.

Lib. 2. diſt. 26. Quaeſ. 3.

Quomodo comparātur nobilitas bonitasq; ſubſtātiæ, & accidentis.

Accidens enim bonum dicitur, non ſibi, ſed alii: non ſicut ordinatum, ſed ſicut ratio ordinandi: ſed ipſa ſubſtantia bona eſt, tanquā bonitatis participatiua. Et ſi nullum accidens nobilius ſit ſubſtantia, pro ut accidens comparatur in ſe quantum ad eſſentiam generis, ſiue quantum ad eſſe primum: nihilominus pro ut accidens conſideratur in ſubiecto, & includit eſſe ſubiecti, quandam nobilitatem ſuper addit, quantum ad eſſe ſecundum. Quòd gratia dicatur nobilior anima, & perfectio animæ; hoc non eſt ratione ſui tantum; ſed quia unit bono increato. Sicut dictum eſt de bonitate, quòd alio modo dicitur anima bona, alio modo gratia: ſic etiam alio modo anima Deo aſsimilatur, & alio modo gratia. Anima enim Deo aſsimilatur, ſicut diuinæ ſimilitudinis ſuſceptiua: gratia uerò ſicut ipſa ſimilitudo, uel donum aſsimilatiuum, unde non eſt comparatio propriè inter hunc modum aſsimilandi, & illum.

F Cùm anima aſsimiletur Deo propter gratiam, & ubi unum propter alterum, utrobique tantum unum: ſic non eſt maior uel minor aſsimilatio dicenda in anima gratificata, quàm in gratia gratificante. Et ſi ſubſtantia plus aſsimiletur ſubſtantiæ in ratione entis, nihil tamen prohibet accidens plus aſsimilari alicui ſubſtantiæ, ſub ratione proprietatis: ſicut anima ſapiens plus aſsimilatur Deo inquantum eſt ens per ſe, quàm ipſa qualitas ſapientiæ: nihilominus tamen Deo inquantum eſt ſapiens plus aſsimilatur anima inquantum eſt ſapiens, quàm inquantum eſt ſubſtantia.

S.Thom. Quæ.27. Art. 1. ad 6.arg.

Hæc ille. Sanctus Thomas in quæſtionibus De Veritate, duobus modis reſpondet, primo quidem quòd omne accidens animæ ſecundum quid eſt ea nobilius, inquantum comparatur ad ipſam, ut forma eius: ſecundò quod gratia inquantum creatum, non eſt nobilior anima, ſed inquantum eſt quædam ſimilitudo diuinæ bonitatis, expreſsior quàm ſimilitudo naturalis, quæ eſt in anima.

Par.3. Quaeſ.69 Mēb. 2. Art.3.

Alexander de Ales bene quoque concedit quòd gratia gratum faciens creata, comparatur ad animam in qua eſt, ut perfectio ad perfectibile: ſed quidem ut perfectio diſponens, non ut perfectio complens: talis autem perfectio non eſt ſuo perfectibili perfectior, aut nobilior. Sic ergo & nos his patribus concinentes reſpondemus quòd,

G *Reſpondetur exactè ad quaeſtionem.*

Gratia gratum faciens creata, eſt quidem accidens animæ, & quædam eius perfectio, qua anima uiuificatur, ſanatur, magis perficitur, magis Deo aſsimilatur: hoc autem, non quaſi ipſum accidens magis perfectum ſit, aut magis nobile, aut magis Deo ſimile ſecundum ſuum eſſe naturale, quàm ipſa ſit anima. Quare ergo? Quia ipſa eadem anima magis perfecta eſt, magis nobilis, magiſq; Deo ſimilis cum ipſo accidente, quàm ſine ipſo:

Anima eſt magis perfecta cum ſuo accidēte, quàm ſine illo.

Videlicet non quantum ad primum eſſe animæ, ſed quantum ad eius eſſe ſecundum, quod habet ex qualitatibus ſuper additis ordinantibus ipſā animam ad finem ſuum. Sic anima magis perfecta eſt & magis Deo ſimilis cum actu intelligendi, cum actu memorandi, & cum actu amandi, quàm ſine his actibus, ut omnibus ſapientibus ſatis eſt manifeſtum: unde & ii actus ad animam comparantur, ut perfectiones ad perfectibile, illamq; quodāmodo magis perficiunt. Sed num ideo ſunt perfectiores illa? Non ſunt perfectiores anima: ſed anima ſecundum quid cum illis eſt perfectior, quàm ſine illis. Ita in propoſito, de gratia gratum faciente creata. Maximè quia gratia gratum faciens creata, ideſt, illud tale accidens, non dignificat, nec perficit animā ad gloriam ex natura rei, ſed tantum ex diuina acceptatione uoluntaria, & poſitiua quadam pactione: H poſsibile eſt enim de potentia Dei abſoluta, illam eandem rem quæ nunc eſt gratia gratum faciens creata, in anima eſſe, & ea inexiſtente, animam ad gloriam non acceptari. De qua re; infra ſuo loco multa dicuntur.

Part.præſenti. Lib.3. cap.1. 2. 3. & 4.

Sic ergo ad quæſtionem reſpondendum eſt, Perfectior eſt anima rationalis, quàm gratia creata gratum faciens, in eſſe naturali: quia anima eſt ſubſtantia, & gratia creata eſt accidens animæ. Sed perficit nihilominus gratia huiuſmodi animam, ſecundum quid, & per accidens, ac diſpoſitiuè: ſicut lux perficit aerem, luce ipſa in eſſe naturæ ualde nobiliorem. Perficitq; gratia creata animam, non ex natura rei, ſed ex diuina acceptatione & ordinatione, uoluntaria & poſitiua: non quaſi magis perfecta ſit gratia creata, quàm anima; ſed quia magis perfecta eſt anima cum gratia, quàm ſine illa. neque quia Deus magis acceptet gratiam creatā, quàm animam: ſed quia magis acceptat animam habentem gratiā, quàm animam nō habentē. Non enim principaliter acceptat Deus ipſā creatā gratiā, ſed principaliter acceptat ipſā animam: acceptando enim temporaliter animam, producit gratiam creatam in anima: non ut gratiæ, ſed ut animæ det gloriam: nec ad

Deus acceptat animā per gratiam, ſed principaliter acceptat animam.

A ad gloriam acceptatur gratia, ſed ad gloriam acceptatur anima habens gratiam. Non enim gratia, ſed anima eſt capax gloriæ adipiſcendæ: quia non gratia, ſed anima habens gratiam, glorificabilis eſt, & glorificatur. Simile eſt optimum huius rei, in ipſa beatitudine formali animæ, quæ eſt clara Dei uiſio. Viſio enim intuitiua & clara Dei, eſt optima, ſuprema, ultima, & finalis perfectio animæ formalis: quæ ipſam animam ſummè, atque ultimò perficit formaliter, eſtque quoddam accidens. Sed nunquid eſt perfectior ſimpliciter, quàm ipſa anima. Minimè. uerùm ipſa anima cùm ipſa formali beatitudine melior eſt, aut perfectior, quàm ſine formali beatitudine: ut pote quia ipſa Dei clara uiſio eſt optima operatio animæ, perfectioris eius potentiæ, & reſpectu optimi obiecti. Ideoq. eſt ultimus finis formalis animæ, ſuprema animæ formalis perfectio, & per quam beatificatur anima formaliter: licet Deus ipſe per ſe magis beatificet ipſam animam obiectiuè, atque effectiuè, cum ſit ipſe infinitum bonū ſimpliciter, ſimpliciter primum principium efficiens, & ſimpliciter finis ultimus. Sic ergo hæc accidentia perficiunt animam, non quia in ſeipſis ſecundum naturam rei ſint perfectiora quàm ipſa anima quam perficiunt:

Optimū exemplū de beatitudine formali.

B ſed quia anima ipſa perfectior eſt cum illis, quàm ſine illis. Perfectior eſt anima iuſta, quàm anima non iuſta: grata, quàm non grata: beata, quàm non beata. Ita ergo intelligendo, iam optimè nunc ſoluitur quæſtio illa antiqua, quæ olim apud non nullos, non paruam habuit difficultatem: ut facilè percipiamus omnes quomodo gratia creata perficit animam, cum magis quàm ipſa gratia creata, ſit naturaliter perfecta anima. Sanctus Thomas concordat per omnia, quod gratia ponit aliquid creatum in anima, ſicut lux ponit aliquid in illuminato: quòd gratia ſit qualitas animæ; quòd gratia eſt lumen ſeu donū ſupernaturale, præter uirtutes, & prius uirtute: quòd gratia regenerat & pertinet ad eſſentiam animæ.

S.Tho. Prim. 2. quæſ. 110.

De charitate creata Dei, quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctū, qui datus eſt nobis: certum eſt quòd eoſdem effectus faciat in anima, quos in anima facit gratia gratum faciens: quàm ob cauſam quidam, & profectò multi Doctores catholici dixerunt, Charitatem creatam & creatam gratiam gratum facientem, non diſtingui inter ſe realiter, ſed ſolùm ratione. Quicquid autem ſit de ipſius charitatis diſtinctione, certi ſumus tamen de ipſius charitatis conditione, excellentia, nobilitate, perfectione, deque ſuis effectibus. Dicit Apoſtolus de illa, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris C per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Quantum autē ad perfectiones eius, fatetur, quòd donum linguarum, donum ſcientiæ, & omnis fides etiā quæ montes transferat, ſine charitate, nihil eſt: Fatetur quòd nulla bona opera ſine charitate, quicquam proſunt. Fatetur quòd, Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem ueritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Fatetur quòd, Charitas nunquam excidit, ſiue Prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. Fatetur quòd cùm uenerit quod perfectū eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Fatetur, quòd, Nunc manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc; maior autem horum, eſt charitas. Fatetur, quòd qui diligit proximum, legem impleuit, quòd plenitudo legis eſt dilectio, & quòd finis præcepti eſt charitas. Faceturq; quod neque circuncifio aliquid ualet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur: atque quòd charitas eſt uinculum perfectionis, Sic & diuus Petrus quòd charitas operit multitudinem peccatorum. Diuus etiā Ioannes fatetur quòd, Et omnis qui diligit, ex Deo D natus eſt, & cognoſcit Deum: Quòd, Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. & quòd, Qui non diligit, manet in morte. quòd, Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Habemus autem ex his ſine dubio, quòd charitati tribuitur noſtra natiuitas in eſſe ſpiritali, noſtra tranſlatio de morte ad uitam, noſtra peccatorum noſtrorum remiſsio, noſtra meritoria operatio, aut paſsio: noſtrum gratificum eſſe, & noſtrum gratificum operari, atque noſtrum gratificum proficiſci, ſeu gratū, noſtra unio cum Deo, & noſtræ perfectionis uinculum. In qua ueritate de charitate, conſentiunt omnes Doctores. Etiam ſanctus Thomas, qui charitatem dixit rem in anima, à gratia gratum faciente diſtinctam. Dicit enim de gratia gratum faciente, quòd ponit aliquid in anima creatum à Deo, ſicut lux ponit aliquid in illuminato: tam quàm ipſa ſit quædam creata animæ lux ſpiritalis. Dicit quòd gratia eſt quædam qualitas animæ, quaſi nitor eius, ſanctum concilians amorem, pertinens ad primam ſpeciem qualitatis, ſed à uirtutibus diſtincta: Atque fatetur quòd gratia eſt in eſſentia animæ ſicut in ſubiecto primo, ut ſicut per potentiam intellectiuam homo participat cognitionem diuinam per uirtu-

Magiſt. Lib. 2. diſt. 26. & 27. Multiq; alii cum illo, ut conſtat ex capite præcedenti.

Rom. 5. 1. Cor. 13. Rom. 13. 1. Tim. 1. Galat. 5. Col. 3. 1. Pet. 4. 1. Ioan. 4. 1. Ioan. 3. 1. Ioan. 4.

S.Tho. Prim. 2. quæſt. 110. Art. 1. Art. 2. Art. 3. Art. 4.

E tem fidei; & ſecundum potentiam uoluntatis, amorem diuinum, per uirtutem charitatis: ita etiam per naturam animæ participat homo, ſecundum quandam ſimilitudinem, naturam diuinam per quandam regenerationem, ſiue recreationem.
Art. 3.
Fatetur quòd ſicut lumen naturale rationis eſt aliquid præter uirtutes acquiſitas, quæ dicuntur in ordine ad ipſum lumen naturale: ita etiam ipſum lumẽ gratiæ, quod eſt participatio diuinæ naturæ, eſt aliquid præter uirtutes infuſas, quæ à lumine illo deriuantur, & ad illud lumen ordinantur.
Art. 4.
Fatetur quòd ſicut ab eſſentia animæ manant eius potentiæ, quæ ſunt operum principia; ita etiam ab ipſa gratia manant uirtutes in potentias animæ, per quas potentiæ mouentur ad actus.
Ibidem. Ad 1. argum.
Et ſecundum hoc, inquit, gratia comparatur ad uoluntatem, ut mouens, ad motum, quæ eſt comparatio ſeſſoris ad equum.
Art. 3.
Vidit illam opinionem Doctorum, qui dicebant idem eſſe gratiam & uirtutem ſecundum eſſentiam, ſed differre ſolùm ſecundum rationem: ut gratia dicatur, ſecundum quòd facit hominem Deo gratũ, uirtus autem ſecundum quòd perficit ad bene operandum: ſed non tenuit illam, immo tenuit oppoſitum, quòd gratia non eſt uirtus, ſed eſt aliquid præueniens uirtutes ſaltem naturã, perficienſq; atque eleuans naturam.

F His tamen non obſtantibus, de charitate, quid dixit?
Secunda ſecundæ. Quæſ. 23 Art. 2.
Quòd charitas eſt in nobis quædã habitualis forma, ſuperaddita potentiæ naturali, inclinans ipſam ad charitatis actum, & faciens eam promptè & delectabiliter operari. Quòd Deus eſt uita effectiuè, & animæ per charitatem, & corporis per animam.
Ibidem. ad 2. argum.
Sed formaliter charitas eſt uita animæ, ſicut & anima corporis. Vnde per hoc poteſt concludi, quòd ſicut anima immediate unitur corpori, ita charitas animæ.
Art. 3.
Quòd charitas eſt uirtus, quæ (cùm noſtra affectio eſt rectiſsima) coniungit nos Deo, qua eum diligimus.
Art. 4.
Quòd eſt uirtus ſpecialis, connumerata ſpecialibus uirtutibus; uidelicet fidei, ac ſpei:
Art. 5.
& quòd eſt una uirtus circa diuinam bonitatem, ſicut fides eſt una uirtus circa diuinam ueritatem.
Art. 6.
Quòd charitas ſit excellentiſsima uirtutum,
Art. 7.
quòd ſine charitate nulla poteſt eſſe uera uirtus ſimpliciter; &
Art. 8.
quòd charitas eſt forma uirtutum, non quidem exemplariter, aut eſſentialiter, ſed magis effectiuè, quia ordinat actus omnium aliarum uirtutum ad ultimum finem: unde &
Ibidem.
illis formam quandam præſtat. Quòd charitas eſt in uoluntate tanquã in ſuo ſubiecto primo,
Quæſ. 24 Art. 1.
quòd primum perficit:
Art. 2.
Quòd charitas cauſatur in nobis per infuſionem Spiritus ſancti, qui eſt amor Patris & Filii; cuius participatio in nobis eſt ipſa charitas cauſata.

G
Secunda ſecundæ. Quæ. 184 in corpore.
Quòd charitas eſt quæ unit nos Deo, qui eſt ultimus finis humanæ mentis: quòd ſecundum charitatem ſpecialiter attenditur perfectio Chriſtianæ uitæ. Quòd uita Chriſtiana ſpecialiter in charitate conſiſtit, per quam anima Deo coniungitur; unde dicitur, Qui non diligit, manet in morte.
Ibidem. Ad 2. argum.
Et ideo ſecundum charitatem attenditur ſimpliciter perfectio Chriſtianæ uitæ, ſed ſecundum alias uirtutes ſecundum quid. Et quia id quod eſt ſimpliciter, eſt principaliſsimum & maximum reſpectu aliorum: inde fit quòd perfectio charitatis eſt principaliſsimum reſpectu perfectionis quæ attenditur ſecundum alias uirtutes. Hæc ille.
Lib. 3. cõtra gent. cap. 135. Quodli. 3. Art. 17. Opuſ. 17. Cap. 6. Opuſ. 18. Cap. 2.
Qui eandem ſententiam de charitate, quod uidelicet ſecundum illam attendenda ſit ſpecialiter & ſimpliciter perfectio Chriſtianæ uitæ, explicat in multis locis: ubique ſentiens quòd uita Chriſtiana ſpecialiter in charitate conſiſtit, per quam anima Deo coniungitur.

ITAQVE in iſto negocio grauiſsimo de uiuificatione ſpirituali atque gratifica ſeu grata animæ à Deo, per gratiam Dei: uel parum, uel nihil refert ſi quiſpiam dixerit gratiam gratum facientem & uirtutem eſſe idẽ re, & ſola ratione diſtingui, ut dixit Magiſter ſententiarum,
Lib. 2. Diſt. 26. & 27.
& ſicuti multi dicunt gratiam gratum facientem creatam & creatam charitatem eſſe realiter idem:
Refert S. Tho. ex Magiſt. Prima. 2 Quæ. 110 Ariſtot. Art 3. Vbi ſupra.
aut ſi quis dicat hæc duo realiter eſſe diſtincta, & non ſolùm ratione, ut ſanctus Thomas docuit, & multi alii cum ipſo. Vel parum, in quam, uel nihil refert ad hoc negocium, ſic uel ſic dicere de identitate aut diſtinctione gratiæ & uirtutis: quia omnes fatentur, quaſi omnes uno ore loquantur, quòd dum Deus effectiuè animam uiuificat, gratificat ſibi, & de regno tenebrarum ad regnum lucis transfert, aliquid creat in ipſa anima quo formaliter anima uiuificatur, & uiuit, grata fit & grata eſt, eleuatur quodammodo ſuper ſuum eſſe naturale, & fit quidem non alia, ſed profectò altera. Quidam olim dubitauerunt de paruulis qui in baptiſmo renaſcuntur & uiuificantur, an & ipſi in baptiſmo recipiant gratiam, qua ad maiorem uenientes ætatem poſsint uelle & operari bonum? Huius quæſtionis meminit Magiſter ſententiarum,
Magiſt. Lib. 4. Diſt. 4.
quam & determinat ſecundum eos qui dicunt, gratiam operantem & cooperantem cunctis paruulis in baptiſmo dari in munere, non in uſu: ut cum ad maiorem uenerint ætatem ex munere ſortiantur uſum, niſi per liberum arbitrium uſum muneris extinguant peccando. Fuit etiam & de hoc iam bis tractatum, ſed fuit quoque & de hoc iam bis determinatum, quòd paruulis in ba-

A baptiſmo, gratia & uirtutes quo ad habitũ, infundantur: Sic enim determinatum habemus in De ſumma Trinitate & fide catholica, in Clementinis, atque extra, De Baptiſmo & eius effectu. Sed iam non poteſt uocari in dubium, immo firma fide tenẽdum eſt, quòd dum Deus animam aliquam uiuificat aut gratam ſibi facit, eo ipſo ei præſtat gratiam gratum facientem, & charitatem: ſine ipſa charitas ſit realiter ipſa gratia gratum faciens, ſeu comes eius inſeparabilis.

Cap. Unico. *Cap. Maiores.*

GRATIA ergo gratum faciens creata, accidens quidem eſt, & animam perficit: atque per cõſequens in eo ſiue eo ipſo quo animam perficit, animã quodammodo eleuat ſuper ſe ipſam animam, poſtquam magis perfecta eſt anima cum gratia huiuſmodi, quàm ſine illa. Et hæc ueritas ſine controuerſia rata eſſe debet apud omnes. Quin autem dictum eſt gratiam hanc eſſe habitum quẽdam, & ſubiectũ eius eſſe primum eſſentiam animæ, ſiue animam ſecundum ipſius animæ eſſentiam: dubitare quiſpiam poteſt quomodo duo hæc uere poſsint ſtare ſimul, quòd gratia huiuſmodi ſit habitus, & quòd ad eſſentiam animæ primum pertineat. Quandoquidem uidetur eſſe omnis habitus operatiuus, & per inde primum ad animæ potentiam, quàm ad animæ eſſentiam pertinere. Dicimus reſpondendo. Habitum in ſua communitate ſumptum

Secundũ doctrinã S. Thomæ.

B non pertinere ad aliquod determinatum prædicamentum, ſed utique inter poſt prædicamenta locari; quæ uidelicet diuerſa rerum genera conſequuntur: ſicut ſunt, Oppoſita, Prius, Poſterius, & ſimilia. Vnde ſi habitus dicitur tanquam actio quædam, uel relatio, habentis & habiti, ſicut eſt in illis, quæ circa nos habemus, qualitatem, quantitatem, amicum, indumentum, & alia id genus: tunc, habere, conſtituit unum ſpeciale genus rerum, quod dicitur prædicamentum, Habitus: de quo dicit Philoſophus, quòd inter habentem indumentum, & indumentum quod habetur, eſt habitus medius. Sic uerò gratia iſta non eſt habitus, nec pertinet ad tale prædicamentum, aut tale genus rerum. Si autem accipiatur habere, pro ut res aliqua dicitur quodammodo ſe habere in ſeipſa, uel ad aliquid aliud, cum iſte modus ſe habendi ſit ſecundum aliquam qualitatem: hoc modo, habitus, quædam qualitas eſt: de qua Philoſophus dicit, quòd habitus dicitur diſpoſitio ſecundum quam bene uel malè diſponitur diſpoſitum, & aut ſecundum ſe, aut ad aliud: ut ſanitas, habitus quidam eſt. Et ſic habitus alterius prædicamenti eſt, quia pertinet ad prædicamentum ſeu genus qualitatis. Sic & nos loquimur nunc de habitu, & ſic de habitu loquendo, habitus eſt qualitas: qua uidelicet diſpoſitum, id eſt, ſubiectum exiſtens in potentia, diſponitur; aut ſecundum ſe, id eſt, quo ad formam ſuam habendam uel habitam: aut ad aliud, id eſt, quoad operationem, ſeu finem operatum quando eſt operatum ab operatione diſtinctum, ut eſt in operabilibus ad artem pertinentibus. Quia igitur multa ſunt entium, ad quorum naturas & operationes neceſſe eſt plura concurrere, quæ diuerſis modis commenſurari poſſunt, ideo neceſſe eſt habitus quoſdam eſſe, quo ad talia entia: non eſt autem neceſſarium ponere habitum, quo ad alia entia. Vnde quidem ut aliquid indigeat diſponi ad alterum ſeu habere habitum, tria requiruntur, Primùm, ut id quod diſponitur, ſit alterum ab eo ad quod diſponitur, & ſic ſe habeat ad ipſum ut potentia ad actum. Secundò, ut id quod eſt in potentia ad alterum, poſsit plurimis modis determinari, & ad diuerſa. Tertiò, ut plura concurrant ad diſponendum ſubiectum ad unum eorum, ad quæ eſt in potentia, quæ diuerſis modis commenſurari poſſunt, ut ſic diſponatur bene uel malè ad formam & ad operationem. Propter defectum primi requiſiti, nullus habitus, nec ulla diſpoſitio poteſt eſſe in Deo: quia eſt purus actus, ſua eſſentia eſt ſua potentia: ſua actio, ſuum eſſe eſt ſuum poſſe, ſuum agere, aut ſuum operari. Propter de- D fectum ſecundi requiſiti, ſi corpus cœleſte ſit compoſitum ex materia & forma, cùm illa non ſit in potentia ad aliam formam, non habet locum diſpoſitio uel habitus ad formam, aut etiam ad operationem: quia natura cæleſtis corporis non eſt in potentia niſi ad unum motum determinatum. Propter defectum tertii requiſiti, qualitates ſimplices elementorum, quæ ſecundum unum modum determinatum naturis elementorum conueniunt, non dicimus diſpoſitiones uel habitus, ſed ſimplices qualitates. Dicimus autem diſpoſitiones uel habitus, ſanitatem, pulchritudinem, & alia huiuſmodi, quæ important quandam commenſurationem plurium, quæ diuerſis modis cõmenſurari poſſunt. Quamobrem Philoſophus dicit, quòd habitus eſt diſpoſitio, & diſpoſitio eſt ordo habentis partes, uel ſecundum locum, uel ſecundum potentiam, uel ſecundum ſpeciem. Particularius agendo, ſi loquamur de diſpoſitione ſubiecti ad formam, ſic habitualis diſpoſitio poteſt eſſe in corpore humano, quod comparatur ad animam ſicut ſubiectum ad formam: & hoc modo ſanitas, & pulchritudo, & huiuſmodi habituales diſpoſitiones dicuntur; non tamen perfectè habent rationem habituum,

S.Thom. Prim. 2. Quæſ.49 Art. 1. *Metap. 5* *Ibidem.*

C *S.Tho. Ibidem. Art. 4.* *Ariſtot. 5. Meta.* *S.Tho. Prim. 2. Quæ.50. Art. 1.*

E tuum, quia cauſæ eorum ex ſua natura de ſacili tranſmutabiles ſunt. Ad idem eſt quòd Ariſtoteles eodem modo loquẽdi utitur exẽplificando de ſanitate & ægritudinẽ, & de uirtute, & de ſcientia, ut conſtat ex modo ſuo loquendi in prædicamentis: ſicut alibi ponit *Phyſic. 7.* expreſsè inter habitus, pulchritudinem, & ſanitatem. Non curamus modo de poſitione Alexãdri, pro ut Simplicius refert in commento prædicamentorum. Quantum uerò ad illas operationes, quæ ſunt à natura, non diſponitur corpus per aliquem habitũ: quia uirtutes naturales ſunt determinatæ ad unũ: dictum eſt autem, & conſtat, quòd habitualis diſpoſitio requiritur, ubi ſubiectum eſt in potentia ad multa. Operationes uerò quæ ſunt ab anima per corpus, principaliter quidem ſunt ipſius animæ, ſecũdariò uerò ipſius *Ariſtot. Ethic. 2.* corporis: habitus autem proportionantur operationibus: unde ex ſimilibus actibus, ſimiles habitus cauſantur: Et ideo diſpoſitiones ad tales operationes primariò ſunt in anima, in corpore uerò poſſunt eſſe ſecundariò, inquantum ſcilicet corpus diſponitur & habilitatur ad promptè deſeruiendum operationibus animæ. Sic ergo diſertè loquendo, corpus humanum poteſt eſſe & eſt ſubiectũ primum alicuius habitus uel diſpoſitionis, ſani F tatis, ægritudinis, uel huiuſmodi, pro ut habitus diſponit ſubiectum ad formã. Vtrùm *S. Tho. Vbi ſupra. Art. 2.* anima rationalis poteſt eſſe ſubiectum habitus ſecundum ſuam eſſentiam, uel ſolùm ſecundum ſuam potentiam? Si accipiatur habitus ſecundum quòd habet ordinem, & habituat, aut diſponit ad naturam humanam, non poteſt eſſe in anima rationali, quia ipſa eſt forma completiua humanæ naturæ: ſed poteſt eſſe in corpore, pro ut habituatur aut diſponitur ad animam ſeu formam huiuſmodi. Si autem accipiatur habitus ſecundum quòd habet ordinem, habituat aut diſponit animam ad aliam naturã ſuperiorem, ut poſsit illam participare, aut habere, aut illi proportionari uel uniri; hoc modo nihil prohibet, in anima ſecundum ſuam eſſentiam eſſe aliquem habitum, ut in ordine ad naturam diuinam cuius eſt aut poteſt eſſe cõſors: ſicut legimus, *2. Petr. 1.* Vt ſimus conſortes naturæ diuinæ. Si uerò accipiatur habitus in ordine ad operationẽ, ſic maximè habitus inueniuntur in anima, in quantum anima non determinatur ad unam operationem, ſed ſe habet ad multas: quod requiritur ad habitum, ut dictum eſt. Et quia anima eſt principium operationum per ſuas potentias, ideo ſecundum hoc, habitus ſunt in anima ſecundum ſuas potentias. Itaque Doctores qui dicunt gratiam gratum facientem creatam eſſe realiter diſtinctã à charitate, atque eſſe habitum quendam ſpiritalem pertinentem ad eſſentiam animæ tanquã G ad eius ſubiectum primum; intelligunt animam ſic habituari per talem habitum, non in ordine ad naturam humanam cuius ipſa eſt forma completiua, ſed in ordine ad naturam ſuperiorem, nempe diuinam, cuius ipſa anima rationalis eſt particeps, aut conſors, ſeu participatiua ſuo modo. Et ſic ſaluatur ſanctus Thomas in eo quod dicit gratiam gratum facientem, eſſe quidem habitum quendam, eſſeq; in eſſentia animæ tanquam in ſubiecto primo: licet alii Doctores qui dicunt gratiam gratum facientem creatã, eſſe idem realiter cum charitate creata, fateantur eam pro ut eſt charitas, pertinere primùm ad potentiam animæ, ſcilicet ad uoluntatem: & pro ut eſt gratia, è contra, primùm uidelicet ad animæ eſſentiam.

SENTENTIA autem illa, (ut omnia pro ſequamur) quæ habet, Quòd gratia gratum faciens & uirtus, ſeu charitas, differunt non ſolùm ratione, ſed etiam per eſſentiam; ſatis bona uidetur, magnopere probabilis, & multipliciter congruens eſt, ut iam ex his quæ dicta ſunt conſtat. Probatur uerò maximè ſic, In omnibus principium eſſendi differt realiter à principio operandi, ſicut uidemus in na H turalibus, quòd forma ſubſtantialis per quam habet eſſe, differt realiter à calore, per quem habet agere: Sed gratia eſt principium eſſendi ſupernaturaliter, uirtus autem eſt principium operandi ſupernaturaliter: Ergo realiter differunt. Maior relinquitur tanquam nota. Minor eò oſtenditur, quia ad hoc quòd aliquid operetur opera alicuius generis, oportet quòd prius conſtituatur in eſſe illius generis: ad hoc igitur ut aliquis operetur opera ſupernaturalia, per uirtutes Theologicas, oportet quòd prius conſtituatur in eſſe ſupernaturali, quod fit per gratiam, quæ eſt quædam participatio eſſe diuini. Probatur ſecundò eadem ſententia, quia gratia huiuſmodi eſt quoddam lumen ſupernaturale, ſe habens ad uirtutes Theologicas, ſicut lumen naturale ad uirtutes acquiſitas: & ponitur radix earum, ſicut anima ſeu eſſentia animæ ponitur radix ſuarum potentiarum. Verùm Durandus de *Durandus. Lib. 2. diſt. 26. Quæſt. 1.* ſancto Portiano contra hanc opinionẽ et contra eius primam probationem, ita dicit, Hæc autem opinio deficit in duobus, ſcilicet in ſe, & in ſua ratione. In ſe, quia deſtructo principio eſſendi, deſtruitur principium operandi: Si ergo gratia eſſet principium eſſendi in eſſe ſupernaturali, & uirtutes Theologicæ principium operandi ſupernaturaliter; tunc deſtructa gratia, deſtruerẽtur omnes uirtutes Theologicæ: quod falſum eſt, quia deſtructa gratia,

A tia, manent fides & ſpes. Deficit etiam in ſua ratione. Quòd enim principium eſſendi differat à principio operandi, forte uerum eſt de primo principio eſſendi, quod dat eſſe ſubſtantiale, ut ſatis patet in exemplo adducto. Sed de principio eſſendi ſecundario, quod dat eſſe accidentale, non poteſt eſſe uerum. Calor enim qui dat eſſe accidentale igni, eſt ei immediatum principium agendi. Et ita cum gratia det eſſe accidentale, & non ſubſtantiale, nihil prohibet, eam eſſe immediatum principium operandi. Immo uidetur quod è contrario ſit arguendum ſic, Sicut ſe habent uirtutes morales ad eſſe morale, & opera moralia: ſic ſe habent uirtutes ſupernaturales ad eſſe ſupernaturale, & ad opera ſupernaturalia. Sed per uirtutes morales conſtituitur quis in eſſe morali, & per eaſdem perficitur ad opera moralia, & non per aliud: ergo ſimiliter per uirtutes ſupernaturales conſtituitur quis in eſſe ſupernaturali, & per eaſdem perficitur ad opera ſupernaturalia. Neque eſt aliud, ut uidetur, per quod homo conſtituitur in eſſe ſupernaturali, & per quod operatur ſupernaturaliter. Hæc ille. Notat autem ibi & bene, quòd licet homo ſit animal naturale ciuile,
Polit. 1. ut dicit Ariſtoteles in ſuis Politicis: & licet habeat homo quodammodo, in natas quaſdam
Ethic. 6. uirtutes, ut dicit idem Philoſophus in ſuis
B Ethicis: Tamen per principia naturalia, intellectum, uoluntatem, uel alia, non conſtituitur homo in aliquo eſſe morali, actu: ſed
Ethic. 2. aptitudine quadam: quod innuit Philoſophus loquens de uirtutibus in hāc ſententiā, In natis quidem nobis ſuſcipere eas, perfectis autem per aſſuetudinem. Sed per uirtutes homo conſtituitur actu in primo eſſe morali, & per eaſdem perficitur ad opera moralia. Et idem eſt de eſſe ſupernaturali, & ope-
Scotus. ribus ſupernaturalibus. Hæc ille. Scotus etiā
Lib. 2. contra ſecundam probationem ipſius opi-
Diſt. 27. nionis ita deducit, Quia ſequeretur quòd fi-
Quæſt. 1. des non poſſet manere informis: quia non poſſet perficere, non manente illo lumine in ordine ad quod perficit: Sicut nec uirtus acquiſita poteſt manere uirtus, non manente habitudine eius naturali ad illud quod reſpicit. Vt ad lumen, quod eſt prudentia. Hæc ille.

ILLA igitur opinio egregiè aſſeritur ualidisq́; innititur fundamentis: egregiè etiam oppugnatur, adeo ut ſubrui ſatis uideatur, pro ut ex Durandi, & Scoti dictis ſatis eſt manifeſtum. Et quidem quantum ad eius primam probationem attinet, quæ uidetur &
Dionyſ. pulchra, & fortis: bene uidit diuus Dio-
Cap. 2. nyſius in De Eccleſiaſtica Hierarchia, opor-
Part. 1. tere quodlibet in aliquo eſſe uel ſtatu prius poni humano, uel diuino, uel alio quouis: ut C
mox iam poſſit pati uel agere, quæ ſunt illius eſſe, uel ſtatus: Sicuti dicimus, nobis ipſis prius eſſe neceſſarium humanæ uitæ ſtatum, ut ſic demum humana poſſimus operari. Fatetur tamen ſimul in eodem loco idē auctor glorioſus, quòd per dilectionem Dei ſeu charitatem qua Deum diligimus, ſpiritaliter regeneramur in eſſe diuino quodammodo conſtituimur, mandata Dei ſeruamus, ſimiles Deo pro uiribus efficimur, ipſiq; iungimur. Verba eius relata ſunt paulò ante, in capite præcedenti. Vnde non dubium quin ipſe poſuiſſet dilectionem Dei in nobis: tanquam principium eſſendi in eſſe diuino, & agendi atque operandi diuina. Inſpiciantur bene uerba eius loco ſuperius allegato. Quantum uerò pertinet ad ſecūdam ſuam probationem, Si ipſa gratia gratum faciens ponatur diſtincta realiter à charitate, ut forma quædam, radix, & principium uirtutum theologicarum, ſicut lumen naturale eſt principium uirtutū acquiſitarum; ſeu prudentia, moralium; uel ſicut eſſentia animæ; eſt principium uel radix potentiarum animæ: quidem non plenè apparet, quomodo bene ſoluatur argumentū Scoti. Soluitur quidem & apparenter: tamen an admodum, & quantum opus ſit ſoluatur, diſpicere fuerit operæprecium.

AGAMVS igitur uberius latiusq́. ut res fa- D
cilius percipi intelligiq́; poſſit. Quæſtio fuit olim, quam etiam mouit Magiſter ſententia- *Magiſt.*
rum, Quid ſit ipſa gratia, An uirtus, an non? *ſent. lib. 2*
etſi uirtus, An actus, uel non? Circa quam *diſt. 26. et*
quæſtionem, eam partem magis uidetur te- *27.*
nere Magiſter, qua dicat, idem eſſe gratiam & uirtutem ſecundum eſſentiam, ſed differre ſolùm ſecundum rationem: ut gratia dicatur ſecundum quòd facit hominem Deo gratum uel ſecundum quòd gratis datur. Virtus autem, ſecundum quòd perficit ad bene operandum. Sanctus Thomas autem ſcribens poſt *S. Tho.*
Magiſtrum, & uidens hanc determinationē, *Prima 2.*
dixit conſtanter, quòd hoc ſtare non poteſt, ſi *quæſ. 110.*
quis rectè conſideret rationē uirtutis. Quod *Art. 3.*
probans, ita dicit, Virtus eſt quædam diſpo- *Phyſic. 7*
ſitio perfecti: dico autem perfectum, quod eſt diſpoſitum ſecundum naturam. Ex quo patet, quòd uirtus uniuſcuiuſque, dicitur in ordine ad aliquam naturam præexiſtentem: quādo ſcilicet unumquodq; ita eſt diſpoſitū, ſecundum quod congruit ſuæ naturæ, Manifeſtum eſt autem quod uirtutes acquiſitæ per actus humanos, de quibus ſupra dictum eſt, ſunt diſpoſitiones, quibus homo conuenienter diſponitur in ordine ad naturam, qua homo eſt. Virtutes autem infuſæ diſponunt hominem altiori modo, & ad altiorem finem.

E Vnde etiam oportet, quòd in ordine ad aliquam altiorem naturam, hoc eſt, in ordine ad naturam diuinam participatam, quæ dicitur lumen gratiæ, ſecundum quod dicitur, *2.Petr.1.* Maxima & precioſa uobis promiſſa donauit, ut per hoc efficiamini diuinæ conſortes naturæ: & ſecundum acceptionem huiuſmodi naturæ, dicimur regenerari in filios Dei. Hæc ille. Intendit enim & ſatis explicat his ſuis uerbis quibus ſuam declarat ſententiam: quòd ſicut uirtutes acquiſitæ per actus humanos, præſupponunt naturam humanam iam habitam qua homo eſt homo, in ordine ad quam diſponunt: ſic uirtutes infuſæ, tanquam uirtutes quædam diuinæ præſupponunt naturã diuinam iam participatam qua homo eſt homo diuinus. Cum autem diuina natura non participetur ab homine per nihil, ſed per aliquid: oportet quòd illud aliquid præſupponatur ad omnes uirtutes infuſas, quæ omnes in ordine ad naturam diuinam participatam diſponunt. Illud autem aliquid, quo homo diuinam naturam participat, appellat ſanctus Thomas, gratiam gratum facientem, lumen gratiæ, participationem diuinæ naturæ, atque principium diuini eſſe in homine, & prin *Ibidem.* cipium regenerationis in ipſo. Vnde ita allato exemplo concludit, Sicut igitur lumen naturale rationis, eſt aliquid præter uirtutes F acquiſitas, quæ dicuntur in ordine ad ipſum lumen naturale: ita etiam ipſum lumen gratiæ, quod eſt participatio diuinæ naturæ, eſt aliquid præter uirtutes infuſas, quæ à lumine illo deriuantur, & ad illud lumen ordinantur. *Epheſ.5.* Vnde Apoſtolus dicit ad Epheſios, Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate. Sicut enim uirtutes acquiſitæ perficiunt hominem ad ambulandum ſecundum quòd congruit lumini naturali rationis; ita uirtutes infuſæ perficiunt hominem ad ambulandum, ſecundum quòd congruit lumini gratiæ. Hæc ille. Qui, ut conſtat, talem tenet concluſionem, ut dicat gratiam gratum facientem & uirtutes omnes infuſas etiam charitatem, differre non ſolùm ratione, ſed inſuper ſecundum eſſentiam, realiter, ſiue ſecundum rem: ad quod format etiam ſuam rationem iam poſitam.

Scotus. Lib.2. diſt.27. Queſ.1. SCOTVS uerò ſcribens poſt ſanctum Thomam, non nulla dixit tum contra concluſionem eius, tum contra ſuam rationem ſeu probationem. Soluit quidem rationem illã ſancti doctoris ſtatim poſitam, Sicut lumen naturale rationis, etc. & dicit ſimilitudinem ſaluari in eo, quòd ſicut uirtutes acquiſitæ perficiunt in ordine ad lumen quod eſt prudentia, & illa ad lumen intellectus agentis; ita infuſæ in ordine ad lumen charitatis, & illa ad finem ſupernaturalem. Arguit etiam G cõtra ipſam rationem, quia ſequeretur, quòd fides non poſſet manere informis, quia non poſſet perficere, deficiente lumine in ordine ad quod perficit: ſicut nec uirtus acquiſita poteſt manere uirtus, non manente habitudine eius naturali ad illud quod reſpicit. Contra concluſionem uerò ſancti Thomæ, tres rationes format principales. Prima eſt, quia quæcunque excellentia attribuitur gratiæ, attribuitur etiam charitati, & è contra. ergo gratia & charitas ſunt idem, quia aliàs, aliquod eorum ſuperflueret. Aſſumptum probat tripliciter. Tum, quia utraque diuidit formaliter æqualiter inter filios regni & perditionis. Tum, quia utraque eſt forma uirtutum, & non poteſt eſſe informis. Demum, quia utraque coniungit ultimo fini, perfecta coniunctione, qualis poteſt eſſe in uia. Secunda eſt, quia ſi ponantur ea duo diſtincta, alterum ſuperfluit: quia alterum ſufficit. Tertia eſt, quia eodem habitu quo Spiritus ſanctus inhabitat animam, uoluntas inclinatur in ſuũ actum meritorium, & è conuerſo: non ſic autem eſt de habitu fidei aut ſpei, propter eorum imperfectionem. Ita docuit Scotus, ut quiuis facilè uidere poteſt apud ipſum: & in loco allegato: & in diſtinctione præcedente, & in libro primo ſententiarum, diſtinctione 17. H

CAIETANVS ſcripſit poſt Scotum, uiditq; hæc omnia; ſequẽs tamen ſanctum Thomam, tenuit determinationem ſuam cum ipſo. *Caietan. Prima.2. Quæ.110. Art 3.* Vnde reſpondendo ad omnes haſce obiectiones Scoti, dicit, Ad obiecta contra rationem facilè dicitur, quòd ſolutio ipſa ſe accuſat. Nam lumini naturali nou reſpondere facit lumen ſupernaturale, ſicut prudentiæ charitatem. Vnde ſimilitudo literæ ſtat in hoc, quòd ſicut lumen naturale eſt quoddam præſuppoſitum principium & origo uirtutum in nobis naturaliter præexiſtens; ita in eſſe ſupernaturali oportet ponere lumen ſupernaturale, principium & originem omnium infuſarum uirtutum. Et uide, quòd hanc ſimilitudinem auctor, poſt probatam concluſionem, inducit ex ratione uirtutis; ut oſtenderet, quòd natura illa præſuppoſita eſſet, & natura, & lumen, ad quod perficerent uirtutes ut ad naturam & lumen. Sicut in acquiſitis uirtutibus utrunque inuenitur, ut in litera inducitur. Ad argumentum autem contra ipſam rationem, dicitur, quòd fides informis nõ eſt uirtus ſimpliciter, ſed ſecundum quid: ut inferius in Secunda ſecundæ patet. Et propterea conceditur, quòd non manente lumine gratiæ, fides non remanet in eſſe uirtutis ſimpliciter. Ad primum eorum quæ contra concluſio-

A cluſionem obiiciuntur, dicitur, quòd licet multæ excellentiæ ſint communes gratiæ & charitati propter earum connexionem, non tamen eis conueniunt eodem modo: quia gratiæ, ut primæ radici, charitati, ut fructui illius. Et rurſus aliqua excellentia eſt gratiæ, quæ non conuenit charitati: ſcilicet primum principium formale eſſe ſupernaturalis. Falſum quoque eſt, quòd diuidere inter filios regni & perditionis, æque formaliter conueniat utrique: nam gratia facit filium Dei formaliter, charitas autem operatiuè. Illa enim eſt principium eſſendi in natura diuina participata; iſta eſt principium operandi ſecundum naturam diuinam participatam. Et ſimiliter diuerſimodè utraque eſt forma uirtutum, & cõiungit fini ultimo: quia charitas ut proximum operandi principium, illa ut primum. Et ex hoc patet reſponſio ad ſecundum: quòd neutra ſuperfluit, & altera ſine reliqua non ſufficit. Oportet enim & primum & proximum principium habere naturam & potentiam, lumen & uirtutes. Et per idem ſoluitur tertiũ motiuum, Nam licet habitus, quo Spiritus inhabitat animam, inclinet uoluntatem ad merendum, ut prima radix meriti: non tamẽ exequitur hoc per ſeipſum immediatè, ſed mediante habitu charitatis, quo formaliter
B uoluntas inclinatur: gratia autem radicaliter tantum. Hæc ille. Quibus putat ſatis Scoti argumenta & rationes refelli, ideoq; longiore diſputatione abſtinet.

AMBAS has Doctorum catholicorum ſententias probabiles ſatis & ad defendẽdum faciles iudicamus, neutramq; abiicimus, neutram reprobamus: nec ullum inconueniens ſequitur, dum hanc uel illam amplectamur; propter utriuſque rationes, fundamenta, auctores, & defenſores, catholicos, ſanctos, & grauiſsimos. Explicamus tamen nonnulla, quæ hic occurrunt conſideranda. Primum, quòd homo ex natura rei & ſecundum gratiã creationis per propria principia humanæ naturæ, habet diuinam naturam participatam: quia humana natura ut talis eſt, & in tali gradu entium, eſt quædam participatio naturæ diuinæ, effectus eius, & imago Trinitatis intellectiua, memoratiua, uolitiua. Secundũ, quòd charitas creata habitualis, de qua loquimur, re uera, eſt Dei gratia quædam, magna & ſpiritalis, pertinens ad gratiam Chriſti, accidens inhærens animæ immediatè uel mediatè. Tertium, quòd ipſa charitas eſt habitus quidam, & de prædicamento qualitatis, ut alii habitus ſimiles, ſpiritales & operatiui. Quartum, quòd qualitates operatiuæ ſeu actiuæ, dant ſuis ſubiectis eſſe quale, tale uel tale, & ſunt illis principia operandi ſeu agendi:

ut conſtat de calore in aqua, dante illi eſſe calidum, & operari calidè. Ex iſtis enim conſtat ſatis, charitatem huiuſmodi poſſe dare animæ in qua eſt, tum eſſe quale accidentale gratum, tum operari gratè: ac poſſe eſſe illi principium eſſendi in tali eſſe, & principium operandi ſecundum illud eſſe tale: quia eſt accidens animæ, qualitas, atque gratia: & quia eſt habitus operatiuus. Et conſtat ex diuinis ſcripturis allegatis, quòd charitas qua diligimus Deum & proximum, totum hoc, & omnia iſta habet: quia eſt homini principium uiuendi, & rurſus eſt homini principium operandi in illo eſſe, in quo dat uitam. Cum autem gratia gratum faciens creata, ſi ponatur diſtincta realiter, non poſsit dare aliud eſſe animæ, niſi illud idem eſſe accidentale gratum: uidetur quòd ſuperfluit, cùm charitas det illud idem eſſe. Hæc uidetur demonſtratio in hac materia. Caietanus tamen ut hanc rationem deuitet, confugit aliò, ſcilicet ad modum differentem: & ut eſt uidere in ſuis reſponſionibus, in omnibus ferè petit principium. Mirum eſt enim, quòd charitas creata, accidẽs, qualitas, gratia, habituſq; operatiuus, non poſsit facere ex diuina ordinatione ſecundum gratiam redemptionis, quod facit ens creatum, accidens, & qualitas actiua, ex diuina ordinatione ſecundum gratiam creationis. D
Calor in aqua, eſt ei principium eſſendi in eſſe calido, & eſt ei principium operandi calidè. Quomodo non poterit hoc facere charitas in anima: ut ſit ei principium eſſendi in eſſe grato, & ſit ei principium operandi gratè? præſertim cùm ipſa charitas, ſit gratia, & ſit qualitas operatiua, quia eſt habitus operatiuus? Dicunt, Principium eſſendi pertinet immediatè ad eſſentiam, principium operandi pertinet immediatè ad potentiam: ideo charitas cum ſit principium operandi, non poteſt eſſe principium eſſendi. Reſpondetur ex aduerſo. Primùm, Calor in aqua facit utrunque, ſiue dicatur immediatè ſubiici in materia prima, ſiue in toto compoſito. Secundùm, Charitas eſt qualitas ſpiritalis, & eſt habitus operatiuus, & eſt gratia: ideo ut qualitas ſpiritalis & gratia, poteſt dici primũ pertinere ad animæ eſſentiam, licet ut habitus operatiuus dicatur primùm pertinere ad animæ potentiam. Confirmatur hoc præſertim ex eo, quòd multi dicunt potentias animæ ſuperiores ad quas pertinet charitas non differre ab ipſa anima nec à ſeipſis realiter, ſed tantũ ratione ratiocinata, ſiue ex natura rei. Ob quod non inconuenit idem accidens habens multas rationes, ſecundum aliam pertinere primùm ad animæ eſſentiam, & ſecundũ aliam ad animæ potentiam. Confirmatur etiam

E tiam, quia & qui dicunt, omnes potentias animæ fluere ab animæ eſſentia, differreq; realiter & inter ſe & ab anima; fatentur ſimul quòd accidētis eſſe eſt in eſſe, & quòd animæ ſuperiores potentiæ, ſunt animæ ſpiritalia accidentia. Vnde nihil uidetur prohibere, quominus accidens accidentis, & maximè tale, ſi forte detur, dicatur primum & immediatius ſecundum aliquam rationem pertinere ad ipſum propriū ſubiectum principale, quod eſt ſubſtantia. Non diſputamus modo, An uera ſit opinio, quæ dicit, quandoque accidens eſſe ſubiectum accidentis? Sed hoc ſolùm tangimus, ut licet detur accidens accidentis, & concedatur accidens eſſe poſſe aliquando accidentis ſubiectum: aduertamus tamen naturas rerum, & uideamus dependentiam quam habent omnia accidentia à ſuo ſubiecto ſubſtantiali, & modum ipſius dependentiæ.

ITAQVE cum ſit certum ex naturis rerum, quòd idem accidens unum realiter poteſt eſſe ſuo ſubiecto & principium eſſendi in aliquo eſſe accidentali, & principium operandi in illo eſſe, ſeu quæ pertinent ad eſſe tale: & cum ſit certum ex diuinis ſcripturis, quòd charitas qua diligimus Deum, eſt accidens noſtrum & habet illas prærogatiuas altiſſimas prædictas, ut nobis ſit principium uiuendi & operandi in eſſe grato, charo, & accepto: fatetur in ſua opinione Scotus, quòd

F charitas ſufficit. In ſua autem Caietanus ex oppoſito, uidens quòd charitas eſt habitus, & ut ſic pertinet primùm ad animæ potentiam, dicit quòd non ſufficit, ſed oportet dare aliquid aliud realiter diſtinctum, quod pertineat primùm ad animæ eſſentiam. Omnes concedunt quòd charitas pertinet ad animam, ſed differentia eſt in eo quòd Caietanus dicit non pertinere ad animam niſi mediatè, & iccirco non ſufficere: Scotus uerò dicit quòd charitas quidem in potentia animæ eſt, & ſimul aſſerit eam ſufficere. Quis uerius docet? Alius determinet. Cum enim charitas ſit in anima, parua uidetur differentia, quòd ei mediate uel immediatè conueniat. Nec planè apparet, quomodo prærogatiuæ charitatis, ac diuina acceptio, quæ charitati in diuinis ſcripturis tribuuntur, ab immediatione illius, ad eſſentiam animæ dicantur dependere. Nec diuina ſcriptura prædicat diuinam acceptionem charitatis, prærogatiuas & laudes, tanquam inſufficientis rei ad uitam & ſalutem, ſed potius tanquam ſufficientis. Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eū faciemus. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus

Scotus. Lib. 2. diſt. 26. queſ. 1.

Ioan. 14.

1. Ioan. 3.

fratres. Qui non diligit, manet in morte.

G Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Charitas eſt uinculum perfectionis. Charitas operit multitudinem peccatorum. Hæ nanque diuinæ uoces multæq; aliæ quæ de charitate in diuinis ſcripturis perſonant; commendant quidem & laudibus efferunt charitatem, uon utique tanquam inſufficientem, ſed profectò tanquam ſufficientē. Nec curant de mediatione uel immediatione, ſed de ualore, & acceptatione à Deo optimo Maximo. Et ut conſtat ex diuinis ſcripturis allegatis, magis probatur ſufficientia charitatis, quàm uel ex ſcripturis uel aliunde conſtet, quòd gratia gratificans debeat eſſe in eſſentia animæ, & quòd charitas non ſit in illa. Adhuc enim non eſt notum de gratia huiuſmodi, an ſit in eſſentia animæ, uel in eius potentia. Et non ſolùm hoc adhuc non eſt notum, ſed eſt profectò mirum immodum dubium & uiget adhuc anceps de hac re Doctorum controuerſia non parua: Similiter & de charitate, de qua quidam non irrationabiliter dicunt, quòd in eſſentia animæ eſt, ſaltem ſecundū aliquam ſui rationē: à quibus uidentur ſtare & illa diuina eloquia pridem allegata, & Auguſtinus in De laude Charitatis; ubi aſſerit quòd charitas eſt radix & uita omnium bonorum. Et iterum, quòd charitas eſt uita morientium. Vita autem ut nemini dubium eſt, pertinet ad eſſentiam. H

1. Ioan. 4. Col. 3. 1. Pet. 4.

Auguſt.

PLACET igitur & hæc afferre quæ dixerunt Doctores de ſubiecto gratiæ gratum facientis, non ſolùm ut omnia grauia ad hanc rem pertinentia literis prodamus, ſed ut eorum quæ dicta ſunt explicatio clarior exhibeatur. Quidam dixerunt gratiam ad eſſentiam animæ pertinere primùm: intelligentes de gratia huiuſmodi gratum faciente, quam Deus ponit in anima dum gratificat, iuſtificat, & ad regnum ordinat. Confirmauerunt autem hanc ſententiam multis rationibus: quarum prima eſt, Quia ſecundum Dionyſium in De Eccleſiaſtica Hierarchia, res reducuntur in Deum eo modo quo exeūt à Deo: & eſſentia animæ prius exit à Deo quàm potentia: unde & eſſentia debet gratificari, iuſtificari, aut acceptari primùm. Secunda, Quia eſſentia eſt indeterminatior quàm potētia, quia habet multas potentias: & gratia ponitur tanquam formaliter determinās animam indeterminatam: ob quod gratia magis uidetur pertinere ad magis indeterminatum. Tertia, Quia gratia ſemper eſt in actu ſuo, cùm actus eius ſit gratificare, & ipſa ſemper gratificet, quamdiu ineſt: & quia eſſentia animæ ſemper eſt in actu, non autem potentia; gratia ipſa magis ad eſſentiam pertine-

re

A re uidetur, quàm ad potentiam. Quarta, Quia acceptatio eſſētiæ ſufficit ad acceptatio nem potentiæ, & non è conuerſo, ſaltem per prius, uel maximè, ſicut legimus, Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius: quamobrem & gratia ad eſſentiam magis pertinet, aut per prius. Quinta, Quia cùm eſſentia ſit prior eſſentialiter in eſſe, quàm potentia: ui detur quòd ſimiliter debet eſſe prior in acceptatione, & ordinatione gratificationis. Sexta, Quia in agendo, eſſentia eſt quaſi principale agens, & potentia ſicut inſtrumentale, ut dicit Anſelmus de Concord. Ergo forma determinans ad agendum, magis debet poni in eſſentia tanquam in principali agente: Septima, quia correſpondentia eſſe debet imaginis recreatæ, ad imaginem creatam: ſed imago creata requirit unitatem eſſentiæ & trinitatem potentiarum: igitur & illud quod recreatur, requirit unitatem gratiæ perficientem eſſentiam, & trinitatem uirtualiter ſeu uirtutum, perficientem potentiam. Non nulli propter iſtas rationes & alias quas uidimus, tenuerunt opinionem Caietani, dicentes, quòd gratia gratum faciens pertinet ad animæ eſſentiam, & diſtinguitur à charitate pertinente ad animæ potentiam. Alii uidentes has rationes prædictas, & credentes charitatem & gratiam huiuſmodi eſſe idem realiter, dixerunt, charitatem haberi primò in

Gen. 4.

Anſelm. Cap. 19.

Opinio 1. de ſubiecto gratiæ.

Opinio 2.

B eſſentia: & hoc ultimum nonnullis rationibus ita confirmauerunt. Videlicet, quia ſecundum Auguſtinum in De laude charitatis, Charitas eſt radix & uita omnium bonorum: atque eſt uita morientium. Vita autem & mors pertinent ad eſſentiam: Atque etiam, quaſi ibi ponatur, dat eſſe ſupernaturale & primum. Igitur pari ratione poterit dare agere ſupernaturale, & cætera. Vel aliter, quia agere præſupponit eſſe: igitur quod dat agere naturale uel ſupernaturale, dat eſſe tale. Sed gratia dat agere animæ: igitur dat eſſe. Sed eſſe, eſt ipſius eſſentiæ: igitur & cætera. Scotus poſt hæc omnia, quæ uidit & refert, tenet quòd gratia et charitas ſunt realiter idem: & tandem quòd gratia eſt in potentia animæ. Probat, Quia gratia eſt aliqua forma in anima, ſecundum quòd probatur diſtinct. 17. libri primi. Sed non eſt paſsio uel potentia, ſecundum illam diuiſionem Philoſophi, 2. Ethic. Omnis autem habitus eſt in potentia, quia opus habentis bonum reddit. Ergo. Item eadem eſt gratia operans & cooperans. Sed cooperans eſt in potentia uoluntatis: Igitur & cætera. Deinde, Quia cùm gratia ſit idem realiter cum gloria, uel per ſe ſit diſpoſitio ad eam; ſequitur quòd per ſe ſit in eodem ſubiecto, in quo eſt beatitudo.

Opinio 3. Lib 2. Diſt. 26. Quæſ. 5.

Idem etiam. Lib. 4. Diſt. 49.

Beatitudo autē non eſt per ſe in eſſentia, ſed C in potentia: ergo & cætera. Verùm quia non nulli dixerunt quòd beatitudo principaliter eſt in eſſentia, & redundat mediante illa in potentias, ſecundū quòd ſunt capaces eius, ſecundum magis & minus, prius & poſterius, & quòd primo modo anima eſt Deiformis, ſicut carbo ignitus, ex ſpeciali illapſu Dei. Nititur probare oppoſitum Scotus, ſemper aſſerens, quòd Beatitudo primùm & principaliter eſt in potentiis animæ. Ad quòd ita format argumenta ſua. Ergo, id eſt, ſi ſtaret illa opinio, circunſcriptis potentiis poſſet anima eſſe beata per ſe, & ita eſſet beatitudo non in aliquo actu ſecundo, neq; etiā in attingendo obiectum ultimū. Nam nō attingitur obiectum ut obiectum, niſi per actum ſecundum, qui conuenit animæ, ut eſt potentia. Item beatitudo non eſt, niſi quia ſatiat & quietat beatum. Hæc quietatio non poteſt eſſe niſi per coniunctionem ad obiectum beatificū: coniunctio autem non eſt, niſi per actum aliquem, qui tantum eſt potentiæ. Et hæc eſt ſententia Philoſophi, ponentis, quòd beatitudo eſt in actu. Præterea, ſi beatitudo poneretur in eſſentia, cùm eiuſdem rationis ſit gratia in eſſentia in uia & in patria; ergo nunc anima eſſet beata, licet minus quàm in patria, Conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Conſequentia probatur, quia nunc habet a- D ctum primum eiuſdem rationis, per te, cum iſto in quo eſt eſſentialiter beatitudo. Hæc Scotus. Addit etiam, dicens, Dico quòd argumentum de actu primo, concludit quòd nunc eſſet anima beata, licet minus quàm tunc: non autem ſi ponatur beatitudo in actu ſecundo etiam diligendi; quia ille non eſt eiuſdem rationis in uia & in patria.

12. Met. tex. cō. 51 Ethic. 1. & 10.

Conclvsio igitur Scoti eſt, quòd ſicut anima eſt primùm beatificabilis per potentiam & non per eſſentiam: ita eſt primùm gratificabilis ſeu iuſtificabilis non per eſſentiam, ſed per potentiam. Quia gratia gratū faciens, eſt diſpoſitio ad beatitudinem, & quaſi ſeminarium eius. Prædictis ſuis rationibus addit, tum, quòd gratia perficit animam in ordine ad determinatum actum, ſcilicet meritorium: & cum actus meritorius ſit ſolius uoluntatis ſecundum Anſelmum in De Concep. Virg. infert quòd gratia perficit animam præciſè in quantum eſt potentia cuius eſt talis actus: Hæc autem eſt uoluntas. Confirmat, quia ſi gratia perficeret eſſentiam animæ, ut eſt eſſentia: poſſet redundare in actū prioris potentiæ, ſcilicet intellectus: & ſic actus intellectus ut præcedit actum uoluntatis, poſſet eſſe gratificabilis & meritorius. Immo ſi ſolus intellectus eſſet ſine uolūtate,

Anſelm. Cap. 4.

B in eſſentia illa, poſſet eſſe gratia & meritum. Tú quia eſſentia ut eſſentia non-reſpicit obiectum nec actum, ut conſtat: ſed hoc habet per ſuas potentias: gratia autem perficit eſſentiam pro ut reſpicit obiectum & actum, quia perficit ad meritum: ideo magis reſpicit eſſentiam tanquam potentiam. Confirmat ex Anſelmo ubi ſupra, quia omnis iuſtitia & iniuſtitia, eſt formaliter in uoluntate: gratia autem eſt quædam iuſtitia & rectitudo. Iterum ex eodem, quia peccatum eſt in uoluntate ſecundum eundem Anſelmum, ubi prius: gratia uerò & peccatum ſunt oppoſita, atque oppoſita ſunt circa idem. Ita docet Scotus, quòd gratia gratum faciens creata, & creata charitas ſunt idem realiter: & quòd gratia huiuſmodi primùm reſpicit aut primùm perficit animam quantum ad potentiam, quam quantum ad eſſetiam: ſecundum quem, conſequenter loquendo, gratia primum eſt in potentia, non primum in eſſentia. Durandus de Sancto Portiano conuenit cum Scoto, in eo quòd ait, gratiam non in animæ eſſentia, ſed in animæ potētia eſſe ſicut in ſubiecto primo. Probat, quia gratia eſt donum ſuperadditum naturalibus. Si autem eſſet in eſſentia animæ, non eſſet aliquid ſuperadditum naturalibus, ſed magis interpoſitum inter eſſen-

F tiam & potentiam. Format etiam alias rationes, quas omittimus. Gabriel Biel dixerat prius, quòd potentiæ animæ intellectiuæ, ſcilicet intellectus, memoria, uoluntas, pro ſe ipſis, excluſis ſuis actibus, non diſtinguuntur ab anima, neque inter ſe, neque re, neque ratione. Deinde mouit quæſtionem, Vtrum gratia ſubiectetur in eſſentia animæ, uel in potentia? Tandem reſpondit, Quæſtio illa non habet dubium, ſecundum opinionem ſupra declaratam, quæ tenet quòd animæ eſſentia & potentiæ non diſtinguuntur. Sic enim, quia idem ſunt, quicquid eſt in eſſentia tanquam in ſubiecto, eſt etiam in potentia tanquam in ſubiecto, & è conuerſo. Tenentes autem oppoſitum & ponentes diſtinctionem inter eſſentiam & potentiam, adhuc diuerſificantur. Beatus Thomas, qui ponit diſtinctionem realem inter eſſentiam & potentiam, ſimiliter inter gratiam & charitatem, conſequenter dicit, quòd gratia perficit eſſentiam, & charitas potentiam, ipſa ſcilicet uoluntatem, tanquam forma ſubiectum. Scotus uerò, qui ponit diſtinctionem formalem tantum inter eſſentiam & potentiam, & nullam inter gratiam creatam infuſam, ponit gratiam in potentia, ſicut & charitatem: perficit enim potētiam in ordine ad actū meritorium. Hæc ille. Tenet igitur ipſe, quòd gratia eſt in eſſentia & in potentia, ut conſtat.

Cap. 3. — *Durandus. Lib. 2. Diſt. 26. Quæſ. 2.* — *Gabriel. lib. 2. diſt. 16. Quæ. 1. Art. 2.* — *Lib. 2. diſt. 26. Quæſ. Art. 3. Dub. 1.*

Respondendo autem argumentis G probantibus quòd gratia ſit in eſſentia, dicit Scotus: Ad primum, Quòd res reducuntur in Deum eo ordine quo exeunt à Deo, intelligendo de extremis productiuis in perſonis diuerſis, non autem in his quæ ſunt in eodem ſuppoſito: quia eſſentia prius accipit eſſe, & tamen prius reducitur per potentiam, quàm per operationem. Ad ſecundum, Quòd gratia determinat ad operationem gratuitam, ſicut pertinet ad habitum determinare: & hoc modo potentia eſt indeterminata indeterminatione proxima, & non eſſentia. Ad tertiū, Quòd & ſi gratificare, ideſt, gratum reddere, ſignificetur actiuè, non tamen eſt agere: ſicut nec albedinem, facere parietem album, eſt agere, ſed informare parietem. Ad quartum, Quòd acceptatio potentiæ ſufficit ad acceptationem eſſentiæ, & non è conuerſo: ſicut enim ſi homo poſſet uidere actum alterius diligendi, propter illum actum acceptaret totum ſuppoſitum; ita Deus primò acceptat actum liberè elicitum à potentia, non quidē acceptatione generali, qua acceptat omnem creaturam, quia ſic primò eſſentia acceptatur: ſed acceptatione ſpeciali, qua ordinat ad ceptum ad beatitudinem. Acceptat autem ſic primò & principaliter potentiam, quæ eſt primò beatificabilis: & per illam, ipſam eſſentiam. Ad illud quod obiicitur de Abel H & muneribus eius, ait, Dico quòd actus exterior non acceptatur, niſi quia interior acceptatur: nec interior, niſi quia potentia illa cuius eſt actus elicitus uel imperatus, acceptatur. Sed non eſt ulterius reſoluere illā acceptationē iſtius potentiæ in acceptatione alicuius prioris acceptati: quia nihil eſt prius acceptabile acceptatione ſpeciali, niſi mediāte illa potentia. Ad quintum, ſicut ad primum. Ad ſextum, Quòd poſſet concedi maior, de inſtrumento extrinſeco, non autem de intrinſeco, quod eſt idem operanti. Sic ipſemet operans, dicitur inſtrumentum in quam habet rationem determinatam operatiuam: quia illo modo accipiendo inſtrumentum, forma determinans actionem debet poni in inſtrumento: non autem in principali agente, ut diſtinguitur ab inſtrumento, debet poni niſi forma recipiens, alias, reſpiciens actionem. Hæc ille. Ad ultimum non reſpondet, quia facillimum eſt, & præſtò habet ſuam ſolutionem. Satis enim reformatur imago naturalis per hoc, quòd in ſuis potentiis perficitur, ac rectificatur, & à malis liberatur atque repurgatur.

Post hæc omnia, tot, tanta, atque talia, quid dicendum de hac quæſtione grauiſſima? Nunquid gratia gratum faciens creata, &

A & creata charitas, diſtinguũtur realiter in eadem anima iuſta. Probabilis eſt pars affirmatiua quæſtionis, ſecundum opinionem Caietani: & probabilis eſt pars negatiua einſdem quæſtionis, ſecũdum opinionem Scoti. Quæ eſt magis uera? Non iudico. Quæ uidetur magis eligenda? Saluo meliori iudicio, & ſub correctione omnium ſapientum, in eo tantum ſententia Caietani mihi minus placet, quòd uel negat uel uidetur negare rem magis notã, ut probet, defendat, atque concedat rem minus notam. Magis nota nanq; uidetur ex diuinis ſcripturis & Doctoribus, ſanctis, ſufficientia charitatis infuſæ, qua diligimus Deum, ad uitam, ſalutem, gratificationem, & iuſtificationem noſtram: quàm ſit nota diſtinctio realis ipſius charitatis creatæ, à gratia gratum faciente creata. Conſtat hæc ueritas omnibus qui diuinas ſcripturas, attentius legerint & perſpexerint, quid illæ de huiuſmodi charitate dicant. Tamen Caietanus ut concedat, probet & defendat, charitatem creatam eſſe à gratia gratum faciente creata diſtinctam, negat ipſam charitatem eſſe ſufficientem: ut conſtat ex dictis ipſius, quibus reſpondet ad argumenta Scoti: quæ omnia paulò ante poſuimus, & argumenta huius, & reſponſiones alterius. Vt igitur cõcedat & defendat charitatis à gratia realem diſtinctionem, negat charitatis ſufficientiã. At diuina ſcriptura & Doctores ſancti, magis profectò probant & commendant ſufficientiam Charitatis, illamq. faciunt nobis

B

magis notam. Videat, & conſideret lector: quia charitas transfert nos de morte ad uitã. Charitas coniungit nos Deo. Per charitatem Deus manet & habitat in nobis. Charitas operit multitudinem peccatorum. Charitas eſt uinculum perfectionis: Charitas eſt ueſtis nuptialis, quæ diuidit inter filios regni & filios perditionis. In his legimus multas admodum charitatis excellentias, & quo ad hæc, nuſquam legimus ullam charitatis inſufficientiam: licet charitas habeat ſuos gradus, incipientium, proficientium, & perfectorum. De quibus aliàs.

1. Ioan. 3.
1. Ioan. 4.
Ioan. 14.
1. Pet. 4.
Coloſ. 3.
Part. præſenti. Lib. 3. per multa.

Manifeſtè ſatis demonſtratur, quòd ad gratiam Dei per Saluatorem noſtrum, id eſt, ad ſpeciale adiutorium eius, pertinet omnis bonus uſus deliberatus noſtrarum potentiarum, quem moraliter deliberate habemus uel exercemus uirtuosè circa Deum uel propter Deum trinum et unum, ad quancunque potentiam pertineat, intellectum, memoriam uoluntatem, uel quamuis aliam ex inferioribus. CAP. X.

MAGNA nimis eſt hæc gratia iuſtificans ſeu gratificans, qua formaliter à peccatis iuſtificamur: maximusq; effectus gratiæ redemptionis, præ cæteris quos ĩ hac mortali uita mortales habere ualemus. Iuſtificat enim animam formaliter à peccatis, uiuificatq; illam, ſanat, dignificat, gratificat, mundat, eleuat, de morte ad uitam transfert, & filiam regni facit, atque hæredem. Omnes reatus æternos tollit, ſiue quos propter peccatum originale contraximus, ſiue quos actualiter peccantes incurrimus. Eſt principium merendi apud Deum maiorem & maiorem coronam gloriæ, ſatisfaciendiq; apud Deum pro præteritis noſtris criminibus uſque ad completam expiationem, eo modo loquendo de merito, quo pura creatura apud Deum uel mereri uel ſatisfacere poteſt. Non de condigno ſtrictè, quia, Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sed largè, ſicut legimus, Merces neſtra multa eſt in cælis. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Voca operarios, & redde illis mercedem. Quod leue eſt & momentaneum tribulationis noſtræ, in ſublimitate ſupra modum, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Verùm & ſi hæc gratia magna ſit nimis, profectò ad multa alia ſeſe extendit gratia Saluatoris noſtri, quàm ipſe nobis meruit. Quando quidem nõ hoc ſolùm meruit nobis Saluator noſter, ſed & totam gratiam Patris ſimpliciter loquendo, quanta pertinet ad bonam uitam noſtram: cognitionis, uolitionis, alterius operationis; intellectus, uoluntatis, aliarum potentiarum. Denique omnia quibus in maſſa perditionis filiorum Adæ, alii diſcernimur ab aliis: hoc eſt, uirtuoſi à non uirtuoſis, iuſti ab iniuſtis: credentes, à non credentibus: beati, à dannatis: & ſimilia. Sine dubio credendum nobis eſt & nullo modo dubitandum, ad gratiam redemptionis pertinere etiam omnem bonum uſum noſtrarum naturalium potentiarum quem uirtuosè habemus circa Deum, uel propter Deum trinum & unum, ut cogitando, credendo, ſperando, amando, pœnitendo, orando, meditando, contemplando, philoſophando, conſultando, aut interius ſiue exterius aliquid boni operando. Cuncta enim hæc Deum ſapiunt, quia ut ſupponimus, cuncta hæc circa Deum uel propter Deum uirtuosè exercentur; ideo ſine dubio ad ſpiritalem hominem iam quodammodo pertinent, & non ad animalem. Quandoquidem ſicut uerißimè

C

Rom. 8.
Mat. 5.
2. Tim. 4
Mat. 20.
2. Cor. 4.

D

docet

E docet Apoſtolus, Quis enim hominum ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi Spiritus Dei. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis: quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in doctrina Spiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi: & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur, ſicut ſcriptum eſt, Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum? Nos autem ſenſum Chriſti habemus. Ecce generaliter dicit Apoſtolus, animalem hominem non percipere quæ ſunt Dei, ſed bene quidem ſpiritalem: unde non eſt dubium quin ad ſpiritalem hominem pertineat, quicquid boni operatur homo interius uel exterius uirtuoſè circa Deum, uel propter Deum. Percipit enim tunc, quæ ſunt Dei, quoties circa Deũ, uel propter Deum, aliquid boni uirtuoſè operatur: alioquin niſi quæ ſunt Dei perciperet, quomodo circa Deum uel propter Deum aliquid boni uirtuoſè ageret? Quidem non magis quàm pecora, & bruta animantia. Profectò autem à

1.Cor.2.

F Chriſto tanquam ab Adam nouiſsimo & ſpiritali habemus, quicquid pertinet ad ſpiritalem uitam & cæleſtem, ſicut idem Apoſtolus ait, Factus eſt primus homo Adam in animã uiuentem, nouiſsimus Adam in ſpiritum uiuificantem: Sed non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale. Primus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis. Ecce ad primum Adam de terra terrenum pertinent noſtra terrena, ad nouiſsimum autem Adam de cœlo cœleſtem pertinent noſtra cœleſtia: ſunt autem ſine dubio cœleſtia, quæcunque circa Deum uel propter Deum interius uel exterius uirtuoſè operamur. Non gerunt hæc, imaginem Adæ terreni, qui Deum reliquit & ad bonum commutabile ſe conuertit: ſed imaginem Adæ cœleſtis, qui factus obediens uſque ad mortem dicebat, Sicut miſit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem. Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio: Vtique ad patrem referens totam uitam, in omnibus gloriam patris quærens. Neque pertinent hæc ad ueterem hominem noſtrum qui in baptiſmo ſimul crucifigitur, neque ad uetus fermentum quod iubemur expurgare, ne

1.Cor.15.

Ioan.6.

Rom.6.

1.Cor.5.

G que ad ueterem hominem qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris & quem monemur deponere ſecundum priſtinam conuerſationem, neque ad ueterem hominem quem cum actibus ſuis præcipimur expoliare ſicut dicit Apoſtulus, Nunc autem deponite & uos omnia, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore ueſtro. Nolite mentiri inuicem, expoliantes uos ueterem hominem cum actibus ſuis. Pertinent autem hæc ad nouum hominem quem docemur induere, atque ad actus eius quos iubemur exercere: ad nouam uitam, & ad agnitionem Dei; ad nouũ hominẽ & ad actus eius, de quo, & de quibus dicit idẽ Apoſtolus, Et induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem eius qui creauit illum: ubi non eſt Gentilis & Iudæus, circuncifio & præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Induite uos ergo ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, uiſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam: ſupportantes inuicem, & donantes uobis metipſis ſiquis aduerſus aliquem habet querelam: ſicut & Dominus donauit uobis, ita & uos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod eſt uinculum perfectionis: & pax Chriſti exultet in cordibus ueſtris, in quam & uocati eſtis in uno corpore, & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in uobis, H abundanter in omni ſapientia docentes & cõmonentes uoſmetipſos, in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus ueſtris Deo. Omne quodcunque facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo & patri. Itaq; nõ poteſt eſſe dubium inter Chriſtianos quin ad nouum hominem quem iubemur induere, & ad actus eius quos iubemur exercere, pertineat quicquid boni nos homines interius uel exterius uirtuoſè operamur circa Deum uel propter Deum, cogitando, credendo, amando, pœnitendo, orando, meditando, contemplando, aut uirtutem quamuis aliam exercendo, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, & cætera id genus. Nouum autem hominem induere uel actus eius exercere non poſſumus nos homines filii Adæ terreni ſecundum carnem, primi & ueteris, niſi per gratiam Adæ cœleſtis, nouiſsimi & ſpiritalis, à quo per eius gratiam habemus nouitatem, ſicut ab Adã ueteri per naturam contraximus uetuſtatem. Si actus de quibus agimus pertinent ad ueterem hominẽ, illos abiiciamus: ſi autem pertinent ad nouum

Epheſ.4.

Coloſ.3.

Coloſ.3.

A uum hominem, illos gratiæ Chriſti tribuamns: ſcilicet gratiæ Dei quam Chriſtus nobis meruit, quando nos redemit: hoc eſt, gratiæ redemptionis. Hinc eſt, quòd, ſicut Apoſtolus ſæpe introducit primũ Adam tanquam anctorem noſtræ miſeriæ, netuſtatis, dannationis, corruptionis, ac perditionis: ſic ſemper introducit Saluatorem noſtrum, ſecundum Adam, tanquam auctorem noſtræ ſalntis, uitæ, nouitatis, reparationis, benedictioiis, ac liberationis. Neqne poſſunt hi actus dici medii, & tales, qui neque ad netuſtatem, neque ad nouitatem pertineant; neque ad primnm Adam, neqne ad ſecundum: quia eadem facilitate dici poſſet, quòd neqne ad naturam, neque ad gratiam. Ad quem ergo? Maximè, quia ſunt deliberati: ponnntur enim uirtuoſè fieri, & ſic ex deliberatione. Et quidem ſatis conſtat pertinere hos actus & uirtutes ex illis acquiſitas ad gratiam redemptionis, per hoc quòd in his omnibus uiget Dei cognitio & charitas quædam: nam nemo poteſt circa Deum uel propter Deum quicquam boni uirtuoſè operari cogitando, credendo, ſperando; amando, pœnitendo, aut aliquam aliam uirtutem exercendo, niſi ſimul Deum cognoſcat, Deumq́. diligat aliquo modo; perfectè uel imperfectè, abſolutè uel ſecundum quid, illum deſiderando, nel
B ſaltem illum deſiderare concupiſcendo, ſicut
Pſal. 118. in pſalmo dicitur, Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas, in omni tempore. Quomodo poteſt aliquis, aliquid circa Deum uirtuoſè operari, cogitando, ſperando, amando, aut quouis modo alio, operando: niſi illum cognoſcat? Aut quomodo poteſt aliquis, aliquid propter Deum agere: ni
Ariſtot. ſi Deũ quodammodo diligat? Propter quod
1. Poſter. unumquodque tale, & illud magis. Venire
cap. 2. autem ad cognitionem & dilectionem Dei nemo poteſt, niſi per Dei ipſius uocationem:
Rom. 9. Etenim, Non ex operibus, ſed ex uocante
Gen. 25. dictum eſt, Quia maior ſeruiet minori. Miſe
Exod. 33. rebor cuius miſereor, & miſericordiam præſtabo, cuius miſerebor. Igitur non uolentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Ex uocatione ergo Dei uenit, quoties homo aliquis Deum credit, diligit, ſperatq́; in Deo: aut propter Deum aliquid boni uirtuoſè o-
Rom. 10. peratur: quod Apoſtolus non ſolùm in his declarat, ſed etiam eo loci ubi ait, Omnis enim quicunq; in uocauerit nomen Domini,
Iohel. 2. ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabunt eũ, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient, ſine prædicante? Quomodo uerò prædicabunt, niſi mittantur? Sed quæſo, nunquid uocat Deus ſic homines ad ſuam cognitionem & dilectionem ex neceſsitate & ſe C
cundum naturam? An ex uoluntate & ſecundum gratiam? Vtique non illud, ſed hoc: non ex neceſsitate, ſed ex uoluntate: non ex natura, ſed ex gratia. Ex qua gratia? Ex gratia redemptionis, per Chriſtum Dominum noſtrum. Nihil aliud prædicauit Apoſtolus, abundantius, aut clarius. Chriſtum enim pro *Rom. 3.*
poſuit pater propitiatorem, in quo habemus *Epheſ. 1.*
redemptionem per ſanguinem eius, & in quo propoſuit inſtaurare omnia quæ in cœlis & quæ in terra ſunt. Per hoc autem ſine dubio conſtat, quòd hæc omnia ad gratiam redemptionis pertinent: quoties circa Deum uel propter Deum aliquid boni uirtuoſè agimus cogitando, credendo, ſperando, amando, pœnitendo, uel operando: ob id uidelicet quòd iſta omnia ex nocatione Dei ueniunt, uocatio autem Dei ex gratia redemptionis per merita filii ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Videmus quòd in his habetur uel iuſtificatio, uel initium iuſtificationis; ſalusq́;, uel initium ſalntis, eo quòd in his eſt cognitio Dei & dilectio eius aliqualis: abſit autem ut iuſtificationem uel iuſtificationis initium: ſalutem uel ſalutis principium alicui alteri tribuamns niſi Chriſto, qui eſt noſter Saluator, noſter iuſtificator, noſter redẽptor noſterq; uiuificator. Ipſe enim eſt, qui noſtræ iuſtitiæ
initium dat eamq́. complet, nos uocat, nos D
præparat, in nobis operatur inſpirando, nobiſcum cooperatur coagendo, gratiam gratum facientem infundit, & nobis noſtra peccata dimittit: nos omnes omnia hæc, illi debemns uni. Quod nanqne horum nos facimus, ipſe facit, ut nos faciamus ſuauiter excitando, & præparando: ipſeq́; nos aptat in omni opere bono, præueniendo, uocando, operando, cooperando. Sine dubio gratia redemptionis eſt quæ in maſſa perditionis filiorum Adæ, diſcernit eos qui de Deo aliquid uirtuoſè cogitant ab aliis, credentes à non credentibus, ſperantes à non ſperantibus, diligentes à non diligentibus, pœnitentes à non pœnitentibus, & propter Deũ operãtes ab illis qui delectationem uel ntilitatem dũtaxat in ſuis operationibns ĩternis uel externis quærunt. Vnde Paulus pro gratia Chriſti cla
mat, dicens cuicunque homini, Quis enim *1. Cor. 4.*
te diſcernit? Quid habes ò homo, quod non
acccepiſti? Et Saluator noſter, Nemo nouit *Mat. 11.*
filium niſi pater, neque patrem quis nouit ni
ſi filius, & cui noluerit filius reuelare. Nemo *Ioan.*
uenit ad me, niſi Pater meus qui miſit me traxerit eum. Nemo uenit ad Patrem niſi per me. Ego ſum uia, ueritas, & uita. Omnis qui audiuit à Patre & didicit, uenit ad me.
Sine me nihil poteſtis facere. Per Chriſtum er *Ioan. 15.*

E Ergo habemus, quòd aliquid boni uirtuoſè circa Deum uerum uel propter ipſum operamur, cogitando, credendo, ſperando, amando, pœnitendo, conſiliando, contemplando, uel aliàs. Eſt enim ipſe, uia, ueritas, & uita, & nemo uenit ad Patrem, ſiue per fidem, ſiue per quancunque aliam uirtuoſam operationem, niſi per ipſum. Verè nanque ipſe clamat, Ego ſum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad Patrem niſi per me. In omni tali uirtuoſa operatione quam quis uirtuoſè exercet propter Deum, eſt profectò bona uoluntas, cuiuſuis potentiæ uel uirtutis ipſa operatio ſit: quia quicquid homo uirtuoſè agit, uolens agit: nam ſi non uolens perinde nec uirtuoſè, nec laudabiliter, nec cum præmii merito. Virtus enim, laus, & præmium fugiunt inuoluntarium. Voluntas igitur neceſſariò ibi eſt, quoties homo circa Deum uel propter Deum aliquid boni operatur uirtuoſè: nanque uoluntas eſt, quæ talem eligit operationem: alioquin non eſſet uirtuoſa operatio. Sed qualis uoluntas? Profectò bona. Non enim poteſt in ea re non eſſe bona uoluntas, quæ uirtuoſè eligit operari circa Deum uel propter Deum, ſecundum quamcunque uirtutem. Quomodo enim in hoc mala? Aut quomodo in hoc non bona? Bona quidem in hoc, & niſi aliunde mala ſit,

F ſimpliciter bona iudicanda eſt. In hoc ergo eſt bona; eligit enim bonum, & propter ſummum bonum: bonum exercet officium, & propter finem optimum. De bona autem uoluntate, quid dicit ſcriptura? Præparatur uoluntas à Domino. Itaque niſi Deus uoluntatem hominis lapſi præparaſſet, nullo modo humana uoluntas poſt lapſum talia bona uirtuoſè faciendo elegiſſet: præparat autem uocando, excitando, docendo, inſpirando, multiſq; aliis modis de quibus infra. Sed etiam hæc præparatio ad gratiam redemptionis pertinet, quemadmodum & ipſa uocatio: neque poteſt dici quòd alterum horum ad gratiam redemptionis pertineat, & alterum ad gratiam creationis: de utroque enim eadem eſt ratio, ideo uel ambo ad redemptionem, uel ambo ad creationem pertinent. Ad quod? Ad redemptionem ſine dubio. Non enim ſic uocat nec ſic præparat Deus dæmones ut aliquid boni uirtuoſè eligant aut operentur circa Deum uel propter Deum, quia peccarunt adeo ut nullum habeant ad ſalutem remediũ: nec ſic homines ad hoc uocaſſet aut præparaſſet, niſi homines poſt peccatum redimibiles manſiſſent. Redemptio igitur hæc uiget, & ab illa eſt, quoties Deus nos uocat, aut præparat ad bonum. Homo quoque non poteſt meliores greſſus habere ſpiritales, quibus in Deum tendat, quàm uirtuoſè operando circa Deum uel propter Deum, cogitando, credendo, ſperando, amando, pœnitendo, contemplando, bonaſq; uirtutes alias exercendo. G Scriptura autem ſancta dicit. A' Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. *Pſal. 36.* Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moueantur ueſtigia mea. *Pſal. 16.* Vnde tales greſſus, Dei magni dona ſunt, & ad gratiam redemptionis pertinent: quia illa nobis donat Deus præueniendo nos, excitando, uocando, præparando, iuuando, operando, & cooperando, per merita Saluatoris noſtri. Notanter diuina ſcriptura omnia hæc in Deũ auctorem refert, & ſimilia cuncta alia: pro quo dicit De uirtuoſa cogitatione, Fiduciam autem talem habemus per Chriſtũ ad Deũ, *2. Cor. 3.* non quòd ſufficientes ſimus aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. De fide, Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum quem miſit ille. *Ioan. 6.* Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis. *Matt. 16* Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & non hoc ex uobis, Dei enim donum eſt. *Epheſ. 2.* Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter uos: non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, ſicut unicuique diuiſit Deus menſuram fidei. *Rom. 12.* Nos gratias agimus Deo ſine intermiſsione, quo- *1. Theſ. 2* H niam cum accepiſſetis à nobis uerbum auditu Dei, accepiſtis non ut uerbum hominum, ſed ſicut eſt uerè uerbum Dei, qui operatur in uobis qui crediditis. Vobis donatũ eſt pro Chriſto, non ſolùm ut in eum credatis, ſed etiam ut pro illo patiamini. *Philip. 1.* Simon Petrus Seruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, iis qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in iuſtitia Dei noſtri & Saluatoris. *2. Pet. 1.* De Spe, Deus autem ſpei repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis ſpe in uirtute Spiritus ſancti. *Rom. 15.* De charitate, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. *Rom. 5.* De fide, ſpe, charitate, Aemulamini autem chariſmata meliora: Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonſtro. *1. Cor. 12.* Nunc autem manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc. *1. Cor. 13.* De electione bonæ uitæ in uia Dei, & de cognitione ueritatis eius, A' Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. *Pſal. 36.* Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua. *Pſal. 42.* De ſapientia, intellectu, conſilio, tutela, prudentia, uirtute, directione uitæ, præparatione uoluntatis, Quoniam Dominus dat ſapientiam, & à facie eius ſcientia & intellectus. *Prou. 2.* Meum conſilium & *Prou. 8.*

A mea tutela, ego prudentia, mea autem uir-
tus, per me Reges regnant, & Tyranni per
Prou.20. me obtinent terram. A' Domino corrigun-
tur greſſus uiri, mortalis autem quomodo
Prou. 21. intelligit uias ſuas. Omnis uir uidetur ſibi iu
Pſal.72. ſtus, dirigit autem corda Dominus. Præpara
Prou.19. tur uoluntas à Domino. Multæ cogitatio-
nes in corde uiri, conſilium autem Domini
obtinet. De rebus neceſſariis & bono uſu ea
Eccl.5. rum: Non eſt, inquit, bonum homini niſi
quod manducat & bibit, & oſtendit animæ
ſuæ bonum in labore ſuo. Et quidem hæc ui-
di ego, quia à manu Dei eſt. Quoniam quis
manducauit, aut paſcar abſque illo. Quod cor
da & opera iuſtorum & profectus eorum ſunt
Eccl.9. in Deo, & à Deo. Quantumcunque labora-
uerit homo ut quærat, inueniet: & quod-
cunqne dixerit ſapiens ut ſciat, non poterit
inuenire, quia uniuerſum hoc dedi in cor
meum, & cor meum uniuerſum hoc uidit:
quia & iuſti & ſapiẽtes & operationes eorum
Sap.7. in manu Dei. In manu enim illius & nos &
ſermones noſtri, & omnis ſapientiæ & ope-
rum ſcientia & diſciplinæ. De continentia:
Sap.8. Sciui quia aliter non poſſum eſſe continens,
1.Cor.7. niſi Deus det. Volo autem omnes homines
eſſe ſicut meipſum, ſed unuſquiſque pro-
B prium habet donum ex Deo: alius ſic, alius
Mat.19. uerò ſic. Non omnes capiunt uerbum iſtud,
ſed quibus datum eſt à Patre meo. De timo-
Eccl.1. re & ſapientia, Corona ſapientiæ, timor do
Eccl.25. mini: ntraque autem, dona ſunt Dei. Timor
Domini ſuper omnia ſe ſuperpoſuit, beatus
cui donatum eſt habere timorem Domini.
De præparatione & conuerſione cordis no-
Pſal.58. ſtri ad Deum, atque cognitione Dei: Miſe-
ricordia eius præueniet me. Reſtituam illos
in terram iſtam, & reædificabo, & non de-
ſtruam: & plantabo eos & non euellam, & da
Hier.24. bo illis cor ut ſciant me. Et ſcient, inquit,
quia ego dominus Deus illorum, & dabo il-
lis cor cognoſcendi me, & aures audiendi. De
bono uerbo, de bono uelle, & de bono opere.
1.Cor.12. Notum uobis facio quòd nemo in Spiritu
Dei loquens, dicit anathema Ieſu. Et nemo
poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiri-
tu ſancto. Diuiſiones uerò gratiarum ſunt,
idem autem Spiritus: & diuiſiones miniſtra-
tionum ſunt, idem autem Dominus: & diui
ſiones operationum ſunt, idem uerò Deus,
Epheſ.4. qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique
autem noſtrum data eſt gratia ſecundum mẽ
ſuram donationis Chriſti. Ipſius enim ſumus
Epheſ.2. factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bo
nis. Qui dat uelle & perficere pro bona uolũ
Iacobi 1. tate. Omne datum optimum & omne donũ
perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre
luminum, apud quem non eſt tranſmutatio,

nec uiciſsitudinis obumbratio. Voluntariè C
enim genuit nos uerbo ueritatis, ut ſimus ini
tium aliquod creaturæ eius. Ecce per has di
uinas ſcripturas, & per multas alias quæ fa-
cile adduci poſſent, oſtenditur manifeſtè, Dei
dona eſſe & à Deo nobis non ex neceſsitate
ſed ex gratia eius uenire omnia bona quæ nos
homines interius uel exterius operamur cir-
ca Deum uel propter Deum uirtuosè, cogi-
tando, uolendo, credendo, ſperando, amã
do, pœnitendo, contemplando, aut quouis
modo ſecundum aliquam uirtutem operan-
do. Dona autem hæc Dei cum non pertineãt
ad nos homines ſecundum quòd homines ſu
mus talis naturæ, talis formæ, talis conditio
nis, talis quantitatis, talis pulchritudinis,
aut talis ingenii, ſed ſecundum quòd boni ſu
mus; fit euidenter conſequens, hæc dona Dei
non pertinere ad gratiam creationis, ſed ad
gratiam redemptionis, Non enim uenit fi-
lius Dei in mundum ut nos de non homini-
bus faceret homines, de non pulchris pul-
chros, aut de non ingenioſis ingenioſos, uel
ſimilia: ſed ut nos faceret de non bonis bo-
nos, de non iuſtis iuſtos, de impiis pios, de
maſſa perditionis maſſam ſaluationis, de ani-
malibus ſpiritales, de inſipientibus ſapientes.
Itaque ex gratia redemptionis eſt, quòd ho D
mo habeat hæc dona Dei: atque ex eadem
gratia eſt, quoties homo aliquam uirtutem
uirtuosè exercet circa Deum uel propter
Deum trinum & unum, quæcunque illa uir-
tus ſit, aut quomodocunque illam uirtuosè
exerceat, cogitando, uolendo, operando.
Cæterùm non hoc dicimus quaſi non ualeat
homo aliquam uirtutem exercere ſine Dei
gratia infuſa & noſtris naturalibus ſuperaddi
ta, quæ dicitur gratia gratum faciens: quia
immo ſine tali gratia poteſt homo circa Deũ
uel propter Deum multas uirtutes uirtuosè
exercere, ſicut eſt ſæpe in cathecuminis adul
tis antequam omnino peccata relinquant &
baptizentur, & quemadmodum notum eſt in
hæreticis & ſchiſmaticis qui (exceptis ſuis er
roribus ob quæ non habent gratiam gratum
facientem) multas uirtutes circa Deum uel
propter Deum uirtuosè exercent, licet non
meritoriè. Eò tamen hoc dicimus, quia nul
lus homo poteſt aliquid boni circa Deum uel
propter Deum uirtuosè cogitare, uelle, aut
operari interius uel exterius, niſi Deus ami-
cabiliter per merita Saluatoris noſtri filii ſui
talem hominem perſeipſum Deum uocet,
præparet, excitet, ac iuuet ad illud. Nec ſuf-
ficit generalis influentia qua Deus cum omni
bus naturalibus agentibus animatis & inani-
matis concurrit, ut homo ſic ualeat ſuas po-
tentias naturales circa Deum uel propter

E Deum uirtuoſè exercere: ſed requiritur ut Deus ad hoc hominem præueniat, illumque uocet, præparet, atque excitet. Alioquin cum & naturales potentiæ hominis & generalis influentia Dei pertineant ad gratiam creationis,& inter naturalia hominis computentur: ſi homo hæc bona habere poſſet aut haberet per ſuas naturales potentias cum ſola generalia influentia, iam talia bona non ad gratiam redemptionis, ſed ad gratiam creationis pertinerent. Quis autem ſic ſapiat, niſi deſipiat? Quis Chriſtianus intellectus audebit eximere hæc à Redẽptore, & tribuere illa ſoli Creatori? Idem Deus eſt creator & redẽptor, ſed apud fideles uiros diſtiguẽda ſunt quæ pertinent ad gratiã creationis, ab illis quæ pertinẽt ad gratiã redemptionis: ut ſciamus quæ eidem Deo ut Creatori, & quæ eidẽ Deo ut Redemptori debemus. Quo autẽ ſic diſtinguemus? Si gratiæ creationis damus, quòd homo habeat naturales potentias cũ generali influẽtia, cum qua poteſt homo multa alia; gratiæ uero Redemptionis tribuimus, quòd homo à Deo præuentus, uocatus, ac præparatus, ſuas naturales potentias exerceat uirtuoſè operãdo circa Deũ uel propter Deũ trinum & unũ, ſecundum fidem Chriſtianã. Aliàs qui talem uſum naturalium potentiarũ homini cum naturali influentia, & perinde creationi tribuit: uideat quid homini cũ adiutorio gratiæ Chriſti, & perinde Redemptioni relinquit. F Si homo ſine adiutorio gratiæ Chriſti quod certè pertinet ad gratiam Redemptionis, poteſt habere uſum ſuarum naturalium potentiarum, exercendo illas circa Deum uel propter Deũ cum ſola generali influẽtia pertinente ad gratiam creationis, & uirtuoſè operando interius uel exterius cogitando, credendo, ſperando, amando, pœnitendo, contemplando, aut quouis modo alio; qua'nam de cauſa olim dãnabatur Pelagius? Præſertim quia ipſe non negabat, ſed concedebat, neceſſariam eſſe Chriſti gratiam ad remiſsionem peccatorum,& ad obtinendum regnum cœlorum. Itaque ſine dubio ad Redemptorem pertinet & ad eius gratiam quicquid boni circa Deum uel propter Deum uirtuoſè operamur, cogitando, credendo, uolendo, ſperando, amando, pœnitendo, operandoq;, ut dictum eſt. Ipſe nos præuenit, uocando, illuminando, præparando, *Ioan. 1.* iuuando; ſicut ſcriptura de illo dicit, Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et ipſe ueriſsimè *Ioan. 8.* de ſemetipſo, Ego ſum lux mundi. Iterum, *Ioan. 15.* Sine me nihil poteſtis facere, Lux uenit in mũ*Ioan. 3.*dum. Tales fructus ſunt quos Paulus ad Gala*Galat. 5.*tas ideo Spiritui tribuit, quia illos non poteſt habere homo ſine Spiritu Dei: hoc eſt, quia illos non habet homo niſi à Spiritu ſancto, per G Chriſtum Dominum noſtrum. Eò etiam ualde probatur hæc noſtra ueritas catholica, quòd certum eſt apud omnes catholicos ſapientes, omnia hæc bona tali modo facta, eſſe utique ſecundum legem datam, meritoria gratiæ atque gloriæ: nec poſſe eſſe non meritoria: niſi qui ea operatur ſit extra charitatem & extra gratiam gratum facientem. Bona antem talia non poſſunt non attribui Redemptori, gratiæq; redemptionis: non ſolùm in eo quòd meritoria ſunt ratione charitatis cõcomitantis, ſed quoq; in eo quòd talia ſunt, hoc eſt, in eo quòd ex genere bona ſunt, & propter Deum fiunt. Nam ſi in eo ſolo quòd meritoria ſunt ratione charitatis concomitantis, Chriſto attribuerentur: extra charitatem facta, cæteris paribus, nihil in illis haberet Chriſtus, ut redemptor. Abſit autem talis blaſphemia. Quando quidem & cathecumini Chriſto debent, quicquid etiã ante charitatem infuſam ſuſceptam, circa Deum uel propter Deum tali modo uirtuoſè operantur: Omnem ergo bonum uſum noſtrarum naturalium potentiarum quem habemus uirtuoſè operando interius, uel exterius circa Deum uel propter Deum trinum & unũ, cogitando, credendo, ſperando, amando, pœnitendo, contemplando, aut ſecundum uirtutẽ quamcunque aliam, Chriſto aſcribimus ſecun- H dum gratiam redemptionis: quia nullum talem uſum nos haberemus, aut in potentia propinqua habere poſſemus, niſi nos Deus præueniſſet, uocaſſet, præparaſſet gratis per merita filii ſui, Saluatoris noſtri. Ad multa ergo alia ſe extendit gratia Redemptionis in hac uita, præter quàm ad gratiam gratum facientem habitualem qua formaliter iuſtificamur à peccatis: quia ad omnia opera uirtutũ, quæ circa Deum uel propter Deum trinum & unum uirtuoſè operamur, dum uirtuoſè circa Deum uel propter Deum cogitamus, credimus, ſperamus, amamus, pœnitemus, contemplamur, oramus, meditamur, aut uirtutem aliquam aliam exercemus: Ad omnia enim huiuſmodi nos præuenit & præparat Deus, per merita Saluatoris. Sic docet tota ſcriptura ſancta ut in allegatis locis & in multis aliis quæ adduci poſſent, oſtenditur manifeſtè. Sic etiam ſemper intellexerunt & docuerunt Doctores catholici, qui extenſionẽ gratiæ Chriſti nouerunt, & noſtram indigentiã, noſtramq; miſeriam: de quorum determinatione conſtabit inferius affatim cùm huic ſimilem ueritatem ediſſerendo expenderimus.

Constabit magis ueritas iſta apud omnes, conſiderando qualitatem ſeu conditionem Dei ſic cogniti, id eſt, ut eſt trinus &

A unus: quia ut ſic, quidem uel eſt finis ſupernaturalis noſter, ut quidam uidentur uelle: uel eſt finis naturalis noſter ſed ſupernaturaliter attingibilis, ut alii innuunt: uel ſaltem profectò eſt nobis non naturaliter, ſed ſupernaturaliter cognoſcibilis, quod omnes cōcedunt. Vnde utique ad talem cognitionem eius, indigemus ſcientia reuelata, quia ad illam non ſufficit ulla ſcientia naturaliter inuenta: indigemus etiam maiori lumine ad hoc cognoſcendum de Deo, quàm ſit lumen naturale: uidelicet lumine fidei. Quia uerò talem cognitionem habere non ualemus, niſi mediante ſcientia reuelata & mediante lumine fidei, quæ certè ad gratiam Chriſti pertinent: fit manifeſtū quòd & hanc cognitionem & ea omnia quæ illam præſupponunt, Chriſto, atque adiutorio gratiæ eius debemus. Oſtenditur eadem ueritas ex eo quòd talis eleuatio mentis noſtræ in Deum trinum & unum, ut ſic propter ipſum talem, aliquid faciat uirtuoſè, cogitādo, credendo, ſperando, diligendo, aut operando; eſt quid ualde difficile, propter multa quæ illam impediunt aut retardant: ideo indigemus ſine dubio excitante aliquo, iuuante, confortante, præparante, facienteq́; ſuauiter ut nos faciamus. Pulchrè uidit ſanctus Thomas indigere nos homines motione quadam ſpeciali ſupremi agentis, ut moueamur in finē ſic ſupernaturalem: etiam ſi ſimus iuſti & ſancti corām Deo.

S.Thom. Prim. 2. Quæ.190 Art. 9.

B Eodem pertinet quod Magiſter ſententiarum determinat manifeſtè. Ipſe enim ita mouet quæſtionem, Vtrum homo ante peccatum indiguerit gratia operante & cooperante? Reſpondetur autem ſic, Ad quod breuiter dicimus, quia non cooperante tantum, ſed etiam operante gratia indigebat. Nō quidem ſecundum omnem operandi modum operantis gratiæ: operatur enim liberando & præparando uoluntatem hominis ad bonum. Egebat itaque homo ea, non ut liberaret uoluntatem ſuam, quæ peccati ſerua non fuerat: ſed ut præpararet ad uolendum efficaciter bonum, quod per ſe non poterat. Hæc ille. Quanto magis igitur indigemus Dei adiutorio ad talia bona, poſt peccatum. Idem Auguſtinus in De natura & gratia.

Magiſt. ſent.lib.2 diſt.29.

Cap.26. tom. 7.

SECVNDVM hanc conſiderationem & cognitionem Dei, maximè uerum eſt quod in Concilio Paleſtino compulſus eſt Pelagius confiteri, ad ſingulos actus indigere nos adiutorio gratiæ Chriſti: quia ad cogitare, uelle, atque operari. Quia profectò hi actus magis nobiles ſunt & magis difficiles, quando eos habemus circa Deum uel propter Deum trinum & unum: quàm dum eos habemus circa aliquid aliud, uel propter alias conſiderationes, ſiue ex aliis cognitionibus. Confeſſio Pelagii ponitur paulò poſt, & eſt illa profectò ualde conſideranda, ualdeq́; notanda, pro extenſioneq́ gratiæ Chriſti cognoſcenda. C

Lib. præſenti.

Cap. ſequenti.

AVGVSTINVS in De natura & gratia, bene dicit, Quòd ſicut oculus corporis pleniſſimè ſanus niſi candore lucis adiutus, non poteſt cernere: ſic & homo perfectiſſimè etiam iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non poteſt uiuere. Vnde profectò multo magis non poteſt rectè uiuere homo nondum iuſtificatus, niſi adiuuetur æterna luce iuſtitiæ. Et manifeſtum eſt quàm frequenter docuerit Auguſtinus contra Pelagium, indigere nos homines adiutorio gratiæ Chriſti ad omnes prædictos actus; ut rectè cogitemus, uelimus, operemur ſcilicet in opere de Gratia Chriſti & peccato originali, & in multis aliis locis. Et quia certum eſt apud omnes, non poſſe uos homines quicquam ſic cogitare de Deo, ut eſt trinus & unus, niſi mediante adiutorio gratiæ Chriſti, cum ſit hæc Dei cognitio ſupernaturalis nobis, & quam nos non poſſumus habere niſi per reuelatam ſcientiam Dei: certum ſimili modo debet eſſe, non poſſe nos ſic credere Deum, ſperare, ſuper omnia diligere, colere, uel propter ipſum aliquid agere, niſi adiutorio gratiæ Chriſti iuuemur. Maximè ſecundum iſtam altiſſimam conſiderationem noſtram de Deo, quæ uera ſunt & intelliguntur dicta, quæ ſic legimus de Saluatore noſtro, D Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominē uenientem in hunc mundum. Ego ſum lux mundi. Nemo poteſt uenire ad Patrem niſi per me. Ego ſum uia, ueritas, & uita. Aut Patrem quis nouit niſi filius, & cui uoluerit Filius reuelare. Sine me nihil poteſtis facere. Et multa alia, uelut ea, Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Qui dat uelle & perficere pro bona uolūtate. Aliaq́ue penè infinita.

Auguſt. Cap. 26. tom.7.

Ioan. 1.

Ioan. 12.

Ioan. 15.

Philip. 2.

NVNQVID habita fide de Deo, quòd eſt trinus & unus, poteſt homo ſine adiutorio gratiæ Chriſti iam inde ſperare aut amare Deum, uel ipſum colere, aut propter ipſum aliquid operari uirtuoſè, interius uel exterius? Abſit. Error enim eſſet grauiſſimus, ſi quiſpiam ita crediſſet, dixiſſet, aut docuiſſet. Auguſtinus prioribus ſeu primis ſuæ conuerſionis diebus ante epiſcopatum eius, in eo errore fuit, quòd putauit, nos non ex alio indigere gratia Dei præueniente, ad fidem, id eſt, ut credamus, & fidem habeamus, niſi quia credere ſic non poſſumus, ſi non præcedat præconium ueritatis. Quem errorem ſuum non nulla eius opuſcula ſatis indicant, ante epiſcopatum eius ſcripta: ut

Auguſtini error.

Expoſ.60 61.62.

E uidere eſt in libro expoſitionum quarundam propoſitionum ex epiſtola ad Romanos: ex quo etiam errore ſuo in alium uenit conſequentem, ut putaret, fidem qua in Deum credimus, non eſſe donum Dei per Chriſtum, ſed à nobis eſſe in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona, quibus temperanter, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſæculo. Hunc autem errorem ſuum retractauit Auguſtinus, tum in ſuis retractationibus, tum in De prædeſtinatione ſanctorum, per multa. Retractando autem quid dixit, aut quid docuit? Omnem bonam cogitationem eſſe nobis à Deo per Chriſtum; quòd cogitantes ueritates fidei, non poſſumus eas credere, niſi gratiæ adiutorio per Chriſtum iuuemur; quòd credentes niſi ad amorem iuuemur, non poſſumus amare Deum; quòd credentes & amãtes Deum, niſi iuuemur ad ſpem, non poſſumus Deum ſperare; quòd credentes, ſperantes, amanteſq; Deum, niſi ad opus iuuemur, non poſſumus propter Deum aliquod bonũ uirtuoſè operari. Ita enim procedit, ut omnem noſtram bonam cogitationem, uolitionem, operationem, fidem, ſpem, charitatem, bonam uoluntatem, bonaq; opera, pœnitentiam, & uirtutes quaſuis alias referat principaliter in adiutorium gratiæ Chriſti, ſiue in Deum auctorem principalẽ, per Chriſti gratiam: unde & iſta omnia in nobis, fatetur eſſe Dei dona per Chriſtum.

Auguſtini alter error.
Lib. 1. retract. ca. 23. to. 1.
Lib. 1. de prædeſt. c. 3. & 2. tom. 7.

F Videmus quòd in omnibus & ſingulis his actibus, actionibus, aut operibus, internis uel externis, eiuſdem potentiæ uel diuerſarum, eſt ſpecialis ſeu particularis difficultas: ſimulq; uidemus omnia hæc, & ſingula pertinere ad ſalutem ſpiritalẽ animæ, religionem, ac pietatem. De omnibus autem talibus atque ſimilibus confeſſus eſt Auguſtinus ingenuè, quòd ad gratiam pertinent, atque expectant: ut ex allegandis uerbis eius ad ueritatem capitis ſequentis conſtabit ſatis, & iam conſtat ex allegatis eius ſententiis, ac dictis. Facit inſuper multum ad hanc ueritatem cognoſcendam, credendam & confitendam ſi aduertimus, Deum in quantum Redemptorem ac Saluatorẽ, ſic eſſe principium omnium quæ in nobis pertinent ad noſtram uitam animæ ſpiritalẽ: ſicut in quantum creator eſt principium omnium quæ in nobis pertinent ad noſtram uitam corporis naturalem. Hoc enim, & ueriſsimum eſt, & notiſsimum eſſe debet. Quia uerò iſta bona de quibus loquimur, ſine dubio pertinent ad noſtram uitam animæ ſpiritalem, ſimili modo ſine dubio pertinent ad Deum redemptorem. Eodem pertinet quòd hæc bona uel animam iuſtificant, uel animam faciunt iuſtiorem, uel animam ad iuſtificationem diſponunt ac præparant, & ad gratiam gratum facientem: unde quidem & ad auctorem ipſius iuſtificationis & gratiæ pertinent, atque conueniunt. Conſtat hoc ſi ex naturalibus ad Spiritalia argumentum, oſtenſionem, aut probationem ducamus. Ad idem enim agens pertinet formam in ſubiectum introducere, & ſubiectum ad ipſam formam diſponere, ac præparare. Sic cum ad Chriſtum pertineat iuſtificare animam, ad Chriſtum etiam pertinet diſponere ac præparare animam ad iuſtificationem. Et quidem eidem agenti tribuitur formæ introductio, cuius agentis eſt materiam uel ſubiectum ad formam diſponere uel præparare: quamobrem ſicut Saluatori tribuitur iuſtificatio, ita Saluatori tribuẽda eſt ad iuſtificationem præparatio.

G

QVOT quot igitur fideles ſumus, certò & citra titubationem ullamq; hæſitationem credamus, quòd per miſericordiam Dei conſecuti ſumus ut fideles ſimus: ſicut fatetur Apoſtolus ſeſe hanc Dei miſericordiam conſecutum, ut fidelis eſſet. Tanquam fides faciat, reponat nos, atque conſtituat in hoc ſtatu fidelium: & tanquam nos hanc fidem conſequamur, non niſi per miſericordiam Dei in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Vt fides ſit nobis principium formale, quo ſumus fideles: ſicut albedo eſt nobis principium formale, quo ſumus albi. Deinde eadem certitudine infallibili certò credamus, eandem fidem eſſe in nobis principium agendi ſeu operandi fideliter: quia in uniuerſum, quod eſt principiũ formale nobis eſſendi in aliquo eſſe, genere, uel ſtatu, eſt nobis etiam principium quo, operandi in illo eſſe, genere, uel ſtatu: ſaltem uel primum, uel proximum actioni. Siue illud principium ſit eſſentiale, ſiue ſit accidentale. Hæc eſt doctrina Ariſtotelis in ſecundo de Anima, ubi per hoc quòd anima eſt homini principium formale eſſendi primum, demonſtrat animam eſſe principium primum quo, uegetandi, ſentiendi, ſecundum locum mutandi & intelligendi. Atque hanc ueritatem demonſtrant etiam exempla manifeſta, penè infinita: omnia uidelicet quæ in mentẽ ueniunt, in omni ſcientia, in omni arte, in omni re. Calidum enim per calorem eſt calidum; & per calorem agit calidè. Frigidum per frigiditatem eſt frigidum, & per frigiditatem agit frigidè. Et ſic de aliis. Quorſum hæc? Hinc quidem hoc unum uolumus, ut oſtendamus manifeſtè quòd qui dat nobis principium formale eſſendi in aliquo eſſe, genere, uel ſtatu, ſimul & eo ipſo dat nobis principiũ operandi in illo, ſi ille ſtatus talis eſt, quòd proprias habet operationes. Ex hoc autem, quid uolumus oſtendere ulterius? Vtique

H

quòd

A quòd ſicut Deus, Optimus Maximus, dat nobis fidem tanquã principium quo ſumus fideles: & hoc in Chriſto, & per eius gratiã: ita Deus Optimus Maximus iu Chriſto & per eius gratiam, dat nobis princi pium operandi fideliter. Igitur ſine dubio & Chriſto & eius gratiæ debemus, quòd ſumus fideles, atque quòd fideliter agimus, credimus, cogitamus, uolumus, operamur. Hæc eſt concluſio quam ſuperius in hoc capite propoſui mus probandam, quam modo relinquimus ſatis probatam: de qua etiam dicit Apoſtolus
Ephes. 2. expreſsè, Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, ex hoc non ex uobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. Ecce Deo in Chriſto tribuit Apoſtolus, & fidem qua fideles ſumus, ac deſcernimur ab infidelibus; & opera quæ fideles facimus, fideliter, ſiue ſecundum fidem.

Sed uunquid hæc opera fidei debemus Deo in Chriſto ſiue per eius gratiam, ſolùm mediatè: tanquam ipſe quoad hæc nihil nobis faciat in Chriſto, niſi quòd ipſe in Chriſto nobis præſtat fidem, qua in nobis habita, poſsimus nos per noſtra uaturalia, cum illa fide habituali habita, & cum generali influen
B tia pertinente ad gratiam creationis, operari opera ipſius fidei, aut propter ipſum Deũ trinum & unum bene moraliter operari, ſeu agere? Abſit. Immo & ad hæc opera talia, ſiue ad ſic operandum per fidem aut ſecundum fidem, indigemus auxilio Dei immediato, ad gratiam Saluatoris noſtri pertinente. Ad ueritatem hanc ſpecialiter probandam, ſuffi-
Cap. 7. ciunt quæ dicta ſunt ſuperius. Adnotentur etiam quo ad hoc, quæ paulò ante diximus
Cap. præſenti. ex Auguſtino, cum quæreremus, An poſita fide de Deo, quòd eſt trinus & unus, poſsit homo ſine adiutorio gratiæ Chriſti, mox iam ſperare, aut amare Deum, uel ipſum colere, aut propter ipſum aliquid operari uirtuosè, interius uel exterius? Ita enim certè dicendum eſt per ordinem, ut quemadmodum poſita & intellecta prædicatione fidei de Deo trino & uno apud nos, non poſſumus credere illam firmiter ut oportet, niſi Deus nos adiuuet immediatè ac ſpecialiter per Chriſtum, faciendo in nobis ſuauiter ut nos credere uelimus: ſic & nou aliàs, poſita & habita iam fide in nobis, poſſumus uti illa fide habituali ad actum credendi, niſi Deus nos iuuet immediatè ac ſpecialiter per Chriſtum, faciendo in nobis ſuauiter ut nos uelimus uti ipſa fide & actualiter credere. Sicut enim audita & intellecta fidei doctrina, non credimus ueque credere poſſemus niſi uolentes; ſic & C recepta iam fide, uon poſſumus illa uti aut ſecundum illam credere actualiter niſi uolentes. Ad primum horum duorum clamat Apoſtolus, Corde enim creditur ad iuſtitiam. *Rom. 10.* & clamat Auguſtinus ſuper Ioannem, tractans iſtud uerbum Apoſtoli & dicens, Ideo *Auguſt. tract. 26.* non ſimpliciter Apoſtolus ait, creditur: ſed *in principio. To. 9.* corde creditur: quia cætera poteſt homo nolens, credere non niſi uolens. Ad ſecundum autem clamat etiam tota ſchola Chriſtiana, uериſsimè tradens, quòd habitibus utimur dum uolumus. Vnde ad omnem actum credendi, ſeu fidei, tam ad primum, quàm ad omues alios, requiritur noſtra uoluntas, requiritur ut uos credere uelimus, requiritur noſtra actualis uolitio: adeſtque, & niſi adſit, uos non credimus actualiter, nec actualiter credere poſſumus in potentia propinqua. Quo fit, ut quoties credimus actualiter, toties & quoad intellectum & quoad affectum, id eſt, & quoad intellectum, & quoad uoluntatem, actualiter credamus. Credimus enim per intellectum, ita eſſe iudicando: & credimus per uoluntatem, credere uolendo, ſeu uolendo iudicare ita eſſe. Quamobrem, ſine dubio ad omnem actum credendi, requiritur in nobis bona uoluntas, qua uelimus credere: iam enim ſaltem in eo bona eſt uoluntas noſtra, ſi uult credere ſcientiam diuinitus re- D uelatam. De bona autem uoluntate, quid legimus? Præparatur uoluntas à Domino. Et alia quæ iam poſuimus. Nec iſta præparatio intelligitur per ſolùm habitum, qui iam habetur: ſed etiam per immediatam motionẽ, excitationem, uel auxilium. Conſtat hoc, *Cap. 7.* ex præcedentibus. *Lib. præſenti.*

Rogo autem ne uideatur nouum, quod hic nunc dicimus, Bonam uoluntatem eſſe etiam ante fidem: illam uidelicet primam, quam adulti homines uou baptizati habent ante quam credant, qua primum credere uolunt. De illa nanque uoluntate certiſsimum eſt, & quòd ſit bona, & quòd aliquo modo ſit ante fidem, tempore uel natura. Cogitamus enim credenda, ante quàm credamus: credimus uerò credenda iam cogitata, ſed non niſi prius tempore uel uatura credere uelimus. Vt primum ſit cogitare credenda, ſecundum ſit uelle credere, tertium ſit credere: ut inter actum cogitandi & actum credendi, mediet in ſuo ordine actus uolendi: & ſit credere, uon niſi cum aſſenſu mentis, uoluntaria cogitare. Quid uerò prohibet, illam uoluntatem dicere bonam? Eſt & alia uoluntas bona, quæ iam ſequitur fidem, eſt & quæ iam habet charitatem: Sed hæc bona uoluntas non tollit, non prohibet, nec impedit illam bonam

E bonam uoluntatem: utraque bona eſt, utraque in ſuo genere. Ita Magiſter ſententiarum non multis ante nos ſæculis docuit: nec ex ſe *August. Lib.1. cap.2. tom.7.* ipſo, ſed ex Auguſtino in De prædeſtinatione ſanctorum, aſſerente quòd nihil aliud ſit credere, quàm cum aſſertione mentis cogitare. Etenim ex his uerbis atque ex aliis eiuſdem Auguſtini quæ paulò ante poſuimus, infert *Magiſt. ſent.lib.2 diſt.26.* Magiſter quòd cogitatio bona præcedit fidē, & bona uoluntas quoque fidem præuenit. Declarando autem quòd hoc nullum ſit inconueniens, ait, Dicimus quòd aliquando cogitatio bona ſiue uoluntas præuenit fidem; ſed non eſt illa bona uoluntas uel cogitatio, qua rectè uiuitur. Illa enim ſine fide & charitate non eſt. Nam ut ait Auguſtinus ad Anaſtaſiū. *Epiſt.144* Sine Spiritu non eſt uoluntas hominis libera, cùm cupiditatibus uincatur non eſt libera ad bonum, niſi liberata fuerit. Non autem liberatur, niſi per Spiritum ſanctum diffundatur charitas in cordibus. Non eſt libera uoluntas, niſi eam liberet gratia per legem fidei, ideſt, non eſt libera, ſine fide operante per dilectionem: & illa ſufficienter & uerè bona eſt. Non eſt enim fructus bonus, qui de charitatis radice non ſurgit. Si uerò adſit fides operans per dilectionem, fit delectatio boni. Illa autem cogitatio ſiue uoluntas, quæ fidem & charitatem aliaſq; iuſtificationes præcedit, non ſufficit ad ſalutem, nec rectè ea uiuitur. Hac uoluntate concupiſcitur illa bona
F uoluntas, quæ eſt magnum bonum: iſta uero non. Alia eſt ergo illa uoluntas ſiue cogitatio, alia iſta. Et ſicut illa iſtam præcedit, ita illam præuenit intellectus. Hæc ille. Ecce eſt quædam bona uoluntas, qua credere uolumus; adhuc informis, adhuc inſufficiens. Atque eſt alia uoluntas bona, iam per charitatem formata, & quæ iam ſufficit, illa quodāmodo præcedit fidem, iſta ſequitur fidem: de hac iam ſuperius diximus, de illa modo agimus. Si autem attendimus, utranque bonam uoluntatem hominis, ſufficientem & non ſufficientem, *Præcipuè cap.36.et cap.41.* tribuit Auguſtinns gratiæ Saluatoris noſtri: conſtat hoc ex dictis, & conſtabit magis ex dicendis, libro præſenti per totum.

Oſtenditur quòd ad gratiam Dei pertinet propter merita Saluatoris noſtri, & ad ſpeciale eius donum, Omnis uſus noſtrorum naturalium bonorum, aut quorumuis aliorum moralis deliberatus moraliter uirtuoſus, quem nos mortales habemus circa uel propter Deum unum uerum, pro ut eſt nobis naturaliter cognoſcibilis. Agitur ſpecialiter de illa Dei cognitione, qua homines olim cognoſcebant unum uerum Deum eſſe, & inquirentium ſe remuneratorem exiſtere: & de his quæ illam ſequuntur.

CAP. XI.

G ALTIVS etiam repetendo ſecundum Philoſophiā Chriſtianam ex principiis Chriſtianis, firmiter credendum eſt, pertinere ad ſpecialem gratiam Dei, hoc eſt, ad ſpeciale adiutorium gratiæ eius per Chriſtum, omnem uſum moralem deliberatum, moraliter bonum, noſtrorum bonorum, naturalium, gratuitorum, acquiſitorum, aut infuſorum, quem nos mortales habemus circa uel propter unum Deum uerum pro ut eſt naturaliter cognoſcibilis, inquirentium ſe remunerator, cum omnibus aliis circunſtantiis quæ ad moralem uirtutem pertinent: ut fiat quod oportet, ubi, & quando oportet, & propter unum Deum uerum. Hoc autem, ſiue ille uſus ſit in cognitione aut cultu ueri Dei, ut eſt naturaliter cognoſcibilis; ſiue in perficienda mente noſtra per uirtutes intellectuales, ſapientiam, intellectum, ſcientiam, prudentiam, artem; ſiue in componendis noſtris moribus per uirtutes morales, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, aut uirtutes alias. Hoc eſt, non poſſumus nos mortales habere actum moralem deliberatum alicuius noſtræ potentiæ efficacem circa Deum uel propter Deum unum uerum omnium remuneratorem, qui ſit moraliter bonus: niſi ipſe uerus Deus à nobis naturaliter cognoſcibilis, nos adiuuet ſpeciali- **H**
ter præueniendo uoluntatem noſtram, excitando, & præparando illam gratis, propter merita Saluatoris noſtri. Omnis enim talis uſus noſtrorum bonorū, eſt bonum opus noſtrum, uel internum, uel externum, aptum natum per frequentationem ſui generare habitum ex officio atque ex fine bonum, & perinde uirtuoſum. De bonis autem operibus generaliter, & ſine reſtrictione ita legimus, Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto *Epheſ. 2.* Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. In hoc autem uerbo diuino, generali & non reſtricto, Paulus omnia noſtra opera bona in Deum factorem refert, & in Chriſtum Ieſum uerum Dei filiū: unde uel opera noſtra non ſunt bona, uel à Deo illa habemus in Chriſto Ieſu domino noſtro. Quomodo à Deo? Nunquid per infuſionem? Non. Bona enim noſtra opera, nos quoque operamur: alioquin non eſſent noſtra: ſed eius tantum, qui illa ſolus ſine nobis in nobis feciſſet. Nunquid per ſolam generalem influentiam? Non. Generalis enim influentia ad creationem pertinet, nō ad redemptionem: ad creatorem, non ad redemptorem, formaliter loquendo: ad gratiam creationis, non ad gratiam redemptionis, ut infra ſatis oſten-

A oſtenditur. Quomodo ergo ſunt noſtra opera bona, à Deo? per præparationẽ & adiutoriũ. Præparat nanque nos Deus & iuuat, ad illa. Quod ut declararet Apoſtolus, poſtquam dixit, Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis: ſtatim ſubiecit, Quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus. Adnota uerbum, Præparauit. Quid eſt autem Deum præparare noſtra bona opera? Eſt ſine dubio, Deum præuenire nos ad illa, excitando, illuminando, pulſando, iuuando, faciendo ut nos faciamus: ſicut in Ezechiele legimus, Et ſpiritum meum ponam in medio ueſtri; & faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini. Quando igitur Deus facit ut in præceptis eius ambulemus, ut iudicia eius cuſtodiamus, & operemur: tũc quidem præparat nos. faciendo in nobis ut nos opera ſuorum præceptorum, aut conſiliorum faciamus. Atque inſuper Deum præparare noſtra bona opera, eſt, Deum aptare nos in illis: quemadmodum & ipſe Apoſtolus ſatis declarat, dicens, Deus autem pacis qui eduxit de mortuis Paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: aptet uos in omni bono, ut faciatis eius uoluntatem, faciens in uobis quod placeat corãm ſe per Ieſum Chriſtum. Præparat ergo Deus bona opera in nobis, quando nos aptat in bonis

Vbi ſupra. *Ezec. 36.* *Hebr. 13.*

B operibus: aptat autem nos, quando facit ut nos faciamus, præueniens, excitans, illuminans, pulſans. Præparat uerò, aptat, & facit ut faciamus, gratis quidem: non per ſolam generalem influentiam, tanquam ex gratia creationis: ſed per ſpecialem motionem præuenientem, tanquam ex gratia redemptionis, per merita Saluatoris noſtri. Non enim ſic dicitur Deus præparare, uel aptare nos in operibus malis; quæ tamen nos, non uiſi cum Dei influentia generali operari ualemus. In omni tali uſu bono, de quo agimus, uiget profectò cognitio moralis deliberata, fixa & permanens ueri Dei, non ſolùm in generali, quo modo naturale eſt omnibus hominibus cognoſcere Deum eſſe, & quomodo ſemper omnes homines cognouerunt aliquem Deum fore, quanquam multi erraſſent in particulari exiſtimando aliquid eſſe Deum, quod non erat Deus: unde in pluralitatem Deorum, nefandamq; idololatriam inciderunt: Sed etiam in particulari. Qualem cognitionem habuerunt Socrates, Plato, Ariſtoteles, Aeſchylus, Sophocles, Philemon, Orpheus, Pythagoras, Euripides: de quorum nonnullis in eorum libris, de aliis uerò apud Iuſtinum Martyrem in eorum dictis conſtat, quòd unum Deum cognouerunt Dominum & iuſtum iudicem omnium hominum: æternũ, purumq; ſpiritum: bonum, optimum, fontem, originem, principium primum, & finem ultimum omnium bonorum. Agimus enim de uſu noſtrorum bonorum, quem homo habet moralem deliberatum, cognoſcendo unum uerum Deum, colendo ipſum, aut aliquid propter ipſum operando, cum omnibus circunſtantiis ad opus moraliter uirtuoſum neceſſariis, ut fiat quod oportet, ubi & quando oportet. Viget autem in hoc uſu, cognitio uera, fixa & permanens ueri Dei: ut eſt manifeſtum. Niſi enim homo ueram, fixam, & permanentem cognitionem ueri Dei, diuinarumq; rerum habuiſſet; nullo modo talem uſum, moralem & deliberatum ſuorum bonorum, habere potuiſſet: nec Deum cognoſcendo, nec Deum colendo, nec propter Deum operando. Viget in illo uſu uera cognitio Dei, fixa & permanens. Ergo uiget in illo uſu, gratia Chriſti. Vnde ualet? Quia quiſquis hominum ſic cognoſcit Deum & res diuinas, iam quodammodo deſinit eſſe homo animalis, & iam quodammodo incipit eſſe homo ſpiritalis: ſic enim doctrinam ſermonem, uerbumq; commune afferens, dicit Apoſtolus, Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei; ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere; quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Sicut ſcriptum eſt, Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum? Quia ergo animalis homo nõ percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei, conſequitur manifeſtè, ut ſtatim atque homo ueram Dei, rerumq; diuinarum cognitionem adeptus eſt, iam deſinat eſſe animalis, & incipiat eſſe ſpiritalis. Non tranſit autem homo, nec incipit tranſire de animali in ſpiritalem, niſi per Chriſtum Dominum noſtrum: hoc eſt, per gratiam Dei quam nobis meruit Chriſtus Dominus noſter. Totus homo animalis eſt ab Adam primo, de terra terreſtris: totus homo ſpiritalis eſt ab Adam ſecundo, de cœlo cœleſtis. Conſtat quidem ſecundum Apoſtolum, quòd qui dam Gentilium ueram cognitionem ueri Dei habuerunt, qualem de ipſo per creaturas habere potuerunt, & pro ut ipſe per creaturas, naturaliter à nobis hominibus eſt cognoſcibilis. Sic enim Apoſtolus dicit, Quòd notum eſt Dei, manifeſtũ eſt in illis: Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius uirtus & diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent Deum, nõ ſicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ

Iuſtinus. In lib. de Monarchia. C *1. Cor. 2.* D *Rom. 1.*

A diaconum dicit, Deus quippe diligendi ac co gnoſcendi ſe, non niſi angelis & hominibus indidit facultatem. Quibus propter arbitrii libertatem, quæ maximè debuit intellectua li creaturæ creatoris benignitate conferri, ita coguoſcendi ac diligendi ſe facultatem uolun tatemq; donauit, ut eam unuſquiſque & habere poſſet, & perdere. Siquis tamen ſponte eam perderet, ſuo eam deinceps arbitrio reſumere non ualeret: ut illius eſſet ſanctæ cogitationis initia gratuitæ dono bonitatis denuo reuocandis quibus uellet infundere, cuius fuit in ipſo creationis exordio nullis præcedentibus meritis ſpiritus & corpora lo cis, atque affectionibus, pro ut ipſe ſapiens uoluit, congruè & mirabiliter ordinare. Infra. Bonæ quoque uoluntatis & cogitationis initium, non homini ex ſe ipſo naſci, ſed diuinitus & præparari & tribui, in eo Deus euidenter oſtendit: quia neque diabolus, neque aliquis angelorum eius, ex quo ruinæ illius merito in hanc inferiorem ſunt detruſi caliginem, bonam potuit aut poterit reſume re uoluntatem. Ecce nec cognoſcere nec diligere Deum poteſt homo, niſi Deus hoc de nouo præſtet homini, gratis, & per ſuam gratiam: nec bonæ uoluntatis aut bonæ cogi tationis initiū naſcitur homini ex ſeipſo, ſed

Lib. 1. cap. 3. tom. 3.

Ibidem.

B diuinitus & præparatur, & tribuitur. Eſt autem bona uoluntas quæ cognoſcit & diligit Deum, quam diabolus ſua ſponte perdidit, & quam iam nunc habere non poteſt: eſt igitur per conſequens eadem bona uoluntas in homine, ubicunque illa ſit, aut undecunque ueniat. Cognoſcere ergo & amare Deum, non poteſt homo ſine Deo: quia uiget in hoc uoluntas bona, quam ſine Deo præueniente, ac præparante, habere non ualemus. Diuus Ambroſius in De uocatione Gentium, in uno & eodem homine, unius & eiuſdē uoluntatis, tria diſtinguit genera: quia, Aliam dicit eſſe hominis uoluntatem ſenſualem, quam & carnalem (ut inquit) poſſumus dicere, quæ non erigitur ſupra eum motum qui de corporis ſenſibus naſcitur, qualis eſt in animis paruulorum, qui licet nullo iudicio rationis utantur, oſtendunt tamen aliquid ſe uelle, aliquid nolle, cum uidendo, audiendo, odorando, guſtando, tangendo, & ea quibus delectantur amant, & ea quibus offenduntur oderunt: Aliam animalē, quæ priuſquam Spiritu Dei agatur, & ſi ſupra ſenſualem motum ſeſe attollere poteſt, tamen ſine ſui amoris participatione, in terrenis occiduiſq; uerſatur: in qua humana etiam ingenia ſi corporeæ uoluptati non turpiter ſeruiant, & cupiditates ſuas iuſtitiæ atque honeſtatis legibus temperent, nihil ſupra merce-

Ambroſ. Lib. 1.

dem gloriæ temporalis acquirūt: & cùm præ C ſentem uitam decenter exornent, æternæ tamen beatitudinis præmium non habent: quia rectas actiones & bona ſtudia ſua, non ad eius laudem atque honorem referunt, à quo acceperunt, ut in ipſa animali diſcretione ſublimius ſaperent, & excellentius cæteris eniteſcerent: Aliam ſpiritalem, quæ omnes affectus undecunque naſcentes ſupernæ rationis lege diiudicet. Hanc tertiam uoluntatem fatetur Ambroſius non eſſe homini, niſi quando adeſt gratia Dei: huic etiam tribuit ſtudiū inquirendi ſummum bonum, cognoſcendique, atque colendi illud, & propter illud operandi: non ſolùm pro ut per fidem Chriſtianam cognoſcitur, ſed quoque pro ut eſt per creaturas cognoſcibile. Satis conſtat hanc eſſe eius doctrinam ex allegatis uerbis: Qui latius uidere uoluerit, uideat apud ipſum: alia enim omittimus, breuitatis cauſa: quanquam tamen ea quæ de ſenſuali, animali, ac ſpiritali uoluntate diximus, uel omnia, uel ferè omnia, uerba eius ſunt. Apud omnes ergo fideles Chriſtianos maximè ratum eſſe debet, nunquam poſt lapſum, potuiſſe homines uenire in potentiam propinquam, aut aliquando de facto ueniſſe in cognitionem ueri Dei pro ut eſt per creaturas cognoſcibilis, in cultum eius, uel in operationem uirtuo- D ſam propter ipſum, niſi per ſpeciale adiutoriū gratiæ ipſius, præparantis, excitantis, operantis. Quod ut manifeſtius appareat, altius, quæſo, repetamus. Eo tempore quo ante aduentum filii Dei in mundum per aſſumptionem humanitatis noſtræ, currebat Gentilitas cum Iudaiſmo, non dubium, quin homines cognoſcentes unum Deum ut erat naturaliter per creaturas cognoſcibilis, illum colentes, & propter illum operantes, pertinebant ad populum Dei: pertinebant ſine dubio, & in maſſa perditionis filiorum Adæ, illi excepti erant, & ab aliis diſcreti, gentilibus idololatris. In quo diſcernebantur ab aliis? In ipſa cognitione ueri Dei, in cultu eius, & in operatione propter ipſum: ſic enim eos diſcernebat tunc, ſecundum quoſdam, illa Dei cognitio, ille cultus, illa operatio; ſicut nos Chriſtianos modo à non Chriſtianis noſtra fides, noſter cultus, noſtraq; operatio, diſcernunt. Ergo in illam cognitionē ueri Dei, ipſi Gentiles tunc non poterant uenire, niſi à Deo uocati, niſi à Deo præparati: Videlicet per gratiam Dei illos uocantem, illoſq; præparantem, In Chriſto Ieſu domino noſtro. Illa cognitio tunc faciebat ueram religionem, ſicut noſtra fides nunc ueram religionem facit: qui illā habebant, ad Deum pertinebant, ad Patrē, ad Filium, et ad Spiritum

Alia ratio.

E ſanctum, licet Trinitatem diuinarũ perſonarum non cognoſcerẽt diſtinctè, aut explicitè. *Ioan.* Dixit autem Saluator noſter, Ego ſum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad Patrem, niſi per me. Per Chriſtum ergo illi habebant illam cognitionem, illum cultum, & illam operationem: hoc eſt, per gratiam Dei, propter merita Chriſti. Olim illi Gentiles per illam cognitionem, cultum, & operationem iuſtificabantur, ſicut nos modo per noſtram fidem, noſtrum cultum, noſtramq; operationem propter Deum unum & trinum iuſtificamur: ideo igitur illi per gratiam Chriſti illam cognitionem, illum cultum, & illam operationem habebant, quemadmodum nos per gratiam Chriſti noſtram fidem, noſtrum cultum, & noſtram operationem habemns. Si illi homines uenerunt ad cognitionem ueri Dei, ad cultum eius, & ad ueram religionem, non uocati à Deo: ſua eorum fuit gratia, ſuum opus, ſuus labor, ſuum meritum: quæ dicere nephas eſt, & grauiſsima blaſphemia. Si autem uenerunt uocati à Deo, ut re *Mat. 20.* uera uenerunt, ſicut prædicat Euangelium, de Deo uocante homines ad cultum ſuum ab origine mundi, primo mane, hora tertia, ſexta, nona, & undecima: proſectò in ipſa uocatione intrauit gratia Chriſti, & à gratia F Chriſti erat illa uocatio. Deus enim poſt lapſum primi hominis, nunquam aliquem hominem uocauit ad ſe: niſi propter merita noſtri Saluatoris, uel exhibita, uel præuiſa: gratia nanque uocationis qua nos uocat Deus, gratia redemptionis eſt, ad gratiamq; redemptionis pertinet, ſicut gratia iuſtificationis, & ſicut gratia glorificationis. Ego firmiter credo, nulloq; modo dubito, quòd ſi Paulus Apoſtolus gentiles illos ueram cognitionem unius ueri Dei & cultum eius habentes inſtituiſſet; illis non ſolùm ſecundum humilitatem, ſed etiam ſecundum ueritatem dixiſſet, quòd uobis non ſolùm ſecundum humilita- *Epheſ. 2.* tem ſed etiam ſecundum ueritatem dicit, E- *1. Cor. 4.* ramus natura filii iræ, ſicut & cæteri. Quis enim te diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis. Ita uerò prædicans, quid commendaret? Vtique gratiam Dei, quæ in maſſa perditionis Adæ, in qua maſſa *Rom. 9.* omnes eramus filii iræ, diſcernit filios Dei, & facit uaſa miſericordiæ præparata in gloriam: gratia enim Dei faciebat ut illi homines ea operarentur, quibus ab aliis hominibus diſcernerentur, ut Deum per creaturas inquirerent, Deum cognoſcerent Deum colerent, & propter Deum officia uirtutum exercerent. Quomodo illud faciebat gratia Dei? Præueniendo illos homines & naturales eorum

potentias, præparandoq; illos, illuminando, excitando, aut modis aliis, quos ipſe G Deus nouit. Et miſericordia eius præueniet *Pſal.* me. Præparatur uoluntas à Domino. A Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Quæ gratia Dei erat illa? Illa quidem quam nobis Saluator noſter meruit, & ad quam nos reconciliauit per ſuum ſanguinem, ſuam paſsionem, ac mortem: iam enim tunc operabantur ſua merita præuiſa, & iam ſufficiebant erantq; efficacia. Igitur eo tempore ad gratiam Chriſti pertinebat, quòd homines Deum per creaturas cognoſcerent, ut erat creator per creaturas cognoſcibilis; quòd illum colerent, & quòd propter illum bona opera facerent, ſiue intellectualibus uirtutibus ſuas mentes ornando, ſiue uirtutibus moralibus ſuas paſsiones, delectationes, aut triſtitias ordinando. Si hæc talia tunc ad gratiam Chriſti pertinebant, ſine dubio etiam nunc ad gratiam Chriſti pertinent; & ſi hæc talia homines tunc ſine adiutorio gratiæ Chriſti operari non poterant, profectò etiam nunc homines hæc talia ſine adiutorio gratiæ Chriſti operari non poſſunt. Abundantius modo gratia Chriſti communicatur. ſed proculdubio nõ minuitur. Ideo quicquid aliquando homo ſine gratia Chriſti facere nõ potuit, illud modo homo ſine gratia Chriſti H facere non poteſt ad omne bonum ad quod aliquã do ſe extendebat gratia Chriſti, ad omne illud bonum ſe modo extendit. Alioquin imminuta eſſet, ad pauciora ſe extendens. Non eſt autem imminuta. Immo nunc abũdantius datur, & aliquẽ effectum modo præſtat, quem olim non præſtabat: ideſt, apertionem regni. Ergo uerìſsimnm eſt quod dicimus, ad ſpecialẽ gratiam Dei pertinere propter merita Saulatoris noſtri, omnem uſum noſtrorum naturalium bonorum, aut quorumuis aliorum, moralem deliberatum, quem habemus circa uel propter unum Deũ uerum ut eſt naturaliter per creaturas cognoſcibilis, ipſum Deum unum cognoſcendo, colendo, aut propter illum operando. Omnis enim gratia Dei dicitur ſpecialis, & eſt, quæ pertinet ad gratiam redemptionis, & ad merita Saluatoris noſtri: nam gratia Dei quæ ad gratiam redemptionis non pertinet, ad gratiam creationis pertinere dicitur, atque eo ipſo magis generalis intelligitur eſſe. Quod Apoſtolus ait, Gentes quæ legem non *Rom. 2.* habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt. Hugo à Sancto Victore in ſuis annotationib. elucidatoriis epiſtolæ Pauli ad Romanos, ita interpretatur. Id eſt, non adiuti per legẽ. ſed ſola naturali ratione reformata per gratiam. Iſtud ergo, naturaliter, legem & non gra-

A gratiam excludit. Hæc ille. Quanto ergo magis dum dicimus, Deum per creaturas eſſe cognoſcibilem aut cognitum, legem excludimus, non gratiam. Diuus Ambroſius commendans gratiam Dei per Christum dominum noſtrum, in De nocatione Gentium dicit, Humana natura in primi hominis præuaricatione uitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, ſemper in deteriorē eſt procliuior uoluntatem, cui committi non eſt aliud quàm dimitti. Hæc itaque uoluntas uaga, incerta, inſtabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendum, in cupiditatibus cœca, in honoribus tumida, curis anxia, ſuſpicionibus inquieta, gloriæ quàm uirtutum auidior, famæ quàm conſcientiæ diligentior, & per omnem ſui experientiam miſerior fruendo his quæ cōcupiuerit, quàm carendo, nihil in ſuis habet uiribus, niſi periculi facilitatem. Quoniam uoluntas mutabilis quæ non ab incommutabili uoluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni. Hæc Ambroſius. Conſtat autem quòd talis uoluntas non poteſt in cognitionem Dei uenire, illum cognoſcere, illum colere, aut propter illum operari, niſi ab ipſo Deo præuenta, præparata, illuminata, pulſata, adiuta: omnia enim

Ambro. Lib. 1. cap. 2.

B hæc, bona ſunt; ſed ad bonum, quid poteſt uoluntas humana, ſine adiutorio gratiæ diuinæ? Optimè dixit diuus Bernardus, in ſuo libro de libero arbitrio, Conatus liberi arbitrii ad bonum, caſsi ſunt, ſi à gratia non adiuuantur; & nulli, ſi non excitantur. Cæterùm, quia hæc præſens ueritas ſatis probata eſt, magisq́; & magis confirmatur ex ſequentibus, nunc de ea hic, quod hæc ſint ſatis, non agemus ulterius. Manifeſtè dicit diuus Ioannes, Scimus quia mundus totus in maligno poſitus eſt, & ſcimus quia filius Dei uenit, & dedit nobis ſenſum ut cognoſcamus uerū Deū, & ſimus in uero filio eius. Profectò igitur donum Dei eſt, quòd homines uerum Deum cognoſcamus: ſemperque illud fuit donum, quoties homines Deum uerum cognouerūt. Sub lege naturæ, eo tempore, quo ille ualebat ſtatus, qui homines unum uerum Deum cognoſcebant, colebant, & ſecundum legem naturalem uiuebant, fideles erant, & ad populum Dei pertinebant, ut de mente quorundam iam diximus; nec altiorem cognitionē ab hominibus tunc temporis exigebat Deus, quamuis tamen nonnullis quibus ipſe uoluit aliam cognitionem explicitam magis de Redemptore tunc uenturo, infudiſſet. In illum igitur ſtatum homines uenire non potuerunt, niſi ex gratia, niſi ex miſericordia: & illā fides illius temporis ſub illa generalitate qua credebat Deum quidem eſſe, & remuneratorem inquirentium ſe exiſtere, utique noſtram fidem implicitam habebat, fidelesq́; profectò faciebat. Dicit Apoſtolus, Miſericordiam conſecutus ſum; ut fidelis eſſem. Dicimus pariter nos de nobis, Miſericordiā conſecuti ſumus, ut fideles eſſemus. Dicimus etiam de illis eiuſmodi hominibus illius temporis, Miſericordiam conſecuti ſunt, ut fideles eſſent. Dei enim donum eſt fides, ut monſtratum eſt ſatis: atque hoc in quocunque gradu ſiue in qua uis menſura eius. Generaliter dixit Paulus, Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex nobis, ſed Dei donum eſt. Quia uobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm ut credatis in eum, ſed etiam ut patiamini pro eo. Et quoque generaliter dixit, Sapite ad temperantiam, ſicut unicuique Deus partitus eſt menſuram fidei. Illa ergo fides, illorum in illa menſura, fuit quoque Dei donum de pertinentibus etiam ad ſalutem, & ad uitam beatam: unde ex gratia illam fidem habebat homo, id eſt, ex gratia Dei pertinente ad gratiam redemptionis. Myſterium incarnationis Chriſti oportuit omni tempore aliquo modo eſſe creditum apud omnes, quia, Non eſt aliud nomen datum hominibus ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri: diuerſimodè tamen, ſecundum diuerſitatem temporum & perſonarum. Myſterium enim incarnationis & paſsionis Chriſti Domini noſtri ſemper fuit, eſt, & erit uia hominibus ueniendi ad beatitudinem: quam uiam oportuit ſemper ab hominibus cognoſci, & cognitam uenerari. Ipſa autem cognitio, ipſa eſt fides. Diuerſimodè uerò pro diuerſis temporibus, quia ante ſtatum peccati homo habebat explicitam fidem de Chriſti incarnatione ſecundum quòd ordinata erat ad conſummationem gloriæ, non ſecundum quòd ordinabatur ad liberationem à peccato per paſsionem & reſurrectionem, quia homo non fuit præſcius peccati futuri. Videtur autem incarnationis Chriſti præſcius fuiſſe homo, per hoc quòd dixit, Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: hoc enim Apoſtolus ſacramentum magnum dicit in Chriſto & Eccleſia, quod quidem ſacramentum non eſt credibile primū hominem ignoraſſe. Poſt peccatum autem fuit explicitè creditum myſterium incarnationis Chriſti, non ſolùm quantum ad incarnationem, ſed etiam quantum ad paſsionem & reſurrectionem, quibus humanum genus à peccato & morte liberatur. Diuerſimodè etiam pro diuerſis perſonis, quia alio modo maiores Iudæorum intelligebant olim Redemptorem, futurū, alio

Bernar. Cap. 17. *1. Ioan. 5.*

C *1. Tim. 1.* *Ephes. 2.* *Philip. 1.* *Rom. 12.* *Act. 4.*

D *Gen. 2.* *Ephes. 5.*

E alio modo minores eorum: quia ſacrificiorum ſignificatum explicitè maiores cognoſcebant, minores autem ſub uelamine illorum ſacrificiorum credentes ea diuinitus eſſe diſpoſita, de Chriſto uenturo quodammodo habebant uelatam cognitionem. Et utique myſteria Chriſti Redemptoris noſtri tanto homines cognouerunt difficilius, quanto à Chriſto fuerunt remotiores: & tanto facilius cognouerunt, quanto Chriſto propinquiores fuerunt. Quouſque uentum eſt ad tẽpus noſtrum Chriſtianum, quando iam omnes à maximo uſque ad minimum explicitè credimus Chriſtum & eius myſteria, ſaltem quantum ad ea quæ communiter in Eccleſia ſolenniter, & publicè proponuntur, ſicut ſunt articuli incarnationis: alias enim ſubtiles conſiderationes circa incarnationis articulos, tenentur aliqui magis uel minus explicitè credere, ſecundum quòd conuenit ſtatui & officio uniuſcuiuſque. Firmiſsimè credimus & nullo modo dubitamus, etiam ſub lege naturæ, illo tempore, Deum Optimum Maximum non nullis perſonis explicitè reuelaſſe myſterium redemptoris & aduentum eius in mundum; ſic enim inter gentes & ſub illo ſtatu, Iob dixit, Scio enim quòd Redemptor meus uiuit, & in nouiſsimo die de terra ſurre- *Iob 19.*

F cturus ſum, & in carne mea uidebo Deum Saluatorem meum. Sic etiam, Auguſtino referente in De ciuitate Dei, Sibylla dixit, *Lib. 18. cap. 23. tom. 5.*

Iudicij ſignum, tellus ſudore madeſcet.
E cœlo Rex adueniet per ſæcla futurus.
Scilicet in carnem præſens, vt iudicet Orbem.
Vnde Deum cernent, incredulus atque fidelis.
Cœlum cum ſanctis, cui iam termino in ipſo.
Sic anima cũ carne aderunt, quas iudicet ipſe. etc.

Sic quoque in hiſtoriis Romanorum legere eſt, quòd tempore Conſtantini Auguſti & Helenæ eius matris inuentum fuit quoddam ſepulchrum, in quo iacebat homo habens auream laminam in pectore, in qua ſcriptum erat, CHRISTVS *naſcetur ex Virgine, & ego credo in eum. O Sol, ſub Helenæ & Conſtantini temporibus, iterum me videbis.* Verùm hanc fidem explicitam Redemptoris quam Deus ex ſpeciali dono gratiæ nonnullis perſonis ſub lege naturæ degentibus reuelabat, non ab omnibus perſonis illius temporis ac ſtatus exigebat: ſed ſufficiebat minoribus perſonis eius populi, ſi Deum crederent eſſe, & inquirentium ſe remuneratorem exiſtere, ut quidam dicunt; Hæc fides ipſis tunc temporis ſufficiebat, ut illi aiunt quia hæc fides implicitè noſtram fidem explicitam Redemptoris includebat, continebatq́; ita enim credentes illi homines, ſimul credebant Deum liberatorem eſſe hominum ſecundum

G modos ſibi placitos. Ideoq́; per hanc fidem homines credentes, & ſimul ſperantes, diligentes & pœnitentes, iuſtificabantur, & ſaluabantur; atque ideo ad illam fidem homines non potuerunt peruenire niſi ex ſpeciali gratia Dei, eamq́ue Redemptori noſtro debebant, licet illum explicitè non cognouiſſent. Si obiecerit quiſpiam, illam talem cognitionem non uideri poſſe dici fidem, quia ad illam homines ſine reuelatione ſpeciali per naturalia potuerunt peruenire: hoc nullius penſi eſt, nec uim habet illam, aut uigorem. Primùm quidem, quia hanc talem cognitionem, Paulus Apoſt. de Fide & de neceſsitate fidei *Hebr. 11.* agens, appellat fidem. Poſtquam enim fidẽ definiuit, dicens, Eſt autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. de fide continuando ſermonem, dixit inter alia, Sine fide, autem, impoſsibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Ecce quòd hanc talem cognitionem, fidem appellauit Apoſtolus. Deinde quia & ſi iſta cognitio apud ſapientes eſſet quædam ſcientia, quia ſapienter deducẽdo ex uiſibilibus mundi ad inuiſibilia Dei uenire potuerũt, & multi uenerũt: tamẽ

H apud nõ ſapientes illius tẽporis, quidẽ hæc talis cognitio erat fides quædam. Credebant enim minores, quod ſciebãt maiores: & quod maiores per ſcientiam, minores per fidem cognoſcebant. Tertiò quia & ſi maiores ita ſcientes multa in ſuis diſcurſibus habuiſſent ex ſcientia, non nihil tamen in illis habebant ex pia affectione. Tandem quia qualiſcunque ipſa eſſet cognitio unius ueri Dei, quam homines habebant moralem, deliberatam, uirtuoſam, uel non malam: in illam quidem nec maiores nec minores uenire ualuerunt, niſi Deo ipſos uocante gratis, præueniente, præparante, iuuante, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Faciebat enim illa fides, illo tempore, fideles Dei: & qui illam habebant, miſericordiam & gratiam Dei conſecuti erant, ut fideles eſſent. Legimus enim, Deum in præteritis generationibus dimiſiſſe omnes gentes ingredi uias ſuas, qui, et quidem non ſine teſtimonio, ſemet *Act. 14.* ipſum reliquit, bene faciens de cœlo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum. ſicut ueriſsimè dixit Apoſtolus Lycaonicenſibus. Legimus etiam, *Pſal. 18.* Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuũ eius annuntiat firmamentum. Sed profectò illud Dei teſtimonium, & illam cœlorum uocem, nos mortales non ualemus intelligere moraliter, deliberatè, meritoriè, uirtuoſè, aut non malè, niſi Deus ipſe Optimus faciat nos intelligere, uocando, præueniendo, præparando,

A parando, aptando nos in illo bono, faciendo ut nos faciamus. Sicut ſcriptum eſt, Non ſumus ſufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis qua ſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Vnde Apoſtolus ſimilem annuntiationem

Act.17. prædicans Athenienſibus dixit, Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio uobis, Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ cum ſit dominus, non in manu factis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cùm ipſe det omnibus uitam & inſpirationẽ & omnia: fecitq; ex uno omne genus hominum inhabitare ſuper uniuerſam faciem terræ, definiẽs ſtatuta tempora & terminos habitationis eorum, quærere Deum ſi forte attrectent eum aut inueniant, quamuis non longè ſit ab unoquoque noſtrum. In ipſo enim uiuimus & mouemur & ſumus. Ecce in unoquoque noſtrum Deus noſter eſt, ſed nobis mortalibus eſt difficile ipſum quærere, attrectare, aut inuenire: quod manifeſtè uotat Apoſtolus in illo uerbo, Si forte. Quidem teſtimonium Dei eſt in diuinis ſcripturis, quod ſatis declarat nobis hominibus Deum, diuinaq; myſteria: Sed nihilominus Saluator noſter ſicut ueriſ-

Luc.24. ſimè legimus apud Lucam, aperuit Apoſtolis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas: quas

B multi etiam hodiè legunt, & non intelligunt.

Sic Ambroſius in De uocatione gentium. Igitur ad intelligendum teſtimonium & uocem cœlorum ac totius naturæ creatæ, & ad credendum illi, Dei adiutorio indigemus. Ergo nemo filiorum Adæ poteſt Deum quærere, inuenire, in eum credere, in eo ſperare, eum amare, colere, ſine ipſo Deo & gratia eius in Chriſto Ieſu Domino noſtro: Non enim quaſi nos prius dilexerimus ipſum, ſed quia ipſe prior dilexit nos: nec quaſi nos ipſum elegerimus, ſed quia ipſe nos elegit. Quam ueritatem omnes confiteri tenemur,

Lib.1. cap.19. quia eſt in diuinis ſcripturis expreſſa. Et Auguſtinus contra duas epiſtolas Pelagianorũ, manifeſtè dicit, quòd proponere & uelle bonum, eſt ex Dei dono: qui rurſus contra Iulianum Pelagianum docet, Sine gratia præueniente neminem poſſe petere, quærere, aut

Lib.1. cap.26. tom.1. pulſare: de quo etiam in ſuis Retractationibus multa dicit ad idem. Itaque certiſsimum eſſe debet apud omnes fideles Chriſtianos, non poſſe nos homines poſt lapſum uenire in cognitionem unius ueri Dei, aut circa illum uel propter illum exercere actum aliquem noſtrarum potentiarum moralem deliberatum uirtuoſum, ſine ſpeciali eius adiutorio pertinente ad gratiam Saluatoris noſtri, quã ipſe nobis meruit. Hoc autem, ſiue dicamus hanc Dei cognitionem ſuffeciſſe olim pro fide requiſita apud antiquos Gentiles, ut quidam Doctores catholici dicunt: ſiue dicamus C hanc Dei cognitionem non fuiſſe olim ſufficientem, fuiſſe tamen olim eſſeq; modo neceſſariam ad ueram ueri Dei religionem, ut omnes ſumma cum ueritate aſſerunt.

Etenim omnia quæ aut ad Religionẽ aut ad pietatem pertinent Chriſtianam, omnes Doctores Chriſtiani in Chriſtum auctorem referunt, & eius gratiam adiutricem, at que factricem. Pertinent autem ad religionem Chriſtianam & eſt neceſſarium ad ſalutem, quòd talem de Deo habeamus cognitionem, qua credamus unum uerum Deum eſſe, remuneratorem ſeſe inquirentium: ſicuti dicit Apoſtolus, Sine fide, autem, impoſsibile eſt placere Deo. Credere enim oportet *Hebr.11.* accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentium ſe remunerator ſit. Hæc cognitio Dei eſt nobis neceſſaria ad ſalutem, ut conſtat ex hoc uerbo Apoſtoli. Ergo pertinet ad religionem Chriſtianam & pietatem: quia aliàs nõ eſſet nobis ad ſalutẽ neceſſaria, magis quã alia cognitio impertinens. Ergo illam habemus per Chriſtum, per Chriſti gratiam, per Chriſti merita. Sic deduxit Auguſtinus contra Pelagium, pro omnibus quæ ad religionem & pietatem pertinent, ut omnia huiuſmodi Chriſto auctori principali tribuamus. Sed quia de hac ratione deq; ad eam pertinen D tibus, inferius magis abundè ſcripturi ſumus, nunc hæc dixiſſe ſufficiat.

De conſenſu ſanctorũ patrum coactus fuit Pelagius confiteri publicè, indigere nos gratia Chriſti ſeu adiutorio eius ad ſingulos actus, cogitare, uelle, perficere ſeu operari: ut dictum eſt ſupra, & refert Auguſtinus frequenter. Ergo nullum talem actum poſſumus nos exercere circa Deum uel propter unum uerum Deum, cogitando, uolendo, operando, moraliter, & deliberatè, ac uirtuoſè, niſi cum adiutorio talis gratiæ. Hi enim actus quoque ſunt boni, nobiles, difficiles, & ualde perfecti, ſicut & de illis aliis dictum eſt in ſuperiori capite: nec Pelagius aut patres exceperunt hos actus, quando dixerunt, indigere nos ad ſingulos actus gratia Chriſti. Immo de omnibus actibus huiuſmodi bonis, loquuti ſunt: ut omnem talem fateamur nos habere per Chriſtum, ex adiutorio gratiæ eius. Sed de hoc magis latè agitur inferius, ubi de uirtutibus moralibus ſpecialis eſt ſermo: de quibus uirtutibus moralibus & earũ actibus maior eſt difficultas, an & ad gratiam Chriſti pertineant, uel ad ſola hominis naturalia cum generali influentia pertinente ad gratiam creationis: maior, inquam, eſt difficultas de illis, ob id quòd quidam dicunt, poſſe illas reperiri extra cognitionem Dei ueri,

E ri, nec fore neceſſarium ut homo eas uel earum opera, actus, uſum, uel exercitium in Deum referat. Nunc non agimus de materia illius quæſtionis ſed de hac longè differenti id eſt, de fide qua homo fortiter, firmiterq́; credit, Deum eſſe, unum, & quòd inquirentiū ſe, remunerator ſit, habens curam humanarum rerum: de amore quo illum ſic cognitum ſuper omnia diligit, atque de omni uſu naturalium bonorum quê homo propter ipſum Deum ſic cognitum cogitat, uult, operatur, facit aut exercet, uel ipſum Deum colendo, uel ſeipſum hominem ordinando, uel proximo ſubueniendo, aut quouis modo alio bonum faciendo uel à malo declinando. Ita enim credere de Deo, eſt ita de Deo cogitare cum aſſenſione mentis, ut declarat optimè *Auguſt. Lib. 1. Cap 2. tom. 7.* Auguſtinus in De prædeſtinatione ſanctorum, & refert probando *Magiſt. Lib. 2. Diſt. 26.* Magiſter ſententiarum, totaq́; ſchola doctorum theologorum. Rurſusq́ue ita cogitare de Deo cum firma mentis aſſenſione, quia perficit mentem, & pertinet ad contemplationem: atque etiam cogitare aliquid boni propter ipſum ſic cognitum faciendum, aut aliquid mali propter ipſum ſic cognitum declinandum, eſt profectò magnum bonum, ut conſtat: ſicuti bona eſt omnis cogitatio deliberata de bono bene faciendo, & de malo bene uitando. Apoſtolus autem Chriſti Paulus, & doctor Chriſti

F Auguſtinus, quid prædicant commendantes gratiæ Chriſti extenſionem, præſertim circa cogitationes noſtras? *2. Cor. 3.* Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Quod uerbum ita declarat Auguſtinus in De prædeſtinatione ſanctorum, *Lib. 1. cap. 2. tom. 7.* Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid boni, ſcilicet ex nobis: fateturq́; dictum eſſe in commendationem gratiæ quæ non datur ſecundum aliqua merita, ſed efficit omnia bona merita: id eſt, gratiæ Chriſti: Vnde profectò ad illam gratiam pertinet omnis noſtra talis bona cogitatio. Sic etiam diligere Deum ſuper omnia, aut propter ipſum aliquid uelle uel operari: bona quædam utique ſunt, de quibus ut ea bona in Deum auctorem per Chriſtū referamus, dicit Apoſtolus iterum, commendando gratiæ Chriſti extenſionem, *Ephes. 2.* Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. *Philip. 2.* Deus eſt enim qui operatur in uobis & uelle, & perficere, pro bona uoluntate. Quibus uerbis Apoſtolus refert in Deum auctorem per Chriſtum omnes iſtos noſtros actus bonos, cogitare, uelle, operari: ſicut Pelagius coactus eſt confiteri, omnes hos actus eſſe referendos in gratiam Chriſti, & ad eos omnes nos gratia Chriſti indigere: non ſolùm ut illos facilius habeamus: ſed etiam ut illos habeamus ſimpliciter: tanquam ſine adiutorio gratiæ Chriſti minimè eos habere poſſimus, nec facilius nec difficilius, nec cum facilitate nec cum difficultate: Et ne quis putet hoc tunc ſic fuiſſe acceptum quaſi hoc dictum ſit de his actibus ſolùm quando ſunt meritorii: Auguſtinum audiat, determinatione hanc bene intelligentem. Ipſe enim ad Simplic. fatetur, quòd homo incipit habere hanc gratiam Chriſti facientem omnia bona merita; quando incipit credere Deo: *Lib. 1. Queſ. 2. tom. 4.* & alibi docet conſtanter, *De prædeſt. ſanct. lib. 1. c. 7. tom. 7.* in hanc gratiam Dei per Chriſtū eſſe referendum quicquid boni operatus eſt Cornelius, tum poſtquam in Chriſtum credidit, tum antequam in Chriſtum crediſiſſet: quando non tanta erat gratia præditus quanta ſufficit ad obtinendum regnum cœlorum, quando uidelicet nondum iuſtus erat à peccatis, quando nondum ad regnum cœlorum acceptus. Sed de hoc inferius. *Lib. præſenti.* G

Confeſſio Pelagy pro neceſſitate atque extenſione gratiæ Chriſti, & error eiuſdem Pelagy contra eandem gratiam.

AVGVSTINO referente in libro De Gratia Chriſti contra Pelagium & Celeſtium, *Auguſt. cap. 1. & 2. tom. 7. Lib. 1.* coràm Albino, Piniano, & Melania, famulis Dei, qui Pelagium hortabantur ut quæcunque aduerſus eum dicerentur

H ſcripto damnaret, ſic dixit Pelagius, Anathema qui uel ſentit uel dicit, gratiam Dei qua Chriſtus uenit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, non ſolùm per ſingulas horas, aut per ſingula momenta, ſed etiam per ſingulos actus noſtros non eſſe neceſſariam, Et qui hanc conantur auferre, pœnas ſortiuntur æternas. *Confeſſio Pelagy.* Sic refert Auguſtinus hanc Pelagii cōfeſſionem, ex relatione illorum prædictorum fratrum, Albini, Piniani, Melaniæ: quæ tamen confeſſio non placet Auguſtino, niſi & Pelagius ſic explicet, quòd gratia Chriſti non ſolùm nos iuuat, nec ſolùm nobis eſt neceſſaria, propterea quod Chriſtus nos iuuat facere bonum & uitare malum, per ſuum bonum exemplum, ad quod reſpicientes iam exemplariter iuuamur: ſed etiam ſubminiſtratione quadam uirtutis, iuuando nos, noſtraſq́; uires. In eodem opere refert idem Auguſtinus, *Vbi ſupra. cap. 3.* eundem Pelagium cum epiſcopalibus geſtis ſine ulla recuſatione damnaſſe eos, qui dicūt gratiam Dei & adiutorium non ad ſingulos actus dari, ſed in libero arbitrio eſſe, uel in lege atque doctrina: eosq́; qui docent gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari. Et hac confeſſione, putabant Auguſtinus & alii ſancti Docto-

A Doctores, omnes tergiuerſationes Pelagii de hac re eſſe conſumptas: niſi quòd in libris ipſius Pelagii de libero arbitrio poſtea repertum fuit, nihil aliud ſentire Pelagium quàm id quod dannaſſe uidebatur Pelagins. Verba Pelagii in De libero arbitrio hæc ſunt: Nos, inquit, ſic tria iſta diſtinguimus, & certum uelut in ordinem digeſta partimur. Primo loco poſſe ſtatuimus, ſecundo uelle, tertio eſſe. Poſſe in natura, uelle in arbitrio, eſſe in effectu locamus. Primum illud, ideſt, poſſe, ad Deum propriè pertinet, qui illud creaturæ ſuæ contulit: duo uerò reliqua, hoc eſt uelle & eſſe, ad hominem referenda ſunt, quia de arbitrii fonte deſcendunt. Ergo in uoluntate & opere bono laus hominis eſt, immo & hominis & Dei, qui ipſius uoluntatis & operis poſsibilitatem dedit, quique ipſam poſſibilitatẽ gratiæ ſuæ adiuuat ſemper auxilio. Quod uerò poteſt uelle bonum atq; perficere, ſolius Dei eſt. Poteſt itaque illud unum eſſe, etiam ſi duo iſta non fuerint: iſta uerò ſine illo eſſe non poſſunt. Itaque liberum mihi eſt, nec uoluntatem bonam habere, nec actionem: nullo autem modo poſſum non habere poſsibilitatem boni, ineſt mihi etiam ſi noluero: nec ocium ſui aliquando in illo natura recipit.

Error Pelagij. Lib. 3.

B Quem nobis ſenſum, exempla aliqua faciant clariorem. Quòd poſſumus uidere oculis, noſtrum non eſt: quòd uerò bene aut malè uidemus, hoc noſtrum eſt. Et ut generaliter uniuerſa complectar, quòd poſſumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius eſt qui hoc poſſe donauit, qui hoc poſſe adiuuat. Quòd uerò bene uel agimus, uel loquimur, uel cogitamus, noſtrum eſt, quia hæc omnia uertere etiam in malum poſſumus. Vnde quod propter calumniam noſtram ſæpe repetendum eſt, cum dicimus hominem poſſe eſſe ſine peccato, & confeſſione poſsibilitatis acceptæ laudamus Deũ, qui nobis hoc poſſe largitus eſt. Nec eſt ibi ulla laudandi hominis occaſio, ubi ſolius Dei cauſa tractatur. Non enim de uelle, nec de eſſe: ſed tantummodo de eo quod poteſt eſſe, diſſeritur. Hæc dixit Pelagius, ſicut Auguſtinus refert. Vt ergo in his uerbis uidemus, tria poſuit Pelagius in homine circa bonum, uidelicet poſſe, uelle, eſſe ſeu perficere aut operari: id eſt, potentiam, uoluntatem ſeu uolitionem, operationem: quemadmodum aliud eſt poſſe facere, uelle, aut cogitare bonum: aliud eſt uelle bonum aut cogitare bonum in actu: & aliud eſt bonum in actu facere aut dicere. Et in hac ſua diſtinctione, nihil à nobis dicebat alienum: quia & hæc omnia nos ponimus diſtincta in homine circa bonum, & ſuis gradibus ordinata: ut aliud

Vbi ſupra. cap. 4.

C ſit iu nobis poſſe cogitare bonum, uelle aut operari: aliud ſit bonum cogitare, aliud ſit bonum uelle, aliud ſit bonum facere. Diſtãtq; multum interſe circa bonum in nobis, poſſe, cogitare, uelle, operari ſeu facere. Omnes poſſunt, multi tamen non cogitant, non uolunt, non faciunt. Multi cogitant, qui non uolunt nec faciunt: Quidam uolunt, ſed non faciunt, aut quia inefficaciter uolunt, aut quia non habent unde faciant. Sed è contra, Omnis qui facit bonum bene, uult facere: omnis qui uult facere, cogitat illud facere: omnis quis facit, uult, & cogitat, poteſt facere. In quo igitur errabat Pelagius quoad hanc rem? In eo quòd dicebat cogitare bonũ, uelle, ac facere ſic eſſe in nobis & à nobis, ut quoad hæc non indigeamus iuuari à Deo per ſubminiſtrationem quandam uirtutis, ſed ſolùm per dationem legis, ut ſciamus cogitanda, uolenda, facienda. Hic fuit error Pelagii in materia. Contra quem errorem inſurrexerunt uehementiſsimè Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, & omnes alii eius ætatis Doctores ſancti, probantes, non poſſe nos homines poſt lapſum, in potentia propinqua habere hos actus, uel aliquem eorũ, cogitare, uelle, aut facere bonum bene, niſi

Error Pelagij.

D Deus reſpiciens Saluatorem noſtrum, ſubminiſtret nobis ſuum adiutorium quo adiuti, hos actus in nos formemus. Vnde conſtanter docuerunt, hos actus in quouis hominum filiorum Adæ repertos, ad Saluatorem noſtrũ & ad eius gratiam pertinere. Maximè ſi ſint circa Deum uel propter ipſum, ut conſtat. Procedunt ad hoc omnes authoritates addnctæ, & adducendæ in ſequentibus. Ideo de his ſatis hæc nunc ſint dicta, quantum ad probationem. Ad omnes igitur & ſingulos hos actus indigemus gratia Redemptoris ſeu eius adintorio. Ad quos omnes? Ad omnes bonos. Ad omne bonum cogitare, bonum uelle, bonum operari: meritorium, uel moraliter bonum uirtuoſum. De malis enim non hoc intelligitur: quia Saluator noſter, qui uenit diſſoluere opera diaboli, non nos iuuat ad diaboli opera facienda. Ergo ad omnes bonos actus, non ad malos. Quomodo ad oẽs? Ad omnes non ſolùm genere, nec ſolùm ſpecie: ſed & ad omnes, quantum ad indiuiduũ. Vt nullus ſit actus bonus horum, ad quem non indigeamus gratiæ adiutorio: ut qui aliquem actum bonum horum in ſe habuerit, non in ſeipſo, ſed in Saluatore noſtro principali auctore glorietur. De omnibus enim his actibus ſancti Doctores, hanc ueritatem intelligebant: & de omnibus his Pelagium, ueritatem huiuſmodi confiteri compellebant. Sicut nanque omnia noſtra bona ad careatio

1. Ioan. 3.

E nem pertinentia, Deo creatori tribuimus: ſic omnia noſtra bona ad redemptionem pertinentia, Deo redemptori tribuere debemus. Pertinent autem ad creationem in nobis, omnia bona noſtra naturalia quæ ſumus, uel naturaliter habemus: Sed pertinent ad redemptionem in nobis, omnia bona noſtra quæ ſuper noſtra naturalia habemus ſuperaddita, uel diuinitus infuſa, uel acquiſita: ut bona moraliter uirtuoſa, & alia altiora.

NVNC agimus de his actibus bonis, cogitare, uelle, operari, credere, ſperare, diligere, pœnitere, colere, & ſimilibus, pro ut ſunt de uero Deo, circa uerum Deum, uel propter ipſum; cum omnibus aliis requiſitis, ut ſint actus boni, moraliter uirtuoſi: ſicuti in principio huius Capitis, de talibus actibus agere propoſuimus. De his autem quid? Conſtat quòd ſancti Doctores agentes contra Pelagium, & omnes tales actus bonos Chriſto tribuentes, cogitare, uelle, operari; non hos actus de quibus modo agimus, exceperunt. Ergo & hi ſecundum illorum ſententiam, Chriſto ſunt tribuendi. Sunt enim & ii, boni: pertinent ad religionem, pertinent ad pietatem, & pertinent ad uerum ueri Dei cultum: atque pertinent ſine dubio ad noſtram reparationem, reformationem, ſalutem. Quandoquidem, qui in extremis partibus terræ, in quibus nunquam fuit prædicatum ſanctum Chriſti Euangelium, (ſi modo

F aliquæ partes tales ſunt) hos actus haberet, non dubium quin ipſe de lege communi uel iuſtificaretur ex tali diſpoſitione, uel ſaltem diuinitus illuminaretur, ut ad cognitionem fidei ueniret: ut factum fuit in Eunucho, *Act. 8.* & in Cornelio. *Act. 10.* Igitur hi actus ad iuſtificationem à peccatis immediatè, uel ſaltem mediatè diſponunt, atque præparant. Ergo & ad Saluatorem pertinent, ad redemptorem ad reformatorem: ad quem pertinet ipſa iuſtificatio, peccatorum remiſsio, & ſanctificatio. Ad eundem nanque agentem, ſeu ad idem agens pertinet formæ inductio, & ad ipſius formæ inductionem diſpoſitio, ſeu præparatio. Talis eſt ordo in naturalibus, talis eſt & in moralibus: talis eſt ordo in actionibus creationis, talisq; eſt & in actionibus redemptionis, ac reformationis. *Gen. 22. Galat. 3.* Ad benedictionem omniũ gentium promiſſam Abrahæ in ſemine ſuo, qui Chriſtus eſt, pertinent noſtra iuſtificatio & noſtra glorificatio ut conſtat: igitur profectò & ad eandem benedictionem promiſſam nobis in Chriſto, pertinent omnia in nobis, quæ ad noſtram iuſtificationem diſponũt aut præparant. Vnde ualet hæc conſequentia? Quia aliàs, noſtra iuſtificatio diceretur aut uideretur dari nobis ex ipſa diſpoſitione uel

G præparatione, non ex Dei promiſsione: ſed ex ipſis noſtris operibus ſeu affectiouibus, quibus nos ſic diſponimus aut præparamus: non ex Dei gratia. Omnia ergo hæc pertinent in nobis ad Dei benedictionem & gratiam promiſſam nobis in Chriſto, ſeu per Chriſtum. Ad idem eſt quòd in omnibus & ſingulis actibus iſtis noſtris de quibus agimus deliberatis ac uirtuoſis circa Deum uel propter Deum, cogitando, uolendo, operando, credendo, diligendo, colendo, pœnitendo, obediendo, bonum faciendo, aut à malo declinando: uiget amor Dei in uoluntate noſtra, & uirtus quædam noſtra erga ipſum. Quantum autem ſit difficile nobis in hoc ſæculo quod uoluntas noſtra ſic afficiatur aut inclinetur per uirtutem erga Deum, & ſi poſsit conſtare ex multis, conſtat tamen maximè ex conſideratione, determinationeq; ſancti Thomæ. *S. Tho. Prima 2. Queſ. 8. Art. 1.* Ipſe enim prius determinauit, quòd uoluntas ſit tantum boni, quantum ad affectionem amoris. Deinde, determinauit obiectum uoluntatis eſſe bonum rationis uoluntati proportionatum. *Ibidem. queſ. 56. Art 6.* Poſterius uerò uidens quòd inclinatio potentiæ ad ſuum obiectum proportionatum ſibi, eſt magna nimis & ualida: dixit uoluntatem noſtrã non indigere nec poſſe habituari circa obiectum ſibi proportionatũ ut eligat aut inclinetur ad illud, Sed ſi quod bonum immineat homini uolendum, quod excedat proportionẽ

H uolentis, ſiue quantum ad totam ſpeciem humanam, ſiue quantum ad indiuiduum, ibi uoluntas indiget uirtute. Declarando autem quod bonum excedit proportionem uolentis quantum ad totam ſpeciem humanã, dicit quòd bonum diuinum: & declarando quod bonum excedit proportionem uolentis quantum ad indiuiduum, dicit quòd bonum proximi. Ex quibus omnibus, Caietanus commentator eius aſſerit, *Caietan. ubi ſtatĩ. Qua. 56. Art. 6.* quòd proprium bonum rationis, ideſt, ipſius uolentis, eſt naturale obiectũ uoluntatis: ut quod ſanctus Thomas dixit bonum proportionatum, intelligatur eſſe bonum proprium. Sequitur autem ex iſtis, quòd quoties uoluntas noſtra uult aut eligit bonum diuinum, cogitando, credendo, ſperando, diligendo, colendo, obediendo, aut uirtutem aliquam exercendo circa ipſum aut propter ipſum uirtuosè, toties tranſcendit ſuum naturale obiectum. Abſit autem ut dicamus hoc ſic poſſe noſtram uoluntatem poſt lapſum, abſque adiutorio noſtri Saluatoris, reparatoris, reformatoris: dicentis etiam maniſeſtè, Sine me, nihil poteſtis facere. *Ioan. 15.* Si ſine ipſo nihil poſſumus facere, ut re uera non poſſumus quicquam boni facere ſine ipſo: multo magis nõ poſſu-

A poſſumus ſine ipſo, obiectum noſtræ uoluntatis naturale tranſcendere aut excedere uirtuoſè agendo aut operando. Multum eſt uirtuoſè uelle, cogitare, agere, eligere, uel operari circa obiectum naturale: ut conſtat de uirtutibus aliis moralibus, de quibus aliàs. Sed magis profectò eſt uelle, cogitare, agere, eligere uel operari, tranſcendendo obiectum naturale: id eſt, circa bonum non proportionatum nobis, ſed excedeus nos, ut eſt bonum diuinum. De hoc igitur quod magis eſt, modo agimus: & hoc magis in nobis, noſtro Saluatori tribuimus principali agenti, mouenti, præuenienti, præparanti, iuuanti, operanti, & cooperanti, facienti ut nos uirtuoſè cogitemus, uelimus, operemur, credamus, ſperemus, diligamus, colamus, aut aliquam aliam uirtutem exerceamus circa Deum, uel propter Deum: etiam pro ut eſt per creaturas, & ſine aliqua ſpeciali reuelatione, cognoſcibilis quantum ad id quod unus eſt, & quod inquirentium ſe remunerator ſit, & quantum ad alia ſimilia prædicata diuina, de quibus in ſequentibus dicuntur multa. Si qui actus ſunt moraliter boni, pro fectò hi actus tales ſunt, moraliter boni, ut

Lib. præſenti.

Lib. præſenti.

B conſtat: De actibus autem humanis moraliter bonis, quid dicit ſanctus Thomas? Quod ex eo habent rationẽ meriti, etiam corã Deo. Ita enim docet ſanctus Thomas, atque ita intelligit, refert & allegat Caietanus. Ergo hi actus dum habent rationem boni moralis, habent ſimul & eo ipſo utiq; rationem meriti apud Deum. Ergo pertinent in nobis ad Saluatorem noſtrum & ad eius gratiam, qui eſt caput, radix, atque principium totius omniſq; meriti noſtri boni corãm Deo. Quomodo poſſunt illi duo actus, cogitare Deum, & credere Deum, eſſe aut dici actus morales, cum pertineant ad intellectum? Dicuntur actus morales, eo modo quo dicuntur actus humani. Illæ enim actiones propriæ humanæ dicuntur, quæ ex uolũtate deliberata procedunt: ſiue imperatiuè, ſiue elicitiuè. Quia uerò ibi incipit genus moris, ubi incipit iudicium rationis & imperium uoluntatis; & quia uoluntas quodammodo determinat intellectum ad tales actus, quando ipſi ſunt humani: fit conſequens, ut & ipſi dicantur & ſint morales. Videmus quòd imperare, eſt actus quidem rationis, ut bene dixerunt Ariſtoteles atque Gregorius Nicenus, & infra latius declaratur. Videmus etiam quòd actus uoluntatis imperatur aliquando à ratione, item etiam & actus rationis aliquando imperatur. Quia autem primum mouens in uiribus animæ quãtum ad exercitium actus eſt uoluntas, ut omnes fatentur, omneſq; experiuntur, & quia ſecundum mouens non

S.Tho. Prim. 2. Quæſ.21. Art.4. Caietan. Prim. 2. quæſ. 114. Art. 3.

Lib. præſenti. S.Tho. Prima.2. Quæſ.17. Art.1.

C mouet niſi in uirtute primi mouentis: ſequitur quòd hoc ipſum quod ratio mouet imperando, fit ei ex uirtute uoluntatis. Vnde relinquitur, quòd imperare ſit actus rationis, præſuppoſito actu uoluntatis, in cuius uirtute ratio mouet per imperium ad exercitium actus: quicquid ſit de ſua motione quantum ad actus ſpecificationem. Ita etiam Damaſcenus docuit, quòd libero arbitrio homo exquirit, & ſcrutatur, & iudicat, & diſponit: liberum autem arbitrium eſſe dicitur ab omnibus & uerè, facultas uoluntatis & rationis. Ad illos igitur actus ſeſe extendit pertingitq; uoluntas quodammodo, ſuo imperio aut motu, dum ſunt humani: ob quod & ipſi quodammodo ſunt morales, ut eſt notum. Infra oſtenditur abundantius, quòd fides ſeu actus credendi pertinet quidem ad intellectum, non ut ſimpliciter, ſed ut eſt motus uel determinatus à uoluntate. Non eſt igitur mirum, quòd ii prædicti actus ſicut humani dicuntur, ſic & morales dicantur: de quibus nos modo agimus, pro ut uirtuoſi ſunt, ſunt ſiue dicantur morales, ſiue non. Sunt humani uirtuoſi, ergo illos habere non poſſumus niſi cum Dei auxilio pertinente ad gratiam Redemptoris noſtri.

Ibidem. Art. 6. Ibidem. Quæſ.1. Art.1.

Lib. præſenti.

D

Sanctus Thomas mouet quæſtionẽ, Vtrùm homo ſine gratia aliquid uerum cognoſcere poſſit? Reſpondendo dicit multa, inter quæ ita docet, Quantuncunque natura aliqua corporalis uel ſpiritualis ponatur perfecta, non poteſt in ſuum actum procedere, niſi moueatur à Deo, quæ quidem motio eſt ſecundum ſuæ prouidentiæ rationem, non ſecundum neceſſitatem naturæ, ſicut motio corporis cœleſtis. Non ſolùm autem à Deo eſt omnis motio ſicut à primo mouente, ſed etiam ab ipſo eſt omnis formalis perfectio, ſicut à primo actu. Sic igitur actio intellectus & cuiuſcunque entis creati dependet à Deo, quantum ad duo; uno modo, in quantum ab ipſo habet perfectionem ſiue formam per quam agit; alio modo, inquantum ab ipſo mouetur ad agendum. Vnaquæque autẽ forma indita rebus creatis, à Deo habet efficaciam reſpectu alicuius actus determinati, iu quem poteſt ſecundum ſuam proprietatem, ultra autem non poteſt niſi per aliquam formam ſuperadditam: ſicut aqua non poteſt calefacere, niſi calefacta ab igne. Sic igitur intellectus humanus habet aliquam formam, ſcilicet ipſum intelligibile lumen, quod eſt de ſe ſufficiens ad quædam intelligibilia cognoſcenda: ad ea ſcilicet in quorum notitiam per ſenſibilia poſſumus de uenire: Altiora uerò intelligibilia intellectus humanus cognoſcere

S.Thom. Prim. 2. Quæ.109 Art.1.

M 2 non

E non poteſt, niſi fortiori lumine perficiatur: ſicut lumine fidei, aut prophetiæ: quod dicitur lumen gratiæ, in quantum eſt naturæ ſuperadditum. Sic igitur dicendum eſt, qnòd ad cognitionem cuiuſcunque ueri, homo indiget auxilio diuino, ut intellectus à Deo moueatur ad ſuum actum: non autem indiget ad cognoſcendam ueritatem in omnibus noua illuſtratione ſuperaddita naturali illuſtrationi, ſed in quibuſdam, quæ excedunt naturalem cognitionem. Hæc ille. Ecce igitur ſi hæc intelligibilia diuina, unum uerum Deum eſſe, Deum illum uerum eſſe remuneratorem ſeſe inquirentinm, talia erant, in quorum notitiam per ſenſibilia poſſumus deuenire; quidem ſecundum ſanctum Thomam hoc loco, & ſecundum ueritatem, ad ea intelligibilia intelligenda non indigemus altiori lumine, fidei infuſæ, ſcientiæ reuelatæ, Prophetiæ: ſed ſufficit utique lumen naturale. Et de hoc, nunc non agimus. Agimus tamen de eo, quòd etſi noſtrum lumen naturale, tanquam quædam forma naturalis, ad hoc in nobis ſufficiat ſine ullo alio lumine maiori ſuperaddito: nihilominns ut nos per noſtrum lumen naturale exeamus in actum intelligendi illa intelligibilia, indigemus Dei auxilio. Et eſt hæc ueritas non minus nota, ne dicam magis

F eſt nota, quàm præcedens: concedit illam ſanctus Thomas in uerbis allegatis ſtatim, & cōcedunt illam omnes doctores, nullo excepto. Hactenns conuenimus. Addimus autem quòd illud auxilium Dei quo indigemus ad intelligendum illa intelligibilia, pertinet ad gratiam redemptionis ſeu noſtri Redemptoris, & non ſolùm ad gratiam creationis: & ideo eſt ſpeciale, non autem ſola influentia generalis. Quando uidelicet illa intelligibilia intelligimus, actibus humanis uirtuoſis: de quibus tantum eſt ſermo noſter præſens, ut conſtat ex propoſitione in principio capitis. Sunt qui putant ſufficere nobis influentiam generalem cum lumine naturali ad intelligendum intelligibilia prædicta: ſimiliter & ad diligendum, atque colendum Deum ita cognitum; Sed de dictis illorum & ad eorumq; argumentationes, inferius dicuntur multa.

Lib. præſenti.

Ponitur ſententia Doctorum qui dicunt eam cognitionem ſeu eam menſuram fidei ſuffeciſſe olim antiquis Gentilibus pro fide requiſita ab illis ad ſalutem ante promulgationem Euangelij pacis, qua ipſi cognoſcebant de Deo vero quod eſt, & inquirentium ſe remunerator ſit. Atque apponuntur nomina Doctorum, qui ita cenſuerunt, aut ſic docuiſſe magis innuere uidentur. CAP. XII.

QVIDAM doctores Catholici, & ſancti animaduertentes Gentilitatem quam uocant, currere cum Iudaiſmo ante promulgationem ſancti Euangelii, cum non tenerentur ipſi Gentiles ad legem Moſi, datam filiis Iſrael: credenteſq; non obligari eos Gentiles eo tempore ad credendum plus de Deo quàm eis à Deo de ſeipſo reuelatum fuiſſet, aut ipſi de Deo per creaturas cognouiſſent, uel cognoſcere potuiſſent: dixerunt ſuffeciſſe illis Gentilibus ad ſalutem pro fide ab eis requiſita, ſi credidiſſent de Deo quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit. Suffeciſſe, inqnam, hoc ad ſalutem illis Gentilibns, qui de Deo diuiniſq; myſteriis non habuiſſent ſpecialem aliquam reuelationem aliã, à Deo per ſe, uel per creaturam aliquam cui ipſi tenerentur credere. Non quaſi poſt peccatum non fuerit ſemper neceſſarium ad ſalutem omnibus iuſtificandis habere fidem Saluatoris, quia immo ſemper hoc neceſſarium fuit, hominibus ad iuſtificationem: ſed quia ut dicunt, ſufficiebat illis antiquis ita credere, eo quòd in illa fide explicita de Deo, incindebatur fides implicita pro eo tempore ſufficiens de Saluatore. Quaſi tunc illa fides ſic explicita de Deo, & ſic implicita de Chriſto & Mediatore & Saluatore, eo tempore fuiſſet illis Gentilibns ſufficiens: & non fuiſſet ab illis tunc requiſita alia fides de Saluatore, magis explicita, magis clara, aut magis diſtincta. Ioannes Chryſoſtomus, uir quidem non ſolùm ſanctiſsimus, ſed & doctiſsimus, ad illud, Ite, & renuntiate Ioanni quæ andiſtis & uidiſtis. Cœci uident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes Euangelizantur. dicit iuxta hanc ſententiam, Magna, inquies, iniuria illis hac ratione fit, qui ante aduẽtum Chriſti naturæ conceſſerunt, Minimè inquã, Poterant enim homines tunc etiam ipſum nõ confeſsi, ſaluari. Non enim Chriſti, qui nondum uenerat, ab illis cultus petebatur: ſed ut idolorum cultu ſpreto, unum ſolum Deum conditorem omnium noſcerent. Dominus enim, inquit, Deus tuus, Dominns unus eſt. Idcirco Machabei qui ne legem traderẽt, mori maluerunt. Valde admiramur pueros quoque illos; alioſque complures apud Iudæos qui bene & optimè uixerunt, & hanc cognitionis menſuram inuiolatam conſeruarunt, à quibus nihil aliud certum petitum eſt. Nunc autem non ita eſt, ſed neceſſaria eſt ad ſalutẽ, Chriſti cognitio: propterea dicebat, Si non ueniſſem & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent: Nũc autem excuſationem non habent

G H

Ioannes Chryſoſt. Mat. 11.

Deut. 6.

A habent de peccato ſuo. Sanctus Thomas cir
S.Tho. ca illud, Sine fide autem impoſsibile eſt pla
Hebr. 11. cere Deo. Credere enim oportet accedentē ad Deum quia eſt: & inquirentium ſe remunerator ſit. dicit ad eandem ſententiam in ſuis commentariis, Sed Gentiles qui fuerunt ſaluati, ſufficiebat eis quòd crederent Deum eſſe remuneratorem, quæ remuneratio non fit
Secunda niſi per Chriſtum. Vnde implicitè credebant
ſecunda. in Mediatorem. Alibi etiam quærit, Vtrùm
quæſ.2. explicitè credere myſterium incarnationis
Art.7. Chriſti, ſit de neceſsitate ſalutis apud omnes?
Ibidem. Et iterum quærit, Vtrùm explicitè, credere
Art.8. Trinitatem, ſit de neceſsitate ſalutis? Reſpondendo autem ponit quidem inter alia, quòd multis Gentilium facta fuit reuelatio de Chriſto: ſicuti hoc eſt utique ueriſsimum, & conſtans omnibus. Addit uerò ad propoſitum, dicens, Si qui tamen ſaluati fuerunt quibus reuelatio non fuit facta, non fuerunt ſaluati abſque fide Mediatoris; quia etſi non habuerunt fidem explicitam, habuerunt tamen fidem implicitam in diuina prouidentia, Credentes Deum eſſe liberatorem hominum, ſecundum
Nicolaus de Lyra. modos ſibi placitos. Nicolaus de Lyra tenet eandem ſententiam circa illud, Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt: & in-
Hebr. 11. quirentium ſe remunerator ſit. Dicit nanque
B in eo loco, Iſta enim duo, credere ſcilicet Dei unitatem, & eius remunerationem æternam, fuit neceſſarium ad ſalutem ſemper apud Gentiles, nec plus requirebatur ad ſalutem Gentilium. Hæc ille. Opponit ipſe auctor contra ſe ſtatim, ex quodam uerbo Auguſtini inferius ponendo, in quo uidetur prædicari, neceſſariam fuiſſe ſemper fidem myſterii incarnationis Domini. Reſpondet autem quod myſterium incarnationis poteſt credi dupliciter, Vno modo explicitè, & ſic tenebantur credere illi quibus facta eſt de hoc reuelatio, ſicut Iudæi in ueteri lege: Tamen ſacerdotes, ſcripturas intelligentes, tenebantur magis cognoſcere & credere, quàm alii. Et adhuc in noua lege tenentur magis ad hoc Chriſtiani, in qua perfectè explicatum eſt myſterium Chriſti. Alio modo poteſt credi myſterium incarnationis implicitè, & adhoc ſolum tenebantur Gentiles, quia non erant obligati ad legem Moiſi. Taliſq; fides implicita de myſterio incarnationis continetur in duobus prædictis: Quia qui credit unum Deum remuneratorem inquirentium ipſum, credit ipſum habere prouidentiam de ſalute hominum, licet modum huius prouidentiæ explicitè non cognoſcat. Modus autem per quem Deus prouidit ſaluti hominum, eſt per incarnationis myſterium. Ex quo patet, quòd fides incarnationis implicitè continetur in prædicta credulitate Gentilium. Videretur etiā C
alicui, quòd Deum eſſe, non ſit creditum, quia à Philoſophis eſt demonſtratum. Dicendum eſt, Multitudo hominum non capit tales demonſtrationes, ſed pauci. Et ideo licet nō ſit credibile ſimpliciter, quia non eſt credibile omnibus: eſt tamen credibile plnribus. Apoſtolus autem loquitur de fide, inquantū reſpicit communitatem hominum. Hæc il-
le. Alfonſus Epiſcopus Abulenſis, cogno- *Alfonſus*
mento Toſtatus, multa dicit ad idem ſatis ma *Epiſcop.*
niſeſtè. Etenim ſuper Geneſim ait, Gentiles *Abul.*
bene uiuentes non peccantes contra ius natu *Gen.17.*
rale, ſcilicet contra præcepta decalogi, & non colentes idola principaliter, & credentes unū Deum uerum eſſe bonorum omnium retributorem, etiam ſi neſcirent Trinitatem perſonarum & alia, ſaluabantur. Et iſti exeuntes de corporibus, ſi nullum peccatum puniēdum habebant, in Sinu Abrahæ recipiebātur, ubi nullus dolor uel ſenſitiua afflictio eſt. Idē dicendum quòd etiam ſi iſti Gentiles coluiſſent idola, & exercuiſſent omne genus; ſi tamen ante mortem pœniteret eos talia contra uerum Deum commiſiſſe, exeuntes de corporibus ad locum purgatorium ducebantur,
ut inexpletam ſatiſfactionem ſcelerum abun- D
danter ſuſtinendo complerent. Hæc ille. Idē *Idem au-*
auctor in eodem loco propter illud Apoſtoli, *ctor in eo*
Oportet enim accedentem ad Deum credere *dem loco*
quia eſt, & quia inquirentium ſe remnnera- *paulò poſt*
tor ſit: fatetur ingenuè, quòd hæc duo ſuffi- *Hebr. 11.*
ciebant ad ſalutem. Idem auctor ſuper librū *Idem alibi.*
Ruth, docet quòd non omnes homines obli-
gati fuiſſent tēpore legis Moiſi credere quod *Ruth.2.*
credebant Iudæi. Quia (ut ait) multos Phi- *Quæſt.12*
loſophos dicimus fuiſſe ſaluos, quos nihil horum dicimus credidiſſe: quia ſolùm requirebatur quòd non colerent idola, & crederent unicum eſſe Deum punitorem & remuneratorem, & quòd cauerent à peccatis mortalibus, quæ ratio naturalis dictat eſſe peccata. Idem ſuper librum Numerorum dicit quod adulti de Cananæis qui gladio perierunt, nobis in dubio ſunt. Potuerunt enim, inquit, eſſe inter eos aliqui uiri iuſti qui uitam æternā conſequerentur: Plurimos enim Gentilium ante prædicationem Euangelii credimus hoc modo uitam æternam fuiſſe aſſecutos: quia quantum ad fidem, ſolùm obligabantur credere, quòd Deus eſt, & quòd in ſe ſperantibus remunerator ſit. Hæc autem facile ſciri poſſunt, quia naturaliter cognoſcuntur. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt à creatura mūdi intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; uirtus & Deitas. In tantum autem iſta naturalis cognitio ualet, ut aliqui propter defectū credulitatis perierint: quia quod notum eſt

 Dei,

E Dei, manifeſtum eſt illis. Hæc ille. Idem ſu-
Idem au- per Geneſim, probans quòd præceptū de ſab
ctor. bato ſanctificando, non fuit datum omnibus
Gen. 2. hominibus in lege naturæ, dicit, Quia dicitur
quæſt. 4. quòd omnes antiqui Gentiles ante Euange-
lium promulgatum poterant ſaluari in ſolis
Mat. 22. præceptis legis naturalis: ſcilicet Deum uerū diligere ſupra ſe, & proximo non nocere: in quibus eſt totus decalogus, ut patet. Et ſic multi ponunt aliquos Philoſophos ſaluos, ut
Idem au- Socratem, Platonem, & alios, qui tamen ſab
ctor alibi. bata non cuſtodierunt. Hæc ille. Idem tenet
4. Reg. 5. ſuper libris Regum, ubi dicit de Naamā, quòd
Quæſ. 20. crediderit Deum Hebræorum eſſe uerum Deum: ſed neque ideo tenebatur uiuere in lege Iudæorum, propter multa quæ adducit: Refertq; Auguſtinum in eo quod, uult Platonem ſaluum eſſe, & multos alios philoſophos qui ad unguem uitia emendarunt, & non erat uериſimile de eis ullo modo quòd idola colerent, ſed colebant uerum Deum. Et confirmat hoc, quia Naaman committebat ſe doctrinæ & diſpoſitioni Heliſei, Heliſeus autem non præcepit illi ut teneret legem Moſis, dans licentiam ſacrificandi in terra ſua, & manendi in ſtatu illo, non offerendo Diis alienis, ſed
F ſoli Deo Iſrael, qui ſolus erat uerus Deus.
Bruno, Hæc ille. Bruno Patriarcha Carthuſianus in
Carthu- ſuis commentariis circa idem uerbum Apo-
ſia Pa- ſtoli ad Hebræos dicit, Si hoc ſolum crederent
triarcha. Gentiles, quòd creator unus eſſet, & ſingulis
Hebr. 11. pro eorum actibus retribueret, ſatis eſſet il-
Dionyſ. lis. Hæc ille. Dionyſius Carthuſianus circa
Carthu- eundem locum Apoſtoli dixit in ſuis commē
ſianus. tariis, Sine horum duorum fide nemo adultus unquam ſaluari potuit. Nec ſufficit (id eſt hoc noſtro tempore) fides iſta, ſed alia multa credere eſt neceſſe. Forſitan tamen ſufficit ante legem ſcriptam, & item ſub lege, quantum ad Gentiles, quibus ſola lex naturalis data erat, nec obligabantur ad legem Moſaicam dum modo implicitam habuerint fidem de aduentu, incarnationeq; Chriſti. Qui enim credit quòd Deus remunerator eſt, credit prouidentiam Dei: Et per conſequens credit modum humanæ ſaluationis, ſaltem implici
Ioannes tè. Hæc ille. Ioannes Arboreus Laudunen-
Arbor. ſis in ſua Theoſophia tenet eandem ſententiā,
tom. 1. docens potuiſſe ante legem fuiſſe ſalutem il-
Lib. 3. lis, qui non habentes aliam reuelationem cre
Cap. 10. didiſſent unum eſſe Deum qui bonis æternū largitur præmium, impiis uerò & ſceleratis æternam irrogat pœnam. Hanc doctrinam etiam magis uidentur ſequi in ſuis ſententiis.
Durand. Durandus de ſancto Portiano, Petrus de Pa-
Petrus de lude, Capreolus, Ioannes Ludouicus Viues
Palude, in ſuis commentariis ſuper Auguſtinum in
Capreo- De Ciuitate Dei, ſic dicit iuxta hanc ſenten-

tiam: niſi quòd plus cōcedit pro illis qui mo G
do in remotiſsimis Oceani terris habitaue- *Ius lib. 5.*
rint, ad quos nondum peruenit ſanctum Dei *Diſt. 25.*
Euangelium. Ait nanque, Potuerunt enim *Ioānes Lu*
qui ex Gentibus naturam ſequebantur ducē, *douicus*
illam non prauis iudiciis opinionibusq; in- *Viues.*
quinatam & corruptam, tam grati eſſe Deo, *Lib 18.*
quàm qui legem Moſaicam ſeruauerunt. *cap. 47.*
Quod enim hi conſequuti ſunt per legem, il- *tom. 5.*
li conſequuti eſſent ſine lege: & qui tales fuere ſine lege, eodem quo Iudæi peruenerunt, quum eodem contenderent. Nec inter eos aliud diſcrimen fuit, quàm eſt, Ceu quis uiator mandatam gerat chartæ itineris rationē, ac ueluti formam, alter memoriæ fidat, aut iudicio. Idem etiam noſtro tempore contingет ei, qui quum nihil de Chriſto audierit in remotiſsimis Oceani partibus natus, duo illa maxima ſeruarit mandata, in quibus ueritas ipſa legem totam, prophetasq; conſtitutos affirmauit, de Deo, & proximo diligendis, huic ſua conſcientia eſt lex. Et iuxta Pſal miſtam, memor eſt in nocte nominis Domini, & cuſtodit legem eius. Hæc ſit ei, quia iuſtificationes Domini exquirit: tanti eſt uidelicet, uoluiſſe bonum eſſe, etiam ſi non habeas à quo uirtutem edoceare. Et in hoc hominum genere, quid deeſt præter aquam?
quum Spiritum ſanctum non ſecus quàm A- H
poſtoli meruerint, & acceperint. Teſtante Petro repleri etiam non nullos diuino afflatu, quos myſtica nondum attigit aqua. Ita Gentes, quæ legem non habent & naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, ipſæmet ſibi ſunt lex, & ea lux ita uiuendi donum Dei eſt, & à
Filio proficiſcitur: de quo ſcriptum eſt, Qui *Ioan. 1.*
illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Hæc ille. Ecce qui doctores in hanc ſententiam diſceſſerunt, Chryſoſtomus, Sanctus Thomas, Nicolaus de Lyra, Abulenſis, Bruno, Dionyſius Carthuſianus, Ioannes Arboreus, Durandus, Petrus de Palude, Capreolus, Ioannes Ludouicus Viues. Omnes enim ii aſſerunt, uel ſaltem omnes aſſerere uidentur, ſuffeciſſe illis Gentilibus antiquis pro fide ab eis eo tempore requiſita, ſi cognouiſſent de uno uero Deo quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit: quia ut declarant, in hac fide ſic explicita de Deo, erat quædam fides implicita de Saluatore.

AN fuerunt aliquando olim Philoſophi quidam tales ante promulgatum ſanctum Dei Euangelium & extra legem Moſis, qui ita de Deo ſentirent, uidelicet ipſum eſſe, remuneratorem inquirentium ſe exiſtere, atque curam prouidentiamq; humanarum rerum habere? Alia eſt quæſtio. Hactenus non loquimur de illis Philoſophis, An aliqui tales

fuerint,

A fuerint, qui de Deo ita crediderint? ſed lo-
quimur de ipſa tali cognitione, quærentes de
illa, An ſi in illis adfuiſſet, eis pro fide ab eis
eo tempore requiſita ſuffeciſſet? Sicut autem
Iuſtinus legimus apud Iuſtinum Martyrem in ſuo libel
Martyr. lo de Monarchia, multi fuere, olim inter Gẽ
tiles ſub lege naturali Philoſophi, qui unum
Deum uerum prædicauerunt factorem om-
nium, & uitas curantem omnium hominum,
qui ſuo iudicio omnibus, pro bonis aut malis
geſtis retributurus erat. Multos nanque ibi
memorat idem glorioſus Martyr, qui ita do-
cuerũt manifeſte, & pluralitatem riſere Deo-
rum: Ii ſunt Aeſchylus, Sophocles, Philemõ,
Orpheus in libro qui inſcribitur, Teſtamen-
ta. Vbi eum prioris opinionis uidetur pœni
tere, Pythagoras, Euripides, Plato, Menan
der in Auriga, in Sacrifica, in De poſito, in
Diphilo, in Piſcatoribus, in Fratribus, & in
Tibicinis. Quam ſententiam etiam tenuerũt
Socrates, Plato, & Ariſtoteles ut magis ui-
detur: pro ut in horũ dictis conſtare, uel ma
gis apparere uidetur. Poſuerunt enim in Deo
prouidentiam, & confeſsi ſunt, Deum habe-
re curam humanarum rerum: de quo Socra-
tes & Plato in multis locis, Ariſtoteles etiam,
Ethic. 10. ſed expreſſè in Ethicis & alibi. Aeſchylus qui
dem in hanc cecinit ſententiam.

Separa à mortalibus Deum, & noli eum
B *Tui ſimilem, uidelicet carneum, cenſere.*
Non noſti eum. is aliquando ceu ignis apparet.
Æſchy-lus. *Immenſa uis, modo aqua, modo caligo.*

Et inferius.

Miniſtrant autem ei mare, & rupes,
Et fontes omnes, & aquarum gurgites,
Tremuntq́ montes, & tellus, & ingens
Unda maris, & montium magna proceritas.
Cum ea intuetur terribili oculo domini.
Poteſt enim omnia, eſtq́ gloria ſupremi Dei.

Sophocles Sophocles etiam ueri Dei cognitione prædi-
tus, conſtanter inquit.

Unus uerè, unus Deus eſt,
Qui cœlum condidit, amplamq́ terram,
Amœnosq́ fluctus maris, & uentorũm impetus.
Sed nos multi mortales, corde errantes,
Ereximus malorum ſolatia,
Deorum ſimulachra, ex lapidibus & lignis,
Aut aureorum, aut eburneorum figuras,
Hisq́ ſacrificia & pulchros conuentus
Peragentes, putamus nos eſſe pios.

Idem Sophocles. Idem Sophocles,

Erit enim, erit illud ſæculorum tempus,
Cum plenum ignis theſaurum laxabit
Igneus æther, paſtuq́ flamma
Omnia & terreſtria & ſublimia
Comburet inſaniens. Ubi deinde deſierint omnia,
Nuſquam erit fluctuum omnis gurges,
Eritq́ terra ſedibus deſerta, nec amplius
Volucrum genus portabit dum ardebit. C
Nam ad inferos duas ſemitas exiſtimamus,
Vnam iuſtorum, alteram iniuſtorum.

Philemon uerò in hanc ſententiã loquitur. *Philemõ*

Deum uerum qualem, dic mihi, exiſtimandum eſt?
Qui omnia uidet, cum ipſe non uideatur.

Idem Philemon, *Idem Philemon.*

Putas ne tu mortuos, ò Nicoſtrate,
Omnibus deliciis in uita potitos,
Terra ita tectum iri, ut deinceps in omne tempus
Effugerint numen, tanquam latuerint?
Eſt æquitatis oculus, qui omnia uidet.
Si enim iuſtus & impius eadem cõditione futuri ſunt,
I, rape, furare, frauda, miſce.
Erraro noli, eſt apud inferos iudicium,
Quod faciet Deus omnium dominus.

Idem Philemon. *Idem Philemon.*

Siquis ſacrificium offerens, ò Pamphile,
Taurorum multitudinem, aut hircorum, aut etiam
Aliorum talium, aut apparatus,
Factis aureis clamidibus, aut purpureis,
Aut eburneis, aut Smaragdinis ſigillis,
Putat ſe Dei beneuolentiam conciliare,
Is errat, & uanam mentem habet.
Oportet enim uirum eſſe utilem,
Qui Virgines non corrumpat, aut adulteret,
Aut furetur, aut interficiat pecuniæ gratia,
Aut aliena aſpiciat & concupiſcat,
Aut fœminam præſtantem, aut domum,
Aut poſſeſſionem, puerum'ue, ancillam'ue omnino, D
Equos, boues prorſus, aut iumentorum aliquod.
Ne acus quidem unum ſutura punctum concupiue-ris, Pamphyle.
Deus enim præſens, adeſt, qui te intuetur.
Qui iuſtis operibus delectatur, non iniuſtis.
Laborantem ſine tueri ſuam uitam,
Terram arantem noctes & dies,
Deoq́ ſacrifica ſemper iuſtus,
Non tam clamidibus ſplendens, quàm corde.
Audito tonitru, haudquaquam procul fugeris,
Nullius mali tibi conſcius, domine,
Adeſt enim præſens Deus, qui te uidet.

Orpheus ſuam corrigens priorem opinionẽ, *Orpheus*
contra pluralitatem Deorum & pro unita-
te Dei dixit,

Muſæ, effabor enim uera, neque te (uabunt.
Quæ prius in pectore apparuerint, chara uita pri-
Tu uero diuinum ſermonem intuens, huic aſſide,
Dirigens cordis mentale uas: & rite inſiſte
Uiam, ſolumq́ intuere mundi regem.
Vnus eſt, per ſe genitus: ab eo uno cũcta prognata ſunt,
Et in eis ipſe ſuperat, nec eum quiſquam
Mortalium uidet: at ipſe omnes uidet.
Hic ex bono malum mortalibus dat,
Et bellum horridum, & dolores lachrymoſos.
Neque quiſquam eſt alius præter magnum Regem,
Eum autem ego non uideo: nam circumfuſus eſt firma nube.

Omnibus

E *Omnib. enĩ mortalib. mortales pupillæ ſunt in oculis,*
Ita ut uidere nequeant, Iouem omnium rectorem:
Is enim ferreo cœlo affixus eſt
In aureo ſolio, pedibusq́; terram premit,
Manumq́; dexteram ad finem Oceani
Undique extendit: contremiſcunt enim lõgi montes,
Et flumina, gurgesq́; caui & amœni maris.

Pythagoras uerò dixit,

Siquis dicet, Deus ſum, præter unum, is debet
Mundum huic parẽ condere, & dicere, hic meus eſt.
Nec ſolum condere, & dicere meus eſt, ſed habitare
Ipſe in eo quem fecerit: hic autem ab hoc factus eſt.

Hæc & multa alia refert Iuſtinus, glorioſus
Chriſti Martyr, ex quibus ſatis conſtat mul-
tos fuiſſe olim Gentiles philoſophos qui u-
num Deum factorem omnium cognouerũt,
iuſtum iudicem & remuneratorem iuſtè at-
que ſecundum eius uoluntatem uiuentium:
ob quod etiam bonam uitam commendabãt
ſecundum legem naturalem, aſſerentes ea
delectari Deum ipſum, eaq́; placari. Quam
eorum ſententiam & cognitionem Dei non
refert unde ipſi habuerint, ſiue ex lege Moſis
per lectionem, ſiue per communicationem
cum Iudæis, ſiue per aliquam reuelationem
ſpecialem, ſiue per effectus diſcurrẽdo ad cau
ſam: habuerunt enim illam, illamq́; commẽ
dauerunt, & nullam mentionem nullumq́;
F uerbum de incarnatione aut paſsione Salua-
toris noſtri aut liberatione noſtra per illum
fecerunt explicitè. Quid ergo, An ſufficie-
bat illis tunc ad ſalutem illa Dei cognitio; ſeu
quod idem eſt, illa menſura fidei? Hoc eſt de
quo agimus. Dicunt autẽ illi doctores quòd
utique ſufficiebat, ſi aderat bona uita: ideſt,
ſi ita Deum cognoſcentes ſecundum eius uo
luntatem uiuerent iuſta legem naturalem, &
prima principia practica bene uiuendi. Quod
tibi uis fieri, alteri facias. Quod tibi fieri non
uis, tu alteri minimè feceris. Quæ principia
Matt. 7. ſatis probauit Saluator noſter, dicens, O-
mnia ergo quæcunque uultis ut faciant nobis
Luca. 6. homines, ita & uos facite illis. Et pro ut uul
tis ut faciant uobis homines, & uos facite il-
lis ſimiliter. Quod autem illa cognitio unius
ueri Dei illis hominibus eo tempore ſuffece-
rit, ita Deum uerum cognoſcentibus, ipſum
ſperantibus retributorem, diligentibus, & ſe
cundum eius uoluntatem iuxta legem natu-
ralem uiuentibus, illi doctores aiunt, ut con
ſtat ex iam dictis. Ad quam quidem ueritа-
tem non parum uidetur hoc facere, quòd
Rom. 1. Apoſtolus referens illos Gentiles qui Deum
per creaturas cognouerunt, non culpat eos
in eo quod myſterium incarnationis aut paſ-
ſionis Filii Dei non crediderunt; ſed in eo
quòd cùm Deum cognouiſſent, non ſicut
Deum glorificauerunt aut gratias egerunt,
ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & ob G
ſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes
enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mu
tauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſi-
militudinem imaginis corruptibilis homi-
nis, & uolucrum, & quadrupedum, & ſer-
pentium. Manifeſtè in his docens, quòd ſi
illi Deum naturaliter per creaturas cogno-
ſcentes ſempiternamq́; eius uirtutem & diui
nitatem, ipſum Deum glorificauiſſent & gra
tias egiſſent & ſecundum eius uoluntatem ui
xiſſent, non periiſſent ſed ſalui facti fuiſſent.
Ad idem uidetur eſſe quod D. Dionyſius in
De Cæleſti hierarchia fatetur omnes homi-
nes non ſolùm Iudæos ſed & alios cæterarũ
nationum, habuiſſe angelos, qui humanis
ordinibus ac functionibus ſacris uiciſsĩ præeſ
ſent, ut eorum miniſterio ducerentur ad Deũ
uerum, & ad ipſum conuerterentur. Quo lo
co idem auctor egregius, neminem aliorum
hominum aliarum nationum dãnat, niſi eos
omnes & ſolos qui motibus propriis à recto
calle, quo ad Deum aſcendere poſſent, ſua
ſponte deuiarunt, ad eorum qui dii non ſunt,
culturam deuoluti. Cuius erroris (ut inquit)
adeo pernitioſi, cauſa illis fuit amor ſui atque
ſuperbia, & (quod ſequi neceſſe erat) eorum
cultura, quæ diuinum aliquid habere puta-
uiſſent. Multi igitur Gentiles philoſophi, ita H
de Deo crediderunt, ut iam ex dictis eorum
eſt notum: quibus addi poteſt quod dicit Ari
ſtoteles in ſuis Ethicis, putari crediq́; de Deo, *Ethic. 10.*
quod curam habet rerum humanarum.

ITAQVE, ſi quæritur, An illa cognitio
illo tempore in illis hominibus fuerit ſuffi-
ciens pro fide requiſita, & ſufficiebat? dicunt
illi doctores, quòd ſic. Si quæritur, An fue-
rint olim tales Gentiles, qui ita de Deo cre-
diderint: conſtat ex eorum dictis non nullos
tales fuiſſe. Nos autem hoc loco nihil decer
nimus ſed tantum aliorum placita & dicta a-
liorum, quæ memoriæ prodita ſunt recenſe-
mus ac ſub uno aſpectu ponimus.

SVNT igitur multi Doctores qui ita ſa- *Funda-*
piunt, & quos iam memorauimus. Funda- *menta hu*
menta autem eorum potiſsima ſunt, Primũ, *ius opinio*
quia illi homines quibus in eo ſtatu antiquo *nis.*
non fuit facta aliqua ſpecialis reuelatio, non *Funda. 1.*
potuerunt aliam cognitionem aut fidem de
Deo & diuinis myſteriis habere ſuper illam.
unde uidetur quòd Deus nullam ulteriorem
exigebat ab illis: quia nunquam exigit à no-
bis, quod nobis non eſt poſsibile: ſicut nec
nobis præcipit aliquod impoſsibile. Ob
quod dixit Hieronymus in explanatione fidei *Hieron.*
ad Damaſum Papam, Execramur eorum bla *tom. 4.*
ſphemiam, qui dicunt impoſsibile aliquid ho
mini à Deo eſſe præceptum; quod eius dictũ
bene

A bene accipit Magiſter ſentent. & tota ſchola
Magiſt. ſimul. Et Auguſtinus in quodam ſermone de
ſent. lib. 2 Deo ait, quòd ſeruum pigrum non damna-
diſt. 36. ret, ſi ea quæ fieri nullo modo poterant, im-
Auguſt. peraret. Illa ergo fides & cognitio Dei ſuffi-
ciebat illis hominibus in illo ſtatu, & in ea di-
Fund. 2. ſpoſitione. Secundum eſt, quia illi homines
cognoſcentes ſic de Deo quia eſt, & quòd in-
quirentium ſe remunerator ſit: id eſt, creden-
tes explicitè Deum remuneratorem: iam im-
plicitè credebant Saluatorem noſtrum Filiũ
uerum Dei & Mediatorem Dei & hominum;
quia re uera, ipſe eſt remunerator, ſicut ipſe
Ioan. dicit, Neque enim Pater iudicat quenquam,
Mat. 16. ſed Pater omne iudicium dedit Filio. Filius
enim hominis uenturus eſt in gloria Patris
ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet unicuique
Mat. 28. ſecundum opera eius. Data eſt mihi omnis
Funda. 3. poteſtas in cœlo & in terra. Tertium eſt, quia
uiuentibus ſub nouo teſtamento ſufficit fides
illa, quam ex lege hac noua Dei, habere uale-
mus: uiuentibus ſub ueteri teſtamento olim
ſufficiebat fides, quã ex lege illa ueteri, è pro-
phetis & pſalmis habere ualebant: Igitur ui-
detur, quòd uiuentibus ſub lege naturali &
nullam aliam reuelationem habentibus, ſuf-
ficiebat quoque illa fides quam ipſi ex ipſa na-
turali lege & per illam poterant habere de
Deo. Maxime quia cũ ſtatus ille naturalis le-
gis curreret olim cum Iudaiſmo, non uidetur
B quomodo ille poſsit poni tanquam inſuffi-
ciens: quaſi non haberet omnia neceſſaria &
ſufficientia, ſed tanquam inſufficiens apud
Funda. 4 Deum. Quartum eſt, quia credentibus tunc
Deum eſſe remuneratorem omnium ſe inqui-
rentium, ea cognitio erat quædam menſura
fidei ad ueram Dei pertinens religionem, ut
docet Apoſtolus in uerbis ſæpe allegatis, &
confitetur Magiſter ſententiarum, ut conſtat
ex dictis ſuis paulò ante poſitis. Non ergo ui-
detur, quòd illa fides aut illa menſura fidei de-
beat poni aut dici inſufficiens, niſi in eo ſta-
tu in quo ipſa inſufficiens eſſe probatur: ue-
luti in ſtatu noui teſtamenti, in quo conſtat
quòd ipſa talis fides non ſufficit: & in ſtatu ue-
teris teſtamenti, in quo etiam conſtat quòd
ipſa talis fides non ſufficiebat. Aliàs quomo-
do audebit aliquis dicere eam fidem in gene-
re fidei eſſe inſufficientem, quam probaue-
rit eſſe fidem? Fides enim aliqua, ſi eſt, fides
Funda. 5. eſt: donum Dei, & magnum bonum? Ad i-
Ariſtot. dem eſt quinto, quòd Ariſtoteles in ſuis Ethi-
Ethic. 10. cis dixit, Deum habere curam rerum huma-
narum, ſicut putatur & creditur: quo uerbo
ſatis indicauit pertinere ad fidem ac eſſe fidẽ
quandam, dum quis de Deo iudicat quòd in-
quirentium ſe remunerator eſt: licet ipſa ta-
lis cognitio de Deo haberi poſsit uel per de-
monſtrationem, uel ſaltem per aliquas pro- C
bationes topicas ualde probabiles. Sextò, *Funda. 6*
quia Apoſtolus Petrus loquens de Cornelio
in eo ſtatu in quo orabat & eleemoſynas facie-
bat, antequam in Chriſtum fide explicita
credidiſſet, & quando de Deo nullam aliam
fidem habebat præter hanc de qua agimus, di-
xit, In ueritate comperio; quia non eſt per- *Act. 10.*
ſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente,
qui timet eum & operatur iuſtitiam, acce-
ptus eſt illi. Quaſi illa fides ſufficeret ante pro-
mulgatum Dei Euangelium, gentilibus qui
nullam fidem abundantiorem habere potue-
runt. Nota uerbum, Acceptus eſt illi. Con- *Fund. 7.*
firmatur quaſi ſeptimò, quia in principio ca-
pitis antequam Cornelius ponatur in fide
Chriſti edoctus, dicitur de illo, Vir autem *Act. 10.*
quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius,
Centurio cohortis quæ dicitur Italica, reli-
gioſus & timens Deum cum omni domo ſua,
faciens eleemoſynas multas plebi, & depre-
cans Deum ſemper. Ecce iam religioſus erat
Deum timebat, eleemoſynas faciebat, Deũ
deprecabatur: Auguſtinus in De prædeſtina- *Auguſt.*
tione ſanct. uidit Cornelio dictum eſſe per an- *Lib. 1.*
gelum, Acceptæ ſunt eleemoſynæ tuæ & ora- *Cap. 7.*
tiones tuæ, antequam in Chriſtum crederet: *tom. 7.*
ut Magiſter in ſuis ſententiis uidit Corneliũ *Magiſt.*
exauditum antequam crederet in Chriſtum, *Lib. 3.*
licet ad hoc reſpondeat ſecundum aliam opi- *Diſt. 25.*
nionem. Sed præſens caput cum admodum D
ſimus euag[a]ti hic iam reprimẽdum uidetur.

Ponitur ſententia aliorum Doctorum qui dicunt, eã cognitionem ſeu eam menſuram fidei non ſuffeciſſe olim antiquis Gentilibus pro fide in illis requiſita ad ſalutem ante promulgationem Euangelij, qua ipſi cognoſcebant de Deo vero quòd eſt, & inquirentium ſe remunerator ſit: niſi & ipſi quoque cognouiſſent Saluatorem, aut fidem habuiſſent de myſterio redemptionis, ſeu Chriſti. Aſſeruntur eorum nomina Doctorum, qui ita ſenſerunt, aut ſaltem, magis ita uidentur ſentire. CAP. XIII.

QVIDAM alii doctores catholici, quiq; ſanctis ad numerantur, docent fidẽ illam qua homines cognoſcerent de Deo, quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit, nunquam poſt peccatum fuiſſe ſatis, immo ſemper poſt peccatũ fuiſſe hominibus neceſſariã ad ſalutem eam fidem, qua Chriſtum cognoſcerent Auguſti- *Auguſt.*
nus in De natura & gratia, ad rem quod atti- *tom. 7.*
net, ſic dicit, Ac per hoc natura humani gene-
ris ex illius unius præuaricatoris carne pro-
creata, ſi poteſt ſibi ſufficere ad implendam

 legem

E legem perficiendamq́; iuſtitiam, de præmio debet eſſe ſecura: hoc eſt, de uita æterna: etiam ſi in aliqua gente aut aliquo ſuperiori tẽpore fides eam latuit ſanguinis Chriſti. Non enim iniuſtus Deus, qui iuſtos fraudet mercede iuſtitiæ: ſi eis non eſt annuntiatum ſacramentum diuinitatis & humanitatis Chriſti, quod manifeſtatum eſt in carne: Quomodo enim crederent, quod non audierunt? Aut quomodo audient ſine prædicante? Fides enim ex auditu, ſicut ſcriptum eſt, Auditus autem per uerbum Dei. Sed dico, inquit, Nunquid non audierunt? In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ uerba eorum. Sed antequam inciperet hoc fieri, antequam denique uſque ad fines totius Orbis terræ prædicatio ipſa perueniat, quoniam non deſunt adhuc ultimæ gentes licet (ut perhibetur) pauciſsimæ quibus hoc nõdum fuerit prædicatum, Quid faciat humana natura, Vel quid fecit, quæ uel ante non audierat hoc futurum, uel adhuc non comperit factum, niſi credendo in Deum qui fecit cœlum & terram à quo & ſe factam naturaliter ſentit, & rectè uiuendo eius impleat uoluntatem nulla fide paſsionis Chriſti & reſurrectionis imbuta? Quod ſi fieri potuit, aut poteſt,

Rom. 10.

F hoc & ego dico quod de lege dicit Apoſtolus, Ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Si autem hoc ille dixit de lege quam accepit gens una Iudæorum, quanto iuſtius dicitur de lege naturæ quam accepit uniuerſum genus humanum? Si per naturam inſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Si autem non gratis Chriſtus mortuus eſt, ergo omnis humana natura iuſtificari & redimi ab ira Dei iuſtiſsima, hoc eſt, à uindicta, nullo modo poteſt niſi per fidem & ſacramentũ ſanguinis Chriſti. Hæc Auguſtinus. Idem Auctor inſignis in De ciuitate Dei dicit iterum, & clarius, Nec ipſos Iudæos exiſtimo audere contendere, neminem pertinuiſſe ad Deum præter Iſraelitas, ex quo propagatio Iſrael cœpit eſſe, reprobato eius fratre maiore. Populus enim re uera, qui propriè Dei populus diceretur, nullus alius fuit. Homines autem quoſdam non terrena, ſed cœleſti ſocietate ad ueros Iſraelitas ſupernæ ciues patriæ pertinentes, etiam in aliis gentibus fuiſſe negare non poſſunt: quia ſi negant, facillimè conuincuntur de ſancto & mirabili uiro Iob, qui nec indigena, nec proſelytus, id eſt, aduena populi Iſrael fuit: ſed ex gente Idomæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus eſt. Qui diuino ſic laudatur eloquio, ut quod ad iuſtitiã pietatemq́; attinet, nullus ei homo ſuorum temporum coæquetur. Infra. Diuinitus autem prouiſum fuiſſe non dubito, ut aut ex uno ſcire-

Auguſt. Lib. 18. cap. 47. tom. 5.

Ibidem.

mus etiam per alias gentes eſſe potuiſſe, qui ſecundum Deum uixerunt, eiq́; placuerunt, pertinentes ad ſpiritalem Hieruſalem. Quod nemini conceſſum fuiſſe credendum eſt, niſi cui diuinitus reuelatus eſt unus Mediator Dei & hominum Homo Chriſtus Ieſus, qui uenturus in carne ſic antiquis ſanctis prænuntiabatur, quemadmodum nobis ueniſſe nuntiatus eſt, Vt una eadẽq́; fides per ipſum omnes in Dei Ciuitatem, in domum Dei, in Dei templum prædeſtinatos perducat ad Deum. Hæc Auguſtinus. Idem Auguſtinus ad Optatum dicit, Illa fides ſana eſt qua credimus nullum hominem ſiue maioris ſiue minoris ætatis, liberari à contagione mortis & obligatione peccati, quod prima natiuitate contraxit, niſi per unum Mediatorem Dei & hominum Ieſum Chriſtum: cuius hominis eiuſdemq́; Dei ſaluberrima fide etiam illi iuſti ſalui facti ſunt, qui priuſquam ueniret in carne, crediderunt in carnem uenturum. Eadem enim fides eſt, & illorum & noſtra. Proinde cùm omnes iuſti ſiue ante incarnationem ſiue poſt, nec uixerint nec uiuant, niſi ex fide incarnationis Chriſti: profectò quod ſcriptum eſt, Non eſſe aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat ſaluari nos: ex illo tempore ualet ad ſaluandum genus humanum, ex quo in Adam uitiatum eſt. Idem Auguſtinus in lib. de Correptione & gratia, Nemo liberatur à damnatione quæ per Adam facta eſt, niſi per fidem Ieſu Chriſti. Idem in De nuptiis & Concupiſcen. Eadem fides Mediatoris quæ nos ſaluat, ſaluos iuſtos faciebat antiquos, puſillos cum magnis: quia ſicut credimus Chriſtum in carne ueniſſe, ita illi uenturum: & ſicut nos mortuum, ita illi moriturum: & ſicut nos reſurrexiſſe, ita illi reſurrecturum: & nos & illi ad iudicium uiuorum & mortuorum uenturum. Hæc Auguſtinus. Hugo de ſancto Victore in ſuo Dialogo diſcipuli & Magiſtri, agens de ſacramentis legis naturalis & ſcriptæ, quærit, Quæ ſunt illa ſine quibus ſalus ab initio haberi non potuit? Reſpondet, Tria ſunt: id eſt, fides, & ſacramenta fidei, & opera bona, quæ à principio ad obtinendam ſalutem homini propoſita uidentur. Agens autem de fide, inquit, Duo ſunt, Creator & creatura. Hæc, ſana fides ita diſcernere debet, ut nec creaturæ, diuinitatem Creatoris attribuat; nec Creatori, infirmitatem creaturæ aſcribat: id eſt, nec Deum concludat tẽpore, nec creaturam tendat æternitate. Nam quodlibet horum fiat, fides neceſſe eſt detrimentum patiatur. Sequitur autem fides, cum rectè inter Creatorem & creaturã diuiſerit, rectè etiam offerre ſtudeat Creatori honorẽ ſuum tribuendo: ut uidelicet confiteatur omnia

G

Auguſt. Epiſ. 157. tom. 2.

H

Auguſt. cap. 7. in principio tom. 7.

Auguſt. Lib. 2. cap. 12.

Hugo de ſancto Victore aliquantulũ poſt medium.

A omnia ab ipſo & per ipſum facta eſſe, ipſum uerò non aliunde ſed à ſemetipſo ſine principio & fine ſubſiſtere. Deinde ſequitur tertium, ut uidelicet eum quem Creatorem cõfitetur omnium, credat etiam & expectet hominum Saluatorem. Et ut breuiter perſtringamus, Hæc ſunt quibus nihil unquam minus, recta fides habere potuit: ut unus Deus credatur, factor omnium, & hominum Saluator. Hæc ille. Idem in eo loco duo genera hominum illorum antiquorum ab hac recta fide, & per conſequens à ſalute excludit: eos uidelicet qui creaturam pro Deo colebant, atque illos qui quamuis inter Creatorem & creaturas diſcernerent, nec in eo fallerẽtur, fidem tamen de Saluatore non habebant: id eſt, illos, qui quanquam Deum cognoſcerent omnium aliarum rerum factorem, non tamen ipſum credebant omnium hominum Saluatorem. Quærit etiam, Qualem fidem habuerunt antiqui de Saluatore uenturo, maximè ii qui circa primordia ſeculi exiſtentes nondum adhuc ſcripturas in quibus aduentus eius promittebatur acceperant? Reſpondet, Non neceſſe eſt ut dicamus omnibus qui tũc fideles erant aduentum eius in carnem, crucem, & reſurrectionem manifeſtè reuelatum fuiſſe: cum etiam Apoſtoli qui eum præſentem in carne uiderunt, (quorum fides & iuſtitia ab ipſo Saluatore prædicatur) hoc ignorasse legantur.

Ibidem.

B Credebant tamen ſe ſaluari per eum, quomodo & quando ei placuiſſet. Sed quòd morte illius redimendi eſſent, (exceptis paucis quibus hoc à Deo reuelatum fuerat,) eos ignoraſſe, ex hoc patenter oſtenditur, quòd & Petrus Domino mortem ſuam prædicenti contraire nititur: & cæteri Apoſtoli omnes in morte ipſius deſperaſſe potius leguntur, adeo ut ipſi propter crucem iam deſperantes dicerent, Nos autem ſperabamus quòd ipſe eſſet redempturus Iſrael, Qui enim ipſo uiuente redemptionem ſperauerunt, poſtea autem ipſo moriente deſperant, patenter oſtendunt, quia, quòd per mortem eius redimendi fuerant, neſcierunt. Hæc ille. Quærit etiam, An hoc illis prioribus ſufficere poſſet ad ſalutem, ut crederent, eum Creatorem omnium, & Saluatorem expectarent uenturum? Reſpondet, Poterat hoc eis tunc ſufficere cum cæteris, ſine quibus, ut dictum eſt, fides placere non poterat: iis duntaxat qui tempus bene operandi habebant id eſt, cum ſuſceptione ſacramentorum & exercitatione bonorum operum, per charitatem & ſpem fide roboratam. Hæc ille. Determinat quod ſacramenta ſub lege naturali erant oblationes, & ſacrificia & decimæ: opera autem facienda aut fugienda, etiam

Ibidem.

rant quæ lex naturalis præcipit aut prohibet. C Idem Auctor in De ſacramentis, agens de iis quæ ad fidem pertinent, dicit, Hæc ſunt ergo quæ ad fidem pertinere dicuntur, quæ credendo, homo fidelis nominatur, Quæ uerò iſta ſint, ſi diligenter inquirimus, in duobus hæc principaliter conſtare inueniemus. Sunt enim quædam duo, & hæc duo in uno ſunt, & unum ſunt hæc duo: Creator & Saluator, duo nomina ſunt, & res una: tandem aliud notat Creator, aliud Saluator. Creator, quia fecit nos; Saluator, quia redemit nos. Hæc & multa alia dicit idem Auctor, quibus determinat, pertinere ad fidem ſufficientẽ quæ fideles faciebat olim antiquos, quòd crederent Deum & Creatorem & Saluatorem: quaſi nõ ſufficeret eis ſi crediditſent de Deo quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit: Magiſter ſententiarum agens de re huiuſmodi, dicit, Eſt autem quædam fidei menſura, ſine qua nunquam potuit eſſe ſalus. Vnde Apoſtolus, Oportet accedentem credere quia Deus eſt, & quòd remunerator eſt ſperantium in ſe. Sed quæritur, Vtrùm hoc credere ante aduentum & ante legem ad ſalutem ſuffecerit? Hæc ille. Reſpondendo autem ad quæſtionem poſt multas auctoritates Auguſtini & unam Gregorii adductas, dicit, His aliiſq; pluribus teſtimoniis perſpicuè docetur, nulli unquam ſalutem eſſe factam, niſi per fidem Mediatoris. D Oportet ego accedentem credere quæ ſupra dixit Apoſtolus: ſed non ſufficit. Hæc Magiſter, Idem Paulò poſt ad maiorem declarationem dicit, Sed quæritur, Cum ſine fide Mediatoris antiquis non fuerit ſalus, ſicut nec modernis; Vtrum oportuerit illos credere omnia illa de Mediatore quæ nunc credimus? Reſpondet autem, dicens, Quibuſdam uidetur, quòd ſuffecerit illis, quatuor tantum credere, ſcilicet, natiuitatem, mortem, reſurrectionem, aduentum ad iudicium: quod ex præmiſſis uerbis Auguſtini colligunt, ubi hæc quatuor poſuit. Aliis autem uidetur, habita fide Trinitatis, id de myſterio incarnationis fidei ſuffeciſſe, ut Dei filius crederetur naſciturus de homine, & iudicaturus. Hæc ille. Alexander de Ales in ſuis partib. Theologicis, * eo loco quo agit de ſacramento in genere: Albertus cognomento Magnus in ſuis libris ſententiarum, ubi quærit, Vtrùm unquam ſuffecerit de Deo credere quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunerator ſit? Marſilius etiam in ſuis ſententiarũ libris, & quidam alii, ut Richardus de Media uilla, Gabriel Biel etiam in ſuis ſententiis, ita intelligunt Hugonem eumq; ſequuntur, ut doceant ſecundum ſuam ſententiam, neceſſarium fuiſſe ſemper poſt peccatum ut qui

Idem auctor. Lib. 1. Part. 10. cap. 5. tom. 3.

Magiſt. ſent. lib. 3 diſt. 25. in principio.

Idem auctor ibidẽ paulò poſt.

** Alex. de Ales. Part. 4. quæſt. 1. Mẽb. 5. Art. 2. §. 3.*

Albert. Lib. 3. diſt. 25. quæſ. 2.

Marſil. Lib. 3. quæſ. 14. Art. 3.

Richard. de Med. Villa.

Gabriel.

E libet iuſtificandus aut ſaluandus crederet, Deum Saluatorem, Mediatorem, Redemptoremque. Hoc autem ita ut non ſufficeret hominibus ad ſalutem aut iuſtitiam, ſi de Deo crederent quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit: quanquam tamen hæc credere, omni tempore fuerit ad iuſtitiã & ſalutem neceſſarium. Itaq; hi Doctores ſequuntur Magiſtrum in ſua ſententia proq; eadem allegant Hugonem: quæ omnia nullo negocio perſpici poſſunt apud ipſos, cùm omnium manibus terantur.

Ponuntur fundamẽta opinionis iſtius. FVNDAMENTA huius opinionis potiſſima ſunt, Primum ex illo loco, *Funda. 1.* Notum ſit omnibus uobis et omni plebi Iſrael, quòd in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni quem uos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte aſtat coràm uobis ſanus. *Act. 4.* Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à uobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli, & non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oportеat nos ſaluos fieri. *Auguſt. Epiſ. 157. tom. 2.* Etenim circa iſtud uerbum dixit Auguſtinus in epiſtola ad Optatum, Profectò quod ſcriptum eſt, Non eſſe aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat ſaluari nos: ex illo tempore ualet ad ſal-

F uandum genus humanum, ex quo in Adam uitiatum eſt. *Fund. 2. Marc. 11 Ioan. 12.* Secundum fundamentum eſt ex illo loco, Et qui præibant, & qui ſequebantur clamabant, dicentes, Oſanna, benedictus qui uenit in nomine Domini. *Gregor. Ezec. Home. 17* Quantum enim ad hunc locum attinet, dicit Gregorius ſuper Ezechielem, Et qui præibant, & qui ſequebantur, clamabant dicentes, Oſanna filio Dauid; quia omnes electi, qui in Iudæa eſſe potuerunt, ſiue qui nunc in Eccleſia ſunt, in Mediatorem Dei & hominum crediderunt & credunt. *Funda. 3.* Tertium fundamentum eſt ex mirabili exemplo Cornelii, in quo uidemus quòd cùm religioſus eſſet, & timens Deum cum omni domo ſua, eleemoſynas multas faceret, & deprecaretur Deum ſemper, & ſic profectò fidem quandam haberet & Deo quodammodo acceptus eſſet, antequam in fide Chriſti doceretur ab Apoſtolo Petro: tamen illuminauit eum Dominus per Apoſtolum Petrum, tanquam ea fides quam antea habebat, non eſſet ſatis. *Funda. 4 Act. 8.* Ad quod etiam uidetur facere quartò, exemplũ aliud mirabile etiam Eunuchi Reginæ Candacis: ad quem illuminandum miſit Dominus Philippum, qui cum edoceret Chriſti fidem, doctrinam catholicam, & ueritatem Chriſtianam ipſi aperiret, & de Saluatore ac eius fide certiorem omnino redderet.

Aſſeruntur quædam ad prædictas duas Doctorũ ſententias inter ſe differentes ſpectantia: quarum melior eligendi facultas lectori conceditur, atque id non aliunde quàm propter rationes Doctorumq́ auctoritates utrobique grauiſſimas. Agitur præterea de Cornelio ac eius fide antequàm Chriſti fidem exciperet, eiusq́ myſteria mente aſſequeretur. G

CAP. XIIII.

BENE DIXIT Magiſter ſententiarum his uerbis, *Magiſt. ſent. lib. 3 Diſt. 25. in principio.* Illis enim qui præceſſerunt aduentũ Chriſti & qui ſequuntur, uidetur profeciſſe fides ſecundum temporis proceſſum, ſicut profecit cognitio. Fides quippe magna dicitur, cognitione, & articulorum quantitate, uel conſtantia, & deuotione. Eſt autem quædam fidei menſura, ſine qua nunquam potuit eſſe ſalus, Vnde Apoſtolus, *Hebr. 11.* Oportet accedentem credere quia Deus eſt, & quòd remunerator eſt ſperantium in ſe. De hac enim ueritate, & de neceſſitate huius talis fidei, qua credimus de Deo quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit. non eſt nec poteſt eſſe apud Chriſtianos dubium, nec fuit de hoc hactenus aliqua inter Chriſtianos controuerſia: Sed eſt dubium, & fuit à multis temporibus inter catholicos Doctores controuerſum, An illa H talis fides ſeu talis menſura fidei aliquando fuerit ſufficiens ad ſalutem apud aliquas perſonas: ideſt, apud illos gentiles antiquos, quibus de diuinis myſteriis non fuit facta alia explicatior, ſeu abundantior, aut magis diſtincta reuelatio? Et conſtat de hoc dubio & controuerſia, in prædictis opinionibus catholicorum Doctorum iam ſuperius recitatis: quorum quidam dicunt quòd ſic, alii autem id negant. quæſtio hæc non eſt adducta in præſentia, niſi pro eo quod Doctores illi dicunt huiuſmodi fidem aliquando fuiſſe ſatis: quia ſi id uerum ſit, euincitur, hanc fidem aliquãdo feciſſe fideles Dei; & per conſequens, eam tunc ad Saluatorem noſtrum, & ad gratiam redemptionis pertinuiſſe. Ob quod certè, & modo ad Saluatorem noſtrum & ad eius gratiam pertinet: propter rationem ſuperius formatam, quia uidelicet gratia redemptionis non ſe extendit modo ad pauciora, quàm ante. Vnde ſi illa fides aliquando pertinuit ad hanc gratiam modo etiam pertinet ad illam. At uerò & facit hæc quæſtio ad propoſitũ de extenſione gratiæ Chriſti ad illam fidem etiã ſecundum illos Doctores qui dicunt, illam fidem nunquam ſuffeciſſe ſed ſemper fuiſſe inſufficientem: quia profectò & qui ita dicunt, fatentur expreſsè, illam talem Dei cognitionem

A nem fuiſſe quandam menſuram fidei, ad ſalutem utique neceſſariam, ut conſtat ex dictis & confeſſione Magiſtri ſententiarum paulò ante poſsitis. Diuina enim ſcriptura & ſancti Doctores omnes, omnem menſuram fidei ad ſalutem neceſſariam, tribuunt Saluatori noſtro, ſeu quod idem eſt, gratiæ Dei per Chriſtum Saluatorem noſtrum: & hoc profectò, ſiue illa talis menſura ſit ſufficiens ad ſalutem, ſiue nòn. Satis nanque eſt, quòd ſit menſura quædam fidei, & quòd ſit ad ſalutē neceſſaria. A' Saluatore noſtro eſt, quòd neceſſaria ad ſalutem habeamus, in quacunque menſura ſint: & ſiue pertineant ad intellectū, ſiue ad memoriam, ſiue ad uoluntatem, ſiue ad quaſuis potentias noſtras alias, actiuas,
1. Cor. 1. executiuas, paſsiuas. Omnia talia nobis præſtat Saluator noſter, qui factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia & ſanctificatio & redem-
Hier. 9. ptio: Vt (quemadmodum ſcriptum eſt,) Qui
2. Cor. 10. gloriatur, in Domino glorietur. Etiam quantum ad fidem, & ſine dubio quantū ad omnē menſuram fidei: quantum ad fidei comple-
Auguſt. mentum, & quantum ad fidei initium. Et
Lib. 1. quidem fidei initium, & eam menſuram fi-
Cap. 7. dei qua Cornelius Deum cognoſcebat ante-
tom. 7. quam in Chriſtum credidiſſet, tribuit Augu-
Lib. 1. ſtinus gratiæ Dei per Chriſtum, in De præ-
Quæſ. 2. deſtinatione ſanctorum, & ad Simplic.
tom. 4. QVIA autem de prædicta quæſtione Do-
B ctorum iam fecimus mentionem, ſaltem alterius rei gratia, ut uidelicet explicemus, & quantum poſsibile fuerit nobis, extenſionē gratiæ Chriſti oſtendamus: non erit ab re, ſi quæſtionem illam grauiſsimam ulterius proſequamur. Diſtinguamus ergo certa ab incertis, Certum eſt poſt peccatum Adæ, nullum hominem iuſtificari aut iuſtificatum fuiſſe à peccato niſi per Saluatorem noſtrum eiuſq;
Ioan. 1. gratiam, qui eſt Agnus Dei qui tollit peccata mundi. Certum eſt, nullum hominem fuiſſe aut eſſe ſic iuſtificatum à peccato, niſi per fidem explicitam uel implicitā quæ eſt in Chri-
Rom. 3. ſto Ieſu: Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. Et de his rebus longe clariſsimis ambigere non datur cū
cap. 1. 2. 3 ſatis ſint in diuinis ſcripturis expreſſæ, ut ex ſuperius dictis eſt manifeſtum. Certum eſt in omni ſtatu hominum, ſub lege Euangelica, ſub lege Moſaica, & ſub lege naturali, factā fuiſſe reuelationem ſpecialem de Saluatore noſtro, & de modo quo ipſe nos erat redempturus: quia conſtat de nobis Chriſtianis, per Euangelium; conſtat de Iudæis per legē ueterem, prophetas, & pſalmos; atque conſtat de Gentilibus per Iob, per multas prophetias Sibyllæ quæ apud omnes graues uiros habentur pro authenticis, & per monu-
menta alia quæ poſt longa tempora fuere re- C
perta, quorum etiam meminit ſanctus Tho- *S. Tho.*
mas. Certum eſt omni tempore obligatos eſ- *Secunda*
ſe homines aut etiam fuiſſe, plura uel pauciò- *ſecunda.*
ra credere explicitè de Saluatore, ſecundum quòd Deus illis plura uel pauciora de Saluatore explicitè reuelat, aut reuelauit: quia non licet nec unquam licuit hominibus, eos aut eſſe aut fuiſſe incredulos uerbo Dei, ſeu diuinæ reuelationi. Quamobrem cùm Apo-
ſtolus narraſſet reuelata ſibi, dixit: Vnde, *Act. 26.*
Rex Agrippa, non fui incredulus cœleſti uiſioni, ſed his qui ſunt Damaſci primùm, & cætera. Certa ſunt etiam & multa alia, de quibus non eſt opus modo agere. Non eſt autē certum, hoc eſt, dubium eſt de illa menſura
fidei de qua dicit Apoſtolus, & qua credimus *Hebr. 11.*
de Deo quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit. fuerit aliquando ſufficiens pro fide Mediatoris ſeu Saluatoris requiſita: ſaltem quo ad illos antiquos gentiles qui nullā aliam reuelationem habuerunt de rebus diuinis, præter illam communiſsimam in illo uer-
bo explicatam, Cœli enarrant gloriam Dei, *Pſal. 18.*
& opera manuū eius annuntiāt firmamentū: & in illo, Quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis manifeſta-
uit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, *Rom. 1.*
per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciun-
tur: ſempiterna quoque eius uirtus & diuini- D
tas, ita ut ſint inexcuſabiles. Conſtat autem hoc non eſſe certum, immo eſſe dubium, propter illas opiniones relatas differentes, quarum quælibet ſuos ſectatores habet catholicos, graues, & ſanctos.

CIRCA iſtud igitur dubium quid dicendum? Quæ'nam harum ſententiarum magis amplexanda eſt? Quum quælibet ſuos habeat auctores catholicos, & ſuas rationes, fundamenta, atque principia, nec hactenus aliquid ſit determinatum per ſanctam Matrem Eccleſiam: quo huic quæſtioni finis imponatur; res adhuc controuerſiis iactatur, & ſub iudice lis eſt. Hæ opiniones iam quantum oportuit propoſitæ atque expoſitæ ſunt cum earum auctoribus, ac fundamentis: nunc cuique quid uoluerit ſeligere, probare, & ſequi liberum ſit. Nullum enim in hac parte diſcrimen timendum uidetur, ſi quis ſibi conceſſa optione, ſententiam hanc uel illam obnixè tueatur: quandoquidē quælibet ponit & credit fidem Saluatoris ſemper poſt peccatum hominis, homini ad iuſtificationē & ſalutem, fuiſſe neceſſariam, licet differant per explicitum & implicitum. Et bene ſoluūtur utrobique fundamenta, argumenta, ſeu principia alterius. Verùm pro priore opinione uidetur urgere non parum, Quia aut Deus

A eius opera accepta non fuiſſent Deo, cui ſine fide nullus poteſt placere. Habebat autem fidem implicitam, non manifeſtata Euangelii ueritate. Vnde, ut eum in fide plenius inſtrueret, mittitur ad eum Petrus.

QVIDEM hæc quæ in Cornelio uel apud Cornelium facta ſunt, & de quibus expreſsè legimus, partim uidentur facere pro opinione priori, partim uerò pro poſteriori: Vnde ad utranque aſtruendam, factum hoc, ut iam uiſum eſt, allegatur. Videntur autem aliquo modo magis facere pro priore, propter ea quæ allegata ſunt: iam enim tunc Cornelius antequam in fide Chriſti doceretur, religioſus dicebatur, & timens Deum, acceptusq; Deo. Iam ergo habebat fidem, quæ religioſos faciebat. Quòd autem nihilominus magis illuminatus fuit & in fide magis abundantiusq; doctus, hoc non probat illam fidem quam antea habebat fuiſſe inſufficientem: ſed probat utique, Deum ei præſtitiſſe fidem abũdantiorem, maius lumen, maiorem gratiam fidei, aliam maiorem fidei menſuram. Cæterùm & ſi illa fides priſca Cornelii eo tempore non fuiſſet ſufficiens, quaſi ex eo Dominus ad maiorem fidem & ſufficientem eum protraxerit, hominem facientem totum quod poterat in ea diſpoſitione: profectò iſtud non prohiberet quo minus illa menſura fidei in a-

B lio tempore gentilium antiquorum ſufficeret, de quo tempore & de quibus antiquis gẽtilibus loquitur prior opinio. Etenim in hoc tempore Cornelii iam condita erant ſacramenta nouæ legis, iam ſtatutum ſanctum Dei Euangelium, iam explicata myſteria, iam donatum erat Chriſto nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, iamq; Euangelium ſalutis promulgabatur, atque nomen Chriſti uirtuoſum nuntiabatur, & in illo multa fiebant miracula: unde forte Cornelius iam tenebatur ad fidem Chriſti magis explicitã, præſertim quia erat prope Hieruſalem & loca illa ſancta, in quibus prædicabatur ſanctum Euangelium & fiebant miracula. Nec eſt ueriſimile quòd Cornelius ſic in loco propinquo exiſtens, haſce res maximas & grauiſsimas ignoraſſet: immo ueriſimilius credi poteſt, eum hæc audiuiſſe à multis, aut ſaltem à paucis, aut ab aliquo. Etiam magis uidetur ueriſimile, quòd quia hæc audierat, & uir religioſus erat, Deum orabat ut illum illuminaret in ea re, & ſibi oſtenderet quid eſſet de illis rebus crediturus, quid'ue facturus: & hoc innuitur uerbis angeli ita ei dicentis, Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Et nunc mitte uiros in Ioppen, & accerſe Simonem quendam qui cognominatur Petrus, hic hoſpitatur apud Simonem quendam coriarium, cuius eſt domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere. Itaque de Cornelio aliud eſt iudicium, longè differentiſsimum: propter tempus in quo erat, & propter res ſui temporis, atque ſtatum illarum, ſeu diſpoſitionem, in qua erant res ipſe Chriſtianæ. Ideo non poteſt fieri idem argumentum à Cornelio ad alios antiquiores, propter diuerſa tempora Cornelii à tempore aliorum, propterq́ue aliam rerum diſpoſitionem. Auguſtinus etiã in eo loco ad Simplici. poſt quam dixit eam gratiam fidei quam eo tempore habebat Cornelius tantam eſſe, quanta non ſufficit ad obtinendum regnum cœlorum, ſtatim fecit mẽtionem de diuinis ſacramentis iam eo tempore inſtitutis: tanquam oporteret iam ad ſalutem, ſacramentum ſalutis ſuſcipere uel in re, uel ſaltem in uoto. *(Act. 10.)* C

ALIVD ergo iudicium eſt de Cornelio, & aliud iudicium eſt de illis aliis antiquioribus, propter rationes prædictas. Quicquid autem ſit de fide Corneli quam habuit eo ſuo tempore antequam à Petro edoctus, in Chriſtum credidiſſet: ideſt, ſiue illa fides fuerit ſatis, ſiue non: nihil facit profectò ad præſentis diſputationis propoſitum de extenſione gratiæ Chriſti. Quandoquidem nos conſtanter affirmamus, eam Cornelii fidem ſeu illam eius menſuram fidei, ad gratiam Chriſti pertinere, licet ad iuſtitiam & ſalutem non ſufficeret. Sed unde hoc probatur? Quia illa fides, qualis qualis, talis tamen erat, quæ faciebat ipſum Cornelium, religioſum: ideo profectò & ſi non ſufficiebat ad iuſtitiam, pertinebat utique ad religionem. Sic nanque legimus de illo antequam in fide Chriſti erudiretur, quando ſolam habebat fidem antiquam de Deo, quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit. Vir autem quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis quæ dicitur Italica, religioſus & timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper. Ecce fides illa talis erat, quæ ipſum religioſum faciebat. Cuius religionis? Vtique non diaboli, ſed ueri Dei, ut cõſtat: quia eleemoſynæ ſuæ & ſuæ orationes aſcenderunt in memoriam in cõſpectu Dei ueri, qui ad eum angelum bonum ſuum miſit, & cætera. Ea autem fides quæ facit hominẽ religioſum, pertinet ſine dubio ad Chriſti gratiam. Si uerò dixerit quiſpiam, Cornelium eo tempore aliquid credidiſſe de Chriſto, utputa, quòd erat uenturus, licet ignoraſſet, an eſſet Chriſtus iam conceptus aut natus, D *(Act. 10.)* *(Act. 10.)*

E natus, ut dicit Gregorius & allegat Magiſter:
Ubi ſupra. hoc non ſoluit hanc noſtram demonſtratio-
nem, quo minus illa fides antiqua talis de
qua loquimur, pertineret ad gratiam Chriſti.
Primùm quia non eſt certum nec conſtat ex
aliquo loco aut ratione, illam fidem Cornelii
eſſe, magis explicitam de Chriſto, quàm ha-
buerint, aut habere potuerint gentiles ii de
quibus agimus, neque Auguſtinus in eam ſen
tentiam perrexiſſe uidetur quæ ita dicat. Se-
cundo quia, & ſi illa fides Cornelii aliquid ha
bebat explicitè de Chriſto: illa nihilominus
ponitur ut inſufficiens ad iuſtitiam, & ad ſalu
Ubi ſupra. tem: ut eſt uidere apud Magiſtrum. Cum au
tem illa quamuis inſufficiens pertineret ad
religionem, quia faciebat religioſum: uti-
que illa fides antiqua non poteſt ſeiungi à reli
gione, quia profectò erat neceſſaria ad reli-
gionem. Vt tandem præſenti diſputationi fi-
Ubi ſupra. nem imponamus ſic dicimus cum Auguſtino
ad Simplic. Quicquid boni habuit Cornelius
poſtquam in Chriſtum credidit, uel antequã
in Chriſtum credidiſſet, totum dandum eſt
Deo per Chriſti gratiam: fides, opera, ini-
tium fidei, bona uoluntas, & quicquid alind
licet fuiſſet fides informis, licet non ſuffi-
ciens, licet inſufficiens. Sic etiam & de aliis
gentilibus dicendum eſt. Ergo & fides illa
Cornelii ad gratiam Chriſti pertiuebat ad
F ſpeciale Dei adiutorium per gratiã Chriſti, &
ad gratiam redemptionis: Nec potuit Corne
lius ſic credere, niſi ſpecialiter uocatus, præ
uentus, excitatus, motus, pulſatus, præpa
Act. 10. ratus, adiutus. Faciebat illa fides Cornelium
religioſum, ab aliis non ſic religioſis diſtin-
1. Cor. 4. ctum: legimus autem, Quis enim te diſcer-
nit? Quid autem habes, quod non accepiſti?
Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum
noſtrum, diſcernit. Hoc eſt igitur quod inten
dimus: quòd & illa fides in Cornelio pertine
bat ad gratiam Chriſti, quòd & illam habe-
bat Cornelius per Chriſtum præparantem,
atque iuuantem.

ITAQVE argumentum ex Cornelio de-
ſumptum non urget ad oppoſitum propoſiti
noſtri, quia etiam illa fides Cornelii, qualis
qualis, ad gratiam Chriſti ſine dubio pertine
bat, quod nos intendimus & in Cornelio, &
in aliis qui olim non habentes aliam ſpecialẽ
reuelationem, credebant de Deo quia eſt, &
quòd inquirentium ſe remunerator ſit.
Nec illis doctoribus negocium faceſsit, qui
putant olim eam fidem illis antiquis ſuffeciſ-
ſe; quia propter diuerſitatem temporum &
rerum, longe alia eſt ratio de Cornelio, & de
illis aliis, ut conſtat ex dictis: & magis pro-
babile uidetur, quòd Cornelius eo ſuo tem-
pore, iam teneretur ad fidem Chriſti explici-
tam. Veriſsimum eſt quod legimus, Non eſt G
aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat ſal- *Act. 4.*
uari nos. & uerum eſt quod dicit Auguſtinus
in libro de correp. & gratia, Quòd hoc, ex il *Auguſt.*
lo tempore ualet ad ſaluandum genus huma *Cap 7.*
num, ex quo in Adam uitiatum eſt. Sed alii *tom. 7.*
Doctores interpretantur nomen Saluatoris
noſtri, quod eſt IESVS, ualuiſſe ex illo tem-
pore multis modis. Primùm, quantum ad
rem quam ſignificat, ideſt, quantum ad ſuum
ſignificatum: quia res ipſa quam ſignificat
ſemper ualuir, etiam à principio mundi, e-
tiam antequam hoc nomen fuiſſet ſibi impo-
ſitum: immo etiam & antequam Saluator ip
ſe eſſet ſuppoſitum perſonaq; diuina ſubſi-
ſtens in duabus naturis. Valebat enim tunc
Saluator Ieſus tunc futurus, ſicut etiam tunc
ualebant iam ſua merita tunc futura, tunc
præuiſa, tunc iam accepta in præuiſione: &
iam hoc modo erat Agnus Dei, qui tollebat
peccata mundi. Deinde ualebat iſtud ſacrum
nomen ab initio, quantum ad eius expreſsio
nem apud eos quibus facta erat talis reuela-
tio: quia omnes ipſi tenebantur ad fidẽ Chri
ſti explicitam, ad confeſsionem nominis eius
& inuocationem. Tertiò ualebat quo ad a-
lios etiam ex illo tempore, quantum ad fi-
dem implicitam, & implicitam confeſsio-
nem, atque inuocationem, ſi credebant Deũ
eſſe remuneratorem inquirentium ſe: ſicuti H
quo ad minores Iudæorum etiam ualebat,
quantum ad fidem implicitam, confeſsionẽ
& inuocationem, ſi credebant & confiteban
tur Meſsiam tunc futurum. Nec enim à mi-
noribus Iudæorum exigebat Deus aliam fi-
dem Saluatoris magis explicitam, quàm qua
crederent Meſsiam promiſſum, tunc uentu-
rum, & eos liberaturum: credentes aliàs
quod credebaut maiores Iudæorum, quan-
tum ad alia myſteria. Qui enim olim crede-
bant Deum remuneratorem, iam implicitè
credebant noſtrum Saluatorem, cui Pater de
dit omne iudicium, ut ex his quæ dicta ſunt
eſt manifeſtum.

SIC uidemus per omnes ſtatus præcedẽ *Antiqui*
tes, ſemper ueros ueri Dei cultores habuiſſe *habuerũt*
unum nomen Dei magis uenerandum, præ *multa no*
omnibus nominibus diuinis quæ ſciebant. *mina di-*
Etenim non poteſt eſſe dubium quin ſancti *uina.*
Patres olim in ſtatu legis naturalis, multa
Dei nomina haberent complexa uel etiam
incomplexa: ſecundum quòd de Deo multas
proprietates cognoſcebanr; ſoli Deo uero
proprias. Verbi Gratia quòd nomina non
nulla Deo cõuenirenr per reſpectum ad crea
turas, ut Creator, Dominus, & ſimilia: alia
Deo conuenirent per modum qualitatum
circa diuinam eſſentiam, ut Sapiens, Bonus,
Iuſtus,

A Iuſtus, & alia id genus: alia per modũ quantitatum, ut Immenſus, Incircunſcriptus; & per modum aliarum proprietatum diuinarũ. Quæ nomina licet tranſeant in diuinam eſſentiam quantum ad rem ſignificatam, quia quicquid eſt in Deo, eſt ipſemet Deus: nomina tamen diſtincta ſunt, quæ diſtinctè dici poſſunt, & poni in numero. Tamen apud eos olim in eo ſtatu nomen principale Dei uidetur fuiſſe, Sadai: quod interpretatur, ſat, ſufficiens, omnipotens: ut potè quia Deus ſolus omnia poteſt, & ſolus ſufficit, & ſolus ſat eſt ſibi, & omnibus. Poſtea uerò currente tempore, uolens Dominus conſolari Moſen, inſinuando ei quòd daturus ſibi erat clariorem ſui cognitionẽ, quàm patribus dediſſet prioribus, dixit illi, Ego Dominus qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob, in Deo omnipotẽte, & nomen meum Adonay nõ indicaui eis. Quo loco, ubi nos habemus nomen, Adonay, in Hebræo habetur nomẽ Domini Tetragrammaton, quod ſcribitur, Iehouah. Iſtud nomen ſanctum apud Hebræos tantæ ſanctitatis erat, quòd non debebat nominari niſi à ſummo ſacerdote et ſolùm in benedictionibus fiendis in templo: ſed loco illius, quoties opus erat, pronuntiabatur hoc nomen, Adonay. Vnde & factum eſt, quòd cum Hebræi multa admodum haberent nomina diuina, ſolùm iſtud dicebatur ineffabile: non quaſi non poſſit ullo modo pronuntiari, ſed propter eius reuerentiam & communem ab omnibus obſeruantiam, Ideoq; ſine dubio iſtud ſacrum nomen fuit apud Hebræos, præ omnibus aliis nominibus diuinis magis reuerendum, magiſq; uenerandum: ut etiam conſtat ex multis aliis quæ omittimus breuitatis cauſa. Apud nos etiam Chriſtianos multa ſunt Dei Optimi nomina, de quibus non pauca dixit Dionyſius Areopagita, in ſuo libro de diuinis nominibus. Super omnia autem nomina, eſt iſtud ſacrum nomen Dei, IESVS. Sic enim legimus de Saluatore noſtro, Humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Hoc ergo ſacrũ nomen eſt iam nobis ſuper omne nomen, magis colendum: nomen diuinum, quia eſt nomen diuini ſuppoſiti, & quo antea non nominabatur Deus, expreſsè. Expreſsè, inquam,

B quia re uera, quantum ad rem nominis, hoc nomen ſub intelligebatur implicitè in illis nominibus Saluatoris noſtri, Et uocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis.

Quod nomen Dei ſummagis uenerandũ apud antiquos. *Exod. 6.* *Quod nomen Dei magis ueneradum apud Iudæos. Indeirnod ta habebant nomina diuina.* *Apud nos Chriſtianos multa ſunt nomina Dei* *Quod nomen Dei eſt maxime nobis.* *Philip. 2.* *Eſa. 9.*

Vt bene nouit diuus Bernardus ſuper Euangelium, Miſſus eſt. Verùm & de hoc olim ſub lege Moſis prædictum erat tempus iſtud noſtrum tunc futurum ſub lege Chriſti, quo inuocandus erat Deus expreſsè per iſtud nomen Ieſus, ut quæ inuocatio Chriſti in ueteri teſtamento erat implicita, in nouo teſtamento eſſet explicita. Ioel enim Propheta poſtquam multa dixit de Saluatore noſtro tunc uenturo, multaq; de ſtatu ſanctæ Matris Eccleſiæ Chriſtianæ ſub illo, & de gratia Dei plenius fundenda, adiecit ſtatim, Et erit, Omnis qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit: quia in monte Sion, & in Hieruſalem erit ſaluatio. Tanquam per nomen Domini, intelligat nomen hoc Domini, Ieſus. ſub cuius inuocatione promittebatur ſalus in Eccleſia Chriſtiana. Quia autem iam hoc completum erat, dixit diuus Petrus, Et non eſt in aliquo alio ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Paulus etiam, uas electionis, ut portaret nomen Chriſti, coram gentibus & regibus & filiis Iſrael, quaſi iam impleta eſſet prophetia Ioelis de neceſſaria inuocatione expreſſa Saluatoris noſtri ſub hoc nomine ſuo ſacro, Ieſus. dicit, Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Quo modo ergo inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo uerò prædicabunt, niſi mittantur? Sicut ſcriptum eſt, Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed nõ omnes obediunt Euangelio. Eſaias enim dicit, Domine, Quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu: auditus autem, per uerbum Chriſti. Sed dico, Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ uerba eorum. Ita igitur uidetur quòd expreſſa ſiue explicita fides aut inuocatio uel confeſsio Dei per iſtud ſanctum nomen, Ieſus, magis pertinet ad ſtatum noſtrum noui teſtamenti, & ſub hoc eſt à nobis requiſita à Deo: quaſi ipſa olim in aliis ſtatibus ſuffeciſſet implicita, apud eos qui non habuerunt ſpecialem reuelationem. Circa illud uerbum, Non indicaui eis. dicit Gloſ. Ordin. Per ſucceſsiones enim ætatum, creuit diuinæ cognitionis augmentum. Apparuit Dominus Abrahæ, locutus eſt facie ad faciem cum Moſe. Dauid uerò ait, ſuper ſenes intellexi. Apoſtoli, Dei filium præſentem cernebant, & quicquid uolebant, interrogabant. Hæc ibi. Sicuti & Magiſter ſententiarum dicit, Illis enim qui præceſſerunt aduentum Chriſti & qui ſequuntur, ui-

C *Bernar. Homil.* *Ioel. 2.* *Act. 4.* *Act. 9.* *Rom. 10.* D *Eſai. 52. Naum. 1. Eſaia. 53* *Pſal. 18.* *Exod. 6. Gloſſa.* *Magiſt. ſent. lib. 3 Diſt. 25.*

O detur

E detur profeciſſe fides ſecundum temporis proceſſum, ſicut profecit cognitio.

PORRO nos, ut iam diximus, de hac quæſtione nihil ratum afferimus aut pronunciamus. Doctores utrinque partes ſuas tuentur; doctus lector, diſquirat atque diiudicet. Nobis, ſat eſt quòd & ſi illa menſura fidei non ſufficiebat, Dei tamen donum erat, & ideo à Chriſto ſiue ab adiutorio gratiæ Chriſti pendebat: tum ipſa, tum omnia quæ præſupponebant ipſam: Verbi gratia, Deum credere, ſperare, amare, uel propter ipſum aliquid bene operari: cogitare, uelle, perficere in opere. An non erat illa menſura fidei, donum, Dei? Immo donum Dei erat, quia ipſa bona erat, & bonum quoddam. Sunt autem à Deo omnia bona, & nihil boni habemus, quod à Deo non accepimus. Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. Non arbitror poſſe reperiri Chriſtianum aliquem uirum, uel mediocriter doctum, qui neget illam menſuram fidei fuiſſe in illis Philoſophis, eſſeq; in nobis, Dei donum, & bonum quoddam. Sed quæro, Quale, aut quantum donum Dei

1. Cor. 4.

Iacobi 1.

F fuit, aut eſt? Vtique enim non de minimis, non de mediis, ſed de magnis. Auguſtinus præter bona quæ nos ſumus, tria diuiſit genera bonorum quæ nos habemus, magna, minima, media. Dicit enim in retractationibus, Virtutes quibus rectè uiuitur, magna bona ſunt; ſpecies autem quorumlibet corporum, ſine quibus rectè uiui poteſt, minima bona ſunt: potentiæ uerò animi, fine quibus rectè uiui non poteſt, media bona ſunt. Quam ſententiam refert, probatq; Magiſter ſententiarum, ſimul & omnes doctores ſcholaſtici cum ipſo: probantes omnes uno ore, uirtutes eſſe maxima bona, ſuper minima, & ſuper media. Pertinet ergo & pertinebat illa menſura fidei ad magna Dei dona, quia profectò pertinet & pertinebat ad uirtutes. Virtus nanque eſt, & non parua ſic cogitare, ſic ſapere, & ſic firmiter ſentire de Deo. Donũ ergo Dei erat, & de magnis. An illud donabat Deus illis hominibus per Chriſtum, ſiue per reſpectum ad Chriſtum & eius merita? Aut non? Abſit dicere, quòd non. Erat enim illud donũ de illis quibus rectè uiuitur, & quibus nemo malè utitur: ideſt, de uirtutibus, ut Auguſtinus in de libero arbitrio ſatetur de omnibus uirtutibus, & Magiſter ubi ſupra, totaq; ſchola doctorum. Bona autem talia, quibus rectè uiuitur, & quibus nemo malè utitur, dedit quidem Deus hominibus

Auguſt.

Lib. 1. Cap. 9. Et in de libero arbitrio. Lib. 2. cap. 9. uel 19. tom. 1. Magiſt. Lib. 2. diſt. 26.

Auguſt. Lib. 2. cap. 9. uel 19.

poſt peccatum, ſed non niſi per reſpectum G ad Chriſtum, ad Saluatorem, Redemptorem, reformatorem. Cui profectò debemus totam noſtram uitam bonam; non ſolùm gratam, non ſolùm iuſtam: ſed etiam rectam, ſed etiam non recuruam. Non poteſt uita recta, non eſſe uita bona: nec poteſt uita noſtra bona, non tribui noſtro Saluatori & reformatori. Per ipſum ergo habemus eam ui tam rectam, qua de Deo credimus quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit: aut ipſum ſic cognitum diligimus ſuper omnia, aut propter ipſum ſic cognitum operamur aliquid, ipſum colentes, nos metipſos ordinantes, uel proximo ſubuenientes. In quo enim genere indigemus gratia Chriſti ſeu eius adiutorio ad bene cogitare, indigemus ſimiliter ad bene uelle, & ad bene operari. Sic compulſus eſt Pelagius confiteri in conſilio patrum, quod gratia Chriſti indigemus ad omnes iſtos actus bonos, cogitare, uelle, operari ſeu perficere: ut ſupra uiſum eſt ex relatione Auguſtini: & omnes ſingulosq; actus iſtos, Doctores ſancti in gratiam Chriſti principaliter retulerunt, ut conſtat ex dictis. Non enim differentiam aliquam, appoſuerunt, ſed omnes & ſingulos tales actus noſtros bonos, Saluatori noſtro principali au ctori tribuerunt: ut ſuum ſit noſtrum bonum H operari, noſtrum bonum uelle, & noſtrum bonum cogitare. Quippe quia ipſe facit in nobis, noſtri miſertus, ut nos cogitemus, ut nos uelimus, ut nos faciamus bonum bene; ut credamus, ut diligamus, utque colamus Deum, aut propter ipſum aliquam uirtutem ſeu actum eius exerceamus.

SANCTVS Thomas, de Cornelio ita dicit, Sciendum eſt, quòd infidelis non erat: alioquin eis operatio accepta nõ fuiſſet Deo, cui ſine fide nullus poteſt placere. Habebat autem fidem implicitam, nondum manifeſtata Euangelii ueritate. Vnde, ut eum in fide plenius inſtrueret, mittitur ad eum Petrus. Hæc ille. Vidit ergo ſanctus Thomas, ut declarat in iſtis uerbis, Cornelium non eſſe in fidelem, eo tempore; ſuam operationem eſſe aut fuiſſe eo tempore acceptam Deo, cui ſine fide nullus poteſt placere, atque fidem quandam habuiſſe non explicitam ſed implicitam. Ergo illa fides in Cornelio ſecundum ſanctum Thomam uel ſufficiebat, uel ſaltem ad adiutorium gratiæ Chriſti pertinebat, & à Chriſto pendebat. Talis enim erat, quòd iã eo tempore Cornelium ab infidelibus ſeparabat: talis etiam quòd operationem Cornelii, orationes ac eleemoſynas, acceptas Deo faciebat. Gratia autem Chriſti eſt, quæ in maſſa perditionis filiorum Adæ diſtinguit ho-

S. Tho. Secunda ſecundæ. Quæſ. 10. Art. 4. ad 3. arg.

A homines ab infidelibus: & Chriſtus eſt, in quo & noſtra opera & nos Deo complacemus. Certum eſt, gratiam Chriſti eſſe, quod fideles ſumus, ſicut Apoſtolus fatetur eam gratiam Chriſti ſe conſecutum ut fidelis eſſet: Non ſecus uerò quidem certum eſt gratiam Chriſti eſſe, quòd & fideles nos ſimus: rurſuſque & quòd non ſimus infideles. Vt ſi quiſpiam dixerit, fore dandum medium inter eſſe fidelem & eſſe infidelem: ſciat certò ad gratiam Chriſti pertinere quòd filius aliquis Adæ ad eum ſtatum ueniat, in quo infidelis nō ſit; ſiue quia fidelis eſt, ſiue quia in fidelis non eſt. Maximè de Cornelio, qui ſic infidelis non erat, quod profectò fidem aliquam, ſeu aliquam menſuram fidei habebat in qua orabat, in qua etiam eleemoſynas faciebat, in qua ſuæ orationes ac ſuæ eleemoſynæ acceptæ erant Deo: & iam uerè dicebatur religioſus, ac Deum timens. Reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Primùm ad perſonam, ſecundò ad munera perſonæ.

Continuantur præcedentia in eo, quòd & ſi antiquis Gentilibus olim ſatis non fuiſſet, credere Deum, eſſe & inquirentium ſe Remuneratorem exiſtere, eiuſq; ſempiternam uirtutem & diuinitatem aliquatenus mente aſſequi: tamen ad fidem qua ſic crederent, peruenire non poterunt ſola ope naturalium B *generaliſq; influentiæ pertinentis ad gratiam creationis: ſed indiguerunt ſpeciali auxilio Dei pertinente ad gratiam redemptionis, & ad Saluatorem noſtrum qui operatus eſt ſalutem in medio terræ. Agitur ergo de cauſa illius fidei, quicquid ſit de eius ſufficientia, de qua ſatis dictum eſt.*

CAP. XV.

SI ERGO ita res habet, quòd priſcis illis gentilibus qui nullam aliam reuelationem particularem magiſq; explicitā habuerūt de Deo, & myſterio redemptionis noſtræ; ſufficiebat ad ſalutē & iuſtitiam, credere Deum eſſe, & inquirentium ſe remuneratorem exiſtere, & ſempiternam eius uitutem ac diuinitatem aſſenſu mēteque aſſequi quantum naturali ingenio & ſtudio à creatura mundi, per eorum quæ facta ſunt notitiam, perq; creaturas, aut creaturarum cognitiones, in Creatorem Creatoriſq; cognitionem peruenire potuerunt: profectò manifeſtum eſt, non potuiſſe illos in hanc fidem & cognitionem Dei uenire per ſola naturalia cum generali influentia pertinente ad gratiam creationis, ſed indiguiſſe auxilio Dei ſpeciali pertinente ad gratiam redemptionis & ad ipſum Redemptorem noſtram, cui debemus non ſolùm gratiam gratum facientem qua formaliter iuſtificamur, C ſed etiam ea omnia quibus immediatè ad eandem gratiam gratum facientem formaliter diſponimur. Sicut generaliter idem agēs diſponit materiam, & introducit formam: atque generaliter ad idem agens pertinent forma, & ad formam ipſam ultima diſpoſitio, ſub qua uel cū qua forma ipſa introducitur. Vnde quidem hanc ultimam diſpoſitionem petentes clamamus, Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. Conuerte nos Domine, & conuertemur. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter. Deus meus adiutor meus, miſericordia eius præueniet me. A' Domino greſſus hominis dirigetur. Præparatur uoluntas à Domino. Nemo poteſt uenire ad me, niſi Pater meus qui miſit me traxerit eum. Nemo uenit ad Patrem niſi per me. Sine me nihil poteſtis facere. Et multa alia. Quamobrem illa fides in illis hominibus ſine dubio ad Saluatorem noſtrum pertinebat, & ad gratiam redēptionis noſtræ quam ipſe operatus eſt in medio terræ. Porrò autem & ſi quiſpiā dixerit iuxta ſententiam aliorum Doctorū, quòd non ſufficiebat priſcis illis Gentilibus, illa fides, nec erat in illis ultima diſpoſitio, etiam ſi haberent comites, ſpem, dilectionem Dei, cultum eius, & bonam uitam ſecundum legem naturalem; ſed quòd ſi illi ita credidiſſent, ſperaſſent, dilexiſſent, atque uixiſ- D ſent, Deus illos modo ſibi placito ad ultimam diſpoſitionem perduxiſſet: Si, inquam, quiſpiam ita dixerit iuxta aliorum doctorum ſententiam, adhuc certè iſtud non exturbat noſtram ueritatem de qua maximè agimus in præſentia, dicentes quòd ad illam fidem, ſpem, dilectionem, cultumq; Dei & bonam uitam non potuerūt illi homines peruenire per ſola ſua naturalia cum generali influentia creationis, ſed ad hanc rem indigebant gratia, ope, auxilio, & opera Saluatoris. Hæc igitur ueritas eſt, quam modo inquirimus, & probare magis magiſq; intendimus, licet eam iam ſatis ſuperque in præcedentibus probatam eſſe opinemur. Statuamus itaque id quod eſt apud omnes Chriſtianos ſatis ratum, & ex Apoſtolo Paulo ad Romanos notiſsimum, multos aut nonnullos Gentilium, Deum uerum olim cognouiſſe, deq; illo, re uera, notitiam habuiſſe, quantum ad aliquot prædicata de ipſo eſſentialia, perfectiones eius ſimpliciter ſimplices ſignificantia, ut bonitatem, ſapientiam, iuſtitiā: quantum ad ſempiternam eius uirtutem, quæ eſt primum principium omnium, à quo ſunt omnia: & quantum ad Diuinitatem, quæ eſt ultimus finis cunctorum. Manifeſta

E eſt enim doctrina Apoſtoli qua dicit, Quia
Rom. 1. qnod natum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus enim manifeſtauit illis. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mũdi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque eius uirtus & diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & cætera. Statuamus pariter eiuſmodi Gentiles in hanc cognitionẽ ac notitiam Dei per ductos non per ſcientiam aliquam diuinitus infuſam, aut cœlitus reuelatam, ſed acumine intellectus ipſorum & naturali ratione, naturalique lumine, dum creaturis ipſis, tanquàm libris uterentur, perque creaturas in Creatorem ſenſim proreperent: deducendo uidelicet argumentum ex his quæ ſub oculorum ſenſum cadunt, ad inuiſibilia, id eſt per effectus ad cauſam; per uiam cauſalitatis, quia cum ſint creaturæ mancæ atque mutabiles, neceſſe eſt reducere eas in cauſam perfectam & immutabilem: per uiam excellentiæ, quia non reducuntur omnes creaturæ in Deum tanquam in unam cauſam propriam uniuocam, ut homo reducitur in hominem, ſed ſicut in unam cauſam communem & ex-
F cedentem omnia quæ cauſantur ab ea: per uiamq; negationis, quia ſi eſt cauſa excedẽs, nulla eorum quæ ſunt in creaturis poſſunt ei competere propriè ſecundum quod ſunt, ſignificantur aut reperiuntur in nobis, quemadmodum etiam neque corpus cœleſte propriè dicitur graue uel leue, calidum aut frigidum. Hanc ueritatem declarat Apoſtolus in
Rom. 1. uerbis pridẽ allegatis, Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius uirtus & diuinitas. Et de hoc iterum le
Pſal. 4. gimus. Quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine. Et
Pſal. 18. rurſus iterum, Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Qui plantauit autem non audiet, aut qui fixit oculum non conſiderat. Agit nanque unumquodque ſecundum quod eſt in actu: & quidem formaliter uel uirtualiter.

De his ergo duabus ueritatibus nulla eſt ambiguitas, neque de illis nunc diſquirimus aut diſputamus. Qua'nam igitur de re agimus? quid quærimus? An illi Gentilium qui talem cognitionem ſeu notitiam Dei habuerunt, in eam uenerint aut uenire potuerunt per ſola ſua ipſorum naturalia cum generali Dei in fluentia, uel ad eam ſpeciali Dei adiutorio in diguerint? An eis ſatis fuerit naturalis intellectus, naturalis ratio, naturale ingenium, & naturale lumen cum generali influentia pertinente ad gratiam creationis, uel indiguerint ſpeciali adiutorio Dei pertinente ad gratiam redemptionis? Hæc eſt noſtra quæſtio, atque hic eſt noſtræ diſputationis cardo. De hac igitur quid eſt dicendum? Quòd non ſuf ficit ſola noſtra natura humana cum bonis donis ſuis naturalibus, computando etiam inter illa eiuſmodi bona noſtra naturalia, generalem influentiam Dei, ut fit ab oĩbus doctoribus: ſed neceſſariũ fuit ſpeciale Dei adiutoriũ, quo illi homines in eam talẽ notitiam & cognitionem Dei uenirent aut uenire poſſent in potẽtia propinqua. Naturalis igitur ratio illis hominibus ad id conducebat præſtabatq; adiumentum, ut eas tales de Deo cognitiones haberent, deducendo argumentum ex creaturis ad Creatorem, factoremq; creaturarum: ſed nullo modo ea ſufficiebat ſola, ut ipſi eas poſſent adipiſci cognitiones Dei eiuſmodi, aut aliqnem actum ipſius rationis circa Deum uel propter Deum, moralem, deliberatum, uirtuoſum, uel non malum. Vnde ipſa ratio ad hæc, Dei ope indigebat, nec ſola ſatis erat natura, & per idem nec ſola naturalis ratio. Quamobrem cum iuxta illud, Veri- *Rom. 1.*
tatem Dei detinent. Gloſſa Ordinaria dixiſ- *Gloſſa Ordin.*
ſet, In ſe habent unde noſcant, ſcilicet naturalem rationem. Paulò poſt tamen declarando H
rem hanc quantum attinet ad illud, Manife- *Rom. 1.*
ſtum eſt in illis. dixit ex Auguſtino, Quia non *Auguſt.*
ſolùm ratio naturalis ad hoc profuit, ſed & Deus quotidie adiuuit, ne ſola natura ſufficere uideretur. Ecce ad eam notitiã acquirendam ponitur natura, non quòd ſufficiat ſola, ſed diuinitus adiuta: ut pote quòd ipſa prodeſt, profit, & profuit, ſed ſola non ſufficit.
Infra ad idem, uerba hæc explicans, Cùm *Rom. 1.*
cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, etc. dicit eadem Gloſſa ex eodem *Gloſ. Ordin.*
Auguſtino, Viderunt quo ueniendum eſſet, *Auguſt.*
ſed ingrati ei qui illis præſtitit ut uiderent, ſibi uoluerunt tribuere quòd uidebant: & facti ſuperbi, amiſerunt etiam quod uidebant. Quod enim curioſitate inuenerunt, per ſuperbiam perdiderunt. Quod enim Deus dederat gratis, tulit ingratis. Ecce Deus Optimus Maximus præſtitit & dedit gratis hominibus illis, illam ſui notitiam & cognitionem
& fidem qua illum eo modo nouerunt. Hugo *HugoCardinalis.*
Cardinalis in explicatione Gloſ. ad illud uerbum, Quod enim Deus dederat gratis. exponit quidem, primùm ſecundum eos qui dicunt, quòd nihil boni poteſt habere uel facere homo ſine gratia Dei, Deum dediſſe illam ſcientiam Philoſophis, ex gratia. Sed ſecundũ ſuam ſententiam ita illud ſtatim exponit: Dederat gratis, id eſt, ſine præcedentibus eorum meritis. Satis autem habetur manifeſtè tum

ex

A ex Doctoribus illis quos tangit, tum ex ipſo eodem Hugone, donum Dei fuiſſe in illis Philoſophis, eam Dei notitiam & ſcientiam quā de ipſo habuerunt: & quòd illam præſtitit Deus illis ex gratia ſua, ſiue ſine eorum meritis præcedentibus. *S.Tho.* Sanctus Thomas in ſuis commentariis circa illud, Quia quod notum eſt Dei, &c. tria ſibi proponit ad oſtendendū, Primum, Quid de Deo cognouerint illi Philoſophi. Secundum, A' quo ipſam cognitionem acceperunt. Tertium, Per quem modum. Et quanquam ibi illam ſcientiam eorum in lumen naturale intrinſecum referre uideatur, tamen agens de re ſecundo loco propoſita, eiuſmodi ſcientiæ Deum auctorem fatetur, propter id quod dicitur, Deus enim illis manifeſtauit? Simulq; explicat, quòd Deus illis manifeſtauit, uel interius infundendo lumen, uel exterius proponendo uiſibiles creaturas, in quibus tanquā in quodam libro Dei cognitio lectione perciperetur. Quæ uerba eius non plenè declarant, ſed poſſunt huc, atque illhuc uerti: niſi alia uerba eius eſſent, ex quibus hoc ad noſtram ſententiam obſirmandam magis conſtaret, & de quibus infra multa dicuntur. *Bruno.* Bruno Patriarcha Carthuſiæ circa illud, Quod notum eſt Dei, manife-
B ſtum eſt in illis. ſic dicit in ſuis commentariis, Plato enim & quidam Philoſophi naturaliter cognouerunt eſſe unum Creatorem omniū; non tamen ſine adiutrice gratia Dei. Hæc ille manifeſtè dixit, qui in ſequentibus idem docens, teſtatur, ſapientiam illorum Philoſophorum fuiſſe donum Dei, Deiq; gratiæ tribuendum: illorum, inquam, Philoſophorum, qui dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Cæterùm agemus ex alia uia ad hanc ueritatem diſpiciendam, & multos alios reperiemus Doctores huius ſentētiæ. Ita ergo procedamus, Ea Dei notitia, cognitio, ſeu fides, quam illi Philoſophi habuerunt, non poteſt eſſe dubiū quin ad ſalutem pertinuerit, licet ut reliqui alii Doctores dicunt, ad ſalutem non ſuffecerit. Pertinuit enim ſine dubio ad ſalutem, ex quo cōſtat eam ad ſalutem fuiſſe neceſſariam, ut eſt ueriſſimum, & omnes concedunt: nec ullo modo poteſt dici aliquam rem ad id non pertinere, ad quod certum eſt eam rem neceſſariam eſſe. Ergo pertinuit illa fides ad ſalutem; ad ſalutem, inquam, animarum; quicquid fuiſſet de corporibus, aut de ſalute corporum. De rebus autem pertinentibus ad ſalutem & uitam animarum, quid dicunt Doctores ſancti aut catholici, qui ad hanc uſque diem ſcripſerunt? Omnes quotquot ſunt, omnia pertinentia ad ſalutem referunt in Saluatorem, & in gratiam Saluatoris: cogitare, uelle, operari, credere, ſperare, diligere,

pœnitere, legem Dei obſeruare, & his ſimilia, aut in eis contenta. C Sic omnes patres uel in Conciliis loquentes, uel ſeorſum ſcribentes, contra Pelagium eo tempore determinarunt: ut conſtat ex dictis, & conſtabit magis ex dicendis. *Cœlius Pānonius.* Cœlius Pannonius in diuinis ſcripturis uir eruditiſsimus, in Collect. in ſacram Apocalypſim, *Apoc. 11.* circa illud, Et uigintiquatuor ſeniores, qui in conſpectu Dei ſedent, in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes, Gratias agimus tibi Domine, &c. cum docuiſſet nonnulla eorū quæ poteſt homo ex natura ſecundum generalem influentiam, uel cum illa: ſimul docuit ea ad quæ homo indiget ſpeciali gratia Dei, ſalubrem cogitationem, uolitionem, operationem: fructuoſum cogitatum, quem Deus ſeminat, aſpergit atque illabi facit generaliter uel ſpecialiter: à qua re etiam malos nō excludit, qui etiā facit Solem ſuum oriri ſuper bonos & malos: ſeminat, inquam, uel per externum adminiculum, puta exhortationis, inſtitutionis, prædicationis, lectionis, etc. uel per internam inſpirationem, luminisq; illapſum. *Idem auctor.* Idem auctor, ad horum uerborum explicationem, *Apoc. 2.* Similiter & tu pœnitentiam age: ſin autem, ueniam tibi cito, & pugnabo cum illis gladio oris mei. dicit, Natura D nanque ipſa deprauata in nobis nunquam poteſt de ſe odiſſe peccatum, immo amat ipſum tanquam ſibi conueniens, quæ etiam uult in ipſo delectari: Proinde neceſſe eſt, ut ſuperueniat gratia, quæ facit primò diſplicere peccatum, deinde odire, poſtremo abominari. Supra naturæ ergo opus eſt diſplicentia & odium & abominatio de peccato. Hic ſi obiicias mihi ueteres philoſophos, & quoſdam alios odiſſe peccatum, qui ſtudebant uirtutibus. Reſpondeo, nequaquam odiſſe eos in ueritate, magis aut in faciem, & in hypocriſi, qui ſe fingebant amare uirtutes: faciebant tamen in ſecreto, quæ non licebat. Infra. Donec ergo non erit gratia in te, natura te gubernate, ſemper erit dolus in ſpiritu tuo qui impedit ſemper gratiam, & per conſequens, pœnitentiam ueram. *Idem auctor.* Idem auctor in eodem opere, ad illud, *Apoc. 3.* Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt ueſtimēta ſua; & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. duobus modis conſiderat hominem. Vno modo in ſuo eſſe naturali, ſine gratia, ſine ſpiritu Dei: Alio modo in eſſe gratiæ. Circa priorem modum dicit, Quo pacto omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt perinde ac pānus menſtruatæ, olidæ, inquinatæ, & turpes, quibus uilitas in præcioſitate eſt: hoc eſt, quantum uis pulchræ ſint, ac precioſæ ad hominum conſpectum, ad Dei ſamæ æſti-

E mationem uiles & reiectæ, & abominabiles;
tantum abeſt ut ex his digni ſimus. Infra ad
illud, Et dixit mihi, Aquæ quas uidiſti, ubi
meretrix ſedet, populi ſunt, & turbæ, & gen
tes, & linguæ. dicit inter alia. Sicut nec ama
tur iuſtitia, aut uirtus ulla, niſi contemptu
iniquitatis, & peccati abominatione, quod
non efficiet natura: cuius lex cum ſit carni im
merſa in concupiſcentiis eius: non amat niſi
carnalia, & quæ legi Dei ſunt contraria. Gra
tiæ opus id ſolum eſt, quæ legi Dei eſt coniuu
cta. Gratia ergo aſſeritur corpori Chriſti, cu
ius eſt repurgare, aſſerereq; quatenus intel-
ligeres per omnem modum gratia tibi opus
eſſe, qua libereris ab hac peſte & interitu e-
ius: nec humanis uiribus fidere quicquam,
quæ parum aut nihil omnino ſuis proderunt
aſſultibus priuatæ gratia. Hæc ille. Ecce pro
huius Doctoris ſententia, ad gratiam ſpecia
lem & non ſolùm ad influentiam generalem,
pertinent omnia pertinentia ad ſalutem, co-
gitare, uelle, & operari, fides, ſpes, dilectio,
operatio: neque poteſt natura noſtra huma-
na corrupta ſola amare uirtutem, aut odiſſe
peccatum. Quia igitur illa Dei cognitio, no-
titia, ſeu fides, pertinet ad ſalutem; pertinet
ſine dubio eo ipſo ad gratiam Saluatoris. Per
tinet autem ad ſalutem, quia eſt neceſſaria ad
Hebr. 11. ſalutem, ut notat & declarat Apoſtolus ad
Hebræos. Sine fide, autem, impoſsibile eſt
F placere Deo. Credere enim oportet acceden
tem ad Deum quia eſt, & inquirentium ſe re
munerator ſit. Et generaliter loquendo apud
omnes homines, atque in omnibus rebus,
quicquid eſt ad aliquid neceſſarium, pertinet
ad illud. Aut quomodo non erunt ad aliquid
pertinentia, quæ ſunt ad illud aliquid neceſſa
ria? Porrò ex alia uia conſtat hæc ueritas etiã
manifeſtè, ſi conſideramus fidem Chriſtia-
nam, neceſsitatem eius, utilitatem, & inte-
gritatem. Etenim illa cognitio de Deo, illa
notitia, illaq; fides eorũ Philoſophorum, per
tinet ad noſtram fidem Chriſtianam, eo mo-
do quo noſtra hæc fides poteſt habere partes
huiuſmodi, ſecundum alia & alia credibilia fi
dei Chriſtianæ. Nanque inter credibilia Chri
ſtiana etiam illa reperiuntur, quæ illi Philoſo
phi per illam eorum fidem credebant. Videli
cet unum eſſe Deum, bonum, ſapientem, iu
ſtũ incorporeum: illum eſſe factorem cœli &
terræ, omniumq; aliorum: illum habere ge-
neralem & particularem prouidentiam uni-
uerſi, atque cunctorum quæ ſunt in illo uni-
uerſo: & illum eſſe iuſtum iudicem omnium
hominum bene aut malè uiuentium, & in-
quirentium ſe remuneratorem. Etenim hæc
credibilia inter credibilia Chriſtiana compu-
tãtur & reperiuntur, ut conſtat ex diuinis
ſcripturis quas omnes credere tenemur, & G
quæ hæc continent atque explicant: nec eſt
fides Chriſtiana numeris omnibus ſuis ab-
ſoluta, quæ hæc credibilia non credit, quic-
quid aliud credat, ſed ſi alia credibilia Chri-
ſtiana credat & hæc non credat, manca fides
erit, non integra, diminuta, imperfecta, non
ſufficiens. Vnde igitur illa credibilia ſunt de
integritate fidei Chriſtianæ, ad illam perti-
nent, & ſub illa caduut: licet aliquod horum
ſit demõſtrabile aut aliquot horũ ſint demon
ſtrabilia, uel ſaltẽ magis probabile, aut magis
probabilia. Fidem autem Chriſtianam totam
referre debemus omnes in Chriſtum Salua-
torem noſtrum: non ſolùm partem fidei, nec
ſolùm partes eius, ſed totam ipſam. Adeo ut
nihil ſit fidei huiuſmodi quod nou debeamus
Chriſto Redẽptori, ſicut nihil eſt fidei quod
nou debeamus Chriſto Creatori. Non ſuffi-
ciebat igitur olim in illis hominibus ſola na-
tura humana cum generali influentia ad eam
fidem, cognitiouem, aut notitiam Dei, quã
modo uidemus ad fidem Chriſtianam perti-
nere. Etiam Apoſtolus Paulus Chriſtianam *1. Cor. 4.*
gratiam commendabat, ſic inquiens, Quis
enim te diſcernit? Quid autem habes quod
non accepiſti? Si autem accepiſti, quid glo-
riaris quaſi non acceperis? Quibus certe uer
bis, totam noſtram fidem, totam noſtram
ſpem, totam noſtram dilectionem, noſtrum H
bonum cogitare, bonum uelle, & bonum o-
perari, in gratiam Saluatoris noſtri refert,
quæ nos credentes, ſperantes, diligentes,
bene cogitantes, bene uolentes, beneq; ope
rantes facit, & hoc modo nos, in maſſa perdi
tionis filiorum Adæ, diſcernit, à non credẽ
tibus, nou ſperantibus, non diligentibus,
non bene cogitantibus, non bene uolenti-
bus, non bene operantibus, Vt qui de huius
modi rebus glorientur, non in ſe, ſed in domi
no glorientur: nec ſe commendent, ſed Deũ
Creatorem & & Saluatorem noſtrum Domi
num Ieſum Chriſtum, qui hæc omnia bona
primùm, maximè, & magis principaliter ope
ratur in nobis. Qui gloriatur, in Domino
glorietur. Statuamus ergo inter nos firma
mente & bono animo, Apoſtolum Paulum
in his uerbis allegatis commendaſſe gratiam
Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti cum dixit, Qui *1. Cor. 1.*
gloriatur, in Domino glorietur. Quis enim *2. Cor. 10.*
te diſcernit? Quid autem habes quod non *Hier. 9.*
accepiſti? Cum ipſa gratia ſit, quæ diſcernit
in filiis Adæ, credentes à non credentibus,
& huiuſmodi alia multa. Simulq; ſtatuimus
firmiter, eundem Apoſtolum Paulum dictu
rum fuiſſe eadem uerba illis Philoſophis ita
credentibus de quibus agimus, ſi illis eo tẽ-
pore prædicaſſet, aut concionatus fuiſſet,
aut

A aut eos docuiſſet, aut eorum animos inſtituiſſet, ſicut nos docuit & inſtituit. Et illis enim, ne contra alios ſuperbirent, nec de ſeipſis aut ſuis uiribus confiderent, aut præſumerent, aut gloriarentur, dixiſſet Apoſtolus ſine dubio, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Quis enim te diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi nō acceperis? Nullo modo dubito Apoſtolum ita tunc docturum, ſi tunc fuiſſet & eos homines docuiſſe. Quam ergo gratiam tunc illis hominibus in illis uerbis commendaſſet? Proculdubio eandem, quam modo nobis in illis uerbis commendat: quia eadem ſunt uerba, non æquiuoca, ſed uniuoca. Quam autem gratiam commendat nobis modo in uerbis illis? Conſtat quòd gratiam noſtri Saluatoris, Redemptoris, Reparatoris, Reformatoris. Iſpa certè eſt quæ diſcernit, credẽtes à non credentibus, ſperantes à non ſperantibus, diligentes à non diligentibus, pœnitentes à non pœnitentibus, bonos à non bonis, iuſtos à non iuſtis, ſanctos à non ſanctis: etiam quantum ad quemcunque gradum aut quamcunque partem fidei ueræ, ſpei, charitatis, pœnitentiæ, bonitatis moralis aut meritoriæ, iuſtitiæ, ſanctitatis. Sic ſemper intellexerunt hāc Apoſtoli do-

B ctrinam, Auguſtinus & omnes ſancti Doctores qui contra Pelagium ſcripſerunt pro Chriſti gratia. Ergo illa cognitio Dei, notitia, ſeu fides qua præditi erant illi Philoſophi, ad gratiam Saluatoris noſtri pertinebat, & in illis quantū ad eam fidem uigebat gratia Chriſti, quamuis ipſi & Chriſtum & ipſius Chriſti gratiam explicitè non credidiſſent. Nondum enim tales erant, qui ſcirent quæ nobis donata ſunt à Deo. Itaque in Saluatorem noſtrum referamus & in gratiam eius, totam noſtram fidem Chriſtianam & quamlibet eius partem, & quantum ad gradum, & quantum ad credibilia omnia: pariter & illam quā Philoſophi olim habuerunt, & ad noſtram fidem Chriſtianam tanquā eius pars quædam pertinet. Quanquam enim ipſi eam per demonſtrationem habuiſſent, ſcimus omnes quæ credibilia illorum erant demonſtrabilia, & quomodo demonſtrationes procedebant: An in illis quoad omnia erat cōſtans claritas? An uigebat etiam quoad aliquid pia affectio? Multa enim ſunt quæ de Deo per naturam ſciri non poſſunt, ſicut eſt myſterium incarnationis & paſsionis quod ſapientum Ethnicorum ſenſum effugit. Sed hoc de eo naturaliter ſciri poteſt, quòd ipſe ſit Deus: quia omnis creatura oſtendit ſe non eſſe Deum, ſed alium eſſe cui ipſa ortum deberet, cuius ſeruitio parere neceſſe ſit. Cum hoc tamen circa illud, Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in C

Rom. 1. illis. Deus enim illis manifeſtauit, dicit *Diuus Anſelm.* diuus Anſelmus in ſuis commentariis, Dominus manifeſtauit, id eſt, non ſolùm naturalis ratio profuit, ſed Deus quotidie adiuuit, ne ſola natura ſufficere uideretur. Ecce neceſſarium prædicat diuinum adiutorium, ad ſufficientiam: ut ſciat humana natura ſeſe proficere, ſed ad talem Dei cognitionem, notitiā, & fidem non ſufficere. Et infra circa illud, *Rom. 1.* Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. *Idem auctor.* fatetur illam cognitionem Dei quam Philoſophi illi habuerunt, fuiſſe donum Dei, à Deo ſuis cordibus infuſum, dicens, Non poſſunt excuſari de ignorātia, ſicut uolebant aſſerere. Quia, re uera, per naturalem rationem cognouerunt Deum. Et cum cognouiſſent eū non glorificauerunt eum ſicut Deum, bene uiuendo & colendo, aut etiam gratias illi non egerunt, de cognitione eius, quam ipſo donante perceperant. Debuiſſent enim illum glorificare dignè colendo & prædicando, atque uoluntatem eius faciendo, & gratias illi ſemper agere, quòd eorum cordibus notitiam ſui dignatus eſſet infundere. Gratias agere, id eſt, pia deuotione grati exiſtere, ut recognoſcerent ſe ſapientiam & omnia bona ab illo habere. Sed non glorificauerunt eum, D nec gratias ei reddiderunt, ſed ſibi tribuentes ſapientiam, quam à ſe non habebant, & ſe putantes aliquid eſſe, cùm nihil eſſent, euanuerunt in cogitationibus ſuis, quas à ſe, non à Deo conceperant. Infra, Cum enim quidam cor eorum non ſolùm ad inſtituta utiliſſimarum artium & doctrinam liberalium diſciplinarum, ſed etiam ad inquiſitionem ſummi boni aciem mentis intenderint, & inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpexerint, non agentes tamen gratias Deo, nec confitentes illū ſibi eſſe huius facultatis auctorem, ſed dicentes ſe eſſe ſapientes, id eſt, non in Deo, ſed in ſemetipſis gloriantes, quaſi ad ueritatis inſpectionem ſuis ſtudiis atque rationibus propinquaſſent, euanuerunt in cogitationibus ſuis, & quod illuminante Dei gratia inuenerant, obcæcante ſuperbia perdiderunt. Ecce quemadmodum perſpicere eſt, illam fidem, cognitionem, aut notitiam Dei, fuiſſe donum Dei à Deo, datum nec illos Philoſophos ad ueritatis proſpectum ſuis ſtudiis atque rationibus ſolis propinquaſſe, ſed eam illuminante Dei gratia inueniſſe. Vt aliud ſit, ad inquiſitionem ſummi boni aciem mentis intendere; & aliud ſit, circa inſtituta utiliſsimarum artium & doctrinam liberalium diſciplinarum, ingenium atque ſtudium exercere. Quaſi hoc ultimum

bene

E bene quidem ſit naturæ noſtræ & generali in fluentiæ tribuendum: Illud autem primum, non item, ſed naturæ noſtræ, generali influentiæ, & inſuper ſpeciali Dei gratiæ. Manifeſtè dicit Apoſtolus quòd, Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt. Illud tamen uerbum, Naturaliter. in ſuis annotationibus elucidatoriis epiſtolæ Pauli ad Romanos, intelligit Hugo à ſancto Victore, tanquam quod legem, & non gratiã excludat. Ita ergo quotquot Doctores ſancti dicunt eos Philoſophos adeptos fuiſſe illã Dei cognitionem naturaliter, aut naturali ratione, ſicintelligunt, ut non Dei gratiam aut Dei ſpeciale adiutorium internum excludant, ſed legem ſcriptam, quam certum eſt eos Philoſophos non habuiſſe à Deo. Tenent igitur hanc ueritatem, Auguſtinus, Gloſſa Ordin. Hugo Cardinalis, Sanctus Thomas, Bruno, Cœlius Pannonius, Anſelmus, Hugo à ſancto Victore. Aut ſi quidam horum ſint qui ad aliam partem trahantur uel trahi poſsint, nos illos accipimus & ſequimur qui eam Dei notitiam, & fidem, gratiæ Chriſti tribuũt & auxilio ſpeciali eius: aliis non præbemus nos aſſeclas, quin eos, quantum ad hanc rem ſpectat, abiicimus, Et quidem nobis hominibus uiatoribus, poſt lapſum, in quibus prius uiget ſenſus quàm intellectus, priusq; ſenſualitas quàm ratio: qui

Rom. 2. *Hugo à ſancto Victore.*

F bus nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu: quos intelligentes oportet phantaſmata ſpeculari, & quorum intellectus ſe habet ad ea quæ ſunt manifeſtiſsima naturæ, non ſecus ac oculus noctuæ ad lumen Solis: difficile eſt, ne dicam difficillimum, ita aciem mentis noſtræ obcæcatæ, & intellectus demerſi contendere atque eleuare ſupra omnia corpora ſupraq; omnes imagines rerum corporearũ ad res altiſsimas ſpiritales & ueritates earum, ut cognoſcamus & credamus, cogitemus mẽte, & mente aſſentiamus, unum eſſe Deum ſpiritalem & incorporeum, bonum, ſapientem, & iuſtum, ſempiternamq; eius eſſe uirtutem & diuinitatem. Difficile enim eſt hoc, ut conſtat: & multi etiam è ſapientibus mundi propter hanc difficultatẽ in huiuſmodi ueritatem non peruenerunt; ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & quidam pluralitatem Deorum crediderunt, alii autem nullum eſſe ſpiritum ſed omnia eſſe corpora aut corporalia, putauerunt. Quantum ergo arbitramur, qui illam difficultatem uicerunt, & unum Deum uerum, bonum, iuſtum, ſapientem, ſempiternam eius uirtutem atque diuinitatẽ cognouerunt, ab ipſo Deo ſpeciali modo adiuti fuerunt: alioquin nec illam difficultatem perrupiſſent, nec in illam Dei cognitionẽ per

G rexiſſent. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Malitia tua ex te Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum. Vnde igitur & in illa Dei cognitione, gratia Chriſti uigebat ſine quo nihil poſſumus, quanquam illi Philoſophi Chriſtũ & Chriſti gratiam non cognouiſſent explicitè. Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum. Ob quod, procidebant uigintiquatuor ſeniores ante ſedẽ tem in throno, & adorabant uiuentem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronũ. Et uigintiquatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt uiuentem iu ſæcula ſæculorum. Et ceciderunt ſeniores uiginti quatuor & quatuor animalia, & adorauerũt Deum ſedentem ſuper thronum. Coronæ autem inſignia ſunt uictoriæ & uictorum, ut nos omnem noſtram uictoriam quanta illa ſit, referamus in Saluatorem noſtrum qua uincimus mundum, diabolum, & carnem, ignorantiam rerum agendarum, concupiſcẽtiam noxiarum, pronitatem ad malum, difficultatem ſeu tarditatem ad bonum: & qua uictoria, habemus fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, bonum cogitare, bonum uelle, bonũ operari, maximè circa unum uerum Deum & propter ipſum: nõ ſolùm circa ipſum uel propter ipſum trinũ ĩ perſonis, ſed etiam circa ipſum & propter ipſum unum uerum in eſſentia, bonum, ſapientem, iuſtum, ſempiternum, ſempiternæq; uirtutis, & Deitatis, ſpiritalem, ſeu ſpiritum, omnium factorem primum, omniumq; finem ultimum; ſuper omnia credendum, ſperandum, diligendum, colendum. Auguſtinus in De uera Religione dicit, Religet nos religio uni omnipotenti Deo. Et habetur in Gloſſa ſuper illud, Ex ipſo & per ipſum. Atque in De ciuitate Dei dicit, quod religio non quemlibet, ſed Dei cultum, ſignificare uidetur. Auctor etiam ad Herennium in Reth. religionem definiuit dicens, Religio eſt quæ ſuperiori cuidã naturæ quam diuinam uocant, curam ceremoniamq; affert. Sanctus Thomas quoque in ſuis opuſculis ait, Prima autem ligatio qua homo Deo ligatur, eſt per fidem; ut habetur Hebræ. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt. Huius fidei proteſtatio latria eſt, quæ cultum Deo exhibet, quaſi recognoſcens Deum eſſe principium. Infra uerò; Et ſic primò & principaliter ad ueram religionem pertinere noſcuntur quæcunque ad fidem integram pertinent, & ad debitam latriæ ſeruitutem. Sed ſecundò ad religionem pertinere noſcuntur illa omnia, in quibus poſſumus ſeruitium Deo exhibere: quia ut Auguſtinus dicit in Enchi. Deus colitur non

Oſeæ 13. *1. Cor. 15.* *Apoc. 4.* *Apoc. 5.* *Apoc. 19.* *Auguſt.* *Rom. 11.* *S. Tho. Opuſc. 19 Cap. 1.*

A non ſolùm fide, ſed ſpe, & charitate: ut ſic oĩa charitatis opera, religionis eſſe dicantur. Vnde Apoſt. Iacobus, Religio, inquit, munda, & immaculata apud Deum & Patrẽ, hæc eſt, uiſitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorum. &c. Ecce ad integritatem fidei & ad ueram religionem pertinet, credere de uno uero Deo, quia eſt. Quare & hæc fides quoque ſine dubio eſt Saluatori noſtri tribuẽda, eiusq; gratiæ. Eandem affert doctrinam diuus Ambroſius in De uocatione Gentium, ſecundum qnem, nos non dubitamus tribuere illam fidem illorum philoſophorum Chriſto Saluatori noſtro, ſeu gratiæ Dei per ipſum. Ambroſius enim, ut conſtat ex dictis eius quæ ſuperius poſita ſunt, & infra ponuntur, omnem ac totam uoluntatem Spiritalem refert in gratiam Dei; Vt autem conſtat, ea uolũtas qua illi Philoſophi ita de Deo crediderunt, aut credere uoluerunt, ad ſpiritalem uoluntatem pertinet. Guillelmus Altiſsiodorenſis eandem tuetur ſententiam, qui agens de tranſitu uirtutum, & oſtendens, an naturalia fiant gratuita? manifeſtè refert in Deum auctorem, charitatem informem, ſiue politicam, largitatem, & alias uirtutes, ac tandem, fidem informem qua quis credit Deum unum & remuneratorem eſſe. Marſilius cum his patribus in eadem eſt ſentẽtia, qui morales uirtutes antiquorum Philoſophorum in Deum auctorem conſtanter refert; non ſolùm ſecundum influentiam generalem, B ſed etiam ſecundum auxilium ſpeciale. Capreolus etiam in ſuis ſententiis idem obſeruat & tenet, non ſolùm ex ſua ſed etiam Sancti Thomæ ſententia: ubi docet quòd homo ſine auxilio Dei ſpeciali, poteſtatem non habet iu aliquod bonum uelle, aut agere, ſiue ſit naturale, ſiue ſupernaturale. Et teſtatur ingenuè ſimnl cum Gregorio Ariminenſi, quòd ad perfectè cognoſcendum in materia morali, quid uolendum aut agendum ſit, requiritur poſt peccatum in ſtatu uiæ, ſpecialis illuſtratio rationis, non habitualis, ſed actualis. Qui quidem eodem etiam loco, fatetur quòd homo, tum habens gratiam habitualem, tum non habeus illam, indiget ſpeciali motione diuina ad bene moraliter cogitandum: & quòd illa motio non eſt ſola generalis influentia, ſed eſt ſpecialis Dei directio ad rectè cogitandum. Videamus igitur quanto magis indiget homo motione ſpeciali diuina poſt peccatũ, ad bene cogitandum de Deo: quòd unus uerus Dens ſit, ſempiternæ uirtutis, ſempiternæq; Deitatis. Verba Guillelmi, Marſilii, & Capreoli, ponnntur infra ſuo loco. Sunt igitur & ĩi doctores computandi in hac doctrina, Ambroſius, Guillelmus Antiſsiodorenſis, Marſilius, & Capreolus. C Ariſtoteles manifeſtè docuit pertinere ad fidem, fidemq; eſſe, quòd de Deo iudicamus ipſum habere curam rerum humanarũ: & ut aſſerit, ita putatur & creditur. Quamobrem ipſa cognitio de Deo qua iudicamus de illo, quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit, fides quædam eſt, & ad fidem pertinet: & non dubium quin hæc duo credibilia, ſint de articulis fidei noſtræ, atque de credibilibus, Chriſtianis: Quid multa? Certiſſimum eſt eam cognitionem & fidem quam Philoſophi illi de Deo habuerunt, pertinere in nobis, pertinuiſſeq; in illis, ad pietatem. Pietas enim, licet ſecundum Cic. ſit per quã ſanguine coninnctis, patriæq; beneuolis, officium, & diligens tribuitur cultus: aut dicatur etiam ſecundum ipſum, amor filii erga parentes & propinquos, & ciuis erga patriam, quæ communis omnium ciuium eſt parens: Tamen ſecundum Auguſtinũ pietas propriè Dei cultus intelligit ſolet, quam Græci *Εὐσέβειαν* uocant. Et ſic à Cicerone accipitur cum inquit in oratione pro domo ſua, Nec eſt ulla erga Deos pietas, niſi honeſta de numine eorum, ac mente opinio: cũ expeti nihil ab iis, quod ſit iniuſtum, ac inhoneſtum arbitrere. Ecce pietas erga Deum, eſt honeſta opinio de eius numine, ac mente. Vnde quidem illa cognitio, fides aut notitia quam illi Philoſophi habuerunt de Deo, cognoſcendo & credendo de illo uerè quod notum eſt Dei, ſempiternam eius uirtutem & diuinitatem, quia D quædã erat honeſta opinio ſeu cogitatio aut aſſenſio, de illo & eius numine, erat perinde ſine dubio quædam pietas, uel ſaltem ad pietatem pertinebat: ad pietatem, inquã, quæ eſt erga Deum uerum. De operibus autem pietatis & religionis, ſiue pertinentibus ad pietatem & religionem, quid dicit Auguſtinus? Quid confitetur? Quid docet? Quòd ea omnia & prorſus omnia pertinent ad gratiam Saluatoris noſtri, & ad eius adiutorium, Sicut ipſe Saluator noſter ait, Sine me nihil poteſtis facere: uidelicet boni: boni, inquam, uirtuoſi; magis antem, pietatis & religionis; & adhnc magis, meriti ſeu meritorii. In De prædeſtinatione ſanctorum, & frequenter, docet Auguſtinus, quòd ſine gratia Saluatoris bene agere homo non poſsit quod ad ea ſpectat, quæ pietatis ſunt, & Chriſtianæ religionis. Quod pertinet, inquit, ad religionem & pietatem de qua loquebatur Apoſtolus, Non ſumus idonei aliquid cogitare quaſi ex nobis ipſis, ſed ſufficientia uoſtra ex Deo eſt. Quid multa? Eodem adiutorio Dei potuerunt homines in Deo ipſo ſperare, eum diligere, & colere tanquam unum

Iacobi 1. — *Ambro.* — *Guillelm. Altiſſio. Lib. 3. tract. 19. Cap. 1. in ſumma.* — *Marſil. Lib. 1. Quæſ. 20 Art. 3. Propoſ. 4.* — *Capreol. Lib. 2 diſt. 28. Quæſ. 1. Art. 1. Concl. 2.* — *Vbi ſupra. Art. 3.* — *Capite ſequenti.* — *Ariſtot. Ethic. 10.* — *Cicero 2. de inuent.* — *Cicero in ſomnio Scipionis* — *Auguſt. quid ſit pietas.* — *Auguſt. Cap. 2, tom. 7.* — *2. Cor. 3.*

E Deum primam cauſam, & ultimum finem omnium, ac remuneratorem ſeſe inquirentium: quo ipſum Deum potuerunt credere unum uerum talem: de omnibus enim his ea dem eſt ratio, ut etiam ipſi doctores qui alio *Infra lib. præſenti.* modo ſentiunt, docent. Credere autem, ſperare, diligere, & colere Deum unum uerum, eſt quidem hominibus ualde difficile, quam rem homines, niſi gratiæ Chriſti acceſſerint adiumenta, aſſequi non ualemus: non ſolùm propter huius rei difficultatem, ſed etiã propter noſtram infirmitatem. Satis probè *Auguſt. Lib. 11. cap. 2.* dicit Auguſtinus in De ciuitate Dei, Magnũ eſt & admodum rarum, uniuerſam creaturam corpoream & incorpoream conſideratam compertamq; mutabilem, intentione mentis excedere, atque ad incommutabilem Dei ſubſtantiam peruenire, & illhic diſcere ex ipſo, quòd cunctam naturam quæ non eſt quod ipſe, non fecit niſi ipſe. Infra, Cum enim homo rectiſsimè intelligatur, uel ſi hoc non poteſt, ſaltem credatur factus ad imaginem Dei: profectò ea ſui parte eſt propinquior ſuperiori Deo, qua ſuperat inferiores partes ſuas, quas etiam cum pecoribus communes habet. Sed quia ipſa mens cui ratio & intelligentia naturaliter ineſt, uitiis quibuſdam tenebroſis & ueteribus inualida eſt, non ſolùm

F ad inhærendum fruendo, uerùm etiam ad perferendum incommutabile lumen, donec de die in diem renouata atque ſanata, fiat tantæ fœlicitatis capax: fide primùm fuerat imbuenda, atque purganda. In qua ut fidentins ambularet ad ueritatem, ipſa ueritas Deus Dei Filius homine aſſumpto, non tamen Deo cõſumpto, eandem conſtituit atque fundauit fidem, ut ad Deum iter eſſet homini per hominem Deũ. Per hoc enim Mediator per qnod & homo, per hoc & uia. Hæc ille. Ecce magnum eſt & admodum rarum uniuerſam naturam mntabilem, intentione mentis excedere, atque ad incommutabilem Dei ſubſtantiam peruenire fide, ſpe, dilectione, atque cultu, & illhic diſcere ex ipſo Deo, ipſum eſſe factorem omnium aliorum à ſe. Et licet ipſa mens humana naturaliter habeat rationẽ & intelligentiam, tamen propter uitia quædam tenebroſa & uetera, inualida eſt, non ſolùm ad inhærendum fruendo Deo, uerùm etiam ad perferendum incommutabile lumen Dei: quemadmodum etiam ſatis bene dixit *Meta. 3.* Ariſtoteles, Sicut oculus noctuæ ad lumen Solis, ita intellectus noſter ad ea quæ ſunt maniſeſtiſsima naturæ. Inualida eſt igitur noſtra mens humana, noſtra naturalis ratio, & noſtra intelligentia, ad perferendum incommutabile lumen Dei eiusq; lucem diuinam atque ad inhærendum fruendo Deo: quamobrem ſine dubio in huiuſmodi rebus indiget G ipſins adiumento alio modo quàm indigeat ad intelligendum, cognoſcendum, ac uolendum creaturas. Hoc autem per Saluatorem noſtrum, Mediatorem Dei & hominum, cuius eſt, ducere nos homines ad Deum, cùm ipſe ſit uia, ueritas, & uita. Itaque ſatis notum eſt crediditiſſe Auguſtinum ex gratia Dei fuiſſe, quòd illi philoſophi qnos obiurgat Apoſtolus, Deum per creaturas cognouerunt. *Rom. 1.* Quam doctrinam maniſeſtè etiam tenuit Ambroſius in De uocatione Gentium, *Ambr. Lib. 1. cap. 2.* dicens, cum enim quidem non ſolum ad inſtitutam utiliſsimarum artium & doctrinas liberalium diſciplinarum, ſed etiam ad inquiſitionem ſummi boni aciem mentis intenderint, & inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpexerint, non agentes gratias tamen Deo, nec confitentes illum ſibi eſſe huius facultatis auctorem, ſed dicentes ſe eſſe ſapientes, hoc eſt non in Deo, ſed in ſemetipſis glorianteſ, quaſi ad ueritatis inſpectionẽ, ſuis ſtudiis atque rationibus propinquaſſent, euanuerunt in cogitationibus ſuis. Et quod illuminante Dei gratia inuenerant, obcœcante ſuperbia perdiderunt, relapſi à ſuperna luce ad tenebras ſuas: hoc eſt, ab incommutabili atque æterno bono, ad mutabilem corruptibilemq; naturam. Hæc ille. Ecce à Dei gratia illuminante atque uocante fuit, quòd illi philoſophi in eam cognitionem Dei uenerunt per creaturas: cognoſcentes inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta, ſempiternamq; eius uirtutem, & Diuinitatem. Eandem ſententiam ſequitur idem auctor glorioſus in multis locis eiuſdem operis, commendans gratiam Dei uocantem, datam ſeu oblatam ſemper omnibus hominibus omnium nationum, qua poſſent omnes, ſi uellent, ad Deum uenire, ad cognitionem eius, fidem, ſpem, dilectionem, & cultum, ueri Dei. *Lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 1. lib. 2. cap. 2.* Sed quantum pertinet ad propoſitum, dicta ſufficiunt. Legantur quæ ſcripta reliquit Auguſtinus in De ciuitate Dei, ubi ſupra, *Auguſt. Lib. 11. Cap. 2.* quo loco late agit & docet De cognoſcendo Deo, ad cuius notitiã nemo hominũ peruenit, niſi per Mediatorem Dei & hominum, Hominem Ieſum Chriſtum. Socrates etiam apud Platonem in Epinomide, *Socrates apud Platonem.* peritiam rerum cœleſtium doctorum aliquem, niſi opem Deus tulerit, negat. Plato etiam in De Republica fatetur, Deum eſſe lumen mentis, non ſecus quàm ſit Sol hic quem uidemus, lumen oculorum corporis: & ut beneficio huius habemus, quòd cernimus, ita beneficio illius, quòd intelligimus. Sed de dictis *Lib. præſenti.* doctriniſq; Platonis & Ariſtotelis, quantum ad hanc rẽ pertinet, inferius agitur abundantius.

A tius. Cæterùm animaduertamus diligentius circa illam fidem, & inquiramus naturam eius. Videbimus ſtatim, quòd etſi non ſuffecit, tameu Deum ipſum ſui ipſius cauſam habuit. Aliud eſt enim de eius loqui cauſa, aliud de eius ſufficientia. In ſuperioribus egimus de illius ſufficientia, modo autem agimus de eius cauſa. De cauſa ergo illius maximè inquiramus, diſputemus, determinemus. Statuamus autem in primis illam fidem pertinere ad fidem Chriſtianam, quia & fides Chriſtiana illam fidem comprehendit, ſeu potius includit: eſt enim de credibilibus Chriſtianis credere de Deo quia eſt, & quòd inquirentiũ ſe remunerator ſit. Fides autem Chriſtiana, certè tota refertur in auctorem Chriſtum ſi- *Hebr.12.* cut expreſsè dicit Apoſtolus. Curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum. Pertinet ergo illa fides ad iuſtitiam, & facit *Rom.1.* ad illam: quia, Iuſtus ex fide uiuit. Fide puri- *Act.10.* ficans corda. Credidit Abraham Deo, & *Rom.4.* reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Neque obſtat ſi dicatur, quòd illa fides non eſt expreſſa de propitiatione, redemptione, aut mediatione, ſeu reconciliatione facta per Chriſtum. Primùm non obſtat,, inquam, quia & ſi illa fides non ſit expreſſa de hoc, ſeu explicita, B eſt tamen de hoc implicita, ut fuit oſtenſum & conſtat. Deinde ſecundò non obſtat, quia nullo modo dicendum eſt quòd nulla fides ad iuſtitiam pertineat, niſi illa de propitiatione, redemptione, aut mediatione ſeu reconciliatione eiuſmodi ſit explicita uel expreſſa. Sic *Hebr.11.* enim legimus, de Fide. Noe reſpõſo accepto de his quæ adhuc non uidebantur, metuens, aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quã damnauit mundum: & iuſtitiæ quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus. Ex quibus uerbis certè ſatis bene colligitur, fidem imminentis diluuii per timorem operantem quodammodo olim iuſtificaſſe, aut ſaltem ad iuſtitiam pertinuiſſe. Erat enim illa fides, de diluuio futuro, iam iam imminente: & tamen ad iuſtitiam reputatur, atque ipſum Noe inſtituit hæredem iuſtitiæ quæ eſt per fidem. Si- *Hebr.11.* mili modo legimus apud Apoſtolum Paulũ, Fide, plurimam hoſtiam Abel quàm Cain, obtulit Deo, per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Ecce & ad iuſtitiam per- *Gen. 4.* tinet illa fides, qua Abel Deo plurimam hoſtiam obtulit, de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum: quæ munera profectò offerre potuit illa fides de qua agimus, credendo unum uerum Deum eſſe, & inquirentium ſe remuneratorem, ſempiternam eius uirtutem, ac diuinitatem. Ita etiam ſi conſi- C deramus eam fidem qua credidit Abraham, quando de illo dicitur, credidit Abrahã Deo, *Gen. 15.* & reputatum eſt illi ad iuſtitiam: uidetur *Rom.4.* quòd Abraham ea fide ſic tunc credidit nullo habito reſpectu ad propitiationem, ſed ad promiſsionem & ſeminis ſui multiplicationem tantum. Reputatum eſt autem ei ad iuſtitiam. Videtur ergo quòd non ſolùm reputatur nobis ea fides ad iuſtitiam qua credimus propitiationem, redemptionem, reconciliationem, aut mediationem factam per Saluatorem noſtrum in ſanguine eius, paſsione ac morte, ſeu qua credimus articulum his de rebus: ſed etiam reputatur nobis ad iuſtitiã ea fides qua credimus alia credibilia, alioſq; articulos rerum aut ueritatum diuinarum, ſperandarum & non apparentium. Apoſto- *Rom. 4.* lus ad Romanos dicit de Saluatore noſtro, Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Circa quem locum Alexander de Ales noſtrorum peccatorum remiſsionem tribuit fidei paſſionis ac mortis, ſed noſtram iuſtificationem tribuit fidei reſurrectionis: ſignificans expreſsè quod in diuinis ſcripturis aliquid ſpecialiter tribuitur fidei unius articuli, aliquid uerò fidei alterius: totum autem fidei in communi, D operanti per charitatem. Idem Apoſtolus di- *Rom. 1.* xit, Iuſtus autem ex fide uiuit. Idem generali ſermone fidem definiuit, dicens, Eſt au- *Hebr. 11.* tem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Et ſubiunxit, In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. Addiditq;, docens ad propoſitum noſtrum, Fide, intelligimus aptata eſſe ſæcula uerbo Dei, ut ex inuiſibilibus uiſibilia fierent. Ex iſtis autem iam ſatis manifeſtè docemur, eam fidem de qua agimus, pertinere ad fidem quam definiuit Apoſtolus. Nanque ea fides qua credimus unum Deum uerum ſpiritalem & inuiſibilem factorem cœli & terræ, primam cauſam, primum principium & ultimum finem ac iudicem omnium, ea, inquam, fides uel eſt illa, uel pertinet ad illam qua intelligimus aptata eſſe ſæcula uerbo Dei, ut ex inuiſibilibus uiſibilia fierent. Videantur Doctores ſancti & catholici, de huiuſmodi fide loquentes. Nec ualet ſi aliquis obiiciat quòd aptata eſſe ſæcula uerbo Dei, ut ex inuiſibilibus uiſibilia fierent, eſt quidem demonſtrabile, ob quod non uidetur eſſe credibile: Nec ualet, in quam, quia illud utique bene ſciebat Apoſtolus Paulus, & tamen illud demonſtrabile docuit eſſe credibile, ſicut, & alia demonſtrabilia quoq; docuit eſſe credibilia. Atque hoc in eadem epiſtola. Dixit enim paulò poſt, paucis interpo- *Hebr. 11.*

 ſitis,

E ſitis, Sine fide autem impoſsibile eſt placere Deo quenquam. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt: & inquirentium ſe remunerator ſit. Quibus uerbis expreſsè dicit, quòd Deum eſſe, atque ipſum Deum ſeſe inquirentium remuneratorem exiſtere, ſunt fide credibilia, de quibus duobus articulis etiam conſtat, quòd ſunt duo quædam demonſtrabilia. Doctrina Veteris Teſtamenti duplex fuit, aut potius una bipartita: quædam manifeſta & continens ueritates demonſtrabiles ſeu magis probabiles, ut de unitate Dei, eſſentia eius, æternitate, ac potentia, & de creatione, productione, ſeu aptatione mundi: quædam autem ſubobſcura ſeu occulta continens ueritates non demõſtrabiles in hoc ſæculo, ſed ſolùm credibiles, ut ueritates de incarnatione Verbi Diuini, paſsionis eius, mortis, ac reſurrectionis, & redemptionis generis humani. Eodem modo dicendum eſt cum omni conſtantia, quòd doctrina noui Teſtamenti duplex eſt, aut potius una bipartita: partim continens ueritates demõſtrabiles ſeu magis probabiles quæ etiam ſunt credibiles, partim continens ueritates ſolùm credibiles & nullo modo nobis in hac uita demonſtrabiles. Sicut doctrina Veteris Teſtamenti. Niſi quòd doctrina diuina Noui Teſtamenti continens ueritates ſolùm credibiles, iam non eſt occulta ſub uelamine figurarum, ſicut fuit in Veteri Teſtamento, ſed manifeſta magis, magiſq; explicita, diſtincta, enucleata, ac nota. An non pertinebat olim ad fidem Iudæorum, Credere unum Deum? Immo ſine dubio pertinebat iuxta illud, Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt, & hic eſt unus articulus, qui ſemper ponitur inter articulos fidei illorum. Sic ergo dicendum eſt quod etiam modo ponitur hic articulus inter articulos noſtræ fidei Chriſtianæ. Eadem enim eſt fides, noſtra & antiquorum: nec differt niſi penès uarios modos enuntiandi in aliquibus, quia non nulla quæ illi enuntiabant de futuro, nos enuntiamus de præterito: aut etiam differt ſicut implicitum magis, & magis explicitum. Concludamus igitur abſque formidine eam fidem, qua olim homines credebant unum Deum uerum eſſe, illum inquirentium ſe remuneratorem exiſtere: aptataq; eſſe ſæcula uerbo Dei, ut ex inuiſibilibus uiſibilia fierent, pertinere ad illã fidem quam ſic definit Apoſtolus ad Hebræos, Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Vt de his conſtat in ipſo Apoſtoli contextu, quemadmodum & de aliis de quibus agit poſt ipſam definitionem poſitam. Concludamus per idem eodẽ

F (margin letter beside "na Noui Teſtamenti")

G modo, illam fidem pertinere ad iuſtitiam, pietatem, religionemq; Chriſtianam. Porrò iam nunc de hac re, Doctores ſanctos & catholicos iterum atque iterum conſulamus, illoſq; audiamus, de illa fide differentes: qua antiqui crediderunt & nos credimus aptata eſſe ſæcula uerbo Dei, ut ex inuiſibilibus uiſibilia fierent, Deum eſſe, atque ipſum Deum ſeſe inquirentium remuneratorẽ exiſtere. Notamus autem quòd non dicit Apoſtolus, Fide, credimus aptata eſſe ſæcula uerbo Dei, & cætera: ſed dixit, Fide, intelligimus aptata eſſe ſæcula uerbo Dei. Vt citra dubium ſciamus, quòd & ſi illud ſit intelligibile, ideſt, demonſtrabile aut probabile, non tamen ideo non eſt credibile, ſed immo ſimul eſt intelligibile, quia illud intelligimus; & ſimul eſt credibile, quia, fide, illud intelligimus factum eſſe, quod fieri aut factum eſſe non uidemus. Diuus Dionyſius in De diuinis nominibus ait, Sic denique & lex (ut ſcriptura diuina teſtatur) per angelos nobis indulta eſt, iclytoſq; illos patres noſtros, qui ante legem, quiq; fuere poſt legem, angeli ad Deum ſubuexere: ſiue quid agendum eſſet admonentes, atque ab errore ſacrilego uitaq; profana, ad rectum ueritatis iter traducentes: ſiue ſacra quæuis ſtatuta, ſeu cœleſtium ſacramentorum occultas uiſiones, ſiue diuinas aliquas prædictiones docendo pãdentes. Ecce non in naturale lumen ſolùm, nec in ſolam naturam noſtram humanam refert Dionyſius, quòd antiqui patres ante legem idola auerſati fugerunt, ſunt & unum ſolum uerum Deum proſecuti, bene uixerunt, ſed profectò in particulare auxilium angelorum, quòd pertinet ad Saluatorem noſtrum & ad gratiam redemptionis noſtræ per ipſum. Quòd ſi in adiutorium Angelorum, maximè profectò in adiutorium & gratiam Saluatoris noſtri, qui eſt noſtra uia, ueritas, & uita, atque noſtra lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Illuminat, inquam, ut uideant quæ amanda & proſequenda ſunt, quæ inſuper odio proſequenda, ac deuitanda: præſertim ut cognoſcant Deum, ſperent, ament, & colant ipſum unum & uerum. Vnde non ſufficit nobis lumen naturale ad hoc, ſed certè indigemus lumine Chriſti: ideſt, ſaltem adiutorio gratiæ eius præuenientis, præparantis, iuuantis. Et quidem procul dubio magna difficultas eſt hominibus poſt peccatũ in ueritatibus cognoſcendis quæ pertinent ad Deũ uerum: non ſolùm quantum ad ueritates excedentes noſtram rationem humanam, quas non niſi per fidem Chriſtianam aut ſcientiam cœlitus reuelatam poſſumus cognoſcere,

Dionyſ. cap. 4.

H

A ſed etiam quantum ad eas ueritates quas de Deo inueſtigare ualemus per rationem humanam, philoſophando per effectus ad cauſam, & per creaturas ad creatorem: ſicut, Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuũ eius annuntiat firmamentum. & ſicut, Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas. Quam magnam difficultatem cognouerunt omnes antiqui ſapientes, tum Gentilium, tum Iudæorum, tum Chriſtianorum, ut conſtat ex dictis: de qua etiam & ſanctus Thomas expreſſè dicit, Neceſſarium fuit homini ad ſalutem, quod ei nota fierent quædam per reuelationem diuinam, quæ rationem humanam excedunt: Ad ea etiam quæ de Deo ratione humana inueſtigari poſſunt, neceſſarium fuit hominem inſtrui reuelatione diuina; quia ueritas de Deo per rationem inueſtigata, à paucis, & per longum tempus, & cum admiſtione multorum errorum, homini proueniret. A' cuius tamen ueritatis cognitione dependet tota hominis ſalus, quæ in Deo. Hæc ille. Ecce pro huius ſancti Doctoris ſententia, etiam ueritas de Deo per rationem inueſtigata ac perquiſita, magnam continet in ſua inueſtigatione atque inuentione difficultatem: ob quam ſine ſcientia reuelata, à

S. Tho. Part. 1. quæſt. 1. Art. 1.

B paucis inueniretur, & per longum tempus & non ſine admiſtione, & colluuie multorum errorum, homini adueniret. Neque in his uerbis ſolùm iudicat ſanctus Thomas huiuſmodi ueritatem de Deo nobis hominibus difficilem, quinimmo illam nobis iudicat ad ſalutem neceſſariam, dicens. A' cuius tamen ueritatis cognitione dependet tota hominis ſalus, quæ in Deo eſt. Atque propter hæc duo, id eſt, propter huius ueritatis ſeu eius cognitionis difficultatem, & propter eius ad noſtram omnium hominum ſalutem neceſsitatem, iudicauit ſanctus Thomas eſſe nobis neceſſariam aliam ſcientiam reuelatam præter Phyſicas diſciplinas; uidelicet ut ſalus hominibus & communius, & certius proueniat. Nos ergo accipimus has duas conditiones cognitionis ueritatis de Deo per humanam rationem inueſtigatæ, ſeu inueſtigandæ: ſuam difficultatem quoad noſtrã cognitionem, ſuamq; neceſsitatem quoad noſtram ſalutem: quia nobis eſt difficilis, & nobis eſt ad ſalutem neceſſaria. Propter illas autem, in quocunque homine illam eiuſmodi ueritatis de Deo cognitionem inuenimus, ſine ulla formidine illam noſtro Saluatori tribuimus. De hac uerò difficultate cognitionis eiuſmodi ueritatis de Deo, fortaſſis magis infra. Eſt hæc difficultas & neceſsitas talis cognitionis nota, perinde autem C ſtatim notum eſt quòd illa cognitio eiuſmodi ueritatis ſit Saluatori noſtro tribuenda. Non ergo in nobis ſufficiunt ad illam, quæ in nobis pertinent ad gratiam creationis, natura noſtra & generalis Dei influentia, ſed aliud requiritur, alioque indigemus, quod pertinet ad gratiam Redemptionis. Hoc eſt quod credimus, dicimus, prædicamus, & commendamus, agentes de eius cognitionis cauſa, quicquid olim fuerit de eius ſufficientia. Auguſtinus ut declararet non poſſe homines adipiſci hanc cognitionem Dei ſine diuina ope, gratia, & adiutorio, dixit in De fide ad Petrum Diaconum, Deus quippe diligendi ac cognoſcendi ſe, non niſi angelis & hominibus indidit facultatem, quibus propter arbitrii libertatem, quæ maximè debuit intellectuali creaturæ Creatoris benignitate conferri, ita cognoſcendi ac diligendi ſe facultatem uoluntatemq; donauit, ut eam unuſquisq; & habere poſſet & perdere. Si quis tamen ſponte eam perderet, ſuo eam deinceps arbitrio reſumere non ualeret: Vt illius eſſet ſanctæ cogitationis initia gratuitæ dono bonitatis denuo reuocandis quibus uellet infundere, cuius fuit in ipſo creationis exordio nullis præcedentibus meritis Spiritus & corpora locis atque affectionibus, pro ut ipſe ſapiens uoluit, congrue & mirabiliter ordinare. Hæc ille. Ad idem eſt quod in De uidendo Deum ad Paulinam ait, Quis enim ſine adiutorio Spiritus ſancti cogitare ualeat aliquid eſſe magis q; eſſe quàm omnia quæ per corpus ſentiuntur, quod nec loco uideatur, nec quærendum ſit oculis, nec audiatur affatu, nec tactu teneatur, nec ſentiatur inceſſu; uideatur tamen, ſed corde mundo? Quaſi dicat expreſsè, Nullus. Alibi, In De ciuitate Dei, Philoſophi utcunque conati ſunt ingeniis acutiſsimis præditi, ratiocinando inueſtigare quid in rerũ natura latitaret, quid in moribus appetendum eſſet atque fugiendum; quid in ipſis ratiocinandi regulis certa connexione traheretur, aut quid non eſſet conſequens, uel etiam repugnaret: & quidam eorum quædam magna, quantum diuinitus adiuti ſunt, inuenerunt: quantum aut humanitus impediti ſunt, errauerunt. Hæc ille. Ecce illa in quibus non errauerunt Philoſophi, Auguſtinus tribuit Spiriui ſancto: nec aliquid eſt inter inuenta à Philoſophis quod Deo magis ſit tribuendum, quàm ea quæ uero de Deo cognouerunt, illum eſſe unum, ſpiritalem actum purum, æternum, primum principium, finemq; ultimum, & ſupremum ac iuſtum iudicem omnium, & ſimilia quæ de Deo rectè dixerunt, Spiritu ſan-

Auguſt. Cap. 3. tom. 3.

D

Auguſt. alibi.

Auguſt. alibi. Lib. 2. cap. 7. tom. 5.

E ſancto adiuti. Haymo circa illud, Obſcura *Haymo ad idem.* tum eſt inſipiens cor eorum. inquit ad propoſitum, Cor illorum quod illuminatum eſt per naturale ingenium & per Dei gratiam, poſtquam incœperunt idola adorare obſcuratum eſt per ignorantiam: & ſubdit poſt pauca, Quod enim contulit illis diuina gratia gratis, abſtulit utique dum eſſent ingrati. Ecce uult ille inſignis auctor, cor illorum Philoſophorum de quibus loquitur Apoſtolus, fuiſſe quidem illuminatum ad illas cognitiones Dei quas habuerunt: hoc autem non per ſolum naturale ingenium, ſed utique per naturale ingenium & per Dei gratiam. *Gregor. Arimin. Lib. 2. Diſt. 29. quæſ. 1. Art. 2.* Gregorius Ariminenſis conſtanter habet, tum ſecundum ſuam, tum ſecundum Auguſtini ſententiam, eos Gentiles de quibus loquitur Apoſtolus, quòd Deum cognouerunt, ſed nō ſicut Deum glorificauerunt, habuiſſe illam Dei notitiam per creaturas quidem, ſed cum ſpeciali auxilio Dei: pro ut patebit latius infra ſuo loco, *Lib. præſenti.* quo ſua ponuntur multa quibus reſpondet ad argumenta Alberti, qui contra ipſum ſapiebat olim, & contra hanc ueritatem, de qua modo hic agimus. *Ambroſ. Lib. 2. cap. 1. tom. 2.* Ambroſius in De uocatione Gentium ita teſtatur, Quamuis enim ſpeciali cura atque diligentia Dei populum Iſraeliticum conſtet electum, omneſq; aliæ nationes ſuas uias ingredi, hoc eſt

F ſecundum propriam permiſſæ ſint uiuere uoluntatem; non ita ſe tamen æterna creatoris bonitas ab illis hominibus auertit, ut eos ad cognoſcendum ſe atque metuendum nullis ſignificationibus admoneret. Cœlum quippe ac terra & mare omniſq; creatura quæ uideri atq; intelligi poteſt, ad hanc præcipuè diſpoſita eſt humani generis utilitatem, ut natura rationalis de contemplatione tot ſpecierum; de experimentis tot bonorum, de perceptione tot munerum, ad cultum & dilectionem ſui imbueretur auctoris, implente omnia ſpiritu Dei, in quo uiuimus, mouemur, & ſumus. Ecce quibus uerbis & multis aliis, quibus in eodem loco eandem declarat ſententiam, dicit idem auctor, omnes gentes ſemper habuiſſe unde Deum uerum cognoſcere per creaturas potuiſſent, ſecundum quod, Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuū eius annuntiat firmamentum; & ſecundum multa alia quæ in diuinis ſcripturis explicantur. Ad quod etiam allegat multa quæ in actibus Apoſtolorum legimus dixiſſe Apoſtolum Paulum, *Act. 17. Act. 14.* tum apud Athenienſes, tum apud Lycaonios: oſtendendo Deum ſemper ſui hominibus dediſſe teſtimonium, quo ſurgere poſſent in cognitionem ac dilectionem eius. Declarans autem quod ſit aut fuerit illud teſtimonium, ait, Ipſa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & inenarrabilium G beneficiorum eius diues & ordinata largitio, per quæ humanis cordibus quædam æternæ legis tabulæ præbebantur, ut in paginis elementorum, ac uoluminibus temporum communis & publica diuinæ inſtitutionis doctrina legeretur. Cœlum ergo cunctaq; cœleſtia, mare & terra, omniaq; quæ in eis ſunt, conſono ſpeciei ſuæ ordinationis concentu proteſtabantur gloriam Dei; & prædicatione perpetua, maieſtatem ſui loquebantur auctoris. Hæc ille. Qui doctor inſignis ſimul uidens quòd maximus numerus hominum illorum cui uia uoluntatis ſuæ pergere ſuit permiſſum, non intellexit, nec ſecutus hanc legem eſt, & odor uitæ qui ſpirabat ad uitam, factus eſt ei odor mortis ad mortem; huius rei aſsignando rationem, inquit, Vt etiam in illis uiſibilibus teſtimoniis diſceretur, quòd litera occideret, ſpititus autem uiuificaret. Hæc ille. Ecce tum manifeſtè, tum ſapienter prædicat concionator iſte ac doctor Apoſtolicus, neceſſarium nobis eſſe ſpiritum uiuificantem ad cognoſcendum Deum per creaturas, ſicut idem ſpiritus uiuificans eſt nobis neceſſarius ad cognoſcendum Deum per diuinas ſcripturas. Vnde in ſequentibus docet *Ibidem. cap. 2.* & probat, quòd ad ipſam cognitionem ueritatis, & perceptionem ſalutis, non quiſquam ſuis meritis, ſed ope & opera diuinæ gratiæ H perueniat. Ergo ſicut in diuinis ſcripturis nō cognoſcimus diuina myſteria niſi cum adiutorio gratiæ Chriſti, qui ſuis diſcipulis aperuit ſenſum ut intelligerent ſcripturas ipſas: ſic etiam in creaturis non poſſumus cognoſcere diuina myſteria unitatis, ſpiritalitatis, prouidentiæq; diuinæ, aut alia de quibus agimus, niſi cum adiutorio gratiæ Saluatoris noſtri, qui aperit nobis ſenſum ut in creaturis & per creaturas hæc de creatore intelligamus.

CAETERVM quòd hæc opera hominis de quibus agimus pertineant ad ſpeciale Dei adiutorium & non ad ſolam generalem Dei influentiam, dicendum eſt ſine dubio de mente ſancti Thomæ, & ſecundum doctrinam eius, iuxta interpretationem ſui optimi interpretis Capreoli. Cum enim ſanctus Thomas in ſpeciale Dei adiutorium referat omnia noſtra opera tum interna tum externa moraliter uirtuoſa, propter morales fines proximos moralium uirtutum facta, ut conſtabit paulò poſt: ſequitur quòd & hæc opera uirtuoſa de quibus agimus, circa Deum uel propter Deum uerum, maximè in Dei ſpeciale adiutorium refert. De hoc autem inferius erit notum ex ſancto Thoma, quando de operibus moraliter uirtuoſis erit ſermo.

Agitur

A *Agitur de modo quo iter agentes poſſumus naturali lumine per creaturas Deum cognoſcere, & abſque ſpeciali reuelatione in eam cognitionem Dei uenire, qua cognoſcamus Deum unum eſſe, unam primam rerum architectam, ſeu effectricem cauſam, Ultimum finem omnium aliorum à ſe, ſempiterna uirtutis & Diuinitatis, ſapientem, bonum, incorporeum, immaterialem, inquirentium ſe remuneratorem. Oſtenditur quænam ſeu qualis ſit hæc ita parta cognitio, & quantum ad parandum difficilis. Ad hæc eam ubi ſit, ad Saluatoris noſtri gratiam, non ad ſolam generalem influentiam, pertinere.*

CAP. XVI.

VT AVTEM quæ à nobis in medium ex ipſius ueritatis promptuariis adducuntur, magis magiſq; aperta reddamus, lectorumq; oculis ſubiiciamus, operæpreciũ facturi uidemur, ſi de modo pertractemus, quo nunc iter agentes, atque in hoc degentes mortali ſæculo, Deum abſque ſpeciali eius reuelatione, in ſolo naturali lumine cognoſcere poſſumus. Item quæ'nam cognitio illa ſit: quibus cauſis ſeu rationibus paretur, quid nobis de Deo oſtendat, & quomodo. *Ariſtot. Poſter. 1. Meta. 4.* Quia uerò ſecundum Ariſtotelem diſputanti, & inquirenti, primò ſupponendum eſt quid ſignificet terminus, ſeu nomen rei, aut uerbum de quo B agitur, & quæ ſit ratio termini, ſeu nominis, aut uerbi quod non ſolùm à noſtris, ſed à Cicerone & Iureconſultis, aliiſq; factum eſſe uidemus: *Cic. lib. 1. de offic. et de legib. Iuriſc. ff. de iuſt. & iure.* primùm nobis aſsignanda eſt ratio ſecundum quã accipitur nomen Dei in quæſtione qua quæritur, Vtrùm Deus ſit à nobis naturali ratione cognoſcibilis? Et quantum apparet, uidetur quòd ratio communior in qua conueniunt inquirentes de Deo, ſit, ens primum, ſummum in nobilitate & perfectione, incauſatum effectiuè & finaliter. Vnde Auguſtinus in De doctrina Chriſtiana ait, *Auguſt. Lib. 1. cap. 4.* Omnes pro excellentia Dei dimicant, nec quiſquam inueniri poteſt qui hoc Deum credat eſſe, quo eſt aliquid melius: itaque hoc Deum eſſe omnes conſentiunt, quod cæteris rebus anteponunt. Et in De Trinitate, *Lib. 15. Cap. 4.* Quia naturali ratione iudicamus præferenda eſſe uiuentia non uiuentibus, intellectiua non intelligentibus, immortalia mortalibus, bona malis, beata miſeriis &c. Et quia creatorem creaturis ſine dubitatione præponimus, oportet ut ipſum ſummè uiuere, & intelligere, & optimum, & beatiſsimum eſſe fateamur. *Anſelm. Monol. 15 Et in De trin. lib. 1. cap. 21.* Anſelmus etiam, Penè cuncti tam eruditi quàm minus eruditi, ſolent quaſi pro regula tenere, ſcilicet quicquid optimũ iudicant Deo attribuere ſine dubitationis C ambiguo. Eſt itaque cunctis in concluſione uelut maxima propoſitio, & uelut communis conceptio, Deo tribuere quicquid altius attingit humana æſtimatio: & ex hoc uelut ſolido ueritatis fundamento, ſummi etiam magiſtri diſputationis ſuæ initium ſumunt, cum de diuinis proprietatibus altius differere intendunt. Hæc ille. Qui iuxta hanc doctrinam ueriſsimam dixit, Deus eſt, quo melius cogitari non poteſt. Vt pote quod eſt ens primum, ſummum in nobilitate & perfectione, incauſatum effectiuè & finaliter.

Quantum autem pertinet ad noſtram cognitionem huius tantæ rei, Dei, inquam, ſummi, ueri, optimi, maximique; manifeſtum *Concl. 1.* eſt apud omnes ſapientes quòd & ſi ſit per ſe notum quoad ſe, quoad rem, & quoad naturam rei, Deum eſſe: non tamen hoc eſt per ſe notum nobis, aut quoad nos uiatores. Tum quia non ſtatim cogimur ſeu neceſsitamur aſſentiri huic enuntiationi, Deus eſt: dum terminos eius cognoſcimus, ſeu cognitis terminis, aut ſignificationibus terminorum: Tum quia nemo poteſt mente aſſentiri oppoſito eius quod eſt per ſe notum nobis: & tamen legimus, Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Secundò, manifeſtum *Concl. 2.* eſt apud omnes ſapientes, quòd non poſſumus cognoſcere Deum eſſe per demonſtrationem propter quid, ſeu à priori, ſeu per D cauſam. Quandoquidem nihil eſt prius Deo, nec nos poſſumus cognoſcere quidditatem Dei, aut eius quòd quid eſt; nec Deus habet genus nec differentiam aliquam, ex quibus conſtituatur eius definitio, nec cauſam ullã per ſe efficientem, materialem, formalem, aut finalem: nec cauſam ullam per accidens, aut ſine qua non, aut inſtrumentalem; quod quidem omnibus tam apertum eſt quàm quod apertiſsimum. An autem, Deum eſſe, ſit demonſtrabile, demonſtretur, uel poſsit demonſtrari à poſteriori, ſiue per effectum aut per effectus Dei, id eſt, per creaturas ipſas ſeu per ea quæ in creaturis ipſis nouimus?

Alia eſt quæſtio. Sanctus Thomas concludit *Sentẽtia S.Tho. Part. 1. quæſt. 2. Art. 2.* quod Deum eſſe, ſecundum quod, non eſt per ſe notum quoad nos, demonſtrabile eſt per effectus nobis notos. Aſſeritq; quòd Deũ eſſe, quinq; uiis probari poteſt. Prima uia & manifeſtior, ut inquit, eſt quæ ſumitur ex *Ibidem. Art. 3.* parte motus: quia cum conſtet ſenſu aliqua moueri in hoc mundo, & cum omne quod *Proba. 1. S.Tho.* mouetur ab alio moueatur, & cùm non ſit proceſſus in infinitum in mouentibus & motis, neceſſe eſt deuenire ad aliquod primum mouẽs quod à nullo mouetur, & hoc omnes intelligunt Deum. Secunda uia eſt ex parte *Proba. 2. S.Tho.* cau-

E cauſæ efficientis, Quia cum inueniamus in
iſtis ſenſibilibus eſſe ordinem cauſarum effi-
cientium, & cum non ſit poſsibile quòd ali-
quid ſit cauſa ſui ipſius, & cum in omnibus
cauſis efficientibus ordinatis primum eſt cau
ſa medii, & medium eſt cauſa ultimi, ſiue me
dia ſint plura, ſiue unum tantum: & cùm re
mota cauſa remoueatur effectus, & cum non
poſsit, eſſet proceſſus infinitus in cauſis effi-
cientibus, quia aliàs non eſſet prima cauſa
efficiens, & tunc nec eſſet effectus ultimus,
nec cauſæ efficientes mediæ, neceſſe eſt po-
nere aliquam cauſam efficientem primam;
Proba.3. quam omnes Deum nominant. Tertia uia
S.Tho. eſt ſumpta ex poſsibili & neceſſario. Quia
inuenimus in rebus quædam quæ ſunt poſsi-
bilia eſſe, & non eſſe, cùm quædam inuenian-
tur generari & corrumpi, & cùm impoſsibi
le ſit omnia quæ ſunt talia ſemper eſſe, quia
quod poſsibile eſt non eſſe, aliquando non
eſt: ſi omnia ſunt poſsibilia non eſſe, aliquan
do nihil fuit in rebus. Sed ſi hoc eſt uerum,
etiam nunc nihil eſſet: quia quod non eſt, non
incipit eſſe niſi per aliquid quod eſt. Si igi-
tur nihil fuit ens, impoſsibile fuit quòd ali-
quid inciperet eſſe; & ſic modo nihil eſſet,
quod patet eſſe falſum. Non ergo omnia en
tia ſunt poſsibilia, ſed oportet aliquid eſſe ne
ceſſarium in rebus. Omne autem neceſſariũ
uel habet cauſam ſuæ neceſsitatis aliunde,
F uel non habet: non eſt autem poſsibile quòd
procedatur in infinitum in neceſſariis quæ
habent cauſam ſuæ neceſsitatis, ſicut nec in
cauſsis efficientibus: ergo neceſſe eſt ponere
aliquid quod ſit per ſe neceſſarium, non ha-
bens cauſam ſuæ neceſsitatis aliunde, ſed eſt
cauſa neceſsitatis aliis, quod omnes dicunt.
Proba.4. Deum. Quarta uia ſumitur ex gradibus quæ
S.Tho. in rebus inueniuntur. Inuenitur enim in re-
bus aliquid magis & minus bonum, & ue-
rum, & nobile, & ſic de aliis huiuſmodi: Sed
magis & minus dicuntur de diuerſis ſecun-
dum quod appropinquant diuerſimodè ad a-
liquid quod maximè eſt tale, ſicut magis ca-
lidum eſt quod magis appropinquat maxi-
mè calido. Eſt igitur aliquid quod eſt ueriſ-
ſimum, & optimum, & nobiliſsimum, &
Met.2. per conſequens maximè ens; quia quæ ſunt
maximè uera, ſunt maximè entia. Quod au
tem dicitur maximè tale in aliquo genere,
eſt cauſa omnium quæ ſunt illius generis;
ſicut ignis qui eſt maximè calidus, eſt cauſa
omnium calidorum. Ergo eſt aliquid quod
omnibus entibus eſt cauſæ eſſe, & bonitatis,
Prob.5. & cuiuſlibet perfectionis: & hoc dicimus
S.Tho. Deum. Quinta uia ſumitur ex gubernatio-
ne rerum. Videmus enim quod aliqua quæ
cognitione carent, ſcilicet corpora natura-
lia, operantur propter finem, quod apparet G
ex hoc, quòd ſemper aut frequentius eodem
modo operantur, ut conſequantur id quod
eſt optimum: Vnde patet quòd non à caſu,
ſed ex intentione perueniunt ad finem. Ea
autem quæ non habent cognitionem, non
tendunt in finẽ niſi directa ab aliquo cogno-
ſcẽte & intelligente, ſicut ſagitta à ſagittario:
Ergo eſt aliquid intelligẽs à quo oẽs res natu
rales ordinãtur ad finẽ, & hoc dicimus Deũ.
Hæc ſanctus Thomas in ſententia, & fermè *Vbi ſu-*
in uerbis. Iſtãq; ſententiã ipſe habet in multis *pra.*
locis ſuorum operũ, In ſcriptis ſuis, Contra *Lib.1.ſen.*
Gentiles, in ſuis opuſculis, & in quæſtioni- *Diſt. 8.*
bus De ueritate, atque in De potentia Dei. *Quaſ.1.*
Vbique ponens eaſdem quinque uias proba- *Art.1.*
tiuas eiuſdem concluſionis, quibus ipſe Do- *Contra*
ctor ſanctus & doctus, eandem probat con- *Gent.lib.*
cluſionem. Vt autem uideamus difficultatem *1.cap.3.*
quæſtionis de qua agimus, omnem oportet *Opuſc.3.*
mouere lapidem: & diſpicere quo modo hæ *cap. 3.*
uiæ quæ Doctori ſancto demonſtrabant con- *De ueri-*
cluſionem, aliis Doctoribus haud quaquam *tate.*
demonſtrabiles uiſæ ſunt. Aureolus igitur, *Quaſt.1.*
ut eſt uidere apud Capreolũ, * has uias non *Art.4.*
acceptauit tanquam demonſtrantes: ideoq; *Ad.7.*
ad omnes illas reſpondet, ſaltem uim demon *De poten*
ſtrationis ſeu demõſtrationum elidens atque *tia Dei.*
infringens, imminuens, eneruans, reddensq; *quaſ.7.*
inualidas. Quaſi enim probet, quòd iſtæ de- *Art.2.*
monſtrationes non demonſtrent, ſed à ui de- *Ad.2.*
monſtrationis aut demonſtrationum defle- *
ctant, dicit multa, quæ facillimum eſt uide- *Aureol.*
re ibi. Omnes enim has uias refert Capreo- *apud Ca-*
lus, & ſimul ponit obiectiones, ſatis demon *preolum.*
ſtrantes quòd hæ uiæ non demonſtrant. Et *Lib. 1.*
certum eſt quòd circa primã uiam quæ ſum- *diſt. 3.*
pta eſt ex Philoſopho, ſunt duæ propoſitio- *quaſ. 1.*
nes impugnatæ; altera quòd nihil mouet ſe- *7. & 8.*
ipſum primò, altera quòd primum eſt cauſa *phyſic.*
medii. Arguit nanque Scotus contra primam
in materia de grauibus & leuibus & uolunta-
te etc. & contra ſecundam opponit Caieta- *2. Meta.*
nus & ſoluit, quæ tamen ſecunda, etiam eſt *& 8.Phy.*
Philoſ. Atque ut dicit ſanctus Thomas con- *Lib.1.*
tra gentiles, hæc prima uia non ducit ad mo *Cap.22.*
torem magis immobilem, quàm ſit anima
intellectiua. Secunda uia, ut opponit Aureo
lus, ſecundum Commentatorem non ducit *Primo cœ*
niſi ad corpus æternum cœleſte, ac eius mo- *li & mun*
torem. Nec eſt euidens ut opponit Capreo- *di cõ. 22.*
lus, quamuis ſoluat, quòd non ſit proceſſus
in infinitum in cauſis efficientibus & mobili-
bus: nec quòd in cauſis eſſentialiter ordina-
tis primum eſt cauſa medii, licet prius ſit cau
ſa poſterioris. Ad tertiam uiam reſpondet Au
reolus, quòd Philoſophi negarent, neceſſaria
habere cauſam eorum neceſsitatis efficien-

tem,

A tem, quamuis concederent ea habere cau-
ſam finalem & extra rem: ſicut dixit Demo-
1. Phyſi. critus, Ariſtotele referente ac impugnante,
Parti. 15 quòd nullius neceſſarii oportet quærere cau-
ſam. Sicut etiam refert Commentator in De
Cap. 2. ſubſtantia Orbis, quoſdam putaſſe de mente
Ariſtotelis, primum ens cauſam eſſe finalem
omnium, & mouentem, ut finis, & deſide-
ratum, non autem agentem totum. Ad quar
tam obiicit Aureolus quod non eſt multum
efficax, Quandoquidē albedo eſt menſura co-
lorum & maximum in illo genere, & colores
ſunt magis & minus nobiles per acceſſum ad
albedinem, nec tamē eos effectiuè producit:
unde non eſt uniuerſaliter uerum, menſurā
eſſe cauſam effectiuam menſuratorum. Ad
quintam dicit Aureolus, quòd non demon-
ſtrat. Diceretur enim quòd omnia dirigun-
tur in finem & inclinantur ex formis ſuis &
propriis naturis, nec indigent aliquo extrin-
ſeco imprimēte iſtam inclinationem: & ideo
non probaretur ex hoc, uel per hoc, aliquis
extrinſecus intellectus, omnia producens. Et
ſi dicatur quòd tunc ordo uniuerſi erit à caſu;
dicendū quòd nō: immo erit per ſe, cum oria
tur ex quidditatibus rerū. Hæc ille. Qui ad ter
tiam uiam dicit quòd eſt inefficax, nec cōclu
dit: nam ſecundum eū Philoſophi concederēt
quodlibet neceſſe eſſe, fore alterius ſpeciei: &
B ita non poſſe multiplicari, & per conſequens
quodlibet eſſe quandam ſingularitatem, & ni
hilominus eſſent plura. Dicit autem hoc Au
reolus ad quintā rationem quam format Ca-
preolus: quæ eſt tertia in ordine hic ſupra po
Vbi ſu- ſito ex S. Thoma ī partibus. Vidit hæc omnia
pra. Capreolus, uias S. Thomæ, atq; obiectiones
Aureoli, quas ſoluit: poſt quæ omnia poſita,
concludit, quòd his quinque uiis probat San
ctus Thomas unum Deum eſſe locis prædi-
ctis, licet multas alias in uariis locis ad hoc
idem ponat, quas tranſit, quia eas non impu
Caietan. gnat Aureolus. Verùm Caietanus uidens dif
in partib. ficultates omnes quæ ſunt in materia, dicit
Quæſ. 2. aduertendum eſſe diligenter, quòd prædictæ
Art. 3. rationes ſancti Thomæ poſſunt afferri ad
duo, Primò ad concludendum illud ens in cor
poreum, immateriale, æternum, ſummum,
immutabile, primum, perfectiſsimum etc.
quod & quale Deum tenemus eſſe: & ſic hæ
rationes habent plurimum diſputationis, eo
quòd prima uia non ducit ad motorem ma-
gis immobilem quàm ſit anima intellectiua.
Secunda autem, ut dicit Auer. non ducit niſi
ad corpus cœleſte, & eius motorem. Reli-
quarum quoque nulla magis ſurſum ducere
uidetur: & ad hoc intentum non afferuntur
hoc loco hæ rationes, ut modo patebit. A-
lio modo afferri poſſunt ad concludendum
quædam prædicata inueniri in rerum natura, C
quæ ſecundum ueritatem ſunt propria Dei,
non curando quo modo uel qualiter ſint etc.
Et ad hoc intentum hic afferuntur, & ſunt,
ut ait, nihil ferè difficultatis habentes ſecun-
dum Philoſophiam. Explicat autem hoc ſic,
quòd primæ uiæ ex parte motus ſat eſt, quòd
inferatur, ergo datur primum mouens im-
mobile: non curando, utrùm illud ſit anima
cœli aut mundi. Secundæ quoque uiæ ex par
te efficientis ſat eſt quòd ducat ad primum ef
ficiens, non curando an illud ſit corpus uel in
corporeum. Tertiæ uerò uiæ ex parte neceſſa
rii ſat eſt quòd ducat ad primum neceſſariū
non ex alio, non curando an ſit unum uel plu
ra. Quartæ quoque uiæ ex gradibus rerum ſat
eſt ducere ad maximè ens, uerum, bonum,
nobile, à quo ſunt omnium participationes.
Et ſimiliter quintæ uiæ ex gubernatione ſat
eſt ducere ad primum gubernantem per in-
tellectum, quicunque ſit ille. Ita concludit
Caietanus quòd intelligendo hæc prædicata,
ſcilicet mouens immobile, primum effi-
ciens, neceſſarium non ex alio, maximè ens,
& primum gubernans: ſunt ſecundum ueri-
tatem propria Deo; & ideo concludendo hæc
inueniri in rerum natura, cōcluditur directè
quaſi per accidēs, quòd Deus eſt: Id eſt, Deus
non ut Deus, ſed ut habens talem conditio- D
nem, eſt: & conſequenter ipſum ſubſtractū,
ſcilicet Deus ut Deus, eſt. Hæc ille. Quòd
autē dicit Caietanns has rationes ſancti Tho
mæ habere plurimum diſputationis, ſi addu
cantur ad concludendum illud ens incorpo-
reum, immateriale, æternum, ſummum,
immutabile, primum, perfectiſsimum etc.
quod & quale, Deum tenemus eſſe, eſt qui-
dem tum ueriſsimum, tum notiſsimum.
Quod uerò ait has rationes ſancti Thomæ ni-
hil ferè difficultatis habere, ſi afferantur ad
concludendum iſta talia prædicata, ſtatim di-
cta, id eſt, mouens immobile, primum effi-
ciens, neceſſarium non ex alio, maximè ens,
& primum gubernans eſſe in rerum natura,
non ſic ſe habet: quinimmo & hoc ipſum ha-
bet plurimum diſputationis, ut conſtat ex
iam dictis, & conſtabit ex dicendis. Maximè
nihil ſatisfacit hæc determinatio Caietani,
quia hic non agimus de exiſtentia horum præ
dicatorum, nec de ueritate, aut probabilita
te eorum; ſed de illorum, uel ſuorum enun-
tiabilium, ſeu complexè ſignificatorum, eui
dentia, quæ, quanta, aut qualis requiritur
& ſufficit ad demonſtrationem. An uidelicet
res ipſorum prædicatorum euidenter pro-
bentur eſſe, an non? An demonſtrentur, uel
non? An probationes adductæ ad proban-
dum hæc prædicata ſint demonſtrationes? an

E ſolùm rationes probabiles, magis probabiles quàm illæ quæ ad oppoſitum afferri aut formari ualent? Quamobrem igitur, non ſatisfacit Caietanus. Scotus etiam fatetur uel quantum apparet ex litera & uerbis ſuis, uidetur fateri, quòd quantum ad nos demonſtrabile eſt, Deum eſſe, demouſtratione quia.

Scotus. lib. 1. ſent. Diſt. 2. Quæſt. 1.

Procedit autem oſtendendo ſeu probando tria per ordinem, Primum, quòd aliquid eſt in effectu inter entia, quod eſt ſimpliciter primum ſecundum efficientiam & effectiuum primum ſimpliciter, ita quòd non ſit effectibile nec effectiuum uirtute alterius à ſe. Secundum, quòd aliquid eſt ſimpliciter primũ ſecundum rationem finis. Tertium, quòd aliquid eſt ſimpliciter primum ſecundum eminentiam. Deinde oſtendit qnòd illud quod eſt primum ſecũdum unam rationem primitatis, idem eſt primum ſecũdum alias primitates, Tandemq; oſtendit quòd hæc triplex primitas uni ſoli naturæ conuenit, ita quòd non pluribus naturis differentibus ſpecie uel quidditatiuè. Probando autem aſſertionem ſuam primam de effectiuo primo ſimpliciter, firmat argumentum ex eo quòd ut conſtat, aliquod eſt cauſabile, & non à nullo, quia quod nihil eſt, nullius eſt cauſa: nec à ſe, quia nulla res eſt quæ ſeipſam faciat, ant gignat. Ergo ab alio effectiuo. Cùm uerò non procedatur in infinitum in effectiuis per ſe et eſſentialiter ordinatis, nec

August. De Trin. lib. 1. cap. 1.

F ſit poſsibilis infinitas in aſcendendo, nec detur circulus in cauſsis: neceſſariò deueniendum eſt ad primum effectiuum ſimpliciter. Probatq; quinque rationibus, quòd infinitas eſſentialiter ordinatorum eſt impoſsibilis: probat de primo effectiuo, quòd ſimpliciter primum effectiuum eſt incauſabile: & probat de eodem primo effectiuo, quòd eſt in actu exiſtens, & aliqua natura exiſtens actu, ſic eſt effectiua. Ad omniaq; iſta multas adducit rationes ſatis bonas: ad primitatem efficientiæ, ad primitatem finis, & ad primitatem eminentiæ. Nititur ergo Scotus demonſtrare aliquod eſſe primum in genere cauſæ efficientis, demonſtratione ad impoſsibile: qnia aliàs procederetur in infinitum, & eſſet infinitas rerum actu exiſtentiũ ſeparatarum: quod eſſe impoſsibile, ab Ariſtotele demonſtratur. Verùm hanc demonſtrationem Philoſophi, Petrus de Aliaco effert ſuper omnes alias Philoſophi demonſtrationes: ſed tamen dicit eam non eſſe demonſtrationem, ſed bonam probabilem rationem. Sic enim ex Petro de Aliaco refert Gabriel Biel in ſuis libris ſententiarum; ubi etiam dicit tenuiſſe Okam cum Scoto quòd Deum eſſe eſt demonſtrabile, per hoc quòd

Phyſic. Lib. 3.

Petrus de Aliaco ad oppoſitum.

Lib. 1. Diſt. 2. quæſ. 10. Art. 1.

G poteſt demonſtrari quòd eſt aliquod primũ in genere cauſæ efficientis, demonſtratione ad impoſsibile, aliàs enim procederetur in infinitum, & eſſet infinitas rerum actu exiſtentium ſeparatarum. Licet ſecundum Okam illa demonſtratio euidentius fieri poſſet per rerum conſeruationem, quàm per rerum productionem: ut ipſe quoque Gabriel refert in eodem loco. Eſt igitur manifeſtum quantum diſcrepent inter ſe Doctores catholici in illis rationibus quæ probant Deum eſſe, ens primum, ſummum in nobilitate & perfectione, incauſatũ effectiuè & finaliter, primum efficiens, ultimum finem, &c. quia quidam indicant eas eſſe rationes demonſtratiuas, alii autem non, ſed rationes probabiles, ualde bonas, magisq; probabiles quàm ſint rationes oppoſitæ, quæ adducerentur ad probandum oppoſitum. Videantur obiectiones & dicta Aureoli & Petri de Aliaco. Cum quibus uidetur ſentire Andreas Nouocaſtrenſis, qui in ſuis ſententiis non quæſiuit, Vtrùm poſsit demonſtrari? ſed, Vtrùm à nobis uiatoribus poſsit ratione naturali ſufficienter probari, Deum eſſe? Is enim auctor poſt ſic motam quæſtionem & declaratam eo modo quo loquimur; ſic diſtinguit, Notandum quòd per rationem ſeu probationem ſufficientem in lumine naturali, intelligo non ſolùm demonſtrationem euidentem cui non poteſt probabiliter loquendo contradici, ſed etiam oſtenſionem magis apparentem & magis probabilem, & rationabilem in lumine naturali, quàm ſit oſtenſio uel defenſio oppoſiti. Hæc ille. Quæ uidetur dixiſſe, quaſi ſciens non eſſe illud demonſtrabile, ſed bene quidem magis probabile quã eius oppoſitum, Apparet hoc magis ex ſequentibns, in quibus primùm proponit ſe in duobus articulis dicturum de quæſtione, Primus eſt, An ſufficienter ratione naturali poſſit probari aliquod ens eſſe eminentiſsimum & perfectiſsimum & nobiliſsimum? Secundus, An incauſatum effectiuè & finaliter? Deinde diſtinguit quoad primum, quod aliquod ens eſſe eminentiſsimum ſecundũ perfectionem & nobilitatem, poteſt intelligi tripliciter, Primò, quo nihil eſt nobilius & perfectius. Secundò, quòd eſt nobilius omni alio. Tertiò eſſe nniuerſaliter & totaliter perfectum per carentiam & negationem cuiuſcunque imperfectionis & ignobilitatis, & per continentiam & habitudinem ſeu affirmationem cuiuſcunque perfectionis compoſsibilis enti, non includentis nec inferentis imperfectionem & ignobilitatem, Neque ex his ſolùm, ſed etiam ex quatuor concluſionibus conſtat eius mens, eiusq; ſenſus & doctrina, quas

Propria ſententia Gabrielis ponitur in fine huius capitis.

Andreas Nouocaſtrenſis Lib. 1. diſt. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Quæſ. 4.

H

A quas ponit in hac forma. Prima concluſio, Ratione naturali poteſt ſufficienter probare, aliquod ens eſſe eminentiſsimum ſecundum perfectionem & nobilitatem, primo modo: ſcilicet per negationem eminentioris. Secunda concluſio, In lumine naturali tanquam probabilius ponendum eſt aliquod ens eſſe perfectiſsimum ſecundo modo, ideſt, eſſe omni alio perfectius. Tertia concluſio, Ratione naturali tanquam probabilius poteſt probari aliquod ẽs eſſe totaliter & uniuerſaliter perfectum, per carentiam & negationem cuiuſcunque imperfectionis, & per continentiam & habitudinem cuiuſcunque perfectionis non includentis nec inferentis imperfectionem & ignobilitatem. Quarta concluſio, Non omnis conditio nobilitatis & perfectionis ſimpliciter, quæ ueraciter requiritur ad eſſe ens perfectiſsimum, & quæ ueraciter infertur ex eſſe perfectiſsimo, poteſt naturali ratione ſufficienter probari de ente particulariter. Hæc ille. Primam concluſionẽ ſic probat, Per rationem Anſelmi, *Monolo. cap. 4.* Aliqua natura eſt quædam alia eſſentialiter eminentior; ut natura humana eſt nobilior quàm natura aſini, & natura aſini præſtãtior eſt quàm natura ligni; aut igitur illa natura non habet aliam eſſentialiter ſuperiorem & eminentiorem, & habetur propoſitum; aut habet, & de illa quæritur, An habeat aliam eſſentialiter

B ſuperiorem ſecundum gradum nobilitatis? & ita uel erit ſtatus ad aliquam ſic eminentiſsimam, aut erit proceſſus in infinitũ: ut omni natura ſit alia nobilior eſſentialiter. Hoc autem nemo non putat abſurdum, niſi qui nimis eſt abſurdus, ut ait ibidem Anſelmus. Secundam concluſionem ſic probat, Aliquod ens eſt ſic perfectiſsimum, quo non eſt ſimpliciter perfectius, aut igitur eſt dare aliquod ens æque perfectum ſimpliciter, aut non: ſi ſecundum, propoſitum: ſi primum, ergo in uniuerſo ſunt duæ naturæ & eſſentiæ æque primæ ſecundum eminentiam & perfectionẽ, quod eſt inconueniens & ſuperfluũ, ut probabitur in quæſtione ſequenti. Et quia *Ariſtot. 12. Meta.* ſecundum Ariſtotelem, ponere plura talia prima, eſt contra ordinem & bonum & connexionem uniuerſi, entia autem non uolunt male diſponi, non bonum autem pluralitas principatuum, Vnus ergo princeps. Tertiã probat ſic, ex duabus concluſionibus præcedentibus, Primò illud, non eſſet perfectiſſimus angelus, cui adeſſet aliqua imperfectio & ignobilitas poſsibilis non cõuenire naturæ angelicæ, & cui deeſſet aliqua perfectio compoſsibilis naturæ angelicæ, non includens nec inferens imperfectionem ſecundũ naturam angelicam: igitur proportionabiliter, illud non eſt ens perfectiſsimum cui adeſt C aliqua imperfectio poſsibilis alicui enti non conuenire, & cui deeſt aliqua perfectio compoſsibilis enti, nec inferens imperfectionem ſecundum identitatem. Alias multas probationes adducit ad hanc tertiam concluſionẽ ſuam, quas omnes omittimus, breuitatis cauſa. Quartam concluſionem probat ſic, Quia intelligere diſtinctè & intuitiuè omnia præterita, præſentia, & futura, uelle etiam liberè & contingenter extra ſe, & poſſe immediatè totaliter cauſare quodcunque cauſabile, & eſſe infinitum & immenſum & omnipotentem & creatiuum, & multa huiuſmodi, ſunt conditiones perfectionis ſimpliciter, ut habet concedere catholicus: & tamen non habet catholicus concedere, iſta poſſe ſufficienter probari de Deo in lumine rationum naturalium. Hæc ille. Ecce Doctor hic, ualde eruditus, agit atque determinat de huiuſmodi, re non tanquam de his quæ demonſtrantur, ſed tanquã de his quæ ſufficienter & probabilius probãtur, magis quàm oppoſita horũ probari poſsint; exiſtimans, ut ſatis declarat, non poſſe adhæc adduci aliquam demõſtrationem euidentem, cui non poſsit probabiliter loquendo contradici, ſed oſtenſionem ſeu rationem magis apparẽtem & magis probabilem & rationabilem in lumine naturali, quàm ſit oſtenſio uel defenſio oppoſiti. Cæte D rùm igitur ſi aduertimus, iam multi ſunt Doctores qui exiſtimant has non eſſe demonſtrationes, ſed ſolùm probabiles rationes, bonas ualde, & quæ magis probant, magiſq; concludunt, quàm aliæ quæ ad oppoſitum formarentur, aut formari poſsint. *Concluſio omnium præcedentium.* Quid ergo? Cùm rationes probabiles ex natura ſua nõ ualeant generare, cauſare aut producere aſſenſum alium niſi opinatiuum, formidoloſum, cum formidine & hæſitatione, ſeu opinionem talem, ut conſtat omnibus ſapientibus: ſequitur, quòd quiſquis olim in lumine naturali fortiter & ſine ulla formidine aut hæſitatione iudicauit in mente ſua Deum talem eſſe, fidem quandam de hoc habuit, pietatem quandam & piam affectionem, non euidentiam, aut demonſtrationem. Scit hoc, qui nouit materiã, & habet ſcientiam, ſeu notitiam notitiarum, incomplexarum, complexarum, rerum, propoſitionum, iudiciorum, aſſenſuum: qui aſſenſus omnes diuiduntur in euidentiam, opinionem, fidem, errorem, & ſinguli habent ſuas definitiones. Confirmatur hoc uel confirmari poteſt, ex eo quòd Ariſtoteles agens de cura Dei erga homines, quod uidetur pertinere ad quintam uiam ſancti Thomæ, quæ eſt ex gubernatione rerum, non reputat eam eſſe hominibus euidenter cognitã ſeu demonſtratam,

E. ſtratam, ſed exiſtimatam atque creditam. Verba eius hæc ſunt, ſecundum tranſlationem Leonardi Aretini, Nam ſi Dii curam aliquam habent humanarum rerum, ut exiſtimatur & creditur, rationabile eſt, eos gaudere optimo & cognatiſsimo. Hæc ille. Ecce Ariſtoteles ipſe qui in lege naturali & ſecũdum rationem naturalem, maximè laborauit, ut oſtenderet ſubſtantias ſeparatas & perfectiones earum, maximè negauit infinitatem rerum actu exiſtentium & proceſſum infinitum in cauſis eſſentialiter ordinatis, ipſe idem auctor putauit, Deum habere curam humanarum rerum non eſſe per ſe notum, nec euidenter demonſtratum, ſed exiſtimatum & creditum. Sed de hoc inferius. Hic enim ad hoc ſolùm hanc ſententiam poſuimus, ut conſtaret quintam uiam ſancti Thomæ non demonſtrare euidenter, ſed ualde probare ſuo modo. Vigebat ergo fides quædam olim in illis hominibus qui ita firmiter, certè, ac ſine formidine aut hæſitatione iudicabant Deum eſſe: & illa fuit eorum menſura fidei, pro illo tempore. Vt pote quod fortiter, firmiter, certè, atq; ſine formidine iudicabant Deũ eſſe, non per euidentes demonſtrationes, ſed per ualde probabiles rationes: & quæ magis probabant hoc, quam

Ariſtot. Ethic. 10.

F oppoſitæ probarent oppoſitum. Quomodo ergo dicit Damaſcenus, Cognitio exiſtendi Deum, omnibus naturaliter inſerta eſt? Dicit Scotus, Poteſt exponi de potentia cognitiua naturaliter nobis data, per quam ſtatim ex creaturis poſſumus cognoſcere Deum eſſe, ſaltem in rationibus generalibus: & ibi ſubdit, qualiter cognoſcatur ex creaturis. Vel de cognitione Dei ſub rationibus communibus conuenientibus ſibi & creaturis, quæ cognita perfectius & eminẽtius ſunt in Deo, quàm in aliis. Quod autem non loquatur de cognitione actuali & diſtincta Dei, patet per hoc quod dicit ibi. Nemo nouit eum niſi quantũ ipſe reuelauit. Hæc ille. Poteſt dici etiã quòd hoc dixerit, uidens apud omnes nationes hominum aliquam eſſe religionem, & apud omnes eſſe aliquam Deitatem, ſeu aliquid coli pro Deo, licet differenter: ex qua communitate exiſtimauit Tullius, naturale eſſe hominibus noſcere Deum eſſe, iudicans tali modo communia apud omnes, eſſe quidem naturalia. Quam rationem Tullii, quidam ex noſtris acceperunt. Verùm, ut apparet, neſciebat Tullius multos eſſe homines, multaſque nationes hominum, nullam habentes religionem, nec aliquid colentes pro Deo, ſicut nũc conſtat de illis quos Briſilienſes appellamus, habitantes nouam Orbis partem, quam Americam uocant. Nec cõſtat unde primo habuit originem illa communis cognitio Dei in anti-

Damaſc. Lib. 1. cap. 1. & 3.

Lib. 1. diſt. 2. Quæſ. 2. reſpondẽdo ad argumenta principalia.

Briſilienſes populi noua orbis regionis.

qua parte Orbis, nota Tullio: de qua tamen ſcimus, qualis erat, quàm diminuta, & quàm uaria apud multos, ne dicam apud omnes, propter Iudæos qui ueram ueri Dei cognitionem habebant, & uerum eius cultum, ſicut legimus, Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius. & propter paucos gentilium, qui etiam ex diuina reuelatione, dono, uel adiutorio, uerum Deum cognouerunt. Satis bene indicauit Auicenna modum quo homines naturaliter in cognitionem Deũ uenire poſſunt, dicens in ſua Metaph. Deum eſſe non eſt per ſe notum, nec deſperatum cognoſci. Nota uerbum, Nec deſperatum cognoſci. Cum enim dixiſſet, Deum eſſe nõ eſt per ſe notum. non adiecit ſtatim, Eſt tamen demonſtratum uel demonſtrabile. Adiecit autem, Nec deſperatum cognoſci. Quia uidelicet & ſi non ſit per ſe notum, nec euidenter demonſtratum uel euidenter demonſtrabile nobis uiatoribus in hoc ſtatu, demonſtratione euidenti ex omni parte, id eſt, ex præmiſſis & conſequentia ſeu illatione, cui non poteſt probabiliter loquendo contradici: eſt nihilominus hoc probabile per oſtenſionẽ magis apparentem, & magis probabilem & rationabilem in lumine naturali, quàm ſit oſtenſio uel defenſio oppoſiti. G

Auicen. 1. Meta. uide eum. 8. Meta.

Quicquid autem ſit de hoc, ſiue Deum eſſe ſit demonſtrabile, ut quidam dicunt: ſiue autem non demonſtrabile, ſed bene quidem magis ac ſufficienter & ſufficientius probabile, ut alii aiunt: adhuc non terminatur hic præſens noſtra quæſtio, de qua modo latè agimus. Non diſputamus de cognitione & dilectione Dei, ſimpliciter: ſed de cognitione & dilectione unius ueri Dei, de cultu eius, atque obedientia & obſequio. Satis autem conſtat inter omnes ſapientes, facilius eſſe hominibus in lumine naturali uenire in cognitionem Dei, quantum ad eius exiſtentiam, quàm uenire in cognitionem Dei quantum ad eius unitatem, ueritatem, ſpiritalitatem, efficientiam, prouidentiam, & ſimilia. Quandoquidem multi aliquam Deitatem eſſe utique cognouerunt, qui Deitatis unitatem ignorantes, non unum ſolum Deũ, ſed plures Deos eſſe putauerunt, pluresque Deos coluerunt: errantes grauiſsimè in eo quòd unitatem ueri Dei ignorabant, & pluralitatem Deorum eſſe putabant. Vnde igitur placet inquirere ac determinare, quomodo Deus ſit hominibus in ſolo lumine naturali cognoſcibilis quantum ad eius unitatem, ſpiritalitatem, efficientiam, prouidentiam: ut appareat manifeſtè, quòd qui talem Dei cognitionem habuerunt firmam & abſque formidine ſine hæſitatione, in eo eos Deus ſpecialiter iuuit, & in eo fidem quandam habuerunt. H

A runt. Vt in illis ipſa talis cognitio Dei, quæ-
dam fides ſeu quædam menſura fidei dicatur
fuiſſe. De his autem, in capite ſequenti. Et
quantum pertinet ad præſentem inquiſitio-
nem, quæſtionem'ue huius capitis, exiſtima
mus iam ſatis ſufficienterq; eſſe dictum, id
eſt, de cognitione Dei quoad eius exiſten-
tiam, determinando quæſtionem, An eſt?
ac oſtendendo modum quo nobis homini-
bus in lumine naturali cognitum eſt aut co-
gnoſcibile, Deum eſſe: quia uidelicet non
per ſe, ex ſolis terminis cognitis ſeu ex noti-
tiis terminorum: nec per aliquam demon-
ſtrationem euidentem, ex euidentibus eui-
denter concludentem: Sed quidem utique
per rationem, argumentationem, ſeu oſten-
ſionem magis probabilem quàm & quæ for-
mari poſſet ad oppoſitum, & denique ſuffi-
cientem, quantum ſatis eſt ſecundum ſubie-
ctam materiam. Etenim neque omnis mate
ria nec omnis ſcientia habet eandem certitu-
dinem, quia neque omnis materia neque om
nis ſcientia habet certitudinem Mathemati-
cam: neque in omni materia neque in omni
ſcientia poteſt haberi eadem certitudo, de-
monſtratio, uel oſtenſio, ſeu probatio, ut
Ariſtot. optimè ac probè notauit Ariſtoteles in ſuis
Ethic. 1. Ethicis. Quin alia eſt, requiritur, & ſufficit
B in Mathematicis: alia autem in moralibus ac
Hugulin. Metaphyſicis. Quidam Doctor, Hugulinus
Marſil. nomine, ut refert Marſilius, notauit quòd
Lib. 1. nunquam Ariſtoteles uel alius in puro lumi-
queſt. 5. ne naturali habuit uerũ conceptum de Deo.
Art. 1. Suppoſuit enim Hugulinus, quòd Ariſtote-
les & lumen naturale ſupponit Deum eſſe fi-
niti uigoris, & quòd iſte conceptus include-
batur in omni conceptu quem Ariſtoteles ha
buit de Deo, qui conceptus cum eſſet falſus,
uidebatur falſificare omnem alium. Quaſi ſic
formaſſet argumentum, Omnis conceptus
includens aliquem conceptum impoſsibilem
conuenire rei, eſt falſus de re: ſed omnis con
ceptus quem habuit Ariſtoteles de Deo, in-
cludit conceptum Deo non potentem conue
nire, igitur omnis conceptus quem habuit
Ariſtoteles de Deo, fuit falſus. Conſequen-
tia eſt nota, & maior ſimiliter, loquendo de
conceptibus poſitiuis, quia ſi quis diceret aut
conciperet talem conceptum, animal ratio-
nale potens rudere, nunquam ille conceptus
conueniret homini, immo ſemper eſſet fal-
ſus de homine: Minor autem declaratur ex
dictis, quia quẽcunque conceptum Ariſtote
les habuit de Deo, ille incluſit finitatem uigo
ris: cum ipſe Deum talem credidit: modo il-
la finitas, Deo nequit conuenire. Ex iſtis di-
ceret aut dixit ille magiſter, quòd non poſſet
in lumine naturali demonſtrari Deum eſſe,
immo nec probari quòd ſit. Contra hanc opi C
nionem Hugulini diſputat Marſilius, conclu *Ubi ſu-*
ditq;, quòd in puro lumine naturali poſſunt *pra.*
haberi multi conceptus ueri de Deo; & illi *Concl. 1.*
proprii. Probat, Primò de negatiuis, quia
eſt independens, non mobilis, immutabilis.
Secundò de complexis, quia eſt ens primum,
ens optimum, dans omnibus aliis eſſe, aut
eſſe & uiuere, primus motor, omnium finis.
Tertiò de incomplexis ſuperlatiuis nomini-
bus, quia eſt perfectiſsimum, primum, ſum
mum, delectabiliſsimum, ſimpliciſsimum,
& de aliis ſimilibus quæ Philoſophus in lumi
ne naturali in diuerſis partibus Philoſophiæ
& Metaphyſicorum probat de Deo. Pro quo
etiam contra eundẽ Hugulinum adducit Mar
ſilius illud Apoſtoli, Inuiſibilia Dei à creatu- *Rom. 1.*
ra mundi per ea quæ facta ſunt intellecta con-
ſpiciuntur, ſempiterna quoque uirtus eius
& Diuinitas. Vbi Gloſſa ait, quòd in lumine
naturali potuerant Philoſophi peruenire ad
attributa trium perſonarum: ſcilicet ad co-
gnoſcendum in Deo eſſe potentiam, etiam
primam ſapientiam, & bonitatem indepen-
dentem. Et conſtat, quòd multi ex illis Deũ
cognouerunt, dicente Apoſtolo, Qui cum *Rom. 1.*
Deum cognouiſſent. etc. Vt autem deter-
minet modum quo illi Philoſophi in lumine
naturali, Deum eſſe cognouerunt aut co- D
gnoſcere potuerunt, Dicit Marſilius, Secun *Diſtictio*
dò eſt notandum, aliquid in lumine naturali *Marſily.*
probari poſſe, intelligitur dupliciter, Vno
modo certitudine Mathematica, & certum
eſt quòd ita nõ poteſt probari in hoc lumine
Deum eſſe: nec forte aliqua concluſio Meta-
phyſicæ: ſcriptum eſt enim in Achibologia
machanica, Non in communibus expedien- *2. Meta.*
da eſt. Secundo modo quòd probetur ſuffi-
cienter ex principiis ſcientiæ, iuxta modum
illi ſcientiæ correſpondentẽ, & fortius quàm
ſuum oppoſitum poſsit probari. Secundum *Ubi ſu-*
hanc diſtinctionem ponit determinationem *pra.*
ſequentem, Mathematica demonſtratione *Concl. 2.*
non poteſt in lumine naturali probari Deum
eſſe, nec etiam quòd tantum unus ſit Deus.
Secundo modo probationis poteſt probari *Ubi ſu-*
Deum eſſe. Hæc ille. Ecce igitur ſecundum *pra.*
Marſilium, Deum eſſe non poteſt probari *Concl. 3.*
mathematica demonſtratione, nec mathe-
matica certitudine: poteſt autem probari o-
ſtenſione quadam magis probabili quàm op-
poſitum, & ſufficiente, ac ſufficienter, ſecun
dum ſubiectam materiam. Mathematica au
tem demonſtratio, pariter & Mathematica
certitudo, eſt profectò euidens, eſtq; clara;
Quamobrem, de huiuſmodi re in lumine na
turali non poſſunt homines habere euiden-
tem aut claram certitudinem, non claritatẽ,

E non euidentiam. Quid ergo in eo lumine habere poſſunt? Vtique ratione ipſarum probationum, ſolam opinionem, licet tamen ualde intenſam, ſed formidoloſam. Vnde qui in eo lumine firmam cognitionem habuerũt de Deo quoad iſta prædicata, aliquod ſpeciale habuerunt à Deo; uidelicet, lumen, uel ſaltem adiutorium. De his magis in ſequentib.

Gabriel. Lib. 2. Diſt. 1. Quæſt. 2. GABRIEL quæſiuit alibi, Vtrùm Deus ſit prima & immediata cauſa omnium effectuum? Reſpondendo autem, talem ponit cõcluſionem, cum aliis quas explicat: Deus eſt prima cauſa efficiens omnium effectuum immediata immediatione cauſæ. *Ibidem. Art. 2. Concl. 1.* Probat hanc concluſionem iuxta fidem noſtram Chriſtianam ueriſsimam: Sed quantum ad propoſitum noſtrum præſens, inquit expreſsè, Ratione naturali hæc concluſio probari non poteſt, Tum, quia non poteſt ſufficienter probari, quin aliæ cauſæ ſcilicet corpora cœleſtia, ſunt ſufficientes cauſæ reſpectu multorum effectuum; & ita fruſtra ponitur Deus cauſa immediata illorum: Tum, quia ſi poſſet probari naturaliter, quòd Deus ſit cauſa efficiens omnium, & non poſſet probari quòd neceſſariò eſſet cauſa partialis uel inſufficiẽs, poſſet probari qnòd eſſet cauſa omnium ſufficiens: & ita, fruſtra ponerentur cauſæ ſecundæ efficientes. Immo non poteſt proba- F ri naturali ratione, quòd Deus ſit cauſa efficiens alicuius effectus: quia non poteſt probari ſufficienter, quòd ſint aliqua effectibilia, præter generabilia & corruptibilia, quorum cauſæ ſufficientes, ſunt cauſæ naturales inferiores cum corporibus cœleſtibus. Saltem oppoſitum probari non poteſt, ergo & cætera. Conſequentia nota, Maior probatur, quia non poteſt ſufficienter probari, quòd ſubſtantia ſeparata, aut aliquod corpus cœleſte, cauſetur à quocunque efficiente. Minor probatur ſimiliter, quia oppoſitum non experimur, nec ex principiis per ſe notis illud oppoſitum deduci poteſt. Ex quo infertur, quòd non poteſt probari euidenter, quòd Deus ſit cauſa alicuius effectus mediata: quia omnis cauſa mediata alicuius effectus, eſt cauſa immediata cauſæ illius effectus: quia cauſa cauſæ. Sed ſecundum demonſtrari non poteſt, igitur nec id ex quo immediatè ſequitur, quia conſequens demonſtrari non poteſt, niſi antecedens dubitabile euidenter oſtendatur. Et per hoc patet, quòd euidẽter demõſtrari non poteſt, quòd Deus ſit cauſa efficiens reſpectu cuiuſcunque effectus, nec totalis, nec partialis. Hæc ille. *Lib. præſenti. Cap. 32.* Fatetur tamen quòd poteſt ea concluſio rationabiliter perſuaderi. & ponit perſuaſiones Ockam, quæ infra ponuntur, ſuo loco.

Continuo ductu agitur de modo quo poſſunt homines in ſolo lumine naturali abſque ſpeciali reuelatione cognoſcere uerum Deum quantum ad eius unitatem, ſpiritalitatem, prouidentiam, efficientiam? An uidelicet per euidentem demonſtrationem? An per ſolam probabilem rationem ſufficientem? An per ſolam fidem? Agitur etiam ſpecialiter de modo quo lumen naturale oſtendit hæc prædicata de Deo, & declarantur tria lumina quæ hæc de Deo prædicata oſtendunt. CAP. XVII. G

QVICQVID ergo ſit de cognitione Dei quantum ad eius exiſtentiam, ſeu quantum ad eius eſſe, ſiue Deum eſſe ſit demonſtrabile nobis hominibus uiatoribus, in ſolo lumine naturali abſque ſpeciali reuelatione, ſiue ſit tantum bonis & ſufficientibus rationibus probabilibus magis probabile, ſeu ſola fide credibile, de qua re iam ſatis diximus: certum eſt non nulla eſſe prædicabilia, diuinas perfectiones quaſdam ſignificantia, quæ non poſſunt ita ſufficienter probari de Deo in lumine naturali, ſicut in lumine naturali probatur Deum eſſe. Talia prædicata ſunt, Deus trinus in perſonis & unus in eſſentia, intelligens diſtinctè & intuitiuè omnia præſentia, præterita & futura, uolens etiam liberè & contingenter extra ſe, po- H tens immediatè totaliter cauſare quodcunque cauſabile, infinitum uirtute intenſiuè, & immenſum & omnipotens & creatiuum, multaq; huiuſmodi alia: non.n. poſſunt hæc prædicata ita demonſtrari aut ita ſufficienter probari de Deo, in lumine naturali, ſicut demonſtratur aut ſufficienter probatur de Deo in lumine naturali, quòd eſt. Vnde igitur quia hoc palàm habetur apud omnes, de huiuſmodi prædicatis modo non agimus; agimus autem de illis prædicatis diuinis nunc, de quibns apud doctores eſt controuerſia, uel quorum determinatio magis eſt ad propoſitum: hæc ſunt, Vnus, ſpiritalis, habens prouidẽtiam humananarum rerum, cauſa efficiens prima etc. *De cognitione Dei, quantum ad eius unitatem.* Quantum igitur ad primum, nunc nobis uidendum eſt, An Deum eſſe unum, & non eſſe plures Deos, ſit demonſtrabile in lumine naturali? An non, ſed magis ſufficienter probabile? Vel ſit ſola fide credibile? *Guiel. Var. lib. 1. Diſt. 2. quæſ. 1.* Ad hoc dixit olim Guiel. Var. quòd hæc propoſitio, uidelicet, Tantum unus Deus eſt. non eſt demonſtrabilis, ſed tantum accepta per fidem. *Scotus. Lib. 1. Diſt. 2. quæſ. 3.* Verùm Scotus poſt quàm poſitionẽ retulit, quaſi ſentiat oppoſitum, putauit iſtam ueritatem poſſe ratione naturali oſtendi; id autem ſeptem uiis, Prima ex infinito intellectu. Secunda ex infinita uoluntate. Tertia ex infinita

A infinita bonitate. Quarta ex ratione infinitæ potentiæ. Quinta ex ratione infiniti abſolutè. Sexta ex ratione neceſſe eſſe. Septima ex ratione omnipotentiæ. *Capreol. Vbi ſupra. Cap. præcedenti.* Capreolus, ut conſtat ex dictis, exiſtimauit, iudicauitq; hanc propoſitionem demonſtrari per illas rationes ſancti Thomæ ſupra poſitas. *Gabriel. lib. 1. ſent. diſt. 2. Queſt. 10. Art. 2. Concl. 3.* Gabriel Biel autem poſtquam uidit omnes præcedentes doctores, eorumq; ſententias, talem poſuit concluſionem. Tantum, inquit, unum eſſe Deum eſt creditum & non demonſtratum ratione naturali nobis in uia poſsibili: tametſi multæ probabiles rationes ad huius ueritatis oſtenſionem poſsint adduci. *Andreas Nouocaſtrenſis. Lib. 1. diſt. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Quæſ. 5.* Andreas Nouocaſtrenſis, quæſiuit, An ratione naturali poſſit ſufficienter unitas Dei probari, & pluralitas Deorum reprobari? Et circa hanc quæſtionem ait, quoſdam dicere quòd hoc poteſt naturaliter demonſtrari, alios uerò dicere, hoc non poſſe ſufficienter probari, qui reſpondent nihil accipiendo in lumine naturali, niſi ſit adeo euidens, ut oppoſitum non ſit probabile. Ipſe autem medius incedens, accipiendo probationem ſufficientem, non ſolùm euidentem demonſtrationem cui non poteſt obuiari loquendo probabiliter, (nam paucæ concluſiones, ut inquit, hoc modo probantur à Philoſophis in ſcientiis) ſed etiam probationem magis apparentem & magis probabilem & rationalem in lumi-

B ne naturali, quã ſit probatio uel defenſio oppoſiti, ſequentes poſuit concluſiones, Prima eſt, In lumine naturali tanquam probabilius & rationabilius ponendum eſt unicum Deũ eſſe, non plures. Secunda eſt, In lumine naturali ſufficienter oſtenditur pluralitas Deorum non eſſe poſsibilis. *Guiel. Var.* Ecce igitur Guiel. Var. conſtanter aſſeruit hanc propoſitionem dictam de unitate Dei, non eſſe demonſtrabilem, ſed per fidem tantum acceptam: *Gabriel.* Gabriel Biel dixit, Deum eſſe, non eſſe demonſtratũ ratione naturali nobis in uia poſſibili: *Andreas* Andreas docuit unitatem Dei non poſſe probari per demonſtrationem euidentem, ſed ſolùm per rationem magis probabilem quàm oppoſitum, & quidem ſufficientem. *Rabbi Moſes. Lib. 3. cap. 6.* Quid ergo? Rabbi Moyſes docuit, quòd unitas Dei accepta eſt à lege. Nos autem, his omnibus, perſpectis dicimus, Quot quot firmiter in ſuis mentibus iudicauerunt ſine ulla hæſitatione unum tantum eſſe Deum, illud uel ex lege uel ex ſpeciali reuelatione, uel ſaltem ex ſpeciali adiutorio ſeu motione hoc cognouerunt: nec hoc per alium aſſenſum niſi per fidem habuerunt formantes tale certum iudicium non ex euidentia ipſius propoſitionis, dicti, concluſionis, aut enunciationis, ſed magis ex pia affectione, cum quadam pia affectione & ratione magis probabili.

C Vtique omnis aſſenſus ex ſola ratione probabili habitus, ſiue uerus ſiue falſus, quandam formidinem habet annexam, & opinio dicitur: ſicut etiam uériſsimè dicimus quotquot ſcienter loquimur, Omnis aſſenſus mẽtis formidoloſus, eſt opinio. Ob quod profectò quoties aſſenſum aliquem mentis firmum & ſine formidine aut hæſitatione inuenimus, toties illum dicimus, errorem quidem, ſi eſt falſus, euidentiam autem uel fidẽ, ſi eſt uerus. Supereſt igitur, ut omnis aſſenſus mentis noſtræ uerus & certus ac firmus & ſine formidine, ſi euidentia non eſt, fides eſſe eo ipſo probetur. Ergo quot quot de unitate Dei euidentiam non habuerunt, nec opinionem formidoloſam habuerunt de ipſa ueritatem ueriſsima, certiſsima, firmiſsima & infallibili, fidem quandam, ſeu menſuram quandam fidei. Ita determinat ſcientia notitiarum, quæ uſque modo eſt inuenta, & in uſu doctorum habita: qui non abundantius diuidunt omnes mentis aſſenſus, quàm in euidentiam, opinionem, fidem, errorẽ. Euidentiam enim dicunt, ſi eſt aſſenſus mentis uerus, firmus, & clarus: opinionem, ſi eſt aſſenſus mentis formidoloſus, ſeu cum formidine, aut hæſitatione: fidem, ſi eſt aſſenſus mentis uerus, certus, firmus ſine formidine, obſcurus: errorem, ſi eſt aſſenſus mentis ſine formidine aut hæſitatione, & falſus. D

Ergo fides eſt ſine dubio, omnis aſſenſus mẽtis noſtræ uerus, certus, firmus, obſcurus: ideſt, non clarus, non euidens. Parumq; refert quoad hoc, ſi ortum habeat ex auctoritate narrantis & pia affectione credentis quã credens habet circa narrantem, iudicando, exiſtimandoque, ſeu credendo firmiter, aut uolendo credere illum eſſe ueracẽ, uerumq; in ea re ſibi dicere: Vel ſi ortum habeat ex rationibus quibuſdam probabilibus magis probantibus quàm oppoſitæ, & ex quadam pia affectione quam credens habeat circa ipſam ueritatem, uolendo fortius aſſentiri ei ſeu ſuæ enuntiationi, quàm rationes ullæ eam probent: ut hæc firmitas tunc ſit magis ex parte uoluntatis ipſius credentis ſiue aſſentientis, quàm ex parte alicuius rationis uel medii probantis. Sic uidemus multos firmiſſimè ac ſine hæſitatione aſſentiri ſuis erroribus, quos tamen non niſi per quaſdam falſas ſuaſiones ſeu apparentias habent, nullo modo demonſtrantes, ſed tantum aliquo modo probabili uel apparenti inducentes: in quibus profectò ea ſua firmitas mentis non habet ortum à re ipſa, quia immo res alio modo ſe habet, nec à ueritate aliqua ipſorum errorum, quia in illis non eſt ueritas: nec ab aucto-

E auctoritate alicuius uera dicentis, quia qui ita dicit mentitur: nec ab aliqua euidenti demonſtratione, quia nulla talis poteſt adduci in probando falſitatem. A quo ergo habet ortum? Solùm à quibuſdam rationibus probabilibus, aut apparentibus topicis & opinatiuis, atque à ſua eorum affectione ſeu uoluntate, qua ita uolunt firmiter aſſentiri. Nouit Ariſtoteles nonnullos tales eſſe, qui ita firmiter ſuis erroribus aſſentiuntur, eosq; pro ueris habent; ſicut alii firmiter aſſentiuntur concluſionibus, quas uerè ſciunt: quod & probat exemplo Democriti. Vnde igitur eſt illa firmitas mentis humanæ circa errores, quos nulla probat demonſtratio euidens, nulla probatio certa, nec firma, nullaq; auctoritas uera dicentis, narrantis, aut docentis? & ad quos errores nulla alia oſtenſio ſeu probatio formari poteſt, aut ratio, niſi topica, ſeu probabilis, apta nata de ſe cauſare ſolummodo opinionem, & aſſenſum formidoloſum, non euidentem, non firmum? Non eſt profectò illa firmitas ex parte alicuius medii probatiui, ut conſtat: ſed ſolùm ex parte ipſius ſubiecti, ideſt, ex parte ipſius hominis, qui ita firmiter aſſentire uult. Eodem modo, uel potius ſimili ſe habent, qui ſuis opinionibus ueris, tamen firmiter hærent, ad quas profectò nulla media probatiua habent niſi topica, niſi probabilia,

F niſi ex ſeipſis mediis formidoloſa. Simili etiam modo qui unitatem Dei per rationes probabiles firmiter habuerunt, ex quadam ſua pia affectione ita firmiter iudicauerunt; magis ex ſua uoluntate ſeu pia affectione, quàm ex aliqua ratione probabili eam talem firmitatem habentes. Fides ergo quædam erat in illis, prædicto modo habita. Non poſſumus ſufficienter probare Corneliũ habuiſſe aliam cognitionem de Deo antequàm à diuo Petro in fide doctus eſſet Chriſtiana, niſi cognitionem iſtam naturalem: certè autem eam cognitionem appellat Auguſtinus, fidẽ quandam, in De prædeſtinatione ſanctorum: pro fide eam habet, & fidem quandam eam fuiſſe iudicat, in qua ipſe Cornelius Deum orabat, Deumq; timebat, atque eleemoſynas multas faciebat: nullo modo Deum oraturus, niſi aliquo modo Deum eſſe credidiſſet. Sicut etiam ſanctus Thomas propter eã cognitionem aſſerit, Cornelium eo tempore non fuiſſe infidelem. rectè iudicans eam cognitionem pertinuiſſe ad fidem, fidemq; quandam fuiſſe. Magiſter ſententiarum putauit Cornelium illis diebus habuiſſe fidem de Saluatore, tanquam de eo uenturo: ſed illud, aliud eſt; & de quo modo non agimus. Agimus enim modo de cognitione unitatis

Auguſt. Lib. 1. Cap. 7. tom. 7.

S. Tho. Secunda ſecundæ. Quæſ. 10. Art. 4. ad 3. arg.

Magiſt. ſent. lib. 3 Diſt. 25.

Dei, qua firmiter iudicamus de Deo, quòd ſit unus ſolus Deus. Facit tamen ad propoſitum ualde, quòd Magiſter in eo loco docet habuiſſe tunc Cornelium fidem unitatis atque incarnationis, ex Dei reuelatione. Vnde eam cognitionem quam habebat Cornelius de Dei unitate, iudicat Magiſter fuiſſe fidem utique ex diuina reuelatione habitam: licet dictum Magiſtri aliam interpretationẽ habere poſſit, de qua modo non loquimur. Hæc igitur dicta ſint de cognitione Dei quantum ad eius unitatem, in lumine naturali: circa quam multi Doctores dicunt, Dei unitatem non poſſe in lumine naturali demonſtrari, demonſtratione aliqua euidenti: ſed bene oſtenſione quadam probabili magis, quàm ſit oſtenſio oppoſiti; atque utique ſufficiente. Ad hoc eſt etiam Marſilius, qui uolens conſiderare atque monſtrare, ſeu oſtendere, An tantum unum Deum eſſe, poſſit in lumine naturali demonſtrari? Notat quòd dupliciter poteſt intelligi aliquid probari poſſe in lumine naturali. Vno modo certitudine Mathematica: & tunc dicit, certum eſt quòd ita non poteſt probari in iſto lumine, Deum eſſe: nec forte aliqua concluſio Metaphyſicæ. Secundo modo quòd probetur ſufficienter ex principiis ſcientiæ, iuxta modum illi ſcientiæ correſpondentem, & fortius quàm ſuum oppoſitum poſſit probari. Ponit etiam duas concluſiones iuxta iſtam diſtinctionem, dicens, Mathematica demonſtratione non po- G

H teſt in lumine naturali probari Deum eſſe, nec etiam quòd tantum unus ſit Deus. In lumine naturali poteſt demonſtrari, eſſe tantũ unum Deum, ſecundo modo, ſeu probatione ſufficienti Metaphyſico. Ecce igitur etiã ſecundum huius doctoris ſententiam, de unitate Dei non potuerunt homines in lumine naturali habere certitudinem nec probationem Mathematicam: ideſt, euidentem, claram, & cui nullus rationabiliter aut probabiliter loquendo poſſet obuiare ſeu contradicere. Talis enim eſt Mathematica, tum certitudo, tum probatio. Si autem non potuerunt habere Mathematicam, euidentem, & claram: qualem quæſo, habuerunt, aut habere potuerunt homines in eo lumine? Qualem inquam, certitudinem, uel probationem? Sine dubio fidei, uel opinionis. Opinionis quidem magis probabilis, magis firmæ, magis fortis, minus formidoloſæ, magiſq; conſtantis: quàm certitudo uel probatio oppoſiti; & quæ ſufficeret, & contra quã nulli liceret ſentire. Fidei autem, ueræ, certæ, firmæ, & ſine formidine, ex quadam etiam pia affectione habitæ, modo iam dicto atque expoſito. Conſtanter dixit Gabriel

Marſil. Lib. 1. quæſ. 5. Art. 2.

Ibidem. Concl. 2.

Ibidem. Concl. 4.

A briel Biel & ſatis bene, Tantum unum eſſe Deum, eſt creditum, & non demonſtratum ratione naturali nobis in uia poſsibili: tametſi multæ probabiles rationes ad huius ueritatis oſtenſionem poſsint adduci. In quam ſententiam ueniunt omnes illi, quos memorauimus, Guiel. Var. Andreas Nouocaſtrenſis, Marſilius, & quot quot fatentur non poſſe probari hoc in lumine naturali, demonſtratione euidenti atque clara: ſed tantum probabili, magis probabili, & ſufficiente. Hoc enim conceſſo, ſequitur ſtatim concedendum, quòd qui in lumine naturali fortiter & ſine formidine unum tantum Deum eſſe in ſua mente iudicauerunt, fidem quandam de hoc habuere. Conſtat hoc, ex dictis, de cognitione Dei, quantum ad eius ſpiritalitatem. Nunc ergo de alio prædicato agamus, ac uideamus, quomodo in lumine naturali probari potuit, Deum eſſe immaterialem, ſpiritalemq́;. An poteſt demonſtrari in eo lumine, Deum eſſe immaterialem atque ſpiritalem? Ariſtoteles ex uia motus probauit tripliciter primum mouens eſſe uirtutem incorpoream, & inextenſam. Ob quod pariter immaterialem & ſpiritalē. Probauit inquam, tripliciter ex uia motus; ideſt, ex infinita potentia primi motoris, ex perpetuitate motus Cœli, ac ex immobilitate primi motoris. Ex prima uia ſic, Si uirtus primi motoris eſt corporea & extenſa, aut igitur eſt magnitudine infinita, aut finita: Non primum, quia talis magnitudo non eſt. Nec ſecundum, quia in magnitudine finita non eſt uirtus infinita extenſa. Talis enim uirtus eſt maior ſecundum extenſionem, & ſecundum efficaciam cauſandi in maiori parte. Et per conſequens ſi eſt infinita, erit in magnitudine infinita. Quòd autem primi motoris uirtus ſit infinita, probauit Ariſtoteles per hoc, quòd mouet tempore infinito. Ita conſtat probatio Philoſophi ex prima uia, ſicuti eſt deductum. pro ut etiam apud ipſum abundantius habetur, & uideri poteſt facillimè ab omnibus; eo uidelicet loco quo probauit primum motorem ſeu primum mouens eſſe uirtutem incorpoream, & inextenſam, immaterialē ſubſtantiā, ſpiritalē, atque ſimplicē. Ex ſecunda autē uia ita procedit Ariſtoteles ſuo modo, Nulla uirtus corporea & extenſa mouet tempore infinito ex ſe, ſed uirtus primi motoris mouet ex ſe, tempore infinito: igitur etc. Probatur maior, ſeu præmiſſa, Quia ſi, A. uirtus extenſa moueret. B. tempore infinito, igitur, C. certa pars ipſius, A. moueret, B. uel aliquam partem eius uel mobile ſibi proportionatum in tempore minori, & non in tempore infinito: potētia enim totius, eſt poētia maior quàm potentia partis, potentia autem maior poteſt mouere tempore longiori. Et quia quæ erit proportio motoris ad motorem, eadem erit temporis ad tempus, igitur, C. pars certa ipſius, A. motoris mouebit tantum tempore finito. Igitur æqualis pars mouebit æquali tempore finito. Igitur cum, A. contineat tantū partes tales finitas, ſequitur quòd totum tempus quo A. mouebit, erit finitum. Hanc deductionem approbat Commentator, in De ſubſtantia Orbis, additq́; non nihil pro ea. Ex tertia uia ſic, Omne quantum corporeum, eſt mobile, ſed primum ens & etiam primum mouens eſt immobile: ergo non eſt quantum & corporeum. Maior ſeu prima præmiſſa patet, quia eſſe mobile uidetur eſſe paſſio corporis, ut per ſe primi ſubiecti. Minor probatur, Omne quod mouetur ab alio mouetur, ſed primum mouens uel primum ens non mouetur ab alio, igitur non mouetur. Maior probatur in ſeptimo Phyſic. Omne quod quieſcit ad quietem alterius, mouetur ab alio: ſed omne mobile quieſcit ad quietem alterius: igitur omne mobile dum mouetur, mouetur ab alio: Et ultra probatur concluſio negatiua, quòd nullum mobile mouetur à ſeipſo primo. ſic, Nihil quod mouetur à ſeipſo, quieſcit ad quietem alterius; ſed omne mobile quieſcit ad quietem alterius, igitur nullum mobile mouetur à ſeipſo. Minor probatur, quia neceſſe eſt ſi cuiuſcunque mobilis pars quieſcit, totum quieſcere. Et poteſt iſta ratio Ariſtotelis, ad quam ipſe multa dicit, & multi quoq; alii multa addunt, ſic reſumi, Nihil quod mouetur à ſe primo, quieſcit ad quietem partis cauſaliter; ſed oē mobile quieſcit ad quietem partis cauſaliter: igitur. Maior patet, quia motus partis non eſt illi toti cauſa motus, aliàs illud mobile, non moueretur à ſeipſo primo. Minor probatur, quia ſicut pars eſt cauſa totius & naturaliter prior toto, ita eſt quies partis naturaliter prior quiete totius, & cauſa eius. Hanc rationem Ariſtotelis Commentator & multi alii uocant demonſtrationem. Quidquid autem ſit de illa, ſiue demonſtret, ſiue non demonſtret, de qua re ſtatim dicetur, conſtat quòd Deum eſſe immaterialem & ſpiritalem & incorporeum & inextenſum & incompoſitum, non eſt per ſe notum quoad nos homines uiatores, licet tamen quoad ſe ſit per ſe notiſsimum. Multæ enim ſectæ ſub cœlo uidentur ſenſiſſe, Deum non eſſe ſubſtantiam ſpiritalem & inextenſam, quæ dicunt aut dixerunt Solem, uel Saturnum, uel Iouem, eſſe Deum uel Deos. Sadducæi etiam dicebant neque angelum, neque ſpiritum eſſe. Alii etiam

Gabriel. ubi ſupra lib. 1. diſt. 2. quæſt. 10. Art. 2. Concl. 3.

Sect. 2.

Ariſtot.

B *Phyſi. 8.*

G

7. Phyſi.

9. Meta.

D

Act. 23.

E tiam confitebantur ſeſe nunquã audiuiſſe, an
Anſelm. cap.6. ſit aliquis ſpiritus. Anſelmus in De incarna-
tione Verbi, ait, Dialectici moderni nihil eſ-
ſe credunt, niſi quod imaginationibus com-
prehendere poſſunt, uec putant eſſe aliquid,
in quo partes nullæ ſint. Dionyſius Areopa-
gita edidit librum de Myſtica theologia, tum
contra eos qui uiſibilibus affixi, nihil ſupra
ea quæ obtutibus ac ſenſibus patent, ſuper-
ſubſtantialiter eſſe arbitrantur. tum contra
eos qui longè imperitiores, ſupremam illam
omnium cauſam ex infimis quoque creatu-
ris effingunt, nihilq́; hãc excellere fictis ab ſe
impiis, uariisq́; ſculptilibus autumant. In
Caſsianus Coll. 10. eod. lib. Cap. 1. Caſsianus in ultima Col. pri
mæ partis, quæ eſt ſecunda col. Abbatis Iſaac,
refert quòd ferè ab uniuerſo genere Mona-
chorum per prouinciam Aegypti commorã
tium, hic error ſuſcipiebatur, ſcilicet quòd
Deus omnipotens humanæ figuræ compoſi-
tione ſormatus ſit. Dicit enim ſcriptura,
quòd homo ad imaginem Dei factus ſit: Et
epiſtolam Theophyli Pontificis reprobautis
hunc errorem cum graui amaritudine recepe
runt: inter quos quidem pater antiquus fa-
moſæ ſanctitatis, nomine Seraphin, cum ma
gna difficultate ab hoc errore reuocatus eſt:
poſt quam reuocationem, erat in orationi-
bus mente confuſus, eo quod imaginem Dei-
F tatis quam in oratione ſibi præponere con-
ſueuerat, aboleri de ſuo corde ſentiret: & cũ
fletu amaro dicebat, Heu me, tulerunt à me
Deum meum, & nunc quem adorem igno-
12. Met. ro. Pythagorici etiam, ut tangit Ariſtóteles,
poſuerunt optimum & nobiliſsimum non
in principio eſſe, ſed incompoſito ex princi-
piis. Manichæi quoque, ut refert uel inſinuat
Auguſtinus in multis locis, putabant Deum
Auguſt. eſſe corpus: in quo errore Auguſtinus Philo
ſophus acutiſsimus aliquãdiu demerſus fuit,
& quem poſtea multis cum lachrymis damna
uit, atque reliquit. Quamobrem igitur non
eſt per ſe notum quoad nos homines uiato-
res, Deum eſſe incorporeum & inextenſum.
Quid ergo? Nunquid eſt nobis demonſtrabi-
le in lumine naturali? Alia eſt quæſtio. An-
Andreas Lib. 1. Diſt. 8. quaſ. 1. dreas Nouocaſtrenſis refert omnes præceden
tes probationes Ariſtotelis, & de omnibus il
lis aſſerit eas non ſolùm non probare euiden-
ter, ſed neque ſufficienter. Exiſtimat hoc poſ
ſe ſufficienter probari aliis uiis, ſed non illis
quas Ariſtoteles explicuit: unde ſuas uias for
mat, & uias Ariſtotelis relinquit non ſolùm
tanquàm non demonſtrantes, ſed etiam tan
quàm non ſufficienter probantes. Ad primã
enim eius probationem dicit, quòd probat
ignotum per magis ignotum: quia minus po
teſt ſufficiẽter probari in lumine naturali, uir
tutem primi motoris eſſe formaliter infinitã G
in perfectione & uigore, quàm ipſam eſſe in
extenſam & incorpoream. Quod autẽ ex per
petuitate motus nõ arguatur talis infinitas
primo motore, Videbitur, inquit, Diſt. 42. *Lib. 1.*
quo loco ita dicit, Deus eſt ueraciter poten- *Diſt. 42.*
tiæ actiuæ & motiuæ formaliter infinitæ ſe- *Quaſ. 1.*
cundum uigorem. Stando præcisè in lumine *Concl. 1.*
naturalium rationum, magis uidetur ponen
dum primam cauſam non eſſe uirtutis infini-
tæ intenſiuè ſecundum uigorem. Hæc ille, Et
reſpondet ibi ad omnes rationes quibus qui-
dam probare nituntur, quòd ſic. Ad ſecundã
probationem Philoſophi aſſerit poſſe dici
quòd non concludit ſufficienter uirtutem pri
mi motoris eſſe incorpoream & inextenſam
ſimpliciter: ſed tãtum uidetur probare quòd
non ſit uirtus extenſa materialis, generabilis
& corruptibilis, ſicut mouentia phyſica infe-
riora: Talis enim uirtus ſi eſt finita in corpo-
re finito, non poteſt mouere motu continuo
perpetuo & uniformi. Ad tertiam probatio-
nem reſpondet præmittendo quaſdam diſtin-
ctiones, quæ apud ipſum facilè uideri poſ-
ſunt, & quas modo breuitatis cauſa omitti-
mus. Tandemq́; ait, Vnde rationem Ariſto-
telis (& loquitur de illa tertio loco poſita,
quam quidam uocant demonſtrationem) dif
ficilius eſt defendere & ſuſtinere, arguendo,
quàm euadere probabiliter reſpondendo; H
quod, ut bene dicit, non eſt ſignum rationis
demonſtratiuæ. Additq́ue, Multi uerò labo-
rauerunt, ut ſuſtinerent hanc rationem, &
oſtenderent qualiter ualet, eo quòd reputant
eam demonſtrationem; quam forte ſi alius
quàm Ariſtoteles feciſſet, non ſic pondera-
rent. Oſtendit autem in lumine naturali ſuffi *Lib. 1.*
cienter probari, primum ens eſſe ſpirituale & *Diſt. 8.*
inextenſum aliis uiis, Primò ex primitate & *queſt. 1.*
indepẽdẽtia & incauſalitate primi entis. Dein *Art. 2.*
de ex primi entis unitate, Tertiò ex primi en
tis actualitate & nobilitate. Quartò per ra-
tionem quæ tangitur 8. Phyſic. circa mediũ,
& 12. Metha. cap. 7. & commento, 35. Con-
tingit dare mobile mouẽs, & eſt dare mobile
non mouens: ergo eſt dare mouens non mobi
le, & per conſequens incorporeum. etc. Quin
tò ex neceſsitate primi entis. Sextò ex cauſa
finali finalizãte motũ æternũ cœli. Ex quibus
omnibus probat, hoc eſſe magis probabile in
lumine naturali, & ſufficiẽter oſtẽdi, Deũ ui-
delicet eſſe ſpiritalẽ & incorporeũ & inexten
ſum. Quamobrem nouiſsimè reſpõdendo ad
iſtã quæſtionem, dicit, Licet hæc ueritas non
ſit euidenter demõſtrata contra proteruientẽ
etiam probabiliter loquentem: diceretur e-
nim, quòd primo enti non repugnat habere
prius tali prioritate quali pars componens di
citur

A citur prior compoſito, nam talis prioritas arguit imperfectionem in eo quòd eſt, ſit prius, & arguit maiorem nobilitatem in eo quod eſt ſic cauſatum & dependens: & hæc fuit opinio Pythagoricorum & Leucippi, de quibus dicitur 12. Metaph. quod ipſi putant optimum & nobiliſsimum eſſe non in principio, ſed bonum & perfectum eſſe in conſtituto ex principiis: quia plantarum & animalium ſunt principia. Dico tamen quòd tanquam probabilius in lumine naturali tenẽdum eſt, primum ens eſſe ſubſtantiam ſpiritalem incorpoream & inextenſam. Ex quo patet error ſectarum colentium planetam aliquem tanquam Deũ. Via autem probabilior uidetur eſſe ex Dei unitate & independentia & incauſabilitate primi entis ſimpliciter: & ad hoc poteſt reduci ratio Ariſtot. poſita in 7. Phyſicorum. Hæc ille. Ergo in lumine naturali non poteſt demonſtrari demonſtratione aliqua euidente manifeſta ſeu clara, Deum eſſe ſpiritalem, incorporeum, inextenſum: poteſt tamen hoc probari ſufficienter in eo lumine per rationes probabiles, magis probabiles & magis ſufficientes, præ illis quæ ad oppoſitum formarentur aut formari poſſent. Conſtat igitur per conſequẽs, quòd qui homines in eo lumine Deum ſpiritalem & incorporeum eſſe & intenſum in ſuis mentibus iudicauerunt, hoc uel per fidẽ quandam, uel quandam opinionem habuerunt: per fidem, ſi firmiter & ſine formidine

B ita crediderunt; per opinionem autem, ſi ex ſolis rationibus probabilibus ita aſſenſerũt, aut extimauerunt, ſeu putarunt. Ratio enim probabilis non eſt apta nata, nec poteſt de ſe generare aſſenſum aliquem mentis, niſi formidoloſum: poteſt autem homo ex ſua uoluntate firmiter & ſine formidine credere, id quod ipſe non niſi per rationes probabiles habet, ſicut ex doctrina Ariſtotelis iam poſita uidimus ſatis. Verùm tunc non innititur homo probabilibus principiis præciſè, ut talia ſunt: ſed potius uel ea principia putat demonſtratiua, uel ita firmiter ex quadam ſua affectione iudicat, non ſequendo conditionem formidoloſam talium principiorum probabilium, nec eis innitendo. Hæc de cognitione Dei quantum attinet ad eius ſpiritalitatem, dicta ſufficiant.

De cognitione Dei, quantum ad curam eius circa res humanas.

Quantum autem ad cognitionem Dei quoad eius prouidentiam circa res humanas, & alias, modo etiam oportet agere: ut ſimul appareat de hoc, quomodo ſit in lumine naturali cognoſcibile, Deum habere curam horum inferiorum & humanarum rerum. An uidelicet hoc ſit demonſtrabile in illo lumine? An non, ſed bene quidem ſufficienter & magis probabile, aut credibile? Et conſtat quòd eſt difficile determinare de hoc ſecũdum ſolum naturale lumen. Videtur quòd C ad iſtam quæſtionem pertineat determinare quo modo eſt probabile in lumine naturali, Deum cognoſcere diſtinctè omnia ſingularia, & rurſus quomodo eſt probabile in eo lumine, Deum regere, gubernare, & ordinare mundum, & quomodo, an liberè? an neceſſariò? Omnia enim hæc pertinent ad diuinam prouidentiam, quæ certè eſt perfectiſsima: ut omnia cognoſcat, ut omnibus prouideat, ut de omnibus curam habeat, ut omnia diſponat ſuauiter. Vt autem de his uideamus, audiamus Doctores catholicos qui iam hac de re tractauerũt.

Andreas Nouocaſtrenſis. Lib. 1. diſt. 35. Quæſt. 3.

Andreas Nouocaſtrenſis quæſiuit, Verùm Deus formaliter intelligat diſtinctè omnia ſingularia ſecundum actum uel potentiam exiſtentia? & cum determinaſſet quæſtionem hãc pro parte affirmatiua ſecundum fidem Chriſtianam ueriſsimam, proſecutus eſt ſermonem inquirendo, an hoc poſſet ſufficienter per rationem naturalem probari, & quid tanquam probabilius eſt ſentiendum in lumine naturali? Cum autem multa poſuiſſet præclara Ariſtotelis atque Commentatoris dicta, & multas rationes naturales optimas ad probandum partem affirmatiuam quæſtionis, & nonnulla dixiſſet etiam ad partem negatiuam, determinando tamen quæſtionem dicit,

Determinatio Andreæ.

Reſpondeo, Licet in lumine rationis naturalis poſſet dici probabiliter pars affirmatiua, quam etiam tenent ferè omnes nationes, & ſectæ ſub cœlo, & maximè adiuuatur D hæc pars ex quibuſdã factis mirabilibus quæ contingunt tam ſingularibus perſonis quàm communitati, quæ ſunt in ſcripturis redacta, & approbata celebri fama, hoc etiam tenent Indi, Heſter. 16. Sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur ſe fugere poſſe ſententiã. ſuſtinere autem hanc partem in lumine naturali & negando infinitatem in Deo, uidetur facilius ſuſtinendo opinionem Platonis ponentis omnia aliquãdo reuerti eadem numero uel ſimilia: Tamen imitando (alias, innitendo) rationibus naturalibus ſumptis ex iis quæ communi & regulari curſu naturæ apparent uel quæ iis magis conſonant, uidetur pars negatiua probabilior: ſpecialiter propter duas rationes ultimò poſitas. Hæc ille. Vnde ſuſtinendo partem negatiuam in perſona Philoſophorum, reſpondet ad argumenta pro affirmatiua parte formata & inducta. Et attendendo dicta ſua omnia, conceditur manifeſtè quòd partem affirmatiuam quæſtionis tenent fermè omnes nationes hominum ſub cœlo, & quòd illa magis prodeſt ad componendos mores, & quòd ſecundum illam ſæpe loquuti ſunt Philoſophi, & quòd illa eſt utique probabilis in lumine naturali: ſed addit, quòd

E magis probabilis eſt in eo lumine, pars negatiua, & reſpondet argumentis factis pro parte affirmatiua. Idem auctor quærit, Vtrùm ratione naturali poſsit à nobis ſufficienter demonſtrari uniuerſum à primo Principe regi liberè libertate contingentiæ? non de libertate oppoſita uiolentiæ & exactioni, ſed neceſſitati ex ineuitabilitate, ſcilicet pro libertate contradictionis & indifferentiæ ad oppoſita. Circa hanc autem quæſtionem tractat primũ, An ratione naturali poſsit efficaciter & euidẽter ſic demonſtrari pars affirmatiua, quòd in lumine naturali non poſsit ad huiuſmodi probationes reſponderi probabiliter, nec oppoſitum ſufficienti probabilitate ſuſtineri & defendi, an utraque pars poſsit in lumine naturali probabiliter ſuſtineri & oſtendi? Adducit multa admodum pro utraque parte quæſtionis, & tandem determinando ait, Reſpondeo, Nõ poteſt ſic euidenter probari nel ſic efficaciter conuinci pars affirmatiua quæſtionis, quin in lumine naturali poſsit probabiliter poni & ſuſtineri pars oppoſita, & ad rationes in oppoſitum probabiliter reſponderi. Idẽ paulò poſt mouet quæſtionem, Vtrùm in lumine rationum naturalium probabilius ſit, ponere uniuerſum regi à Deo libertate cõtingentiæ, quã naturali neceſsitate? Dicit multa pro iſtius quæſtionis parte affirmatiua, multaq; pro negatiua, reſpondendo autem ita determinat,

Idem auctor. Ibidem. Diſt. 45. quaſ. 1.

Ibidem. Quaſt. 2.

F Reſpondeo, Pars negatiua uidetur probabilius ponenda, ſequendo apices rationum procedentium ex per ſe notis, aut ex ſequentibus probabilius ad per ſe nota, uel rationum procedentium ex notis per experientiam communiter habitam in genere humano, & ex iis quæ contingunt ex communi curſu & ordine cauſarum naturalium. Diceretur igitur quòd Deus habet notitiam omnium quidditatum ſpecificarum & notitiam corporum cœleſtiũ & totius ordinis & diſpoſitionis illorum, & à Deo per intellectum & uoluntatem cauſaliter ſunt huiuſmodi corpora cœleſtia, & eorũ ordo ad certum finem, & ſicut in intellectu diuino eſt ars & ſapientia omnium quantum cõuenit ad nobiliſsimum & perfectiſsimum auctorem, ita in eius uoluntate ſunt ordinationes quaſi leges uniuerſales & rectiſsimæ & iuſtiſsimæ, quales dictaret homo ſapiens ſi ſibi intellectualiter proponerentur, & ſecundum illas leges neceſſe eſt uniuerſum regi. Et licet in ſingularibus inferioribus ſint per accidens multæ inordinationes, tamen omnes inordinationes reducuntur ad aliquod bonum & aliqualem reordinationem per alias leges neceſſarias ordinatiſsimas: quo modo dicimus in lumine fidei Deum mala & inordinata reducere ad aliquam reordinationem, & eis bene uti. Hæc ille dicit G dicenda in ſolo lumine naturali abſque lumine fidei. Secundum quod in eodem loco ante uerba ſtatim poſita, dicit iterum non eſſe ponendum in lumine naturali, Deum cognoſcere ſingularia inferiora diſtinctè, allegans Ariſtotelem in libello de Mundo dicentem, quòd nòn eſt bonum nec honeſtum, Deum per ſe operari ea quæ ſunt in terra, quia etiã ducibus hominum, ut principibus exercitus uel ciuitatis, non conuenit inſiſtere huiuſmodi operibus, ut ſupellectilem portare, uel aliquid uilius facere, & ea quæ ſunt mancipiorum, exercere non conuenit magno Regi; multo magis autem indecens eſt Deo, eum circa ſingula inſiſtere & diſponere; honeſtius autem & conuenientius eſt ipſum reſidere in ſuprema regione, & uoluere cælum, & per uim progreſsiuam per uniuerſum Orbem, etiam terrenis fieri cauſam ſalutis. Itaque paulò poſt in eodem loco, de diuina prouidẽtia & gubernatione uniuerſi, ſtando in lumine naturali, ſic determinat, Deus igitur immediatè ordinat ea quæ ſunt in ſuperioribus, & conſequenter & mediatè ordinat ea quæ ſunt in inferioribus, mediantibus corporibus & intelligentiis cœleſtibus, & mediantibus Ideis ſui intellectus & legibus ſuæ uoluntatis, quæ dicũtur pluraliter per æquiualentiam & per uirtualem & eminentem cõtinentiam. Atque ad hoc adducit Ariſtotelem in eo libello de Mundo, multa dicentem H de modo quo Deus regit & uniuerſum ordinat: quaſi Ariſtoteles hunc eundem modum dicendi teneat, quòd Deus regat quidem & ordinet totum mundum, ſed ſuperiora immediatè per ſe, inferiora uerò mediatè & quaſi per alios: non tamen propter impotẽtiam, ſed quia hoc non conuenit diuiniſsimo. Pro quo, Ariſtotelis in eodem libro multa adducit exempla, De artifice aliquo qui in aliquo inſtrumẽto mouendo unam chordam per ſe immediatè, moueret alias chordas mediatè: ut patet in horologio. Sicut etiam ſiquis ex aliquo uaſe ſimul eiiceret diuerſa corpora, quorum alterum eſſet ſphæricum, alterũ quadratum, & alterum oblongum &c. unumquodque moueretur ſecundum propriam figuram, Vel ſicut ſiquis in gremio ſimul habens animal greſsibile, & animal uolatile, & animal aquatile, & ſimul ea exponat excutiendo gremium, tunc unumquodque ad proprium motum procedet. Sicut in chorea inchoante choraula, idest, ductore choreæ, concinit tota chorea uirorum, quãdoque & mulierum, uariis uocibus, acutis & grauioribus, unam harmoniam concinentibus. Sicut cũ belli ſonuerit buccina in exercitu,

Ariſtot. Cap. 11. Si modo liber hic eſt Ariſtot. nã P. Alcionius in quadam ſua præfatione, & alij recentiores eſſe negant.

Ariſtot. cap. 10. & 12.

A citu, tunc audito clangore, hic quidem ſumit clypeum, alius fœmoralia uel caſsidem, uel baltheum adaptat, alter frænat equum, alter aſcendit bigam &c. Sic diuina natura primò quandam uim præſtat mobili primo quod mouet motu ſimplici, & conſequenter mediante illo, uis diuina per uniuerſum Orbem tranſit: ut ſequantur uariæ actiones & diſparati effectus, & interdum contrarii, tamen omnia exeunt ex uno principio. Sic etiam ad motum primi mobilis ſimplicem, fiunt conſequenter exitus diuerſorum plane

B tarum, quorum alter tardius, alter uelocius mouetur. Sic etiam ſe habet res in Deo, qui cuncta diſponit: nam ſecundum ſupernam infuſionem à choraula mouentur ſtellæ, totumque cœlum. Sic & de uniuerſo exiſtimandum eſt. Nam ab uno inuiſibili & occulto ente, omnibus excitatis, fiunt propria; ſicut & anima per quam uiuimus & ædes & urbes habemus, inuiſibile ens, uidetur per omnia ſua opera, anima etiã ſuo actu imperatiuo mouet oẽs potentias ad ſua propria officia.

Ibidem. cap. 12.

Hæc ex Ariſtotele. qui ita cõcludit, Quod in naui quidam nauta, in curru uerò auriga, in choreis autẽ choraula, in ciuitate uerò lex, in exercitu uerò dux, hoc Deus in mundo: niſi quod in eis quidem principatus laborioſus mobilisq; & curioſus, huic uerò leuis, & illaborioſus, & ſemotus ab omni corporali infirmitate. etc. Sic Ariſtoteles poſuit aut certe uidetur poſuiſſe diuinam prouidentiam & gubernationem uniuerſi, quaſi per ſe ac immediatè circa uniuerſalia, neceſſaria, altiora, ſuperiora & perfectiora; mediatè autem circa particularia inferiora, contingentia, minus nobilia.

Ariſtot. Lib. 12. tex. comment. 51. Part. 2.

Et quidem de intellectione primi entis determinat Ariſtoteles in ſua Metaph. quod primum ens intelligit non ut in potentia, nec ut in habitu, ſed ut ſemper in actu: & rurſus, quòd ſuum intelligere, ſua intellectio, aut ſuus actus intelligendi eſt ſua ſubſtantia, ſua eſſentia: quod & probat optimè.

Ibidem. Part. 5. & 6. Ibidem. Part. 3. Ibidem. Part. 4.

Quærit autem de primo ente, ſiue intellectus ſit ſua ſubſtantia, ſiue intelligentia, quid intelligit? Aut enim ſeipſum, aut alterum aliquid? Aut idem ſemper, aut aliud? Vt autem reſpondeat, notat, quòd ad nobilitatem intellectionis faciat utique nobilitas obiecti eius, quod abſurdum eſt & inconueniens, intelligere aut meditari de quibuſdam:

Part. 6.

atque quòd non uidere quidem quædam, dignius eſt, quàm uidere. Vnde ita concludit, Seipſum ergo intelligit, ſi quidem eſt potentiſsimum, ſeu omnium optimum. Quaſi non intelligat alterum aliquid extra ſe: licet tamen quidam in eo loco ita intelligant Philoſophum, ut ſanctus Thomas, quaſi doceat

Sic intellexit ipſum Gregorius de Arimino lib. 1. ſen. diſ. 35

primum ens non intelligere alia in ſeipſis, nõ C autem docendo quòd non intelligat alia in ſe ipſo. Vt pote quod cùm Deus ſit cauſa & principium omnium aliorum, & cognoſcat perfectiſsimè ſeipſum, neceſſariò cognoſcendo ſe, cognoſcit omnes ſuos effectus. De hoc autem ſatis.

Refert S. Tho. par. 1. quæſt. 22. art. 2.

Circa diuinam prouidentiam errauerunt multi, uariis erroribus, Quidam enim ex toto diuinam prouidentiam negauerunt, ſicut Democritus & Epicurei, ponentes mũdum factum eſſe caſu.

Democritus, et Epicurei.

Quidam uerò poſuerunt incorruptibilia tantum prouidentiæ ſubiacere, corruptibilia uerò non ſecundum indiuidua, ſed ſolùm ſpecies: Sic enim incorruptibilia ſunt. Ex quorum perſona dicitur, Nubes latibulum eius, & circa cardines cœli perambulat, neque noſtra conſiderat.

Ariſtoteles & Cõmẽtator. Iob. 22.

Quidam autem, ut Rabbi Moſes à corruptibilium generalitate excepit homines, propter ſplendorem intellectus quo participant: in aliis autem indiuiduis corruptibilibus, aliorum opinionem eſt ſecutus.

Rabbi Moſes.

Ita igitur ſecundum errorem, fuerũt tres opiniones iſtæ præcedentes in mundo, circa diuinam prouidentiam; primam tenuerunt Democritus & Epicurei; ſecundam tenuerunt Ariſtoteles atque eius commentator Auerroes: tertiam autem tenuit Rabbi Moſes. Aſſerit enim Commentator, res incorruptibiles ſolas ſubdi diuinæ prouidentiæ, quod pertinet ad ſecundum errorem iſtorum, contra quẽ Plato in De legibus ſeu legum latione multa dixit, optimè, ſanè, ac ſanctè, probando diuinam prouidentiam eſſe generalem, tum de perfectioribus, uniuerſalibus, & maioribus; tum etiam de minus perfectis, ſingularibus, minoribus, & contingentibus.

Ariſt. ubi ſupra. Comenta. 12. Meta. Cõm. 52. & 54. Plato Lib. 34. Dialo. 10.

His ergo omnibus, uiſis, uerbis, ſententiis, opinionibus & erroribus doctorum Gentilium circa diuinam prouidentiam, fit notiſsimum, non poſſe demonſtratiuè probari in lumine naturali eam eſſe de omnibus in generali & de ſingulis in particulari, æternis, temporalibus, ſpiritalibus, corporalibus, uniuerſalibus, ſingularibus, incorruptibilibus, corruptibilibus, neceſſariis, & contingentibus; Demonſtratiuè, inquam, ideſt, per aliquam euidentem & claram probationem, quæ uinceret intellectũ, & cui in eo lumine naturali non poſſet ex ſuis principiis probabiliter reſponderi ac probabiliter contradici. Potuit autem hoc probari per bonas rationes probabiles, quemadmodum probauit Plato in De legibus ſeu legum latione, ſicut iam incipiebamus dicere. Ita enim poſuit Plato Diuinam prouidentiã, generalem, particularem, de maximis, ac de minimis: nec ſolùm ita poſuit, ſed quoque ita eſſe probauit. Conſtat ibidem.

E Quibus, aut qualibus probationibus? Bonis utiq;. Verū abſq; dubio, non demonſtratiuis, quæ generant aſſenſum mentis uerū, certum, firmum, clarum: ſed probabilibus, ſeu topicis, quæ ſolùm aptæ ſunt de ſe cauſare aſſenſum mentis formidoloſum, ſeu opinatiuum. Eſt tamen ſciendum, quòd Plato triplicem poſuit prouidentiam: Primam ſummi Dei qui primò & principaliter prouidet proſpicitque rebus ſpiritalibus, & conſequenter toti mundo quantum ad genera, ſpecies, & cauſas uniuerſales: Secundam qua prouidetur ſingularibus generabilium & corruptibilium, quam tribuit Diis qui circūeunt cœlos, id eſt, ſubſtantiis ſeparatis, quæ mouent corpora cœleſtia circulariter: Tertiam rerum humanarum, quam tribuebat dæmonibus, quos Platonici ponebant medios inter nos & Deos, ut narrat Auguſtinus in De ciuit. Dei lib. 7. Ita narrauit Gregorius Nicenus prouidētiam ſecundum opinionem Platonis. Et ita refert ſanctus Thomas Part. 1. Quæſt. 22. Art. 3. Quamobrem cum omni animi firmitate dicendum eſt, non potuiſſe homines in lumine naturali ita iudicare de diuina prouidentia quòd ſit de omnibus & ſingulis, neceſſariis & contingentibus, maximis & minimis, niſi, aut cum formidine per rationes probabiles, aut firmiter & ſine formidine per fidem quandam & piam affectionem. Sic etiam

F determinauit Ariſtoteles expreſsè: agens de cura Dei circa res humanas: Dixit enim ſecundū uerſionem Leonardi Arretini, Nam ſi Dii curam aliquam habent humanarum rerum, ut exiſtimatur & creditur; rationabile eſt, eos gaudere optimo & cognatiſsimo. Ecce notat hoc cognoſci aut iudicari, non per demonſtrationem, euidentiam, aut claritatem, ſed per fidem aut per opinionem: dicit nanque, Vt exiſtimatur & creditur. Exiſtimatur, pertinet ad opinionem; Creditur autem, ad fidem. Non dixit, Vt ſcitur: nec dixit, Vt demonſtratur: quia tunc euidentiam & claritatem indicaret, ut conſtat: ſed dixit, Vt exiſtimatur & creditur: ſignificans opinionem & fidem. Ergo quotquot homines ita firmiter ſua mente iudicauerunt & ſine formidine, profectò illud per fidem quandam habuerunt: & illud tale firmum iudicium, ſeu ille talis firmus aſſenſus mētis, fides quædam erat in illis. Iudicauerunt autem ſic firmiter ſua mente, fermè omnes nationes hominum ſub cœlo, plures Deos, uel unum Deum cognoſcentes, colentes, orantes, pro bonis acquirendis, pro peccatis expiandis, maliſq; deuitandis, uel in hoc ſæculo, uel in alio, uel in utroq;. Hæc de cognitione Dei quātū ad eius prouidentiam pertinet, dicta ſufficiāt modo.

Ariſt. Ethic. 10.

G NVNC autem iam oportet agamus de cognitione Dei quantum ad eius effectiuam cauſalitatem rerum omnium aliarum à ſeipſo, & de illa inquiramus, determinemus, oſtendamusque, quæ, ſeu qualis in lumine naturali haberi potuit ab hominibus. An ſit per ſe notum nobis, ſeu quoad nos, uel ſit euidenter demonſtrabile in lumine naturali, Deum eſſe effectricem cauſam rerum omnium extra ſeipſum? Vel ſit hoc in eo lumine ſolùm topicè probabile, aut pia quadam affectione firmiter credibile? Sit autem conſtans hic primum, non eſſe hoc per ſe notum quoad nos uiatores, qui Deum uidemus per ſpeculum & in ænigmate: ut etiam conſtabit ex dicendis ad propoſitum huius quæſtionis. An eſt euidenter demonſtrabile? Alia eſt quæſtio. De qua uidetur profectò dicendum, quòd non: ſed ſolùm topicè probabile, aut fide quadam & pia affectione credibile. Primùm quidem, quia non eſt demonſtrabile ultimū finem omnium, id eſt, Deum ipſum, eſſe primum principium effectiuum rerum: uidelicet quo ad nos, & in lumine naturali; licet tamen hoc poſsit ſufficienter probari in eo lumine per rationes probabiles. Quòd enim nō ſit demonſtrabile, uel ſaltem quòd non fuerit hactenus demonſtratum, ſatis conſtat ex dictis & opinionibus Philoſophorum antiquorum. Quidam nanq; ita intellexerunt Ariſtotelem, ut putarent ſecundum doctrinam

H eius primam ſubſtantiam, primum ens, Deum, habere ſolam cauſalitatem finalem, & mouere ſolùm per modum deſiderati, intellecti & amati; quos refert, ſed non probat Commentator in De ſubſtantia Orbis. Qui & ſi in multis locis dicat aut uideatur dicere, primum ens influere in alia entia omnia & cuncta alia pendere ab ipſo, & per ipſum conſeruari, ut conſtat in eodem ſuo opere: non tamen planè explicat modum eius rei, nec plenè declarat, quomodo primum ens habet effectiuam cauſalitatem in intelligentias ſpiritales æternas, quas ponit cum Philoſopho. Immo ipſe, de illa uia qua Ariſtoteles probat eſſe ponendam primam cauſam efficientem, quia non eſt proceſſus infinitus in cauſis efficientibus per ſe, dicit quòd non ducit niſi ad corpus cœleſte & eius motorem: quod bene notauit Caietanus. Beneq; etiam Aureolus, ut eſt uidere apud Capreolum. Verba Commentatoris ſunt, Et ideo uia loquentium de lege noſtra ad probandum Deū eſſe, non inducit eos niſi ad corpus æternum neceſſariò. Idem Ariſtoteles probauit quòd motus cœli eſt ſempiternus ſimpliciter, i ſuis de Phyſico auditu: quam ſententiam iterum ponit in Metaph. probans per hoc ſubſtantiam

De cognitione Dei quantum ad eius cauſalitatem effectiuā, ſeu rerum efficientiam, aut eius effectiuā potentiā.

Cōmētat. Auer. Cap. 2.

Auerr. 1. cœli. Com. 22. Caietan. Part. 1. Quæſ. 2. Art. 3. Aureolus apud Capreol. li. 1. Diſt. 3. Quæſt. 1. Ariſtot. Lib. 8. tex. cō. 11. & 30.

A tiam ſeparatam eſſe motiuam, effectiuam ip
Lib. 12. ſius motus & operatiuam; ſempiternam, im
tex. cõm. materialem, & immobilem, cuius ſubſtan-
29. 30. 31. tia eſt actus. Deinde oſtendens perfectionẽ
32. 33. 34 huius ſubſtantiæ monentis, ſed non motæ:
35. dicit eam mouere ſicut mouet appetibile &
Ibidem. intelligibile & amabile: quia hæc uel ſola nel
tex. cõm. maximè inneniuntur mouere non mota, de
36. 37. 38 ſiderabile & intelligibile & amabile: aſſerens
ſimul hanc ſubſtantiam mouentem non motam, eſſe ſubſtantiam ſimplicem, primum intelligibile, primum appetibile, primum amabile: declaransq́; quòd ſicut monentia & mota habent ſuam coordinationem, ut unũ monens ſit alteri cauſa mouendi, uidelicet primum: ſic intelligibilia habẽt ſuam coordinationem, ut unum intelligibile ſit principiũ
Ibidem. intelligendi alterum. Deinde comparat pri-
tex. c. 39. mum quod mouet ſicut intelligibile & deſiderabile, ad id quod intelligit & deſiderat ipſum: ſentiens neceſſe eſſe, ut ſi primum mouens mouet ſicut primum intellectum & deſideratũ, qnòd primum mobile deſideret & intelligat ipſum: quo loco concedit cœlum eſſe animatum anima intelligente & deſiderante primum mouens, & quòd cœlum ipſum ſeu primum mobile ſic intelligendo & appetendo ſeu amando primum mouẽs, magnam habeat delectationem: Maximè autem delectatur ſemper Deus, intelligens ſemper
B ſeipſum, uiuens, ſemperq́; actu intelligens, nitam habens optimam & ſempiternam: unde dicit, Et uita antem ntique exiſtit. Etenim intellectus, actus, uita. Illud antem, ipſe actus eſt. Actus autem quòd ſecundum ſe illius, uita optima & ſempiterna. Dicimns autem Deum eſſe animal ſempiternum optimum. Quare uita, & duratio continua & æterna exiſtit Deo. Hoc enim Deus. Hæc ille. Non quaſi ſentiat Deum eſſe animal, ſicut ſunt apud nos animalia: quia immo tum
Ibidem. in antecedentibus, tum etiam in ſequentibus
tex. c. 41. ſtatim, dicit Deum eſſe ſubſtantiam ſempiternam & immobilem ſeparatam à ſenſibilibus, ſine parte, & indiuiſibilem, impaſsibilem & inalterabilem: ſed Deum dixit animal, quia uita apud nos in animalibus apparet manifeſtè, & ut per hoc manifeſtaret Deũ
Ibidem. uinere & uitam habere, Poſt hæc autem, quia
tex. c. 51. dixerat primum monens quoque eſſe intelligens, intelligibile & intellectum, intelligere ac uiuere, determinauit obiectiones quaſdam pertinentes ad eius intellectionem & actionem: aſſerens quòd ipſum ſit intellectus,
Ibidem. & intellectum, & intelligere. Et rurſus, quia
tex. c. 52. dixerat primum mouens mouere ut appetibile & bonum, determinauit quomodo primum mouens ſit bonum & appetibile, licet ſit ſimplex: etiam ſoluens obie- C
ctiones in oppoſitum, ſemper docens ipſum primum ens eſſe principium aliarum rerum. Tandem probat opinionem antiquorum Philoſophorum in eo quòd dixerunt, bonum eſſe principium; ſed eos redarguit in eo qnòd non explicarunt quo modo quod
bonum eſt, principium ſit: Id eſt, Vtrùm ſci- *Ibidem.*
licet ut finis, aut mouens, aut ut ſpecies. Vl- *tex. c. 52.*
timò reprehendit Empedoclem, amicitiam *uel 53. aut*
facientem bonum reprehendit Anaxagoram, *etiã 54.*
bonum ipſum facientem intellectum, niſi ſa-
piat ut ipſe Ariſtoteles: & reprehendit alios *tex. c. 54.*
antiquos, qnibus adnumerantur etiam Par- *tex. c. 55.*
menides & Meliſſns in ſua opinione. Demũ *tex. c. 56.*
omittit Theologos & Philoſophos antiquos, *Ibidem.*
qui non ponebant principium aliquod uni- *Part. 17.*
uerſale, ſed ſolùm principia particularia; dicens quòd ſecundum ipſos non erit principium, & ordo, & generatio, & cœleſtia: ſed ſemper principii principium, ut Theologis & Phyſicis omnibus antiquis uiſum eſt. Aſſerit ergo quòd Deus eſt prima ſubſtantia, primum ens, & primum principium omnium aliorũ, primum mouens & immobile, primum intelligibile ac primum deſiderabile & primum amabile, primus intellectus, primum intelligens, primum uiuens, uita ipſa ſua & actus primus ac purus: fateturq́;, quòd ab ipſo pẽdeant omnia alia, cœlum ipſum, & tota natu
ra. Obiiciens autem ſibi, quòd potentia ui- D
deatur eſſe prior ipſo actu, ſeu prior quàm a-
ctus: ſoluit excludendo opinionem Theolo- *tex. c. 50.*
gorum antiquorum, Orphei & aliorum, qui dicebantur Poetæ Theologi, ponentium mũdum fuiſſe generatum ex nocte, id eſt, ſimplici priuatione exiſtente, hoc eſt, ex non ente: atque excludendo opinionem Phyſicorum, qui cum uiderent ſecundum naturam nihil fieri ex nihilo, poſuerunt omnia eſſe ſimul in quadam confuſione, quam uocabant Chaos, ſicut poſuit Anaxagoras: & multa alia explicat, quibus uidetur docere, aut docet, mundum in hac ſua diſpoſitione ſuiſſe ab æterno, & non ex priuatione pura, non ex non ente, nec ex illa confuſione. A' quo? A' Deo. Quo
modo? Ex eo relatum eſt, quãtum in his quæ *In Meta.*
ab eo dicuntur perſpicere licet. Satis enim de *per multa.*
clarauit ſatisq́; aperte dixit, Deum eſſe finem
ultimum ſimpliciter totius uniuerſi, ad quem *à tex. cõment. 29.*
ordinatur totum uniuerſum, tanquam ad ma
ximum bonum eius: eſſeq́; primum mouens *uſque in finem libri*
& immobile, mouereq́; ut intelligibile, ut in
tellectum, ut appetibile, atque ut amabile. *Lib. 1.*
Hinc eſt quòd, ut refert Andreas Nouocaſtrẽ *Diſt. 20.*
ſis, quidam nituntur imponere Ariſtoteli & *& 21.*
eius Commentatori quaſi ſenſerint Deũ non *Quæſt. 2.*
habere cauſalitatem effectiuam circa res, ſed *circa 2.*
ſolam *concluſ.*

E ſolam finalem: nec mouere per modum efficientis, ſed per modum amati & deſiderati. Etiam Ioannes Canonicus, doctor præclariſſimus ſui temporis, in ſuis quæſtionibus ſuper octo libros Phyſicorum, ita refert, agens de hoc, Eſt, inquit, una communis opinio omnium Philoſophantium Ariſtotelem ſequẽtium, quòd nunquam fuit de mente Ariſtotelis neque ſui Commentatoris, Deum eſſe cauſam effectiuam omnium, ſed ſolùm eſſe cauſam finalem. Hoc probatur, Nam huiuſmodi entia omnia uel fuiſſent facta ex nihilo, uel ex aliquo: non ex nihilo ſecundum principia Philoſophorum, quia ex nihilo nihil fit: nec ex aliquo, ſaltem quantum ad aliqua entia: Intelligentiæ enim cum ſint ſimpliciſsimæ, materiam non habentes, ex aliquo non poſſunt eſſe productæ: ſecus haberẽt materiam, ex qua fierent. Ergo etc. Confirmatur, Nam omnes Philoſophi negauerunt creationem & Deum immediatè agere: ſed aliqua entia ſunt, ut Intelligentiæ, quæ non poſſunt eſſe niſi per creationem, cùm materiam non habeant; ergo ſequitur, quòd Deus non ſit cauſa effectiua omnium, ſed finalis ſolùm. Hæc refert Ioannes Canonicus de opinione omnium Philoſophantium, qui Ariſtotelem ſequuntur. Signum ergo eſt euidentiſsimum, quòd non fuit demonſtratum, nec eſt demonſtrabile in lumine naturali, Deum eſſe effectiuam cauſam rerum omnium aliarum à ſe.

Ioannes Canonic. Lib. 2. Quaſ. 3. agens de tertio principali.

F Et doctores noſtri quærentes de hoc, ita docent expræſsè. Andreas enim Nouocaſtrenſis iam ſæpe allegatus, quæſiuit, Vtrum ſufficienter probari poſsit (id eſt, in lumine naturali) ultimum finem omnium eſſe primum principium effectiuum omnium? Reſpondet autem per ſequentes concluſiones. Prima, In lumine naturali ponẽdum eſt aliquod ens eſſe primum effectiuum, ſic quod eſt incauſatum effectiuè, nec eſt effectiuum uirtute ſuperioris effectiui eſſentialiter ſubordinati. Secunda, In lumine naturali tanquam probabilius ponendum eſt ens ſimpliciter primum habere uim effectiuam. Tertia, In lumine naturali tanquam probabilius ponendum eſt ens ſimpliciter primum eſſe principium productiuum intelligentiarum ſecundarum. Quarta, In lumine naturali tanquam probabilius ponendum eſt ens ſimpliciter primum eſſe principium effectiuum omniũ aliorum entium immediatè uel mediatè. Quinta, Secundum ueritatem fidei catholicæ ens ſimpliciter primum habet uim effectiuam immediatè totaliter reſpectu omnis entitatis poſitiuæ cauſabilis per ſe effectiuè. Sexta, Deum habere uim effectiuam omniũ aliorum totalem & immediatam non poteſt ſuffi

Andreas Lib. 1. Diſt. 20. & 21. quæſt. 2.

cienter in lumine naturali probari. Hæc ille. G Cõſtat autem quòd dum determinat ens ſimpliciter primum, Deũ uidelicet, habere uim effectiuam, non dicit hoc eſſe demonſtrabile aut demonſtratum in lumine naturali; ſed ſolùm dicit hoc eſſe in lumine naturali probabilius ponendum. Quaſi in lumine naturali ſint etiam rationes probabiles ad oppoſitum, ſed ſint rationes magis probabiles ad hoc. Et Ioannes Canonicus tenendo quòd Ariſtotiles atque eius Commentator tribuerunt uim effectiuam Deo & non ſolùm finalem, atque explicando modum huius rei, docuit eam uim effectiuam eſſe non in dando eſſe rebus omnibus, ſed bene in conſeruando. Probando enim, quòd non ſit neruum nec fuit de mente Philoſophi ſeparare cauſalitatem effectiuam à Deo, dicit, Sciendum quòd finis & efficiens habent duas cauſalitates, ſicut dictum eſt in primo articulo huius quæſtionis. Habet nanque efficiens primò unam cauſalitatem quæ cadit immediatè ſuper fieri rei, quæ primò ponit rem de non eſſe ad eſſe: ſecundò habet aliam cauſalitatem quæ cadit ſuper eſſe rei, per quam manutenet & conſeruat in eſſe. Et ſimiliter finis habet duplicem cauſalitatem prædictæ duplici cauſalitati correſpondentem, ut eſt ſuperius declaratum. Et hoc præmiſſo, Dico quòd Philoſophus & Commentator poſuerunt Deum eſſe cauſam efficientẽ omniũ H & finalem, tam corruptibilium, quàm incorruptibilium: tamen aliter & aliter. Quia corruptibilium ponebant eſſe cauſam realẽ, quantum ad utranque cauſalitatem: incorruptibilium uerò, ſolùm quantum ad ſecundã cauſalitatem, per quam conſeruat. Amoto enim Deo per impoſsibile, nihil poteſt eſſe. Primum autem dictum ſic probatur, Nam omnis cauſa primaria plus influit in cauſatũ, quàm ſecundaria; prima propoſitione de cauſis. Hoc autem non eſſet, niſi prima cauſa concurreret effectiuè quantum ad primã cauſalitatem ſuper huiuſmodi entia corruptibilia. Ergo? Secundum dictum probatur quantum ad entia incorruptibilia, Quoniam omne productum de non eſſe in eſſe, de nihilo creatur: ſed iſta entia ſic ſunt producta de nihilo, cum non habeant materiam: ergo creabuntur. Sed Philoſophus negauit creationem, ergo & prædictam cauſalitatem. Vnde Commentator in De ſubſtantia Orbis dicit quòd primum largitur cœlo permanentiam æternam; non dicit autem eſſe æternum: ex quo patet, quòd Deus conſeruat ſecundum mentem eius huiuſmodi entia incorruptibilia, non tamen dat eis effectiuè eſſe. Hæc ergo fuit mens Philoſophantium, ut credo.

Ioãnes Canonicus. Vbi ſupra. lib. 2. quæſ. 3. Ad tertium principale agens. Eſt art. 3. principalis.

Hæc

A Hæc ille. Ecce ſecundum intelligentiã huius Doctoris Ariſtoteles & eius Commentator crediderunt de Deo, quòd circa res neceſſarias, habuerit cauſalitatem effectiuam ſolùm inconſeruando, non in dando eis eſſe, ſed ſolam æternam permanentiam: quia amoto Deo per impoſsibile, deſtrueretur totus mũdus, cœlum & tota natura, Atque re uera, hæc uidetur fuiſſe mens Commentatoris, licet ipſe in De ſubſtantia Orbis, dicat quòd dator continuationis motus, eſt dator eſſe aliis entibus: loquebatur enim tunc de entibus corruptibilibus, non de æternis. Maximè conſtat hoc ex Commentatore, ex eo quod dicit quòd inter primam cauſam & alias intelligentias non eſt prouentus, neque conſequutio, neque actio, ita, ut dicamus quòd una actio tantum conſequitur unum agentem: ſed tantum eſt illhic cauſa & cauſatum ſecundum quòd dicimus, quòd intellectum eſt cauſa intelligentis: & cum ita ſit, inquit, non eſt impoſsibile ut illud quod eſt per ſe intelligentia ſit cauſa plurium entium, ſecundum quòd ex eo intelliguntur multi modi. Agebat enim ibi contra eos recentiores eo tempore, qui dicebant de Intelligentiis, quòd quædam earum conſequitur ſicut cauſatũ cauſam, quòd prima ſubſtantia, ſit prior motore totius,

Cap. 6. & ult.

12. Met. Com. 44.

B quòd prima Intelligentia cauſet ſecundam, & quòd cum ſit una & ſimplex non cauſet aliud: quia ab uno & ſimplici non prouenit ni ſi unum. Agebat autem contra Auicennam, qui poſuit, primum mobile moueri immediatè, non à primo principio: ſed ab Intelligentia à primo principio cauſata: Cum enim primum principium ſit unum ſimpliciter, exiſtimauit quòd ab eo, non poteſt cauſari niſi unum, quod eſt Intelligentia prima, in quam quidem incidit aliqua pluralitas potentiæ, & actus, ſecundum quòd acquirit eſſe ab eo. Contra hoc dixit Commentator, quòd non eſt illhic prouentus nec conſequutio, nec actio, ut dicamus unam actionem conſequi tantum rem unam agentem: aſſerens etiam, quòd tantum eſt illhic cauſa & cauſatum, ſecundum quod dicimus, quòd intellectum eſt cauſa intelligentis. In quo profectò uidetur ſatis exprimere, quòd ſit illhic alius modus efficiendi in prima Intelligentia ſeu in prima ſubſtantia circa ſecundam, diſtinctus ab eo quem ibi ponebat Auicenna, dicens, primam intelligentiam cauſari ſeu produci à prima ſubſtantia. Capreolus ex mente Ariſtotelis, & Commentatoris arbitratur primam ſubſtantiam primumq; ens non ſolùm eſſe finem omnium, ſed etiam effectiuam, & dans eſſe omnibus, etiam Intelligentiis; & reſpondendo ad uerba Commentatoris, ait, Sciendum

Ita refert S. Tho. 12. Met. circa textum commen. 44.

Capreol. Lib. 1. Dist. 3. Quæst. 1.

etiam quòd cum dicit Commentator quòd C inter primam cauſam & alias Intelligentias non eſt cauſa & cauſatum, nec actio, nec conſequutio, etc. non intendit negare, Deum effectiuè producere alias intelligentias: ſed ſolùm intendit, quòd Deus ipſe non producit eas per actionem quæ eſt extractio alicuius de potentia in actum, ſed ſolùm per actum intellectus et uoluntatis, quæ eſt actio immanens agenti, non tranſiens in paſſum extrinſecum. Ecce igitur quanta eſt doctorum differentia, & quam grauis controuerſia de hoc. Signum euidentiſsimum, quòd non eſt euidens in lumine naturali, hoc de quo agimus: nec eſt euidens quid de hoc ſenſerit Ariſtoteles, aut eius Commentator. Vnde igitur non poteſt in eo lumine euidenter oſtendi, Deum eſſe primã cauſam effectricem omnium aliorum à ſe, quia non eſt euidens in eo lumine, An circa res alias habeat cauſalitatem efficiẽtem. Secundò non poteſt hoc demonſtrari euidenter in eo lumine, quia uidetur quòd ad Deum, eſſe cauſam effectiuam omnium aliorum; ſit neceſſarium Deum habere uirtutem cauſatiuam & effectiuam infinitam in uigore & intenſiuè: quod certum eſt non poſſe euidenter demonſtrari de Deo, in illo lumine. Vnde etſi quidam dicant, ut refert Andreas Nonocaſtrenſis, quòd ſtando præciſè in lumine naturalium rationum, poſsit ſufficienter probari Deum eſſe potentiæ actiuæ formaliter infinitæ ſecundum uigorem. Ipſe tamen Andreas ita inquit, Stando præciſe in lumine rationum naturalium, magis uidetur ponendum primam cauſam non eſſe uirtutis infinitæ intenſiuè ſecundum uigorem. Non eſt igitur hoc demonſtrabile in lumine naturali. Videtur autem profectò quòd, Deum eſſe cauſam effectricem omnium aliorum à ſe, requirat Deum habere uirtutem effectiuam & infinitam formaliter, non ſolùm ſecundum durationem, ſed etiam intenſiuè & ſecundũ uigorem: præſertim ſi in eo lumine dicatur Deus efficere aut producere Intelligentias, eo modo quo explicat Capreolus: quia ſic dicere, utique eſt aſſerere quòd Deus ab æterno creauit Intelligentias producẽdo illas per actionem eius immanentem ſibi, id eſt, intelligendo & uolendo ab æterno eas eſſe. Ad creationem enim non refert tempus, ſed modus: non refert quòd fiat in tempore, aut quòd ſit ab æterno: ſed refert modus quo res ponitur in eſſe, aut in eſſe producitur, ſiue ex aliquo, ſiue ex nihilo. Quælibet Intelligentiarum quas poſuit Ariſtoteles, eſt ſubſtantia actus, per ſe ſubſiſtens, ſpiritalis, immaterialis, ſine parte, incorporea, actu ens: iccirco ſi aliqua earum habet cauſam effectiuam ſui eſſe,

Andreas Lib. 1. dist. 42. 43. 44. quæſ. 1.

Ibidem.

Propoſ. 2.

E eſſe, ſeu eius quantum ad ſuum eſſe prodnctiuam, & non ſolùm quantum ad permanentiam, tunc ſequitur ſine dubio, quòd illa talis intelligentia habet eſſe per creationem, atque illa talis ſua canſa eſt profectò creatiua. Cauſa enim effectiua ſubſtantiæ ſpiritalis, immaterialis & incorporeæ per ſe ſubſiſtentis, quantum ad ſuum eſſe, abſque dubio eſt creatiua cauſa, potens creare quantum eſt de ſe. Ariſtoteles autem negauit utrunque, tum creationem, tum etiam uirtutem creatiuam: & neceſſe erat quòd ſi concederet creationẽ, ſimul concederet creatiuam uirtutem de facto; ſi autem concederet creatiuam uirtutem de facto, ſimul concederet creationem ſaltem in potentia. Vtrunque ergo negauit, Pariter autem & potentiam ſeu uirtutem effectiuam formaliter infinitam in uigore & intenſiuè negauit: quia ſi illa talis aut tali modo infinita eſſet, eſſet ntiqne illa uirtus creatiua: ſicut, re uera, eſt in Deo Optimo Maximoq;. Cnm ergo ad Deum eſſe cauſam effectricem omnium rerum aliarum à ſe, cœli & Intelligentiarum, uideatur ſequi, Deũ eſſe uirtutis effectiuæ formaliter infinitæ ſecundum uigorem, aut quod idem eſt, creatiuæ: ſequitur, quòd ſi in lumine naturali non poteſt demonſtrari hoc ſecũdum, per conſequens in eo lu-
F mine non poteſt, demonſtrari illud primum.
8.Phyſic. Poſuit Ariſtoteles uirtutẽ actiuam ſeu moti-
12.Meta. uam infinitam ſecundum durationem in multis locis doctrinæ ſuæ, ſed hoc non eſt ad propoſitum, quia ut conſtat magis ſecundum ipſum, uirtus actiua ſeu motiua infinita ſecundum durationem & extenſionem non infert uirtutem actiuam ſeu motiuam infinitam ſe-
Vbi ſupra. cundum uigorem & intenſionem. Andreas Nouocaſtrenſis, dixit, quòd in lumine natu-
Lib. 1. rali tanquam probabilius ponendum eſt, ens
Diſt. 20. 21. ſimpliciter primum habere uim effectiuam. Et quòd in lumine naturali tanquam proba-
Quæſ. 2. bilius ponendum eſt, ens ſimpliciter primũ
Concl. 2. & 3. eſſe principium productiuum intelligentiarum ſecundarum: & ipſemet dixit, quòd ſtã-
Ibidem. do præcisè in lumine rationum naturalium,
Diſt. 42. magis uidetur ponendum, primam cauſam
43. 44. non eſſe uirtutis infinitæ intenſiuè ſecundũ
Propoſ. 2. uigorem. Sed hoc non eſt contra nos: Tum
quæſt. 1. quia non ſunt manifeſta eius dicta. tum quia
Propoſ. 2. ipſe non agit niſi quantum ad maiorem probabilitatem, non autem quantum ad euidentem demonſtrationem: tum propter multa alia de quibus conſtat ex dictis. Ergo in lumine naturali non eſt demonſtrabile euidenter, Deum eſſe cauſam effectricem omnium rerum aliarum: ſed eſt hoc uel fide credibile, uel etiam topicis rationibus probabile. Sic ergo manifeſtum eſt non habuiſſe homines in lumine naturali aſſenſum G mentis de hoc, quòd Deus eſt effectrix cauſa omnium, niſi uel formidoloſum per rationes probabiles, uel firmum & ſine formidine per fidem quandam atque piam affectionem: & ſemper fides quædam uigebat in omnibus hominibus, qui ita firmiter & ſine formidine in ſuis mentibus iudicabant de Deo. Quandoquidem aſſenſum mẽtis uerum firmum & clarum, dat propoſitio per ſe nota, experientia, uel euidens demonſtratio: aſſenſum mentis uerum, firmum & obſcurum, dat auctoritas & pia affectio, eſtq; fides: aſſenſum autem mẽtis uerum & formidoloſum dat ratio probabilis, nec ipſa per ſe poteſt dare aliquem aſſenſum qui ſit ſine formidine. Itaque hæc prædicata, Vnum, ſpiritale & immateriale & incorporeum & inextenſum, habens uniuerſalem & particularem omnium rerũ curam & prouidentiam, effectiua cauſa omnium, non potuerunt euidenter demonſtrari de Deo in lumine naturali naturalium rationum: neque potuerunt homines in eo lumine illa cognoſcere de Deo, niſi aut cum formidine per rationes probabiles, aut firmiter & ſine formidine per fidem quandam & piam affectionẽ, ex ſua eorum uoluntate pendentem. Cætera enim poteſt homo nolens, Credere autem non niſi uolens: ut rectè dixit Auguſtinus de H actu credendi, idem prorſus intelligens de actu ſperandi, deq; actu diligendi, quemadmodum ipſe declarat alibi, & Hugo de ſancto Victore in ſuis elucidationibus ſuper epiſtolam Apoſtoli ad Romanos. Vt autem magis appareat non potuiſſe homines in lumine naturali de Deo cognoſcere hæc prædicata niſi aut per fidem ex pia affectione, aut per opinionem formidoloſam ex rationibus probabilibus, quibus in eo lumine opponi poterant aliæ rationes probabiles, iuuat uidere Algazelẽ deſtruentem Philoſophos, & Auerroem Commentatorem Ariſtotelis reſpondentem pro Philoſophis. Algazel enim, ut refert Auerroes in ſuis deſtructionibus deſtructionum, ſummus Philoſophus fuit notus, qui poſtquam in Philoſophia eximia conſtruxit uolumina in quibus ſapientum opiniones oſtendit, excitatus eſt librum texere, cuius titulus eſt, Deſtructio Philoſophorum, in quo & ſtipites totius ſapientiæ promittit euellere, & ratione eius (ut ait idem Auerroes) Philoſophia periculata abominationi extitit deinde. Ipſe igi-
tur Algazel nititur deſtruere fundamenta Phi- *Algazel.*
loſophorum in multis, præſertim in eo quod *Diſput. 5.*
Philoſophi putant probauiſſe Dei unitatem, *Diſput. 9.*
Item eo quòd dicebant, Deum non eſſe corpus neque corporeum, Adhæc, Deum ſcire *Diſpu. 6.*
alia à ſe, etiam quaſi ſecundaria cognitione
ſciendo

A ſciendo ſe eſſe cauſam & principium aliorum;
Diſpu.10. præterea quòd cēſent ſe probaſſe, quòd Deus
ſciat genera & ſpecies modo uniuerſali, Inſu-
Diſpu.11. per quòd dicunt, Deum tantum ſeipſum ſci-
Diſpu.12. re, & in eo quod dicunt Deum particularia
Diſput.3. ignorare, mundumq́; eſſe effectum Dei. Im-
pugnatq́; ipſe Algazel Philoſophos, eorumq́;
euertit fundamenta, & pro uiribus labefacta
re atque euellere conatur, ſatis indicans ea
non eſſe demonſtratiua. Auerroes ex oppoſi
to librum conſcripſit, cuius titulus eſt, De-
ſtructiones deſtr. Auerrois, in quo Philoſo-
phorum ſententias tuetur & reſpondet omni
bus Algazelis rationibus, easq́; elidit, ut eius
ſcriptis perſpicere datur. Eſt autem hoc ma-
niſeſtum ſignum, quòd nec Philoſophi demō
ſtrabant probando, nec Algazel demōſtrabat
deſtruendo, nec Auerroes demonſtrabat Phi
loſophos ſuſtinendo aut defendendo. Quid
ergo? Rationes probabiles erant hinc inde,
& non demonſtratio, nec demonſtrationes
euidentes: cauſantes ſolummodo aſſenſum
mentis ſeu iudicium opinatiuum & formido
loſum, non euidentem, non clarum, nec fir-
mum. Cæterùm ut iam ſatis conſtat, Lumen
naturale non potuit oſtendere hæc prædica-
ta hominibus de Deo, niſi per rationes pro-
babiles, ſub formidine, turbulentia, aut hæſi
B ſitatione probabilium rationum, non demō
ſtrantium: & ut conſequitur, non poteſt hu-
manus intellectus aut humanus animus in lu
mine naturali non ſemper hæſitare iudican-
dis his prædicatis de Deo, & ſolis rationibus
probabilibus attendendis. Conſequenter e-
tiam quotquot homines hæc prædicata firmi
ter & ſine hæſitatione de Deo iudicauerunt,
fidem quandam & piam affectionem habue-
runt, ita intrepidè iudicantes, quia ita intre
pidè iudicare uolebant; non ex ſolis probabi
libus rationibus quæ neceſſariò non ſolùm ſi
bi ipſis habēt formidinem annexam, ſed etiā
concluſioni quā probant: uerùm ex uolunta
te eorū & pia affectione. Vnde & in illis quo-
ad hoc, iam uigebat quædam fides, uidelicet
illud tale iudicium firmnm, uon ex euidentia
probationis, ſed ex uoluntate & pia affectio-
ne ita credentium, natum: neque in hoc par-
uam difficultatem uincebant, ſed magnam,
& grauem admodum. Qui autem non ita in-
trepidè iudicabant, ſed cum formidine ita pu
tabant, etiam non paruam difficultatem ſu-
perabant, propter probabiles rationes in op
poſitum. In omnibus autem his, & qui fir-
miter iudicabāt, & qui cum formidine ita pu
tabant, uigebat (ut diximus) gratiæ Saluato
ris noſtri adiumentum, in quo & cum quo,
ea ipſorum iudicia formabant: Maximè dum
ita iudicabant uirtuosè, moraliter, cum om-
nibus his quæ ad bonum morale requiſūtur. C
Deficiebat itaque lumen naturale in oſtenſio
ne horum prædicatorum de Deo, quia hæc de
illo oſtendebat per ſolas rationes probabiles
& cum formidine, ut conſtat ex dictis: Lumē
autem fidei reuelatæ cœlitus, ſeu reuelata
ſcientia, non deficit in hoc, quia omnia hæc
prædicata oſtendit de Deo cum omni firmita
te, propter infinitam Dei reuelantis auctori
tatem, ueritatem, firmitatem. Omnia enim
hæc prædicata de quibus agimus, reperiun-
tur in diuinis ſcripturis conuenire Deo, Opti
mo, Maximoq́;: Vnū, ſpiritale & immateria
le & incorporeum, habens prouidentiā in ge
nerali & in particulari de oībus, prima cauſa
effectiua omnium. De unitate enim Dei legi
mus, Ego ſum Dominus Deus ueſter. Neq; *Leuit.18.*
enim eſt alius Deus in cœlo, uel in terra, qui *Deut.3.*
poſsit facere opera tua & cōparari fortitudi-
ni tuæ. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, *Deut.6.*
Deus unus eſt. Videte quòd ſim ſolus, & non *Deut.32.*
ſit alius Deus præter me. De eſcis autē quæ
idolis īmolantur, ſcimus quia nihil eſt idolū *1.Cor.8.*
in mundo, & quod nullus eſt Deus niſi unus.
Nā & ſi ſunt qui dicantur Dii, ſiue in cœlo, ſi
ue in terra (ſi quidē ſunt Dii multi, & domini
multi,) nobis tamē unus Deus Pater, ex quo
omnia & nos in illū, & unus Dominus Ieſus
Chriſtus per quem omnia, & nos per ipſum. D
Vnus Dominus, una fides, unum baptiſma. *Epheſ.4.*
Vnus Deus et Pater omnium, qui ſuper om
nes, & per omnia, & in omnibus nobis. De
ſpiritalitate autem, immaterialitate, incor-
poreitateq; Dei, legimus, Spiritus eſt Deus, *De ſpiri-*
& eos qui adorant eum, in ſpiritu & ueritate *talitate*
oportet adorare. Et conſtat ex diuinis ſcri- *Dei.*
pturis, Deum eſſe ubique, ut paſsim reperi- *Ioan.4.*
mus in ipſis: nullum autem corpus eſt ubi-
que, neque profectò corpus aliquod ubique
eſſe poteſt. Legimus autem, Cœlum & ter-
ram ego impleo. Si aſcendero in cœlum, tu *Pſal.138*
illhic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Et
multa alia. Vnde & Doctores ſancti oſtendē
tes ſpiritalitatem, immaterialitatem, & incor
poreitatem Dei ex diuinis ſcripturis, multa
dixerunt pulchra. Auguſtinus in ſuis libris *Aug.li.1.*
de Trinitate. Anſelmus Mono. Richard. in *Lib.15.*
De Trinitate. Idemq; Auguſtinus paſsim cō *cap.4.*
tra Manich. Si autem aliquando legamus in *& 5.*
diuinis ſcripturis ſic, quaſi ſignificetur Deū *Anſelm.*
habere dimenſiones, ut ibi, Excelſior cœlo *ca.15.17.*
eſt, & quid facies? profundior inferno, & un *Richard.*
de cognoſces? longior terra menſura eius *Lib.2.*
& latior mari: uel ſignificetur eſſe Deum fi- *Cap.2.*
guratum, ut ibi, Faciamus hominem ad ima *& ca.24*
ginem & ſimilitudinem noſtram: uel ſignifi- *Iob.2.*
cetur Deū habere partes corporeas ſeu men *Gen.1.*
bra, ut ibi, Si habes brachium, ut Deus. & *Iob 41.*

E ibi, Oculi Domini ſuper iuſtos. & ibi, Dextera Domini fecit uirtutem. uel ſignificetur habere ſitum, ut ibi, Vidi dominum ſedentem ſuper Solium. & ibi, Stat ad iudicandū Dominus. Et ſimilia. Profectò in his omnibus intelligimus locutiones eſſe per metaphoram & ſimilitudines quaſdam diſsimiles, ut bene notauit diuus Dionyſius in De cœleſti Hierarchia. tradit enim nobis diuina ſcriptura ſpiritalia & diuina ſub ſimilitudinibus rerum corporalium, ut melius intelligamus, & quaſi hoc pacto manuducamur ad altiora. Quando igitur diuina ſcriptura tribuit Deo trinam dimenſionem ſub ſimilitudine quantitatis corporeæ, quantitatem uirtualem ipſius deſignat: ut uerbi gratia per profunditatem, uirtutem ad cognoſcendum occulta: per altitudinem, excellentiam uirtutis ſuper omnia: per longitudinem, durationem ſui eſſe: per latitudinem, affectum dilectionis ad omnia. Vel ut dicit Dionyſius in De diuinis nominibus, per profunditatem Dei, intelligitur incomprehenſibilitas ipſius eſſentiæ, per longitudinem, proceſſus uirtutis eius omnia penetrantis, per latitudinem uerò, ſuperextenſio eius ad omnia, inquantum uidelicet ſub eius protectione omnia continentur. Quando homo dicitur in diuinis ſcripturis imago Dei, id ſine dubio intelligitur de homine ſecundum animam ſpiritalem, non ſecundum corpus: ut optimè explicat Auguſtinus, & traditur in ſcholis ex ſententiis omnium catholicorum. Quando partes corporeæ in diuinis ſcripturis attribuuntur Deo, eſt ratione ſuorum actuum, & ſecundum quandam ſimilitudinem. Actus enim oculi eſt uidere, & ideo oculus de Deo dictus ſignificat uirtutem eius ad uidendum, modo tamen intelligibili, non ſenſibili: & ſimile eſt de aliis partibus, quoties Deo tribuuntur. Significatur enim tunc diuina uirtus, altiſsima & infinita, cognoſcens omnia cognoſcibilia, modo ſuo altiſsimo, omniaq; potens etiam altiſsimè. Qui plantauit aurē, non audiet? aut qui fixit oculum, non conſiderat? Eminens eſt diuina uirtus, omnia cognoſcens, omniaq; potens, modo eminentiſsimo. Quando autem attribuuntur Deo quæ pertinent ad ſitum, nullo modo id fit, niſi per ſimilitudinem: unde dicitur ſedens, propter immobilitatem & auctoritatem: & ſtans, propter ſuam fortitudinem ad debellandum omne quod aduerſatur. Spiritus igitur eſt Deus, immaterialis, incorporeus, inextenſus, ſine parte ulla, actus purus, & ſimpliciſsimus. De diuina autem & perfectiſsima Dei ſcientia, prouidentia, & gubernatione totius uniuerſi, omniumq; & ſingularum eius partium, manifeſtè habetur etiā, quoad omnia, æterna, temporaalia, uniuerſalia, ſingularia, neceſſaria, contingentia, incorruptibilia, corruptibilia, ſpiritalia, corporalia. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Quæ ſunt Dei nemo nouit niſi Spiritus Dei. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Pertingens uſque ad diuiſionem Spiritus & animæ, compagum quoque & medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis, & non eſt ulla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Scrutans corda & renes Deus. Tu Domine qui noſti corda omnium. Vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Omnes uiæ hominum patent oculis eius. Qui finxit ſingillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Tu autem Pater, gubernas omnia prouidentia. Attingit à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Quem conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper Orbem, quem fabricatus eſt? Omnia uidet oculus eius. In ditione enim tua cuncta ſunt poſita. Qui regis Iſrael intende, qui deducis uelut ouem, Ioſeph. Et diuinam prouidentiam explicauit Saluator noſter abundantiſsimè ſuper hæc, dicens, Ne ſoliciti ſitis animæ ueſtræ quid manducetis, neque corpori ueſtro quid induamini. Non ne anima plus eſt quàm eſca; & corpus pluſquam ueſtimentum? Reſpicite uolatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Et cætera quæ ſequuntur, & perfectiſsimam Dei prouidentiam de omnibus, nobis declarant: de quibus etiam habemus apud Lucam, & alibi ſæpiſsimè. Quinque paſſeres ueneunt dipondio, & unus illorum non eſt in obliuione corām Deo. Capilli capitis ueſtri omnes numerati ſunt. Capillus de capite ueſtro non peribit. Aliaq; penè infinita, de diuina prouidentia, deq; Dei iudicio perfectiſsimo omnium & ſingulorum, diuinam ſcientiam, prouidentiam, & gubernationem perfectiſsimam palàm indicante. De diuina etiam uirtute effectiua, & Dei effectiua potentia infinita, cauſatiuaq;, effeciendo, motiua, actiua, operatiua, factiua, & creatiua, etiam multa legimus expreſſa. In principio creauit Deus cœlū & terram. Et fecit Deus firmamentum, diuiſitq; aquas, etc. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et creauit Deus hominem ad imaginē ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos. Ego Deus omnipotens, ambula corām me, & eſto perfectus. Ponamq; fœdus meum inter me & te, & multipli-

Eſaia 6. Eſa. 3. Dionyſ. Cap. 9.

F

Magiſt. ſent. lib. 1. Diſt. 3.

De Dei ſcientia, prouidentia, & gubernatione perfectiſsima.

G

Rom. 11. 1. Cor. 2. Hebr. 4. Hebr. 4. Rom. 4. Prou. 16. Sap. 14. Sap. 8. Iob 34. Eccl. 23. Heſter. 13 Matt. 6.

H

Luca 12.

De diuina uirtute effectiua, ſeu cauſatiua efficiēdo.

Gen. 1. Gen. 17.

A tiplicabo te uehementer nimis. Non erit impoſsibile apud Deum omne uerbum. *Luc. 1.* Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. Omnia quæcunque uoluit, fecit. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, *Iacobi 1.* deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec uiciſsitudinis obumbratio. *Rom. 11.* Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. *Act. 17.* In ipſo enim uiuimus, & mouemur, & ſumus. Et multa alia ſimilia. Igitur lumen fidei, id eſt, fides ipſa, ſeu ſcientia aut doctrina diuinitus reuelata, circa quam uel de qua eſt fides, oſtendit cum omni firmitate omnia hæc prædicata conuenire Deo: Lumen autem naturale ſeu naturalis ſcientia uel doctrina quæ eſt ſecundum lumen naturale, oſtendit hæc etiam de Deo, ſed profectò cum formidine & hæſitatione, non cum firmitate. *Tria ſũt lumina quæ oſtendunt hæc prædicata de deo, gloria, fidei, & natura.* Vt iam poſsimus diſtinguere tria lumina, quæ oſtendunt hæc prædicata de Deo, modis differentiſsimis: Ea lumina ſunt, lumen gloriæ ſeu cognitio Dei beatifica; lumen fidei, fides, ſeu cognitio Dei per fidem; lumen naturale, ſeu cognitio Dei per naturales rationes. *Modi differẽtes horum luminũ in oſtẽſione.* Modi uero differentes horum luminum in oſtenſione horum prædicatorum de Deo Optimo, ſic noſcuntur euidenter, quòd lumen gloriæ oſtendit hæc de Deo firmiter euidenter, manifeſtè atque clarè: lumen fidei oſtendit hæc de Deo firmiter utique, ſed obſcurè:

B lumen autem naturale oſtendit hæc de Deo non clarè nec firmiter, ſed formidoloſè cum formidine atque hæſitatione ut ex his, quæ dicta ſunt, conſtat. Etenim lumen hoc naturale oſtendit hæc de Deo, non per demonſtrationes euidentes, nec per medium aliquod firmum & ſine formidine, ſed ſolùm per rationes probabiles, quæ non ſunt aptæ natæ generare ſeu cauſare aliquem aſſenſum concluſionis quam probant, niſi formidoloſum, opinatiuumq́; cum formidine. Quamobrem igitur ſicut iam frequenter diximus, quotquot homines hæc prædicat in lumine naturali firmiter cognouerunt de Deo, fidem quandam de huiuſmodi rebus habuerunt. Conſtat etiã particulariter quàm difficilè fuit hominibus in ſolo lumine naturali iudicare de Deo quòd eſt effectiua cauſa omnium immediata, attingens immediatè efficientiam omnium rerum, conſiderando duos errores maximè falſos Philoſophorum, quos in eo lumine habuerunt pro principiis uerißimis: alter error fuit, quòd ex nihilo nihil fit, propter quẽ negabant potentiam creatiuam: alter error fuit, quòd ab æterno immutabili non poteſt fieri aut effectiuè eſſe effectus nouus, de nouo. Propter priorem enim errorem cogebantur negare, eſſe à Deo effectiuè, quæ non poſſunt effici niſi per creationem: C propter poſteriorem autem cogebantur negare, à Deo æterno & immutabili effici aliquid in tempore, aut effectum aliquem nouum ſeu non æternum. De his duobus erroribus habetur in deſtructionibus deſtructionum Auerrois, *Diſp. 1. 2.* ubi refert, & reſpondet: licet & in multis aliis locis hi errores perſpici poſsint apud Philoſophos, *1. Phyſi. 12. Met.* præſertim prior. Ratio autem quæ eos in poſteriorem errorem propellebat ex eo erat quòd tueri hoc neſcirent ſcilicet, Quomodo agens antiquum ſeu æternum, potuit facere aliquem effectum nouum, ſine aliqua mutatione ſui, aut ſine aliquo inclinante, aut applicante ad illum effectum nouum. Vnde dixit Algazel apud Auerroem in deſtructionibus deſtructionum, *Diſput. 1.* quòd hæc fuit fortiſsima probationum eorum qui dixerunt, mundum fuiſſe ab æterno: quia uidelicet dicebant, Procedere innouatum ab antiquo, abſolutè impoſsibile eſt. Quod ſibi probabant eo modo, quem ibi explicat Algazel, & ſtatim tetigimus. Neſciebant enim ratione aſſerere quomodo antiquum efficiens & ſufficiens poteſt efficere aliquid recens, ſine aliquo applicante, aut ſine aliqua mutatione ſui in ſcientia, uel uoluntate: id eſt, ſi tale efficiens ſufficiens, eſt agens à propoſito. Huiuſmodi principium tanquam falſum impugnauit Algazel multis modis, *Vbi ſupra. Diſput. 1.* ut eſt uidere apud Auerroem: D Et hoc principium defendit Auerroes, etiam modis multis, deſtruendo deſtructiones Algazelis. *Ibidem.* Ergo lumen naturale ſolum ſine lumine gloriæ & ſine lumine fidei, ſine ſcientia beatifica & ſine ſcientia reuelata, non potuit oſtendere iſtud de Deo, quòd ſit effectiua cauſa omnium rerum, niſi formidoloſè, cum formidine & hæſitatione: ob quod quiſquis hoc firmiter de Deo cognouit in lumine illo naturali, fidem quandam in eo habuit, & piam affectionem, indicans firmiter & ſine formidine, quòd ſibi non oſtendebatur niſi cum formidine. Idemq́; omnino fuit de aliis prædicatis in eo lumine, de quibus agimus, id eſt, circa cognitionem aliorum prædicatorum de Deo. Conſtat igitur infirmitas naturalis luminis, fragilitas, & debilitas, ad oſtendendum hæc altiſsima prædicata de Deo: ut non poſsit illa oſtendere, niſi cum formidine, & hæſitatione, per probabiles rationes, cum labore magno, & difficultate non parua. Ita uerò ut hic etiam dicatur uerißimè, Sicut oculus Noctuæ ad lumen Solis, ita intellectus noſter ad ea quæ ſunt manifeſtiſsima naturæ. Indiget ergo iuuari ſpecialius ad uidendum hæc altiora, magis quàm indigeat iuuari ad uidẽdum alia inferiora.

E feriora. Poſuimus locum ubi Ariſtoteles uidetur ſentire, Deum nõ cognoſcere alia à ſe, annotauimusq́; ex aliis, Philoſophum in hoc ſibi fuiſſe contrarium, ſed locum in doctrina ſua non aſsignauimus: eſt autem locus ſpecia-
Lib. 3. lis in eodem opere Metaphyſicorum, quan-
tex. c. 15. do quærit, Vtrùm eadem corruptibilium &
Part. 1. incorruptibilium ſint principia, aut diuer-
Ibidem. ſa? Ibi enim agens contra Empedoc. dicen-
Part. 9. tem quòd ſimile per ſimile cognoſcimus, terram per terram, aquam per aquam, etc. arguit in oppoſitum, quaſi tunc accidat ipſi felicisſimum Deum, minus prudentem aliis; habetq́; pro inconuenienti, quòd Deus ignoret aliquid eorum, quæ nos ſcimus. Verba eius ſunt hæc, Propter quod etiam accidit ipſi fœlicisſimum Deum, minus prudentem aliis. Non enim cognoſcit (uidelicet ſi terra, terra cognoſcitur, & cætera) elementa omnia. Nam odium non habet. Notitia uerò ſimili, ſimili. Terram nanque, ait, per terram cognoſcimus, & per aquam, aquam: & per affectum, affectum; & ad huc odium, per odium triſte. Hæc ille. Multa alia loca eius
Andreas adducit Andreas. Nouocaſtrenſis pro eo-
Lib. 1. dem, quæ apud ipſum uideri poſſunt: Sed a-
diſ. 35. lia omnia breuitati ſtudentes, modo miſſa
queſt. 1. facimus.
& 2. et 3.

F *Continuantur præcedentia de prædictis diuinis prædicatis, & debilitate luminis naturalis oſtendendis illis de Deo: agiturq́; hac de re ad propoſitum ſpecialis adiutorij gratia Dei per Saluatorem noſtrum. Et oſtenditur quòd apud eos qui intrepidè iudicauerunt hæc prædicata conuenire Deo, eiuſmodi iudicium, cognitio, ſeu aſſenſus mentis, non erat intellectus ſimpliciter ſeu abſolutè, ſed erat intellectus prout ſubeſt uoluntati; ex qua re etiam ualde probatur intentum, quia oſtenditur, ibi fuiſſe bonã uoluntatem: Declaratur unde ſit, quòd homo firmiter aſſentitur propoſitioni, quæ non habet probationem niſi formidoloſam.* CAP. XVIII.

HAEC igitur prædicata diuina, unum, ſpiritale, immateriale, incorporeum, inextenſum, habens prouidentiam in generali & in particulari de omnibus rebus, cauſa effectiua omnium rerum, quoad naturam quidem, ſeu quoad ſe, manifeſta ſunt de Deo: lumen autem naturale, noſtrum ſolum, id eſt, lumine gloriæ ac fidei deſtitutum, non poteſt illa nobis oſtendere de Deo, niſi per media formidoloſa, hoc eſt, per probabiles rationes, quæ ſuapte natura, non probant niſi formidoloſè: uidelicet aut propter ſuum modum probandi infirmum, aut propter alias rationes pro- G
babiles quæ in eodem lumine naturali & ſecundum ſua principia formantur uel formari poſſunt ad oppoſitum: Vnde licet ipſa prædicata ſint manifeſtisſima naturæ: habet tamen ſeſe intellectus noſter ad illa, ſicut ſe habet oculus noctuæ ad lumen Solis: & ſunt illa minus nota nobis, quæ naturæ ſunt maximè nota: quoad ſe firma, & clara; quoad nos in lumine naturali formidoloſa, & obſcura. Qui ergo in lumine naturali hæc prædicata firmiter enuntiat de Deo, & de Deo firmiter iudicat aſſenſu mentis ſuæ firmo, utique modum luminis naturalis excedit quodammodo; firmiter indicando & firmiter cognoſcendo; quæ lumen naturale non niſi cum formidine oſtendit aut probat. Vnde hic eſt aſſenſus homini firmus in lumine naturali, de rebus huiuſmodi? A uoluntate hominis & pia affectione. Vnde hæc uoluntas & pia affectio homini circa res diuinas, ut bene ac firmiter ſapiat & credat de Deo quæ lumen naturale non niſi cũ formidine de Deo oſtendit, probatq́;? A Deo, Optimo, Maximoq́;, per Saluatorem noſtrum. Præparatur uoluntas à Domino. Ille talis aſſenſus firmus, cum ſit etiam uerus, certus, obſcurus, eſt quædam fides, & cum ſit de Deo & rebus diuinis, eſt quædam menſura fidei ad Deum pertinens: omnem autem fidem, omnemq́; menſuram fidei H
ad Deum pertinentem tribuit Apoſtolus Saluatori noſtro, principali auctori. Qui uerò in lumine naturali hæc diuina prædicata formidoloſè & cum hæſitatione enuntiat atque iudicat de Deo Optimo, iuxta modum eius luminis in prædicata ipſa de Deo probando, is profectò & quoque habet, unde ipſum à Deo ſpecialiter iuuari dicamus. Quid habet? Quòd inter tot rationes probabiles etiã, quæ in eodem lumine naturali formantur aut formari poſſunt ad oppoſitum & inter tot opiniones hominum, in lumine naturali ſapientium, eligit potius ita bene cogitare ac iudicare de Deo, quàm modo alio de illo ſentire. Bona electio, & uerum iudicium. Ad quæ profectò quiuis homo maiori Dei concurſu indiget, quam ad electionem oppoſiti malam, & quam ad male falſeq́; cogitandum aut ſentiendum de Deo & rebus diuinis: ut pote quòd facillimum ſit errare, difficile autem & dificillimũ dirigere. Quis dubitet hominem dignum maiori adiutorio indigere ad opus difficile, quàm ad opus facile? Si autem dixerit quiſpiam quòd iſta prædicata probabilioribus rationibus probantur de Deo quàm negentur, Admitto. Cum tamen non demonſtrentur, nec euidenter aut clarè oſtẽdantur, ſed probabiliter: Dei eſt ſpecialiter quòd homo

A mo aliquis magis iudicet hæc prædicata Deo
connenire, quàm oppoſita eorum. Sunt iſta
prædicata quidem de Deo magis probabilia,
cum autem ſapientes uiri non dubitent eſſe
ſæpe quædam falſa quibuſdam ueris probabi-
liora, eſſeq; per conſequens quædam uera fre
quenter quibuſdam falſis minus probabilia,
potuerũt cogitare quòd ſic eſſet in his: quòd
autem non ita cogitauerint, ſed hæc probabi
liota pro ueris rece perint, habuerint ſibi &
commendauerint aliis, Dei donũ fuit, & quan
tum eſt de ſe ad bonum animæ pertiuens. Fa-
cit procul dubio multum ad hoc, quòd Phi-
Cap. 2. loſophus agens ſecundum ſapientiam quæ eſt
quædam ſcientia circa cauſas & principia rerũ
exiſtens, ideſt, circa cauſas maximè uniuer-
ſales & primas, poſt quàm reprobauit opi-
Ibidem. niones antiquorum Philoſophorum de pri-
per totũ mis principiis rerum, circa quæ uerſatur prin
lib. cipaliter Philoſophi prima intentio, determi
naturus iam iam ueritatem ſecundum ſuam
ſententiam, oſtenſurusq; de Deo hæc prædi-
Ibidem. cata de quibus agimus, ita exorſus eſt, Cou-
Lib. 2. templatio ueritatis, partim difficilis, partim
tex.c. 1. facilis eſt. Vel hoc pacto ſecundum aliam uer
Part. 1. ſiouem. De ueritate quidem theoria, ideſt,
contemplatio, ſic difficilis eſt, ſic uerò faci-
Declara- lis. Poſtquam autem declarauit quomodo
tur facili- contemplatio ueritatis eſt facilis, & deinde
tas ibi. quomodo eſt difficilis, oſtendendo cauſam e-
Par. 2. 3. ius difficultatis, dicit, Forſam autem & diffi-
& 4. cultate ſecuudum duos exiſtente modos, non
Declara in rebus, ſed in nobis eſt eius cauſa. Sicut e-
tur diffi- nim Nicticoracũ oculi ad lucẽ diei ſe habent,
cultas ibi. ſic & animæ noſtræ intellectus ad ea quæ ſunt
Part, 5. omnium naturæ manifeſtiſsima. Hæc ille.
Ibidem. Quo loco ſatis euidenter exptefsit non qui-
Part. 6. dem impoſsibilitatem, ſed grauiſsimã difficul
tatẽ, fragilitatem, debilitatemq; & infirmita
tem; quã habet intellectus noſter corruptibili
& mortali corpori immerſus, ad cognoſcẽdũ
Deum, aliasq; ſubſtantias ſeparatas: quibus
quantum eſt ex parte tei, & quoad ſe, atque
9. Meta. quoad naturam, eſt maxima cognoſcibilitas:
pro ut ipſe alibi teſtatur, docens, quòd unũ
quodq; ſit cognoſcibile inquantum eſt ens a-
ctu: tantumq; habeat de cognoſcibilitate,
quantum habet de entitate. Vt hæc difficul-
tas ad cognoſcendum Deum & res diuinas
non ſit nobis ex parte rei, quæ eſt maximè
cognoſcibilis, tantum habens de cognoſcibi
litate, quantum habet de entitate, infinitum
uidelicet de utroque: ſed ſit nobis hæc diffi-
cultas ex parte noſtri, qui ſicut habemns
theſaurum præcioſum in uaſis fictilibus, ita
habemus intellectum immerſum corpori
mortali, ſic dependentem à ſenſibus iu ſua in
tellectuali cognitione, ut rectè dicatur, Ni-
hil eſt in intellectu, quin prins fuerit in ſenſu. C
Oportet intelligentem phantaſmata ſpecula
ri. Sicut ſenſus ad ſenſibilia ſeu colores, ita
intellectus noſter ad phantaſmata. Et ſimilia.
Nec hæc difficultas eſt nobis in cognoſcen-
do Deum quantum ad eius quod quid eſt,
quidditatem, aut eſſentiam ſolùm; ſed etiam
profectò eſt nobis in cognoſcendo Deum
quantum ad hæc diuina prædicata de quibus
agimus, & de quibus uidemus tot fuiſſe uer
ba, ſentẽtias, opinionesq; hominum, uarias,
& maximè differeutes. Habitat Deus lucem
inacceſsibilem: ſicque, Poſuit tenebras la-
tibulum ſuum. Vincit ergo hauc difficulta-
tem grauiſsimam, quiſquis de Deo, Optimo,
Maximoq;, hæc prædicata cognoſcit. Ad uin
cendum autem illam, magis credimus quòd
homines ſpeciali Dei adiutorio indigeant; ſi
cuti multi Doctores catholici (quos ſupra-
memorauimus) dixerunt illos Philoſophos
habuiſſe, de quibus dixit Apoſtolus, quòd *Rom. 1.*
cùm Deum cognouiſsent, (uidelicet quan-
tum ad eius quædam prædicata) non ſicut
Deum glorificauerũt aut gratias ipſi egerũt.
Eſt intellectus noſtet circa hæc prædicata di-
uina, ſicut oculus noctuæ ad lucem diei, ſeu
Solis: Ergo magis indiget iuuari ad cogno-
ſcendum hæc quàm ad cognoſcendum alia
prædicata aliarum rerum, quæ in ſe quidem
ſunt minus cognoſcibilia, nobis autem pro-
pter noſtram infirmitatem ſunt magis nota, D
& noſtro intellectui immerſo mortali corpo-
ri atque ſenſibus, magis ptoportiouata. Et
quidem ad quæ maiorem difficultatem habe
mus, ad ea fortius ſeu ſpecialius iuuari ma-
gis indigemus. Accipimus ergo magis illos
Doctores catholicos, qui dicunt, Gentiles
illos ueniſſe in hanc cognitionem Dei per lu-
men naturale naturalium rationum cum a-
diutorio gratiæ Dei, illos uidelicet ſpecialius
iuuantis propter merita Saluatoris noſtri &
propter eius paſsionem olim præuiſam, nũc
exhibitam. Maximè autem illos Doctotes
accipimus, ſi illi Gentiles in hanc Dei co-
gnitione uenerunt, per actum aliquem deli-
beratum, moralitet uirtuoſum, moraliter
bonum, ſeu non malum. De huiuſmodi e-
nim actibus hominis in diſputatioue præſen-
ti agimus, moralibus deliberatis, merito-
riis, uirtuoſis, nel non malis; atque hos adiu
torio gratiæ Dei tribuimus, propter merita
noſtri Saluatoris. Iccirco igitur & illi quoque
qui de huiuſmodi prædicatis diuinis non fi-
dem, ideſt, aſſenſum firmum, ſed opinionem,
ideſt, aſſenſum formidoloſum habuerunt:
ſine dubio in illum aſſenſum ex Dei ſpeciali
audiutorio uenerũt: in quo Dei ſpeciali adiu
torio difficultatem illam uicerunt, ſuperaue-
runtq;,

E runtq́;, quam ad cognoſcendum hæc prædicata diuina, habet in hoc ſæculo natura noſtra humana, noſter intellectus immerſus, noſtrum lumen naturale, debile, atque infirmum ad oſtendendum hæc prædicata altiſsima, naturæ manifeſtiſsima. Vt teſtatur Xenophon, Admirabatur Socrates non conſtare Philoſophis de rerum omnium natura, & de mundo partibusq́; eius agentibus, impoſſibile hæc inuenire eſſe hominibus: cùm hi quoque, qui recti & excelſi in hac gloriantur ſcientia, contraria de eiſdem opinentur, ac ſicut inſani alter ad alterum ſe habeant. Ita enim refert Euſebius in ſuo libro contra Philoſophos. Si autem rectè iudicauit Socrates, non poſſe homines uenire in cognitionem rerum naturalium, uidens circa illud uarias fuiſſe opiniones hominum in ea re laborantium, & qui uidebantur ſapientes: maximè quidam doctores noſtri, quos ſequimur, rectè iudicant non poſſe homines uenire in cognitionem rerum harum diuinarum, horum uidelicet diuinorum prædicatorum, ſine Dei ſpeciali auxilio: uidentes eodem modo, quot fuerunt opiniones uariæ circa hoc, apud eos qui in lumine naturali rebus hiſce diuinis cōtemplandis uacarunt, ſicuti conſtat ex paulò ante dictis. Diſtinguamus, quæſo, uobis ſcibilia in hoc ſæculo, & per lumen naturale noſtrum: naturalia uidelicet, humana, diuina: & in ſingulis contemplemur noſtri F luminis naturalis fragilitatem, ac debilitatē, niſi ſpecialiter iuuetur: non quaſi nihil poſſit circa ſingula, poteſt enim quidem non nihil; ſed habet modum, habetq́; ſuos limites. Quem modum quantum ad præſentem diſputationem pertinet, ſatis explicauit Philoſophus, dicens, Sicut enim Nicticoracum oculi ad lucem diei ſe habent, ſic & animæ noſtræ intellectus ad ea quæ ſunt omnium naturæ manifeſtiſsima. Vt uidelicet habeat difficultatem ad cognoſcendum illa, cuius difficultatis cauſa nō ſit in rebus ipſis naturæ maniſeſtiſsimis: ſed ſit in nobis ipſis, ob conditionem noſtri intellectus fragilis ac debilis in hoc ſtatu. Duas enim difficultates habet intellectus noſter ad cognoſcendum res cognoſcibiles, alteram, cuius cauſa eſt in rebus propterea quòd habent parum de entitate, ac perinde parum de cognoſcibilitate: alteram cuius cauſa eſt in nobis & non in rebus, propterea quòd habent multum de entitate, & perinde multum de cognoſcibilitate, excedentia uirtutem ſeu modum intellectus noſtri, ſicut lux diei excedit uirtutem uel modum oculorum Nycticoracum. Quemadmodum idem Philoſophus in eodem declarat loco, duas explicans difficultates intellectus noſtri in cognoſcendo, alteram quæ eſt G in rebus, alteram quæ eſt in nobis. Quia enim unumquodque eſt cognoſcibile inquantum eſt ens actu & tantum habet de cognoſcibilitate quantum habet de entitate, ſit conſequens ut ea quæ habent eſſe deficiens & imperfectum, ſint ſecundum ſeipſa parum cognoſcibilia, ut materia, motus, & tempus, & habeant cauſam ſuæ difficilis cognitionis in ſeipſis: ea uerò quæ habent eſſe completum atque perfectum & ſunt maximè entia actu, ſint ſecundum ſe maximè cognoſcibilia, ut entia ſeparata à materia, ſubſtantiæ, actu entia, perpetua, immobilia, & habeāt cauſam ſuæ difficilis cognitionis non in ſeipſis, ſed in nobis. Ergo quicquid ſit de cognitione aliorum ſcibilium, naturalium, aut humanorum, de quibus tractant Philoſophus naturalis & Philoſophus moralis: profectò de ſcibilibus his diuinis de quibus agimus, loquendum uidetur ſicut loquimur, confitendo difficultatem quam habemus ad cognoſcendum illa de Deo, firmiterq́; aſſerendo huius difficultatis cauſam in nobis eſſe, propter infirmitatem aut conditionem intellectus noſtri, qui ſe habet ad ea prædicata maniſeſtiſsima naturæ, ſicut oculus noctuæ ad lucem diei. Quæ ueritas procul dubio conſtat, tum ex ipſa Aritoſtelis confeſſione; tū etiam ualde ex differentia grauiſsima opinionum hominum illorum qui in lumine naturali de Deo & de huiuſmodi prædicatis diuinis locuti ſunt. H Vnde igitur nobis uictoria contra iſtam difficultatem quam habemus in cognoſcendo Deum & res haſce diuinas altiſſimas, maximè ens, ut uincamus illam, & ad cognitionem Dei atque horum prædicatorum diuinorum, iſtorumq́; diuinorum ſcibilium perueniamus? A' Dei ſpeciali adiutorio præter generalem influentiam qua indigemus etiam ad cognoſcendum quodcunq́; ſcibile, etiam ſi ſit nobis & quoad nos maniſeſtiſsimum. Introducta fuit hæc difficultas per peccatum, quemadmodum & ignorantia noſtra erga Deum & res diuinas, ut conſtat ex eo quòd ſi peccatum non fuiſſet, hæc mala quoque in nobis non fuiſſent, & ſunt in hominibus tanquam pœna peccati: unde profectò uidetur quòd hanc difficultatem atque ignorantiam uincere, uitare, aut ſuperare non ualemus, niſi cum adiutorio gratiæ Dei & meritis Saluatoris noſtri.

Euſebius Caſarienſis. ca. 60. & 61.

Cap. præcedenti.

Meta. 2. tex. c. 1. Part. 6.

Meta. 9.

CONSTAT inſuper hæc ueritas, conſiderando naturas rerum, & communes determinationes doctorum. Manifeſtum eſt ex dictis, non eſſe per ſe notum quoad nos, hæc prædicata diuina de quibus agimus, conuenire Deo: ſimulq́; manifeſtum eſt ex dictis, hæc

prædicata

A prædicata non demonſtrari nobis de Deo, demonſtratione aliqua clara ſiue euidente, quæ ſine formidine de contrario uincat intellectū ad aſſenſum: unde igitur nec ſunt nobis demonſtrabilia in hoc ſæculo, ſicut communiter ac propriè loquimur de demonſtrabilibus. Sic ergo dum ex his prædicatis formantur enunciabilia, ſeu enunciationes de Deo, ut dicendo, Deus eſt unus, Deus eſt Spiritus ſiue ſpiritalis, Deus eſt immaterialis, incorporeus, inextenſus, habens prouidentiā in generali & in particulari de omnibus, prima cauſa effectiua omnium rerum extra ſe. hæc obiecta non ſunt ſufficientia ad determinandum intellectum ad alteram partem determinatè abſque formidine alterius partis, ut ſtati aſſentiatur illis intrepidè & firmiter: quia non habent euidentiam ſiue claritatem ex ſuis terminis quoad nos, nec quoad nos habēt probationem aliquam euidentem aut claram ex omni parte. Quid ergo? Non poteſt intellectus noſter pro hoc ſtatu illis aſſentiri firmiter & ſine formidine de oppoſito, niſi uoluntas illū determinet, niſi uolūtas intercedat, & moueat intellectū ad firmiter aſſentiendū. Generaliter enī, obiecto inſufficiente ad terminandum intellectum ad alteram partem determinatè abſque formidine alterius
B partis, quale eſt obiectum fidei, oportet uoluntatem ſupplere mouendo intellectum ad aſſenſum abſque formidine. Quandoquidem cùm obiectum non ſit euidens ſeu clarum, non poteſt dare firmitatem intellectui in actu ſuo, ſine formidine de oppoſito: & cùm intellectus ſit potentia merè naturalis, quantum eſt de ſe in modo iudicandi ſeu aſſentiendi, ſequitur modum ſeu conditionem obiecti, niſi aliunde determinetur ad alium modū: quia cum non ſit liber intellectus, non poteſt ex ſe determinare ſeſe ad modum alium, ut aſſentiatur firmiter ſeu aſſenſu firmo, obiecto non firmo, non euidenti, non claro, ſed formidoloſo, ſeu probabili. Indiget intellectus ad hoc, aliquo determinante: ut quoties intellectus aſſentitur firmiter obiecto non firmo ipſi intellectui, toties ibi ſit aliquod determinās intellectum ad talem aſſenſum. Quod eſt illud determinans? Eſt uoluntas. Profectò ex uoluntate determinante intellectum, eſt, quòd homo firmiter & abſque formidine de oppoſito, aſſentiatur intellectu mentis ſuæ alicui obiecto inſufficienti ad determinandum intellectum ad alteram partem determinatè abſque formidine alterius partis: ut homo ipſe tunc ſic firmiter ſuo intellectu aſſentiatur, quia ſua uoluntate uult ſic firmiter aſſentiri. Voluntas ergo ibi in cauſa eſt ipſius aſſenſus, quantum ad eius firmitatem. Hinc eſt itaque quòd frequenter obiectis ſeu enūtiationibus C ueris ſed opinatiuis, aſſentimur nos aſſenſu non opinatiuo, ſed firmo. Immo & hinc eſt etiam quòd frequenter obiectis ſeu enuntiationibus falſis ſed probatis, uetis per quaſdā ueri apparentias non ueras, ſed aliquo modo apparentes, aſſentimus nos aſſenſu utique firmiſsimo. Videlicet quia ſic uolumus aſſentiri, quia noſtra uoluntas determinat in iſtis caſibus noſtrum intellectum ad talem aſſenſum firmum. Bene uidit Ariſtoteles quòd quidam aliquando ita pro certo hærent ſuis falſitatibus ſeu opinionibus falſis, ſicut alii pro certo hærent ſuis ueris ſcientiis: pro qua re declaranda adduxit Democritum in exemplum, ita pro certo ſuæ falſæ opinioni hærentem, ſicut alius pro certo ſuæ ueræ hærebat ſcientiæ. *Ariſt. Ethic. 7.* Vnde eſt hoc? Ab ipſa uoluntate determinante. Ita pro certo hærent illi, obiecto quòd non eſt certum; quia ita illi pro certo hærere uolunt. Ideo ille talis aſſenſus firmus obiecti non firmi, non euidentis, non clari, ſed obſcuri, ſed formidoloſi, ſed opinatiui, non eſt intellectus ſimpliciter; ſed eſt intellectus determinati à uoluntate, ſeu pro ut à uoluntate determinatur. Optimum exemplum huius ueritatis eſt de ſcientia morali, quæ eſt H
prudentia. Nanque & de prudentia dicit Ariſtoteles, quòd non eſt in ratione ſolùm, ſed eſt in ratione ut mota ab appetitu: & propter hoc non traditur obliuioni, ut ipſe author quoque notat. *Ariſtot. Ethic. 6. Ibidem.* Sic eſt de hoc aſſenſu firmo obiecti opinatiui. quia non eſt in intellectu ſolùm, ſed eſt in intellectu ut moto à uoluntate. Ergo tres concluſiones hic concedere debemus, habentes ueritates notandas ualde, *Concl. 1.* Prima eſt, Illi antiqui Philoſophi firmiter aſſentientes ſeu firmiter iudicantes illas enuntiationes eſſe ueras, quæ iſta prædicata enuntiabant de Deo, ita firmiter aſſentiebantur aut ita firmiter iudicabant, quia ita firmiter aſſentiri ſeu iudicare uolebant: ut uoluntas ibi eſſet cauſa ipſius firmitatis in tali aſſenſu, uel in tali iudicio. *Concl. 2.* Secunda eſt, Aſſenſus ille illorum antiquorum Philoſophorum non erat in intellectu eorum ſimpliciter conſiderato, ſed erat in intellectu eorum pro ut ipſe intellectus erat à uoluntate determinatus. Satis probatæ ſunt hæ duæ concluſiones ex prædictis, cum notantur conditiones ipſorum prædicatorum diuinorum quoad nos pro hoc ſtatu: quia non ſunt nobis per ſe nota, nec ſunt nobis demonſtrabilia, nec ſunt nobis euidentia, aut clara: ſed eſt quidem magis probabile, ea conuenire Deo. Ex his autem duabus concluſionibus tanquam ex duabus præmiſſis, debemus concedere aliam concluſionem quaſi tertiā, quæ euidenter ſequitur ex iſtis.

E Tertia eſt, In illis antiquis philoſophis ita firmiter aſſentientibus, illa prædicata conuenire Deo, uigebat pia affectio circa Deum, & bona uoluntas, ſeu initium quoddam bonæ uoluntatis, qua ita uolebant firmiter aſſentiri mente ſua, quòd illa prædicata Deo conueniebant. An non erat illa quædã pia affectio, quædam bona uoluntas? an non quoddam initium bonæ uoluntatis, in his quæ re uera, ſunt circa Deum? Immo erat, ut conſtat. At nos quidem, omnem piam affectionem, omnem bonam uoluntatem, omneq; initium bonæ uoluntatis circa Deum, dicimus nos habere ex adiutorio gratiæ Chriſti: non per ſola noſtra naturalia cũ influentia generali pertinente ad gratiam creationis, ſed per noſtra naturalia cum auxilio ſpeciali pertinente ad gratiam Redemptionis. Chriſto enim principali auctori tribuimus omnem noſtram bonam uoluntatem, atque pariter omne initium noſtræ bonæ uoluntatis. Sine diſcrimine enim legimus, Præparatur uoluntas à Domino. A' Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Præparatur autem uoluntas hominis à Domino, utique per gratiam Saluatoris noſtri, quam ipſe nobis meruit. Nec poteſt eſſe dubium quin illa talis bona uoluntas pertineret in illis ad gratiam gratum facientem, uel ad gratiam gratis datam, ad gratiam operantem, aut ad gratiam cooperantem, ad gratiam, præuenientem, aut ad

Concl. 3.

F gratiam ſubſequentem. Diximus intellectum noſtrum non eſſe liberum, ſed eſſe potentiam merè naturalem; quod quidem dictum non eſt contra libertatem intellectus, ſed ut illam declaremus, & ſecundum ueritatem proſequamur, ne ſit deceptio in huiuſmodi re. Durandus de ſancto Portiano ſic mouit quæſtionem in ſuis ſententiis, Vtrùm reſpectu actus intelligendi ſit in nobis maior libertas, quàm reſpectu actus uolendi? Au è contrario? Reſpondendo autem ponit duas concluſiones principales, Prima eſt, Loquendo de libertate quæ eſt immunitas à coactione, dicendum eſt quòd intellectus reſpectu actus ſui eliciti qui eſt intelligere, eſt æquè liber ſicut uoluntas reſpectu actus ſui, qui eſt uelle. Secunda eſt. Loquendo de libertate quæ eſt immunitas à neceſſaria determinatione reſpectu oppoſitorum, quæ nihil aliud eſt quàm facultas ad oppoſita abſque neceſſaria determinatione ad alterum, adhuc mihi uidetur, ſaluo meliori iudicio, quòd intellectus eſt per prius & principalius liber, quàm uoluntas. Hæc eſt ſua determinatio, & non ponimus hic ſuas probationes, breuitatis cauſa. Hæc Durandi ſententia quantum ad primam concluſionem eſt communis Doctorũ

Durand.
Opinio Durandi de libertate intellectus.
Lib. 2. Diſt. 24. queſ. 3.

omnium, & manifeſta omnibus in ueritate: G quia cum intellectus noſter ſit circa omnia intelligibilia, & omne intelligibile ſit obiectum eius, non poteſt cogi intelligendo aliquod intelligibile: ſed quoduis intelligibile intelligat, illud intelligit ſine ulla coactione. Quantum autem ad ſecundam concluſionem non ſic facilè recipitur, nec recipiendus eſt, niſi aliquo modo bono aut uero ſe declaret. Sanctus Thomas ſic mouit quæſtionem, Vtrùm imperare ſit actus rationis, uel uoluntatis? Reſpondet, quòd imperare eſt rationis, ſecundum Gregorium Nicenum & ſecundũ Philoſophum: ſed declarando dicit, quòd primum mouens in uiribus animæ ad exercitium actus, eſt uoluntas: Vnde concludit, quòd imperare ſit actus rationis, præſuppoſito actu uoluntatis, in cuius uirtute ratio monet per imperium ad actus exercitium. Eodemq; modo intelligit ſemper, quoties de huiuſmodi re habuit ſermonem: in prima ſecundæ, * in ſecunda ſecundæ, in quæſtionibus de ueritate, & in quolib. ubique docens quaſi uoluntas ſit ordinatiua, ſolùm ſecundum quòd ſapit intellectũ, & ſolus intellectus ordinet per ſe: cuius oppoſitum uidetur ſentire Scotus, innuens uoluntatem eſſe collatiuam & ordinatiuam, nõ ut ſapit intellectum, ſed hoc potius conuenire intellectui & uoluntati ſecundum aliquam eis communem naturam, puta immaterialitatem. Verùm quantum pertinet ad libertatem & ad libertatis radicem in nobis, ita determinat Sanctus Thomas, Dicendum quòd radix libertatis eſt uoluntas ſicut ſubiectum: ſed ſicut cauſa, eſt ratio. Ex hoc enim uoluntas liberè poteſt ad diuerſa ferri, quia ratio poteſt habere diuerſas conceptiones boni: & ideo Philoſophi definiunt liberum arbitriũ, quòd eſt liberum de ratione iudicium. quaſi ratio ſit cauſa libertatis. Hæc ille. Ecce quod libertas non eſt in intellectu tanquam in ſubiecto, ſed eſt in intellectu ſolùm tanquam in cauſa: per hoc uidelicet, quòd intellectus poteſt habere diuerſas conceptiones boni. Vnde intellectus quoad ſuos actus elicitos, qui formaliter ſunt in ipſo tanquam in ſubiecto non eſt liber: ſed ſola uoluntas habet talem libertatem, non intellectus. Hæc eſt communis omnium doctrina, & tenenda eſt ab omnibus: atque ſecundum eam diximus, quòd dictum eſt, intellectum eſſe potentiam purè naturalem, non liberam: quia uidelicet non eſt libertas in intellectu tanquam in ſubiecto, ſed ſolùm eſt in illo tanquam in cauſa, modo expoſito per ſanctum Thomam, qui ab omnibus bono animo conformiq; recipitur.

S.Tho. Prim. 2. Quaſ. 17. Art. 1.
** Prim. 2. quaſt. 60. Art. 1. 2.2.q.83. ar.1.et10. De ueritate.qua.22 art.12.ad 4. Quoli. 9.art. 10.*
Scotus. Lib. 2. Diſt.6. Queſ. 1. Et in quol. Qua. 17.
S.Tho. Prima 2. Queſ.17. Art.1. ad 2.arg. De libertate & eius radice, cauſa, & ſubiecto.

AD propoſitum redeamus, Aſſenſus ille mentis

A mentis illorum antiquorum philoſophorum non erat in intellectu eorum ſimpliciter conſiderato, ſed erat in intellectu eorum prout ipſe intellectus erat à uoluntate determinatus: Quandoquidem ita firmiter aſſentiebantur ſuo intellectu, quia uoluntas determinabat illum ad ſic firmiter aſſentiendum: ideſt, ſic firmiter aſſentiebantur, quia ſic firmiter aſſentiri uolebant. Imperat enim ſine dubio uel imperare poteſt ratio homini, ſeu uoluntati, de actu formali elicito eius qui eſt uelle: quia ſicut ratio poteſt ordinare de actu uolũtatis, & iudicare quòd bonũ ſit aliquid uelle; ita poteſt ordinare imperãdo quòd homo uelit. Quod uidens Auguſtinus ita poſſe eſſe, & non nunquam ita fieri, fatetur in ſuis confeſſionibus, quòd animus quando perfectè imperat ſibi, ut uelit, tunc iam uult. Vnde non eſt dubium, quin actus uoluntatis poſſit imperari in nobis, frequenterq; imperetur, per rationem: ut homo per rationem, imperet ſibi ipſi, ut uelit per uoluntatem. Similiter neque eſt dubium, quin actus rationis poſſit in nobis imperari, etiam ille qui eſt aſſentiri: non tamen generaliter, ſed quoad aliquos aſſenſus mentis; ut pote circa ea apprehenſa quæ non adeo conuincunt intellectum, quin poſſit aſſentiri uel diſſentiri, uel ſaltem aſſenſum uel diſſenſum ſuſpendere propter aliquam cauſam. Sic docet Damaſcenus, quòd libero arbitrio homo exquirit, & ſcrutatur, & iudicat, & diſponit. Sic etiam ſanctus Thomas fatetur, quòd ratio poteſt imperare homini ut uelit: quòdq; dum apprehenſa per intellectum non adeo uincunt intellectum ipſum, quin poſſit aſſentiri uel diſſentiri, uel ſaltem aſſenſum uel diſſenſum ſuſpendere propter aliquam cauſam, tunc in talibus aſſenſus ipſe uel diſſenſus in poteſtate noſtra eſt, & ſub imperio cadit. Imperare autem quoad actus exercitium fatetur ipſe generaliter & ſine exceptione, eſſe actum rationis, præſuppoſito actu uoluntatis, quæ eſt primum mouens in uiribus animæ ad exercitiũ actus. Vnde & in talibus uiget uoluntas, & cauſa quædam eſt talis aſſenſus. Specialiter etiam in materia de qua agimus, fatetur idẽ auctor ſanctus, quòd credere Deo, eſt opus fidei, & quòd credere ſit alicui propria uoluntate aſſentiri. Quo loco & quo uerbo omne noſtrum credere reducit in noſtram uoluntatem, tanquam in cauſam: quia credere, ut inquit, eſt aſſentiri propria uoluntate: ideſt, ex propria uoluntate, uoluntate mouente, uoluntate determinante intellectum ad aſſenſum. Eſtq; hæc eius determinatio ueriſsima, ut infra oſtenditur ſatis. Apoſtolus dicit, Corde enim creditur ad iuſtitiam. Auguſtinus autem ſuper Ioannem quaſi exponens, dicit, Ideo non ſimpliciter Apoſtolus ait, Creditur. ſed, Corde creditur: quia cætera poteſt homo nolens, credere non, niſi uolens. Cum igitur illi Philoſophi ita firmiter aſſentientes illis ueritatibus diuinis, crediſsent Deo, firmiter iudicantes de illo, quia eſt, & quòd inquirentium ſe remunerator ſit, & multa alia quorum ſunt illa prædicata diuina: Manifeſtum eſt, quòd ille aſſenſus erat opus fidei, & quòd à uoluntate eorum habebat ortum. Ad gratiam ergo Chriſti pertinebat in illis, ad quam pertinet omnis bona uoluntas, & noſtra fides circa Deum & res diuinas. Quòd etiam ille eorum aſſenſus eſſet fides, aut opus fidei, confirmatur ex Magiſtro ſententiarum, qui fatetur eſſe quandam menſuram fidei, ſine qua nunquam potuit eſſe ſalus: & explicat de illa, de qua dicit Apoſtolus, Oportet accedentẽ credere quia Deus eſt, & quòd remunerator eſt ſperantium in ſe. Fides igitur quædam erat illa illorum Philoſophorũ, qua ipſi ita credebant de Deo. Quomodo igitur potuit illa fides, ſeu ille aſſenſus mentis, non pertinere ad gratiam Chriſti, noſtri Redemptoris, Saluatoris, Reformatoriſq;? Abſit. Non potuit quidem non pertinere ad illum. Fides enim, & omnis menſura fidei circa Deum, pertinet ad ipſum: omniſq; eſt donum Dei, quod nobis donat Deus per reſpectum ad Chriſtum. Multa alia ſunt dona Dei, quæ ipſe nobis præſtat ex gratia creationis: ſed profectò iſtud donum Dei de illis eſt, quæ Deus nobis præſtat ex gratia redemptionis. Non poteſt negari quin ille aſſenſus illorum Philoſophorum circa Deum & res diuinas, eſſet donum Dei, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum: eodemq; modo non poteſt negari, pertinere illud donum, ad gratiam Dei per Chriſtum. Quia illud tale donum pertinet ad fideles, pertinet ad religionem, pertinet ad pietatem, & pertinet ad bonam uitam.

Auguſt. Lib. 8. tom. 1. Quòd ſi animus perfectè i parat ſibi ut uelit, tunc iam uult. — Damaſc. — S. Tho. Prim. 2. quæſt. 17. Art. 5. — Ibidem. Art. 6. — Ibidem. Art. 1. — Ibidem. quæſt. 65. Art. 4. — Par. præſ. li. 2. c. 4. — Rom. 10. — C — Auguſt. tract. 26. tom. 9. — Magiſt. Lib. 3. Diſt. 25. — Hebr. 11. — D — Iac. 1.

CVm igitur conſtet, quòd ad gratiam Dei per Chriſtum pertinebat illa talis eorum Philoſophorum cogitatio de Deo: qua cum mẽtis aſſenſione cogitabãt, Deum eſſe quidem, & remuneratorem inquirentium ſe exiſtere: Conſtat ex eodem fundamento, quòd ad eandem gratiam Chriſti pertinebat omnis actus, ſaltem moralis deliberatus, quem illi homines propter Deum ſic cognitum exercebant, uolendo in ſua uoluntate, aut operando in ſuis potentiis executiuis. Pelagius enim eò compulſus eſt à patribus iuxta diuinas ſcripturas, ut neceſſariò confiteretur indigentiam noſtram gratiæ Chriſti, quoad ſingulos actus: qui ſunt, cogitare, uelle, operari. Vt ſin-

E ſi indigemus gratia Chriſti ad aliquid cogitandum, ſimiliter indigeamus gratia Chriſti ad uelle illud, & ad illud, uel propter illud operandum. Sicut enim intellectus noſter indiget iuuari ad cogitandum, ſic uoluntas noſtra indiget iuuari ac uelle, & ſic potentiæ ſeu uires noſtræ aliæ executiuæ indigent iuuari ad operandum. Sic totus homo factus eſt infirmus per peccatum, quoad cogitare, uelle, & operari bonum.

CIRCA illud paulò ante dictum, quod dum animus perfectè imperat ſibi ut uelit aliquid, iam illud uult. Si opponat aliquis ex eodem Auguſtino in eodem loco, quòd imperat animus ut uelit animus, nec tamen facit.

S.Thom. Prim.2. Quęſ.17. Art. 5. Ad 1. ar gum.

Reſpondemus ſicut reſpondet ſanctus Thomas, id contingere ex eo quòd non perfectè imperat. Imperfectum autem imperium contingit ex hoc, quòd ratio ex diuerſis partibus mouetur ad imperandum uel ad non imperandum: unde fluctuat inter duo, & non perfectè imperat. Fitq; tunc ſicuti ab antiquo legimus, Vult, & non uult piger.

Quare aliquãdo animus imperat animo, & non facit.

Sunt enim quædam frequenter imperfectæ uolitiones, quæ non uolitiones, ſed potius ueleitates dicuntur, inefficaces & ſecũdum quid: ob quod ſicuti inefficaces ſunt, ita non perducunt ad opus. De his autem non tantum loquimur, quantum de illis uolitionibus aut imperiis,

F quibus animus efficaciter ſiue perfectè imperat ſibi, ut uelit. Nihil .n. magis in noſtra poteſtate eſt, quàm noſtra uolũtas: ratioq; dum imperat, imperat præſuppoſito actu uoluntatis.

Auguſt. in de libe. arb. lib. 1. c. 12. 10. 1. & li. 1. Retract. c. 9. tom. eod. & Mag. ſent. li. 2. Diſt. 28. & diſ. 41.

IGITVR cùm illa cognitio Dei, quam illi Philoſophi habuerunt ſecundum hæc prædicta prædicata diuina, cum eſſet fides quædã, quia uidelicet erat quædã menſura fidei: pertinebat ad intellectum eorum non ſimpliciter ſumptum: ſed pro ut à uoluntate determinatum. Ita enim firmiter credebant, quia ita firmiter credere uolebant. Vera eſt enim & communis omnium illa ueritas, qua dicimus, non credere niſi uolentes, atque ad actum credendi per intellectum actum ſeu motum uoluntatis requiri: pro qua ueritate multa iam diximus ex Auguſtino, multaq; ex ſancto Thoma.

Secunda ſecundę. Quęſ. 4. Art. 5. Ibidem. Art. 7. ad 3. arg.

Ad eandem ueritatem fatetur idem doctor ſanctus, quòd credere ſit actus intellectus aſſentientis uero, ex imperio uoluntatis: & iterum quòd obedientia pro ut importat inclinationem uoluntatis ad implendum diuina mandata, ad fidem requiritur: non ſolùm tanquam concomitans, ſed etiam tanquam prima. Sed de his abundantius infra.

Part. pręſenti. Lib. 2. Cap. 2. Vbi ſupra.

Ad idem eſt interim quòd idem ſanctus Thomas ita inquit, Dicendum quòd actus uoluntatis præexigitur ad fidem; non tamen actus uoluntatis charitate informatus; ſed talis actus præſupponit fidem, quia non poteſt uoluntas perfecto amore in Deũ tendere, niſi intellectus rectam fidem habeat circa ipſum. G

ad 5. argum.

Ecce fides præſupponit actum uolũtatis informem, quo uidelicet quis uult credere: ſed actus uoluntatis formatus præſupponit fidem; quæ oſtendit credenda, ſperanda, amanda, uolenda, odio habenda, facienda, uitanda.

Oſtenditur quòd ad ſpecialem gratiam Dei pertinent propter merita Saluatoris noſtri, omnia opera noſtra moraliter uirtuoſa, quæ apta nata ſunt uirtutes morales generare, uel à uirtutibus moralibus generari: hoc eſt, omnis uſus moraliter uirtuoſus noſtrorum bonorum, naturalium, aut gratuitorum.

CAP. XIX.

SECVNDVM ueritatem rerum, & ſecundum conformem ſententiam Doctorũ qui de bono opere morali tradiderunt, bonorum operum moralium duo (quantum ſufficit in propoſito, & omiſsis bonis operibus meritoriis de quibus modo non agimus, quia gratiam gratum facientem ſupponunt) ſunt genera differentiſsima. Quædam enim ſunt, quæ ſolummodo dicuntur bona ex genere, ex obiecto, aut ex H
officio: uelut dum eleemoſynam damus pauperi indigenti quadam affecti cõmiſeratione naturali, uel ratione commodi, ut ſcilicet inde aliquid nobis nominis, famæ, honoris, dignitatis, diuitiarum, aut quorumuis aliorum talium bonorum accedat. Alia uerò ſunt quæ dicuntur bona ex circunſtantia, ut dum eleemoſynam damus pauperi indigenti cum omnibus circunſtantiis requiſitis, & propter bonum rationis: ut fiat quod oportet, quando oportet, ubi oportet, & propter quod oportet: ſecundum rectam rationem, & cum recta ratione. Omnia bona opera primi generis dicuntur quidem ex genere, ex obiecto, atque ex officio bona: non tamen dicuntur uirtuoſa, etiam ſi ſint licita ex omni parte, & nullam habeant deformitatem culpabilem. Omnia autem opera ſecundi generis, dicuntur bona & uirtuoſa: quia omnia huiuſmodi apta nata ſunt uel à uirtutibus moralibus generari, uel uirtutes morales generare. Hactenus non eſt differentia Doctorum, ſed ſumma omnium concordia. Sic docuit Ariſtoteles in multis locis ſuorum Ethicorum, quẽ omnes noſtri Theologi Doctores ualde rationabiliter ſecuti ſunt, eaſdem eius duas ſententias ueriſsimas imitantes. Generaliter ex noſtris moralibus operibus, operationibus, actibus

Lib. 2. Lib. 3. Lib. 4. Lib. 5. Lib. 6.

A ctibus, uel officiis, generantur in nobis mo-
rales habitus, & non è contra: quia non eo
operamur moraliter quòd habitus morales
habuerimus prius, ſed è contra, quia prius
moraliter operati ſumus, habitus morales
habemus, ex frequentatione moralium ope-
rum, operationum, actuum, uel officiorum.
Hinc eſt quòd ſi bona & uirtuoſa ſunt noſtra
moralia opera, operationes, actus, uel offi-
cia, boni quoque ſunt & uirtuoſi habitus in-
de geniti: ſimiliterq́; è regione, ſi mala & ui-
tioſa ſunt noſtra opera moralia, operationes,
actus, uel officia, etiam mali & uitioſi ſunt
habitus, qui inde generantur. Verum eſt e-
Matt. 7. nim in uniuerſum, Sic omnis arbor bona,
fructus bonos facit: mala autem arbor, ma-
los fructus facit. Non poteſt arbor bona, ma
los fructus facere, neque arbor mala, bonos
fructus facere. Ex bonis igitur operibus no-
ſtris moralibus, operationibus, actibus, uel
officiis, oriuntur in nobis uirtutes morales:
non tamen ex quibuſcunque, ſed ex illis dun
taxat quæ facimus ſecundum rectam rationē
ex omni parte, ut faciamus quod oportet,
quando oportet, ubi oportet, propter quod
oportet cum omnibus circunſtantiis requiſi-
tis ſecundum determinationem uiri ſapien-
tis, ſecundum rectam rationem, non gratia
lucri acquirendi aut damni deuitandi, ſed
B gratia ipſius boni honeſti, & quia recta ratio
ſic dictat agendum. Ex iſtis operibus noſtris
frequentatis, naſcuntur in nobis habitus uir-
tuoſi, qui ſunt morales uirtutes: Poſtquàm
autem genitæ ſunt in nobis uirtutes morales,
ipſæ iam nos perficiunt, facilitant, inclinant,
atque iuuant, ad opera ſimilia illis ex quibus
Ethic. 6. genitæ fuerunt. Vnde Ariſtoteles rectè dixit,
Siquidem operatiui habitus uirtutes ſunt. I-
dem ergo eſt iudicium de operibus & habiti-
bus huiuſmodi quantum ad eſſe bonum, re-
ctum, aut uirtuoſum: & quantum ad noſtrum
poſſe circa illa, circa opus, aut circa habitum
uirtuoſum: & tantundem refert, ſi noſtras
probationes uel ex operibus, uel ex habitibus
deducamus. Hæc eſt doctrina antiquiſsima
multorum temporum, communiſsima om-
nium ſapientum, & ueriſsima omnium mo-
ralium doctrinarum: hāc ſupponimus in præ
ſenti, quia illa, re uera, eſt ab omnibus ſapien
tibus concedenda. De his ergo operibus mo
raliter uirtuoſis, quid dicendum? Et quidem
de iſtis operibus uirtuoſis loquendo, quæ ſic
ſunt uirtuoſa quòd non ſunt uitioſa, firmiter
credendum eſt & nullo modo dubitandum,
quòd ea ubicunque ſint, hoc eſt, in quocun-
que homine reperiantur, ad gratiam redem-
ptionis pertinent: hoc eſt, ad gratiam Chri-
ſti Saluatoris noſtri: id eſt, ad ſpecialem gra-

tiam Dei, quam nobis meruit Chriſtus Sal- C
uator noſter, & ad quam nos reconciliauit
per ſuam paſsionē, ſuum ſanguinem, ſuamq́;
mortem. Sunt enim hæc opera, bona, & ad *Ethic. 2*
bonum eſſe animæ pertinentia: quia uirtutes
morales pertinent ad potentias animæ, ha-
bentem perficiunt, & opus eius bonum red- *Ibidem.*
dunt. & de illis ſunt, quibus rectè uiuitur:
& quibus paſsiones noſtras, concupiſcentias, *Ibidem.*
atque iraſcentias compeſcimus, regimus, &
ad iuſtam mediocritatem reducimus. Quam
obrem Ariſtoteles dixit, Dicendum igitur
quoniam uirtus omnis cuius utique fuerit
uirtus & id bene habens perficit, & opus eius
bene reddit. Infra. Si itaque hæc in omnibus *Ibidem.*
ita habet, & hominis uirtus erit utique habi-
tus ex quo bonus homo fit, & à quo bene o-
pus ſuum reddit. Infra. Virtus autem omni *Ibidem.*
arte certior & melior eſt, quemadmodum &
natura: medii utique erit coniectatrix. Infra. *Ibidem.*
Virtus autem circa paſsiones & operationes
eſt. In quibus quidem ſuperabundantia ui-
tioſa eſt & defectus uituperatur. Medium
autem laudatur & dirigitur. Hæc autem am-
bo uirtutis. Medietas quædam ergo eſt uir-
tus coniectatrix exiſtens medii. Infra. Eſt igi- *Ibidem.*
tur uirtus habitus electiuus in medietate exi
ſtens quoad nos determinata ratione & ut u-
tique ſapiens determinabit. Infra. In eligen- *Ibidem.*
do quidem enim bona uel mala, quales qui- H
dam ſumus. Infra etiam de prudentia agens, *Lib. 6.*
quæ auriga eſt & mater moralium uirtutum,
de illis ſolis operibus inquirens, conſultans,
atque iudicans & præcipiēs, circa quæ eſt mo
ralis uirtus, ait, Si quidem prudentia quidē
eſt, quæ circa iuſta, & pulchra, & bona ho-
mini. Bona ergo quædam ſunt, & talia ope-
ra uirtuoſa. Sic omnes ſapientes ſemper phi-
loſophati ſunt. Neque ſolùm Peripatetici,
quin etiam & Academici philoſophi, mora-
les uirtutes ad beatitudinem hominis perti-
nere dixerunt, tanquam bona animæ: non
tanquam bona corporis, quæ omnia, ipſi
Academici à beatitudine hominis abiiciebāt:
neque bona corporis putabant hominis pro-
priè bona, ſed bene quidem homini ad corpo
ralem uitam neceſſaria. Itaque de uirtutibus,
atque de operibus uirtuoſis, nunquam fuit
dubium apud ſapiē tes Philoſophos, quin bo-
na eſſent: ſed ea utique bona eſſe omnes ſimul
proteſtati ſunt, idque palàm & conſtanter do-
cuerunt. In eadem quoque ſententia ſunt om
nes Doctores noſtri Theologi, quorum peni
tus nullus eſt, qui ea opera uirtuoſa non ap-
pellet bona. Niſi bona eſſent, quomodo eſ-
ſent uirtuoſa? Quomodo ex operibus malis,
naſcerentur uirtutes? Sunt enim omnia illa
opera moralia deliberata, ut conſtat, quia

E cum prudentiæ diſcurſu, & ſecundum rectam rationem, immo etiam cum recta ratione, & quia ſic ratio dictat, eliguntur. Ideo uel ſunt bona, uel ſunt mala: quia in moralibus operibus deliberatis, non eſt dare medium inter bonum & malum eiuſdem generis: ſcilicet uel boni, uel mali moralis. Nec poſſunt illa opera non eſſe bona, cum ſint ex ſuo genere bona, ſecundum rectam rationem, & ſecundum alia, quæ uirtutem moralem conſtituunt, bona ergo ſunt, ſicut bona eſt ipſa recta ratio, cui conformantur. Omnes autem ſcriptores Noui Teſtamenti, omnesq; Doctores Euangelici, antiqui & ſancti, omnes unum hoc agunt, ut aſſerant omnia noſtra bona opera ad gratiam Dei pertinere, per Chriſtum Dominum noſtrum, hoc eſt, nihil boni poſſe nos mortales operari, cogitando, uolendo, operando, niſi cum adiumento gratiæ Dei, pertinente ad gratiam Chriſti: cum adiutorio, inquam, gratiæ Dei, præuenientis nos, præparantisq;, & facientis ut nos faciamus, modo quodam ſuaui, ſine uiolentia,
Ioan. 15. ſine coactione, ſine neceſſitate, Saluator noſter dixit, Sine me nihil poteſtis facere: Et Paulus Apoſtolus eius ait, Cōmendans nobis gratiam Dei, per Chriſtum dominum no-
2. Cor. 3. ſtrum, Non quòd ſufficiētes ſimus aliquid cogitare à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Ipſius enim ſumus factura,
Epheſ. 2. creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ
F præparauit Deus ut in illis ambulemus. Qui dat uelle & proficere, pro bona uoluntate.

Ecce in Deum refert Apoſtolus propter merita Saluatoris noſtri, omne noſtrum bonum cogitare, bonum uelle, bonū operari: omnes noſtras bonas cogitationes, bonas uolitiones, bonas operationes, ſaltem omnes bonas morales deliberatas uirtuoſas, quæ uirtutes pariunt, uel à uirtutibus pariuntur. Non quòd ſolus Deus huiuſmodi bona in nobis ſine nobis operetur, ſed quia nos nihil boni ſic operari ualemus, niſi Deus ipſe gratis per gratiam ſuam pertinentem ad gratiam redemptionis, nos adiuuet. Sic ſemper omnes doctores catholici proteſtati ſunt contra Pelagium & Pelagianos: ſecundum quod
Oſee 13. etiam Deus dicit, Malitia tua ex te Iſrael,
Pſal. tantum ex me auxilium tuum. Quid gloria-
cap. 47. ris in malitia, qui potens es in iniquitate? Au-
Auguſt. guſtinus in De Correctione & gratia dicit, Liberum arbitrium ad malum ſufficit? ad bonum autem parum eſt niſi adiuuetur ab omnipotente bono. In epiſtola ad Hylarium Syracuſanum, Valet itaque liberum arbitriū ad bona opera, ſi diuinitus adiuuetur: deſertum uerò diuino adiutorio, qualibet ſcientia legis excellat, nullo modo habebit ſoliditatem, ſed inflationem impiæ ſuperbiæ, & exitioſum tumorem. In De uerbis Apoſtoli, G
Serm. 12. Prorſus ſi adiutorium Dei defuerit, nihil boni agere poteris; agis quidem illo non adiuuante libera uoluntate, ſed malè adhuc idonea eſt uoluntas tua, quæ uocatur libera & malè agendo fit damnabilis ancilla: cum dico tibi, ſine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni dico: nam ad malè agendum habes ſine adiuturio Dei, liberam uoluntatem. In libello de Prædeſtinatione diuina, Liberum uerò quod à Deo habemus arbitrium, prono ad nequitiam lapſu fluit: & cum ad uirtutis indolem Dei auxilio deſerente, nihil poſſit, ad genus omne peccati idonea fultum uirtute, ſubſiſtit. Longiſsimum eſſet omnia Auguſtini uerba in hanc ſententiam referre, ſunt enim penè infinita, ut conſtat in De peccatorum meritis & remiſsione, in De natura & gratia, in De libero arbitrio, in De ſpiritu & litera, in De gratia Chriſti & peccato originali, in De libero arbitrio & gratia, in Hyppognoſticon, Contra Iulianum Pelagianum, in De prædeſtinatione ſanctorum, & alibi frequentiſsimè: ſemper enim in gratiam Chriſti refert omne noſtrum bonum cogitare, bonum uelle, bonum operari. Sed hæc ex Auguſtino nunc ſufficere poſſunt, infra enim ad idem multa ex eodem alia dicenda ſunt.
Ambroſius in De Vocatione Gentium non- *Ambr.*
dum adhuc de ſpritali uoluntate, ſed de ani- H
mali agens, quæ in terrenis occiduiſq; uerſa- *Lib. 1.*
tur, fatetur expreſsè quòd ii homines qui ſe- *Cap. 2.*
cundum eam, præſentem uitam exornant, cupiditates ſuas iuſtitiæ atque honeſtatis legibus temperantes, à Deo acceperunt ut in ipſa animali diſcretione ſublimius ſaperent, & excellentius cæteris eniteſcerent. Ibique ait, Humana natura in primi hominis præuaricatione uitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, ſemper in deteriorem eſt procliuior uoluntatem, cui committi non eſt aliud quàm dimitti. Hæc itaque uoluntas uaga, incerta, inſtabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendū, in cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, ſuſpicionibus inquieta, gloriæ quàm uirtutum auidior, famæ quàm conſcientiæ diligentior, & per omnem ſui experientiam miſerior fruendo his quæ concupiuerit, quàm carendo; nihil in ſuis habet uiribus, niſi periculi facilitatem, Quoniam uoluntas mutabilis quæ non ab incommutabili uoluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni. Hæc Ambroſius. Talis autem uoluntas ſatis manifeſtum eſt, quòd ſine Dei gratuito adiutorio bene, moraliter, deliberatè, & uirtuoſè ope-

A operari non poteſt. Ob quod idem auctor in eodem opere, oſtendens qualis ſit natura humana ſine gratia, fatetur quòd nihil habeat, niſi aut ignorantiam bonorum, aut corruptionem bonorum cognitorum. Verba eius ſunt. Et ut breuiter pateat, qualis ſit natura humana ſine gratia, dicat Iudas Apoſtolus, quid agat uel ignorantia imperitorum, uel doctrina ſapientum. Hi autem, inquit, quæcunque quidem ignorant, blaſphemant: quæcunque autem naturaliter ut muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Hæc ille, qui hanc ueritatem in eodem opere, probat affatim per diuinas ſcripturas, tribuens Deo per gratiam ſuam, noſtram fidem, ſpem, charitatem, ſapientiam, ſcientiam, inquiſitionem & cognitionem àc amorem Dei, præparationem bonæ uoluntatis, bonum uelle, conſilium, bene operari, prudentiam, continentiam, omnes uirtutes, omne uerbum bonum, omne opus ſanctum, & cunctas cordium cogitationes bonas. Quamobrem de uoluntate humana inquit, Quæ uoluntas in malis actionibus ſola eſſe poteſt, in bonis autem ſola eſſe non poteſt. Quamuis enim ſecundum naturam ſit homini, ut bonæ ſit uoluntatis; uitium tamen quod per malam uoluntatem irruit in naturam, non naturæ ſuperatur uirtute, ſed gratiæ. Hæc ille. Quia

Lib. 1. Cap. 9. Iudæ. 1. Lib. 1. Cap. 9. Lib. 2. Cap. 4.

B uerò conſtat, uitium quod per malam uoluntatem in naturam humanam irruit, per morales ſuperari uirtutes: cóſtat per conſequés, hominem illas huiuſmodi uirtutes non poſſe habere niſi per Dei Optimi gratiam. Idem auctor ſuper Lucam, quod Auguſtinus in de gratia Chriſti & peccato originali refert, inquit, Vides itaque, quia ubique Domini uirtus ſtudiis cooperatur humanis, ut nemo poſſit ædificare ſine Domino, nemo cuſtodire ſine Domino, nemo quicquam incipere ſine Domino. Hæc ille. Hieronymus ad idem in expoſitione catholicæ fidei ad Damaſum Papam dicit, Liberum ſic cófitemur arbitrium, ut dicamus nos ſemper Dei indigere auxilio. Et in epiſtola ad Theſorophoutem ait, Vnde audes lingua proferre temeraria unúquemque ſuo regi arbitrio? ſi ſuo regitur arbitrio, ubi eſt auxilium Dei? Et ſi Chriſto rectore non indiget, quo modo ſcribit Hieremias, Non eſt in homine uia eius? Et, A' Domino greſſus hominis diriguntur. Ibidem, Cæterùm nos in eo differimus à brutis animalibus, quòd liberi arbitrii conditi ſumus: ſed ipſum liberum arbitrium ut diximus, Dei nititur auxilio, illiusq́; per ſingula ope indiget. Idem in dialogo cótra Pelagium ſub nominibus Attici & Critoboli. Non noſtræ ſolùm eſt poteſtatis quòd uelimus, ſed & Dei

Lib. 2. Cap. 44. Hieron. Lib. 2.

clementiæ, ſi noſtram adiuuet uoluntatem. C Infra. Hoc longa diſputatione concluſum eſt, ut gratiam ſuam Dominus qua nobis liberum conceſsit arbitrium, in ſingulis operibus iuuet atque ſuſtentet. Gregorius in Moralibus circa illud, Si oſculatus ſum manum meam ore meo, dicit, Sancti uiri ſciunt ſe nó uirtute propria, ſed præueniente ſuperna gratia ad meliora uota uel opera commutatos: & quicquid ſibi malitia eſſe cognoſcunt, de mortali propagine ſentiunt meritum: quicquid uerò boni in ſe inſpiciunt, immortalis gratiæ cognoſcunt donum: eiq́; de accepto lumine debitores fiunt, qui & præueniendo dedit eis bonum uelle quod uoluerunt, & ſubſequendo conceſsit bonum poſſe quod uolunt. Hæc ille. Et ſuper Ezechielem circa illud, Fili hominis ſta ſupra pedes tuos, dicit, Ecce diuina uox innocenti Prophetæ iuſſit, ut ſurgeret: ſed ſurgere omnino non poſſet, niſi in hunc omnipotentis Dei Spiritus intraſſet: quia ex omnipotentis Dei gratia ad bona opera conari quidem poſſumus, ſed hoc implere non poſſumus ſi ipſe non adiuuaret, qui iubet. Hæc ille. In expoſitione ſeptimi Pſalmi pœnitentialis circa illud, Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi, dicit, Quaſi enim terra ſine aqua, eſt anima ſine gratia: Sicut enim terra quæ imbre nó perfunditur, non ueſtitur herbis, non uenuſtatur flori- D bus, non abundat meſſe; ſic anima gratia carens non operitur uirtutibus, non cogitat de cœleſtibus, non inſiſtit utilibus. Vitiato nanque in primo parente libero arbitrio, iam nec uelle quidem bonum poſſumus, niſi illius gratia adiuuemur, apud quem greſſus hominis diriguntur. Scriptum quippe eſt, Præparatur uoluntas à Domino. Hæc Gregorius. Bernardus in De gratia & libero arbitrio dixit, Liberi arbitrii conatus ad bonum & caſsi ſunt, ſi non à gratia iuuentur; & nulli ſi non excitentur. Cæterùm, In malum, dicit ſcriptura, proni ſunt ſenſus & cogitationes hominis. Hæc ille. Idem ſuper cantica, Origo fontium & fluminum omnium, mare eſt uirtutum & ſcientiarum, Dominus Chriſtus. Quiſquis enim eſt Dominus uirtutum, niſi ipſe eſt Rex gloriæ? Sed & iuxta Annæ canticum, Idem ipſe Deus ſcientiarum dominus Deus eſt. Continentia carnis, cordis induſtria, uoluntatis rectitudo, ex illo fonte manant. Infra, Quid caſta conſilia, iuſta iudicia, ſancta deſideria, non ne riuuli fontis illius ſunt? Subdit. Quicquid ſapientiæ, quicquid uirtutis habere confidis, Dei uirtuti, & Dei ſapientiæ reputa Chriſto. Hæc ille. Idem in De gratia & libero arbitrio, Apoſtolus omne quod boni poteſt eſſe, ideſt, cogitare,

Gregor. Lib. 22. Iob. 31. Ezech. 2. Homil. 9 Bernard. Cap. 40. Serm. 13. Cap. 44.

E gitare, & nelle, & perficere pro bona uolun
tate attribuit Deo, non ſuo arbitrio. Hæc il-
Anſelm. le. Anſelmus in de concordia gratiæ & liberi
Cap. 19. arbitrii, ſimiliter omnem rectitudinem uo-
luntatis humanæ, gratiæ diuinæ præuenienti
tribuit, dicens, Nemo certè ſeruat rectitudi
nem hanc acceptam, niſi uolendo: uelle au-
tem illam aliquis nequit, niſi habendo; habe
re uerò illam nullatenus ualet, niſi per gra-
tiam. Sicut ergo illam nullus accipit, niſi
gratia præueniente: ita nullus eam ſeruat, ni
ſi eadem gratia ſubſequente. Hæc ille. Idem
ſuper epiſtolas Pauli circa illud, Ipſius enim
Epheſ. 2. ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in ope-
ribus bonis, ait, Non illa creatione qua ho-
mines facti ſumus, ſed ea de qua ille dicebat,
Pſal. 50. Cor mundum crea in me Deus. Et Apoſto-
lus iſte nouam creaturam alibi laudat. Fa-
cti ergo ſumus & creati in operibus bonis,
quia reſtitutione liberi arbitrii data eſt nobis
libertas bene operandi, ideſt, facti ſumus ha
biles ad bene operandum. Et hoc factum
eſt in Chriſto Ieſu, ideſt, in gratia eius. Hæc
Epiſ. 193. ille. In epiſtolis diui Bernardi reperimus da-
Epiſ. 194. mnatum per Innocentium Papam & plures
Epiſcopos illum errorē Petri Abailardi, quo
Abailardus ipſe dicebat, quòd liberum arbi-
trium per ſe ſufficit ad aliquod bonum: ob
idq́; errór quidem eſt dicere, liberum arbi-
F trium per ſe ſufficere ad bonum aliquod. Hu-
Hugo. go de Sancto Victore in De ſacramentis, Ani
Lib. 1. ma rationalis corpori humano infuſa niſi per
Part. 7. gratiam adiuuetur, neque cognitionem ue-
Cap. 25. ritatis percipere, neque concupiſcentiæ car-
& 35. nis ſuæ reſiſtere poteſt. Idem in ſuis annota
tionibus elucidatoriis epiſtolæ Pauli ad Ro-
manos, ea opera eorum Gentilium de qui-
Rom. 2. bus Paulus ait, Gentes quæ legem non ha-
bent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt:
non naturæ, ſed gratiæ tribuit. Verba eius
ſunt, Ideſt, non adiuti per legem, ſed ſola na
turali ratione reformata per gratiam. Iſtud
ergo, naturaliter, legem & non gratiam ex-
cludit. Hoc eſt, Gentes ſine lege, ſed non
ſine gratia, legis opus faciunt. Hæc ille. Ioā
Damaſc. nes Damaſcenus in ſuo opere orthodoxæ fi-
Lib. 2. dei, Cæterùm, inquit uirtus ex Deo naturæ
cap. 30. data eſt, & ipſe omnis boni principium & cau
ſa eſt; & ſine eius cooperatione & auxilio, im
poſsibile eſt nos aut bonum uelle, aut agere.
At in nobis eſt, immanere uirtuti & ſequi
Deum nos ad illam uocantem: aut deſerere
uirtutem quod eſt in malū prolabi, & ſequi
diabolum ad illud uim non inferendo nocan-
Proſper. tem. Hæc ille. Beatus Proſper in ſuo libro
pro prædicatoribus gratiæ facto, fatetur qui
dem quòd natura humana ante gratiam, eſt
in damnatione, in cæcitate, & in uulnere:

probatq́; quòd Caſsianus ad propoſitum di- G
cit, ſub his uerbis, Ex quibus manifeſtè col- *Caſſianus*
ligitur, non ſolùm actuum, uerùm etiam co *Coll. 12.*
gitationum bonarum, ex Deo eſſe princi- *Cap. 3.*
pium, quod in nobis & initia ſanctæ uolunta *Coll. 1.*
tis inſpirat, & uirtutem atque oportunitatē
eorum quæ rectè cupimus, tribuit peragen-
di. Omne enim datum optimum, & omne
donum perfectum, deſurſum eſt deſcendens
à Patre luminum, qui & incipit quæ bona
ſunt, & exequitur, & conſummat in nobis.
Reprehendit autem idem Proſper quòd Caſ- *Coll. 13.*
ſianus uidetur dicere, poſſe aliquem ortum *Cap. 8.*
bonæ uoluntatis noſtro conatu in nobis e-
mergere, quòd interdum ſuis motibus ho- *Cap. 9.*
mo ad uirtutum appetitus poſsit extendi,
quanquam ſemper à Domino indigeat adiu-
uari; quod per naturæ bonum beneficio crea
toris indultum non nunquam bonarum uo-
luntatum prodeant principia; etſi tamen niſi
à Domino dirigantur, ad conſummationem
uirtutum peruenire non poſsint. Caſsianus
nihilominus, ſi bene eius uerba percipiantur,
id cenſuit, quod nunc Doctores catholici, ca
tholicè tenemus: immo & totum, quod ipſe
Proſper tenuit. Etenim in eadem Collatio- *Coll. 13.*
ne, poſt quam dixit, Dubitari ergo non po- *Cap. 12.*
teſt in eſſe quidem omni animæ naturaliter
uirtutū ſemina beneficio Creatoris inſerta:
ſtatim adiecit, Sed niſi hæc opitulatione Dei H
fuerint excitata, ad incrementum perfectio-
nis non poterunt peruenire. Hæc ille. Ecce
ſeminaria uirtutum moralium quæ naturali-
ter in anima rationali ſunt, non poſſunt in a-
ctu exire, niſi diuinitus excitentur, excitatio
autem quædam præuentio eſt, & quædam
(ut uerè dicitur) diuina præparatio. Secun-
dum eandem ueritatem docet atque probat
per diuinas ſcripturas idem Caſsianus alibi, *Coll. 3.*
quòd directio uiæ noſtræ ex Deo ſit: quòd *Cap. 13.*
ſcientia legis magiſterio & illuminatione Do *Cap. 14.*
mini conferatur: quòd intellectus quo māda *Cap. 15.*
ta Dei poſsimus agnoſcere & bonæ uolūtatis
effectus à Domino condonetur: quòd ipſa fi *Cap. 16.*
des à Domino concedatur: quòd moderatio *Cap. 17.*
& tolerantia tentationum nobis à Domi-
no tribuatur: quòd perpetuitas timoris Do- *Cap. 18.*
mini nobis à Domino conferatur: quòd ini- *Cap. 19.*
tium uoluntatis bonæ & conſummatio eius
à Domino ſit: quòd liberum arbitrium no- *Cap. 22.*
ſtrum adiutorio Domini ſemper indigeat,
præuenientis, uocantis, præparantis, iuuan
tis. Alibi etiam dicit collatione eadem, Cer *Cap. 12.*
tos tamen nos eſſe conuenit quòd omnem
uirtutem indefeſsis conatibus exercentes ne
quaquam diligentia uel ſtudio noſtro perfe-
ctionem poſsimus attingere: nec ſufficiat
humana ſedulitas laborum merito ad tam

ſublimia beatitudinis præmia peruenire, niſi ea Domino nobis cooperante, & cor noſtrũ ad id quod expedit dirigente, fuerimus indepti: ideoq; debemus cum Dauid orantes momentis ſingulis dicere; *Pſal. 16.* Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moueantur ueſtigia mea. Et, *Pſal. 39.* ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos: Vt noſtrum arbitriũ quod procliuius uel ignoratione boni, uel oblectatione paſsionũ fertur ad uitia, ille inuiſibilis rector mentis humanæ ad uirtutum potius ſtudia contorquere dignetur. Hæc ille. *Iſidorus. Cap. 30.* Iſidorus in libro differentiarum, Dei eſt bonum quod agimus, propter gratiam præuenientem & ſubſequentem: noſtrum uerò eſt, propter ſubſequentem liberi arbitrii uoluntatem ſuam. Nam ſi Dei non eſt, cur illi *Cap. 46.* gratias agimus? Infra, Sciant liberi arbitrii defenſores, nihil poſſe in bonum ſua præualere uirtute, niſi diuinæ gratiæ ſuſtententur iuuamine. Innocentius Papa reſcribens patribus qui in Milenitano Concilio hæreſes Pelagii damnauerunt, dixit, In omnibus diuinis paginis uoluntati liberæ, nõ niſi adiutorium Dei legimus eſſe nectendum: eamq; nihil poſſe, cœleſtibus præſidiis deſtitutam. *Conciliũ Africanum.* Concilium etiam Epiſcoporum Africorum ſcribentium ad Papam Zozimum poſtremum Pelagianarum hæreſum damnatorem, ut refert

B *Vbi ſupra.* Proſper, ait, Præparatur uoluntas à Domino; & ut boni aliquid agant, paternis inſpirationibus ſuorum ipſe tangit corda filiorum. Quotquot. n. Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei ſunt: ut nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quoque uoluntatis humanæ ſingulis motibus, magis illius ualere non dubitemus auxilium. Hæc illi patres. *Auguſt. Cap. 17. tom. 7.* Auguſtinus etiã rurſus in De libe. arbi. ad Valentinũ. Cooperãdo Deus in nobis perficit, quod operando incipit: quia ipſe ut uelimus operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiẽs. Vt ergo uelimus operatur, cum autẽ uolumus, & ſic nolumus ut perficiamus, nobis cooperatur: & tamẽ ſine illo uel operante ut uelimus, uel cooperãte, cum uolumus, ad bona pietatis opera nihil ualemus. Hæc ille. Secundum iſtam doctrinam diuinarũ ſcripturarũ & ſanctorum Doctorum, *Conciliũ Arauſicanum. Canon. 9. & 20.* in Cõcilio Arauſicano ſic determinatum fuit, Nulla facit homo bona, quæ non Deus præſtet ut faciat homo. Ecce igitur omnia bona opera, & prorſus omnia quæ facimus mortales, cogitando, uolendo, operando, gratia Dei præuenientẽ, operante, atque excitante, ſimul cooperante, & adiuuante facimus: ut penitus nihil boni interius uel exterius operari ualeamus, niſi Dei gratia nos præueniente, excitante, præparante. Si ergo opera moraliter uirtuoſa, moralesq; uirtutes ſunt bona, ut re uera, C

bona ſunt: illa nos operari, aut exercere non poſſumus, niſi per Dei gratiam nos præuenientem, excitantem, præparantem, iuuantem. Magiſter ſententiarum in ſuis ſententiis *Magiſt. ſen. lib. 2. Diſt. 26.* cum patribus nominatis quoque docuit, qui poſtquam declarauit quomodo liberum noſtrum arbitrium poſt peccatum per legẽ carnis ad bonum impeditur, & ad malum inſtigatur, ut non poſsit uelle & perficere bonũ, niſi per gratiam liberetur, & adiuuetur; in ſequentibus ad propoſitum dicit, *Lib. 2. diſt. 26.* Hæc eſt gratia operans, & cooperans: operans enim gratia præparat hominis uoluntatem, ut uelit bonum: gratia cooperans adiuuat, ne fruſtra uelit. His teſtimoniis apertè inſinuatur, quia uoluntas hominis gratia Dei præuenitur atque præparatur ut fiat bona, non ut fiat uoluntas: quia & ante gratiam uoluntas erat, ſed non erat bona & recta uoluntas. Hæc ille. *Lib. 2. Diſt. 27.* Infra quoque docet quòd gratia non eſt ex arbitrio uoluntatis, ſed eam potius ſanat atque præparat, & quòd omnis motus uel affectus mẽtis, eſt ex libero arbitrio, ſed bonus ex gratia & libero arbitrio, malus uerò ex libero arbitrio tantum. *Lib. 2. Diſt. 28.* Infra etiam dicit cum Auguſtino, quòd uoluntas eſt qua peccatur & rectè uiuitur, ſed ipſa niſi Dei gratia liberetur, & ut uitia ſuperet adiuuetur, rectè à mortalibus uiui non poteſt. Hæc ille. D

Gregor. Lib. 2. Diſt. 26. queſ. 1. Gregorius Ariminenſis iſtam ueritatem firmiſsimè tenuit, iuxta illud Auguſtini in De prædeſtinatione ſanctorum, Nemo ſibi ſufficit ad incipiendum uel perficiendum quodcunque opus bonum: ſed in omni opere bono & incipiendo & perficiendo, ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Vnde tres ponit concluſiones, quarum prima eſt, Quòd nullus homo in ſtatu præſenti, Dei etiam generali influentia ſtante, poteſt abſque ſpeciali auxilio eius agere aliquem actum moraliter bonum. Secunda, Quòd nullus homo etc. poteſt abſque ſpeciali auxilio Dei in his quæ ad moralem uitam pertinent ſufficienter cognoſcere quid uolendum uel nolendum, agendum & uitandũ ſit. Tertia, Quòd nullus homo etc. habita etiã ſufficiente notitia de aliquo uolẽdo, agendo, uel uitando, ex his quæ ad moralem uitã pertinent, poteſt abſque ſpeciali auxilio Dei conformiter uelle, uel agere. Hæc ille. Qui ibidem omnia hæc probat abundanter, ſapienter, & ualde Chriſtianè. *Marſil. Lib. 1. queſt. 20. Art. 3. Propoſ. 4.* Marſilius in ſuo opere ſententiarum manifeſtè tenuit iſtã ueritatem. Sic enim, dicit, Abſque ſpeciali præuentione Dei, in ſtatu lapſo, homo ultra & præter influxum communem, non poteſt in actus moraliter bonos, ut uitare intemperantiam, & eius paſsionibus reſiſte-

E re, & continenter uiuere ſecundum Deum, & ſic de aliis huiuſmodi. Hæc ille. Probat hæc ex multis, inter quæ adducit Auguſtinum in De correctione & gratia, dicentem, quòd ſine gratia nullum prorſus, ſiue cogitando, ſiue uolendo & amando, ſiue agendo, faciunt homines bonum. Infra. Omnes Philoſophi antiqui, qui morales habebant uirtutes, ex quodam dono Dei gratuito habebant eas, licet non per gratiam gratum facientem. Hæc ille. Ioannes Capreolus eãdem quoque omnino aſſeruit ueritatem, illamq́; exiſtimauit eſſe de mente atque doctrina ſancti Thomæ: ſic enim dicit in ſuis ſententiis, Licet homo abſq; gratia habituali poſsit in aliquas bonas uolitiones & actiones naturæ ſuæ proportionatas, non tamen in omnes: nec poteſt ſine gratia habituali in aliquod bonum uelle, aut agere ſupernaturale, ſcilicet meritorium: nec poteſt ſine auxilio Dei ſpeciali in aliquod bonum uelle, aut agere, ſiue ſit naturale, ſiue ſupernaturale. Hæc ille. Qui in eadem quæſtione reſpondendo ad argumẽta Gregorii Ariminenſis ſecundo loco poſita contra ſuam primam concluſionem, ita inquit, Dicitur, quòd rectè concludunt, quòd ad perfectè cognoſcendum in materia morali quid uolendum aut agendum ſit, requiritur poſt peccatum in ſtatu uiæ ſpecialis illuſtratio rationis à Deo. Non quidem illuſtratio

Vbi ſupra. Propoſ. 5.

Ioannes Capreol.

Lib. 2. Diſt. 28. quæſt. 1. Art. 1. Concl. 2.

Vbi ſup. Art. 3.

F habitualis, ſed actualis: & hoc conceditur. Hæc ille. Infra poſt multa ex ſancto Thoma adducta pro eadem ueritate, ſic iterum dicit, Ex quibus ſequuntur duo, Primum eſt, quòd ſecundum ſanctum Thomam, habens gratiam habitualem indiget ſpeciali motione diuina ad bene moraliter cogitandum, ergo multo plus carens habituali gratia. Secundum eſt, quòd illa motio ad bene cogitãdum, non eſt ſola generalis Dei influentia, immo eſt ſpecialis Dei directio ad rectè cogitandum. Ex qnibus ſequitur, quòd mens ſancti Thomæ non diſcordat à Gregorio quo ad hoc, quòd uterque intendit, Quòd nullus in ſtatu præſenti conſtitutus poteſt ſine ſpeciali Dei auxilio perfectè cognoſcere quid uolendum ſit, aut uolendum, quid agendũ ſit, ant nitandum in materia morali: non ſolùm quoad omnia agibilia collectiuè ſumpta, immo nec quo ad aliquod agibile ſeorſum & in particulari ſumptum. Hæc ille. Ergo non poſſumus mortales poſt lapſum, aliquem uſum moralem deliberatum moraliter uirtuoſum noſtrorum bonorum habere, cogitando, uolendo, aut operando, nec poſſumus bonum uirtuoſum morale uirtuoſè cognoſcere, uelle, aut operari, ſiue ſpeciali adiutorio gratiæ Dei ſpecialiter nos illuſtrãtis, præ-

Vbi ſtatim.

G uenientis, excitantis, præparantis, iuuantis, propter merita Saluatoris noſtri: ex quibus certè eſt quòd ſpecialis gratia Dei nos fouet, illuminat, præuenit, excitat, præparat, iuuat: ultra generalem influentiam quæ ad gratiam creationis pertinet, ſicut quæcunque noſtra naturalis potentia. Guillelmus Altiſsiodorenſis agens de tranſitu uirtutum, Vtrùm naturalia fiant gratuita? oſtẽdendo quid ſit naturale, & quid gratuitum, ait, Quamuis natura dicatur multipliciter, tamen hoc ſolùm dicitur naturale, Habitus naturæ conſentaneus naturalium potentiarum exercitio acquiſitus, & ſine gratia ſuperaddita, tamen non ſine Deo, ſine quo nihil poſſumus facere, ſicut ſunt charitas informis, ſiue politica, & largitas, & ſic de aliis; & fides informis qua quis credit Deum unũ, & remuneratorem eſſe. Gratuitum uerò dicitur quod gratis datur, & gratum facit, id eſt, dignum uita æterna, ſine qua non eſt ſalus. Hæc ille. Ecce omnem habitum naturæ conſentaneum naturalium potentiarũ exercitio acquiſitum ſine gratia ſuperaddita, uocat ille Doctor naturalem, ad differentiam habitus gratuiti: omnemq́; talem habitum naturalem, refert in Deum auctorem, ut informem charitatem, ſiue politicam, largitatem, alias uirtutes, & informem fidem qua quis credit Deum eſſe unum & remuneratorem.

Guillel. Altiſsio. lib. 3. tract. 19. cap. 1.

H Quid multa? Nullo modo admittimus eos qui dicunt uirtutes morales ſimpliciter non eſſe uirtutes, & bona moralia ſimpliciter non eſſe bona: ſed hoc eſt unum de aliorum Doctorum dictis, quæ nobis non placent. Simpliciter enim loquendo, Omnis uirtus moralis eſt uirtus, & omnia opera moraliter uirtuoſa ſunt bona. Vt magis conſtabit ex dicendis. Tota autem ſcriptura diuina & omnes Doctores ſancti antiqui, magnaq́; pars ſcholæ Theologicæ, expreſsè referunt omnes noſtras uirtutes & omnia noſtra bona opera in Deum prin cipalem auctorẽ per gratiam ſuam ex meritis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Quod hactenus uidimus in allegatis ſcripturis diuinis, Doctoribus ſanctis, & conciliis uniuerſalibus. Omnia enim bona hominis deduxit Ariſtoteles in bona interna & externa: qui ſtatim ſubdiuiſit bona interna ipſa hominis, in bona corporis & in bona animæ. Bona autem animæ dixit eſſe potiſsima: inter ea poſuit uirtutes, tum morales, tum intellectuales: & in operatione quæ eſt ſecundum uirtutem poſuit hominis beatitudinem: præſertim in operatione uirtutis maioris, perfectioris potentiæ, optimiq́; obiecti: ſimul docens omnes uirtutes humanas bonas, eſſe, bonas dici, & ad beatitudinem hu-

Cap. 25.

Ariſtot. Ethic. 1.

A humanam pertinere. Atque in iſtam ſententiam, tanquam in ueritatem notiſsimam, omnes ſapientes antiqui conuenerunt: omnes, inquam, ſapientes, Stoici, Academici, & Peripatetici: ut infra conſtabit ſatis eo loco quo de naturali iuſtitia ſermo fuerit, ubi dicta Philoſophorum ſatis abundè ponuntur. A quibus certè, quoad hanc ueritatem, non receſſerunt antiqui Theologi noſtri; ſed omnes uirtutes morales quæ ex obiecto & omnibus circunſtantiis neceſſariis, ſiue ex obiecto, officio & fine, ſunt uirtutes, dixerunt uirtutes eſſe bonas etiam, & opera talia earum bona. Niſi quòd præter ipſos Philoſophos, melius ueriusq; docuerunt, eſſe alias uirtutes ſupra morales & intellectuales acquiſitas quas ſolas nouerunt Philoſophi ipſi, uidelicet infuſas: & rurſus confitentes habere homines aliud eſſe per gratiam gratum facientem ac per uirtutes infuſas, gratum quidem ſeu gratificum, altius, ſublimius, nobiliusq;, quàm illud eſſe uirtuoſum moralium uirtutum, & intellectualium acquiſitarum, quod ſolum Philoſophi illi nouerunt. In his enim duobus, noſtri Theologi illos Philoſophos correxerunt; ſed cum ipſis Philoſophis uirtutes morales, dixerunt eſſe uirtutes & bona hominis, ac opera earum bona. Bonas ergo & uirtutes eſſe morales uirtutes, Theologi noſtri dicunt, & ſimul omnia noſtra bona & omnes noſtras uirtutes in gratiam Saluatoris noſtri referunt: Aliud eſt bonum noſtrum quod nos ſumus, & aliud eſt bonum noſtrum quod nos facimus. Bonum noſtrũ quod nos ſumus, omnes tribuunt Chriſto ſecundum quòd eſt creator: bonum autem noſtrum quod nos facimus, cogitamus, uolumus, operamur, ſeu cogitantes, uolentes, operantes, aut cogitando, uolendo, operando; omnes tribuunt Chriſto, ſecundũ quòd eſt Saluator, Redemptor, Doctor, Reformator, Renouator. Ad Chriſtum Creatorem referunt bona quæ nos ſumus, Quia, ipſe fecit nos & non ipſis nos. Ad Chriſtum autem Saluatorẽ, Redemptorem, & Reformatorem referunt bona quæ nos facimus, Quia, ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. Abſolutus eſt ſermo Apoſtoli de operibus bonis, omni conditione, arctatione & modo ſolutus, dum dicit, Ipſius enim, ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis. Sunt etiam opera bona, ea quæ ſunt moraliter uirtuoſa: ideſt, tum ex genere, ſeu obiecto, tum ex omnibus quæ uirtutem moralem neceſſariò conſtituunt, aut, ut Auguſtinus dicit, tum ex officio, tum ex fine. Quãuis tamen ſint & alia opera meliora, altiora, perfectioraq;, uidelicet ea opera quæ ſunt re uera meritoria: quæ à gratia gratum faciente manant, ſeu à charitate propter Deum, & ad uitam ordinantur æternam, ad maioremq; gratiam, atque ad maiorem gloriam. Hæc enim ſine dubio meliora opera ſunt, altiora, & perfectiora: ſed non ideo illa alia opera moraliter uirtuoſa, ſunt mala, nec ideo illa alia opera moraliter uirtuoſa, non ſunt bona. Sunt nanque ſine dubio bona, ſi ſunt ex omni parte moraliter uirtuoſa: ex genere, ſiue obiecto, ex omnibus circunſtantiis requiſitis, ex officio, ex fine. Ita omnes antiqui ſapientes appellauerunt ea, tum uirtuoſa, tum bona: ſimpliciter, & abſolutè: cum quibus in eo & nos ſapimus, confitentes tamen contra ipſos alia opera meliora & digniora, quæ ipſi ignorauerunt: uidelicet meritoria gratiæ atque gloriæ. Cœlius Pannonius cum his Doctoribus qui uirtutes morales adiutorio gratiæ Dei tribuunt, uidetur docere in Collectan. ſuper Apocal. circa illud, Similiter & tu pœnitentiam age, & cætera. atque circa illud, Et dixit mihi, Aquæ quas uidiſti, ubi meretrix ſedet, etc. Docet enim conſtanter in illis locis, non poſſe nos homines odio proſe qui peccatum, aut amore uirtutem, ſine adiutorio gratiæ Dei. Obiicit ſibi ipſi in primo loco horum, de ueteribus Philoſophis, & quibuſdam aliis, qui uirtutibus ſtudebant, quaſi peccatum abominarentur: Reſpondet, nequaquam uerè abominatos eos, ſed in faciẽ duntaxat, & hypocritarum more, qui ſeſe amare uirtutes fingebant, faciebant uerò in ſecreto, quæ non licebat. Sed de uirtutibus Philoſophorum, ſeu aliorum gentilium, multa dicuntur inferius. Hic ſolùm habeamus ex illis, quòd ipſi uirtutes tum morales, tum intellectuales acquiſitas, quas ſolas cognouerunt, & actus ſeu opera earũ, bona quædam eſſe dixerunt, optimaq; hominis; Vnde Ariſtoteles cum in diuerſis locis diuerſas poſuiſſet definitiones uirtutis, ita tamen alicubi definiuit, Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. ſicut & alibi, Virtus eſt quæ habentem perficit & opus eius bonum reddit. Alibi etiam, Virtus eſt moderatrix paſsionum. Virtutes ergo, quædam bona ſunt, & bona dici debent earum opera. Auctor Summæ Aureæ de uirtutibus & uitiis, Guilelmus Paraldus Epiſcopus Lugdunenſis, in ea ſumma ſua inquit, Notandum, quòd nomen uirtutis in Canone Sacræ ſcripturæ, ut frequentius ſumitur pro fortitudine, uel pro potentia, uel pro opere miſericordiali: rarò autem, pro ut hic de ea intendimus. Sed quod Philoſophi in morali doctrina uirtutem uocant, ſcri-

Pſal. 99. *Ephes. 2.* *Cœlius Pãnonius.* *Apoc. 2.* *Apoc. 17.* *Phyſic. 7. tex. c. 17. 5. topic. cap. 5. Ethic. 2. cap. 5. Vbi ſupra. Ethic. 2. Guilelm. Paraldus in principio cap. 2.*

A moraliter uirtuoſa. Affectionem autem iuſtitiæ refert Anſelmus in adiutorium gratiæ. Sed qnod diximus ex Anſelmo, quòd omnis actus uoluntatis elicitus, aut elicitur ſecundum affectionem iuſtitiæ, aut ſecundum affectionem commodi: intelligendum profectò uidetur, de actu uoluntatis deliberato; ut eos actus uoluntatis excludamus, qui non ex deliberatione, ſed ex ſola imaginatione aut alio modo ſine deliberatione procedunt. Concluſio igitur hæc uera eſt, quam ſic unanimes, tennerunt Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Gregorius, Bernardus, Anſelmns, Hugo, Damaſcenus, Proſper, Caſſianus, Iſidorus, Magiſter ſententiarum, Gregorius Ariminenſis, Marſilius, Ioannes Capreolus, Sanctus Thomas & Guilelmus Altiſsiodorenſis.

S.Tho. Prim. 2. Qua. 21. Ar. 3.4. — Asserit conſtanter Capreolus, hanc fuiſſe & mẽtem & doctrinam ſancti Thomæ, ut conſtat ex dictis. Conducit autem non parum ad ſuadendum, hanc fuiſſe mentem huius Doctoris ſancti, illa manifeſta eius doctrina ſecundum quam fatetur alibi & docet, quòd actus humanus ex hoc quòd eſt bonus uel malus moraliter, habet rationem meriti uel demeriti, etiam apud Deum. Ita enim

Caietan. Prim. 2. quaeſ. 114. Art. 3. — ipſe docuit. Et ita retulit, ſenſitq́; Caietanus hanc contra Scotum tuendo ſententiam ſcilicet quòd ratio meriti non includat rationem accepti, ſeu aliquam acceptationem. Si e-

B nim actus humanus ex hoc, quòd eſt bonus uel malus moraliter, habet rationem meriti uel demeriti, etiam apud Deum: manifeſtum eſt, quòd omnis actus humanus moraliter bonus, eo ipſo habet rationem meriti apud Deum. Eſt autem non minus manifeſtum non poſſe nos homines ſine adiutorio gratiæ Chriſti habere actum, qui apud Deum habeat meriti rationem. Alioquin uiuit Pelagius. Non uiuit autem Pelagius. Ergo ſicut ſine adiutorio gratiæ Chriſti non poſſumus habere actum, qui habeat rationem meriti apud Deum: ſic ſine adiutorio gratiæ Chriſti non poſſumus habere actum humanum moraliter bonum. Vnde'nam hæc ſubſiſtit conſequentia? Ex doctrina ſancti Thomæ dicentis, quòd actus humanus ex hoc, quòd eſt bonus uel malus moraliter, habet rationem meriti uel demeriti, etiam apud Deum: ex qua doctrina ſequitur, quòd ſi homo poteſt habere actum humanum moraliter bonum ſine adiutorio gratiæ Chriſti, poteſt ſimiliter ſine adiutorio gratiæ Chriſti habere actum qui habeat rationem meriti, etiam apud Deum. Atque ex hac eius conſequentia, ſequitur illa alia, deducendo ab oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis.

C Qvia ad hanc ſententiam uerißimam adſtruendam, allegauimus ſacrum Concilium Arauſicanum, placet eius determinationes in forma hic ponere quantum ad hanc materiam pertinet, ut manifeſtè ea in Synodo talem etiam eſſe ſuffultam ueritatem, appareat. Concilium Arauſicanum ſecundum, ita cenſuit ſanxitq́ue: Siquis per naturæ uigorem, bonum aliquod, quod ad ſalutem pertinet uitæ æternæ, cogitare (non expedit,) aut eligere, ſiue ſaluari, id eſt, Euangelizanti prædicationi conſentire poſſe confirmat, abſq; illuminatione & inſpiratione Spiritus ſancti, qui dat omnibus ſuauitatem in conſentiendo, & credendo neritati, hæretico fallitur ſpiritu, non intelligens uoluntatem Dei in Euangelio dicentis, Sine me, nihil poteſtis facere. & cætera. Ne autem quis putaret, hoc ſolùm de pertinentibus ad ſalutem debere intelligi, ſic etiam generalius determinauit, Diuini eſt muneris cum & rectè cogitamus, & pedes noſtros à falſitate, & iniuſtitia tenemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiſcum ut operemur operatur. Infra, Adiutorium Dei etiam renatis ac ſanctis ſemper eſt implorandum, ut ad finem bonum peruenire, uel in bono poſsit opere perdurare. Infra etiam latius de omni bono, Multa in homine bona fiunt, quæ non facit homo. Nulla uerò facit homo bona, quæ non Deus præſtet, ut faciat homo. Vt autem hoc melius oſtenderet ex oppoſito, declarando quid uel quæ poſsit homo ſolus per ſua naturalia & cum generali influentia, dixit, Nemo habet de ſuo niſi mẽdacium, & peccatum. Ecce primum declarauit non poſſe hominem quidquam boni facere de pertinentibus ad ſalutem, ſine adiutorio gratiæ Chriſti: & hoc, in canone. 7. Deinde latius agendo in Canone, 9. in gratiam Dei refert omnes noſtras rectas cogitationes, dum rectè cogitamus, & pedes noſtros ab iniuſtitia & falſitate prohibemus. Tandem magis clarè de omni bono in communi & ſine limitibus loquens, dicit in canone, 20. Nulla uerò facit homo bona, quæ non Deus præſtet, ut faciat homo. Ecce in diſtinctis canonibus, de diſtinctis generibus bonorum loquitur: omnia autem in Dei gratiam refert. Quod ut manifeſtius doceret, dixit in canone, 22. nos non habere de noſtro (ſine gratia uidelicet de cuius neceſsitate agebat) niſi mentiri & peccare. Eadem fuit ſemper ſententia omnium ſanctorum Doctorum contra Pelagium & Pelagianos ſcribentium.

Cano. 7. Canon. 9. Cano. 20. D Cano. 22.

Vt autẽ conſtet magis hãc fuiſſe doctrinã ſancti Thomæ, quem ſemper ſequi cupimus,

E ob eius ſanctitatem ac mirabilem eruditionem: placet ea referre, quæ ipſe de bono mali, ſeu de bono moraliter uirtuoſo dicit: ut ex eius doctrina manifeſta, prodeat in lucem eius in hac parte mens quæ aliquibus uidetur obſcura.

S. Tho. Prima 2. Quæſ. 1. Art. 1.

Fatetur igitur ipſe primum, id quod eſt quaſi primum principium in materia aut ſcientia morali, atque omnibus doctis cognitum, & ab omnibus conceſſum: quòd actionum quæ ab homine aguntur, illæ ſolæ propriè dicuntur humanæ, quæ ſunt propriè hominis inquantum eſt homo: ideſt, actiones quæ ex uoluntate deliberata procedunt.

Ibidem. Quæſ. 18. Art. 2. 3. & 4. Ibidem. Art. 5. 6. 8. & 9.

Fatetur, quòd actio humana habet bonitatem uel malitiam ex obiecto, ex circunſtantia, atque ex fine. Fatetur, quòd actio humana ſit bona uel mala in ſua ſpecie, quòd actus habeat ſpeciem boni uel mali ex fine, quòd aliquis actus humanus ſit indifferens ſecundum ſuam ſpeciem, & quòd nullus actus humanus ſit indifferens ſecundum indiuiduum. Ecce quæ dicit de actionibus humanis, quantum ad earum quidditatem, eſſentiam, & qualitatem: quæ ſunt, unde habent ſpeciem, bonitatem, aut malitiam: docens etiam quòd bonitas actus humani principaliter pendet à lege æterna cui conformari ipſe actus debet, & per conſequens malitia eius in hoc conſiſtit, quòd à lege æterna diſcrepat.

F poſt hæc autem agēs de conſequentibus actus humanos in bonitate, uel malitia, dicit ſimiliter multa probè, quæ ſatis & eius mentem, & noſtram propoſitionem declarant.

Ibidem. Quæ. 21. Art. 1. Ibidem. Art. 2. Ibidem. Art. 3. Ibidem. Art. 4. Ibidem. ad 3. arg.

Aſſerit enim, quòd actus humanus inquantum eſt bonus uel malus, habet rationē rectitudinis uel peccati. Aſſerit, quòd actus humanus ex hoc quòd eſt bonus uel malus, habet rationem laudabilis uel culpabilis. Aſſerit quòd actus humanus inquantum eſt bonus uel malus, habet rationem meriti aut demeriti propter ſuam bonitatem uel malitiā. Aſſerit quòd actus, humanus inquantum eſt bonus uel malus habet rationem meriti uel demeriti apud Deum, ſiue per comparationem ad Deum. Aſſeritq; quaſi declarando ſeipſum, quòd omnis actus hominis bonus uel malus, habet rationem meriti uel demeriti apud Deum, quantum eſt ex ipſa ratione actus, ideſt, licet homo ſic bene agens aliquando non mereatur apud Deum, ex ſtatu ipſius perſonæ agentis, ut pote ſi eſt in peccato mortali. Ecce igitur ſecundum ſanctum Thomam, Omnis actus humanus inquantum bonus, & conſtat quod agebat de bonitate mortali, habet rationem rectitudinis, habet rationem laudabilis, habet rationem meriti, & habet rationem meriti apud Deū, quantum eſt ex ipſa ratione actus. Profectò non potuit ſanctus Thomas in hac materia G clarius loqui. Num quid autem, quæſo, an debit aliquis Chriſtianus huiuſcemodi actū tribuere homini per ſua naturalia ſine adiutorio gratiæ Chriſti? Non profectò, niſi prius deſipiat, uel ſimul in ea parte fiat Pelagianus. Quid amplius in hac materia fecit Pelagius, niſi quòd tales actiones noſtras cum talibus prærogatiuis, rectitudinis, laudis, & meriti apud Deū, homini per ſua naturalia tribuit? Rectè igitur Capreolus, cum uidiſſet ſanctū Thomam fateri, omnes haſce prærogatiuas reperiri in omnibus noſtris actionibus humanis moraliter bonis, dixit ex mente ſancti Thomæ, quòd ad omnes tales noſtras actiones humanas moraliter bonas indigemus Dei ſpeciali auxilio.

S. Bonauentura. Lib. 2. diſ. 28.

Sanctvs Bonauentura fatetur, quòd liberū arbitriū ſeu homo per illud, licet poſſit reſiſtere tentationi diaboli non conſentiendo; non tamen ſine gratia gratum faciente poteſt eum uincere, & deiicere. Fatetur, quòd uīcitur diabolus, quādo homo aſſequitur oppoſitum eius quod diabolus intendit: intendit autem hominem reddere Deo inimicum; & æterno ſupplicio dignum. Vincitur ergo quando homo tentatus, reſiſtendo fit amicus Deo & præmio æterno dignus, quod fieri nō poteſt ſine gratia. Fatetur quòd homo reſiſtit, dum tentationi non conſentit. Et fatetur quòd hoc quidem poteſt homo ſine gratia H gratum faciente, ſed non ſine gratia gratis data. Fatetur, quòd uix aut nunquam liberum arbitrium deſtituitur omni gratia gratis data. Declarando autem quid intelligat per gratiam gratis datam, dicit, quòd non ſolùm ea quæ enumerat Apoſtolus, Alii per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, Alii autem ſermo ſciētiæ, & cætera: *1. Cor. 12.* Sed quicquid illud ſit, quod ſupra additum eſt naturalibus, adiuuans aliquo modo, & præparans uoluntatem ad habitum uel uſum gratiæ; ſiue ſit habitus, ut timor ſeruilis: uel pietas, aliquorum uiſceribus inſerta ab infantia; ſiue aliquis actus, ſiue uocatio uel locutio qua Deus excitat animā hominis ut ſe præparet: ſine hac gratia, nec ſe diſponere poteſt homo ad gratiam gratum facientem, nec tentationi cuilibet reſiſtere; nec mandata Dei quoad genus operis adimplere: unde ſemper præcedit diuina tractio; monitio, aut motio. Ita ille docuit. Allegat autem ad hanc doctrinam, ſuffulciendam, Auguſtinum in De eccleſiaſticis dogmatibus.

Auguſt. Cap. 2.

Idem auctor S. Bonau. li. 2. Diſt. 28. quæſt. ult.

Vt autem declaret manifeſtius, quid boni poſſit liberum arbitrium ſine gratia, & quid nō niſi cum gratia, notat, quòd aliquod opus tripliciter poteſt dici bonum, Vno modo dicitur aliquid bonum ſimpliciter, quod eſt bonum

A num ordinatum ad finem: & tale eſt bonum meritorium: & in huiuſmodi bonum non habet poteſtatem liberum arbitrium lapſum, abſque auxilio gratiæ gratum facientis. Secundo modo aliquid dicitur bonũ, ex hoc quòd aliquo modo de congruo diſponit ad bonum ſimpliciter: & tale eſt bonum quod fit extra charitatem, tamen cum recta intentione: In id uires non exerit liberum arbitrium abſque munere gratiæ gratis datæ, per quod illuminetur, dirigatur, & excitetur ut uelit facere aliquid, quod Deo placeat. Illud bonum ſecũdo modo, ut uidetur, eſt bonum extra charitatẽ factum, tamen in finẽ ordinatum, quia recta intẽtione factũ. Tertio modo dicitur aliquid bonum, quod eſt ad finem ordinabile ex ſe, quia tranſit ſuper materiam debitam, ſicut paſcere eſurientem, ſeu ex debita circunſtantia ſuperaddita, ſcilicet temporis, & loci, & opportunitatis: Ad illud genus boni complendum etſi gratia gratis data ſit neceſſaria quo fiat facilè, circunſcripto tamen omni munere gratiæ & libertatis arbitrii relicto in puris naturalibus per naturale iudicatorium, id eſt, rationem diſcernentem & inſtinctum, in tale bonum Deo cooperante, poteſtatem haberet, ſicut cooperatur in aliis creaturis: Nam ſine primo agente, nullum agens poteſt
B agere. Et ſic liberum arbitrium ſola Dei cooperatione abſque aliquo munere gratiæ, licet difficulter, poteſt exire in aliquod bonũ morale. Ita declarauit ille Doctor ſanctus in quod bonum morale uim ac facultatem liberum arbitrium habet cum ſola influentia generali, & in quod non niſi cum gratia gratis data, aut gratum faciente. Quia in bonũ meritorium, meritorium poteſt quidem, ſed per gratiam gratum facientem: in bonum cũ recta intentione factum & in finem ordinatum, poteſt etiam, ſed per gratiam gratis datam: in bonum autem quod eſt ad finem ordinabile ex ſe, ſicut paſcere eſurientem, poteſt per generalem influentiam. Igitur quia conſtat bonum moraliter uirtuoſum, eſſe bonum, non ſolùm in finem ordinabile, ſed etiã in finem ordinatum, & recta intentione factum: conſtat ex dictis huius doctoris, illud pertinere non ad ſolam influentiam generalem, ſed etiam & ſimul ad gratiam gratis datam, quod certè eſt auxilium ſpeciale. Maximè ſi his addimus, quòd tale bonum morale quantum eſt de ſe, habet rationem meriti apud Deum, ut dicit ſanctus Thomas: & aliquo modo diſponit ad bona meritoria, ſeu altiora, ut eſt manifeſtum..

Oſtenditur eadem ueritas, quòd poſt lapſum, opera moraliter uirtuoſa ex omnibus circunſtantiis requiſitis, operari, aut morales uirtutes habere, non poſſumus in potentia propinqua, niſi gratia redemptionis acceſſerit, hoc eſt, niſi mediante quodam Dei adiutorio ad gratiam redemptionis pertinente, & ad merita Saluatoris noſtri. Agitur de re magis peculiariter ex Auguſtino, & eadem ueritas citra omne dubium aſſeritur. C CAP. XX.

HANC ueritatem catholicam tuetur ac docet Auguſtinus ſæpiſsimè contra Pelagium ſua ætate, liberum arbitrium hominis efferentẽ, gratiamq; Chriſti deprimentem, extenuantem, ac imminuentem: nec ſolùm Auguſtinus, ſed alii etiam patres catholici qui tunc pro gratia Chriſti nobis neceſſaria, contra Pelagium catholicè armis militiæ noſtræ, & gladio ſpiritus, quod eſt uerbum Dei decertarunt. Probauit igitur Auguſtinus, credidit, & docuit, quòd nullus pellectus atque inſtigatus ad aliquod uitium ſeu ad actum aliquem moraliter malum, poteſt huiuſmodi tentationem abſq; auxilio gratiæ Chriſti ſuperare: quòd ſine auxilio gratiæ Chriſti nihil ualet liberum arbitrium ad peccati deuitationem; quòd quilibet homo in ſtatu præſenti infirmus & impotens eſt ad quemlibet bonum actum cadentem H ſub diuino præcepto, adeo quòd non ſolùm ad melius uel facilius agendum, ſed ſimpliciter ad agendum indiget propter ſuam infirmitatem adiutorio gratiæ Dei in Chriſto Ieſu Domino noſtro: quòd homo poſt lapſum ſine adiutorio gratiæ Chriſti nõ poteſt in his quæ ad moralem uitam ſine dubio pertinent, ſatis cognoſcere quid uolendum, uel nolendum, agendum, & uitandum ſit: quòd homo poſt lapſum præditus ſufficiẽti notitia de aliquo uolendo, agendo, uitando, ex his quæ ad moralem uitam pertinent, non poteſt ſine adiutorio gratiæ Chriſti uniformiter uelle, uel agere uirtuoſè: quòd homo poſt lapſum ius poſtliminii non habet ad bonam uoluntatem uirtutum, moralem, deliberatam, & efficacem, niſi Dei gratia acceſſerit. Si autem ad hæc omnia indigemus Chriſti gratia, ſeu quod idem eſt, gratia Dei, quã nobis meruit Chriſtus filius eius: fit profectò euidenter conſequens, quòd ad omnia opera moraliter uirtuoſa, & ad omnes & ſingulas morales uirtutes, gratia Chriſti indigemus, ad omnemq; uſum noſtrorum bonorum moralem deliberatum uirtuoſum. Etenim per opera moraliter uirtuoſa, atque per morales uirtutes, tentationes uincimus, præcepta Dei implemus, uolenda, agenda, atque uitanda, cognoſcimus, uolumus, operamur

E ramur & facimus, & ad bonam uoluntatem
redimus. Agamus ergo de his omnibus ſingil
latim, & oſtendamus quòd omnia hæc credi
dit atque docuit Auguſtinus, cum aliis eius
memoriæ patribus catholicis cumq; his qui
poſtea ad noſtram uſq; ætatem fuerunt. Au-
Eſt epiſ. guſtinus igitur in ea ſua epiſtola quæ eſt ad
106. Bonifacium, ſiue ut alii codices olim habe-
bant, ad Paulinum; poſtquam retulit erro-
res Pelagii quos Pelagius ipſe compulſus eſt
anathematizare in Concilio Epiſcopali Pale
ſtino, explicando nonnulla quæ omnis Chri
ſtianus tenere debet ſecundum illius Epiſco-
palis iudicii auctoritatem, & quæ ſemper te-
nuit Eccleſia catholica, inter alia ſic ait, Fa-
teatur gratiam Dei, & adiutorium etiam ad
ſingulos actus dari, eamq; non dari ſecundũ
merita noſtra, ut uera ſit gratia, ideſt gratis
data per eius miſericordiam. Fateatur eſſe li
berum arbitrium, etiam ſi diuino indiget
adiutorio. Fateatur quando contra tentatio
nes concupiſcentiasq; illicitas dimicamus,
quamuis et illhic habeamus propriam uolũ
tatem, non tamen ex illa, ſed adiutorio Dei
noſtram prouenire uictoriam. Hæc ille.
Ibiq; paulò poſt, quendam errorem Pelagii
abiicit, confitendo nihil ualere uoluntatis ar
F bitrium ſine gratia, ad non peccandum. Ver
ba eius ſunt, quibus Pelagium proſcindit &
damnat, Aliquando enim ita paribus momẽ
tis poteſtatem uoluntatis æqua lance perpen
dit, ut aliquantum etiam ad non peccandum
ualere definiat: quòd ſi ita eſt, nullus locus
adiutorio gratiæ reſeruatur, ſine qua nos di
cimus ad non peccandum nihil uoluntatis
arbitrium ualere. Hæc ille. Eandem uerita-
Innocent. tem confeſſus eſt Innocentius Papa, qui re
Papa. ſcribens Epiſcopis qui Carthaginenſi cõcilio
affuerunt, ita dicit, Pares nos ad reſiſtendũ,
ſcilicet tentationibus, non liberum arbitriũ,
ſed Dei ſolius ſolum auxilium poteſt facere.
Eaq; ueritas conſtat ſatis ex epiſtolis Epiſco
porum qui affuerunt conciliis Carthaginenſi
Epiſ. 90. & Milenitano ad Papam Innocentium deſti-
91.92.93 natis, atque ex reſcriptis illius ad eoſdem:
quæ omnes epiſtolæ, inter epiſtolas Auguſti-
Epiſ. 17. ni habentur. Auguſtinus etiam ad Vitalem
ſcribens, duodecim ſententias catholicas po
ſuit ab omnibus firmiſsimè credendas, inter
quas ſic fidem iſtam explicat Chriſtianam,
Eſt ſent. 2 Scimus gratiam Dei nec paruulis, nec maio-
Eſt ſent. 3. ribus ſecundum merita noſtra dari. Scimus
maioribus ad ſingulos actus dari. Hæc ille.
Lib. 3. In De libero arbitrio cum dixiſſet habere o-
Cap. 18. mnem animam peccatricem iſta duo pœna-
& 19. lia, ignorantiam & difficultatem, eaq; ma-
tom. 1. la aduenire hominibus ex peccato primi ho-
minis: in eandem ſententiam adiecit, Vt au

tem de illo primo coniugio, & cum ignoran- G
tia, & cum difficultate, & cum mortalitate *Ibidem.*
naſcamur, quoniam illi cum peccauiſſent, & *Cap. 20.*
in errorem, & in ærumnam, & in mortem
præcipitati ſunt, rerum moderatori ſummo
Deo iuſtiſsimè placuit. Ecce aſſerit iuſtiſsi-
mè factum eſſe, quòd ſicut dixerat, ex illius
damnati pœna & mortales, & ignari, & carni *Ibidem.*
ſubditi naſcimur. Iuxta quem modum dicit *Cap. 19.*
Apoſtolus, Fuimus enim & nos naturaliter *in fine.*
filii iræ, ſicut & cæteri. Idem in Enchiridio *Cap. 23.*
ad Laurentium, Nequaquam dubitare de- *tom. 3.*
bemus rerum quæ ad nos pertinent bona-
rum, cauſam non eſſe niſi bonitatem Dei;
malarum uerò ab immutabili bono deficien-
tem boni mutabilis uoluntatem, prius ange
li, hominis poſtea. Hoc primum eſt creatu- *Ibidem.*
ræ rationalis malum, ideſt, prima priuatio *Cap. 24.*
boni: deinde etiam iam nolentibus ſubintra
uit ignorantia rerum agendarum, & concu-
piſcentia noxiarum. Ecce ſecundum Augu-
ſtinum ex peccato primi parentis in quo o-
mnes peccauimus, peccatoresq; facti ſumus,
trahimus iſtas pœnas, uitia quædam & ma-
la naturæ lapſæ, ignorantiam rerum agenda-
rum, concupiſcentiam rerum noxiarum, &
difficultatem in agendo bonum. Porrò quòd
à peccato & malis quæ in nos transfudit A- G
dam non poſsimus liberari niſi per Chriſtum
Dominum noſtrum, manifeſtè docet Augu-
ſtinus in eodem Enchiridio ad Laurentium, *Cap. 48.*
per multa: quia non ſoluitur illud peccatum *49.50.51.*
primum, nec illa quæ in nobis ex illo pen- *52.*
dent, niſi per Dominum & Saluatorem no-
ſtrum, Deum & hominem, Mediatorem Dei
& hominum. Secundum hanc ueritatem, &
ad illam, in ſuis Retractationibus cum iterũ
dixiſſet, quod in De libero arbitrio de miſe- *Lib. 1.*
ria peccantibus à Deo iuſtiſsimè inflicta, di- *Cap. 9.*
xerat, ſic adiecit, Ad quam miſeriam iuſtæ *tom. 1.*
damnationis pertinet ignorantia & difficul-
tas quam patitur omnis homo ab exordio
natiuitatis ſuæ, nec ab hoc malo, niſi Dei
gratia quiſquam liberatur. Hæc ille. Idem
Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum,
præmiſſo quòd quilibet à natiuitate & igno-
rantiam & concupiſcentiam trahit, ſubdit,
Ignorantia minuitur, ueritate magis ma- *Lib. 6.*
gisq; lucente; Concupiſcentia minuitur, cha *Cap. 26.*
ritate magis magisq; feruente. Nihil boni ho *tom. 7.*
rum duorum eſt à nobis. Non enim ſpiritum
huiuſmodi accepimus, ſed ſpiritum qui ex *1. Cor. 2.*
Deo eſt: ut ſciamus quæ à Deo donata ſunt
nobis. Hæc ille. Idem in De baptiſmo par- *Lib. 2.*
uulorum ad Marcel. inquit, Nolunt homines
facere quod iuſtum eſt, ſiue quod lateat an
iuſtum ſit, ſiue quia non delectat. Subdit.
Ignorantia igitur & infirmitas uitia ſunt,
quæ

A quæ impediunt uoluntatem, ne moueatur
ad faciendum opus bonum, uel ab opere ma
lo abſtinendum: ut ei innoteſcat quod late-
bat, & ſuaue fiat quod non delectabat, gra-
tia Dei eſt, quæ hominum adiuuat uolunta-
Lib. 1. tem. Hæc ille. In De gratia Chriſti & pecca
Cap. 25. to originali probat Auguſtinus contra Pela-
gium, non poſſe hominem abſq; auxilio Dei
ullam bonam habere cogitationem: idq; de-
2. Cor. 3. monſtrat per illud Apoſtoli, Non ſumus ſuf-
ficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex no
bis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. In De
Vera innocentia, inquit, Diuini eſt muneris,
cùm recta cogitatio, & pedes noſtros à falſi-
tate atque iniuſtitia continemus. In De ec-
Cap. 50. cleſiaſticis dogmatibus, Bonæ cogitationes
ſemper à Deo sũt. In epiſtola ad Sixtũ præsbi
terũ, Nemo rectè ſapit, rectè intelligit, rectè
cõſilio ac fortitudine præualet, nemo ſciẽter
pius eſt, uel piè ſciẽs, nemo timore caſto Deũ
timet, niſi acceperit Spiritum Sapientiæ, &
intellectum conſilii, & fortitudinis, ſcientiæ,
& pietatis, & timoris Dei. Subdit, Non quia
tot ſunt Spiritus, ſed omnia hæc operatur
unus atque idem Spiritus, diuidens propria
unicuique pro ut uult; quia Spiritus ubi
uult, ſpirat. Hæc ille. Idem in De gratia Chri
ſti & peccato originali, contra Pelagium & Pe
Lib. 1. lagianos dicit, Sed nos eam gratiam uolumus
Cap. 18. iſti aliquando fateantur, qua futuræ gloriæ
tom. 7. magnitudo non ſolùm promittitur, uerùm
B etiam creditur & ſperatur; non ſolùm reuela
tur ſapientia, uerùm etiam & amatur: nec ſo
lùm ſuadetur omne quod bonum eſt, uerùm
& perſuadetur. Et ſequitur, Hanc debet Pe-
lagius gratiam confiteri, ſi uult non ſolùm
uocari, uerùm etiam eſſe Chriſtianus. Item,
Cap. 12. Hac gratia agitur, non ſolùm ut facienda no-
uerimus; uerùm etiam, ut cognita faciamus:
nec ſolùm ut diligenda credamus, uerùm e-
Ioan. 14. tiã ut credita diligamus. Super illud, Omnis
qui audiuit à Patre, & didicit, uenit ad me,
inquit. Quis non uideat & uenire quenquam
& non uenire arbitrio uoluntatis? Sed hoc ar
bitrium poteſt eſſe ſolum, ſi non uenit: non
autem poteſt niſi adiutum eſſe, ſi uenit: & ſic
adiutum, ut non ſolùm quid faciendum ſit
ſciat, ſed quod ſcierit etiam faciat. Hæc ille.
Ecce ſecundum Auguſtinum, non poteſt ho
mo ſine adiutorio gratiæ Chriſti (iſtam enim
gratiam commendabat in omnibus locis alle
gatis) bonum aliquod cognoſcere, uelle aut
operari: tentationibus reſiſtere, aut manda-
ta Dei implere: ſcilicet uirtuosè, uoluntariè,
deliberatè, cum omnibus circunſtantiis ad
uirtutem requiſitis. Secundum Auguſtinum
ergo non poſſumus bonum cognoſcere, nec
bonum cognitum uelle, aut operari, ſine gra
tia Chriſti. Hoc ipſe iterum repetit contra Pe C
lagium in De gratia Chriſti & peccato origi- Lib. 1.
nali: ubi manifeſtè aſſerit quòd non ſolùm ad Cap. 47.
cognoſcendum bonum, ſed & ad uolendum,
atque operandum illud, ſit nobis gratia Chri
ſti neceſſaria: nec ſolùm ad poſſe, ſed etiam
ad uelle, atque ad operari bonum. Ergo cum
opera moraliter uirtuoſa ſint quidem quædã
bona, quæ etiam nos agentes mandata Dei
implemus, tentationibus reſiſtimus, bonũq;
uolumus & operamur: ſequitur euidenter
quòd ad illa, Chriſti gratia indigemus. Hanc
ſententiam docuit Auguſtinus in De fide ad
Petrum Diaconum, quo libro manifeſtè, aſ- Cap. 3.
ſerit non poſſe hominem poſt peccatum ad tom. 3.
bonam uoluntatem aut bonam cogitationẽ
redire, niſi Deus hoc illi tribuat de ſuper per
ſuam miſericordiam & gratiam. Ad quam bo
nam uoluntatem? Ad omnem illam, ad quam
non poteſt redire angelus poſt caſum: ideſt,
nec ad bonam uoluntatem meritoriam, nec
ad bonam uoluntatem moralem: Ad nullam
enim harum, poſt caſum poteſt redire ange-
lus: non enim poteſt bonum cognoſcere, uel
le, aut operari bene meritoriè, nec bene mo
raliter. Verba Auguſtini ſunt, Bonæ quoque Ibidem.
uoluntatis & cogitationis initium, non ho-
mini ex ſeipſo naſci, ſed diuinitus & præpara
ri & tribui, in eo Deus euidenter oſtendit:
quia neque diabolus, neque aliquis angelo-
rum eius, ex quo ruinæ illius merito in hanc
inſeriorem ſunt detruſi caliginem, bonam po D
tuit aut poterit reſumere uoluntatem. Quòd
ſi poſſibile eſſet, ut humana natura, poſt quã
à Deo auerſa bonitatem perdidit uoluntatis,
ex ſeipſa rurſus eam habere potuiſſet; multo
poſſibilius hoc natura haberet Angelica, quæ
quanto minus grauatur terreni corporis põ-
dere, tanto magis hac eſſet prædita facultate.
Sed oſtendit Deus unde bona uoluntas homi
nibus detur, quam ſic amiſerunt angeli cum
haberent, ut amiſſam deinceps habere non
poſſint. Hæc ille. Ecce ad nullam bonam uo
luntatem poſt peccatum poteſt redire homo
ſine gratia, ad quam bonam uoluntatem poſt
caſum non poteſt redire Angelus: ſunt perfe
ctiora, meliora, nobiliora, fortiora, atque
potentiora ex natura; naturalia Angeli, quàm
naturalia hominis. Quod teſtatur Dionyſius
in De diuinis nominibus. Sic itaque docet
Auguſtinus ubique, quòd nullum opus bo-
num, internum uel externum poteſt homo
poſt peccatum uirtuosè cognoſcere, uelle,
aut operari, intellectus, uoluntatis, aut ope
ris ſeu potentiarum executiuarũ, niſi gratia
Dei adiutus, per Ieſum Chriſtum dominum
noſtrum. Vnde in Enchiridio ad Laurẽtium, Cap. 30.
de homine lapſo ita quærit, Quid enim boni tom. 3.
X ope-

E operari poteſt perditus, niſi quantum fuerit
à perditione liberatus? Ad hanc neritatem
catholicam manifeſtè etiam ſpectat, quòd
Lib. 3. Auguſtinus in ſuo Hypognoſt. contra Pela-
tom. 7. gianos poſtquam ea diuiſit quæ poteſt homo
ſine Deo uelle, ſcilicet mala, & bona præſen
tis uitæ, ut uelle laborare in agro, uelle man
ducare & bibere, uelle habere amicum, uelle
habere indumenta, uelle ædificare domum,
& ſimilia; atque ea quæ non poteſt homo uel-
le ſine Deo, ut ea ſunt omnia quæ ad Deum
pertinent: Sic tandem conſtantiſsimè contra
Ibidem. errorem Pelagii dixit, Opera liberi arbitrii
bona, quæ ut fiant præparatur per gratiæ præ
uentum, nullo liberi arbitrii merito, & ipſo fa
ciente, gubernante & perficiente ut abundēt
in libero arbitrio, non damnamus, quia ex
his nel huiuſmodi homines Dei iuſtificati
ſunt, iuſtificantur, iuſtificabuntur in Chri-
ſto. Damnamus uerò auctoritate diuina ope
ra liberi arbitrii, quæ gratiæ præponuntur,
& ex his tanquam meritis, in Chriſto iuſtifi-
cari extolluntur. Quis enim prior dedit ei,
Lib. 1. & retribuetur illi? Hæc Auguſtinus. Idem cō
Cap. 3. tra duas epiſtolas Pelagianorum ait, Nec po
tom. 7. teſt homo boni aliquid uelle, niſi adiuuetur
ab eo qui malum non poteſt uelle: hoc eſt gra
tia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum no-
F ſtrum. Hæc ille. Quid multa? In officiis uir-
tutum ſeu, quod idem eſt, in operibus earū,
Auguſtinus omnia damnat, quæ in Deum
non aliquo modo referuntur, actualiter, for
maliter, uirtualiter uel habitualiter, nt con-
ſtabit ex dicendis: ſed non poteſt fieri aliqua
talis relatio in Deum ſine cognitione Dei, ut
eſt notiſsimum. Quid ergo? Omnia officia
ſeu opera nirtutum non damnata nec damna
bilia præſupponunt gratiam Dei per Chriſtū
dominum noſtrum, ſine qua nec Deum co-
gnoſcere, nec in ipſum noſtra opera referre
ualemus, ut conſtat ex dictis. Valemus qui-
dem in potentia remota bonum cogitare, in
telligere, uelle, atque operari, ex quo in ute
ris matrum noſtrarum homines conſtituti ſu
mus, etiam eo tempore quo incapaces ſu-
mus diuini, adiutorii: ſed in potentia propin
qua non poſſumus bonum aliquod cogitare,
intelligere, uelle, aut operari ſecundum do-
ctrinam Auguſtini, niſi cum Dei adiutorio:
neque poſſumus in potentia propinqua bo-
num aliquod bonæ uitæ noſtræ cogitare, in-
telligere, uelle, aut operari, niſi cognoſca-
mus Deum, in quem bonum ipſum refera-
mus. Eſt hic ſermo de cogitationib. noſtris,
uolitionibus, & operib. moralibus delibera-
tis, uirtuoſis, de quibus agimus in præſentia,
& quæ oportet aliquo modo in Deum refer-
re actualiter, uirtualiter, aut habitualiter,

ſecundum Auguſtini doctrinam inferius po- G
nendam, magisq; explicandam. Omne enim
opus noſtrum morale deliberatum, utique
aliquem habet finem: Si autem nullo modo
de prædictis referatur in Deum, quæſo, in
quem refertur nouiſsimè uel (ut uulgo di-
cunt) ultimatè niſi in creaturam? Si uerò no
uiſsimè ultimatè in creaturam refertur, ecce
ibi iam eſt ſumma peruerſitas: quia ſine du-
bio eſt ibi fruitio creaturæ. Hæc fuit ratio
qua Doctor ipſe mirabilis Auguſtinus dam-
nauit omnia opera moralia deliberata Genti
lium impiorum, qui cum idololatræ eſſent,
non unum Deum uerum cognoſcebant aut
colebant, ſed falſos Deos in quos ſua bo-
na opera referebant ultimatè, uel ſaltem in
ipſas uirtutes tanquam ipſæ uirtutes ſibi ſo-
lis deſeruirent & ſe ipſis fruerentur: de qua
ratione Auguſtini, paulò poſt dicuntur mul-
ta. Quia ergo ad iſta bona opera huiuſmodi,
neceſſaria fuit cognitio ueri Dei, quam ho-
mines nullo modo potuerunt nec poſſunt ha
bere ſine Deo, nec ſine gratia Saluatoris quæ
eos præueniat & iuuet: conſequens eſt ut nec
ea opera homines habere poſsint ſine Deo,
nec ſine Chriſti gratia præueniente atque iu-
uante. Hæc igitur dicta ſunt ſecundum Augu
ſtini doctrinam, de quo non poteſt eſſe du-
bium quin hanc ſententiam toto corde, & cō H
ſtantiſsimè tueretur. Pro qua, ut iam al-
legauimus, dixit in Hypognoſt. Damna- *Lib. 3.*
mus uerò auctoritate Diuina, opera liberi ar *tom. 7.*
bitrii, quæ gratiæ præponuntur. Quid po-
tuit dicere Auguſtinus pro hac doctrina ma-
nifeſtius? Non poſſunt diuerſæ ſententiæ Do
ctores hic confugere ad alias mentis ipſius ex
plicationes dicendo, Auguſtinum hoc intel-
lexiſſe de operibus aut uirtutibus altioribus
ſeu meritoriis, nec dicendo Auguſtinum hoc
intellexiſſe non de auxilio gratiæ ſpeciali, ſed
de influentia generali: quia inferius oſtendi-
tur clariſsimè, nullam fugam harum duarum
eſſe de mente Auguſtini, ſed utranque eſſe
contra ipſum. Manifeſtum eſt enim, Roma-
nos antiquos idololatres nullas potuiſſe ha-
bere uirtutes, niſi forſan morales aut intelle-
ctuales acquiſitas: Fabium, Frabritium, Sci
pionem, Regulum, quos tanquam excellen
tiores Iulianus Pelagianus obiiciebat Augu-
ſtino, quaſi uirtutes habuiſſent, & uirtuoſi
fuiſſent. Auguſtinus autem reſpondendo duo *Cōtra Iu*
bus modis determinat, Altero quòd uel il- *lianū Pe-*
læ uirtutes non erant uirtutes, ſed uitia uir- *lagianū.*
tutibus ſimilia: Altero quòd uel ſi uirtutes *Lib. 4.*
erant, potius gratiæ Dei per Saluatorem no *Cap. 3.*
ſtrum attribuendæ ſunt, quàm ipſorum Ro- *tom. 7.*
manorum uiribus, aut eorum propriis uolū
tatibus. Verba Auguſtini iam ſuperius poſi-
ta

A ta ſunt, & adhuc inferius ſunt ponenda ſuo loco, ubi illa duplex fuga illorum aliorum doctorum oſtenditur non eſſe de mente Auguſtini, & abiicitur. Ergo uirtutes morales quæ ſic ſunt uirtutes ut non ſint uitia, & opera moraliter uirtuoſa, eodem modo pertinet ad gratiam Saluatoris noſtri; atque ideo non poſſunt homines illas uirtutes aut opera habere aut exercere cum ſola generali influentia pertinente ad gratiam creationis, ſed indigent ſpeciali adiutorio pertinente ad gratiam redemptionis, reparationis, reformationisq́;. De uirtutibus autem Romanorum idololatrarum, magis dicitur ſtatim.

Auguſt. Lib. 1. Cap. 12. tom. 1. AVGVSTINVS in De libero arbitrio docet manifeſtè, bonam uoluntatem eſſe, qua appetimus rectè, honeſteq́; uiuere, & ad ſummā ſapientiam peruenire: ibiq́; ponit atque declarat uirtutes ipſas morales cardinales, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, profectò tanquam uirtutes ad bonam uoluntatem ac rectam & honeſtā pertinere. De bona autem uoluntate ſatis conſtat, quòd eam Auguſtinus contra Pelagium ubique in gratiam noſtri refert Saluatoris.

Continuantur præcedentia, & oſtenditur eadem ueritas, quòd omnis uſus moralis deliberatus, uirtuoſus noſtrorum bonorum, pertinet ad gratiam
B *Dei quam nobis meruit Saluator noſter. Agitur iterum ex Auguſtino, & fit peculiaris ſermo de moralibus uirtutibus, atque declaratur quodnam fuit uitium & quis finis uirtutum Romanorum olim infidelium, qualiaq́; illa fuerunt, non uirtutes, ſed uitia uirtutibus ſimilia: idem de uirtutibus Epicureorū, aliorumq́; Philoſophorum; & propter quam rationem.* CAP. XXI.

MANIFESTA eſt hæc ueritas ſecundum Philoſophiā Auguſtini, qui in oī genere ſcientiarum ingenium excoluit, diuinarumq́; & humanarum rerum fuit peritiſſimus. In De libero arbitrio

Lib. 2. Cap. 19. tom. 1. tria genera bonorum diſtinguit in nobis hominibus; magna bona, ut uirtutes: minima bona, ut ſpecies corporum quorumlibet: media bona, ut potentiæ animæ. Simulq́; aſſerit opus uirtutis eſſe etiam bonum uſum mediorum bonorum, atque minimorum, quibus poſſumus uti etiam malè: non ſolùm bonum uſum bonorum magnorum, quibus

Ibidem. non poſſumus uti niſi bene. Verba eius ſunt, Virtutes igitur quibus rectè uiuitur, magna bona ſunt: ſpecies autē quorumlibet corporum, ſine quibus rectè uiui poteſt, minima

bona ſunt: potentiæ uerò animæ ſine quibus C rectè uiui non poteſt, media bona ſunt. Virtutibus nemo malè utitur; cæteris autem bonis, ideſt, mediis & minimis, non ſolùm benè, ſed etiam malè quiſq; uti poteſt. Et ideo uirtute nemo malè utitur, quia opus uirtutis eſt bonus uſus iſtorum, quibus etiam non bene uti poſſumus: Nemo autem bene utendo, malè utitur. Hæc ille. Ecce uirtutes, magna bona eſſe dicit, quibus nos homines malè uti non ualemus: ſcilicet quia bonus uſus aliorum bonorum, mediorum & minimorum, eſt opus uirtutis & uſus eius: tunc enim uirtutibus utimur, quando aliis bene utimur bonis: quia ad hoc uirtutes ſunt, ut aliis bonis bene utamur. Ex bono uſu aliorum bonorum naſcitur uirtus, & ad ſimilem uſum bonum inclinat ſuapte naturæ. Inter ſumma uel magna bona recenſet Auguſtinus particulariter, iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, rectamq́; rationem: atque generaliter omnes uirtutes animi, quibus ipſa recta uita & honeſta conſtat. Omnia hæc bona refert Auguſtinus in Deum auctorem, ſub his uerbis, Quare abundantia & magnitudo bonitatis Dei non ſolùm magna, ſed etiam & minima bona eſſe præſtitit. Hæc ille. Differenter tamen quidem, quia bona magna, id eſt, uirtutes & opera uirtutum quæ ſunt boni uſus bonorum mediorum & minimorum, refert in Deum aucto- D rem ſecundum gratiam redemptionis; bona autem media & minima, refert in Deum ſecundum gratiam creationis. Manifeſta ſunt uerba eius de hoc, in De prædeſtinatione ſanctorum: ex quibus multa ponuntur infra, ſuo loco: ubi declaratur quæ bona hominis ad creationem, & quæ ad redemptionem pertinent. Fatetur igitur Auguſtinus & docet, id quod fuit ſemper omnibus ſapientibus manifeſtum, uirtutes eſſe quibus rectè uiuitur: quibus rectè intelligimus, rectè uolumus, rectè operamur, rectè aliis bonis utimur: quibus rectè, hoc eſt, bene, bona officia exercemus, bonosq́; mores uirtuosè formamus. Quæ doctrina Auguſtini, communis eſt omnium: ſic enim omnes ſapientes ſemper dixerunt, Virtus eſt qua rectè uiuitur: ſicut etiam uirtus eſt oculi, qua rectè ſeu bene uidetur. Non minus autem manifeſtè docuit Auguſtinus, nō poſſe aliquem actum noſtrum, opus, aut officium eſſe uirtuoſum, niſi aliquo modo in Deum ultimatè referatur; actualiter, habitualiter, formaliter, uel uirtualiter, explicitè uel implicitè. Quòd ſi ita eſt ſecundū Auguſtinum, uiget utiq; ſecundum ipſum cognitio ueri Dei & quidam amor eius in omni opere uirtuoſo: perinde autem & gra-

Ibidem. Cap. 18. in fine.

Lib. 1. cap. 5. tom. 7.

E tia quædam Chriſti, quia Dei cognitio & a-
mor ſine gratia Chriſti, hoc eſt, niſi median
te Chriſti gratia, in nobis eſſe non poſſunt:
hoc nanq; eſt quod ſatis probauit Auguſtinus
in De fide ad Petrum Diaconum, exemplo
angelorum qui ceciderunt. Neceſſe autem
eſſe omne opus noſtrum in Deum ultimatè
referri, ut ſic ſit uirtuoſum, quod non uitio
ſum, clarè dixit Auguſtinus contra Iulianum
Pelagianum, ſicut ſtatim (domino donante)
dicetur: & manifeſtè ex propoſito in De mo
ribus Eccleſiæ, ubi inquirens quis debeat eſ-
ſe finis omnium actuum noſtrorum, dicit,
Cap. 8. Audiamus ergo quem finem bonorũ nobis
Chriſtus præſcribat; nec dubium eſt, quin is
erit finis, quo nos ſummo amore tendere iu
bet. Diliges, inquit, Deum tuum & ſub-
dit, Eo eſt omnino tendendum, ad illud con
ſilia noſtra referenda; Bonorum ſummum
nobis Deus eſt. Neque infra nobis remanen
dum eſt, neque ultra quærendum; alterum
enim periculoſum, alterum nullum eſt. I-
Cap. 15. tem, Non arbitror cum de moribus & uita
ſit quæſtio, amplius eſſe requirendum, quid
ſit hominis ſummum bonum, quo referen-
da ſunt omnia: id enim eſſe patuit, & ratio-
ne quantum ualuimus, & ea quæ noſtræ ra-
tioni antecellit auctoritate diuina, nihil aliud
quàm ipſum Deum. Hæc ille. Ecce quòd o-
F mnia noſtra opera moralia deliberata, in
Deum aliquo modo ſint referenda: Sed quòd
niſi in Deum aliquo modo ultimatè referan-
tur, ſint mala, ipſe Auguſtinus docet expreſsè
Lib. 4. contra Iulianum Pelagianum, dicens, No-
Cap. 3. ueris itaque non officiis, ſed finibus, à uitiis
tom. 7. diſcernendas eſſe uirtutes: officium eſt autẽ
quod faciendum eſt, finis uerò propter quod
faciendum eſt. Cum itaque facit homo ali-
quid, ubi peccare non uidetur: ſi non pro-
pter hoc facit, propter quod facere debet,
Ibidem. peccare conuincitur. Infra, Abſit autem ut
uirtutes ueræ cuiquam ſeruiant, niſi illi uel
propter illum cui dicimus, Deus uirtutum
Ibidem. conuerte nos. Infra, Quicquid autem boni
fit ab homine, & non propter hoc fit, pro-
pter quod fieri debere uera ſapientia præci-
pit, & ſi officio uideatur bonum, ipſo non re
cto fine peccatum eſt. Hæc ille. Ecce pecca-
tum eſt quod deliberatè facimus, ſi non illud
in Deum ultimatè aliquo modo referamus.
Eandem ſententiam tenuit Ambroſius in De
uocatione Gentium, cum quo fortaſsis te-
Ambr. nuit Auguſtinus: dicit enim ibi Ambroſius,
lib. 1. Quam diu ergo homini ea placent, quæ Deo
cap. 2. diſplicent, uoluntas eius animalis eſt. Quia
etiam ſi in bonis moribus agat, malè adhuc
uiuit, ſi non in Dei gloriam uiuit. Hæc ille.
Maximam ergo hanc tenuerunt ſibi, & com
mendauerũt aliis Ambroſius & Auguſtinus; G
malum eſſe etiam in bonis moribus aut offi-
ciis, quicquid non propter Deum ultimatè
fit. Hinc arbitror eſſe, quòd ambo, quemad
modum & multi alii Doctores ſancti dixe-
runt, extra fidem ſeu cognitionem ueri Dei,
non reperiri uirtutes quæ non ſint uitia: de
qua eorum ſententia, infra fortaſsis dicentur
nonnulla. Interim, ad propoſitũ redeamus.
Quia nullũ opus uirtuoſum uirtuosè operari
poſſumus, niſi illud in Deum ultimatè refera
mus: & rurſus, quia propter Deum ultima-
tè aliquid operari non ualemus, niſi Dei gra
tiam per Saluatorem præuiam habeamus:
fit manifeſtè conſequens, quòd ad omnia o-
pera uirtuoſa, & per inde ad omnes uirtutes,
gratia Chriſti indigemus. Nobiſcum docent,
uelint, nolint, qui dicunt, debere omnia o-
pera noſtra bona aliquo modo ultimatè in
Deum referri ut ſint uirtuoſa; etiam qui faten
tur teneri nos homines omnia noſtra opera
bona moralia deliberata, aliquo modo in
Deum ultimatè referre, formaliter, uirtuali
ter, actualiter, aut habitualiter. Qui nam
ſunt hi alii? Scotus, qui inter omnes Docto-
res catholicos magis uidetur tribuiſſe natu-
ræ humanæ, ſuisq; naturalibus potentiis is
cum generali influentia ſecundum gratiam
creationis: Scotus enim in ſuis ſententiis, Scotus.
exemplificando de bono actu morali ſecundi H
generis, ſecundum ſuam diuiſionem: ideſt,
de actu moraliter uirtuoſo ex omnibus cir-
cunſtantiis, dicit, Dare eleemoſynam de pro Lib. 2.
prio pauperi qui eget, & in loco quo melius diſt. 7.
poteſt ſibi cõpetere, & propter Dei amorẽ. Quæſt. 1.
Damnat ergo Auguſtinus & peccata eſſe di-
cit omnia opera noſtra moralia deliberata
quantum uis bona ex genere, obiecto, aut
officio, quæ facimus gratia uoluptatis, cupi
ditatis, commoditatis, utilitatis, lucri acqui
rendi, aut damni uitandi temporalis: quia ui
tia ſunt, non uirtutes, quæ uoluptati tan-
quam fini ſeruiunt, cupiditati, commodita-
ti, utilitati, aut lucrum ſibi propoſitum ha-
bent, aut damni declinationem temporalis.
Damnat etiam, & uitia eſſe dicit omnia ope-
ra noſtra moralia deliberata quantum uis bo
na ex genere, obiecto, aut officio, quæ faci-
mus ſolùm propter ipſa bona opera, ſeu pro-
pter ipſas uirtutes morales habendas, conſe-
quendas, aut conſeruandas: quia ipſæ uirtu
tes iam uirtutes non ſunt, ſed uitia, ſi ſibi
ipſis tanquam fini ſeruiunt, ſi ſibi tanquam
finis placent, ſi in ſeipſis tanquam in fine quie
ſcunt, & non ultra tendunt, ſi in ſeipſis ra-
tionem ultimi finis conſtituunt, ſi nullo mo
do ſeipſas aut ſua opera in Deum tanquam
ultimum finem omnium referunt. Verba

A Auguſtini contra Iulianum Pelagianum, ſunt
Lib. 4. hæc, Noueris itaque non officiis, ſed fini-
cap. 3. bus à uitiis diſcernendas eſſe uirtutes; Offi-
tom. 7. cium eſt autem quod faciendum eſt, finis ue-
rò propter quod faciendum eſt. Cum itaque
facit homo aliquid ubi peccare non uidetur,
ſi non propter hoc facit propter quod face-
re debet, peccare conuincitur: Quæ tu non
attendens, fines ab officiis ſeparaſti, & uirtu
tes ueras, officia ſine finibus appellandas eſſe
dixiſti. Ex quo te tanta abſurditas ſequitur,
ut ueram cogaris appellare iuſtitiam, etiam
cuius dominam repereris auaritiam. Si qui-
dem manus abſtinere ab alieno, ſi officium
cogites, poteſt uideri eſſe iuſtitiæ: Sed cum
quæritur, quare fiat, & reſpondetur, ne plus
pecuniæ litibus pereat; quomodo iam hoc
factum ueræ poterit eſſe iuſtitiæ, cum ſeruiat
auaritiæ? Quales uirtutes Epicurus induxit
uoluptatis ancillas, quæ omnino quicquid
facerent, propter illam uel adipiſcendam
facerent, uel tenendam. Abſit ut uirtutes
ueræ cuiquam ſeruiant, niſi illi uel propter
Pſal. 79. illum cui dicimus, Deus uirtutum conuerte
nos. Proinde uirtutes quæ carnalibus dele-
ctationibus, uel quibuſq; commodis & emo
lumentis temporalibus ſeruiunt, ueræ pror
ſus eſſe non poſſunt: Quæ autem nulli rei ſer
uire uolunt, nec ipſæ ueræ ſunt. Veræ quip
pe uirtutes, Deo ſeruiunt in hominibus, à
quo donantur hominibus: Deo ſeruiunt in
B angelis, à quo donantur & angelis. Quicquid
autem boni fit ab homine, & non propter
hoc fit, propter quod fieri debere uera ſapien
tia præcipit, & ſi officio uideatur bonum, ip
ſo non recto fine peccatum eſt. Poſſunt ergo
aliqua bona fieri, non bene facientibus à qui
bus fiunt, Bonum eſt enim ut ſubueniatur
homini periclitanti, præſertim innocenti:
ſed ille qui hoc facit, ſi amando gloriam ho-
minum magis quàm Dei facit, non bene bo-
num facit: quia non bonus facit, quod non
bona uoluntate facit. Abſit enim ut ſit uel
dicatur uoluntas bona, quæ in aliis uel in
ſeipſa, non in Domino gloriatur. Hæc ille.
Ecce mala ſunt omnia opera noſtra, etiam
quantum uis ex ſuo genere, obiecto, aut offi
cio bona, ſi in aliquod citra Deum finem, uel
in ſeipſa tanquam in finem referantur: ideſt,
ſi formaliter, uirtualiter, actualiter, uel ha-
bitualiter non referuntur in Deum finem &
obiectū. Quid ſi referuntur ex natura rei, per
id uidelicet quod referibilia ſunt? Non ſuffi-
cit quidem, quia de moralibus agimus: ipſa
enim (ut ſic dicam) referibilitas naturalis,
non ſufficit, nec facit, nec ſupplet referibili-
tatem moralem: Alioquin contricatio barbæ,
a mouere fiſtucam, & quod uis opus indiffe-
rens, ex ſola imaginatione factum, eſſet bo- C
num morale, & meritorium in uiris iuſtis:
nam omne tale, ex natura rei eſt in Deum re-
feribile. Sed de hoc fortaſsis infra magis. Hæc
eſt Auguſtini philoſophia. Ad idem uidetur
eſſe quod in De ciuitate Dei dicit, Tunc ita- *Lib. 21.*
que uicta uitia deputanda ſunt, cùm Dei amo *cap. 16.*
re uincuntur, quem niſi Deus ipſe, non do- *tom. 5.*
nat. Et in Enchiridio, Omnia igitur præce- *Cap. 121.*
pta diuina referuntur ad charitatem, de qua *tom. 3.*
dicit Apoſtolus, Finis autem præcepti eſt *1. Tim. 1.*
charitas, de corde puro, & conſcientia bona,
& fide non ficta. Omnis itaque præcepti fi-
nis eſt charitas: ideſt ad charitatem refertur
omne præceptum. Quod uerò ita fit, uel ti-
more pœnæ, uel aliqua intentione carnali,
ut non referatur ad illam charitatem, quam
diffundit Spiritus ſanctus in cordibus noſtris,
nondum fit quemadmodum fieri oportet,
quam uis fieri uideatur. Hæc ille. Sic igitur
ſemper docuit, ſemperq; eſt conſona locutus.
Quid de uirtutibus Romanorum, prudentia *De uirtu-*
illorum, fortitudine, temperantia, iuſtitia, *tibus Ro-*
continentia, liberalitate, magnificentia, ma *manorū,*
gnanimitate, & aliis moralibus? Omnes il- *quòd eſ-*
las damnat Auguſtinus tanquam ſeruas hu- *ſent uitia,*
manæ laudis, ambitioniſq;: quia non ex affe *& de ea-*
ctione iuſtitiæ habebant ortum, ſed ex cupi- *rum ortu*
ditate humanæ gloriæ, famæ, honoris, aut *ſeu prin-*
imperii. Verba Auguſtini ſunt in De ciuitate *cipio.*
Dei, Veteres igitur primiq; Romani, quan- *Lib. 5.*
tum eorum docet & commendat hiſtoria, *cap. 12.*
quam uis ut aliæ gentes, excepta una popu- D
li Hebræorum, Deos falſos colerent, & non
Deo uictimas, ſed dæmoniis immolarent,
tamen laudis auidi, pecuniæ liberales erant:
gloriam ingentem, diuitias honeſtas uolebāt:
hanc ardentiſsimè dilexerunt, propter hanc
uiuere uoluerunt, pro hac & mori non dubi-
tauerunt. Cæteras cupiditates huius unius
ingenti cupiditate preſſerunt. Ipſam deniq;
patriam ſuam, quoniam ſeruire uidebatur in
glorium, dominari uerò atque imperare glo
rioſum, prius omni ſtudio liberam, deinde
dominam eſſe cupierunt. Iſta ergò laudis aui *Ibidem.*
ditas, & cupido gloriæ, multa illa miranda fe
cit, laudabilia ſcilicet atque glorioſa ſecūdum
hominum exiſtimationem. Infra, Amore ita *Ibidem.*
que primus libertatis, poſt etiam dominatio
nis, & cupiditate laudis & gloriæ, multa ma
gna fecerunt. Infra, Hoc inſitum habuiſſe Ro *Ibidem.*
manos, etiam Deorum apud illos ædes indi-
cant; quas coniunctiſsimas conſtituerunt:
Virtutis, & Honoris: pro Diis habentes,
quæ dantur à Deo. Vnde intelligi poteſt quē
finem uolebant eſſe uirtutis, & quo eam re-
ferebant, qui boni erant, ad honorem ſcili-
cet: nam mali nec habebant eam, quamuis

E honorem habere cuperent, quem malis arti-
bus conabantur adipiſci, ideſt, dolis atque
Ibidem. fallaciis. Infra, Gloriam ergo & honorem &
imperium, quæ ſibi exoptabant, & quo bo-
nis artibus peruenire nitebantur boni, non
debet ſequi uirtus, ſed ipſa uirtutem. Neque
enim eſt uera uirtus, niſi quæ ad eum finem
tendit, ubi eſt bonum hominis, quo melius
non eſt. Infra, Quamobrem cum diu fuiſſent
regna Orientis illuſtria, uoluit Deus & Occi
dentale fieri, quod tempore eſſet poſterius,
ſed imperii latitudine & magnitudine illu-
ſtrius. Idq́ue talibus potiſsimum conceſsit
hominibus ad domanda grauia mala multa-
rum gentium qui cauſa honoris, laudis & glo
riæ conſulerent patriæ, in qua ipſam gloriam
requirebant, ſalutemq́; eius ſaluti ſuæ præpo
nere non dubitarent, pro iſto uno uitio, id
eſt amore laudis, pecuniæ cupiditatem &
multa alia uitia comprimentes. Hæc ille.
Ecce quem ortum, & quem finem uirtutes
habuerunt Romanorum, ardentiſsimam cu-
piditatem humanæ laudis & gloriæ, qua cu-
piditate ut boni uiderentur, alias cupidita-
tes comprimebant, non uirtutes ſed uitia uir
tutibus ſimilia acquirentes, quibus non uir-
tuoſi nec ſancti nec boni fiebant, ſed minus
mali quàm alii qui alias cupiditates non com
F primerent, reddebantur. Ob quod idem Au
Lib. 5. guſtinus in eodem libro ita dixit, Verumta-
Cap. 13. men qui libidines turpiores fide pietatis, im
petrato Spiritu Sancto, & amore intelligibi-
lis pulchritudinis non refrenant, melius ſal-
tem cupiditate humanæ laudis & gloriæ, non
quidem iam ſancti, ſed minus turpes ſunt.
Lib. 5. Hæc ille. Infra, Sic & iſti priuatas res ſuas pro
Cap. 15. re communi, hoc eſt republica & pro eius æ-
rario contempſerunt, auaritiæ reſtiterunt,
conſuluerunt patriæ conſilio libero, neque
delicto ſecundum ſuas leges, neque libidini
obnoxii; his omnibus artibus tanquam uera
uia niſi ſunt ad honorem, imperium, gloriã,
honorati ſunt in omnibus ferè gentibus, im-
perii ſui leges impoſuerunt multis gentibus;
hodieq́; literis & hiſtoria glorioſi ſunt penè
in omnibus gentibus. Non eſt quòd de ſum-
mi & ueri Dei iuſtitia conquerantur, perce-
perunt mercedem ſuam. Hæc ille. Iſtud uer-
bum ultimum Auguſtinus ponit, ſicut de hi-
pocritis dixit Saluator noſter, Perceperunt
mercedem ſuam. Scilicet gloriam hominum,
quam ſibi ipſis propoſuerant, & ad quam in-
hiabant. Sic & Romani. Non enim ſua bona
opera erant uirtutes, ſed uitia: ſicut bona o-
Lib. 5. pera hipocritarum. Infra, Hæc ſunt duo illa,
Cap. 18. libertas & cupiditas laudis humanæ, quæ ad
facta compulere miranda Romanos: Hæc il-
le. Eodem reſpicit quod probare nititur eo-

dem opere & probat, tam turpiter ſeruire uir G
tutes humanæ gloriæ, quàm corporis uolu-
ptati. Verba eius ſunt, Solent philoſophi, *Lib. 5.*
qui finem boni humani in ipſa uirtute conſti- *Cap. 20.*
tuunt, ad ingerendum pudorem quibuſdam
philoſophis, qui uirtutes quidem, ſed eas uo
luptatis corporalis fine metiuntur, & illam
per ſeipſam putant appetendam, iſtas pro-
pter ipſam, tabulam quandam uerbis pinge-
re, ubi uoluptas in ſella regali quaſi delicata
quædam Regina conſidat: eiq́; uirtutes famu
læ ſubiiciantur, obſeruantes eius nutum, ut
faciant, quod illa imperauerit. Quæ pruden-
tiæ iubeat, ut uigilanter inquirat, quomodo
uoluptas regnet, & ſalua ſit. Iuſtitiæ iubeat,
ut præſtet beneficia quæ poteſt, ad comparan
das amicitias corporalibus commodis neceſ
ſarias: nulli faciat iniuriam, ne offenſis legi-
bus, uoluptas uiuere ſecura non poſsit. For
titudini iubeat, ut ſi dolor corpori acciderit,
qui non compellat in mortem, teneat do-
minam ſuam, ideſt, uoluptatem fortiter in
animi cogitatione, ut per priſtinarum delitia
rum ſuarum recordationem, mitiget præſen
tis doloris aculeos. Temperantiæ iubeat, ut
tantum cupiat alimentorum; & ſi qua dele-
ctant, ne per immoderationem noxium ali-
quid ualetudinem turbet; & uoluptas, quam
etiam in corporis ſanitate Epicurei maxi- H
mam ponunt, grauiter offendatur. Ita uirtu
tes cum tota ſuæ gloriæ dignitate, tanquam
imperioſæ cuidam & inhoneſtæ mulierculæ
ſeruient uoluptati. Nihil hac pictura dicunt
eſſe ignominioſius, & deformius, & quod mi
nus bonorum ferre poſsit aſpectus: & uerum
dicunt. Sed non exiſtimo ſatis debiti decoris
eſſe, picturam, ſi etiam talis fingatur, ubi uir-
tutes humaæ gloriæ ſeruiant. Licet enim iſta
gloria, delicata mulier non ſit; inflata tamen
eſt, & multum inanitatis habet. Vnde non ei
dignè ſeruit ſoliditas quædam firmitasq́; uir-
tutum, ut nihil prouideat prudentia, nihil di
ſtribuat iuſtitia, nihil toleret fortitudo, nihil
temperantia moderetur, niſi unde placeatur
hominibus, & uentoſæ gloriæ ſeruiatur. Nec
illi ſe ab iſta defenderint fœditate, qui cum a-
liena ſpernant iudicia, uelut gloriæ contem-
ptores, ſibi ſapientes uidentur, & ſibi placẽt.
Nam eorum uirtus, ſi tamen ulla eſt, alio mo-
do quodam humanæ ſubditur laudi: neque e-
nim ipſe qui ſibi placet, homo non eſt. Hacte
nus ille. Sic ſimiliter damnat Auguſtinus om
nes uirtutes Romanorum, quia ſeruiebant
humanæ gloriæ & laudi, quemadmodum dã-
nat uirtutes Epicureorum, quia ſeruiebant
corporis uoluptati. Iulianus Pelagianus uo-
lens probare contra Auguſtinum, quòd ex-
tra fidem & cognitionem ueri Dei, ſint aut
fue-

A fuerint aliquando ueræ uirtutes pudicitia cō-
iugalis & ueræ uirtutes morales aliæ, quibus
rectè uiuitur, quoſdam adduxit Romanorū
qui rectè uidebantur uixiſſe, & moralibus
prædìti fuiſſe uirtutibus, præclara uirtutum
munera obeuntes, & bona uirtutum officia:
atque exempla commemorabat Fabricii, Fa
bii, Scipionis, Reguli, quos, fama erat, cæ-
teris Romanis præſtitiſſe uirtutibus, Quos
tamen extra fidem Chriſtianam, atque extra
omnem ueri Dei cognitionem uixiſſe nulli
dubium eſt. Quid huic reſponderet Auguſti-
nus obiectioni? Obnixè ſuæ inhærens ſenten
tiæ, ſui ſemper eſt ſimilis, eodemq́; modo ſa
pit. Reſpondet primùm, quòd ſi illi ueras uir
tutes habuerunt, illæ magis Deo quā ſuis eo-
rum naturis aſcribendæ ſunt: quāuis ipſi hæc
Dei dona ignoraſſent. Secundò reſpondet ne
gando, quòd illi Romani ueras habuerint uir
tutes, ſed bene quidem uitia quædam uirtuti
bus ſimilia eos aſſecutos eſſe fatetur. Reſpon
dēs primo modo in ſuo opere contra Iulianū
Lib. 4. cap. 3. Pelagianum, dicit. Quanto ergo tolerabilius
illas, quas dicis in impiis eſſe uirtutes, diui-
no muneri potius, quàm eorum tribueres
tantū modo uoluntati: licet ipſi hoc neſciant,
donec ſi ex illo ſunt prædeſtinatorum nume-
ro accipiant Spiritum, qui ex Deo eſt, ut
ſciant quæ à Deo donata ſunt eis. Hæc ille.
Si ergo Romani illi ueras habuerunt uirtu-
B tes, illæ non ſolis naturis & uoluntatibus eo
rum tribuendæ ſunt, ſed magis Dei gratiæ,
quam ipſi Romani ignorabant: quæ etiam in
hoc multo magis oſtenditur gratia, ut pote
quia in illis operabatur dona, qui ipſam & i-
gnorabant, & negabant, & blaſphemabant.
Reſpondens ſecundo modo in eodem opere,
ſemper negat extra cognitionem ueri Dei,
ueras reperiri uirtutes: quanquam extra co-
gnitionem ueri Dei nō nulla faciunt homines
officia bona, bona opera ex ſuo genere, ſiue,
ut aiunt, ex obiecto: ut uenerari parentes,
Ibidem. paulò poſt. ſubuenire indigenti, & ſimilia. Verba eius in
ter multa alia ſunt hæc. Noueris itaque non
officiis, ſed finibus à uitiis diſcernendas eſſe
uirtutes. Officium eſt autem, quod facien-
dum eſt; finis uerò, propter quod faciendum
eſt. Cum itaque facit homo aliquid ubi pec-
care non uidetur, ſi non propter hoc facit pro
pter quod facere debet, peccare conuincitur.
Ibidem. Infra, Abſit autem ut uirtutes ueræ cuiquam
ſeruiant, niſi illi uel propter illum cui dici-
Pſal. 79. mus, Deus uirtutum, conuerte nos. Infra,
Ibidem. Quicquid autem boni fit ab homine, & non
propter hoc fit, propter quod fieri debere ue
ra Sapientia præcipit, & ſi officio uideatur
bonum, ipſo non recto fine peccatum eſt.
huc uſque Auguſtinus. Multa etiam alia eo in
loco, dicit quibus conſtanter ſemper aſſerit C
quod intendit, extra cognitionem ueri Dei
nullas reperiri ueras uirtutes, ſed uitia po-
tius quædam quæ uirtutes imitentur. Vnde
de gentilibus qui legem non habentes, quæ
legis erant faciebant, dicit, Hoc tamen pec- *Ibidem.*
cantes, quod homines ſine fide, non ad eum
finem iſta opera retulerunt, ad quem referre
debuerunt. Additq́; ad propoſitum, de Ro- *Ibidem.*
manis, Minus enim Fabritius quàm Catili-
na punietur, non quia iſte bonus, ſed quia il
le magis malus: & minus impius quàm Cati
lina: Fabritius, non ueras uirtutes haben-
do, ſed à ueris uirtutibus non plurimum de-
uiando, etc. Appellat autē Auguſtinus ueras
uirtutes, eas uirtutes quæ ſic ſunt uirtutes,
ut uitia eſſe non poſsint, atque hoc pacto eſt
legendus, intelligendus, imitandus, & defen
dendus. Itaque intrepidè dānat Auguſtinus
omnes eas uirtutes quæ ſibi ipſis propoſitā
habent uoluptatem, quemadmodum erant
uirtutes Epicureorum, uoluptati ſolummo
do ſeruientes: Damnat omnes uirtutes quæ *Dānauit*
tanquam fini ſeruiunt cupiditati, famæ, ho- *Auguſt.*
nori, mundanæ gloriæ, diuitiarum, aut ſimi *uirtutes ſi*
lium, quales fuerunt olim uirtutes Romano *bi tātum*
rum idololatrarum: Damnat etiā (quòd ual- *ſeruiētes,*
de notandū eſt) omnes uirtutes quas nuſquā *et Deum*
præter quàm ad ſe ipſas referimus & quas tan *non reſpi*
quam appetimus. Inquit.n. in lib. De ciuit. *cientes.*
Nam licet à quibuſdam tunc ueræ & honeſtæ H
putentur eſſe uirtutes cum ad ſeipſas referun *Lib. 19.*
tur, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc *Cap. 25.*
inflatæ ac ſuperbæ ſunt, & ideo non uirtu- *tom. 5.*
tes, ſed uitia iudicanda ſunt etc. Quibus uer-
bis manifeſtè Auguſtinus redarguit Platonē *Plato.*
in ſuis libris de Republica ſiue de iuſto, ubi *Dialo. 2.*
Plato uirtutes quas ipſe nouit, morales uide
licet & intellectuales acquiſitas, in maximo
bonorum genere collocauit; eorum nempe
bonorum, quæ non ſolùm propter aliud, ſed
uel propter aliud, uel maximè propter ſe
ſunt appetenda. Nec ſolùm Platonem in illis
uerbis præſtrinxit Auguſtinus, ſed & Plato-
nicos omnes, & Peripateticos, atque mul-
tos alios Philoſophorum, multosq́; noſtro-
rum Theologorum, qui eodem modo ſimul
cum Platone uel ſapiunt, uel ſapere uiden-
tur. Damnauit etiam Auguſtinus ſicut & nos
intrepidè damnamus, omnes uirtutes om-
niaq́; earum uirtutum opera quæ ſeruiunt fal
ſis Diis, & ratione ipſorum falſorum Deorū *Lib. 4.*
habentur, exercentur, fiunt; ut conſtat con *cap. 3.*
tra Iulianum Pelagianum, ubi nullas uirtu- *tom. 7.*
tes ueras dicit niſi eas omnes & ſolas, quæ ue
ro Deo ſeruiunt, cui dicimus, Deus uirtu-
tum conuerte nos: nullasq́; uirtutes alias ſe-
mouet à uitiis, niſi quæ Deum aliquo modo
co-

E cognoſcunt, & illi aliquo modo ſeruiunt actu, uirtualiter (ut inquiunt) uel habitualiter. Et hæc quidem ſententia uidetur magis fuiſſe conſona menti Auguſtini, ut patet ex dictis eius, quæ ſuperius relata ſunt, & etiam infra referuntur. Quanquam tamen quaſi gratia conuenientiæ, dicat, quòd ſi extra cognitionem ueri Dei ueræ aliquæ fuere uirtutes quæ non eſſent uitia, illæ magis tribuendæ ſunt gratiæ Dei, quàm uiribus uoluntatis humanæ. Vnde quidem ſiue una uia procedamus ſiue alia, ſemper reperimus apud Auguſtinum omnes ueras uirtutes, ideſt, quæ ſic ſunt uirtutes ut non ſint uitia, præſupponere gratiam Chriſti, & ab illa habere principium atque originem, conceptionem, & ortum. Namq; & cognitio ueri Dei, à gratia Chriſti emanat & ex ea dependet, ut fuit demonſtratum. Cœterùm de illa ſententia Auguſtini qua docet non eſſe ueras uirtutes extra fidem aut cognitionem ueri Dei, ſtatim dicenda ſunt multa, quibus ipſa ſua doctrina magis magisq; declarabitur. Nunc enim in hanc rem ſolùm principaliter incumbimus ut oſtendamus, omnes morales uirtutes pertinere ad gratiam Saluatoris noſtri: nec eas fuiſſe ueras uirtutes quæ uoluptati ſeruierſit, cupiditati, famæ honoris, gloriæ mundanæ, aut huiuſmodi rebus, ipſis met uirtutibus tātū, aut falſis Diis, ſeu falſo cultui falſorū Deo-
F rum. Denique extra cognitionem ueri Dei, negat Auguſtinus poſſe homines habere ueras uirtutes, quæ ſic ſunt uirtutes ut uitia eſſe non poſsint: ut pote quòd extra cognitionem ueri Dei qui eſt ultimus finis ſimpliciter, hominis, creaturarum omnium, cunctarum uniuerſi partium, & totius uniuerſi, non poſſunt homines referre tanquam in ultimum finem uirtutes aut uirtutum opera, niſi uel in uoluptatem ut referebant Epicurei, uel in honorem, gloriam mundanam aut imperium, ut referebant Romani, uel in aliquod commodum, ut referunt hypocritæ, uel in falſos Deos ut referunt idololatræ, uel in ipſas uirtutes aut uirtutum opera, ut retulerunt quidam Philoſophi. Qui omnes, quia Deum uerum finem ultimū ſimpliciter ignorabant, finem aliquem non ultimum ſimpliciter, nouiſsimè per ſe, ac ſummè intendebant, in quo errabant, & peccabant ex defectu circunſtantiæ ultimi finis. Non poſſunt qui Deum nullo modo cognoſcunt, Deum aliquo modo in ſuis actionibus, aut externis, aut internis, intendere: nec poſſunt qui Deū nullo modo in ſuis actionibus intendunt, in ipſis ſuis actionibus moralibus deliberatis non peccare. Deficit enim ſemper ibi circunſtantia ultimi finis, quæ ſemper eſt neceſſaria

Vbi ſup. Cōtra Iulianum Pelag.

in re huiuſmodi, non ſolùm ut ſit uirtus, ſed G
etiam ut non ſit peccatum: Semper, inquam, eſt neceſſaria in re huiuſmodi, actualiter, uel habitualiter, uel uirtualiter, explicitè, uel implicitè: Neceſſarium nobis eſt ad uirtutes capeſſendas, ut aliquo modo intēdamus Deū finem, ultimum, ut Deum aliquo modo intendamus, neceſſarium nobis eſt ut Deum aliquo modo cognoſcamus: Vnde ad uirtutes & ad opera uirtuoſa, præneceſſaria nobis eſt cognitio Dei, & per conſequens præneceſſaria nobis eſt gratia Chriſti, quæ facit in nobis ut nos Deum cognoſcamus, præueniendo, excitando, præparando, iuuando. Vbi non eſt cognitio Dei, facillimum eſt oſtendere quod ſit principium & quis ſit finis uirtutum operumq; uirtutis: quomodo ibi non ſit uirtus, & quomodo ibi ſit peccatum. Interim ſufficit quod dictum eſt ex Auguſtino, de uirtutibus Romanorum, Epicureorum, & aliorum: quia ſecundum ipſum Auguſtinum, peccatū eſt quicquid ultimatè facimus aut patimur deliberatè propter uoluptatem ſicut Epicurei, uel propter temporale commodū ſicut Romani, uel propter falſos deos ſicut idololatræ, uel propter ipſas uirtutes ſicut quidam Philoſophi, uel propter creaturam aliquam. Vnde neceſſarium nobis eſt ad operandum uirtuosè & non uitiosè, quòd Deum aliquo modo intendamus, actualiter, uirtualiter, aut habitualiter. H

HAEC igitur fuit mens Auguſtini, ut extra cognitionem ueri Dei nulla fuerit unquā uera uirtus, quæ ſic eſſet uirtus, quòd non eſſet uitium: unde ſimul in eo ſtatu omnia opera hominis moralia deliberata, quamuis alias ex ſuo genere, officio, ſeu obiecto eſſent bona & laudabilia; peccata eſſe aut fuiſſe dixit, & tanquam uitia damnauit. Quia in eo ſtatu extra cognitionem ueri Dei, in omnibus his deficiebat circunſtantia ultimi finis ſimpliciter, qui eſt Deus, quam circunſtantiam Auguſtinus putauit neceſſariò apponendam omnibus operationibus hominis internis, atque externis, moralibus, deliberatis, ut ea opera eſſent, tum uirtuoſa, tum non uitioſa. Vnde ex hoc fundamento, damnauit Auguſtinus omnia opera, quæ Philoſophi propter ipſas uirtutes faciebant, circunſtantiam ultimi finis nō apponentes, ſicut damnauit illas uirtutes quæ ſibi ſoli ſeruiebant, Deum non reſpicientes, nec illum finem habentes ſuorum operum, actionum, ſeu officiorum. Eam obrem igitur damnauit uirtutes Romanorum, atque uirtutes Epicureorum propter appoſitionem circunſtantiæ nō apponendæ, ſeu propter malum finem ac uanum quem intendebant, uanam gloriam,

aut

A aut uoluptatem: ſed uirtutes ſibi tantum ſer
uientes damnauit propter defectum circun-
ſtantiæ apponendæ, uidelicet ultimi finis ſim
pliciter, quem omnia noſtra opera moralia
deliberata debent intendere. Hæc eſt Augu-
ſtini ſententia. Conſtat quòd damnauit uir-
tutes Romanorum ac uirtutes Epicureorũ,
ex dictis eius allegatis: ſed & quòd damna-
uit omnes uirtutes ſibi tantum ſeruientes, &
ſi iam ex dictis conſtet, magis tamen conſta-
bit ex aliis qnæ idem ſcripta reliquit, quæ ca-
pite ſequenti à uobis referentur.

Agitur de ea Auguſtini ſententia qua multis in locis docet, non eſſe ueras uirtutes extra fidem aut cognitionem ueri Dei: hoc eſt, non eſſe apud ethnicos uirtutes, quæ ſic ſint uirtutes, ut uitia non ſint. Adducuntur Ambroſius, Hieronymus, Gregorius & alij, ad eandem ſententiam aſtruendam.

CAP. XXII.

AGITVR pro Auguſtini ſen
tentia, non poteſt eſſe du-
bium, quin, ſi apud ethni-
cos reperitur aliqua uirtus
quæ non ſit uitium, aut ali-
quod opus uirtuoſũ quod
non ſit uitioſum, Deo au-
ctori id totum tribuendum ſit, tanquam do-
num eius: & profectò quantum ad rem no-
B ſtram hoc nobis ſufficit. De hoc enim, præ-
ſens eſt ſermo: atque id ipſe manifeſtè deter-
minat, quicquid ſit de omnibus aliis. Porrò
de illo alio quod ſemper uidetur docere, ex-
tra fidem aut cognitionem ueri Dei non re-
periri aliquam ueram uirtutem quæ nõ ſit ui
tium; quid dicendum? Quid dicendum, in-
quam, ſecundum ſententiam eius, & aliorum
ſanctorum Doctorum? Quoad ipſum dici-
mus, Ipſe quidem ita docuit; & quia uerax
erat, atque ex corde loquebatur, ita credi-
dit. Nunc alii, ſecus dicunt; ſed ſe ipſos ſapien
tiores eſſe Auguſtino non oſtendunt. Dicit
Lib. 5. ergo Auguſtinus in De ciuitate Dei, Neque
Cap. 12. enim eſt uera uirtus, niſi quæ ad eum finem
tom. 5. tendit, ubi eſt bonum hominis, quo melius
non eſt. Dicit contra Iulianum Pelagianum,
Lib. 4. Noueris itaque non officiis ſed finibus, à ui-
Cap. 3. tiis diſcernendas eſſe uirtutes. Officium eſt
tom. 7. autem, quod faciendum eſt; finis uerò, pro-
pter quod faciendum eſt. Cum itaque facit ho
mo aliquid, ubi peccare non uidetur, ſi non
propter hoc facit, propter quod facere debet,
peccare conuincitur. Infra, Quicquid autem
boni fit ab homine, & non propter hoc fit,
propter quod fieri debere uera ſapientia præ
cipit, & ſi officio uideatur bonum, ipſo non
recto fine peccatum eſt. Sic frequentiſsimè
docuit Auguſtinus, ut ſatis conſtat ex dictis C
eius allegatis, mala eſſe opera hominis mora
lia deliberata, quantumuis ex ſuo genere, ob-
iecto, aut officio, ſint bona, ſi non in Deum
aliquo modo tanquam in ultimum finem re-
feruntur. Vbi autem non eſt cognitio ueri
Dei, nõ eſt ultimata relatio operis in uerum
Deum. Vnde in De ciuitate Dei, dicit iterũ, *Lib. 5.*
Quamobrem quamuis ut potui ſatis expo- *cap. 19.*
ſuerim qua cauſa Deus unus uerus & iuſtus,
Romanos ſecundum quandam formam terre
næ ciuitatis bonos adiuuerit ad tanti imperii
gloriam conſequendam; poteſt tamen & alia
cauſa eſſe latentior, propter diuerſa merita
generis humani, Deo magis nota quàm no-
bis: Dum illud conſtet inter omnes ueraciter
pios, neminem ſine uera pietate, id eſt, ueri
Dei uero cultu, ueram poſſe habere uirtutẽ;
nec eam ueram eſſe, quando gloriæ ſeruit hu
manæ. Hæc ille. Ecce ſecundum Auguſtinum
extra cultum ueri Dei, non eſt uera uirtus:
perinde, neque extra ueri Dei cognitionem.
Iterum contra Iulianum Pelagianum, Porrò *Lib. 4.*
ſi ueram iuſtitiam non habent impii, profe- *Cap. 3.*
ctò nec alias uirtutes comites eius & ſocias:
quia cum non ad ſuum referuntur auctorem
dona Dei, hoc ipſo mali his utentes efficiun-
tur iniuſti; ſi quas habent, ueras non habẽt;
ac per hoc nec continentia ſiue pudicitia ue-
ra uirtus eſt impiorum. Hæc ille. Ambro- D
ſius quoque ait in De uocatione Gentium, *Ambroſ.*
Quamdiu ergo homini ea placent, quæ Deo *lib. 1.*
diſplicent, uoluntas eius animalis eſt. Quia *cap. 2.*
etiam ſi in bonis moribus agat, malè adhuc
uiuit, ſi non in Dei gloriam uiuit. Infra, His *Ibidem.*
ergo atque aliis malis in naturam humanam *cap. 3.*
irruentibus, fide perdita, ſpe relicta, intelli-
gentia obcæcata, uoluntate captiua, nemo in
ſe unde repararetur inuenit: quia & ſi fuit qui
naturali intellectu conatus ſit uitiis relucta-
ri, huius tantum temporis uitam ſteriliter or
nauit, ad ueras autem uirtutes æternamque
beatitudinem non peruenit. Sequitur ad pro *Ibidem.*
poſitum manifeſtiſsimè, Sine cultu enim ue-
ri Dei, etiam quòd uirtus uidetur eſſe, pecca
tum eſt. Hæc ille. Hieronymus in ſuis com- *Hierony.*
mentariis in epiſtolam Pauli ad Galatas, cir- *lib. 2.*
ca illud, Quia iuſtus ex fide uiuit. dicit, Facia *Galat. 3.*
mus & nos aliquid ſimile, huic quod dicitur,
Iuſtus ex fide uiuit: & dicamus, caſtus ex fide
uiuit, ſapiens ex fide uiuit, fortis ex fide ui-
uit; & à cæteris uirtutum partibus, uicinam
ſententiam proferamus aduerſum eos qui in
Chriſtum non credentes, fortes & ſapientes,
tẽperantes ſe putant eſſe, uel iuſtos: ut ſciant
nullum abſque Chriſto uiuere, ſine quo om-
nis uirtus in uitio eſt. Hæc ille. Gregorius in *Gregor.*
ſuis moralibus, ait, In electorum corde prior *Lib. 2.*
Cap. 25.

E bonorum ſequentium ſapientia naſcitur, atque hæc per donum Spiritus quaſi primogenita proles profertur. Quæ profectò ſapientia, noſtra fides eſt, Propheta atteſtante, qui *Eſaia 6.* ait, Niſi credideritis, non intelligetis. Tunc enim uerè ad intelligendū ſapimus, cùm cunctis quæ conditor dicit credulitatis noſtræ fidem præbemus. In domo ergo fratris primo geniti cōuiuantur filii, dum uirtutes reliquæ epulantur in fide. Quæ ſi non prima in corde noſtro gignitur; reliqua quæque eſſe bona non poſſunt, etiam ſi bona uideantur. Hæc ille. Ecce ſecundum hos quatuor Doctores Sanctæ Matris Eccleſiæ grauiſsimos, ſanctiſſimos, & doctiſsimos, Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Gregorium, extra cognitionem ueri Dei, quæ uidentur uirtutes eſſe, non ſunt uirtutes: peccata ſunt, ut dicit Ambroſius; in uitio ſunt, ut dicit Hierony- *Chryſoſt.* mus, nō bona ſunt, ut dicit Gregorius. Chryſoſtomus etiam ſecundum ſuam ſententiam non credit apud Gentiles, ueras reperiri uirtutes; ſed eas tantum, quæ laudi & gloriæ hu- *Ioan. 3. Homil. 27.* manæ ſeruiunt. Etenim ſuper Ioannem, inquit, Multi gentilium inueniuntur, qui ideo Chriſtianæ religioni ſe inhærere nō poſſe cauſantur, quoniam ab ebrietate, fornicatione, & cæteris huiuſmodi affectibus nequeant ab F ſtinere. Quid igitur? Nonne & Chriſtiani malæ & perditæ uitæ, Gētiles uerò Philoſophiæ ſtudioſiſsimi inueniuntur? Quòd multi Chriſtiani perditè uiuant, non ignoro. Quod autem gentiles rectè faciant, hoc adhuc mihi non ſatis conſtat: neque tu mihi natura ipſa manſuetos, & modeſtos adduxeris, hoc enim non eſt uirtus: ſed eos qui cum affectibus trahuntur, fortiter reſiſtunt: hos tamen non habes. Futurorum bonorum ſpes, & gehennæ metus, & alia huiuſmodi uix hominem in uirtute continent; quibus enim nil horum perſuadet, hi minime uirtutem amplectuntur. Si qui autem ſimulant, gloriæ cauſa ſimulāt; & qui ita affectus eſt, cum latere opera ſua poſſe confidet, minimè à prauis cupiditatibus abſtinebit. Hæc ille. Ecce non conſtat Chryſoſtomo, quòd gentiles rectè faciant: quinimmo exiſtimat, quòd ſua eorum rectè facta ex cupiditate humanæ gloriæ naſcātur, & ſimulata ſint. Sic ergo docuit Auguſtinus conſtantiſsimè, extra cognitionem ueri Dei non reperiri uirtutem aliquam ueram, quæ ita ſit uirtus, ut non ſit uitium: quin potius extra cognitionem ueri Dei uitium eſſe, quicquid uirtus eſſe putatur. Sunt in hanc ſententiam, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, *Rom. 14.* Gregorius, Chryſoſtomus. Circa illud, Om- *Auguſt.* ne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt: *Beda ex* Vt refert uenerabilis Beda ex lib. ſententiarum Proſperi, Auguſtinus ſic dixit, Omnis G infidelium uita peccatum eſt, & nihil bonum *libro Proſperi.* ſine ſummo bono. Vbi enim deeſt agnitio æternæ & incommutabilis ueritatis, falſa uir- *cap. 105.* tus eſt etiam in optimis moribus. Gloſſa or- *Eſt Auguſtini in* dinaria circa eundem locum Apoſtoli ait, Nō tamen omne quod fit cum fide, bonum eſt: *De uera* quia ignorantia quæ eſt ex culpa, nocet. Om *innocentia.* nis uita infidelium peccatum eſt, & nihil bonum ſine ſummo bono: ubi deeſt agnitio ue *Gloſſa ordin.* ritatis æternæ, Falſa uirtus eſt etiam in optimis moribus. Opera quæ uidentur probabilia, præter fidem ſic ſunt, ut magnæ uires & curſus celerrimus extra uiam. hæc ibi. Multa fundamenta huius ſententiæ poſuit Auguſtinus, ex quibus omnibus duo tantum duximus adducenda, Alterum expreſſum, Alterum ſubintellectum. Expreſsum eſt funda- *Lib. 4.* mentum Auguſtini contra Iulianum Pelagia- *cap. 3.* num, quia ſi in infidelibus eſſet aliquod opus bonum ex officio atque ex fine: hoc eſt, ex ſuo genere atque ex omnibus circunſtantiis requiſitis ad actum bonum, & fieret quod oportet, ubi oportet, quando oportet & propter quod oportet, ſic quod ex nulla circunſtantia eſſet malum; profectò illud opus non poſſet non placere Deo. Eſt enim Deus ſummè bonus, & naturaliter bono placet bonū. H Sed dicit Apoſtolus, Sine fide, autem, impoſ *Hebr. 11.* ſibile eſt placere Deo. Non parui, ſed magni faciendum eſt, iſtud Auguſtini fundamētum: illud enim quoq; innuunt Ambroſius & Gregorius in locis allegatis, ad eandem ſententiam, Aut oſtendat aliquis quomodo poteſt non placere Deo ſummè bono, illud opus quod ex omnibus circunſtantiis fuerit bonū, & ex nulla malum. Præſertim quia Deus Optimus Maximus alio modo dicitur & eſt auctor eiuſmodi operis boni, quomodo non dicitur nec eſt auctor operis mali: quicquid uerò facit Deus boni, ſciens & uolens facit; quòd ſi uolens, perinde & amanter. Quòd ſi ſciens, uolens, & amanter; igitur ſimul ſine inſtantia, (ita dixerim) & complacenter. Placet ergo Deo omne opus noſtrum bonum, quod ex nulla parte eſt malum: & ſi aliquod opus noſtrum Deo non placet, hoc uſuuenit, quia ex aliqua parte malum eſt. Quid dicit Apoſtolus, Sine fide, autem, impoſsibile eſt placere Deo. Ergo ſine fide impoſsibile eſt hominem facere aliquod opus morale deliberatum ex omni parte bonum. Hoc fuit fundamentum Auguſtini, expreſſum. Subintellectum autem fuit, quia extra cognitionē ueri Dei nihil referūt homines in Creatorē, tanquam in finem ultimum, ut conſtat: quomodo enim in Creatorem ſic referunt, quem non cognoſcunt? Quòd ſi non referunt in

A Creatorem, in quem referunt niſi in creatu
ram? Si autem in creaturam, ecce ſumma
peruerſitas: quia hoc eſt, frui utendis. Vten
da eſt enim omnis creatura, non fruenda.
Sed profectò creatura fruimur, quoties pro-
pter creaturam ultimatè aliquid operamur.
Extra cognitionem ueri Dei quiſquis fuerit
cultor idolorum, in ipſa ſua falſa religione fal
ſorum ſuorum Deorum uel eſt pius, uel im-
pius. Si impius, in quem refert ſua opera mo
ralia niſi in aliquem malum finem? Si pius, in
quem refert illa niſi in ſuum idolum? Mala
ergo opera ſunt omnium illorum. Si dixerit
quiſpiam eſſe apud infideles nonnullos ſapiē
tes, qui bona opera ſua moralia referant in
fines particulares moralium uirtutum: Quæ
rimus pro Auguſtino, in quem finem ultima
tè illa opera referunt? Non in Creatorē, quia
illum ignorant: ergo in creaturam. Perinde
autem mala ſunt illa opera, quæ ex ſuo gene-
ra erant bona. Neque enim poteſt dici quòd
illi ſapientes infideles extra cognitionem ue-
ri Dei, in nullum finem ultimatè referant ſua
bona opera. Nam ut diximus, uel impiè ui-
uunt in illa ſua religione falſa, uel piè. Si im-
piè, ad malum tendunt: ſi piè, in ſuum ido-
lum omnia dirigunt, formaliter, uirtuali-
ter, actualiter, uel habitualiter. Quotus
quiſque eſt hominum, qui in ſua religione
piè uiuens, uera, uel falſa, non dirigat om-
B nia ſua opera bona aliquo modo ultimatè ſe-
cundum ſuum cultum, in illud quod pro Deo
colit? Quòd ſi quiſpiam bona officia uirtutū
exerceat propter ipſa opera bona ultimatè,
uel propter ipſas uirtutes, ut illas acquirat,
uel ut illas conſeruet: etiā in hoc ſumma per-
uerſitas eſt, quia & uirtutes & opera uirtu-
tum, creaturæ quædam ſunt. Superba eſt uir
tus, quæ ſibi ſoli ultimatè ſeruit: atque eo ip
ſo iam non uirtus eſt, ſed uitium: Soli enim
Deo, primo principio, & ultimo fini omniū,
ultimatè eſt ſeruiendum: aliis quibuſuis, aut
etiam nobis ipſis, non niſi propter ipſum.
Ad propoſitum redeamus. Auguſtinus in De
Ciuitate Dei oſtendens, quòd extra ueri Dei
cognitionem, nulla ſit uirtus quæ non ſit ui-
Lib. 19. tium, dicit, Quamlibet enim uideatur ani-
Cap. 25. mus corpori & ratio uitiis laudabiliter impe
tom. 5. rare, ſi tamen Deo animus & ratio ipſa non
ſeruit, ſicut ſibi ſeruiendum eſſe ipſe Deus
præcepit, nullo modo corpori, uitiiſq; rectè
imperat. Nam qualis corporis atque uitio-
rum poteſt eſſe mens domina, ueri Dei ne-
ſcia, nec eius imperio ſubiugata, ſed uitioſiſ-
ſimis dæmonibus corrumpentibus proſtitu-
ta? Proinde uirtutes, quas ſibi habere uide-
tur, per quas imperat corpori & uitiis ad
quodlibet adipiſcendum, uel tenendum, niſi
ad Deum retulerit, etiam ipſæ uitia ſunt po- C
tius quàm uirtutes. Nam licet à quibuſdam
tunc ueræ & honeſtæ putentur eſſe uirtutes,
cum ad ſeipſas referuntur, nec propter aliud
expetuntur, etiam tunc inflatæ ac ſuperbæ
ſunt, & ideo non uirtutes, ſed uitia iudican-
da ſunt. Hæc ille. Ecce omnes uirtutes ſunt
uitia, quas habet mens humana extra cogni-
tionē ueri Dei, per quas imperat corpori &
uitiis uel propter aliquam commoditatem,
uel etiam propter ipſas uirtutes, niſi retule-
rit in Deum: ſcilicet aliquo modo ultimatè.
Semper Auguſtinus docuit non eſſe uirtutes
propter ſe appetendas, aut propter ſe aman
das: ſed eſſe utique in uerum Deum, atque in
ueram beatitudinem quodam modo referen
das. In De doctrina Chriſtiana ſignificans
quid eſt frui re aliqua, & quid eſt re aliqua uti:
definiens ait, Frui autem eſt, amore alicui *Lib. 1.*
rei inhærere propter ſe ipſam: uti uerò, id *cap. 2. 3. 4.*
quod in uſum uenerit referre ad obtinendum
illud quo fruendum eſt: alias abuti eſt, non u-
ti. Oſtendens autem in eodem opere quibus
rebus nobis fruendum ſit, & quibus uten-
dum, aſſerit quòd ſolo Deo frui debemus, *Lib. 1.*
ſanctiſsima Trinitate, Patre, Filio, & Spiri- *cap. 5.*
tu ſancto: mundo autem debemus uti, & il
lis quæ in mundo creata ſunt. Vnde tandem *Lib. 1.*
inquit, In omnibus rebus, illæ tantum ſunt, *Cap. 4.*
quibus fruendum eſt, quæ æternæ & incom- *Ibidem.*
mutabiles ſunt: cæteris autem utendum eſt, *Cap. 22.*
ut ad illarum perfruitionem perueniatur. Ad D
idē in De Trinitate dicit, Fruimur cognitis,
in quibus ipſis propter ſe uoluntas delectata *Lib. 10.*
conquieſcit: utimur uerò eis, quæ ad aliud *Cap. 10.*
referimus, quo fruendum eſt. Hæc ille. Ec-
ce frui re aliqua, eſt amare ipſam propter ſe-
ipſam: uti uerò re aliqua, eſt amare rem ali-
quam propter aliud: nec licitè poſſumus frui
niſi Deo & rebus æternis atque incommuta-
bilibus, nec licitè poſſumus uti, niſi mundo
& rebus creatis. Virtutibus ergo debemus
uti, non frui: quia uirtutes, res creatæ ſunt,
temporales, commutabiles: nec ſunt Deus,
ſed ſunt à Deo. Idem uidetur docere ipſe met
Auguſtinus in De Trinitate, dicens, Forte *Lib. 13.*
uirtutes, quas propter ſolam beatitudinem *Cap. 8.*
amamus, ſic nobis perſuadere audent, ut ip
ſam beatitudinem non amemus: quod ſi fa-
ciunt, etiam ipſas utique amare deſiſtimus,
quando illam, propter quàm ſolam iſtas ama
uimus, non amamus. Ecce Auguſtinus ſem
per ſui ſimilis, idem docet ſemper, ideſt, non
eſſe uirtutes propter ſe amandas, aut appeten
das, ſed referendas in Deum uerum & ueram
beatitudinem aliquo modo actualiter, for-
maliter, uirtualiter, uel habitualiter. Quam
relationem cum facere non poſsint in poten-

E tia propinqua, qui Deum ignorant: fatetur ingenuè frequenter, extra ueri Dei cognitionem non reperiri uirtutes quæ non ſint uitia. An ſufficit relatio naturalis, qua omne bonũ naturaliter tendit in Deum? Dicendum eſt ſecundum Auguſtinum, quòd non: Agit ipſe de relatione boni operis in Deum quam facit humana mens corpori aut uitiis imperando, non de relatione naturali quam ipſum bonũ opus habet naturaliter inſitam. Manifeſta ſunt uerba Auguſtini ultimo loco hic allegata, ex ſuo opere de Ciuitate Dei: quibus, inter alia, ſic formaliter dicit, Nam qualis corporis atque uitiorum poteſt eſſe mens domina, ueri Dei neſcia, nec eius imperio ſubiugata, ſed uitioſiſsimis dæmonibus corrumpentibus proſtituta? Proinde uirtutes, quas ſibi habere uidetur, per quas imperat corpori & uitiis ad quodlibet adipiſcendum uel tenendum, niſi ad Deum retulerit, etiam ipſæ uitia ſunt potius quàm uirtutes. Hæc ille. Nota uerbum, Niſi ad Deum retulerit: uoluntariam enim relationem ſignificat, quam debet facere mens humana; non naturalem quã habent ex natura rei ipſæ uirtutes, operaq; uirtutum. De mente nanque agebat Auguſtinus, & non de qualibet, ſed de illa mente humana quæ ſibi uidetur habere uirtutes per
F quas imperat corpori & uitiis; de illa autem humana mente fatetur ingenuè, quòd niſi ad Deum uirtutes illas ſuas retulerit, etiam ipſæ uirtutes uitia ſunt, potius quàm uirtutes. Quamobrem igitur non ſufficit referendi facultas naturalis ſeu aptitudinalis quam habet unumquodque opus bonum ex natura rei, ut poſsit à ſuo actore proximo in Deum referri, quia ſic etiam omnia opera indifferentia in Deum naturaliter ſeu potentialiter referuntur, & in ipſum Deum poſſunt referri moraliter à ſuis actoribus proximis, ſeu propinquis, aut immediatis immediatione ſuppoſiti. Nec ſufficit quod unumquodque referatur in finem ultimum, ex quo refertur in finem particularem: cùm finis particularis nõ finalizet (ut inquiunt) niſi in uirtute finis ultimi, ſicut cauſa efficiens particularis non efficit niſi in uirtute cauſæ primæ efficientis. Nec ſufficit, inquam, hæc relatio, quia eſt relatio naturalis quam habet res ipſa ex natura rei, & non eſt relatio moralis quam faciat homo agens, aut agens mens humana. Auguſtinus uerò agit de relatione, quam humana mens tenetur agere in Deum: ideſt, de morali relatione quam mens noſtra poteſt agere & poteſt non agere, ſuorum actuum in finem ultimum. Vnde igitur ſecundum Auguſtinum niſi mens humana aliquo modo referat in Deum, actualiter, uirtualiter, aut

habitualiter, eas uirtutes quas ſibi habere uidetur, per quas imperat corpori & uitiis ad quodlibet adipiſcendum, uel tenendum, etiã ipſæ uirtutes uitia ſunt potius quàm uirtutes. Non potuit Auguſtinus loqui manifeſtius aut explicatius pro hæc ſua determinatione. Vbi ergo non eſt cognitio Dei, non eſt neque poteſt in potentia propinqua eſſe aliqua uirtus moralis; quia ubi non eſt cognitio Dei, non eſt neque poteſt eſſe in potentia propinqua aliqua talis relatio uoluntaria ipſarum uirtutum, ſeu earum actuũ aut operationum in Deum. Quomodo poteſt qui Deum non cognoſcit, in Deum referre ſuas uirtutes aut ſuarum uirtutum opera? Quidem nullo modo in potentia propinqua. Niſi enim prius Dei cognitionem habeat, ſuas uirtutes, ſeu ſuarum uirtutum opera in Deum referre non poteſt. Hinc eſt igitur quòd Auguſtinus frequenter ponit & prædicat fidem ſeu cognitionem ueri Dei, principium, baſim, fundamentum, & radicem omnium uirtutum, omniumq; operum uirtuoſorum, non ſolùm meritoriorum, ut nos loquimur de operibus meritoriis, ſed etiam bonorum, aut non malorum: tanquam nullum ſit opus noſtrum morale, deliberatum, uirtuoſum, bonum, aut non malum, niſi ſuper fide aut cognitione ueri Dei extruatur atque exædificetur. H
Super pſalmos redarguens eos qui extra fidem, bona opera ſua & bonam ſuam uitam exaltant, ſic inquit, Dicit autem opus omnibus notum Abrahæ, Filium ſuum immolandum Deo obtulit. Magnum opus; ſed ex fide: laudo ſuperædificationem operis, ſed uideo fidei fundamentum: Laudo fructum boni operis, ſed in fide agnoſco radicem. Si autem hoc præter fidem rectam faceret Abraham, nihil illi prodeſſet qualecunque illud opus eſſet. Rurſum ſi ſic teneret fidem Abraham, ut cum ei Deus imperaret offerre ſibi immolandum filium, diceret apud ſemetipſum, non facio, & tamen credo quia me etiam contemnentem iuſſa ſua liberat Deus: fides ſine operibus mortua eſſet; & tanquam radix ſine fructu ſterilis atque arida remaneret. Quid ergo? Nulla opera debemus præponere fidei, ideſt, ut ante fidem quiſq; dicatur bene operari. Ea enim ipſa opera quæ dicuntur ante fidem, quamuis uideantur hominibus laudabilia; inania ſunt. Ita mihi uidentur eſſe, ut magnæ uires & curſus celerrimus præter uiam. Nemo ergo cõputet bona opera ſua ante fidem. Vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non ualde attendas quid homo faciat, ſed quid cum facit, aſpiciat, quo lacertos

Ex tractatu. Pſal. 31. in præfatione.

G

A tos optimæ gubernationis dirigat. Fac e-
nim hominem optimè gubernare nauem, &
perdidiſſe quo tēdit, non ne iſte quanto ſibi
uidetur in naui gubernanda agilior & effica-
cior, tanto periculoſius eā ſic gubernat, ut ad
naufragium properando perducat? Talis eſt
Extract. & qui optimè currit præter uiam. Hæc ille.
Pſal. 31. Rnrſusq; ibidem ait, Iactet iam impius opera
ſua, dicat, Do pauperibus, nihil alicui au-
fero, non nxorem alienam concupiſco, non
qnenquam occido, nulli fraudem facio, de-
poſitū apud me nullo teſte repræſento. Hæc
omnia dicat, Quæro ntrum pius ſit, an im-
pius? Et quomodo ſum impius, inquit, iſta
faciens? Quomodo illi de quibus dictum eſt,
Rom. 1. Et ſeruierunt creaturæ potius quàm creato-
ri, qui eſt benedictus in ſæcula. Quomodo
non es impius? Quid ſi de omnibus bonis o-
peribus aut illud ſperas quod ſperandum eſt,
ſed non ab illo à quo ſperandum eſt? ant hoc
ſperas quod ſperandum non eſt, etiam ab illo
à quo æterna uita ſperanda eſt? Pro bonis o-
peribus ſperaſti terrenam quandam ſœlicita
tem, impius es. Non eſt iſta merces fidei, ca
ra res eſt fides, uili illam addixiſti. Impius
ergo es, & nulla ſunt iſta opera tua. Quid ſi
quod ſperandum eſt ſperas, ideſt, uitam æter
nam, ſed non à domino Deo per Ieſum Chri
B ſtum, per quem ſolùm datur uita æterna, ſed
putas te ad uitam æternam poſſe peruenire
per militiam cœli, per Solem & Lunam, per
poteſtates aeris & maris, & terræ, & ſiderū?
Impius es: Sed crede in eum qui iuſtificat im
pium, ut poſsint & bona opera tua eſſe ope-
ra bona. Nam nec bona illa appellauerim,
quam diu non de radice bona procedunt.
Ibidem. Hæc ille. Infra. Ei autem qui operatur, ideſt,
qui de operibus præſumit, & eorum merito
ſibi dicit datam gratiam fidei, merces non
imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum
debitum. Quid eſt hoc, niſi quòd merces no
ſtra gratia uocatur? Si gratia eſt, gratis datur.
Quid eſt gratis datur? Gratis conſtat. Nihil
benefeciſti, & datur tibi remiſsio peccatorū.
Attenduntur opera tua, & inueniuntur o-
mnia mala. Si quod debetur iſtis operibus,
Deus redderet, utiq; damnaret. Stipendium
peccati mors. Hæc ille. Ecce fidem ſine ope
ribus appellat Auguſtinus radicem ſine fru-
ctu, ſterilem, atqne aridam: opera autem ho
minis ſine fide ant cognitione ueri Dei appel
lat idem auctor inania, non bona, mala, ui
tiaq;: etiam eas quæ uidētur uirtutes, atque
earum opera quæ uidentur uirtuoſa. Perpen
dantur omnia Auguſtini uerba, quæ hacte-
Cœlius Pā nns allegauimus. Cœlius Pannonius in ſua
nonius. Collectanea ſuper Apocalipſim circa illud, Si-
Apoc. 2. militer & tu pœnitentiam age: ſin autem, ne

niam tibi cito. etc. aſſerit primum, Natura C
nanque ipſa deprauata in nobis nunquam po
teſt de ſe odiſſe pecatum, immo amat ipſum
tanquam ſibi conneniens, qnæ etiam uult in
ipſo delectari. Proinde neceſſe eſt, ut ſuper-
ueniat gratia, quæ facit primùm diſplicere
peccatum, deinde odire, poſtremò abomina
ri. Supra naturæ ergo opns eſt diſplicentia, &
odium, & abominatio de peccato. Poſt hæc
antem uerba, in hanc ſtatim ſententiā ad pro-
poſitum, locutus eſt. Hic ſi obiicias mihi ne-
teres Philoſophos & quoſdam alios pecca-
tum eſſe odio proſecutos, eo quòd ſtude-
rent uirtutibus, Reſpondeo, nequaquam id
eos uerè feciſſe; ſed potius in faciem, & hy-
pocritarum more, qui ſeſe fingebant amare
uirtutes: faciebant tamen in ſecreto, qnæ nō
licebat: quali forma noſtræ tempeſtatis ſunt
omnes hypocritæ, quibus non ineſt cordi pro
bitas, ſed exterius ſolùm, quaſi hiſtrionibus
& perſonatis inſidet, qui auram popularem,
mundiq; laudem captant, atque interim mi-
ſeri in Dei opt. Max. odium incurrunt, ſibiq;
iudicium parant. Ecce quales reputat hic do
ctor uirtutes Philoſophorū ueterum falſas,
fictas, uitia, atque peccata: niſi forte gratia
adeſſet, ex qua ipſi uirtuosè agerent: ad
quam rem continuandam ait, Donec ergo
non erit gratia in te, natura te gubernante, D
ſemper erit dolus in ſpiritu tuo qui impedit
ſemper gratiam. Hæc ille. Patres Baſilienſis *In Conci*
Concilii in ſuis epiſtolis & reſponſionibus di *lio Baſi-*
xerunt, reſpondendo oratoribus ſanctiſsimi *lien.*
Domini Eugenii Papæ quarti, qui ipſum pon *Epiſ. 3.*
tificem laudibus efferebant, multaq; de uir-
tutibus ipſius in eius laudem recenſebant.
Multa (inquiunt Patres Concilii) etiam de
uirtutibus eius diſſeruiſtis, In hoc laudandus
eſt Deus, à quo omne bonum. Rogandus e-
tiam, ut quod illi deeſt, pro ſua clementia lar
giatur. Hoc illud eſt, ut ab uninerſali Eccle-
ſia ſe non ſcindat, extra quam nulla eſt uera
uirtus. Ecce acrius illi patres dixerunt, quàm
Auguſtinus. Auguſtinus enim dixit, Extra
cognitionem ueri Dei: illi autem dicunt, Ex
tra Eccleſiam, uidelicet Chriſtianam: à qua
orabant, ne Engenius ſe ſcinderet. Chriſto-
phorus Marcellus in ſua oratione habita in
Lateranenſi Concilio, dixit etiam cum Augu *In Conci-*
ſtino. Sed quoniam uirtutum omnium fons *lio Late-*
& origo eſt amandi, uirtus, qua Deum opti *ran n.*
mum Maximum noſcimus, colimus & ue- *Seſſio. 4.*
neramur, qua bonitatem eius, pulchritudi-
nem, potentiam, maieſtatem, rerumq; o-
mnium ab eo exitum gradatim, noſq; met
ipſos adnertimus, conſpicimus, & amamus,
præcæteris eſt in Principe collocanda. etc.
Ecce uirtutum omnium fons & origo eſt a-

E mandi uirtus, qua Deúm Optimum Maximũ noſcimus: quamobrem certè nulla eſt uirtus, ubi nulla eſt Dei cognitio. De ſummo bono multa locutus eſt, multaq; docuit Socrates, inter antiquos Philoſophos bonæ uitæ ſectatores primus, & facile princeps, ac de fine boni ultimo, quo quiſque cum peruenerit,
Plato. beatus eſt. Sicut & Plato de ſummo bono
Cic. lib. 1. multa dixit. De quo etiam Cicero in De finibus ait, quòd, Is eſt, in quem omnia bene uiuendi, rectéq; faciendi conſilia ſunt referenda.
Ubi ſupra. Et infra, Cum enim hoc ſit extremum; ſentis enim credo me iam diu, quod Græ-
Lib. 3. cus τέλος dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum ſummum, licebit etiam finem pro extremo, aut ultimo dicere, hic propter ſeipſum quæritur, & alia omnia propter hunc, ſicut Plato, Ariſtoteles, & reli-
Lactant. qui Philoſophi dixerunt. Lactantius Firmia-
Lib. 6. nus in ſuis diuinis inſtitutionibus, de uirtute
Cap. 5. agens iuxta definitiones aliorum & ſuam, dicit, Quæ ſedatio commotionum & affectuum hanc habet rationem, ut omnia recta faciamus. Omne igitur uirtutis officium eſt, non peccare: quo profectò fungi non poteſt, qui Deum neſcit: quoniam ignoratio eius à quo bona oriuntur, imprudentẽ impingat in uitia neceſſe eſt. Itaque ut breuibus & ſignificãtius utriuſque rei ſumma officia determinem, ſciẽ-
Lib. 6. tia eſt Deum noſcere, uirtus colere: in illo
Cap. 9. ſapientia, in hoc iuſtitia continetur. Infra.
F Quare non eſt dubium quin ipſius ſit, quiſquis Deum non agnouerit, omnesq; uirtutes eius quas habere, aut tenere ſe putant in illa mortifera uia reperiuntur, quæ eſt tota tenebrarũ. Qua propter nihil eſt quod aliquis ſibi gratuletur, ſi has inanes uirtutes adeptus eſt, quia non tantum miſer qui bonis præſentibus careat; ſed etiam ſtultus ſit neceſſe eſt, qui labores in uita ſua maximos ſuſcipiat in caſſum. Nam adepta ſpe immortalitatis, quam Deus pollicetur in ſua religione uerſantibus, cuius aſſequente gratia uirtus appetenda eſt, & quicquid malorum acciderit, perferendum eſt. Maxima erit profectò nanitas, obſequi uelle uirtutibus, quæ fruſtra homini calamitates afferunt & labores. Nam ſi uirtus eſt, egeſtatem, exilium, dolorem, mortemq;, quæ timentur à cæteris, pati fortiter ac ſubire: quid tandem boni in ſe habet, cur eam Philoſophi propter ſeipſam dicãt expetendam? Nimirum ſuperuacuis & inanibus pœnis delectantur, quibus licet agere trãquillè. Si enim mortales ſunt animæ, ſi uirtus diſſoluto corpore nihil futura eſt, qui fugimus attributa nobis bona, quaſi aut ingrati aut indigni qui diuinis muneribus perfruamur? et cætera quæ ſequuntur, non parum ad propoſitum facientia. Ecce manifeſtè aſſe- G
rit quòd omne uirtutis officium, eſt non peccare, & quòd iſto officio fungi non poteſt, qui Deum neſcit: quoniam ignoratio eius à quo bona oriuntur, imprudentem impingat in uitia neceſſe eſt. Quibus addit, quod impius eſt, quiſquis Deum non agnoſcit, & quòd omnes uirtutes eius quas habere aut tenere ſe putat, in illa mortifera uia reperiuntur, quæ eſt tota tenebrarum. Quæ eſt illa uia tenebrarum? Eſt profectò uia uitiorum, de
qua dixerat in ſuperioribus. Duas enim uias *Ubi ſup.*
explicauerat, homini cùm primùm ad annos *Lib. 6.*
diſcretionis peruenerit, occurrentes, alterã *Cap. 3.*
uirtutum, alteram uitiorum: & quam ſuperius appellauit uitiorum, hic inferius appellat tenebrarum. Conſtat manifeſtè apud ipſum auctorem, omnibus legentibus. Nec poſuit uiam mediam inter bonum & malum in actionibus hominis moralibus deliberatis: ſed extra ueri Dei cognitionem, in re huiuſmodi, uoluit omnia pertinere ad uiam malam, ad peccatum, ad tenebras. Has autem duas uias non ponit ipſe, tanquam earum primus inuentor aut commendator: ſed eas refert ab aliis iam poſitas atque explicatas, ideſt, à Poetis in ſuis carminibus, & à Philo-
ſophis in ſuis diſputationibus. Heſiodus for- *Heſiodus*
taſsis primus inter Philoſophos poſuit has duas uias; uitiorum, in principio planam, &
in fine aſperam; atque uirtutum, in princi- H
pio aſperam, & in fine planam. Sic enim de
ipſo refert Plato, in ſuis dialogis de legibus *Plato.*
uel legum latione. Idem Lactantius ita pro- *Lib. 34.*
ſequitur, Sequitur ut id quoque ipſum quid *Dialo. 4.*
ſit bonum & malum neſciſſe Philoſophos bre- *Lactant.*
uiter oſtendam; quia penè declaratum eſt li- *lib. 6.*
bro tertio, cum de ſummo bono diſputarem. *cap. 6.*
Qui autem quid eſſet ſummum bonũ neſcierunt, & cæteris bonis malis'ue quæ ſumma non ſunt, errauerint neceſſe eſt; quòd non poteſt uero iudicio examinare, qui fontem ipſum non tenet, unde illa deſcendunt. Fons autem bonorum Deus eſt; & cætera. Hæc
ille. Qui paulò poſt oſtendit & docet; quòd *Lib. 6.*
in uia erroris eſt ſpecies ſapientiæ & uirtutis, *Cap. 7.*
Et quòd uia ueritatis & ſapiẽtiæ eſt ſimplex, & anguſta, & ardua, & Deum habet ducem. Itaque hæc fuit ſententia Auguſtini, quòd extra cognitionem aut cultum ueri Dei, nullam poſſunt nec potuerunt unquam homines ueram habere uirtutem, quæ non potius eſſet uitium. Ad quam eſt etiam, quòd cum ipſe in libro de ordine, aliquo modo innuiſſet Philoſophos non uera pietate præditos, luce fulſiſſe uirtutis: ſeſe aduertenter corrigens, in *Lib. 1.*
ſuis Retractationibus dixit, Diſplicet mihi *Cap. 3.*
quod Philoſophos non uera pietate præditos *tom. 1.*
dixi

A dixi uirtutis luce fulſiſſe. Ita ſemper manſit in hac ſua ſententia fixus, reuocans quicquid in oppoſitum unquam dixiſſe uideretur.

Beda. Cap. 13. Beda ſecundum Auguſtini doctrinam, dixit contra Iulianum, Conſtat quòd quicunq; Philoſophorum Chriſtum Dei uirtutem & Dei ſapientiam neſcierunt, hi nullam ueram uirtutem, ſicut nec ueram ſapientiam habere una ratione potuerunt. *Linconienſis, in ſermone de Aduẽtu.* Linconienſis etiã in ſuo ſermone de Aduentu, cuius initiũ eſt, Erunt ſigna in Sole & Luna, ait ad idem, In doctrina quoque morali Philoſophorum, & in conuerſatione multorum Gentilium, ut Scipionum & Africanorum, uidebantur lucere ſplendidæ ſtellæ uirtutum: ſed nunc uerè manifeſtum eſt, quòd ſine Chriſti fide, nulla eſt uera uirtus in alicuius doctrina ſeu conuerſatione. Hoc ipſum aſſerit, & dicit fuiſſe de intentione Beati Auguſtini. In ſuo Enchi. ubi tractans de quatuor uirtutibus Cardinalibus, & quærens, An Cato & Scipiones eiuſmodi uirtutes habuerint? inquit, Concedimus cum Auguſtino, quod ſine fide Ieſu Chriſti nullus unquam uirtutes habuit, aut habere potuit: & probat immediatè ſic, Nõ enim poteſt eſſe amor ordinatus, ubi contemnitur aut non amatur quod maximè amandũ eſt: cùm uerò non amatur niſi quod ſcitur aut creditur, patet quòd qui neſcit aut non B credit Dominum Ieſum Chriſtum, non amat aut contemnit quod maximè amandum eſt. Quapropter in tali uirtus non eſt. In hãc ergo iuerunt ſententiam, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Gregorius, Chryſoſtomus, Proſper, Gloſſa ordinaria, Lactãtius, Beda, Cœlius Pannonius, & Linconiẽſis, quibus aſſentiũtur etiã multi admodũ doctores ſcholaſtici, cenſentes non licere hominib. frui aliqua creatura, & omnes bonas actiones noſtras debere referri in Deum, ſaltem habitualiter. *Nominãtur doctores antiqui, qui tenẽt quod Auguſt.* Non poteſt autem ſuas actiones in Deum referre habitu, qui Deum nullo modo cognoſcit: ut infra ſatis oſtenditur. Non ſolùm autem ita ſenſerunt & ſentiunt Doctores catholici, ut patet in dictis eorum, tum adductis, tum adducendis: ſed & hoc uoluerunt Philoſophi gentiles, qui licet uirtutes prædicarent per ſe appetendas, non tamen tacuerunt eas fore in Deum tanquam in finẽ ultimum ſimpliciter, referendas. *Tullius.* Sic enim Tullius eos intellexit, ut explicauit ubi ſupra, quibus & ipſe in ea ſententia aſſentitur libenter, gratiſq; *Ariſtot.* Ariſtoteles etiam inueſtigaturus, determinaturuſq; de ſummo bono humano, ſeu de humana fœlicitate, quibus homo in hoc ſæculo præditus eſt, in hanc loquitur ſententiam: *Ethic. 1.* Omnis ars, & omnis doctrina, ſimiliter autem & actus, & electio, bonum quoddam appetere uidentur: Ideo bene enuntiauerunt, Bonum eſt, quod omnia C appetunt. In quo ſuo opere licet Ariſtoteles impugnet ſententiam Platonis in eo, quòd Plato ponebat bonum ſeparatũ uniuerſale, Ideamq; omnium bonorum; in quo dicebat fœlicitatem hominum conſiſtere, & per cuius participationem omnia bona dicuntur: aſſerens contra Platonem, tum quòd non eſt una communis Idea boni, tum quòd etiam ſi eſſet, non conſiſteret in ea humana fœlicitas. Nullo tamen modo hæc fecit Ariſtoteles, intendens impugnare opinionem Platonis quã tum ad id quod ponebat Plato unum bonum ſeparatum à quo dependerent omnia bona, & ad quod ordinarentur. Immo quantum ad hæc, tenuit omnino Ariſtoteles cum Platone. Etenim cum in eodẽ opere determinaſſet iam de fœlicitate hominis, ſummo, optimoque bono, & ultimo fine eius, in hac uita docens illud eſſe, bene & ſecundum rationem uiuere, ſeu operari: docuit ſimiliter manifeſtè ſatis & grauiter, hoc tantum bonum eſſe quidem honorabile, ſed non laudabile; Probatq; dictum Eudoxi in eo, quòd dicebat bonum aliquod, melius eſſe laudabilibus: & affirmat, talem eſſe Deum & per ſe bonum. Ad hæc enim & alia referri. Ecce ſecundum Ariſtotelem ad Deum, & ad per ſe bonum, alia referuntur. Quæ autem poſſunt referri aut D referri debent ad Deum, niſi omnia quæ ſunt extra Deum? Idem auctor in Metaphy. ponit quoddam bonum ſeparatum à toto uniuerſo, ad quod totum uniuerſum ordinatur, ſicut exercitus ad bonum ducis. *Lib. 12. tex. c. 52.*

ITAQVE igitur cognitio ueri Dei, eſt principium quodammodo & radix omnium uirtutum, ſine ulla exceptione: ut ubi cognitio ueri Dei non eſt, nulla uirtus in potentia propinqua eſſe poſſit: quæ uidelicet ſic ſit uirtus, ut non ſit uitium. Ad iſtam ueritatem eſt etiam diuus Cyrillus, qui circa illud, Nolite iudicare ſecundum faciem, & cætera. in ſuis commentariis ſuper Ioannem agens ex illo uerbo Domini, Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, à domo ſeruitutis. *Cyrillus. Ioan. 7.* Non habebis Deos alienos corãm me: non facies tibi ſculptile in omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo de ſuper, & quæ in terra deorſum: nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra: non adorabis ea, neque coles: Ego enim ſum dominus Deus tuus fortis & Zelotes. ita dicit, Oportebat profectò hinc incipere, ac cognitionem Dei, hominibus iis imprimere, qui ſeipſos in obſequium Dei dedicarunt. *Lib. 4. Cap. 51.* Omnium enim uirtutum, Dei cognitio fundamentum, radixq; eſt: fides porrò, rectè pietatis firmiſsima baſis eſt. Hæc ille.

Idem

E Idem circa illud, Hæc autem eſt uita æterna,
Ioan. 17. ut cognoſcant te ſolum Deum uerum, & quẽ
Lib. 11. miſiſti Ieſum Chriſtum. ait, Quum igitur ori
Cap. 16. go, & quaſi pronuba dictorum omnium bo
norũ cognitio Dei ueri eſſe inueniatur, rectè
à Domino noſtro Ieſu Chriſto uita æterna
eſt appellata, quaſi mater & radix uirtute, na
turaq; ſua uitam æternam pariens. Hæc ille.
Ecce ſecundum hunc glorioſum auctorem,
Cyrillum, inquam, cognitio ueri Dei eſt fun
damentum, radix, mater, & baſis omnium
uirtutum: Omnes igitur aliæ ſpeciales uirtu
tes, cognitionem ueri Dei præſupponunt,
& ab illa quodam modo oriuntur, & illa, tan
quam radice, & baſi nituntur.

S. Tho. SANCTVS Thomas fatetur, quòd fides
Secunda per ſe quidem inter omnes uirtutes, prima
ſecunda eſt: iuxta illud, Fides eſt ſubſtantia ſperanda
quæſ. 4. rum rerum. Quia uidelicet, ſubſtantia habet
Art. 7. rationem primi. Deinde etiam, Quia cum in
Hebr. 11. agibilibus finis ſit principium, neceſſe eſt uir
tutes Theologicas, quarum obiectum eſt ul
timus finis, eſſe priores cæteris uirtutibus:
& quia uoluntas nõ fertur in aliquid, niſi pro
ut illud eſt in intellectu apprehenſum: Sequi
tur, quòd ſpes & charitas quæ pertinent ad
uoluntatem, præſupponunt fidem quæ perti
net ad intellectum oſtendentem obiectum
ſperandum ac diligendum. Atque per conſe
F quens ſequitur, quòd fides per ſe eſt prima in
ter omnes alias uirtutes ſimpliciter dictas: id
eſt, pro ut ſunt diſpoſitiones ad optimum ſim
pliciter: hoc eſt, ad Deum ſecundum quòd
eſt obiectum beatitudinis, ſeu pro ut eſt ſu
pernaturaliter cognoſcibilis: pro ut tendunt
in ipſum, ſpes & charitas. Hinc eſt quod Caie
tanus eodem loco docet, fidem quidem per
ſe eſſe primam uirtutem inter omnes uirtu
tes ſimpliciter dictas, etiam morales, non ho
minis ut hominis, ſed hominis Chriſtiani: ut
uidelicet nulla uirtus ſit hominis Chriſtiani,
ut talis: quin ad illam, per ſe, ſupponatur fi
des Chriſtiana: ideſt, pro ut explicatur fides
in Chriſtiana lege, ſeu in nouo teſtamento.
Eodem modo Iudæi dicerent olim, ad omnes
uirtutes ſimpliciter, hominis Iudæi, ut talis,
præſupponi fidem Iudaicam, qualis tunc illa
erat in teſtamento ueteri: quæ habebatur in
lege ueteri, & quæ requirebatur, ac ſufficie
bat. Simili ergo modo dicunt illi alii docto
res; quos recenſuimus, cognitionem ueri
Dei ſemper fuiſſe præſupponendam tanquã
per ſe primam, quantum ad omnes alias uir
tutes, tum Theologicas, tum morales: ut il
læ eſſent ueræ uirtutes, ueræ, inquam, uir
tutes, ideſt, ſic uirtutes, quòd non uitia.
Sua ratio, ſuum fundamentum, ſuaq; demon
ſtratio eſt, ſicuti quod iam poſuimus. Extra
cognitionem ueri Dei, omnis actio delibe- G
rata, interior uel exterior, terminatur ulti
matè ad aliquod utendũ: unde uidetur quòd
ibi ſit ſemper fruitio utendæ rei, & per conſe
quens peruerſitas magna. De his tamen mul
ta in ſequentibus.

RVRSVS quoque ſanctus Thomas de re *S. Tho.*
huiuſmodi agens, fatetur quòd uirtus ordi- *Secunda*
natur ſeu ordinat ad bonum, ideſt, ad finem, *ſecunda.*
qui eſt bonum principaliter, poſtquam ea *Quæ. 23.*
quæ ſunt ad finem, non dicuntur bona niſi in *Art. 7.*
ordinem ad finem. Fatetur, quòd uirtus ue
ra ſimpliciter, eſt illa quæ ordinat ad princi
pale bonum hominis, ultimum & uniuerſa
le: ſicut dicit Philoſophus, quòd uirtus eſt *Ariſtot.*
diſpoſitio perfecti ad optimũ. Fatetur quòd *Ethic. 8.*
ſi uirtus aliqua eſt in ordine ad aliquẽ finem
particularem, quòd non eſt uerum bonum,
ſed apparens ſolùm: uirtus quæ eſt ad tale bo
num non eſt uera uirtus, ſed falſa ſimilitudo
uirtutis: ſicut non eſt uera uirtus auarorum
prudentia, qua excogitant diuerſa genera lu
crorum: nec auarorum iuſtitia, qua grauium
damnorum metu contemnunt aliena: nec a
uarorum temperantia, qua luxuriæ quæ ſum
ptuoſa eſt, cohibent appetitum: nec auaro
rum fortitudo, qua, ut ait Horatius, per ma *Horat.*
re pauperiem fugiunt, per ſaxa, per ignes. *Auguſt.*
Vt etiam refert Auguſtinus contra Iulianum *Lib. 4.*
Pelagianum. Faceturq; inſuper, quòd ſi uir- *cap. 3.*
tus aliqua ordinat ad finem qui eſt bonum *tom. 7.*
particulare uerum, ut conſeruatio ciuitatis H
uel aliquid huiuſmodi, erit quidem uera uir
tus, ſed imperfecta, niſi referatur ad finale &
perfectum bonum. Vnde concludit, quòd *Ibidem*
ſimpliciter uera uirtus, ſine charitate eſſe nõ *in corpo*
poteſt: licet tamen ut fatetur, ſine charitate *re art.*
poſſint eſſe & uera ſcientia, & uera ars. Fate *Ibidem.*
tur, quòd fides per ſe eſt prima inter uirtu- *ad 3. arg.*
tes, & quòd aliæ uirtutes, non ſunt ueræ uir *Secũda 2*
tutes, niſi præſuppoſita fide, ut habetur per *Quæſ. 4.*
Auguſtinum in libro contra Iulianum. Ecce *Art. 7.*
loquens de charitate, dicit, quòd ſine chari
tate non eſt ſimpliciter uera uirtus: & quòd
uirtus quæ ad bonum apparens ordinat, eſt
falſa: atque loquens de fide, dicit, quòd non
ſint ueræ uirtutes, niſi fide præſuppoſita. Lo
quitur autem de fide Chriſtiana, niſi largè de
fide intelligatur loqui. Multo igitur mitius *Lib. præ*
loquuntur prædicti Doctores, de uirtutibus *ſenti.*
extra cognitionem ueri Dei. De ſententia au *Cap. ſeq.*
tem ſancti Thomæ, plura paulò poſt.

CYRILLVS ſuper Ioannem circa illud, *Ioan. 7.*
Nolite iudicare ſecundum faciem etc. dicit: *Cyrillus.*
palàm quòd omnium uirtutum, Dei cogni *Lib. 4.*
tio fundamentum, radixq; eſt. Et circa illud, *Cap. 51.*
Hæc autem eſt uita æterna, ut cognoſcant te *Ioan. 17.*
ſolum Deum uerum, & quem miſiſti Ieſum *Lib. 11.*
Chriſtum, *Cap. 16.*

A Chriſtum, & cætera, fatetur, quòd cùm origo, & quaſi pronuba dictorum omnium bonorum cognitio Dei ueri eſſe inueniatur, rectè à Domino Ieſu Chriſto uita æterna eſt appellata, quaſi mater & radix, uirtute, naturaq́; ſua uitam æternam pariens.

Itur obuiam quibuſdam obiectionibus quæ adduci poſſunt contra hanc Auguſtini doctrinam, & oſtenditur quòd quicquid de illa ſit, tamen ueriſſima eſt alia eius doctrina, quæ in gratiam Saluatoris noſtri, refert omnes morales uirtutes, omniaq́; opera noſtra moraliter uirtuoſa quæ ſic ſunt uirtutes, ſeu uirtuoſa ut non ſint uitia, uitioſa, peccata, aut mala: & hoc ubicunque illæ uirtutes aut opera uirtuoſa eiuſmodi fuerint, ſiue in fidelibus hominibus, ſiue in infidelibus. CAP. XXIII.

HAEC certè fuit olim Auguſtini ſententia atque doctrina, ut ex uerbis eius quæ relata ſunt ſatis eſt manifeſtum: ſemper enim negauit, in infidelibus hominibus quibuſuis extra cognitionem ueri Dei, fuiſſe ueras uirtutes morales, id eſt, tales quæ ſic eſſent uirtutes, ut non eſſent uitia. Contra quam Auguſtini doctrinam ſi quiſpiam nobis obiecerit doctrinam ſancti Thomæ in ſuis partibus, ubi uidens mortale peccatum etſi tollat gratiam gratum facientem, nô tamen penitus corrumpere bonum naturæ, docet, quòd infideles etſi non poſsint operari bona meritoria, tamen bona opera ad quæ ſufficit bonum naturale, aliquatenus operari poſſunt; docendo tum in corpore articuli, tum in reſponſionibus ad argumenta, quòd lumen naturalis rationis poteſt dirigere intentionem ratione alicuius boni naturalis, quaſi in gentilibus extra fidem & cognitionẽ ueri Dei potuerint eſſe actus uirtuoſi qui ſunt diſpoſitiones ad optimum in genere, id eſt, fœlicitatem naturalem, ut declarauit eo in loco Caietanus. Si quiſpiam, dico, nobis obiecerit de hoc, ipſe uiderit.

S. Tho. secũda 2. Quaſ. 14. Art. 4.

B

Obiect. 1.

Deinde ſicut Caietano fuit procline reſpondere rationibus Gregorii, ita Gregorio eſt facillimum reſpondere rationibus Caietani.

Gregor. Arimin. Lib. 2. Diſt. 38. & reliquis uſq; ad diſ. 41. De actu delibera to.

Gregorius Ariminenſis ſequitur ſenteutiam Auguſtini docentis, quòd apud infideles, id eſt, idololatras, non poſſunt eſſe uirtutes in potentia propinqua, quæ ita ſint uirtutes ut non ſint uitia; nec opera ſic uirtuoſa, ut non ſint uitioſa. Vult enim quòd omnis actus infidelium ſimpliciter, qui nulla fide credunt Deum, eſt malus moraliter, quia deeſt in omnibus circunſtantia ultimi finis, quia ſcilicet non ſit recta intentione propter Deum ultimum finem, quia non cognoſcunt Deum diligendum propter ſe, uſque adeo ut nihil præterea dilectio intueatur, & omnia alia propter ipſum diligantur. C Quod quidem eo confirmatur, quòd omnis intentio qua aliquid aliud à Deo diligitur propter ſe, eſt mala: quia nullum aliud præter Deũ eſt diligendum propter ſe, cùm nullum aliud præter Deum ſit ſummè diligendum. Sequitur enim ut ſi quid non eſt ſummè diligendum, eo ipſo non ſit propter ſe diligendum: quandoquidem propter ſe diligendum, poteſt tanquam ultimum diligi, adeo ut multa poſsint propter illud tãquam potiſsima obiecta diligi: ergo eſt ſummè diligendum. Vnde à deſtructione conſequentis ſequitur, quòd ſiquid non eſt ſummè diligendum, nec eſt propter ſe diligendum. Confirmatur etiam, quia qua ratione aliquid extra Deum, puta uirtus ſeu actus uirtutis, eſſet propter ſe diligendum, eadem uel pari ratione, alia, uidelicet honor, & fama, quæ ſunt ſecundum ſe bona diligibilia, quia præciſè ſunt talia, & ſic, ultimatè (ut aiunt) operari propter honorem & gloriam, non eſſet peccatum, quod eſt contra doctrinam ſanctorum. Rurſus etiam confirmatur, quia alioqui in Gentilibus fuiſſent ueræ uirtutes, contra Auguſtinum. Caietanus omnia hæc Gregorii fundamẽta proſpexit eaque retulit in ſuis commentariis, ſed ſimul uidens ſanctum Thomam dicentem quòd, Non omnis actio infidelis, eſt peccatum, ſed aliqua eius actio eſt bona; ſequitur ſanctum Thomam ipſum: ut autem reſpondeat argumentis Gregorii, notat nonnulla ex parte ordinis rerum, & nonnulla ex parte noſtri. Ex parte rerum, quòd ſicut cum ſupremo agente ſtant inferiora agẽtia, & multa prima agentia in genere hoc, uel illo: ut patet in regnis, & actibus. Ita cum ultimo fine ſimpliciter totius uniuerſi, ſtant multi ultimi fines in genere hoc & illo. Nec eſſe ultimum finem in hoc genere, derogat ultimo fini ſimpliciter: nec aufert ab ultimo fine in genere, ordinari ipſum ad ultimum finem ſimpliciter: ſed ultimus finis in genere ſecũdum quòd in eo genere eſt finis ultimus, habet quòd omnia alia eiuſdem generis referantur ad ipſum, & quòd ipſe non ſit propter aliud in eo genere: ſecundum autem quòd ordinatur ad finem ultimum ſimpliciter, habet quòd propter aliud ſit. Ex parte uerò noſtri tria ponit atque explicat conſideranda, Primum, quòd cognoſcere Deum eſſe ultimum finem uniuerſi totius, propter ſe tantum diligendum & alia propter ipſum, naturali ratione abſque omni fide patet, & ex 12. Metaph. habetur. Cùm pars naturaliter ſit propter totum, & totum propter Deum, ut ibi oſten-

Vbi ſup.

D

E ditur: conſequens eſt, quòd naturali ordine
patet quòd homo ſeipſum propter Deum ut
ultimum finem amat, ac per hoc reliqua, quæ
amat propter ſeipſum. Secundum quòd dili-
gere ſic Deum, contingit dupliciter, ſcilicet
implicitè & explicitè. Explicitè quidem, cũ
ad hoc homo dirigit intentionem ſuam: Im-
plicitè autem, cum ſe habet ſecundum affe-
ctum ad res ut ſunt: Ex eo enim, quòd res
ſunt rectè ordinatæ & ad Deum mediante u-
niuerſo, affectus tendens in res ut ſunt in gra
dibus ſuis conſtitutæ, tendit in eas implicitè,
ut ſunt propter uniuerſum, & ultimatè pro-
pter Deum. Tertium, ad diligendum Deum
explicitè ut finem naturæ ſeu uniuerſi homo
non tenetur ſemper, cum ſit affirmatiuum:
nec ſtatim, quia non prius tenetur ad explici
tè diligendum, quàm ad explicitè cognoſcen
dum, & conſtat, quòd poſt multum tempo-
ris aduenit homini hæc cognitio, naturaliter
loquendo. Ad implicitè autem diligendum
Deum ut finem naturæ, tenetur homo ſta-
tim: & ſi non ſemper actualiter, quia eſt affir
matiuum: Tenetur tamen quando operatur,
ſemper uirtualiter; alioquin peccat ueniali-
ter uel mortaliter, defectu debitæ circunſtan
tiæ ultimi finis. Ex his conſiderationibus
ſuis putat Caietanus facilè ſatisfieri obiectis
Gregorii. Vnde, ad primam rationem eius
F quam exiſtimat nihil ualere, reſpondet, di-
cens, Nam ſimpliciter infideles, & poſſunt
per Philoſophiam noſſe Deum eſſe finem uni
uerſi: & ſi neſcirēt, ſufficit ad euitandum pec
catum in multis ſuis actibus diligere & inten
dere Deum implicitè: habendo ſe quandoque
ad res ut ſunt, quamuis hoc non ſufficiat ad
ſalutem æternam, nec ad euitandum omnia
peccata. Ad ſecundam autem rationem con
cedit, quòd ſicut aliquid eſt ultimus finis, ita
eſt ſummè diligibile, & per ſe diligibile: uide
licet quòd finis ultimus ſimpliciter, eſt ſum-
mè & per ſe diligibilis ſimpliciter; finis uerò
ultimus in genere, eſt ſummè & per ſe diligi-
bilis in genere. Quamobrem concedit quòd
actus uirtutum ſpeculatiuarum, ſunt diligi-
biles propter ſe, & ſummè in genere tali; pu
ta in genere formalium perfectionum, ut po
te quòd propter perfectionem talem partis
intellectiuæ reliqua eius generis appetuntur.
Per hoc etiã reſpõdet ad confirmationem de
honore & fama, negans eandē aut parē ratio-
nem eſſe de illis, quæ eſt de actibus uirtutum:
quia non eſt par ratio de omnibus bonis, cũ
quædam ſint ultima in aliquo genere, & quæ-
dam non: quædam ſunt bona, quia ipſa ſunt
bona, quædam ſunt bona ſolùm quia utilia:
Sicut quædam ſunt agentia prima, & quædã
non; quædam ſunt agentia, & quædam inſtru
menta agentium. Quamobrem ita concludit G
iuxta ſua prænotata, Honor & cætera huiuſ-
modi inter minima bona ſunt, & tamē in ſuo
genere ſummè amare ſummum eorum, nul-
lum malum eſt. Sed hac in re ipſi decepti at-
que hallucinati uidentur, quia non uident,
quòd appetere, uerbi gratia, ſcientiam Philo
ſophiæ, quia eſt perfectio intellectus, & nihil
cogitando tam ante quàm tunc, eſt appetere
bonum, puta intellectum perfectum; ſic pro
pter ſe explicitè, quòd tamen eſt appetere
idem propter aliud, puta uniuerſum & Deũ
implicitè: quia appetitus tēdit ad rem illam,
ut eſt: Tendit enim ad illam propter ſe, & ita
eſt: Sed non excludit appetitus ordinem eiuſ
dem ad aliud: quamuis nec includat eundem
explicitè: nec ad hoc tenetur ſemper, quan-
do hoc appetit. Et ſimile, ut inquit, eſt de a-
liis. Ad confirmationem quæ eſt ex auctori-
tate Auguſtini, dicit quòd nihil negando de
Auguſtino, quamuis in gentilibus non fue-
rint ueræ uirtutes quæ ſunt diſpoſitiones per
fecti ad optimum ſimpliciter, actus tamen
uirtuoſi, qui ſunt diſpoſitiones ad optimum
in genere, id eſt, fœlicitatem naturalem, eſ-
ſe potuerunt. Sic tuetur Caietanus ſuam ſen
tentiam, & ſic reſpondet rationibus, funda-
mentiſq; aliorum, qui contra ipſum ſapiunt,
& contrariæ ſententiæ inhærent. Mirum eſt
autem quomodo Caietanus, uir alioqui do- H
ctus, putauit ſic facilè ſuis facillimus annota
tionibus & reſponſionibus, ſatis eſſe factum
rationibus Gregorii grauiſsimis: immo non
ſolùm Gregorii, ſed etiam Auguſtini, Am-
broſii, Hieronymi, Gregoriiq; Magni, & alio
rum, qui eandem quam Gregorius Ariminen
ſis, tenuerunt ſententiam. Bene nouit Au-
guſtinus naturalem ordinem partis ad totũ,
naturalem ordinem partium uniuerſi ad to-
tum uniuerſum, & naturalem ordinē totius
uniuerſi ad Deum uerum factorem totius u-
niuerſi, à quo omnia, in quo omnia, per quē
omnia, ad quem omnia, primum principiũ
& ultimum finem omnium. Bene nouit eſſe
ſupremum agens & agentia inferiora, ſtareq;
multa agentia prima aut prima principia mul
ta in genere iſto uel illo, cum uno ſolo agen-
te primo ſimpliciter: ſimili modo cognoſcēs
eſſe unum duntaxat ultimum finem ſimplici-
ter, & multos fines ultimos in ſuis generibus
qui referri poſsent ad ultimum finem ſimpli-
citer totius uniuerſi & cunctarum eius par-
tium, ad quos referantur omnia ſuorum ge-
nerum, & non ipſi ad illa. Bene nouit quòd
aliud eſt referre explicitè, aliud referre impli-
citè, aliud eſt referre actualiter, aliud eſt re-
ferre uirtualiter, & quid eſt quodcunque ho
rum: quæ ſunt iſta in ſeipſis, quomodo diſtin
guuntur,

A guuntur, quomodo diffiniuntur, quomodo conueniunt, & quomodo differunt. Beneq; nouit & optimè, quòd tria ſunt genera bonorum quæ habet homo uel habere poteſt, Alia nanque magna, alia minima, alia media, ut notat in ſuis Retractationibus & in De libero arbitrio: addens atque explicans, quòd, Virtutes quibus rectè uiuitur, magna bona ſunt; ſpecies autem quorumlibet corporum, ſine quibus rectè uiui poteſt, minima bona ſunt: Potentiæ uerò animi, ſine quibus rectè uiui non poteſt, media bona ſunt: non ignorans neque tacens de uirtutibus quibus perficitur animus humanus, tum moralibus, tum intellectualibus. Omnia hæc bene nouit Auguſtinus, & tamen his omnibus cognitis, conſtanter damnauit omnes uirtutes & omnia uirtutū opera moralia deliberata quæ humana mens nullo modo in Deum referret, actualiter, uel uirtualiter, uel habitualiter: de illa relatione agens, quam iudicauit & docuit non poſſe habere in potentia propinqua humanam mentem ueri Dei neſciam: id eſt, de relatione morali quæ ſe tenet ex parte hominis referentis, non de relatione naturali quæ ſe tenet ex parte rei relatæ. Talis eſt doctrina Auguſtini, quam iam ſuperius affatim poſuimus in uerbis ſuis. Accipimus libenter à Caietano, quòd ipſe confitetur tanquam à manifeſta ueritate uictus, teneri nos homines

Lib. 1. cap. 9. Lib. 2. cap. 19. tom. 1.

B quando operamur, ſemper ſaltem uirtualiter diligere Deum tanquam finem naturæ; alioquin peccamus uenialiter uel mortaliter defectu debitæ circunſtantiæ ultimi finis, niſi in Deum uerum, ultimum finem ſimpliciter, referamus intentionem noſtram ſaltem implicitè & uirtualiter dum aliquid operamur aut uolumus. Operamur aut uolumus, inquam, uidelicet moraliter & deliberatè ſaltē. Ex iſta enim confeſsione ſua ſequitur ſatis manifeſtè ea, quam Gregorius Ariminēſis defendit, Auguſtini ſententia. Quandoquidem nemo poteſt Deum finem ultimum ſimpliciter, intendere in ſuis actionibus uirtualiter, niſi prius ipſum intenderit aliquando actualiter: quia ut conſtat, in moralibus intentio uirtualis præſupponit intentionem actualem, uel tunc, uel antea habitam. Rurſus etiam, nemo poteſt Deum intendere implicitè, niſi qui aliquo modo Deum intendit explicitè, ut conſtat diſcurrendo per omnia in quibus reperitur ratio impliciti & expliciti: qui enim nullo modo intendit Deum ultimum finem explicitè, quomodo poteſt intendere Deum ultimum finem implicitè? Semper implicitum includitur & implicatur in aliquo explicito: ſiue ſit implicita ratio, ſiue implicita intentio, ſiue implicita cognitio, aut ali quod tale quoduis: ut, implicetur implicita C ratio, in explicita ratione; implicita intentio, in explicita intentione; implicita cognitio, in explicita cognitione: & ſic de aliis. Sicut ergo nullus poteſt habere cognitionem implicitam de Deo, qui nullā habet de Deo cognitionem explicitam: ita nullus poteſt habere intentionem implicitam de Deo, qui nullam habet de Deo explicitam intentionē. Quod autem dicit Caietanus, hominem neſcientem Deum eſſe finem uniuerſi, intendere Deum implicitè, habendo ſe quandoque ad res ut ſunt in gradibus ſuis naturalibus & ſecundum naturalem ordinem earum, quaſi ipſa intentio hominis in res ipſas in ſuis gradibus includat intentionem hominis in Deū, ob id quòd omnes res creatæ ſuapte natura & naturali ordine in Deum tendunt: quod, inquam, Caietanus ita dicit, nihil ualet omnino ad propoſitum, quia prorſus nullā firmitatem habet in re. Profectò enim qui Deum uerum ignorant finem ultimum ſimpliciter uniuerſi, nullo modo poſſunt cognoſcere aut intendere res ipſius uniuerſi ut ſunt in ſuis gradibus, & ſecūdum ordinem naturalem earum, aut uniuerſi ipſius: quia uidelicet omnes res uniuerſi & totum uniuerſum, habēt naturalem ordinem ad Deum tanquam ad principium primum à quo ſunt & à quo depēdent, atque tanquam ad finem ultimum ſimpliciter, in quem tendunt: gradusq; eſſendi ea D rum eſt dependens, quia earum eſſe dependens, eſt ſine dubio ex natura rei: nec ſolùm dependens, ſed & tendens in finem ultimum ſimpliciter. Et quidem non minus pertinet ad finem ultimum in genere ſecundum gradum ſuum (ita cum uenia dixerim) finalizari fine ultimo ſimpliciter, & in illum tendere, quàm finalizare omnia quæ ſunt ſui generis & eorum tendentias in ipſo genere terminare: quam ueritatem bene nouit idem Caietanus, & explicauit in eodem loco, declarando duas conditiones finis ultimi in genere. Ergo qui non nouit finem ultimum ſimpliciter, profectò non cognoſcit res uniuerſi, nec ipſum uniuerſum, nec finem ultimum in genere, in ſuis gradibus, nec ut ſunt in ſeipſis: ob quod certe nec intendit, nec poteſt in potentia propinqua intendere in res ipſas uniuerſi nec in ipſum uniuerſum nec in finem ultimum in genere, ut ſunt in ſuis gradibus. Sed qui finem ultimum ſimpliciter ingorat, res ipſas uniuerſi in ſuis gradibus ignorat, finem ultimum in genere putat eſſe finem ultimum ſimpliciter, & in illo decipitur atque errat: taliſq; fuit deceptio, & error illorum omnium neceſſarius, qui Deum uerum, finem ultimum ſimpliciter, ignorarunt. Saltem enī

E in eo errabant quòd finem ultimum in genere cognoſcentes, & finem ultimum ſimpliciter ignorantes, neſciebant gradum finis ultimi in genere, & illum putabant eſſe finem ultimum ſimpliciter: ob quod in ipſo per ſe, ſummè, ac ultimatè perſiſtebant, fruentes creatura, fruendoq; utendis, in quo eſt maxima peruerſitas. Hæc fuit demonſtratio Auguſtini quam ſecutus eſt Gregorius, & quam nititur ſoluere ſed non ſoluit Caietanus. Admitimus ergo quod ſentit Caietanus, docens quòd implicitè intendit Deum finem ultimũ ſimpliciter, quiſquis intendit uniuerſum, uel res uniuerſi, aut finem in genere, ut ſunt in ſuis gradibus ſecundum naturam & naturalem ordinem ſuum, quia re uera, pars naturaliter eſt propter totum, totum uniuerſum naturaliter eſt propter Deum, & finis ultimus in genere naturaliter eſt propter finem ultimum ſimpliciter: unde qui explicitè tendit in res naturales, in partes uniuerſi, in ipſum uniuerſum, aut in finem ultimum in genere, ut ſunt in ſeipſis & in ſuis gradibus ſecundum ordinem naturalem, neceſſariò eo ipſo implicitè intendit Deum & finem ultimum ſimpliciter. Negamus autem conſtanter, ſalua ſemper determinatione ſanctæ Matris Eccleſiæ, poſſe nos homines in potentia propinqua, intendere explicitè res ipſas creatas, ut ſunt in ſuis gradibus naturaliter partes

F uniuerſi, totum uniuerſum, aut finem ultimum in genere, niſi prius tempore uel natura cognoſcamus Deum, finem ultimum ſimpliciter cunctorum extra ipſum. Et mirãdum eſt in re huiuſmodi de ipſo. Caietano, quòd ſic facilè in hac re grauiſsima putauit alios deceptos, multo magis ipſe deceptus eſt. Nec exemplum ab eo allatum eum noxę eximit, nec probat aliquid pro ipſo, ſed petit principium, & quaſi ſupponit quod ſibi erat probandum. Nanque appetere, uerbi gratia, Philoſophiæ ſcientiam, quia eſt perfectio intellectus, & nihil cogitando tam ante quàm tunc, eſt quidem appetere bonum; puta intellectum perfectum, eſt, inquam, appetere bonum, propter ſe explicitè: ſed iſtud appetere illud bonum explicitè, non eſt appetere illud bonum implicitè propter Deũ in omnibus, ſed in illis ſolummodo qui cognoſcunt illud bonum pro ut eſt in ſeipſo & in ſuo gradu ac ordine naturali: quali modo nullus hominum cognoſcit illud bonum, niſi omnis & ſolus ille qui nouit alium eſſe finem ultimum ſimpliciter ad quem naturaliter & in ſuo gradu ordinatur & tendit bonum illud, ſcire Philoſophiam, & perfectio illa intellectus. Alii enim, id eſt, quot quot ignorant alium eſſe finem ultimum ſimpliciter ſupra il-

G lud bonum quod eſt ſcire Philoſophiam, ad quem ordinatur illa perfectio intellectus, ignorant naturalem gradum & perfectionem & ordinem ipſius perfectionis, & perſiſtunt in illa, uel illam ordinant ad aliquid aliud ultimatè ad quod ipſa non ordinatur: Ad aliquod uidelicet lucrum, aut commodum. Et ſic in ipſo appetitu ſciendi Philoſophiam, deficit circunſtantia ultimi finis ſimpliciter, & eſt ideo in ipſo appetitu peccatum ueniale aut mortale, ut bene notat Caietanus ſemper aliquod tale peccatum eſſe, ubi & quoties in noſtris operationibus humanis, ſaltem deliberatis, circunſtantia ultimi finis deficit. Hæc fuit igitur optima Philoſophia Auguſtini, quæ optimè alias reliquorum Philoſophias emendauit: hanc ſecutus eſt Gregorius Ariminenſis, noſq; ſequimur, bona tamen eorum pace doctorum, qui alio modo ſapiunt. Nullo igitur modo facit contra Auguſtinum hæc prima obiectio, ſed præualet Auguſtini cũ auctoritas tum demõſtratio. Si autem obiiciatur ex uniuerſali Tridentina Synodo, ubi dicitur, Si quis dixerit opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, quacunque ratione facta ſint, uerè eſſe peccata etc. Anathema ſit. Reſpondemus pro Auguſtino eam uerisſimam determinationem ſancti Concilii, omnino nihil facere ad propoſitum: quia Concilium agit de operibus hominis factis ante iuſtificationẽ;

Obiect. 2
Seſsio. 5.
Can. 7.
Reſpõſ. 2. ad obiect. 2.

H Auguſtinus autem non de illis, ſed de operibus hominis factis extra, ſeu ante ueri Dei cognitionem. Qui ſermones, ualde inter ſe diſcrepant. Affirmamus enim quòd ante iuſtificationem uel poteſt amiſſam iuſtificationẽ, poſſunt homines ueras uirtutes habere, dum modo Dei cognitionem habeant: ante cognitionem, uerò Dei ueri, nequaquam. Acrius magis quàm Auguſtinus, in ſuis epiſtolis & reſponſionibus Synodalibus dixerunt patres generalis Concilii Baſilienſis, Hoc illud eſt, ut ab uniuerſali Eccleſia ſe non ſcindat, extra quam nulla eſt uera uirtus. Ecce grauius dixerunt patres illi, nõ eſſe ueram uirtutem extra uniuerſalem Eccleſiam, quàm dixerit Auguſtinus non eſſe ueram uirtutem extra ueri Dei cognitionem: multi enim extra Eccleſiã, cognoſcunt uerum Deum, & ſecundum Auguſtinum, ueras uirtutes habere poſſunt: quæ ſic ſint uirtutes, ut non ſint uitia. Quaſi utiq; cognitio ueri Dei ſit fons & origo omnium talium uerarum uirtutum. Sic etiam dixit Chriſtophorus Marcellus in ſua oratione habita in Concilio Lateranenſi, Sed quoniam uirtutum omniũ fons & origo eſt amandi uirtus, qua Deum Optimum Maximum noſcimus, colimus & ueneramur, qua bonitatem eius, pulchritudinem, potentiam, maieſtatem,

Epiſtola ſeu reſponſio. 3. aliquantulũ poſt principiũ, ſed longè ante mediũ.
Seſsio. 4.

A ieſtatem, rerumq́; omnium ab eo exitum gradatim, noſq́; metipſos aduertimus, conſpicimus, & amamus, etc. Multi ergo ſunt qui cum Auguſtino ſapiunt & docent, eos libenter ſequimur. Cæterùm ut iam finē huius ſermonis aliquādo faciamus, ſic dicimus, Quicquid ſit de hac quæſtione grauiſsima, ſi quiſpiam dixerit contra Auguſtinum, quòd olim apud infideles idololatras potuerint eſſe aut fuerint, & modo apud tales poſsint eſſe aut ſint ueræ uirtutes, & pro hac ſua aſſertione aliquid auctoritatis uel rationis adduxerit, ipſe uideat. Nobis ſufficit in præſentia, & noſtræ diſputationi præſentis negocii iuxta intentum noſtrum in hoc præſenti libro primo huius partis, quòd ubi uirtutes huiuſmodi, ſiue in his, ſiue in illis hominibus repertæ fuerint, aut unquam fuerunt, Deo & gratiæ eius per Chriſtum Saluatorem noſtrum ſunt tribuendæ; & non ſolis uiribus hominis naturalibus cum ſola generali influentia; pertinente ad gratiam creationis. Hoc eſt enim unum aliud, quòd Auguſtinus manifeſtè determinauit contra Iulianum Pelagianum: Commendans nanque gratiam Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro, & referens dictum Iuliani Pelagiani, quo ei obiiciebat Iulianus uirtutes Romanorum, quaſi habitas non ex gratia Saluatoris, ſed ex uiribus huma-
B næ naturæ, & reſpondendo illi obiectioni, di-
Aug.l.4. cap. 3. cit Auguſtinus pro gratia Saluatoris noſtri quam totis uiribus commendabat, Quanto ergo tolerabilius illas, quas dicis in impiis eſſe uirtutes, diuino muneri potius, quàm eorum tribueres tantummodo uoluntati: licet ipſi hoc neſciant, donec ſi ex illo ſunt prædeſtinatorum numero accipiant Spiritum, qui ex Deo eſt, ut ſciant quæ à Deo donata ſunt eis. Ecce, quicquid ſit de illa alia quæſtione, de qua certum eſt Auguſtinū ita determinaſſe, de hac quæſtione de qua agimus, Auguſtinus ita determinat. Et quidem etiam ſe ipſos Auguſtino in hac ſententia aſſeclas præbent, omnes illi doctores, quos nominauimus, multiq́; alii, ex quibus in ſequentibus multa in medium adducuntur. Oportet enim hanc quæſtionem latius proſequi, propter ſanctum Thomam, Capreolum, Caietanum, & Gabrielem, qui in oppoſitam diſceſſerunt ſententiam, exiſtimantes utique homines idololatras extra cognitionem ueri Dei potuiſſe, poſſeq́; habere ueras uirtutes morales, quæ ſic ſint uirtutes, ut non ſint uitia. Adnotamus autem primùm, hanc quæſtionem eſſe aliam ab illa de qua principaliter agere intendimus: quia aliud eſt quærere, An poſsint homines habere uirtutes morales uel illas uirtuoſè exercere ſine ſpeciali adiutorio Dei pertinente ad gratiam redemptionis: & C
aliud eſt quærere, An teneantur homines referre oēs ſuas actiones alias bonas in Deum, ita quòd malè agant & peccent in illis, ſi eas in Deum nullo modo retulerint, actualiter, uirtualiter, uel habitualiter. Conſtat de diuerſitate harum duarum quæſtionum: circa quas agens Gregorius Ariminenſis iuxta doctrinam Auguſtini, reſpondet ad primam illarum quòd non, & reſpondet ad ſecundam quòd ſic: Capreolus autem quoad primam quæſtionem ſequitur Gregorium, quoad ſecundam uerò, relinquit illum. Quòd Capreo- *Lib. pra*
lus ſequatur Gregorium in prima, conſtat ex *ſenti.*
dictis, ſed quòd illum relinquat in ſecunda, conſtabit ex dicendis.

Si autem particularius agamus, quicquid ſanctus Thomas dixerit in aliis locis, ueluti in ſcriptis ubi clarius uidetur dicere, quòd extra fidem poſsit homo habere mora- *S.Tho.*
les uirtutes: tamen in partibus non ita clarè *ſecūda 2.*
id determinat, quin ex illo etiam habere poſ- *quæſt.10.*
ſemus, quod Gregorius Ariminenſis dicit. *Art.4.*
Mouet enim quæſtionem, Vtrùm omnis actio infidelis ſit peccatum? reſpondet autem quòd non, propter bonam actionem Cornelii. & cætera. In corpore uerò articuli, ex eo quod peccatum non corrumpit omnino bonum naturæ, concludit quòd homo infidelis aliquatenus operari poteſt bona opera, ad D
quæ ſufficit naturæ bonum: & quòd ideo nō oportet, ut in omni ſuo opere peccet infide-
lis: Addens quòd lumen naturalis rationis *Ibidem.*
poteſt dirigere intentionē, reſpectu alicuius *ad 2. ar-*
boni connaturalis. Omnia hæc ipſe ibi dicit, *gum.*
& nihil horum facit cōtra Gregorium. Quandoquidem non probatio ex Cornelio, quia Cornelius non erat infidelis, ut ipſe ſanctus
Thomas fatetur in eodem loco, & conſtat tū *Ibidem.*
per ſe, tum ex dictis Auguſtini in De præde- *ad 3.arg.*
ſtinatione Sanctorum: Quia profectò aliquā *Auguſt.*
fidem tunc habebat Cornelius reſpectu ueri *lib.1.c.7.*
Dei, in qua orabat, eleemoſynas faciebat, *tom.7.*
religioſus erat. Quod etiam dicit ſanctus Thomas, poſſe infidelem aliquo pacto operari bona opera, ad quæ ſufficit naturæ bonum, illudq́; per naturale lumen cognoſcere: non negat Gregorius, immo fatetur; quantum ad talia opera ex ſuo genere bona, ex officio, ſiue ex obiecto. Talem enim cognitionem, aut talem operationem talis boni, ideſt, ex genere, concedit Gregorius poſſe habere infideles omnino extra fidem & cognitionem ueri Dei. Non eſt autem ſermo præſens de tali cognitione, aut tali operatione talis boni, uidelicet tantum ex ſuo genere; ſed ſermo eſt de cognitione & operatione boni moralis uirtuoſi: ideſt, ex ſuo genere, obiectoq́;, &

E omnibus circunſtantiis requiſitis ad bonitatem moralem boni: ad bonitatem moralẽ, inquam, hoc eſt, ad moralem uirtutem, quæ ſic ſit uirtus, ut ex nulla parte ſit uitium. Et de hac quæſtione, nihil determinat ſanctus Thomas in eo loco, ut eſt notum. Quòd autem dicit ſanctus Thomas non oportere ut peccet infidelis in omni ſuo opere, etiam bono animo, concedit Gregorius. Hoc enim uerum eſt in omnibus indifferentibus, aut ex ſuo genere bonis, quæ homo extra cognitionem ueri Dei, abſque ulla deliberatione, ſiue ex ſola imaginatione operatur. Quid ergo? Quomodo poſſunt hæc facere contra Gregorium? Immo nanque ad hanc ſententiam Gregorii, uel potius Auguſtini, uidetur eſſe ſanctus Thomas in eo, quòd mouens quæſtionem, Vtrùm fides ſit prima inter uirtutes: Determinat, quòd fides per ſe eſt prima inter omnes uirtutes alias: & quòd aliæ uirtutes nõ ſunt ueræ uirtutes: niſi præſuppoſita fide, ut habetur per Auguſtinum in libro contra Iulianum. Vnde planè manifeſtum eſt, quòd ſanctus Thomas in hac quæſtione, ſicut & in aliis multis, ne dicam omnibus, ſequitur Auguſtinum: quamobrem quam primùm conſtiterit, quòd Auguſtinus hoc cenſuit, quod docet Gregorius: conſtabit pariter quòd & ſanctus Thomas idem intellexit, idem ſenſit, idem docuit.

Secũda 2. Quæſ. 4. Art. 7.

F Eodem pertinet quod S. Thomas mouens quæſtionem, Vtrùm ſine charitate poſſit eſſe aliqua uera uirtus? dicit quòd uera uirtus ſimpliciter eſt, quæ ordinat ad principale bonum hominis, ſiue finem ultimum: uera uirtus non ſimpliciter ſed imperfecta eſt, quæ ordinat ad bonum particulare, non quidem apparens tantum, ſed uerum. uirtus autem non uera, ſed falſa ſimilitudo uirtutis, eſt quæ ordinat ad bonum, non uerum ſed apparens. Ecce ſuperius dixit quòd non præſuppoſita fide, maximè autem extra cognitionem ueri Dei, non ſunt ueræ uirtutes: hic autem dicit falſas eſſe uirtutes quæ ordinant ad bonum apparens, non uerum. Ergo uidetur docere quòd extra cognitionem ueri Dei, quæcunque uirtutes ſint, ad uerum apparens ordinant. Si enim extra cognitionem ueri Dei nõ ſunt ueræ uirtutes, ut dicit: quæ aliæ ibi ſunt niſi falſæ? Cæterùm ſanctus Thomas allegat Auguſtinum, & ſequitur ipſum: uideamus quid tenuerit Auguſtinus, & illud planè in hac materia tenet ſanctus Thomas. In eo enim libro contra Iulianum, quẽ allegat ſanctus Thomas, multa dicit Auguſtinus quibus ſatis declarat ſuam doctrinam & mentem. Nanque agens de illis qui cognoſcentes Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in

Ibidem. Quæ. 23. Art. 7.

Auguſt. Lib. 4. Cap. 3. tom. 7. Rom. 1.

G cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: ideſt, agens de gentilibus idololatris extra cognitionem ueri Dei idola colentibus, dicit, Quomodo eſt in eis uera iuſtitia, in quibus non eſt uera ſapientia? Quam ſi eis tribuemus, nihil erit cauſæ, cur eos non ad illud regnum peruenire dicamus, de quo ſcriptum eſt, Concupiſcentia ſapientiæ deducit ad regnum. & cætera. Ibi etiam hoc ſequitur Auguſtinus per multa, ut oſtendat non eſſe ibi ueram iuſtitiam, ſeu ueras uirtutes, in quibus uera ſapientia non eſt, oſtendens uerum Deum, uerum finem omnium, & uerarum uirtutum dominum atque auctorem: licet & ibi ſæpe ſint, ſæpeq; reperiantur eſſe multa officia ſeu opera ex ſuo genere bona, ut honorare parentes, ſubuenire indigenti, & ſimilia. Ibi fatetur & probat quædam eſſe uitia quæ finitima uidentur & propinqua uirtutibus, cum tam longè abſint ab eis, quàm abſunt à uirtutibus uitia: ut uirtutibus non ſolùm ſint uitia manifeſta diſcretione contraria, ſicut prudentiæ temeritas; uerùm etiam uicina quodammmodo, nec ueritate, ſed quadam ſpecie fallente ſimilia, ſicut ipſi prudentiæ non temeritas uel imprudentia, ſed aſtutia, quæ aſtutia uitium eſt, ut docet & bene iuxta Philoſophum: quamuis in ſcripturis ſanctis aliquando reperiatur in bono, ueluti, Aſtuti ut ſerpentes. & aliquando in malo, ueluti, In Paradiſo erat ſerpens prudentiſsimus omnium beſtiarum. Ibi fatetur quòd horum uitiorum, quæ finitima uirtutibus dicit, non poſſunt omnium facilè nomina reperiri: aſſerens quòd etſi non inuenitur quemadmodum nuncupentur, cauenda tamen ſunt. Ibi fatetur generaliter, non officiis ſed finibus à uitiis diſcernendas eſſe uirtutes: addens quòd cum facit homo aliquid in quo peccare non uidetur, ſi non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare cõuincitur. Ibi fatetur quòd ueræ uirtutes Deo ſeruiunt in hominibus, à quo dantur hominibus: Deo ſeruiunt in angelis, à quo dantur & angelis: quodq; non ſunt ueræ uirtutes aliquæ, niſi Deo ſeruiant, cui dicimus, Deus uirtutum conuerte nos. Ibi etiam fatetur & docet generaliter, dicens, Quicquid autem boni fit ab homine, & non propter hoc fit, propter quod fieri debere uera Sapientia præcipit: etſi officio uideatur bonum, ipſo non recto fine peccatum eſt. Ita fatebatur Auguſtinus extra cognitionem ueri Dei non eſſe ueras uirtutes, ſed reperiri ibi quædam uitia & peccata ueris uirtutibus ſimilia, finitima, atque propinqua: uidelicet opera ſeu officia ex ſuo genere bona, ſed ex defectu circunſtantiæ

Sap. 6.

Ethic. 6.

H

Matt. 10

Gen. 3.

A tiæ ultimi finis mala.
ABVNDANTIVS, quæſo, & manife-
ſtius oſtendamus mentem Auguſtini ex uer-
bis ipſius in eo libro contra Iulianum. Ita do
cebat Auguſtinus, ut conſtat. Opponebat Iu
lianus Pelagianus contra Auguſtinum quòd
immo extra cognitionem ueri Dei, per ſolã
legem naturalem poterant homines habere
ueras uirtutes & iuſtitiam, eſſeq; boni, pro-
Rom. 2. batique in iudicio Dei: iuxta illud, Gentes
legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui ha-
bent opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, na
turaliter quæ legis ſunt, faciunt: quos defen-
dent cogitationes ſuæ in die qua iudicabit
Deus occulta hominum. Qui cum non poſ-
ſint extra fidem placere Deo, dicebat Iulia-
nus eos in tali caſu eſſe quidem bonos, ſed ſte
riliter. Nec ſolùm ita dicebat Iulianus, ſed
& in exemplum huius doctrinæ ſuæ falſæ ad-
ducebat Fabricium, Fabium, Scipionem,
Regulum: quaſi ipſi extra cognitionem ueri
Dei, ueras uirtutes habuiſſent, boniq; fuiſ-
ſent; ſed ſteriliter, quia idololatræ erant. Re
Ibidem. ſpondet Auguſtinus ad hæc omnia. Primùm,
Lib. 4. quòd nullo modo homines ſunt ſteriliter bo
Cap. 3. ni, ſed qui boni non ſunt, poſſunt eſſe alii mi
tom. 7. nus, alii magis mali: Ad id quod dicit Apo-
ſtolus, Gentes quæ legem non habent, natu
raliter quæ legis ſunt faciunt. dicit Auguſti-
nus intelligendum uel de illis Chriſtianis qui
ex Gentilitate uenerunt. uel de illis operibus
B ex ſuo genere bonis, quæ faciunt etiam idolo
latræ, de quibus non eſt dubium quin nõ nul
la exerceant bona officia, ſed peccantes in il-
lis, ex defectu finis ultimi, quem non cogno
ſcunt. Ad id autem quod adducitur de ſuis co
gitationibus defendentibus in die iudicii, di-
cit, Sed ad hoc eos in die iudicii cogitationes
ſuæ defendent, ut tolerabilius puniantur.
quia naturaliter quæ legis ſunt, utcunque fe-
cerunt; ſcriptum habentes in cordibus ſuis
opus legis, hactenus, ut aliis non facerent,
quod perpeti nollent. Hoc tamen peccantes,
quòd homines ſine fide, non ad eum finem
iſta opera retulerunt, ad quem referre debue
runt. Ecce peccatum erat in illis, quòd illa
opera ex ſuo genere bona, in Deum non refe
rebant: pro quo peccato ipſi in Dei iudicio
punientur, ſed mitius quàm ſi ipſa bona ope
ra omitterent, aut mala oppoſita facerent.
Ad exemplum de Fabricio & aliis, dicit, Mi
nus enim Fabricius quàm Catilina punietur,
non quia iſte bonus, ſed quia ille magis ma-
lus: & minus impius quàm Catilina Fabri-
cius, non ueras uirtutes habendo, ſed à ue-
ris uirtutibus non plurimum deuiando. Hæc
& multa alia dixit Auguſtinus, quibus con-
ſtat, apud idololatras peccatum fuiſſe in opti

mis ſuis moribus: nec poſſe extra cognitio- C
nem ueri Dei, ueras reperiri uirtutes quæ nõ
ſint uitia. Sed de his hæc in præſentia dixiſſe
ſufficiat, de quibus etiam infra alia dicen-
da ſunt.

Continuantur præcedentia, de neceſſaria relatio
ne noſtrarum actionum moralium deliberatarum
in Deum, actuali, uirtuali, uel habituali, ut bonæ
ſint & non malæ: non ſolum ſecundum Auguſtini
eorumq; doctorum quorum meminimus ſententiam,
ſed etiam aliorum non infimæ claſſis Theologorum.

CAP. XXIIII.

MAGISTER ſententiarum Magiſt.
(iuxta Auguſtini doctrinã) ſen. lib. 2.
de uoluntate eiusq; fine in Diſt. 38.
hunc modum diſſerit, Scien
dum ergo eſt, quòd ex fine
ſuo (ut ait Auguſt.) uolun
tas cognoſcitur utrùm re-
cta, aut praua ſit. Finis autem bonæ uolun
tatis, beatitudo eſt, uita æterna, ipſe Deus.
Malæ uerò finis eſt aliud, ſcilicet mala delecta
tio, uel aliquid aliud in quo non debet uolun
tas quieſcere. Finem ergo bonum inſinuat Pſal. 118.
Propheta dicens, Omnis conſummationis ui
di finem &c. Charitas ergo, cuius latum man
datum eſt, finis omnis conſummationis eſt,
id eſt, omnis bonæ uoluntatis & actionis, ad
quem omne præceptum referendum eſt. Vn D
de Auguſtinus in Ench. Omnia præcepta di- Auguſt.
uina referuntur ad charitatem, de qua dicit Cap. 121.
Apoſtolus, Finis præcepti eſt charitas de cor- tom. 3.
de puro, & conſcientia bona, & fide non fi- 1. Tim. 1.
cta. Omnis itaque præcepti finis, charitas
eſt; id eſt, ad charitatem refertur omne præ-
ceptum. Quod uerò ita fit, uel timore pœ-
næ, uel aliqua intentione carnali, ut non refe
ratur ad charitatem, quæ eſt dilectio Dei &
proximi, nondum fit quemadmodum opor-
tet fieri, quamuis fieri uideatur. Tunc enim
rectè fiunt quæ mandat Deus, & quæ conſi-
lio monet, cum referuntur ad dilectionem
Dei & proximi. His uerbis apertè inſinua-
tur, quis ſit rectus finis uoluntatis ſiue actio-
nis bonæ, ſcilicet charitas, quæ & Deus eſt,
ut ſupra oſtendimus. Hæc Magiſter. Ecce
manifeſtè determinat, charitatem quæ Deus
eſt, hoc eſt, ipſum Deum, eſſe finem uolun-
tatis ſiue actionis bonæ: finem autem uide-
licet non ſolùm à natura ſecundum natura-
lem ordinem rerum præfixum, ſed ab ipſo
homine uolente aut liberè agente intentum,
aliquo modo, actualiter, uirtualiter, uel ha Rom. 10.
bitualiter. Idem Magiſter dicit ſtatim, Qui Auguſt.
ergo charitatem ſibi ponit finem, Deum ſibi Proſper.
ponit finem: unde & Chriſtum finem legis Cap. 9.
ad

E ad iuſtitiam dicit Apoſtolus eſſe omni credẽti. Et rectè dicitur Chriſtus finis legis ad iuſtitiam: quia ut ait Auguſtinus in libro ſentẽtiarum Proſperi, in Chriſto lex iuſtitiæ non *Ibi cap. 206.* conſumitur, ſed impletur. Omnis enim perfectio ex ipſo, & in ipſo eſt: & ultra quem nõ eſt quo ſpes ſe extendat. Finis fidelium Chriſtus eſt, ad quem cum peruenerit currẽtis intentio, non habet quo amplius poſsit uenire, ſed habet id in quo debeat permanere. Finis ergo rectus atque ſupremus, Deus Pater eſt, & Filius, & Spiritus ſanctus; nec hi tres ſunt tres fines, ſed unus finis: quia non tres dii, ſed unus Deus. Hæc ille. Significat autem, quòd ſicut fideles debemus in omnibus noſtris actionibus bonis intendere Chriſtum Saluatorem noſtrum, ſaltem aliquo modo actualiter, uirtualiter, uel habitualiter: ita omnes homines debemus in omnibus noſtris bonis actionibus intendere aliquo modo de prædictis, Deum. Ad quod manifeſtè dicit *Magiſt. Vbi ſup.* ſtatim, in eodem loco, Sed quæritur, Vtrum omnes bonæ uoluntates, unum tantum habeant finem? De hoc *Auguſt. Lib. 11. Cap. 6.* Auguſtinus in De Trinit. ita ait, Aliæ atque aliæ uoluntates ſuos proprios fines habent, qui tamen referuntur ad finem illius uoluntatis, qua uolumus beatè uiuere, & ad eam peruenire uitã, quæ non referatur ad aliud, ſed amãti per ſeipſam ſufficiat: quemadmodum uoluntas uidendi,
F finem habet uiſionem: & uoluntas uidendi feneſtram, finem habet feneſtræ uiſionem. *Ibidem.* Altera uerò eſt uoluntas per feneſtram uidendi tranſeuntes, cuius item finis eſt uiſio tranſeuntium: Ad quod etiam prædictæ referuntur uoluntates. Item rectæ ſunt uoluntates, & omnes ſibimet religatæ, ſi bona eſt illa ad quam cunctæ referuntur. Si autem praua eſt, prauæ ſunt omnes. Et ideo rectarum uoluntatum connexio, iter quoddam eſt aſcendentium ad beatitudinem, quod certis uelut paſ- *Prou. 5.* ſibus agitur. Prauarum autem & diſtortarum uoluntatem implicatio uinculum eſt, quo alligabitur qui hoc agit, ut proiiciatur in tene- *Mat. 22* bras exteriores. His auctoritatum teſtimoniis euidenter monſtratur, plures infidelibus rectas eſſe uoluntates, proprios ac diuerſos fines habentes: & tamen unum eundemque, quia omnes referuntur ad unum, qui eſt finis finium, de quo paulò ante diximus. Hæc ille. Ecce manifeſtè determinat ſecundum Auguſtinum & ueritatem, quòd quidem omnes bonæ uoluntates unum habent finem, Deum: *Oppoſitio contra dictũ Magiſtri.* licet tamen bene utique quædam bonæ uoluntates diuerſos fines particulares ſortiantur. Opponit autem idem Magiſter cõtra ſe & cõtra hanc ſuam doctrinam dicens, Verumtamen *Ibidem.* huic ſententiæ, qua dictum eſt fidelium

quaſdam rectas uoluntates diuerſos fines ſor- G tiri, & tamen ad unum referri, uidetur obuia re quod alibi Auguſtinus admonet, ne ſcilicet *2. poſt medium.* nobis duos fines conſtituamus, ita inquiens in libro de ſermone Domini in monte, *Cap. 24. tom. 4.* Non debemus ideo Euangelizare ut manducemus, ſed ideo manducare ut Euangelizemus: ut cibus non ſit bonum quod appetitur, ſed neceſſarium quod adiicitur, ut illud impleatur, Quærite primum regnum Dei, & *Matt. 6. Ibi ca. 22. & c. 25.* hæc omnia adiicientur uobis. Non dixit, primùm quærite regnum Dei: & deinde, quærite iſta, quamuis ſint neceſſaria: ſed ait, Hæc omnia adiicientur uobis, id eſt, hæc conſequentur, ſi illa quæratis: ne cùm hæc iſta quæritis, illinc auertamini: aut ne duos fines conſtituatis, ut & regnum propter ſe appetatis, & iſta neceſſaria propter illud. Ergo propter regnum Dei tantùm debemus operari omnia, non ſolam uel cum regno Dei mercedem corporalem meditari. Ecce hic apertè dicit, ne duos fines nobis conſtituamus, ſed unum tantum: id eſt, regnum Dei, cum ſupra dixerit bonas uolũtates alias & alias proprios habere fines. Hæc ille. Ita ergo ſibi opponit Magiſter. Soluit uerò hæc argumenta *Solutio eiuſdem Magiſt.* contra ſe extructa, dicens, Hæc autem ſibi non repugnare animaduertit, qui uerbis præmiſsis ſimplici oculo diligenter intendit. Qui enim dixit, ne duos fines nobis conſtituamus, ſed omnia propter Regnum Dei faciamus, ipſe præmiſit quòd debemus manduca- H re, ut Euangelizemus. Cum autem hoc ita facimus, actionis illius finem Euangelium conſtituimus: ſed & hunc finem ad regnum Dei referimus. Manducamus enim propter Euangelium, & manducamus & Euangelizamus propter regnum Dei. Duos igitur fines nobis in manducando conſtituimus. Sed ita facientes, nunquid peccamus? Abſit. Nam & ipſe ſic facere ſuadet, ſi diligenter eius uerba inſpiciamus. Cum ergo ait, ne duos fines nobis conſtituamus, fines in diuerſa tendentes intelligi uoluit, ſcilicet quorum alter ad alterum non referatur: Ita & cum dicit, propter regnum Dei tantum omnia agenda, nec cum ipſo mercedem temporalẽ meditandã, ita intelligendum eſt, ut non appetendo meditemur cum regno mercedem temporalem, ita quod non propter regnum ſed propter ſe, ut ſcilicet regnum propter ſe appetamus, & iſta propter illud, ſicut ipſe docet. Si enim petimus uitam æternam, petimusq; etiam temporalia à Deo: ſi ea petimus propter uitam æternam, non offendimus: neque ſiniſtra tunc ſcit quid faciat dextera, quia mercedem temporalẽ non propter ſe meditamur, ſed propter regnum Dei, ut ſit leua ſub ca- *Can. 2.* pite

A pite, & dextera in amplexu. Alioquin ſi hæc temporalia propter ſe quærimus ſicut æterna, miſcetur dextræ ſiniſtra. Ideoq́; cùm *Matt.6.* Dominus dixerit, Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis corám hominibus, ut ui- *Matt.5.* deamini ab eis. alibi ait, Sic luceant opera ueſtra bona corám hominibus, ut glorificẽt Patrem ueſtrum qui in cælis eſt. Propter Deũ ergo omnia facienda ſunt, ut omnia quæ facimus, omniumq́; fines ad eum referamus. Hæc Magiſter. Ecce igitur iterum ſententia Magiſtri aureis literis ſcribenda, ſemperq́; retinenda in memoria, Propter Deum ergo, inquit, omnia facienda ſunt, ut omnia quæ facimus, omniumq́; fines ad eum referamus. Nota uerbum, Referamus, quod certè ſignificat non ſolam relationem naturalem & aptitudinalem quam res ipſæ & fines ſub fine ultimo ſimpliciter, habent ad Deum; ſed etiam relationem quam nos facimus, noſtras actiones & noſtros fines quoſuis citra Deum, ad Deum aliquo modo referendo, actualiter, uirtualiter, aut habitualiter. Hæc eſt eius determinatio manifeſta non de aliquibus, nec de paucis, nec de multis, ſed de omnibus noſtris actionibus; ſicut dicit, Propter Deum ergo omnia facienda ſunt, ut omnia quæ facimus, omniumq́; fines ad eum referamus. Deus igitur in rebus omnibus huiuſmodi debet nobis tanquam finis proponi aliquo mo-

B do, ſicut debet eſſe finis omnium noſtrarum actionum: non poteſt autem aliquo modo ſic proponi, niſi ſit aliquo modo cognitus: Sic autem propoſitum, dicimus, ut excludamus naturalem intentionem intrinſecam ad Deum, quam habent prorſus omnes creaturæ ad Creatorem, etiam bruta, etiam inanimata. Non enim de aliqua tali agit in eo loco Magiſter, ſed de relatione & intentione hominis libera, quam facit homo quiuis, ſuas actiones in Deum referendo. De hac enim poteſt eſſe dubium, quæſtio, & determinatio, non de alia merè naturali, quam nos homines noſtris actionibus aut rebus aliquibus nec dare nec auferre poſſumus. Circa hunc locum Magiſtri ſententiarum, ſicut ipſe quæſiuit, Vtrùm omnes bonæ uoluntates unum tantum habeãt finem? & determinauit quòd ſic, uidelicet Deum, ad quem, finem ultimum ſimpliciter, omnes noſtras actiones, omnia quæ facimus, omniumq́; fines debemus referre: Sic alii doctores catholici aliis *Gregor. Arimin. Lib. 2. Dist. 38. 39. 40. 41. Quæſt. 1. Art. 1.* uerbis quæſierunt, & determinarunt. Gregorius Ariminenſis quæſiuit, Vtrùm ſecundum bonitatem uel malitiam intentionis operantis, ſit bonitas uel malitia in opere eius? Occaſione autem huius quæſtionis determinauit prius de ipſa intentione, oſtendendo quæ ſit bona, & quæ ſit mala. Præmiſit in pri- C mis quòd hoc nomen intentio, ad multa eſt æquiuocum, ſed in propoſito accipitur pro ut ſignificat uolitionem finis, quemadmodũ accipiunt qui hanc ediſſerunt & diſcutiunt quæſtionem: & quòd finis accipitur ſeu intelligitur eſſe tribus modis, communiter, propriè, magis propriè. Finis communiter dictus, eſt quodlibet uolitum, ſeu obiectum uolitionis: finis autem propriè dictus, eſt non quodcunque uolitum, ſed uolitum propter quod aliud eſt uolitum: finis uerò magis propriè, eſt id propter quod aliud eſt uolitum, & ipſum propter ſe tantum eſt uolitum. Et hoc modo accepit Ariſtoteles in ſuis Metaph. dicens, Finis eſt, quod non eſt alius *Lib. 2. tex. c. 8.* cauſa, ſed alia illius. Et Commentator ibi ait, *Commentator ibi.* quòd deſcriptio cauſæ finalis, eſt ut nõ ſit propter aliam cauſam. Auicen. etiam primo *Auicen.* ſufficientiæ dicit, Finis uerus eſt, qui intenditur propter ſe & propter quem cæteræ res appetuntur. Præmiſit ſecundò, quòd bonitas & malitia intentionis, ſicut & bonitas & malitia electionis & operationis ſequentis, attenditur penes conformitatem & deformitatem ad rectam rationem: ut ſicut tunc dicitur operatio bona moraliter ſeu recta & uirtuoſa, quando id taliter fit qualiter fiendum eſſe iudicat recta ratio, ideſt cum omnibus circunſtantiis requiſitis: ſic tunc intentio operantis dicitur bona & recta, quando ipſa D eſt conformis rectæ rationi, ideſt, quando operans id intendit ſeu uult ultimatè & propter ſe, quod ratio recta iudicat ſic eſſe uolendum. Hæc præmiſit Gregorius, Deinde impugnauit opinionem Magiſtri Franciſci de Taruiſio, qui neſcio quibus ſuis imaginationibus deceptus, dixit quòd actus moralis carens aliqua debita circunſtantia, etiam ſi ſit circunſtantia finis quæ inter omnes ſecundũ eum eſt præcipua, abſq; tamen poſitione circunſtantiæ oppoſitæ & malæ de ſui natura uel ex intentione facientis, non eſt moraliter malus, nec uitioſus, nec peccatum, ſed eſt uerè bonus moraliter & uirtuoſus, incompletè tamen propter defectum debitæ circunſtantiæ: contra quam deceptionem illius Doctoris inferius dicuntur multa. Poſtea uerò, quaſi tertio loco, ponit idem auctor Gregorius has ſequentes propoſitiones, Prima eſt, *Concl. 1. Gregorij. Vbi ſup.* Ea ſola intentio eſt recta ſeu moraliter bona qua intenditur ſeu propter ſe diligitur quod eſt propter ſe diligendum, ſiue uolendum: quælibet autem qua uel diligitur quod eſt nõ diligendum, uel quod eſt non propter ſe diligendum, eſt mala. Et utitur, ut declarat, uocabulo dilectionis generaliter, ſecundum quòd omnis uolitio dicitur dilectio. Secun-

E da eſt, Omnis intentio operantis qua aliquid
Concl. 2. aliud à Deo intenditur, ideſt propter ſe, non
Gregory. propter aliud diligitur, eſt mala & uitioſa.
Ubi ſup. Tertia eſt, Nulla eſt cuiuſquam operantis re
Concl 3. cta intentio, niſi Dei propter ſe dilectio. Hæc
Gregory. ille. Credit firmiſsimè quòd intentio pro-
Ubi ſu- priè ſeu magis propriè dicta, eſt dilectio ali-
pra. cuius propter ſe, & quòd nihil citra Deum
poteſt diligi per ſe, propter ſe, ultimatè, uel
ſummè, niſi diligatur aliquo modo propter
Deum, unde quidem neque intendi. Duran
Durand. dus de ſancto Portiano ſimiliter quærit, V-
lib.2.ſen. trùm omnium bonarum uolũtatum ſit unus
Diſt. 38. finis? Quantum autem poſſumus colligere
Quæſ. 4. ſententiam eius, concluſiones ſequentes de-
Concl. 1. clarant, Prima eſt, Proximus finis omnium
Durãdi. bonarum uoluntatum, eſt unus & idem ſecũ
dum ſpeciem circa eandem materiam, ſim-
Concl. 2. pliciter autem non eſt idem. Secunda eſt, ſi
Durãdi. loquimur de fine ultimo ſecundum generalẽ
rationem ultimi finis, omnium uoluntatum
tam bonarum quàm malarum, eſt unus ulti
mus finis: quia, ut ait, ratio generalis ulti-
mi finis, eſt bonum perfectum quietans uolũ
tatem, in ultimo enim eſt quies. In imperfe-
cto enim inquantum huiuſmodi, nihil quie-
ſcit, ſed mouetur ad ſuam perfectionem: quia
motus eſt actus imperfecti; Ergo ratio ulti-
mi finis, eſt quòd ſit bonũ perfectum. Huc tã
dem omnis tendit uoluntas: Hoc enim agit
F maximè omnis uoluntas nihil præterea cu-
rando, ut poſsit carere malo & adipiſci bo-
num; tale autem eſt bonum perfectum, nam
bonum imperfectum inquantum imperfe-
ctum, habet aliquo modo rationem mali.
Concl. 3. Tertia eſt, Sicut loquimur de ultimo fine ſe-
Durãdi. cundum illud in quo ſpecialis ratio ultimi fi-
nis conſiſtit, & ſecundum quod uoluntas ſe-
quitur rationem ſyllogizantem ex principiis
fidei, ſic omnium bonarum uoluntatum eſt
unus finis ultimus, ſcilicet uita æterna. Quar
Concl. 4. ta eſt, Si uoluntas ſequatur rationem delibe-
Durãdi. rantem ex principiis legis naturalis, ſic ma-
gis dubium eſt, an omnium bonarum uolun
tatum ſit unus finis? & ſi eſt unus, quis ſit il
Concl. 5. le? Quinta eſt, Probabilius tenendum eſt
Durãdi. quòd ſit unus ultimus finis, etiam ſic, om-
nium bonarum uoluntatum. Hæc ille, Pro-
bat autem hanc ſuam quintam concluſionẽ,
Quia licet, ut inquit, ſint in nobis principia
multa actuum, & multi habitus & actus, eſt
tamen in eis ordo: quia & potentia ordina-
tur ad potentiam, & habitus ad habitum, &
actus ad actum: ſicut ſenſitiuum (alias forte,
ſenſus) ordinatur ad intellectũ, & habitus &
actus ſenſitiuæ partis ad habitus & actus in-
tellectiuos. Licet igitur propria operatio ſe-
cundum unamquamq; uirtutẽ ſit finis proxi-
mus illius uirtutis, operatio tamẽ perfectiſsi G
mæ potentiæ ſecundũ perfectiſsimũ habitum
reſpectu perfectiſsimi obiecti, ẽ finis ultimus
omnium potentiarum & habituum inferio-
rum: & hoc modo ponit Philoſophus fœlici- *Ariſtot.*
tatem, quæ eſt optima operatio, eſſe totius *Ethic. 4.*
uitæ humanæ finem. Sic ille. Quamobrem
hoc pacto concludit, Nec tamen oportet
quòd hic finis actu & explicitè intendatur in
quolibet actu bonæ uoluntatis, ſed ſufficit
quod intendatur habitu. hæc ille. Magis au-
tem ſuam explicat ſententiam allato exem-
plo, Sicut, inquit, ad bonam uoluntatem ſe
quentem rationem illuminatam per fidem,
nõ requiritur, quòd ſemper actu explicito in
tendatur beatitudo, multi enim ſunt bene fi
deles qui explicitè neſciunt quid ſit beatitu-
do, etiam illi qui ſciunt non ſemper in quoli-
bet bono actu de ipſa cogitant, ſed ſufficit
quòd à principio ordinent actus ſuos ad ſalu-
tem, & uirtus huius ordinis remanet in acti-
bus meritoriis, qui ſuccedunt: & eodem mo
do ſufficit in bonitate morali quòd à princi-
pio intendat homo ea quæ deducunt ad uir-
tutem perfectam, quæ intentio habitu ma-
net in omnibus actibus ſequentibus, etc. Ec
ce quemadmodum requiritur ad bonitatem
moralem, ut uoluntas ſequens rationem deli
berantem ex principiis naturalibus, habeat
ſeu intendat finem ultimum, Deum uerum,
ſecundum illud in quo ſpecialiter ratio finis H
ultimi inuenitur: aut operationem perfectiſ
ſimæ potentiæ ſecundum perfectiſsimum ha
bitum reſpectu perfectiſsimi obiecti, quæ o-
peratio cum ſit optima in ſuo genere, dicitur
fœlicitas & totius uitæ humanæ finis. Sed ſuf
ficit ad bonitatem moralem, quòd à princi-
pio intendat homo ea quæ deducunt ad uir-
tutem perfectam, & tunc ea intentio manet
habitu, in omnibus ſequentibus actibus: ſi-
cut ad bonam uoluntatem ſequentem ratio-
nem illuminatam per fidem, non requiritur
quòd ſemper actu explicito intendatur beati
tudo, ſed ſufficit ut à principio ordinet ho-
mo actus ſuos ad ſalutem, & uirtus huius or
dinis remanet in actibus meritoriis qui ſuc-
cedunt. Marſilius etiam in ſuis libris ſenten- *Marſil.*
tiarum agens de illa quæſtione, Vtrùm ſolo *Lib. 1.*
Deo ſit fruendum? diſtinguit tres fines ulti- *Quæſ. 4.*
mos hominis, obiectiuum, qui eſt Deus; for- *Ibi ar. 2.*
malem, qui eſt beatitudo ipſa: ſubiectiuum,
qui eſt homo beatus aut beatificandus. Qua *Ibidem.*
diſtinctione poſita, aſſerit conſtanter, ſolo *Art. 3.*
Deo nobis eſſe fruendum: ideſt ſolo fine ulti
mo obiectiuo, non formali, nec ſubiectiuo:
adeo ut ſi quis in charitate uel uirtute pro-
pria finem poneret, ſiue etiam alterius, &
eam non in ordine ad Deum diligeret, abu-
ſus

A ſus eſſet. Atque allegat idem auctor ad eandem rem fulciendam, *Magiſt. lib. 1. Diſt. 1.* Magiſtrum ſententiarum qui eandem doctrinam amplexatur ex Auguſtino in De Trinitate. Idemq; auctor *Auguſt. Lib. 13. cap. 22.* Marſilius poſtea abundè tractat iam propoſitam quæſtionem ſcilicet, Vtrùm omnium bonarum uoluntatum ſit idem finis liberè intentus? & cùm multa dicat de appetitu naturali deq; appetitu animali, & ſuis finibus, de *Lib. 2. Quæ. 22. Art. 1.* uoluntate loquens tanquam de appetitu intellectuali, inquirit, Vtrùm omnium bonarum uoluntatum ſit idem tantum & unus finis? Diſtinguit ſtatim illos prædictos tres hominis fines ultimos, ſicut dixerat, obiectiuũ, formalem, ſubiectiuum; deindè ponit nonnullas concluſiones reſponſiuas, quarum, Prima eſt, Quòd licet omnium bonarum uoluntatum humanarum ſit idem finis ultimus formalis quem intendunt ſi completè nõ habent, uel, quem poſsident ſi habent, in ſpecie ſpecialiſsima; tamen ſingularum eſt alius & alius finis in numero. Secunda eſt, conſimilis primæ, Quamuis omnium bonarum uoluntatum humanarum ſit idem finis ſubiectiuus in ſpecie ſpecialiſsima ſingularum: tamen eſt alius & alius in numero. Tertia eſt, Quamuis eiuſdem uoluntatis bonæ poſsint eſſe plures fines ultimi in diuerſis generibus, cauſarum, item & plures fines in eodem genere cauſæ ſubordinati, omnium tamen ho-

B rum in eadem uoluntate bona & in omnibus bonis eſt unus finis in numero obiectiuus ad quem omnes hi tendunt, & propter quẽ omnia alia ab illo deſiderantur, & fiunt. Omnes has propoſitiones ſuas probat ſatis, quoad ſingulas partes earum: & probando tertiam partem tertiæ concluſionis, dicit ad propoſitum, Tertia pars, patet, quia Deus eſt omnium bonorum finium ſicut & omnium bonarum uoluntatum, finis, ſicut dictum eſt in primo, cùm eo ſolo ſit fruendum, ut deducit Ma- *Quæſ. 4. Diſt. 1.* giſter lib. primo: Nec eſſet uoluntas bona uiatoris, niſi actu uel habitu ſe & oĩa ſua ad Deũ diſponeret per modũ finis beatificantis. Hæc ille. Ecce concludit Marſilius quòd non eſſet uolũtas bona uiatoris, niſi actu uel habitu ſe & omnia ſua ad Deũ diſponeret: unde infert ſtatim correlariè, Omnium bonarum uoluntatum eſt tantum unus & idem finis ultimus obiectiuus: ſ. Deus. Richardus de Mediauilla *Richard. de Mediauilla. Lib. 1. Diſt. 1. Art. 2. Quæ. 3.* in ſuis ſentẽtiis mouet quæſtionẽ, Vtrùm ſolus Deus ſit obiectum fruitionis? Arguit autem ad partẽ negatiuam ex Tullio in Rhetoric. dicente, quòd expetendorũ tria ſunt genera, unum quod propter ſe expetendum eſt. ſ. ſcientia & uirtus: aliud quod propter alterum tantum, ut pecunia: alterum quod propter utrunque, ut amicitia. Pro qua parte ne-

gatiua, alia adducit quibus uidetur probari, C quòd creatura poteſt eſſe debitũ fruitionis obiectum. His tamen omnibus non obſtantibus, determinat probatq; ſatis, quòd ſoli Deo propter ſeipſum eſt amore inhærendũ, & per idem ſolo Deo eſt fruendum. Ad argumentum autem quod adducitur ex Tullio, reſpondet quòd illa præpoſitio, Propter, in eo loco ponitur pro præpoſitione, Per: quaſi dicat Tullius, quòd per ſe expetenda ſunt, quia ſicut bona honeſta & per ſe ordinãtia hominem in ultimum finem: non tamen propter hoc ſequitur, quòd expetenda ſunt propter ſe ſicut propter finem ultimum. Vnde, ut inquit, ly, per ſe, excludit per accidens. Ita concludit, ſolum Deum eſſe propter ſe diligendum atque expetendum, quemadmodum ſolo Deo & nulla alia re præterea frui oportet. Idem doctor alibi quærit, Vtrùm *Lib. 2. Diſt. 38. Art. 1. quæſt. 2. Apo. ult.* omnes boni actus uoluntatis, habeant unum finem? Determinando autem ad partem affirmatiuam dicit, In perſona Dei dicitur, Ego ſum Alpha & Omega, primus & nouiſsimus; principium & finis. Sed ſicut in primo libro oſtenſum eſt, unus tantum eſt Deus, ergo omnium bonarum uoluntatum unus eſt finis. Item Auguſtinus De Ciuitate. Quis alius noſter eſt finis, niſi peruenire ad regnum, cuius *Auguſt. Lib. 22. cap. ult.* nullus eſt finis? Sed illud regnum unum eſt, ergo omnium bonorum actuum uoluntatis D unus eſt finis. Item Gloſſa ſuper illud, Siue *Philip. 1.* per occaſionem etc. dicit quòd quiſquis præter Deum aliquid quærit, non caſtè Deum quærit, ergo bonæ uoluntates, præter Deũ non poſſunt conſtituere finem alium. Hæc ille. Qui ſtatim ita reſpondet manifeſtè, Duplex eſt finis principalis, ſcilicet & ultimus & finis proximus ordinatus ad finem ultimum. Loquendo de primo fine, dicendum, quòd omnes bonæ uoluntates habent unum finẽ, ſicut habent unum primum principium motiuum. Loquendo autem de fine ſecundo modo dicto, dicendum quòd plures boni actus uoluntatis poſſunt plures bonos fines habere, ſicut poſſunt habere plura proxima principia motiua. Hactenus ille. Sanctus Bonauentura mouit quæſtionem, Vtrùm ſolo *S. Bonauentura. lib. 1. ſent. Diſt. 1. Quæſ. 2.* Deo ſiue bono increato ſit fruendũ? Reſpondit, quòd ſolo Deo eſt fruendum propriè accepto frui, pro ut dicit motũ cũ delectatione & quietatione: ſed communiter accepto frui, prout dicit motum cum delectatione tantum, omnibus quæ ſpiritualiter delectant & coniuncta ſunt fini, cuiuſmodi ſunt fructus, dona & beatitudines, poteſt frui homo non indebitè. Sed primo modo, ſolo Deo. Hæc ille. Qui cum obieciſſet de uirtu- *Ibidem.* tibus quaſi licitum ſit frui illis, dixit reſpon-

E dendo obiectioni, Ad illud quod obiicitur de uirtute, quòd uirtus eſt bonum honeſtũ, dicẽdum, quòd bonum honeſtum dicitur dupliciter; Aut quod eſt purè bonum, aut in quo relucet eius ſimilitudo. Primo modo, honeſto eſt fruendum, propriè accepto frui: quia hoc ſolùm terminat & quietat. Secundo modo non niſi communiter accipiatur, pro ut dicit delectationem: huiuſmodi enim propter aſsimilationẽ ad Deum, habent pulchritudinem qua nos delectant & alliciunt; tamen in ipſis non eſt quieſcendum, quia tũ amittunt pulchritudinem; quia uirtutes cum ad ſe referuntur, ſuperbæ ſunt & inflatæ. Hæc *Ibidem.* ille. Obiecerat etiam de uera beatitudine hominis formali, qua habita animus quieſcit & delectatur, & nihil ultra poteſt quærere. Sed & huic obiectioni reſpondet, inquiens, Dicendum, quòd beatitudo creata non finit appetitum per ſe, ſed per coniunctionem cum increata: unde anima ipſam diligit propter Deum, non propter ſe etc. Idem alibi quæ*Lib.2.* rit, Vtrùm bonæ uoluntatis ſit unus ſo*Diſt.38.* lus finis, An poſsint eſſe plures? Poſuit diſtin*queſ.3.* ctionem finium, per principalem, & minus principalem ſeu ſub fine: & cùm multa iam dixiſſet ad propoſitum, ita tãdem concludit, Cum enim unum ſolum ſit ſummum & uerũ bonum, quod quietat humanum deſiderium, neceſſe eſt, quòd uoluntas bona ad hoc quod

F recta ſit, ſtatuat ſibi finem unicum etc. Ecce quemadmodum uoluntas non poteſt eſſe recta, niſi ſibi finem unicum ſtatuat; uidelicet Deum uerum, unum ſolum, ſummum, & ue*Magiſt.* rum bonum. Magiſter ſententiarum, ex quo *ſent.lib.1.* uno tanquam fonte hi omnes patres dicta ex*Diſt.1.* ceperunt, ſpecialiter quæſiuit de uirtutibus, Vtrùm uirtutibus ſit utendum, an fruendũ? Reſpondendo autem dixit, Quibuſdam uidetur quòd eis ſit utendum, & non fruendum; & hoc confirmãt auctoritate Auguſtini, qui, ut prætaxatum eſt, dicit non eſſe fruendum niſi Trinitate, ideſt, ſummo & incommutabili bono. Item dicunt ideo non eſſe fruendum eis, quia propter ſe amandæ non ſunt, ſed propter æternam beatitudinem. Illud autẽ quo fruendum eſt, propter ſe amandum eſt. Sed quòd uirtutes propter ſe amandæ non ſint, immo propter beatitudinem ſolam, *Auguſt.* probant auctoritate Auguſtini qui in libro *Lib.13.* de Trinitate contra quoſdam ait, Forte uir*Cap.8.* tutes, quas propter ſolam beatitudinem amamus, ſic nobis perſuadere audent, ut ipſam beatitudinem non amemus: quòd ſi faciunt, etiam ipſas utiq; amare deſiſtimus, quando illam, propter quam ſolam iſtas amauimus, non amamus. Ecce his uerbis uidetur Auguſtinus oſtendere, quòd uirtutes

non propter ſe, ſed propter ſolam beatitudinem amandæ ſint. Quod ſi ita eſt; ergo eis G fruendum non eſt. Aliis uerò contra uidetur, ſcilicet quòd fruendum eis ſit, quia propter ſe petendæ, & amandæ ſunt. Et hoc confirmant auctoritate Ambroſii, qui ait ſuper il- *Ambroſ.* lum locum epiſtolæ ad Galatas, Fructus ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia etc. At hic non nominat opera, ſed fructus, quia propter ſe petenda ſunt; ſi uerò propter ſe petenda ſunt, ergo & propter ſe amanda. Hæc Magiſter. Quibus ſuis uerbis, eas refert duas ſententias differentes, doctorum diuerſimodè de uirtutibus ſentientium: aliis dicentibus quòd non ſint uirtutes propter ſe amãdæ nec fruendæ, aliis uerò è contra, quòd ſic: illis cum Auguſtino ſentiẽtibus, his autem cũ Ambroſio. Volens autem Magiſter has duas differentes ſententias patrum conciliare, ut iam non ſit differentia in rebus ſed in uerbis, ſecundum ſententiam doctrinamq; Auguſtini quam ſequimur, magis tenet, dicens. Nos autem harum quæ uidetur authoritatum repugnantiam de medio eximere cupientes, dicimus quòd uirtutes propter ſe petendæ & amandæ ſunt; & tamen propter ſolam beatitudinem: Propter ſe quidem amandæ ſunt, quia delectant ſui poſſeſſores ſincera & ſancta delectatione, & in eis pariunt gaudium ſpirituale. Verumtamen non eſt hic conſiſtendum, ſed ulterius gradiendum. Non hic H

hæreat dilectionis greſſus, neque hic ſit dilectionis terminus: ſed referatur hoc ad illud ſummum bonum, cui ſoli omnino inhærendum eſt: quia illud propter ſe tantum amandum eſt, & ultra illud nihil quærendum eſt: Illud eſt enim ſupremus finis, ideo Auguſtinus dicit quòd eas diligimus propter ſolam beatitudinem: non quin eas propter ſe diligamus, ſed quia id ipſum quod eas diligimus, referimus ad illud ſummum bonum, cui ſoli inhærendum eſt, in eo permanendum, finiſq; lætitiæ ponendum. Quare uirtutibus non eſt fruendum. Hæc dixit Magiſter determinando manifeſtè ſecundum ſententiam, quòd uirtutes quidem ſunt propter ſe petendæ & amandæ, ex eo ſolùm quòd delectant ſui poſſeſſores ſincera & ſancta delectatione, & in eis pariunt ſpirituale gaudium: ſimul docens conſtãter atque ueriſsimè, quòd in uirtutibus non eſt conſiſtendum, ſed ultra gradiendum, nec eis fruendum, & quod in uirtutibus non debet hærere dilectionis greſſus, nec debet eſſe dilectionis terminus; ſed quòd diligentes ſeu diligendo uirtutes, ipſas uirtutes aut ipſam dilectionem uirtutum in Deum ipſum & ſummum bonum ſimpliciter referamus, aut referre debeamus. Quam ſuã

doctri-

A doctrinam magis ac magis declarat in ſequen
tibus. Obiicit enim contra ſeſe, inquiens,
Sed dicet aliquis, Frui eſt amare, inhærere ali
cui rei propter ſeipſam, ut prædictum eſt.
Si ergo propter ſe uirtutes amandæ ſunt, &
eis fruendum eſt. Soluens autem hanc obie-
ctionem, inquit, Ad quod dicimus, in illa
deſcriptione, ubi dicitur, propter ſe ipſam;
intelligendum eſt tantummodo, ut ſcilicet
ametur propter ſeipſam tantum, ut non re-
feratur ad aliud, ſed ibi ponatur finis, ut ſu-
Auguſt. pra oſtendit Auguſtinus dicens, Si inhæſeris
in De do atque permanſeris, finem ponens lætitiæ, tūc
ctr. Chri- uerè & propriè frui dicendus es: quod non
ſtiana. eſt faciendum, niſi in illa Trinitate, ideſt, ſum
Lib. 1. mo & incommutabili bono. Vtendum eſt er
Cap. 33. go uirtutibus, & per eas fruendum ſummo
Auguſt. bono: Ita & de uoluntate bona dicimus. Vn
Lib. 10. de Auguſtinus in libro de Trinitate ait, Vo-
Cap. 1. luntas eſt per quam fruimur, ita & per uirtu-
tes fruimur, non eis, niſi forte aliqua uirtus
ſit Deus, ut charitas: de qua poſt tractabi-
tur. Hæc ille. Ecce & hic declarat Magiſter
expreſsè, quòd licet uirtutes ſint propter ſe
amandæ, non tamen ſunt amandæ propter ſe
tantum; ſed uel uirtus ipſa, uel uirtutis dile-
ctio eſt in Deum referenda, qui eſt ultimus fi
nis ſimpliciter. Atque per hoc aſſerit cum
omni conſtantia, non eſſe nobis fruendū uir-
tutibus: quia uidelicet non licet nobis ama-
B re uirtutes propter ſe tantum, ſed oportet
nos amantes illas, eas ſeu earum dilectionem
in Deum referre, ideſt, ut omnes aiunt, & be
ne, actualiter, uirtualiter, uel habitualiter.
Quomodo igitur uirtutes dicuntur amandæ
propter ſe? Quidem, (ſicut bene expoſuit
ſanctus Bonauentura, ſeu Richardus de Me
dia uilla) ut illa præpoſitio, Propter, tantū ua
leat, quantum illa præpoſitio, Per: ita ut ea lo
cutio qua dicimus, uirtutes eſſe amandas pro
pter ſe, intelligatur uel uti ſi dicamus uirtutes
eſſe amādas per ſe: ut illud per ſe, excludat per
accidens, non autē finem ultimū ſimpliciter.
Sic ergo ii patres omnes docuerunt de uir-
tutibus, ut omnes dicant iuxta Auguſtinum,
immo iuxta ueritatem ab Auguſtino propo-
ſitam atque probatam, quòd diligentes uir-
tutes, debeant ipſas uirtutes uel earum dile-
ctionem in Deum aliquo modo referre. Idē
Idē Ma Magiſter ſententiarum quæſiuit, utrùm om-
giſt. alibi, nis intentio, omneq; illorum opus malum
Lib. 2. ſit, qui fidem non habent? Ad quam quæ-
Diſt. 41. ſtionem duas ponit opiniones doctorum di-
ſcrepantes, Alteram illorum à quibuſdam
non irrationabiliter (ut inquit) aſtruitur, qui
dicunt omnes actiones & uoluntates homi-
nis ſine fide malas eſſe, quæ, fide habita, bonæ
exiſtunt: Alteram illorum doctorum qui alio
modo ſentiunt, & ad fundamenta illorum C
doctorum prioris ſententiæ reſpondent. Sed
de hac quæſtione paulò poſt dicetur nō nihil,
modo enim de huiuſmodi rebus aut dictis ſa
tis. Linconienſis in ſuo ſermone de Aduentu, *Linconiē*
qui incipit, Erunt ſigna in Sole etc. ait ſic, *ſis, in quo*
In doctrina quoque morali Philoſophorum *dam ſer-*
& in conuerſatione multorum Gentilium, *mone.*
ut Scipionum & Africanorum, uidebantur
lucere huiuſmodi ſplendidæ ſtellæ uirtutum;
ſed nunc uerè manifeſtum eſt quòd ſine fide
Chriſti, nulla eſt uera uirtus in alicuius do-
ctrina, ſeu conuerſatione. Et hoc ipſum dicit
ſenſiſſe Auguſt. in ſuo Enchi. Vbi tractans *Cap. 37.*
de quatuor uirtutibus Cardinalibus, & quæ
rens, An Cato & Scipiones, uirtutes habue-
rint? ait ſic, Concedimus cum Auguſtino
quòd ſine fide Chriſti Ieſu, nullus unquam ha
buit aut habere potuit ueram uirtutem. Et
probat immediatè ſic, Non enim poteſt eſſe
amor ordinatus ubi contemnitur aut non a-
matur quod maximè amandum eſt. Cum ue
rò non amatur niſi quod ſcitur aut creditur,
patet quòd qui neſcit aut nō credit Dominū
Ieſum Chriſtum, nō amat, ſed magis contem
nit quod maximè amandum eſt: quapropter
in tali non eſt uirtus. Ita probauit Linconien
ſis quòd extra cognitionem ueri Dei, non po
teſt eſſe amor ordinatus: per conſequens igi-
tur, nec actus moraliter bonus. Omnis enim
actus uirtuoſus, eſt amor ordinatus, uel ip- D
ſum neceſſariò ſupponens. Ita, inquam, pro
bauit Linconienſis, ut refert Gregorius de *Gregor.*
Arimino. In De Trinitate dicit iterum Augu *Vbi ſup.*
ſtinus, Non quòd non ſit amanda creatura, *lib. 2.*
ſed ſi ad creatorem refertur ille amor non iā *diſt. 26.*
cupiditas, ſed charitas eſt. Tunc enim eſt cu *quæſ. 1.*
piditas cum propter ſe amatur creatura: tūc *Art. 1.*
non utentem adiuuat, ſed fruentem corrum *Auguſt.*
pit. Lactantius Firmianus iterum ad propo *Lib. 9.*
ſitum, cum agit de cupiditate ac metu, affe- *Cap. 8.*
ctionibus ſeu paſsionibus animæ, dicit, Me *Lactant.*
tus igitur & cupiditas ſi proiiciantur, in ter *lib. 6.*
ram, uitia fient: Virtutes autem, ſi ad di- *cap. 17.*
uina referantur. Hæc ille. Agit contra
Stoicos, ſed ut conſtat ex præcedentibus &
ſubſequentibus, talem ipſe ponit generalem
ſententiam, ut extra cognitionem ueri Dei,
nullam concedat ueram uirtutem: pro qua
re iam ex ipſo multa diximus: nunc de rela-
tione uirtutum in Deum agimus, de qua ipſe
ita loquitur, ut conſtat.

QVIDAM doctores dixerunt quòd nul- *Gabriel*
lus actus ſit bonus, qui caret circunſtantia fi- *refert ex*
nis ultimi. Refert dictum eorum Gabriel Biel *aliis.*
in ſuis libris ſententiarum, & non impugnat. *Lib. 2.*
Nonnulla dicit ſanctus Thomas, & multa *Diſt. 7.*
Scotus quæ ad hanc ueritatem facere uiden *quæſt. 1.*
tur: *Art. 1.*

E tur:ſed ea iuſtis de cauſis, in caput ſequens reiiciuntur. Sed quo ad Gabrielē & ſuam ultimam determinationem non parum uidentur referre quæ ipſe dicit aliàs. Ipſe nanque alibi generaliter ita dicit, Actus enim qui non fit propter Deum, ſed præciſè propter creaturam, ſi ibi ſtatuit finem ultimum, erit fruitio creaturæ. Etiam ſi propter Deū in ordine ad creaturam finaliter, erit uſus Dei; quæ eſt omnis peruerſitas ſecundum Auguſtinū, & ita mortale peccatum, & per conſequens impedimentū gratiæ. Si autem fit propter creaturā, non tamen ibi conſtituendo finē ultimū, nec tamen in ultimū finē referendo, licet non ſit fruitio creaturæ, quia tamē caret circūſtantia ultimi finis, non eſt perfectè moraliter bonus. Hæc ille. Ecce actus moralis & ſi aliàs ex genere bonus, ſi caret circunſtantia ultimi finis, non eſt perfectè moraliter bonus: & erat ſermo de ultimo fine, qui eſt Deus. Actus igitur carens tali circunſtantia, non eſt perfectè bonus moraliter, ſecundū hanc Gabrielis determinationem: & ſic per conſequens pro fectò ſecundum ipſum, ille actus talis non eſt moraliter uirtuoſus. Nanque actus moralis qui ob defectum alicuius circunſtantiæ non eſt perfectè moraliter bonus, per idem nec eſt moraliter uirtuoſus. Aut enim illa circunſtantia eſt de requiſitis apponendis,

Lib. 4. Diſt. 14. Quæſ. 2. Art. 1. Notab. 2 circa opinionem tertiam. Auguſt. in lib. 83. quæſt.

F aut non. Si non, Igitur carentia illius non impedit perfectam bonitatem moralem. Si ſic, Ergo, defectus illius impedit ſine dubio moralem uirtutem. Ad bonum nanque morale uirtuoſum nulla debet circunſtantia deficere de requiſitis, ſecundum Ariſtotelem in ſua doctrina morali: de qua doctrina ipſius paulò poſt dicuntur multa, ſuo loco. Idem auctor Gabriel, fatetur etiam alibi quòd actus carens circunſtantia ultimi finis, non eſt perfectè moraliter uirtuoſus, licet tamen ſit uerè uirtuoſus. Fatetur inſuper non requiri ut actus bonus moraliter ſemper referatur actualiter in Deum, qui eſt finis ultimus: Fatetur quòd defectus circunſtantiæ requiſitæ ad bonitatem moralem, facit actum elicitum non bonum, non tamen neceſſariò malum. Sed de argumentis ipſius quibus id probare nititur, in quo à nobis diſcrepat uel diſcrepare uidetur, eo quòd ſequitur capite agendum eſt.

Ariſtot. Ethic. 2. per multa. Lib. pra ſenti. Gabriel Lib. 2. Diſt. 28. Quæſ. 1. Art. 1. notab. 1.

Proſequimur præcedentia de relatione omnium noſtrarum bonarum actionum in Deum, actuali, uirtuali, uel habituali: qua non attenditur ſolum ſecundum naturalem ſtructuram atque ordinem bonarum rerum (ita dixerim) uolitarum in ultimum finem ſimpliciter, ſed etiam ſecundum quam dicunt referibilitatem ipſius uoluntatis, ſaltem potentialem in potentia propinqua. Referuntur doctores qui diuerſa ſentire uidentur, eorumq; ſententia hauḋquaquam probantur, uel accipiuntur. G

CAP. XXV.

Ita ergo docet ſchola Chriſtiana recentium Theologorum iuxta doctrinam antiquam uetuſtiorum doctorum ſanctitate præcellentium, uidelicet, quòd omnium bonarum uoluntatū; uolitionum, ſeu actionum moralium deliberatarum, unus eſt finis quem intendere ultimò debemus, Deus ipſe uerus: etiam uolendo, diligendo, aut amando non ſolùm res delectabiles, aut utiles huius ſæculi quæ infra nos ſunt, nec ſolùm nos ipſos; quin etiam bona honeſta, uirtutes, dona, beatitudines, ipſam propriam beatitudinem formalem, denique omnia ſeu quæuis creata bona. Hæc eſt ueritas Catholica, de qua iam per multa egimus, & quam ſatis uidetur probare ſanctorum & catholicorum tum antiquorum, tum recentiorum auctoritas uenerandæ: & in qua corrigit, reprehendit atque emendat ſchola Philoſophorum Chriſtianorum, ſcholā Philoſophorum Gentilium, atque Ethnicorum. Gentiles enim Philoſophi qui præ aliis ſui tēporis ſuiq; generis ſapientes fuere, quaſi per nubem quaſiq; quodam modo diuinātes, ueritatem nouerunt, in eo uidelicet quòd fœlicitatem hominis, beatitudinem, ſeu ultimū finem formalem in uirtutibus ſeu potius in operationibus quæ ſunt ſecundum uirtutes conſtituerunt conſtanter: uelut i dum homo ſecundum rationem uiuit, beneq; ac rectè ſuas potentias ſuperiores, in quibus differt à brutis, partem noſtram rationalem per ſe, partemq; noſtram rationalem per participationem, exercendo: partem noſtram intellectiuam ſcientificam, intellectiuam ratiocinatiuam, concupiſcibilem, & iraſcibilem, intellectumq;, memoriam, uoluntatem: maximè autem exercendo potentiam perfectiſſimam circa obiectum ſuum perfectiſsimū. In qua tamen ſua ſententia errauerunt ipſi dupliciter, Altero, modo quia non agnouerunt uirtutes altiores infuſas neque altiora earum opera, quibus magis perficiuntur naturales noſtræ potentiæ, nec claram Dei Optimi uiſionem & neceſſariò ſequentem ſeu concomitantem eiuſdem ineffabilem fruitionem, amorem ac delectationem & gaudium: ſed ſolas uirtutes naturales, ideſt, acquiſitas ſeu acquiſibiles, morales, aut intellectuales, purgatorias, ſeu purgati animi. Alterò, uerò, quia de ipſis uirtutibus agentes quas ſolas H

A ſolas nouerunt, eas propter ſe appetendas eſſe dixerunt atque amandas, tanquam hominis potiora bona atque potiſsima formalia, ſiue ipſas uirtutes, ſiue potius, ſecundum Ariſtotelem, uirtutum opera: non ita diſtinctè determinantes, neque ita diſtinctè docentes ea bona eſſe etiam in Deum Optimum Maximum referenda, quanquam & de hoc aliqui non nihil dixiſſent aliquo modo, & explicaſſent. Cæterùm autem, quicquid ſit de illis Philoſophis Gentilibus cum quibus iam nobis nullum eſt bellum, eo quòd eorum ſcripta iam olim ſopita abolitaque ſunt, noſtra uerò Chriſtiana ueraq; obtinent ac uigent, cum quibuſdam ex noſtris adhuc agimus, qui alio modo quàm communis ſchola Chriſtiana docet, putant homines, etiam idololatras extra cognitionem ueri Dei, poſſe licitè amare uirtutes propter ſeipſas. Cōtra eos igitur nunc agimus. Agentes autem cōtra ipſos, contenti ſumus auctoritate ſanctorum doctorum, & catholicorum doctorum rationibus; ex quibus iam aduerſus eos qui aliud ſapiunt, multa poſuimus. Monitos autem lectores nolumus, noſtram non eſſe controuerſiam de relatione uirtutum facienda in Deum: quia profectò omnes à maximo uſque ad minimum ea fieri debere docuerunt. Quo fit ut de illa facienda, nulla eſſe debeat controuerſia. Nullus enim noſtrum audet ne-
B gare, debere omnes noſtras quas dicunt uolitiones bonas, in Deum tendere, etiam uolitionem, uirtutum, donorum, beatitudinem, atque inſuper & propriæ beatitudinis formalis: unde multo minus aliorum bonorum creatorum cuiuſuis ordinis, gradus, dignitatis, conditionis, ſpeciei, aut generis. Eſt tamen differentia in modo referendi, ſecundum quod aliqui dicunt: ideſt, eſt differentia de ſufficienti relatione uirtutum in Deū optimum. Quamobrem & qui oppoſitum tenent ipſi iidem fatentur, oportere omnem actum noſtrum bonum, etiam bonam uolitionem uirtutum, referri aliquo modo in Deum: ſed differunt in modo referendi quē dicunt requiri, quia quidam putant ſufficere referibilitatem naturalē qua finis aliquis proximus aptus natus eſt referri in finem ultimum, ut ſi quis illum talem finem proximū in ultimum finem referibilem nelit, eligat, aut diligat ſimpliciter, non peccet, etiam ſi finem ultimum ignoret. Sed omnia proſequamur maximeq; enitamur ut rem hanc apertiorem, magisq; peruiam faciamus. Magiſter ſententiarum ut paulò ante iam ex illo diximus, quæſiuit, Vtrùm omnis actio, omneq; illorum opus malum ſit, qui fidem non habent? circa quam quæſtionem in eodem lo-

Magiſt. ſent. Lib. 2. Diſt. 41.

C co, habitum eſt in controuerſia apud doctores catholicos ſcholaſticos, Vtrùm ad bonitatem moralem cuiuſcunque actus requiratur relatio eiuſdem actus in Deum, actualis aut habitualis? ſeu etiā uirtualis? Et eſt hæc quæſtio grauiſsima apud doctores, de qua modo agimus. Sanctus Thomas iuxta Magiſtrum quæſiuit, Vtrùm aliquis actus hominis infidelis poſsit eſſe bonus? & determinat quòd aliqua opera infidelium fuerunt & poſſunt eſſe bona: quantum ad bonitatem eſſentialem, quantum ad bonitatem ex obiecto, quātum ad bonitatem ex circunſtantia, ex debita commenſuratione circunſtantiarum, & quantum ad bonitatem ex fine proximo: licet non quantum ad bonitatem meritoriam, quæ eſt ex ordine ad finem ultimum per habitum gratiæ & charitatis. Opponit ſanctus Thomas in eo loco contra hanc doctrinam, dicens, Omnis actus bonus, eſt rectus, ſed omnis actus rectus, procedit ab intentione recta: cum igitur fides intentionem dirigat, Videtur quòd ubi non eſt fides, actus bonus eſſe non poſsit. Huic autem obiectioni ſuæ, ita ipſe reſpondet, Dicendum quòd fides dirigit intentionem in finem ultimum, ſed ratio naturalis uel prudentia poteſt dirigere in aliquem finem proximum: & quia ille finis proximus, eſt ordinabilis in finem ultimum, etiam ſi actu nō ordinetur, ideo in infidelibus quorū actus per uim rationis in talem finem diriguntur, poſſunt aliqui actus eſſe boni: ſed deficientes à perfecta bonitate ſecundum quam actus eſt meritorius. Hæc ille. Ecce non requirit ſanctus Thomas aliam relationem actus noſtri, uel rei uolitæ in Deū pro uirtute morali habenda, niſi ſolam referibilitatem ipſius rei uolitæ uel finis proximi ad quem refertur: & ſecundum hanc determinationem ſuam concedit fuiſſe uirtutes morales in Gentilibus: ut ipſe docet in multis locis, in quibus diſtinguit de fine ultimo & de fine proximo, uolens ubique quòd ſufficiat ad uirtutem moralem, ſi ſit finis proximus bonus ſecundum ueritatem, non autem ſecundum apparentiam ſolam. Hinc eſt quòd Capreolus iuxta doctrinam ſancti Thomæ ita conſtituit regulam, Non oportet quòd quilibet actus referatur actualiter in finem ultimum ſupernaturalem, nec habitualiter, nec uirtualiter, ad hoc quòd ſit moraliter bonus. Concedit etiam quòd actus uirtutis in ſe habet ſufficientem bonitatem, quare diligi debeat propter ſe, quia eſt ultima perfectio naturalis hominis, nec naturalis ratio dictat euidenter, ipſam debere referri in ulteriorem finem: fama uerò, gloria, & diuitiæ non habēt in ſe ſufficientem bonitatem qua propter ſe diligi

D

S. Tho. lib. 2. diſt. 41. quæſt. 1. Art. 2.

Ibidem.

Ibidem. Ad 2.

Prima 2. Quæ. 65. Art. 2. Et ſecunda 2. Quæ. 23. Art. 7.

Ioannes Capreol. Li. 2. ſen. Diſt. 41. Quæſt. 1. Art. 3. ad 6. argum.

Art. eod. Ad primam confirmationem.

E diligi debeant, cum ſint uel eſſe poſsint inſtrumenta uitii, & uirtutis indifferenter, nec ſint de intrinſeca perfectione hominis, licet inſtrumenta perfectionis; & ratio naturalis dictet talia non eſſe ſecūdum ſe bona hominis. Concedit quòd aliqua operatio eſt propter ſe diligenda, & omnes aliæ propter illam, non eſt ſolùm & præcisè quia eſt melior & diligibilior aliis; ſed potius quia ratio naturalis dictat, quòd aliæ non habent ſufficientem bonitatem nec diligibilitatē ſine relatione ad beatitudinem, ipſa uerò beatitudo, uidelicet naturaliter cognoſcibilis de qua agebat, ſecundum dictamen rationis naturalis, habet ſufficientem diligibilitatem ſine relatione ad ulteriorem finem. Addit his, dicens, Quòd enim omnes actus uirtutum, etiam beatitudo uiæ referenda ſit in finem ſupernaturalem, ſolùm conſtat ex dinina reuelatione, & non ex dictamine rationis naturalis: & ideo contra dictamen rationis naturalis eſt diligere aliquas creaturas propter ſe, nō autem diligere alias propter ſe. Hæc ille. Ecce tota ratio, quare licet ſecundum Capreolum diligere aliquas creaturas propter ſe, non referendo illas in finem alium ulteriorem, id eſt, uirtutes ſeu uirtutum opera, eſt, quia ratio naturalis dictat eas habere ſufficientem bonitatem & diligibilitatem: atque quia ſola diuina reuelatio, non autem ratio naturalis, oſtendit nobis quòd ea bona ſint etiam in ulteriorem fi- F

Caietan. nem, ideſt, in Deum referenda. Caietanus, *Ubi ſup.* qui poſt Capreolnm, ſecundus Commentator Sancti Thomæ fuit & defenſor optimus, ſanctum Thomam etiam ſecutus eſt: uerùm ab ipſa manifeſta ueritate uictus, conceſsit iuxta doctrina communem omnium ſapientum, oportere omnem noſtrum actum moraliter bonum, ſeu moraliter uirtuoſum referri in Deum actualiter, uel uirtualiter, uel habitualiter. Vt autem doctrinā ſancti Thomæ de uirtutibus Gentilium defenderet, & ſimul cognitionem ueri Dei tanquam nō neceſſariam excluderet, fugit ad implicitum uel explicitum: tenens omnino, quòd ſufficiat referibilitas rei, nihil adducens in ſua declaratione, niſi forte quòd ad maiorem obſcuritatem, ſeu maiorem difficultatem faciat rei ſeu ueritatis intelligendæ. De quo, quia iam multa diximus, modo ſatis. Etenim ſanctus Thomas memorat qualitatem præcepti quo tenemur noſtras actiones & bona omnia creata in Deum referre, quia uidelicet eſt præceptū affirmatiuum, obligans ſemper ſed non pro ſemper: ſed quidem ita docens agebat uel magis uidetur egiſſe de relatione noſtrarū actionum aliorumq; bonorum in Deum, pro ut eſt ipſe Deus à nobis ſupernaturaliter cogno-

Ubi ſup. Li. 2. ſen. diſ. 41. Queſ. 1. Art. 2. ad 4. argum.

ſcibilis, per fidem Chriſtianam & doctrinam nobis cœlitus reuelatam. Scotus quæſiuit, Vtrùm aliquis actus poſsit eſſe indifferens? determinaturus autem quæſtionem poſuit tres modos referendi actum in finem ultimū, qui eſt Deus: ideſt, modum referendi actualiter, ſicut cogitans actualiter de fine, diligit illum, & uult aliquid propter illum: modum referendi uirtualiter, ut dum ex dilectione & cognitione finis, deuentum eſt ad uolitionē huius entis ad finem: & modum referendi habitualiter, puta ſi omnis actus referibilis in finem, manens cum charitate quæ eſt principium referendi, dicatur referri habitualiter. Similiterq; poſuit tres modos non referendi actum; modum non referendi negatiuè abſolutè, ut dum quis non refert actualiter, nec uirtualiter: modum non referendi priuatiuè, ut dum actus non eſt aptus referri, ſicut peccatum ueniale: modum non referendi contrariè, ut dum actus corrumpit principium referendi, ſicut eſt peccatum mortale, quod utique corrumpit habitum charitatis referentis noſtras actiones in Deum optimum. In eodem loco dicit Scotus, quòd omnis actus referibilis in finem, manens cum charitate quæ eſt principium referendi, dicitur referri habitualiter: ſimulq; dicit de illo actu quòd ſi non refertur actualiter nec uirtualiter, dubium eſt, utrùm talis actus ſit meritorius, an peccatum ueniale, an indifferens. Iudicat tamen probabile eſſe, eos actus eſſe indifferentes, quia, ut inquit, non tenetur homo referre ſemper actum ſuum in Deum actualiter uel uirtualiter: quia ut quoque dicit, Deus non obligauit nos ad hoc. Gabriel Biel in ſuis ſententiis mouet quæſtionem, Vtrùm tantum omni alio à Deo ſit utendum? ponit etiam ad declarationem & determinationem quæſtionis, eoſdem tres modos referendi atque alios tres non referendi, ſecundum numerum Scoti: modum referendi actualiter, ut dum quis actu cogitans de fine, uult actum propter finem: modum referendi uirtualiter, ut quando ex cognitione & dilectione finis, deuentum eſt ad uolendum aliquid quod conducit ad finem, licet tunc non cogitet actu de fine: modum referendi habitualiter, ut quando aptus natus eſt referri in finē: uel ſic, quando manens cum charitate eſt referibilis in finem. Modos autem non referendi tres explicat atque declarat, ut Scotus. Dicit quòd actus dicitur tunc referri uel eſſe referens (alias forte, referibilis) habitualiter, quando eſt rectè circunſtantionatus, de genere bonus, rationi rectæ conſentaneus, ita quòd poſſet per uoluntatem in finem debitum referri, ſi haberetur de eo actualis cognitio.

G *Scotus. Lib. 2. diſt. 41. Queſ. 1.*

H *Gabriel. Lib. 1. diſt. 1. Queſt. 1. Art. 1. Notab. 5.*

A gitatio. Etiam paulò poſt uolens ſaluare ſententiam Gregorii Ariminenſis, ait, Siquidem referre habitualiter, eſt actum eſſe aptum natum referri actualiter. Dato etiam quòd ipſe agens non ſit in gratia, ſicut aliquis infidelis Deum ignorans, & tamen eliciens actum aliquem ſecūdum dictamen rationis rectæ lumine naturali illuſtratæ, is dicitur habitualiter referre: eo quòd producit actum non malum, natum referri actualiter in finem ultimum. Hæc ille. Infra dicit quòd Gregorius nullibi explicat quid ſit actum habitu referri in Deum, & ideo mens eius latet: dicitq; quòd credit dicta Gregorii uera, ſi per habitu referre, intelligatur id quod ipſe Gabriel intelligit; iuxta quam intelligentiam cōſtanter inquit, Si quis diligit aliquid, & non diligit ipſum propter Deū actu uel habitu, profectò peccat. Quod eſt dictum, ſententia, doctrinaq; Gregorii. In multis aliis locis ſuorum librorum ſententiarum agit Gabriel de his, uel etiā aliis ſimilibus quæ ad hanc materiam faciunt: Tangit etiam naturam præcepti quo tenemur noſtras actiones referre in Deum: quia eſt illud præceptum, affirmatiuū. Ecce & quoq; Gabriel fatetur, quòd oporteat nos referre omnes noſtras actiones in Deum, ut ſint non malæ, ſaltē habitu: niſi quòd referre habitu, explicat ſuo modo: nullam ponens relationem ex parte noſtra, ſed ſolam referibilitatem ex parte obiecti, ſeu ex parte actionis ipſius. Ii ſunt igitur doctores qui aliam partē tenuerunt, aliiq; non pauci qui hos imitati fuerūt, & ſuā ſequuntur determinationem: quos omnes in eo arbitramur conuenire, quòd ſolā referibilitatem obiecti, uel actionis, requirunt in ultimum finem, ſanctus Thomas, Capreolus, Caietanus, Gabriel, & horum aſſeclæ. Sancto Thomæ nos non aduerſamur propter eam quā ipſi debemus reuerētiam, ob eius uitam, ſanctitatem, & eruditionem: magis tamen accipimus Auguſtinum, qui in noſtris hominum bonis actionibus, non ſolūm requirit referibilitatem obiecti uel actionis, ſed etiam aliquā uoluntatis uel hominis aliquo modo referentis in Deum, ut ſatis conſtat ex dictis. Multa atque uaria ſunt bona hominis, quia uidelicet ſunt quædam bona externa creata, ut fama, honor, diuitiæ, & alia id genus; ſunt etiā bona hominis interna corporis, ut uita, ſanitas, integritas membrorum, & quies ſenſuum: & in ſuper ſunt bona hominis interna animæ, ut uirtutes operæq; uirtutum, tum intellectuales, tum morales. De quibus bonis omnibus, expreſsè locutus fuit Ariſtoteles. Eſt etiam bonum ſuper omnia bona, Deus, primum principium & ultimus finis omnium aliorū à ſe, de quo Socrates, Plato, Ariſtoteles, omnesq; alii ſapientes Gentilium etiam dixerunt multa, & uera, & miranda. Deniq; omnia genera bonorū cognouerunt, quæ nos cognoſcimus; quia ſpiritalia, naturalia, temporalia, famæ, honoris, fortunæ, diuitiarum, familiæ, amicorum, & alia huius generis; atque ſuper omnia, Deum, à quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, ad quem omnia. Niſi quòd circa Deū Opt. Max. & circa bona ſpiritalia errauerunt in multis, minus de Deo cognoſcentes, minuſq; de bonis huiuſmodi. Statuamus ergo ueritates manifeſtas in quibus omnes conuenimus, & ut melius percipiamus ueritatem in qua omnes etiam conuenire debemus. Prima ſit. Quamuis externa bona ſint quodammodo bona, & ſine dubio in Deum referibilia ex natura rei, nunquam licuit hominibus ſic ea eligere aut diligere propter ſe, ſiue abſolutè, quin tenerentur ea uel dilectionem eorum in Deum, uel in bona animæ referre aliquo modo, actualiter, uirtualiter, uel habitualiter. Secunda ueritas ſit, Quamuis interna bona corporis, ſint quodammodo bona, & in Deum ex natura rei referibilia, nunquam licuit hominibus ſic ea eligere aut diligere propter ſe, abſolutè, quin tenerentur ea uel dilectionem eorū in bona interna animæ ſiue in Deū referre aliquo modo prædictorum, actualiter, uirtualiter, uel habitualiter. In his duabus ueritatibus conueniunt ſine controuerſia, omnes catholici ſcriptores. Secundum has duas poſuit Auguſtinus tertiam, ut dicamus ſecundum doctrinā eius ueriſsimè, Quamuis interna bona animæ, uirtutes uel opera uirtutum, ſint quædam bona, magna, maximaq; omnium præcedentium, & in Deum ex natura rei referibilia, nunquam tamen licuit hominibus ſic ea eligere aut diligere propter ſe, quin tenerentur ea, uel electionē, ſeu dilectionem eorum, in Deū aliquo modo prædictorum referre, actualiter, uirtualiter, uel ſaltē habitualiter. Hæc eſt tertia ueritas ſecundum Auguſtinum, quam ſatis conſtat eſſe eius, in multis locis doctrinæ ſuæ: hanc non recepit S. Thomas, iuxta interpretationē Capreoli; & circa hanc, tota noſtra præſens, uerſatur controuerſia. Putauit enim S. Thomas quòd hæc bona ſpiritalia propter ſuā maximam referibilitatem in Deū, excellentiam, atq; perfectionem, uirtutes uidelicet ſeu opera uirtutum, potuerunt homines eligere ſeu diligere propter ſe, licitè, ac uirtuoſè; etiam ſi ea nullo modo referrent ipſi in Deum actualiter, uirtualiter, uel habitualiter; etiam ſi eſſent Gentiles, infideles ſimpliciter, aut idololatræ. Ita exponit Capreolus ubi ſupra, ſententiam ſancti Thomæ: contra quam ex oppoſito, nos opponimus ſententiam Auguſtini. Non enim oſtendit S. Thomas, quare, quomodo, uel queadmodum fuit aliquando uel eſt licitum

Marginalia (left): *Ubi ſtatim. Art. 3. Dubio 1. Lib. 1. diſt. 1. quaeſt. 1. Art. 1. Lib. 2. Diſt. 28. Et li. eod. Diſt. 41. quaeſt. 1. Ubi ſtatī. Art. 3. Dubio 1.* — B — *Ethic. 1.*

Marginalia (right): C — *Veritas 1. cōceſſa ab omnibus in iſta materia.* — *Veritas 2. etiam cōceſſa ab omnibus.* — D — *Veritas 3 ſecūdum Auguſt.*

E citũ hominibus ita eligere aut diligere illa bo-
na creata, uirtutes ſeu uirtutum opera. Sunt
alia bona minima, ſunt alia bona media, ſunt
autẽ hæc bona ſpiritalia maxima: ſed ſui gene
ris, ſed creata, ſed temporalia, ſed mutabilia,
licet uirtutibus malè uti non poſsimus. Quã-
obrem profectò ſupra modum melius puta-
uit Auguſtinus nunquam licuiſſe nec modo li
cere hominibus frui ipſis bonis, nec ſic ea bo-
na eligere, aut diligere propter ſe, non referen
do ea aliquo modo ex prædictis in Deũ: opti-
meq́; iudicauit eas uirtutes ſuperbas eſſe, nec
uirtutes ſed uitia, quæ ſolùm ſibi ipſis ſeruiũt,
non Deo, cui dicimus, Deus uirtutum conuer
te nos. Dicit Capreolus non eſſe notum lumi
ne naturali, ſed fide cognitũ huiuſmodi bona
eſſe in Deum referibilia à nobis, quanquã ipſa
ſint in Deum referibilia ex natura rei: hoc aũt
aſſerit, quaſi ob id liceat aut licuerit hoĩbus
ea bona in Deum non referre; & quaſi ideo po
tuiſſent homines licitè atque uirtuosè omitte

Reſponſio ad rationem Capreoli, prima.

re illã relationem ultimatam. Reſpondemus,
Illud aſſumptum non eſt ita manifeſtum, quin
ea facilitate negari poſsit, qua aſſumitur, ma-
ximè ſi conſideramus multa præclara Philoſo
phorum dicta de fine ultimo ſimpliciter, quẽ

Platonis, Ariſtot. Ciceronis ut ſuperius habetur ex parte cap. 16.

cognouerunt eſſe Deum. Deinde ſecundo re-
ſpõdemus, Quicquid ſit aut dicatur de ratione
naturali noſtra, noſtris ignorantiis obuoluta
poſt peccatum, ſiue illa oſtendat nobis ea bo-
na eſſe in Deum referenda, ſiue non: conſtat
quòd hoc oſtenderet nobis ratio naturalis, ſi
eſſet, ſicut fuit olim primitus inſtituta. Vnde il
la ignorantia ſi eſt, quidem ex peccato uenit,

Reſpõſ. 2. ad Capr.

eſtq́; quaſi prima peccati reliquia, & quædam
eius pœna, atq; defectus ſcientiæ & perfectio-
nis, nõ ſolùm aptæ natæ ineſſe nobis, ſed etiam
debitæ haberi à nobis: à quo debito nemo libe
ratur niſi per Saluatorem noſtrum, & quod de
bitum omnibus Adæ filiis imputatur, qui in

Reſpõſ. 3. ad Capr.

Saluatore noſtro non regenerantur. Tertiò re
ſpondemus iuxta hanc reſpõſionẽ ſecundam,
quaſi ampliando declarandoq́; illam, Non re-
fert, ſi ratio naturalis, quæ, qualis ue modo eſt
in Adæ filiis, nõ oſtendat hæc bona de quibus
agimus, debere referri aut eſſe referiabilia in
Deum: non enim ex eo ſequitur, ea bona non
eſſe in Deum referibilia, aut nõ deberi in Deũ
referri, Quãdoquidem noſtra hominum igno
rantia non tollit, nõ prohibet, nec impedit re-
rum naturas, & ordines, nec Dei Optimi inſti-
tutiones: eſt autem omnis creatura, omneq́;
bonum creatum, referenda & referendum in
Creatorẽ, & in bonum increatum, licet multi
hoc ignorẽt. Hoc etiã uult ius naturæ, ut crea
tura in Creatorem referẽda ſit & referatur; bo
num creatum, in bonum increatum; bonum
corporale, in bonum ſpiritale; bonum tempo
rale, in bonũ æternum; bonum externum, in G
bonum internum, bonum corporis, in bonũ
animæ; bonum finitum, in bonum infinitum;
finis ſub fine, in finem ultimum: finis ultimus
in aliquo genere, in finẽ ultimum ſimpliciter.
Hanc autem naturam rerum & naturalem or-
dinationem diuinam non tollit, nec prohibet,
neque impedit noſtra ignorantia: maximè in il
lis in quibus hæc ignorantia adhuc eſt culpabi
lis, id eſt, in infidelibus idolòlatris, & quibus
peccatũ originale non eſt dimiſſum. Tales igi
tur, ſi hanc relationem faciendam ignorant, &
ob ſuam ignorantiam culpabilem, ipſam rela-
tionem omittuut: nõ uidetur quomodo ipſa
omiſsio in eis nõ ſit peccatum, aut quomodo
peccatum nõ ſit ipſe actus, in quo ipſa relatio
ex toto omittitur. Quòd ſi ipſa ignorantia tan
ta aut talis fuerit, quæ excuſet à peccato, non
apparet quomodo ipſe actus ĩ quo omittitur,
maneat uirtuoſus. Aliud eſt enim quòd ipſe
actus à culpa excuſetur, & aliud eſt quòd uir-
tuoſus ſit. Non enim ſtatim aliquis actus uir-
tuoſus manet, ſi ob ignorãtiam inuictam à cul
pa excuſatur. Multi ignorauerunt cõcupiſcẽ
tiam internam mentis circa res naturali iure
prohibitas, eſſe malam, ut explicat Apoſtolus
ad Romanos, dicens, Peccatum non cogno- *Rom. 7.*
ui, niſi per legem: nam concupiſcentiam ne-
ſciebam niſi lex diceret, Non cõcupiſces. Ne-
que hanc ignorantiam habuerunt ſolùm qui- H
dam Gentilium, quin etiam quidam Iudæo-
rum: conſtat enim de hoc errore quorundam
Iudæorum apud Ioſephum repræhendentem
Polybium, in eo quòd putabat Polybius etiã
in actibus prorſus internis poſſe eſſe, eſſeq́; ali
quando peccatum. Verùm neque propter hãc
ignorantiam ſtatim ipſa concupiſcentia erat li
cita: multo magis neq; ſtatim hæc cõcupiſcen
tia erat bona, aut uirtuoſa, qualiſcunq; eſſet ip
ſa ignorãtia, etiam ſi inuincibilis eſſet, & à cul
pa excuſaſſet: quamuis etiã ipſe concupiſcens,
ipſam concupiſcentiam in aliquem finem bo-
num retuliſſet. Eodem modo quidem dicen-
dum eſt de ignorantia, quæ eſt circa aliquam
circunſtantiam apponendã: poterit enim, ſi ta
lis fuerit, excuſare à culpa: ſed non ideo ſtatim
actio, actus, opus, aut operatio eſt bona aut
uirtuoſa. Magis nanq; profectò in ſe eſt mala,
licet propter ignorãtiã inuincibilẽ excuſetur
à culpa. Hæc fuit Philoſophia Auguſtini, pari-
ter & Gregorii. Quamobrẽ igitur nõ ualet di-
uerticulũ Capreoli, ad ignorantiam. Maximè
non ualet in illis, quibus, ut dictum eſt, peccà
tum originale nõ eſt dimiſſum. Ergo Auguſti
nus & Gregorius Capreolo aduerſantur: quia
ipſe docet nõ oportere homines referre ſuas
actiones morales ĩ Deum actualiter, uirtuali-
ter, uel habitualiter, ut ſint ipſæ bonæ, aut uir-
tuoſæ,

A tuoſæ. In quo eius dicto, tota ſchola Chriſtia
na ſimul fugit ipſum & reſpuit, ut cōſtat ex di-
ctis. Caietanus mitius quā Capreolus admit-
tit cum Gregorio & aliis, quòd oporteat nos
referre noſtras actiones aliquo mō in Deum,
ſaltem habitualiter: ſed tali mō fugit ad expli
citum uel implicitum, quod in re non differt à
Capreolo. Quamobrē ille, Auguſtino etiam,
& Gregorio non poteſt probari, & nos cōtra
ipſum iā diximus non pauca, quando eius ſen
tentiam retulimus. Gabriel adſtipulatur Gre
gorio inquiens, quòd ſiquis diligit aliquid &
non diligit ipſum propter Deū actu uel habi-
tu, profectò peccat: in quo dicto, bene conue
nimus. Differt aūt à Gregorio, ſimulq; ab Au
guſtino & à ueritate rei, ī eo quod docet actū
referri habitualiter in Deum, eſſe, actum eſſe
aptum natum referri actualiter: etiam ſi ſit in
eo qui nullum habitum referēdi habet, qualis
eſt homo infidelis & Deum ignorans. In hoc
non admittimus Gabrielē, quia ex toto loqui
tur contra rationem. Etenim cōtra rationem
uidetur loqui, qui aſſerit eos homines referre
actiones ſuas habitualiter in Deum, qui nullū
habitum referendi habēt, qui ex toto Deum
ignorant, & qui nō poſſunt in potētia propin
qua referre ſuas actiones in Deum actualiter.
Et quidē qui uerum Deum ignorant, non poſ
ſunt referre actiones ſuas in Deū actualiter in
potentia propinqua, ſed ſolùm in potentia re
mota: oportet enim quòd prius Dei ſibi parēt
B cognitionem, & ea parta, iam poterunt in po
tentia propinqua ſuas actiones actualiter in
Deum referre. Talis autē potentia quæ nō po
teſt exire aut reduci in actum niſi acquirat ali
quam rē quam non habet, nō eſt potentia pro
piqua reſpectu eiuſdē actus, ſed remota. Quo
igitur refert aut pōt referre habitualiter, qui
nec habitum referendi, nec potentia propin-
quam ad referendū, habet? Scotus, quem Ga
briel retulit, ſed non recepit, melius dixit quā
Gabriel, actum referri habitualiter, ſi manet
cum principio referendi: quaſi principiū refe-
rendi in aliquo, faciat relationem habitualem
earum rerum, actionum, uel operum, quæ re
ferri poſſunt, uel ſunt aliàs referibilia. Addit
Gabriel, quòd Gregor. nullibi explicat quid
ſit actum habitu referri in Deū: quæ ſua addi-
tio nihil facit ad propoſitū: Tum quia doctri-
na Gregorii non ſolum erat ſua, ſed & multo-
rum apud quos ea legitur, ex quibus nōnulli,
eam declarant: Tum quia ſatis cōſtat ex dictis
Gregorii, quid ſit, ſecundum ipſum, actum re
ferri habitu. Quicquid autē ſit de Gregorio,
Actum quippe referri habitu, eſt eū qui habet
ſeu exercet actum, habere principiū aliquod
referendi ultra naturales ſuas potentias: uide
licet ſi habet habitum diligēdi Deum, īfuſum
uel acquiſitum, gratificum uel naturalem; aut C
ſaltē habet cognitionē Dei, qua nouit ipſum
eſſe ſupremum bonum & ultimum finem om
nium. Qui ita eſt affectus homo, profectò om
nes ſuas actiones morales deliberatas in Deū
referibiles, refert habitualiter ī Deum, habet
namq; principium referendi, & ſi actualiter ad
uerteret, in Deum actualiter referret. Maxi-
mè ſi à principio in Deum retulit omnia, aut
referre propoſuit: ut uidetur ſentire Duran-
dus in dictis ſuis, iā ſuperius allegatis. Sed ſuf-
ficit profectò, aut uidetur ſufficere, ſi princi-
pium referendi habet: modo iam ſtatim expo
ſito. Ratio porrò cōmunis quam tangunt S.
Tho. Gabriel, atq; Capreolus & alii, de præce
pto affirmatiuo, non poteſt ſaluare eos in ipſa
doctrina ſua. Primùm quia & ſi præceptum il
lud affirmatiuum non obliget nos ad referen
dum ſemper oēs noſtras actiones in Deum a-
ctualiter uel uirtualiter; obligat tamen nos,
ad referēdum (ut noſtri aiunt) pro ſemper ſeu
ad ſemper ſaltem habitualiter .i. ad habēdum
principium referendi. Tum præſertim quia &
ſi non obliget nos ad ſemper aut pro ſemper
præceptum purè affirmatiuum, obligat tamē
nos ad ſemper, & pro ſemper præceptum af-
firmatiuum, quod reſoluitur in negatiuū, aut
includit illud. Affirmatiuum .n. eſt præceptum
de reſtitutiōe faciēda: ſed quia iſtud præceptū
includit præceptū negatiuū de nō furādo ſeu
de non faciendo furtū, obligat ſine dubio ſem
per, atq; ad ſemper, ſeu pro ſemper. Simile oī- D
no, uel idē potius eſt in propoſito. Quādoqui
dē præceptum affirmatiuū eſt utiq; de referen
dis noſtris actionib. in Deū ſed iſtud præceptū
affirmatiuum includit præceptū negatiuū de
nō fruēda creatura, ſeu quod idē eſt, de nō per
manēdo ultimatè in bono aliquo creato, fini
to, limitato, aut cōmutabili, aut fine ſub fine.
Permanet autē perfectò ī bono creato, & frui
tur illo, qui in ſuis actionib. nullo mō intēdit
bonū increatū, nec actualiter, nec uirtualiter,
nec habitualiter, nec in potētia propiqua po
teſt illud intēdere, aut eligere, uelle, uel dilige
re, ſeu amare, Tales ſunt, quot quot ſūt extra
cognitionē ueri Dei. Nō enim poſſunt ii tales
intēdere, eligere, aut amare Deum formali-
ter, actu elicito, in potētia propiqua: quod
ſine dubio conſtat ex dictis, ex dictis, īquam,
de potentia propinqua et de potentia remo-
ta. Quid ergo faciunt, niſi quòd ī bono creato,
finito, limitato, atq; incōmutabili perma-
nent, dum ipſum intendunt, eligunt, dili-
gunt, aut amant, quod ſolum cognoſcunt?
Non enim poteſt in potentia propinqua eſſe
intentum formaliter actu elicito, quod nec
actu nec habitu eſt formaliter cognitū. Hæc
fuit ubique ratio Auguſtini, hæc etiam & Gre

E gorii; nec horum tantummodo Theologorum, ſed & multorum aliorum pene innumerabilium, qui de hac ueritate ita ſenſerũt; multi antiqui, multiq; neotherici. Manifeſtum eſt quòd qui bonas uirtutes ac bona opera uirtutum putauerunt eſſe potiſsima bona hominis, & non cognouerunt ea bona eſſe in Deum referenda, uel in aliquod bonum ſupremum illis, eis ultimatè ſimpliciter adhæſerunt propter ſeipſa bona, eisq; fruebantur. Vnde quidem eo grauiſsimè peccabant, quia ſine dubio fruebantur utendis, in quo eſt magna peruerſitas. Qui non nouit ultimum finem, in quo poteſt ſubſiſtere ſeu quieſcere in potentia propinqua, niſi in fine ſub fine? Magis ergo placet modo ſententia Auguſtini Epiſcopi Hypponenſis & Gregorii Ariminenſis, quàm alia oppoſita: nec ſoli ſunt Auguſtinus & Gregorius, ſed multos habent aſſeclas grauiſsimos, quos memorauimus. Nunc recens plurimum Reuerendus

Magiſt. Dominicus Soto. D. Dominicus Soto, Philoſophus & Theologus doctiſsimus, & in ſtudiis bonarum ſcientiarum plurimum uerſatus, ſuo opere de Natura & Gratia, multis innixus rationibus, cenſuit, abſque auxilio ſpeciali gratiæ poſſe hominem bene moraliter agere, ut inferius latius ponitur atque explicatur ex ipſo. Quantum autem pertinet ad quæſtionem

Lib. 1. Cap. 20. præſentem, refert Gregorium Ariminenſem in eo quod Gregorius negat, ullum eſſe o-

F pus moraliter bonum, antequam in ultimũ finem referatur, qui eſt Deus, Additq; Soto, quòd non immeritò ſcholæ omnes Theologorum Gregorio reclamant: atque ſtatim de relatione diſtinguit, ut melius Gregorium aut declaret, aut ſequatur, aut impuguet. Cæterùm, An ſcholæ omnes Theologorum Gregorio Ariminenſi in ea doctrina reclament, an non? iam ſatis conſtat ex dictis in capite præcedenti: ibi enim uiſum eſt ex multis, non omnes ſcholas Theologorum Gregorio reclamare, quin potius pro maiori parte Gregorio aſſentiri, cumq; illo docere. Quod certè patebit omnibus, qui omni cum diligentia examinauerint dicta doctorũ ſcholaſticorum circa illas tres quæſtiones grauiſsimas in libris ſententiarum motas, explica-

Lib. 1. Diſt. 1. tas, declaratas, atque determinatas, Vtrùm ſolo Deo ſit nobis fruendum? Vtrùm omniũ

Lib. 2. Diſt. 38. bonarum uoluntatum unus ſit finis? Vtrùm omnis intentio, omneq; illorum opus, ma-

Lib. 2. Diſt. 41. lum ſit, qui fidem non habent? De ſententia autem prædicti doctoris Soto quoad hanc quæſtionem de neceſſaria relatione actionis noſtræ in Deum ut ſit bona ſeu uirtuoſa moraliter, in caput ſequens latior reſeruetur ſermo: ut explicemus in eo quid ipſe ultimò ui-

G deatur magis tenere, in quo conueniat, & in quo differat.

Opinio Franciſci de Taruiſio. Magiſter Frãciſcus de Taruiſio, quaſi uidens circunſtantiam ultimi finis eſſe requiſitam ad uirtutes morales & bonũ morale, & ſimul uolens tueri hanc determinationem ſancti Thomæ, poſuit parum accuratè, quòd actus moralis carens aliqua debita circunſtantia, etiam ſi ſit circunſtantia finis, abſque tamen poſitione circunſtantiæ oppoſitæ, & malæ de ſui natura uel ex intentione facientis, non eſt moraliter malus, nec uitioſus, nec peccatum: ſed eſt uerè bonus moraliter, & uirtuoſus: incompletè tamen, propter defectum debitæ circunſtantiæ. Vnde nec ſimpliciter nec modo determinante, uel diminuente, debet à doctore Theologo dici bonus. Talis autem eſt ſecundum eum, omnis actus moralis, qui fit propter talem finẽ, qui non eſt oppoſitus ultimo fini: ſed poteſt concurrere cum eo, etiam finis ſub fine ultimo. De hac opinione non nihil in capite ſe-

Lib. præſenti. quenti dicturi ſumus: ſed latius alibi. Modo ſufficit pro eius impugnatione, ipſius met aſſertio: præ ſe enim fert, ſuam falſitatem.

Omittitur opinio Franciſci de Taruiſio. Nullo enim modo poteſt aliquis actus dici uirtuoſus moraliter, cui deficiat aliqua circunſtantia debita, aut cui apponatur aliqua circunſtantia prohibita. Illa ergo opinio Franciſci omittitur.

H

S. Tho. Prim. 2. Quæſ. 18. Art. 9. SANCTVS Thomas docet quòd actus à ratione deliberatiua emanans, ſi caret circunſtantia finis debiti, eo ipſo repugnat rationi, & habet rationem mali.

Ibidem. quæſt. 21. Art. 4. Arg. 3. Idem fatetur, quòd actus humanus inquantum eſt bonus moraliter, habet rationem meriti apud Deũ. Opponit contra ſe, quia actus humanus habet rationem meriti uel demeriti, inquantum ordinatur ad alterum: ſed non omnis actus humanus ordinatur ad Deum: ergo non omnes actus boni uel mali habent rationem meriti uel demeriti apud Deum. Reſpondet hoc pacto: Homo non ordinatur ad communitatem politicam ſecundum ſe totum, & ſecũdum omnia ſua, & ideo non oportet quòd quilibet actus eius ſit meritorius uel demeritorius per ordinem ad communitatem politicam. Sed totum quod homo eſt, & quod poteſt & habet, ordinandum eſt ad Deum. Hæc

Scotus. Lib. 2. ille. Scotus loquens de bono aut bonitate morali, atque exemplificando, dicit, Vt dare eleemoſynam pauperi propter Deum. Alibi

Lib. 2. Diſt. 7. Quæſt. 1. etiam fatetur quòd ſiquis det eleemoſynam pauperi, non propter finem de quo non cogitat, nec ſecundum alias circunſtantias, dummodo non apponat aliquam circunſtantiam malam, ille actus non eſt bonus moraliter, quia non debitè numeris ſuis abſolutus. Sed appellat illum actum indifferentem. Et ſecun-

dum

A

In Quol. Quæſ.18. Gabriel. Lib.2. diſ.7. Quæſ.1. Art.1. Notab.1. S.Tho. Prim.2. Quæ.89. Art.6. ad 3.arg. Zach.1.

dum ſuam doctrinam quam aliàs ſeruat, ille actus erit malus nõ contrariè, ſed priuatiuè. Gabriel Biel refert & non impugnat quoſdã doctores dixiſſe, nullum actum eſſe bonum, qui caret circunſtantia finis ultimi, qui eſt Deus. Videatur quæſo, ſi hæc faciunt ad noſtram determinationem in præſentia. Ad idem etiam fortaſsis uidebitur facere doctrina ſancti Thomæ, qua docet teneri omnes homines ſeſe connertere in Deum, dum incipiunt habere rationis uſum: aſſerens illud eſſe tempns pro qno obligat illud præceptum diuinnm affirmatiuum, quo Dominus dicit, Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad uos. Vnde certè ſi colligimus, multa dicit ſanctus Thomas quæ uel hanc doctrinam relationis noſtrarum actionum bonarum in Deum prædicant, uel profectò ualde innuunt. Primùm quod homo tenetur primo tempore uſus rationis conuertere ſe in Deum, & in illum ſe ordinare. Secundum, quòd totum quod homo eſt, & quod poteſt & habet, ordinandum eſt ad Deum. Tertium, quòd actus à ratione deliberatiua procedens, ſi caret circunſtantia finis debiti, eo ipſo repugnat rationi, & habet rationem mali. Video quo modo ipſe declaretur ab aliis, ſed hæc ipſe dicit.

Gabriel lib.4. diſt.14. quæſt.2. Art.1. Notab.2.

Gabriel rurſus agens de ultimo fine qui eſt Deus, docet, quòd actus moralis etiã aliàs ex ſuo genere bonus, ſi caret circunſtantia ultimi finis, non eſt perfectè bonus moraliter: quaſi quidem eo ipſo deficiat à bonitate morali, ſaltem à bonitate morali perfecta.

B

Gabriel Lib.2. Diſt.28. Qua.1. Art.1. Notab.1 Ockan. Part.1. Dialog. Lib.6. Cap.79.

Iſtamq; ſuã determinationem ponit & declarat alibi latius, iuxta doctrinã Ockam in ſuis dialogis. Dicit enim referendo & probando ſententiã Ockam, Actum aliquem contingit tripliciter exerceri, ſicut paſcere pauperem, dicere ueritatem. Vel propter Deum, uel quia dictatur à ratione recta, uel propter aliquod bonum utile uel delectabile conſequendum, aut incommodum nel periculum uitandum. Hæc ille. Ex tunc in ſequentibns ait, Actus tertio modo eliciti ſeu producti dicuntur boni, ſecnndum genus uel ex genere, pro quanto cadunt ſuper debitam materiam aut ſeruãtur aliquæ circunſtantiæ loci, uel temporis, aut forte elicitur abſolutè ſine omni circunſtantia. Hi tamen actus non ſunt uirtuoſi, neque perfectè, neque imperfectè; neque ex eis generantur uirtutes, nec ipſi genarantur ex nirtutibus: immo quandoq; ſunt uitioſi, & cætera.

Ibidem.

Infra. Actus uerò primis duobus modis eliciti, ſunt uerè uirtuoſi, & habitus eis correſpondentes, ſunt uerè uirtutes: ſed primi, perfecti: ſecundi, imperfecti. Ecce & hic fatetur qnòd actus moralis non eſt perfectè uirtuoſus, niſi exerceatur uel fiat propter Deum: licet aliàs poſsit eſſe uirtuoſus imperfectè, ut ſi fiat quia dictatur à ratione recta.

C

Ibidem.

Tractat deinde materiam præſentis quæſtionis, An requiratur ad bonitatem moralem in actu, circunſtantia finis ultimi? Reſpondendo uerò dicit, Nunc antem circunſtantia ultimi finis in actu, non requiritur ad bonitatem moralem: & ut declarat, hoc eſt, non requiritur qnòd actus bonus moraliter ſemper referatur actualiter in Deum, qui eſt finis ultimus: quia aliquid citra Deũ eſt eligibile propter ſe, & illud poteſt bene & moraliter diligi, & propter ipſum aliquis actus elici, & non actualiter propter alium finem: Et ut declarat, tale quid eſt uirtus: ut poſsit nirtus amari ſeu diligi propter ſe, non autem tanquam finis nltimus: quo loco etiam ſimul explicat quando aliquid amatur propter ſe, & quãdo ut ultimus finis. Ait enĩ, Ad ſecundũ dicitur negando, qnòd oẽ quod amatur propter ſe, amatur tanquam ultimus finis. Nam illud amatur propter ſe, quod amaretur ſi nihil aliud oſtẽderetur uoluntati: tũc autem amatur aliquid tanquã ultimus finis, quando acceptatur tãquam omni alio magis amandum. Poteſt ergo bonum honeſtum, pnta uirtus, amari, non cogitato nltimo fine: & ita amari & appeti propter ſe; & tamen non appeti tanquam aliquod ſummnm, & quocunque alio magis appetendum. Hæc ille.

D

Ockan. lib.1. Diſt.1. Quæ.1. Ariſtot. Ethic.1. Cap.7.

Et aſſerit talem actum eſſe medium inter uſum & fruitionem, ſicut, ut allegat, dixit Ockam. In hanc ſententiam affert Philoſophum in ſuis Ethicis, ubi oſtendit aliqnod eligibile propter alia tantum, alia propter ſe tantum, & nullo modo propter aliud: alia propter ſe, & etiam propter alia. Quo loco exemplum adducens, dicit, Honorem uerò, & uoluptatem, & intellectum; etenim uirtutem eligimus quidem propter ſeipſa, nnllo enim adneniente, eligeremus utiq; unumquodq; ipſorum. eligimus autem & fœlicitatis gratia, per hoc ſuſpicantes, fœlices fore: fœlicitatem nullus eligit horum gratia, neq; omnino propter aliud. Hæc ille. Concludit ex his, quòd aliquid quod non eſt finis ultimus, eſt diligibile propter ſe, & hoc ſecundum rectam rationem: memoratq;

Lib.1. Diſt.1.

iam de hac re, ſeſe non nihil dixiſſe in primo: atque hoc pacto pertranſit. Itaque fatetur Gabriel, quòd actus non eſt perfectè bonus moraliter, niſi referatur in Deum: ut talis relatio requiratur ad perfectionem bonitatis moralis, licet non requiratur ad bonitatem moralem. Et quando dicit, quòd circunſtantia ultimi finis in actu non requiritur ad moralem bonitatem, ſtatim ſuam explicat mentem, dicens, Hoc eſt, non requiri-

A nẽ Dei. Vnde igitur nobis eſt neceſſaria Dei cognitio, ad ueras uirtutes morales capeſſendas. Sic ait Auguſtinus, Nihil bonum eſt ſine ſummo bono ubi deeſt agnitio æternæ ueritatis, falſa uirtus eſt, etiam in optimis moribus. Et multa alia, quæ ſuperius poſuimus. Quæ cognitio ueri Dei eſt nobis hominibus ad uirtutes morales capeſſendas, neceſſaria? Nunquid ſupernaturalis? an ſufficit naturalis? Nunquid ſupernaturalis, quam non poſſumus habere niſi per diuinam relationem ſcientiæ reuelatam? an naturalis, quam poſſumus habere per diuinam reuelationem ſciẽtiæ ſeu luminis naturalis? Quantum ad hanc quæſtionem pertinet, credo abſque dubio ſufficere ad uirtutes morales cognitionem Dei naturalẽ, qua cognoſcamus de Deo quæ nota ſunt Dei, & manifeſta ſunt hominibus: Deum eſſe, uirtutem ſui ipſius ſempiternam & diuinitatem, eum eſſe primum principium ac ultimum finem omnium; & ut naturaliter conſequens eſt, eum eſſe ſuper omnia colendum. Hanc, Dei cognitionem ſaltem requiſiuit Auguſtinus in hominibus ad uirtutes habendas, & ad fugienda uitia in ſuis actionibus, licet aliquando ſic loquatur in multis, ut de ſupernaturali cognitione uideatur loqui. Simili modo etiam Gregorius Ariminenſis de hac cognitione intelligebat, aſſerens omnes actiones hominis fuiſſe ſemper in Deum

Auguſt. In libro ſentent. Proſperi. cap. 105.

B referendas, ut bonæ eſſent & uirtutes: in Deũ uidelicet, ſaltem pro ut naturaliter humanis mentibus percipi cognoſciq; poteſt. In Cornelio ante quàm in Chriſtum credidiſſet, uidemus uirtutes quidem fuiſſe quæ Deo placuerunt: quo tempore, quantum apparet, nullam aliam Dei cognitionem ipſe habuit, quàm naturalem. Vnde in illo naturalis ſatis fuit cognitio ad uirtutes, & talis relatio. Dominicus Soto, doctiſsimus ille uidelicet uir, ut iam diximus, in ſuo opere De Natura & Gratia, refert, Gregorium negantem ullum eſſe opus moraliter bonum, ante quàm in ultimum finem referatur, qui eſt Deus: Impugnando autem illum, inquit, Nanque uel id ſentit de relatione in Deum, quatenus naturali lumine oſtenditur finis eſſe ultimus uniuerſi, atque adeo noſtrarum actionum: aut de relatione in ipſum, qua ratione eſt finis ſupernaturalis, ideſt, uires uoſtras exuperans. Si de priori, ad illam certè non eſt neceſſariũ ſpeciale auxilium. Quia omne bonum, & maximè honeſtum, ratione intrinſeca ordinatũ eſt in Deum. Sanè qui cùm res conderet, ad ſe uniuerſas retulit, ut capitulo ſeptimo explicatius dictum eſt. Et ideo quando non ſiniſtra intentione agentis præfigitur alius finis, de ſe ipſum bonum, uirtute intenditur in Deũ,

Domin. Soto. Lib. 1. Cap. 20.

quo ad ſatis eſt, ut ſit moraliter bonum. Adde quòd actu etiam poteſt illo primo modo naturaliter referri opus in Deum. Quocirca fallax eſt collectio illa Gregoriana, Quicunque opus facit alio fine, quã propter Deum, peccat: quicunque non actu illud refert ipſum, alio fine facit, ergo peccat. Eſt enim ſecunda præmiſſa falſa: Tum quia licet opus nõ referatur, niſi in bonum honeſtum, non fit diuerſo fine à Deo: Tum quia ſatis eſt, ſi actus referatur in ipſum, tanquam in finem naturalem omnium bonorum. Si uerò ſentiat de relatione ſecunda, omnino inficias imus, operi moraliter bono neceſſariam eſſe illam relationem. Quin immo hoc differt ab opere meritorio. Hactenus ille. In quibus uerbis ſuis, quod ait, non eſſe neceſſariam relationem noſtrarum actionum in Deum pro ut eſt ſupernaturaliter cognoſcibilis, ad earum bonitatem moralem, adſtipulamur omninoq; aſſentimur: quòd autem id ipſum exiſtimat & docet de relatione noſtrarum actionum in Deum, pro ut eſt naturaliter cognoſcibilis; haud quaquam affectæ eſſe uolumus. Niſi forte & ipſe nobis conſona loquatur in eo quod dicit, Tum quia ſatis eſt, ſi actus referatur in ipſum, tanquam in finem naturalem omnium bonorum. Quo ſuo dicto, docet, ipſam relationem ſatis eſſe: nobiſcum con ſpiraturus, ſi quoque dixiſſet eſſe ipſam relationem neceſſariam. Quod ſi ipſe uoluit eſtq; opinatus, noſtram ille explicando maximè initurus eſt gratiam. Cæterùm quòd idem auctor doctiſsimus formando collectionẽ Gregorianam, in ſecunda præmiſſa dicit, Quicunque non actu illud refert in ipſum, alio fine facit: hoc non uidetur (pace tanti uiri dixerim) Gregorii, nec nos in Gregorio agnoſcimus. Significat enim, quòd Gregorius requirat actualem relationem noſtræ actionis in Deũ, ut non ſit peccatum: quod certè non facit Gregorius. Non enim requirit actualem relationem, ſed uel actualem, uel uirtualem, uel habitualem: quod bene animaduertit Capreolus de actuali uel habituali relatione, reſponſurus ad argumenta Gregorii. Quod autem idem doctor dicit contra Gregorium, cũ bona pace eius, hoc quidem ſuum fuiſſe inuentum, nos etiam cum bona pace omnium exiſtimamus, non ſic debere dici contra Gregorium. Etenim ſiue tractemus quod Gregorius docet de neceſſaria relatione omnium noſtrarum actionum bonarum in Deum, intelligendo de relatione actuali, uirtuali, aut habituali; ſiue quòd docet de neceſſario adiutorio gratiæ Dei ad bona moraliter uirtuoſa, pertinente ad gratiam redemptionis; nihil horum fuit inuentum Gregorii, ſed profectò C D

Capreol. Lib. 2. Diſt. 41. Queſ. 1. Art. 3. Et cõſtat in Gregorio lib. 2. Diſt. 26. queſt. 1. Art. 1. probãdo Concl. 1. Et diſ. 42 Queſ. 1. Art. 2. probãdo Concl. 2.

E ctò in utroque ita ſenſerunt multi doctores grauiſsimi, plurimiq; ſaciendi, ob eorum eruditionem, uitam & ſanctitatem. In cuius ueritatis teſtimonium, legẽdos offero allegatos doctores, catholicos, ſanctos, eruditiſsimos: Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymnm, Gregorium, Chryſoſtomum, Proſperum, aliosq;, quorum dicta poſuimus. Omnes clamant pro adiutorio gratiæ Chriſti nobis neceſſario, ad omne opus noſtrum moraliter uirtuoſum: ſecundum quod eorum dicta magis explicant, directè, per ſe, ſimpliciter, & de plano intellecta: non cum expoſitionibus, diſtinctionibus, aut inuentionibus in anfractnm tendentibus & notiſsimas Doctorum ſententias luxantibus: Omnes etiam uel pro maiori parte, pro relatione neceſſaria omnium noſtrarum bonarum actionum in Deum, clamant: quæ ueritas etiam, non minus conſtat ex dictis. Vt nemo hominum bene moraliter aut moraliter uirtuoſè operetur, niſi aliquo modo intendat ultimum finem ſimpliciter, qni eſt Deus: aliquo modo, in quam, id eſt, actualiter, uirtualiter, uel habitualiter: ſaltem habens principium aliquod referendi ſuper potentias naturales, ſeu habens potentiã propinquam. Ergo neceſſaria eſt hominibus cognitio Dei ad bona moralia ſeu moraliter uirtuoſa: cognitio Dei, inquam, non ſupernaturalis, ſed naturalis.

F Et ſecnndum hanc differentiam conuenimus cũ doctoribus alio modo ſentientibus; ſiquidem cognitionẽ Dei ſupernaturalem, pro ſolo bono meritorio dicimus neceſſariã, iuxta ſententiam Dominici Soto, & cognitionem Dei naturalem, pro bono moraliter uirtuoſo dicimus neceſſariam, iuxta ſententiam Gregorii Ariminenſis. Optimè dixit Auguſtinus, Vbi deeſt agnitio æternæ ueritatis, falſa uirtus eſt, etiam in optimis moribus. Et alibi fatetur, conſtare inter omnes uerè pios, neminem ſine uera pietate, id eſt ueri Dei uero cultu, neram poſſe habere uirtute. Et rurſus alibi, manifeſtiſsimè, Quãlibet enim, iuquit uideatur animus corpori & ratio uitiis laudabiliter imperare: ſi tamẽ Deo animus & ratio ipſa non ſeruit, ſicut ſibi ſeruiendum eſſe ipſe Deus præcepit, nullomõ corpori uitiisq; rectè imperat. Nã qualis corporis atq; uitiorũ poteſt eſſe mens domina, ueri Dei neſcia, nec eius imperio ſubiugata, ſed uitioſiſsimis dæmonibus corrumpentibns proſtituta? Proinde uirtutes, quas ſibi habere uidetur, per quas imperat corpori, & uitiis ad quodlibet adipiſcendum, uel tenendum, niſi ad Deum retulerit, etiam ipſæ uitia ſunt potius quàm uirtutes. Nam licet à quibuſdam tunc ueræ & honeſtæ putentur eſſe uirtutes, cum ad ſeipſas referuntur, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflatæ ac ſuperbæ ſunt: & ideo nõ uirtutes, ſed uitia iudicãda ſunt. Hæc ille. Sunt autem hæc ſatis manifeſta quibus Auguſtinus non uirtutes, ſed nitia iudicat & uult iudicari ab oĩbus, eas uirtutes quæ ſunt extra cognitionem ueri Dei, quasque humana mens ad Deum non refert: etiam ſi ipſæ uirtutes cnm ad ſeipſas referuntur, nec propter aliud expetuntur. Quid manifeſtius? Multa alia dicit Auguſtinus in aliis locis, ueluti illud, Ea quippe ſola bona opera dicẽda ſunt, quæ fiunt per dilectionem Dei. & illud in De Spiritu & litera, Non eſt fructus bonus, qui de charitatis radice non ſurgit. Et illud iterum ſuper Pſalmos, ubi ſupra, Ea quippe ſola bona opera dicenda ſunt, quæ fiunt per dilectionem Dei. Hæc autem neceſſe eſt antecedat fides, ut inde iſta, non ab iſtis incipiat illa: quoniam nullus operatur per dilectionem Dei, niſi prius credat in Deum. Et illud ſuper Pſalmos, Nemo computet bona ſua ante fidem; ubi fides non erat, bonum opus non erat. Bonũ enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Quibus uidetur, tum quod Auguſtinus non ſolam cognitionem naturalem ſed fidem & charitatem requirat in hominibus ad bona opera facienda, tum per conſequens, quòd de bonis operibus meritoriis, & non de ſolis bonis operibus moraliter, agat. Verùm non ita res habet, ſed per fidẽ intelligit Auguſtinus his & ſimilibus aliis locis, cognitionem Dei etiam talem, qualem habuit Cornelius antequàm in Chriſtum crediddiſſet, quo tempore, ſolam cognitionem naturalẽ habnit de Deo, quantum coniectura aſſequi poſſumus. Etenim illam Auguſtinus appellauit fidem, ut cõſtat ex eius dictis allegatis, & allegandis. Nanque in De Prædeſtinatione ſanctorum, de Cornelio agens, inquit, cuius acceptæ ſunt eleemoſynæ & exanditæ orationes antequàm crediddiſſet in Chriſtum: nec tamen ſine aliqua fide donabat & orabat. Nam quomodo inuocabat, in quem non crediderat? Sed ſi poſſet ſine fide Chriſti, eſſe ſaluus, non ad eũ ædificandum mitteretur Architectus Apoſtolus Petrus. Ecce eam cognitionem Dei quam eo tempore habuit Cornelius, fidem ſine dubio appellauit Auguſtinus: optimè ex preſſeq; ſignificans, ueri Dei cognitionem eſſe, debereq; dici aliqualem fidem. Eodem modo dum in his aliiſque ſimilibus locis requirit charitatem, profectò non intelligit charitatem infuſam præciſè, quæ transfert de morte ad uitam, operit multitudinem peccatorum, & filios regni facit ſecundum præſentem iuſtitiam: ſed uel ipſam charitatem infuſam, uel generaliter dilectionem Dei, actualẽ, uel

In li. ſen. Proſperi. Vbi ſup. Cap. 105. & in lib. de Vera ĩnocentia. De ciuit. Dei. Lib. 5. Cap. 19. tom. 5. Ibidem. Lib. 19. Cap. 25.

G

Auguſt. ſuper Pſal. 67.

Pſal. 67.

Pſal. 31.

H

Lib. 1. cap. 7. tom. 7.

A uel habitualē, infuſam, uel acquiſitam, gratificam, uel naturalem, efficacē, uel inefficacem, qualem neceſſe eſt aliquo modo habeat erga Deum, qui Deum cognoſcit: ut infra oſtenditur: & qualem ſeſe habere declarat omnis qui in ſuis actionibus Deum tanquā finem ultimum aliquo modo intendit. Itaque ad bona opera uirtuoſa, quæ ſic fuerint uirtuoſa ut non ſint uitia, oportet ſecundum Auguſtinum, & ſecundum ueritatem, quòd ea operans, Deum aliquo modo intendat: id eſt, quòd ea operans, ea in Deum aliquo modo referat; quòd Deum cognoſcat, & illum ſuis ipſis operibus finem ultimum præficiat, conſtituatq;. Vt ad ueras uirtutes morales dicamus non ſufficere circunſtantiam finis proximi, ſed requiri aliquo modo circunſtantiam finis ultimi: non ſolùm finis ultimi in genere, quin etiā finis ultimi ſimpliciter: aliquo modo, inquam, hoc eſt, actualiter, uirtualiter, uel habitualiter: ſaltē ſecundum principium referendi, ſaltem in potentia propinqua operantis. Quidam Theologus, nomine Franciſcus de Taruiſio, quaſi uidens hanc ueritatem de circunſtantia ultimi finis requiſita, & uolens tueri ſententiam ſancti Thomæ, inter cætera eius dicta in ſuis ueſperiis, poſuit quòd actus moralis carens aliqua debita circunſtantia, etiam ſi ſit circunſtantia finis, quæ inter omnes ſecūdum ipſum quoque eſt præcipua, abſque tamen poſitione circunſtantiæ oppoſitæ & malæ de ſui natura, uel ex intentione facientis, non eſt moraliter malus,

Lib. præſenti. et par. 4. lib. 4.

B nec uitioſus, nec peccatū; ſed eſt uerè bonus moraliter & uirtuoſus: incompletè tamē propter defectū debitæ circunſtantiæ: unde nec ſimpliciter, nec modificatione determinante, uel diminuente, debet à doctore Theologo dici bonus. Talis autem, ſecundum ipſum, eſt omnis actus moralis, qui fit propter talem finem, qui non eſt oppoſitus ultimo fini, ſed poteſt concurrere cum eo, etiam ſine ſub fine ultimo: & intelligit, ut putatur & creditur, de actu morali qui non eſt de genere malus. Hanc ſententiam retulit Gregorius Ariminenſis, illamq; ſatis bene impugnauit, & nos contra illam non nihil inferius dicturi ſumus: ſed eam ob id modo adducimus, ut oſtendamus quòd & ille auctor etiam ſenſit, neceſſariam eſſe ſeu requiſitam circunſtantiam ultimi finis, quamuis malè determinauerit de actu morali cui ipſa deſit. Nouit eam eſſe requiſitam in operibus, & hoc bene: ſed negauit operationes ſine illa eſſe malas, & hoc malè: Gregorius ergo Ariminenſis, ſecundum doctrinam Auguſtini, talem poſuit concluſionem per modum Corollarii, Nullus actus hominum ſimpliciter infidelium,

Lib. 2. Diſt. 38. 39. 40. 41. Qua. 1. Art. 1.

Concluſio Gregorij. Lib. 2. diſt. 41.

eſt moraliter bonus. Dicit autem, ut declarat, ſimpliciter infidelium, ad excludendum ſchiſmaticos, hæreticos, catholicos, & reliquos qui aliquo modo credunt, & alios qui fide cognoſcunt Deum. Probat autem, Quia nullus fit ex dilectione Dei, aut propter Deū tanquā nouiſſimum finem: cùm ipſi non cognoſcant ipſum eſſe propter ſe diligendum, cætera uerò propter ipſum. Vnde concludit, Igitur nullus fit intentione recta: ac per hoc nec uirtuoſè, uel bene moraliter. Atque hanc rationem fatetur poſitam ab Auguſtino quaſi totam, ſuper Pſalmos quos memorauimus: uereq; ita eſt ex Auguſtino, intelligendo per fidem, ueri Dei cognitionem. Ea quippe ſola bona opera dicenda ſunt, quæ fiunt per dilectionem Dei. Hæc autem neceſſe eſt antecedat fides, ut inde iſta, non ab iſtis incipiat illa: quoniam nullus operatur per dilectionem Dei, niſi prius credat in Deum, Nemo computet bona ſua ante fidem; ubi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Et in De ciuit. Dei, uirtutes quæ ſunt extra cognitionē ueri Dei, & ſine relatione ad ipſum, negat quidem eſſe uirtutes, &, ut omnem falſam intelligentiam excludat, eas affirmat eſſe uitia: non ſolùm quando ad uanam gloriam uel tēporale aliquod lucrum, ſed etiam quādo ad ſeipſas uirtutes, referūtur. Verba eius ſæpiſſime, cum ſcribenda, tum legenda, tum memoriæ mandanda, intelligenda & credenda, ſunt

C Quæſt. 1. Art. 2. poſt cõcluſionem 2. Corll. 3.

Super Pſal. 67.

Super Pſal. 31.

D in De Ciuitate Dei, dum inquit, Illud conſtet inter omnes ueraciter pios, neminem ſine uera pietate, ideſt, ueri Dei uero cultu, ueram poſſe habere uirtutem: nec eam uerā eſſe, quando gloriæ ſeruit humanæ. Quamlibet enim uideatur animus corpori & ratio uitiis laudabiliter imperare, ſi tamen Deo animus & ratio ipſa non ſeruit, ſicut ſibi ſeruiendum eſſe ipſe Deus præcepit, nullo modo corpori uitiiſq; rectè imperat. Nam qualis corporis atque uitiorum poteſt eſſe mens domina, ueri Dei neſcia, nec eius imperio ſubiugata, ſed uitioſiſſimis dæmonibus corrumpentibus proſtituta? Proinde uirtutes, quas ſibi habere uidetur, per quas imperat corpori, & uitiis ad quodlibet adipiſcendum, uel tenendum, niſi ad Deum retulerit, etiam ipſæ uitia ſunt potius quàm uirtutes. Nam licet à quibuſdam tunc ueræ & honeſtæ putentur eſſe uirtutes, cum ad ſeipſas referuntur, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflatæ ac ſuperbæ ſunt: & ideo non uirtutes, ſed uitia iudicanda ſunt. In De uera innocentia, Nihil eſt bonum, ſine ſummo bono. Vbi enim deeſt agnitio æternæ & incommutabilis ueritatis, falſa uirtus eſt, etiam in optimis mori-

Lib. 5. cap. 19. tom. 5.

Ibidem. Lib 19. Cap. 25.

de Vera innocentia. In h. ſen. Proſperi. Cap. 105.

E moribus etc. Ergo accipit Auguſtinus reſeribilitatem rerum referibilium in Deum, quia niſi res aliqua, opus uel actio in Deum ſit referibilis, quidem bonitatem moralem habere non poteſt: unde & illam dicit ad bonitatem moralem neceſſariam. Non autem accipit illam tanquam ſufficientem, ſed profectò relationem aliquam requirit ex parte agentis ſeu operantis; actualem, uirtualem, uel habitualem. Vt in actionibus moralibus deliberatis, nemo dicatur bene agere ac ſine peccato, niſi Deum tanquam ultimum finē aliquo modo prædictorum intendat: quem quia nemo poteſt intendere niſi illum cognoſcat, negauit Auguſtinus extra cognitionē ueri Dei, aliquem unquam ueras habuiſſe uirtutes. Itaque ad horum cumulum facit, quòd cum alias dixiſſet Philoſophos non uera pietate præditos luce fulſiſſe uirtutis; in
Lib. 1. ſuis tamen Retractationibus ſuam priſtinam
Cap. 3. ſic correxit ſententiam, Diſplicet, ait, mi-
tom. 1. hi, quòd Philoſophos non uera pietate præ-
Beda. ditos, dixi uirtutis luce fulſiſſe. Beda hanc
Cap. 13. ſententiam Auguſtini imitatus, dixit contra Iulianum, Conſtat quòd quicunq; Philoſophorum, Chriſtum Dei uirtutem, & Dei ſapientiam neſcierunt, hi nullam ueram uirtutem, ſicut nec ueram ſapientiam habere
F una ratione potuerunt. Eodem modo Linco
Linconienſis. nienſis dixit, In doctrina quoque morali Phi loſophorum, & in conuerſatione multorum
Vbi ſup. Gentilium, ut Scipionum, & Africanorum, uidebantur lucere ſplendidæ ſtellæ uirtutum; ſed nunc uerè manifeſtum eſt, quòd ſine Chriſti fide, nulla eſt uera uirtus in alicuius doctrina ſeu conuerſatione. Rurſus ait, Concedimus cū Auguſtino, quòd ſine fide Ieſu Chriſti, nullus unquam uirtutes habuit, aut habere potuit. Quæ grauiſsimorum doctorum ſententia, uerè eſt Auguſtini, intelligendo in illa, per fidem Chriſti, ueram Dei ueri cognitionem: ut pote ſicut ex paulò ante dictis conſtat, hanc fuiſſe ſententiam, doctrinam, mentemq; Auguſtini, ut non niſi intra cognitionem ueri Dei, ueras concedat eſſe aut fuiſſe uirtutes. Idem præfatus doctor Domini
Magiſt. cus Soto in citato opere De natura & gratia,
Soto. refert illos qui inficiantur, poſſe hominem
Lib. 1. abſq; auxilio ſpeciali Dei, uel ſatis cognoſce-
cap. 4. re, uel efficere bonum opus morale: propterea quòd neceſſarium ſit, ut referatur in Deum, quod fieri nequit naturaliter. Determinando autem, quòd nihilominus homo poſsit cum ſola generali influentia Dei, cognoſcere, uelle, atque operari bonum morale, reſpondet ad illam obiectionem de requiſita relatione boni moralis in Deum, Dicens, Nam honeſtum ipſum, niſi mala circunſtantia ueſtiatur, ſuapte natura, uirtute re- G fertur in Deum. Præſertim quia poteſt naturaliter actu etiam in ipſum referri, quatenus ex creaturis poteſt naturaliter cognoſci eſſe ultimus finis naturalis; quod operi moraliter bono ſatis eſt. Hæc ille. Diſpiciatur quæſo, an forte in his ſuis uerbis nouiſsimis concedat, neceſſariam eſſe relationem noſtrorum bonorum moralium in Deum, pro ut Deus eſt nobis naturaliter cognoſcibilis: quanquam ipſe manifeſtè iudicet, poſſe hominem cum ſola generali influētia, Deum ſic naturaliter cognoſcere. Etenim ſi ipſam relationem concedit eo pacto neceſſariam, nobis ſat eſt, ut pote qui pro comperto habemus, non poſſe nos homines uenire in illam cognitionem naturalem Dei, ſine ſpeciali adiutorio eius. Sed de hac quæſtione nos modo non agimus, qua quæritur, An poſſit homo per ſua naturalia cum ſola generali influentia uenire in cognitionem ueri Dei: quia de hac iam ſatis, ſuperq́ue diximus in ſuperioribus. Agimus autem modo de hac alia quæſtione, An ad bonitatem moralem operis moraliter uirtuoſi, requiratur circunſtantia ultimi finis ſimpliciter, aliquo modo appoſita uel apponenda? ideſt, An ad talem bonitatem moralem requiratur, quòd operans, uolens, aut eligens, referat ipſum actum aliquo modo in Deum actualiter, uir- H tualiter, aut habitualiter? Videlicet non ſola relatione quæ ſe tenet ex parte ipſius operis referibilis, & eſt referibilitas ex parte rei quæ poteſt ſeu apta nata eſt referri: ſed relatione quæ ſe teneat ex parte perſonæ agentis, operantis, uolentis, aut eligentis, aliquo modo ex prædictis, actu, habitu, aut uirtute. Hæc enim eſt quæſtio de qua modo agimus, intendimus, inquirimus, diſputamus. Simul autem & de illa alia, An extra cognitionem ueri Dei, poſsit in potentia propinqua reperiri uera uirtus moralis, quæ ſic ſit uirtus ut non ſit uitium? Quandoquidem hæ duæ quæſtiones, altera ab altera mutuò pendēt. Si enim extra cognitionem ueri Dei, poteſt reperiri talis uirtus uera moralis, ſequitur quòd ad illam non requiritur circunſtantia ultimi finis ſimpliciter, quæ utiq; extra cognitionē ueri Dei nōn poteſt apponi in potentia propinqua, ut conſtat omnibus ſapientibus. Si uerò ad ueram uirtutem moralem requiritur circunſtantia ultimi finis ſimpliciter, ſequitur quòd extra cognitionem ueri Dei, non poteſt reperiri uera uirtus moralis, cum ibi non poſsit apponi talis circunſtantia, ex parte agentis. *S. Tho.*

VT IAM ſuperius diximus, ſanctus Tho *secūda 2.* mas docet expreſsè quòd fides per ſe eſt pri *Queſ. 4.* ma *Art. 7.*

A ma inter uirtutes: & quòd aliæ uirtutes non ſunt ueræ uirtutes, niſi præſuppoſita fide. Allegat ad hoc Auguſtinum in lib. contra Iulianum. Ideo igitur quantum ad hoc, ſequitur ſanctus Thomas Auguſtinum. Si ergo Auguſtinus contra Iulianum, dicit extra cognitionem ueri Dei, non eſſe ueras uirtutes, ſed falſas, & ſic falſas, ut ſint uitia, idem tenet ſanctus Thomas: ſi autem alio modo intellexit Auguſtinus, eum ſanctus Thomas ſequitur ſine dubio. Certum eſt quòd Auguſtinus, omnes uirtutes extra cognitionem ueri Dei, dicit falſas: ſed an ſic eas ibi dicit falſas, ut eas ibi dicat peccata, aut uitia, uidendum eſt non ſine diligentia atque attentione apud ipſum Auguſtinum. Et certè quantum apparet, de mente eius dictum eſt ſatis, & dicitur etiam inferius. *Lib. præſenti.*

CAETERVM, quicquid ſit de hac quæſtione, ſiue extra cognitionem ueri Dei reperiantur uirtutes morales ſic ueræ, ut omnem reſpuant falſitatem, id eſt, ſic uirtutes morales, ut non ſint uitia moralia, ſiue non reperiantur ibi: nihil facit contra intentionē quam in hoc præſenti libro habemus de extenſione gratiæ Chriſti oſtendenda per ueras uirtutes morales, quæ ſic ſint ueræ uirtutes morales, ut non ſint uitia moralia, nec peccata. Nihil, inquā, facit hoc contra hanc noſtrā intentionem: quia profectò ubi tales uirtu-
B tes morales reperiantur, ibi ſine dubio ad gratiam Chriſti pertinet. Hanc effatur ueritatē Auguſtinus manifeſtè contra Iulianum Pelagianum, Capreolus etiam ſecundum mentem ſuam & ſancti Thomæ, hoc eſt quòd dicit ſanctus Thomas bonum morale eſſe etiam meritum apud Deum, & Capreolus inſuper, ad prædictas uirtutes morales indigere nos homines auxilio ſpeciali Dei fatetur.

Oſtenditur eadem ueritas, nempè quòd ad gratiam Chriſti ſpectant omnes morales uirtutes: agitur, ex ſubiecto moralium uirtutum, effectu, modo aut fine earum peculiari: probatur morales uirtutes pertinere ad reformationem noſtrarum animarum, indeq; ad gratiam Saluatoris noſtri.

CAP. XXVII.

PERTINENT igitur Ad Gratiam Chriſti Saluatoris noſtri, omnes morales uirtutes quas habent homines, quicunque ſint intra cognitionem ueri Dei, uel extra: dummodo illæ uirtutes tales ſint, ut maximè abſint à uitiis. Conſtat hæc ueritas manifeſtè, per ea quæ de Saluatore noſtro & Domino Ieſu Chriſto credimus expreſsè, & intrepidè fatemur: nempè quòd C
eſt Saluator noſter à peccatis, noſter Reparator, Reformator, Redemptor, Reconciliator, Vocator, Iuſtificator, Glorificator, Sanctificator, Bonificator: ut de his omnibus ex diuinis ſcripturis ſatis manifeſtis, nemini eſt obſcurum, uſque adeo ut eas referre ſuper uacaneum uideatur. Quod ſatis notauit Auguſtinus in ſuo Hypognoſt. dicens, In tantū eſtis ſtultitiæ profundum demerſi, ut non intelligatis, Chriſtum Dominum ad noſtram reparationem, reformationem, redemptionem, reconciliationemq́;, formam ſerui ſuſcipere uoluiſſe? Hæc ille. *Lib. 3. paulò poſt princip. tom. 7.* Ecce quemadmodum Saluator noſter, non ſolùm eſt noſter Redemptor, Reconciliator, Iuſtificator, & Glorificator: ſed noſter etiam Reparator, noſterq́; Reformator. Nunquid magis Reformator noſtrorum corporum? An magis noſtrarum animarum? Profectò & animarum & corporū, magis uerò animarū, ſicut nobiliores, perfectioresq́; ſunt animæ quā corpora, à quibus corpora ad eſſe ſpecificum trahuntur, & perfectionem, uitamq́; propter ipſas adipiſcuntur. Non poteſt autem ambigi, quin uirtutes morales ad reformationem animæ noſtræ pertineant; ſi modo eæ uirtutes ſint, quæ omnem uitiorum reſpuant miſtionem. Demonſtratur hoc manifeſtè ex ſubiecto ipſarum uirtutum moralium, ex effectu quem producunt, atque ex modo operandi. Subie- D
ctum enim moralium uirtutum, eſt ipſa anima rationalis ſecundum eam partem uirtualem ſeu potentialem ſui, qua homines differimus & à plantis, & à brutis animalibus: Effectus earum eſt ordinare atque ad mediocritatem reducere paſsiones animæ, delectationes aut iraſcentias, ſeu appetitus earum, motum concupiſcibilis ac motum iraſcibilis, & operari ſecundum rationem, non faciendo opus malum, tam & ſi afferat delectationem; nec omittendo opus bonum, licet triſtitia non careat: Modus uerò eiuſmodi uirtutum eſt, operari non propoſito ſibi fine aliquo commoditatis caducæ, facileq́; elabētis, non delectationis, non utilitates, famæ, honoris, dignitatis, aut diuitiarum: ſed gratia ipſius boni operis, propterq́; honeſtatem, quia ſic ratio dictat agendum; Quo fit ut affectio commodi abiiciatur, ſolaque ratio habeatur affectionis iuſtitiæ, ſeu honeſtatis. De omnibus his determinauit ſtatuitq́; Ariſtoteles in ſuis Ethicis; Cum enim dixiſſet, *Lib. 1.* beatitudinem formalem hominis in hoc ſæculo, eſſe uiuere ſecundum uirtutem, & ſecundum uirtutem operari; operatiuam hominis *Ibidem.* uegetatiuam, quia eſt communis hominibus & plantis, atque operatiuam hominis

E ſenſitiuam quia eſt communis hominibus &
Ibidem. brutis, abiecit: ſolamq; partem hominis rationalem accepit, qua homo ab omnibus inferioribus differt, & in qua ſola poteſt eſſe uirtus humana: nec refert quòd operatiuam hominis rationalem, diuiſerit in rationalem per ſe, & in rationalem per participationem: quæ eſt pars animæ concupiſcibilis & iraſcibilis, apta nata audire partem per ſe rationalem, illiq; obtemperare. Deniq; ſolam animam rationalem fecit ſubiectum omnium humanarum uirtutum, quæ ſunt propriæ hominis, & ſecundum quas homo operans, eſt beatus atque fœlix: omnium, inquam, humanarum uirtutum, tum intellectualium, tum moralium. Vnde poſtea de moralibus uirtutibus agens, ſupponendo tanquam notiſsimum, quòd moralis uirtus ſit in anima, tractando de rebus animæ, atque inquirendo in quibus
Lib. 2. eorum ſit uirtus moralis; dicit, Quia igitur quæ in animæ fiunt tria ſunt, paſsiones, potentiæ, & habitus; horum aliquid utiq; erit
Ibidem. uirtus. Hæc ille. Qui cum deinde ex multis probaret, uirtutem non eſſe paſsionem, nec potentiam: determinauit tandem, uirtutem eſſe habitum, dicens, Eſt igitur uirtus habitus electiuus in medietate exiſtens quoad nos, determinata ratione, & ut utiq; ſapiens determinabit. Hæc ille. Ecce uirtus moralis, eſt habitus animæ, unde manifeſtum eſt, quòd in illa eſt tanquam in ſubiecto, & quòd
G anima eſt ſubiectum eius. Sic etiam docuit Auguſtinus, ſicut ipſe met refert contra Iulia
Lib. 4. cap. 5. tom. 7. num Pelagianum, quòd omnes uirtutes, etiam quæ per corpus operantur, in animo habitant, De effectu autem ſeu officio moraliũ uirtutum, etiam manifeſtè docuit Ariſtoteles in ſuis Ethicis: Habent enim morales uirtutes ſuum effectum ſeu officium, ſecundum
Lib. 2. ſuum ortum. naſcuntur ex operibus ſecundum rationem factis, ut ſupponit Ariſtoteles, ad ſimilia opera inclinant, ſimiliaq; eligunt, atque faciunt. Quia autem propter uoluptatem ſeu delectationem mala operamur, & propter triſtitiã à bonis recedimus: & quia omnis actus & affectionis, comes eſt delectatio uel triſtitia: ſequitur euidenter, uirtutem moralem uerſari circa delectationem aut triſtitiam: Scilicet reducendo illas ad mediocritatem, ut per uirtutes morales, paſsionibus huiuſmodi bene utamur: ne propter delectationem malum faciamus, nec propter
Lib. 2. triſtitiam bonum omittamus. Verba Ariſtotelis ſunt, Circa uoluptatem enim & triſti
Ibidem. tias eſt moralis uirtus. Infra, Et propter hoc utique erit uirtus circa delectationes & triſti
Ibidem. tias. Infra, ſupponitur ergo uirtus eſſe talis circa uoluptates & triſtitias, optimorum operatiua. Hæc ille. Qui paulò ante dixerat, G
Quare & propter hoc circa delectationes & *Lib. 2.*
triſtitias omne negocium eſt uirtutis & politicæ. Qui quidem enim bene his utitur, bonus erit: qui autem malè, malus. Hæc ille.
Idem, Adhuc ſicut prius diximus, Omnis *Lib. 2.*
animæ habitus à quibus innatus eſt fieri deterior & melior, ad hæc & circa hæc naturam habet. Propter uoluptates enim & triſtitias praui fiunt in proſequendo has & fugiendo, uel quas non oportet, uel quando non oportet, uel ut non oportet, uel qualitercũq; aliter à ratione determinatur. Hæc ille. Ecce effectus aut officium uirtutis moralis, eſt ad opera ſecundum rationem inclinare, delectationesq; & triſtitias ad mediocritatem reducere, ut nec propter delectationem faciamus malum, nec propter triſtitiam omittamus bonum. De modo uerò moralium uirtutum quem ponunt in affectione circa opus bonum, puta non affectionem commodi, nec aliam quamuis ſimilem, ſed affectionem tantum ipſius boni & honeſtatis, quoque manifeſtè diſſerit. Etenim agens de uiro forti, & declarando quomodo debet impauidus ſuſtinere terribilia, dicit, Fortis autem *Lib. 3.*
inſtupefactibilis, ut homo. Timebit quidem igitur & talia, ut oportet autem, & ut ratio ſuſtinebit. Hæc ille: Additq; oſtendens quis finis proximus debeat eſſe uirtuoſæ operationis ſecundum antiquiorem uerſionem, Boni
gratia: ſecundum uerò tranſlationem Leonar H
di Arretini, Decoris cauſa; Argyropili uerò, Honeſtatis cauſa. Ecce quòd finis operum uirtutis fortitudinis, eſt boni gratia, decoris cauſa, honeſtatis cauſa, Additq; manifeſtius, Hic enim finis uirtutis. Ecce finis uirtutis eſt, ut fiat opus eius, gratia boni, cauſa decoris, cauſa honeſtatis. Hinc eſt quòd, ne *Ibidem.*
gat eſſe fortitudinem uirtutem, ſi quis ſuſtineat pericula belli propter honorem, propter timorem pœnarum, aut propter præſentem coactionem, qualibus modis contingit ciues ſuſtinere pericula, aut eos qui politicè pericula ſuſtinent. Negat eſſe fortitudinem uirtutem, ſiquis propter experientiam circa ſingularia, ſuſtinet pericula, putans ibi non eſſe periculum, quali modo contingit pericula ſuſtinere milites: Negat eſſe fortitudinem uirtutem, ſi quis pericula ſubeat propter furorem: quia propter furorem & beſtiæ, pericula ſubeunt. Negat eſſe fortitudinem uirtutem, ſiquis pugnat, aut pericula ſubit propter ſpem uictoriæ; quia ſic pugnãt audacter ebrii qui ĩmodico uini potu auctis ſupra modum ſpiritibus, in bonam ſpem adducuntur. Negat eſſe fortitudinem uirtutẽ, ſiquis pericula ſubierit propter ignorantiã:
qua-

A quales ſunt qui ex defectu ſcientiæ rerum periculoſarum, ad pericula irruunt. Qui ergo ſunt fortes uirtuoſi in pugnando? Fortes, inquit, quidem igitur propter bonum operantur. Boni gratia. Hic enim finis uirtutis. Hæc ille. Ad idem pertinet, uel potius idem *Lib.4.* quod infra generaliter dicit, Quæ autem ſecundum uirtutem operationes bonæ, & boni gratia. Vnde de liberali agens ait, Et liberalis dabit boni gratia & rectè: quibus enim oportet, & quando, & quæcunque oportet, & alia quæcunque ſequuntur & rectè dationem. *Ethic.6.* Hæc ille. Qui alibi quantum ad rem pertinet, de uirtutibus moralibus quoque dicit, Quemadmodum enim iuſta dicimus operantes quoſdam, nequaquam iuſtos eſſe, puta à legibus ordinata facientes uel nolenter, uel propter ignorantiam, uel propter alterum quidem, & nõ propter ipſa: quamuis operantur quidẽ quæ oportet, & quæcunq; oportet ſtudioſum, ſicut uidetur eſſe qualiter habentem operari ſingula uelut ſit bonus. Dico autem puta propter electionem, & ipſorum gratia operatorum. Hæc ille. Ecce igitur ſubiectum moralium uirtutum, eſt anima rationalis: Effectus ſeu officium moralium uirtutũ, eſt operari ſecundum rationem, & cum recta ratione, atque affectiones & paſſiones animæ ſecundum corpus, ordinare, & ad mediocritatem reducere delectationes partis B concupiſcibilis, & iraſcentias partis iraſcibilis: Modusq; ſeu finis particularis moralium uirtutum, eſt operari non ſecundum affectionem commodi, ſed ſecundum affectionem iuſtitiæ, gratia boni, cauſa honeſtatis, quia ſic ratio agendum dictat. Quorſum hæc? Nõ dubium ergo, quin ad reformationem animæ morales pertineant uirtutes. Quod ſi pertinent ad reformationem animæ, ut re uera ita eſt; per conſequens ſine dubio pertinent ad gratiam Chriſti. Eſt enim Chriſtus Dominus noſter, noſtrarum animarum Reformator. Manifeſtè uidebimus pertinere morales uirtutes ad reformationem animarum noſtrarum, ſi uel tantillum conſideramus, quales eſſent animæ rationales hominum adultorum, quæ moralibus uirtutibus caruiſſent: eſſent enim ſine dubio, quaſi animæ iumentorum, nec in aliquid moraliter, deliberatè, ac efficaciter tenderent, niſi ſecundum affectionem commodi, ad bonum utile, atque ad bonũ delectabile. Vbi non ſunt morales uirtutes, non eſt prudentia, quæ morales uirtutes dirigit, & quæ opera oſtendit ad fines bonos moralium uirtutum perducentia: quia ubi nõ ſunt morales uirtutes, non uolunt homines efficaciter bonos fines moralium uirtutum; & qui non uult fines uirtutum moralium, nõ aſſentitur principiis prudentiæ. C Ridicula enĩ ſunt illi, & nõ curat de illis, ut ſatis bene dixit Ariſtoteles, & infra magis declaratur. *Ethic.6.* Non eſt prudentia, ubi non ſunt morales uirtutes, nec ſunt morales uirtutes, ubi non eſt prudentia; quia uirtus moralis, eſt habitus electiuus & operatiuus ſecundum rectam rationem & cum recta ratione: quæ recta ratio eſt prudentia, ut ibi Ariſtoteles declarauit. *Ethic.6.* Vbi autem non eſt prudentia nec morales uirtutes, non poſſunt uirtutes intellectuales purè & perfectè habere actum ſuum: dependent enim uirtutes intellectuales, quantum ad puritatem ſui actus, ex bona diſpoſitione phantaſiæ, atque ex ſedatione paſſionum. Nanq; morales uirtutes, ordinãt, cõponunt, & moderantur paſſiones animæ; quæ ſi non ſunt ſedatæ; malè aptus eſt homo ad contemplationem. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam; & deprimit ſenſum multa cogitantem. Quid cogitabit ſenſualis, niſi ſenſualia? guloſus, niſi guloſa? carnalis, niſi carnalia? Et ſimilia. Hinc eſt, quòd doctores dicunt *Lib.3.* ſcholaſtici in ſuis ſententiis, dependere quo- *Diſt. 36.* dammodo uirtutes intellectuales à uirtutibus moralibus. Hieronymus aduerſus Ioui- *Lib.2.* nianum, refert, Galenum uirum doctiſſimũ Hippocratis interpretem, dixiſſe in exhorta- *Habetur De conſecrat. diſ.5. Ne tales.* tione medicinæ, athletas quorum uita & ars ſagina eſt, nec uiuere poſſe diu, nec ſanos eſſe: animasq; eorum ita nimio ſanguine & adipibus quaſi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cœleſte, ſed ſemper de carnibus & ructu D & uentris ingluuie cogitare. Hæc ille. Ecce anima humana quæ moralibus caret uirtutibus, ſicut animæ athletarum, nihil cogitat tenue aut cœleſte, ſed ſemper de carnibus, & ructu, & ingluuie uentris, nimio ſanguine & adipibus & affectionibus atque paſſionibus ſenſibilium quaſi luto inuoluta: ſqualida, fœda, deformis, turpis, obſcœna. A quibus fœditatibus profectò liberatur, cùm uirtutes morales acquiſiuerit quibus ut conſtat, affectionem eleuat à bono utili, atque à bono delectabili, ad bonum honeſtum; & ſuarum affectionum, paſſionumq; domina efficitur. Reformatur ergo anima per morales uirtutes, per illasq; honeſtatem proſequitur; affectiones, atque paſſiones ſuas ordinat, & uitia deuitat ſuperatq;, ſecundum rectam rationem & cum recta ratione operans, boni gratia, & cauſa honeſtatis. Et ibi ergo operatur Chriſtus, ſine quo nequaquam ad bonum aliquod morale, deliberatum, honeſtum, uirtuoſum, reformatur anima. Eſt ipſe uniuerſalis Redemptor, eſt & uniuerſalis Reformator. Affectiones atque paſſiones animæ concupiſcentis aut iraſcentis, delectationis, aut

E triſtitiæ, ad quas ſedandas & ordinandas indigemus moralibus uirtutibus, manifeſtum eſt quòd per originale peccatum habuerunt ortum, & ad fomitem peccati pertinent, quo concupiſcit caro aduerſus ſpiritum: caro enim quæ aduerſus ſpiritum concupiſcit, non eſt ſola caro; ſed magis eſt caro per animam informata, uel ipſa anima concupiſcens ſecundum carnem, ſeu homo exterior homini interiori repugnans. Cum autem illæ eiuſmodi affectiones aut paſsiones à peccato primi hominis ortum habeant, & ad illud quodam modo pertineant tanquam reliquiæ quædã, recrementa, fœces, pœna, aut pœnalitas: quidem morales uirtutes, quæ quaſi ipſarum affectionum & paſsionum medicinæ, illas temperant, quodammodo curant, & ordinant, non poſſunt non pertinere ad Saluatorem noſtrum, per quem Adamum ſecundum de cœlo cœleſtem, mundamur, ſanamur, curamur, ordinamur, & liberamur ab omnibus malis tum culpæ, tum pœnæ, quæ ad nos per primum Adamum de terra terreſtrem uenerunt. Secundum hãc altiſsimam ueritatem
Lib. 4. Cap. 1. tom. 7. Chriſtianam, Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum agens de malo quod eſt concupiſcentia carnis, & quo bene utitur coniugalis pudicitia, dicit ad propoſitum, Quòd malum non ex alia ſubſtantia quam Deus non condidit, ſicut Manicheus inſanit, nobis eſſe
F permiſtum, ſed per inobedientiam unius hominis exortum atq; traductum, & per obedientiam unius hominis expiãdum atque ſanandum, cuius obligatione implicat debita pœna naſcentem, ſoluit indebita gratia renaſcentem. Hoc malum contra me laudãdo, aduerſarius meus uideris: ſed in te debellando, meus teſtis es: ſi autem hoc non debellas, tuus hoſtis es. Hæc ille. Ecce concupiſcentiam carnis quam primus parens Adam carnalis introduxit, Saluator noſter Adam ſpiritalis expiat, ſanat, ſoluit: quamobrem uirtutes morales quæ illam concupiſcentiã, affectiones, aut paſsiones eius debellant, uincunt, dirigunt, ordinant, & ad mediocritatem reducunt, ſine dubio ad Saluatorem noſtrum pertinent. Hanc ueritatem nos docuit
Rom. 7. Apoſtolus Paulus, qui cum dixiſſet, Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuãtem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis, ad quam legem membrorum pertinet etiam illæ affectiones & paſsiones quas ſuperant & ordinant morales uirtutes: & cùm harum affectionum & paſsionum gratia exclamaſſet, dicens, Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic reſpondit, Gratia Dei per IESVM Chriſtum Dominum noſtrum. Ergo ad gratiam Domini noſtri Ieſu G
Chriſti pertinent morales uirtutes, quibus affectiones ac paſsiones animæ ad legem membrorum pertinentes ſuperamus, uincimus, ordinamus, & ad mediocritatem reducimus.
Paulus generali ſententia dicit, Deo autem *1. Cor. 15.* gratias, qui dedit nobis uictoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Quam, quæſo, uictoriam? Quidem contra mortem, contra diabolum, contra culpam, contra pœnam culpæ debitam, & contra affectiones atque paſsiones animæ per peccatum introductas, ad peccatumq; inducentes: contra Diabolum, contra mundum, contra carnem: Paulus generaliter loquens, uictoriam noſtram ſine coarctatione Chriſto tribuit, quis Chriſtianus audebit illam coactare? In materia doctrinæ, locutio indefinita æquipollet uniuerſali: unde tantundem eſt dicere, Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam; ac ſi dicatur, Deo autem gratias qui dedit nobis omnem uictoriam. Vnuſquiſque uerò tentatur, *Iacobi 1.* à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Victoria huius concupiſcentiæ, cuius erit? Non dubium quin gratiæ Dei, per merita Saluatoris noſtri. Quia ergo per uirtutes morales noſtrã concupiſcentiã uincimus, uirtutes morales ad gratiã Redemptoris pertinent: alioquin uictoria noſtrarum concupiſcentiarum quam per morales uirtutes habuerimus, non pertinebit ad Redemptorem H
noſtrũ. Ioannes in Apocalypſi ait, quòd ſenio *Apoc. 4.* res, per quos utique ſancti uiri ſignificãtur, adorabant uiuentẽ in ſæcula ſæculorũ mittentes coronas ſuas ante thronũ. Gregor. autem *Lib. 22.* in moralibus, exponẽs hæc uerba inquit, Coronas ſuas ante thronũ mittere, eſt certaminũ ſuorũ uictoriã nõ ſibi, ſed auctori tribuere ut ad illũ referãt gloriã laudis, à quo ſe ſciunt uires accepiſſe certaminis. Hæc ille. Seria eſt iſta res, ſerioq; tractari uult. Omnem uictoriã noſtrã contra mortem, contra diabolum, contra culpam, contra pænam culpæ debitam, & contra noſtram concupiſcentiam aut iraſcentiam, Deo per merita Saluatoris noſtri tribuere debemus. Eſt autem uictoria non ſolùm quando ſuperamus, illud merendo quod tentatio auferre nititur, ſed etiam quoties tentationi reſiſtimus: Quoties enim tentamur, ſatis uincimus, ſi non uincimur: hoc ipſo ſuperamus, & uictoriam obtinemus. Porrò de uictoria noſtra quam habemus quoties tentationibus reſiſtimus, & illas adeo ſuperamus, ut in illas non incidamus; ſatis conſtat quòd & diuina eloquia, & ſancti patres, illam Deo tribuunt, per Chri- *Cocilium* ſtum Dominum noſtrum. Vnde Concilium *Milenitanum.* Milenitanum contra Pelagiũ & Pelagianos, ſic

A ſic determinauit, Quicunqne dixerit gratiam
Dei qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum
Dominum noſtrum, ad ſolam remiſsionem
peccatorum ualere, quæ iam commiſſa ſunt,
non etiam ad adiutorium ut non committan
tur, Anathema ſit. Quod profectò probat
Pſal.117. diuina ſcriptura ita eſſe, dicens, Impulſus
euerſus ſum, ut caderem; & Dominus ſuſce
Pſal. 17. pit me. Fortitudo mea & laus mea Dominus,
& factus eſt mihi in ſalutem. Quoniam à te
eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgre-
Rom. 8. diar murum. In his omnibus ſuperamus,
propter eum qui dilexit nos: aliàs, per eum
qui dilexit nos; ut legit Auguſtinus. Super
quo uerbo, in De gratia & libro arbitrio di-
cit, Non per nos, ſed per eum, qui dilexit
nos. Ob quod in dominica oratione oramus
Matt. 6. omnes, Et ne nos inducas in tentationem: id
eſt, ne in tentatione deficiamus: ſcilicet quia
non deficere, aut tentationibus reſiſtere, no
bis à Deo eſt: A' Deo, inquam, eſt, non ſo-
lùm per gratiam creationis, quod dicebat Pe
lagius, ſed etiam per gratiam redemptionis,
Pſal.126. quod dicimus catholici Chriſtiani. Niſi Do-
minus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat
qui cuſtodit eam. Sic ergo nobis dicendum
eſt, & ſic eſt omnis uictoria noſtra, noſtro
Saluatori, Redemptori, Reformatori, Re-
conciliatori, Bonificatori, Iuſtificatori, at-
B que Glorificatori tribuenda: Vt dicamus ſin
guli, Omnia poſſum, in eo qui me confortat.
Omnia, inquam, bona: meritoriè agere, be
ne moraliter operari, tentationibus reſiſte-
re, fortis in prœlio eſſe, & uictoriam reporta
Lib.2. re. Marſilius in ſuis ſententiis dixit, Quo-
Qua.20. ties quis alicui forti tentationi reſtiterit, to-
Art.3. ties eum Deus iuuabit ſeu iuuabat gratuito
Propo.5. dono quo concurrit, præter uires naturæ la-
in coroll. pſæ. Patet, quia quòd non cadit poſt natu-
ram lapſam, hoc eſt ultra uires naturæ. Hæc
ille. Melius dicturus, ſi generalius dixiſſet,
Quoties quis alicui tentationi reſtiterit, &
cætera quæ ſequuntur: ut omnem uictoriam
tentationum fortium, atque leuium, Chri-
ſto tribueret. Fortitudo eſt, tentationibus
reſiſtere: ſed generaliter dicit ſcriptura ſan-
Pſal.17. cta, Fortitudo mea & laus mea Dominus.
Diligam te Domine fortitudo mea; Domi-
nus firmamentum meum, & refugium meũ,
& liberator meus. Deus meus adiutor meus,
& ſperabo in eum. Protector meus, & cornu
Origen. ſalutis meæ, & ſuſceptor meus. Ideo Ori-
lib. 3. genes in De principiis ſeu Periar. ait, Du-
Cap. 2. bium enim non eſt quòd in omni tentatione
adeſt nobis tolerandi uirtus, ſi tamen nos cõ
petenter utamur uirtute conceſſa. Non enim
idem eſt habere uincendi uirtutem, & uince-
re: ſicut ipſe Apoſtolus cautiſsimo ſermone
ſignauit dicens, Quia dabit Deus exitum ut C
ſuſtinere poſsitis, non ut ſuſtineatis. Multi
enim ſuſtinent, ſed in tentatione uincun-
tur. A' Deo autem datur, non ut ſuſtinea-
mus; alioquin nullum iam uideretur eſſe cer
tamen, ſed ut ſuſtinere poſsimus. Ecce in o-
mni tentatione adeſt nobis uirtus tolerandi,
quam nobis præſtat Deus ut poſsimus ſuſti-
nere: qua ſi induſtriè utimur, uincimus: & ſi
ſegniter, ſuperamur. Optimè dicit Auguſti-
nus in libello de prædeſtinatione diuina, Li-
berum uerò quod à Deo habemus arbitriũ,
prono ad nequitiam lapſu fluit: & cum ad uir
tutis indolem Dei auxilio deferente nihil poſ-
ſit, ad genus omne peccati idonea fultum uir
tute ſubſiſtit. Certè uoluntas moralibus or-
nata uirtutibus, ſenſualitati eiuſq; tentatio-
nibus reſiſtit, & illas uincit, ueterem homi-
nem exuit, uetus fermentum expurgat, cir-
cunſtans peccatum deponit, & ſine dubio ad
bonam uoluntatem pertinet. Hæc autem
omnia & quodlibet horum, diuina ſcriptura
& omnes doctores ſancti referunt in Deum
principalem auctorem, per gratiam Domini
noſtri Ieſu Chriſti, quam ipſe nobis meruit.
Omnis noſtra tentatio ad peccatum, utique
mediatè uel immediatè eſt à diabolo: & pro-
cul dubio nullam tentationem eiuſmodi poſ
ſumus uincere, niſi per Saluatorem noſtrum.
Ipſe fortior ſuperueniens uicit mundum, ſu D
perauit diabolum, & nobis præſtat unde uin
camus & reſiſtamus. Non admittimus, ſed
toto nixu abiicimus eos, qui aliàs doctiſsimi
& catholici uiri, dicunt poſſe nos homines
uincere nonnullas tentationes ſine ſpecia-
li adiutorio gratiæ cum ſola generali influen-
tia, ſed non omnes: quaſi poſsimus ex noſtris
naturalibus paruas tentationes uincere, non
magnas. Etenim omnem noſtram uictoriam
contra peccatum, facit Saluator noſter, qui
eſt deſtructor peccati, Agnus Dei qui tollit
peccata mundi: non ſolùm peccata remitten
do, non imputando, aut condonando com-
miſſa; ſed etiã præbendo auxilium ne denuo
dum tentamur, fiant alia. Omnem ergo ui-
ctoriam cuiuſuis tentationis debemus illi:
non ſolùm dum magnas tentationes uinci-
mus, ſed dum paruas etiam. Cæterùm ut
hanc ueritatem diſpiciamus magis & confi-
teamur, reputemus & in examen uocemus
iterum atque iterum morales ipſas uirtutes,
quantum ad earum ſubiectum, officium, &
modum operandi: contra quid pugnent, quid
tandem efficiant. Quantum ad ſubiectum, ſi-
ne dubio, morales uirtutes ſunt in anima ho-
minis ſecundum partem eius nobiliorem, id
eſt, ſecundum partem eius rationalem: in
qua differt homo à plantis, & à brutis. Quan
tum

E tum ad officium, morales uirtutes inclinant hominem ad bene operandum, ſecundum rectam rationem & cum recta ratione, concupiſcentias atque iras carnis, delectationes eius atque triſtitias uincunt, moderantur, ordinant, & ad mediocritatem reducunt: unde quidem ipſæ ſunt quæ carnis concupiſcentiam & fomitem peccati quodammodo extenuant, & uetus fermentum expurgant, quibusq; anima imperat corpori & uitiis corporis contra malum quod eſt in corpore, ex origine. Quantum ad modum agendi, utique morales uirtutes non reſpiciunt utilitatem aliquam aut commoditatem, neque cognoſcunt amicabiliter affectionem commodi ſed eam fugiunt, & ſolam honeſtatem reſpiciunt, bonum ipſum, & affectionem iuſtitiæ ex qua ortum habent, ut pote quia non niſi gratia boni, & cauſa honeſtatis agunt, quia ſic ratio dictat agendum. Quantum ad id contra quod pugnant, manifeſtum eſt illud eſſe peccatum in non baptizatis: malum autem originis & fomitem peccati, & concupiſcentiam carnis, & legem peccati, & uetus fermentum in iam renatis per baptiſmum. Quantum ad id quod tandem efficiunt, non minus eſt certum, uerum & notum, quòd animam perficiunt magis & magis, uetus fermentum ex-
F purgant, & cor mundant eo ipſo; paſsiones eius, affectiones, commotiones, motus, perturbationesq;, concupiſcentias, iraſcentias, delectationes, triſtitias, amores, odia, ſpem, & timorem, & audaciam, temperando, ad mediocritatem reducendo, ordinando. Virtutes morales hæ ſunt quibus mens noſtra fortior, mundior, perfectiorq; reddita, corpori & uitiis eius imperat, atque cor mundum habet à ſuis moralibus turbulētiis quæ notum eſt, quid faciunt, ubi uirtutes morales non ſunt: quanquam tamen alia ſit maior mūditia cordis, altior, nobilior & perfectior, ad quam diſponit munditia moralium uirtu-
Dionyſ. Carthuſ. tum. Sic Dionyſius Carthuſianus ſuper Matheū circa illud, Beati mūdo corde, quoniam
Matt. 5. ipſi Deū uidebunt. explicans ea uerba, Beati mundo corde, dicit, Hoc eſt puri intellectu, & ſinceri in uoluntate, ita quod conſcientiam peccati non habent, nec aliqua intentione obliqua fœdantur: ſed contemplationi ac dilectioni Dei altisſimi cœleſtiumq; bonorum uacant ſine permiſtione erroris, & abſque occurſu paſſionis animam obtenebrantis. Et addit idem Doctor ſtatim ad propoſitum, Ad hanc cordis munditiam diſponunt uirtutes morales, appetitum ſenſitiuum à paſsionum inordinatione purificantes, & cæteræ uirtutes intellectuales, naturales, atque iuſtitia, quæ eſt uirtus ſpecialis moralis. Omnia enim hæc ordinantur ad hoc, ut intellectus dono G
ſapientiæ ſupernaturalis ſupernaturaliter illuſtretur donis quoque intellectus, ſcientiæ & conſilii: & ut uoluntas diuina charitate feruefcat, donisq; tribus, ſcilicet fortitudine, rimore & pietate perficiatur, quibus peractis, potens eſt anima ſtabiliter, ſincerè & affectuoſè Deo uacare, contemplando ac diligendo: Sicq; munditia cordis eſſentialiter eſt ardens contemplatio Dei, ſeu contemplatiua eius dilectio. Hæc ille. Ecce uirtutes morales purificant appetitum ſenſitiuum à paſsionum inordinatione, & diſponunt ad illam aliam cordis munditiam altiſsimam, de qua dicit Saluator noſter, Beati mundo corde, quoniam *Matt. 5.*
ipſi Deum uidebunt. Ergo uirtutes morales quæ ita purificant ab inordinatione paſsionū appetitum ſenſitiuum, uidelicet corruptum per peccatum originis, qualem nos illum habemus poſt lapſum, id eſt, ipſam ſenſualitatem, & illum ſubiiciunt rationi, & rationem ipſam regnare faciunt ſuper illum appetitum huiuſmodi, atque hoc non affectione aliqua commodi, damni uitandi, aut lucri acquirendi, bonorum naturalium uel temporalium, famæ, honoris, ſeu fortunæ, ſed ſola affectione iuſtitiæ, gratia boni, cauſa honeſtatis, & quia ſic ratio dictat agendum, ſine dubio tribuendæ ſunt Saluatori noſtro & gratiæ eius, H
Qui eſt noſter Vocator, Iuſtificator, Doctor, Reparator, Redemptor, Reformator, Ordinator, tum quantum ad illum ordinē quo appetitus noſter intellectiuus, uoluntas, ſubditus ſit Deo, tum quantum ad illum ordinem quo appetitus noſter ſenſitiuus corruptus, ſenſualitas, ſubditus ſit rationi. Vtroque enim horum duorum ordinum expoliauit priuauitq; & carere nos fecit parens noſter carnalis, Adam primus de terra terreſtris, per ſuam inobedientiam ſuumq; peccatum: atque utroque horum duorum ordinum abundantius ditat nos, & abundare facit parens noſter ſpiritalis, Adam ſecundus de cœlo cœleſtis, per ſuam obedientiam, uitam, paſsionem, mortem, & reſurrectionem. Iſtud altiſsimum ac nobiliſsimum uirtutum officium, cognouerunt omnes uiri ſapientes qui olim fuerunt, poſtquàm res ipſa uirtutum magis cognita fuit, & paſsiones animi humani magis diſcuſſæ atque cognitæ. Nomen enim uirtutis antiquitus fuit ſolius fortitudinis, ut notauit Tullius: cuius rei ratio in eo erat, quòd non ſtatim innotuit hominibus aliarum uirtutum uirtuoſitas (ut ſic loquamur) ſeu bonitas, aut uigor apud animum: cum tamen uirtuoſi ſemper apparuerint, qui laboribus & doloribus non facilè uinci potuerunt. Poſtquam autem experientia docuit, animum habere multa certamina

A tamina contra diuitias, delitias, concupiſcentias, iraſcentias, triſtitias, & honores, quorũ uictoria difficilis eſt & utilis: iam inde etiam uirtuoſi dicti ſunt, qui tales ſeu talia uincere potuerunt. Hoc etiam declarant ſatis, illæ definitiones uirtutis quas Philoſophi tum Ethnici, tum noſtri Chriſtiani nobis tradiderunt. *Ethic. 2.* Eſt enim uirtus, ut dixit Ariſtoteles, quæ habẽtem perficit, & opus eius bonum reddit. *Ibidem.* Rnrſus ſecundum ipſum, Virtus eſt, moderatrix paſsionum, id eſt, ut etiam declarat, Habitus uoluntarius in medietate conſiſtens quoad nos, id eſt, medietas duarum malitiarum, huius quidem ſecundum ſuperfluitatem, huius uerò ſecundum indigentiam. *Phyſic. 7. tex. c. 17.* Iterum Ariſtoteles, Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimũ. *5. topic. Ethic. 8.* Et generaliter uirtus à Philoſophis, ita definita eſt, Animi habitus naturæ, modo, atque rationi cõſentaneus. Hanc ultimam definitionẽ uirtutis retulit & probauit Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum. *Auguſt. Lib. 4. Cap. 3.* Inſuper in libro De ſpiritu & anima qui aſcribitur Auguſtino, cum tamen non poſsit eſſe Auguſtini, ſed magis Paulini, uirtus ſic definitur, Habitus mentis bene inſtitutæ. *Bernard. in epiſ. ad fratres de monte Dei.* Bernardus etiam ita definit, Virtus eſt, ad iudicium rationis, uſus liberæ uoluntatis. *Auguſt.* Auguſtinus etiam in De libero arbitrio, Virtus eſt bona qualitas mentis, qua rectè uiuitur, qua nemo malè utitur, quã Deus in nobis ſine nobis operatur. B quæ uirtutis deſcriptio ad ſolam uirtutem infuſam pertinere uidetur, licet ſecundum alium ſenſum poſsit etiam uirtuti non infuſæ aptari, id eſt, acquiſitæ, ſeu conſuetndinali: intelligendo illud operari, pro eo quod eſt, præparare, præuenire, mouere, ſeu inſtigare ad bonum opus uirtuoſum unde generatur uirtus. *Auguſt.* Idem Auguſtinus in De quantitate animæ, Virtus eſt æqualitas quædam uitæ, undique conſonans rationi. Habemus autem ex iſtis omnibus definitionibus uirtutis, quòd uirtus eſt quæ mentẽ ſeu animam bene inſtituit, ipſamq́; mentem in toto regno animæ regnare facit contra inferiores potentias & contra uitia, contra concupiſcentias, iraſcentias, delectationes, triſtitias, & alia huius generis mala. Intelligimus enim mentem bene inſtitutam ad ſimilitudinem regni, quod bene tunc inſtitutum eſt, ſi bene in eo conſulatur, rectè imperetur, rectèq; uiuatur: ob quod quidem mens bene inſtituta eſt, cum ratio rectè conſulit, uoluntas bene imperat, & uires ſubiectæ uoluntati rectè obediunt. Hanc autem bonam inſtitutionem mẽtis, in mente utique uirtus facit: rationem illuminat, & de ſeruitute uitiorum, ad imperiũ euehit, atque eleuat uoluntatem. Virtus ergo ſolium iudicii, rationi reddit: uitiaq́; expurgat, eneruat, infringit, uincit, atque extenuat, & mala comprimit naturæ, quæ in nobis per peccatum originis ortum habuerunt. C *Hierony.* Optimè dixit diuus Hieronymus, Sola apud Deum libertas eſt, non ſeruire peccatis: ſumma apud eum nobilitas, clarere uirtutibus: qnidem quia uirtutes in nobis faciunt, ne peccatis aut uitiis ſeruiamus. Cum ergo uirtutes ita inſtituant bene & afficiant animam contra peccata, uitia, aut mala quæ habemus per peccatum originis ex Adamo prior; conſequens eſt ſecundum diuinas ſcripturas, ut uirtutes huiuſmodi habere non ualeamus niſi per gratiam Dei quã habemus ex Saluatore noſtro, ſcilicet Adamo poſteriore. *1. Cor. 15.* Deo autẽ gratias qui dedit nobis uictoriam, per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum. *Lactant. Firmian. lib. 6. cap. 3. et cap. 4.* Lactantius Firmianus in ſuis inſtitutionibus iuxta Poetas atque antiquos Philoſophos (quos tamen emendat, eorumq́; errata corrigit) duas ponit uias occurrentes hominibus cum ad canos diſcretionis perueniunt; alteram uirtutum, quæ ducit ad cœlum, ac ſedes beatas; alterã uitiorum quæ ducit ad infernum, gehennam, ac perpetuam miſeriam. Vtique, ait, In uia gehennæ poſuit Deus quæ pro bonis habẽtur in terra, ſi amor eorum excedit, opulẽtiam, honorem, quietẽ, uoluptatem, illecebras omnes, ac pariter iniuſtitiam, crudelitatem, ſuperbiam, perfidiam, libidinem, cupiditatẽ, diſcordiam, ignorãtiam, mendacium, ſtultitiam, cæteraq; uitia: D In uia autem cœli, ut quoque docet, poſuit Deus iuſtitiam, temperantiam, patientiam, fidẽ, caſtitatem, abſtinentiam, concordiam, ſcientiam, ueritatem, ſapientiam, cæteraſq; uirtutes, ac ſimul cum his, ſi inde equantur, paupertatem, ignominiam, laborem, dolorem, amaritudines omnes. *Vbi ſupra. Cap. 3. 4. & 7.* Porrò autem cœleſtis uiæ, in qua etiam poſuit morales uirtutes ut conſtat, manifeſtè dixit, Deum eſſe ducem: in quo non obſcurè docuit, Dei adiutorio ac ope ſpeciali nos homines indigere, ad uirtutes ipſas capeſſendas. *Lib. 6. Cap. 24.* Atque inferius oſtendens quibus ſanatur homo, iuſtificatur, & perficitur, uirtutes explicat, inter quas morales uirtutes reperiuntur, uel quæ ad morales reducuntur: ubi ſanum dicit hominem, qui ad alienam fœlicitatem non attollat oculos, opes non admiretur, alienam mulierem ſanctè uideat, nihil omnino appetat, non cõcupiſcat alienum, non inuideat ulli, non faſtidiat quenquam, ſit humilis, miſericors, beneficus, mitis, humanus, pax in animo eius perpetua uerſetur. De homine enim huiuſmodi, ita concludit, Ille homo ſanus, ille iuſtus, ille perfectus eſt. Et non poteſt eſſe dubium quin morales uirtutes faciant ad expurgationem aut mitigationem mali originis, cum ſine dubio faciant ad ſedandos, mo

E derandas, regendas, componendasq́; & ordinandas paſsiones, affectus, motus, aut commotiones, utriuſque harum partium noſtrarum, concupiſcibilis & iraſcibilis, quæ per peccatum originale ſolutæ atque corruptæ fuerunt. Has duas uias, uirtutum uidelicet ac uitiorum, poſuerunt omnes Poetæ, omnesq́; Philoſophi, qui de hac reſcripſerũt, ad mores hominum componendos. Sed ſuper omnes poſuit illas Saluator noſter apud
Matt. 7. Matthæum, dicens, Intrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quam anguſta porta & arcta uia eſt quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt
Abulenſis ibi. qui inueniunt eam. Abulenſis in eo loco intelligens per uiam uitæ, legem Euangelicam, atque uolens explicare quam aſperitatem ea habeat, dicit difficultatem legis Euangelicæ eſſe ſecundum difficultatem legis naturalis, in eo uidelicet, quòd difficile ſit, tum inuenire medium rationis in agendis rebus, aut uitandis, tum etiam medium inuentum proſequi. Et cum hoc pertineat ad uirtutes morales, quæ ſunt circa medium, uidetur quòd ſecundum ipſum, morales uirtutes pertineãt ad uiam uitæ: ad comprimendas, ſedandas, ordinandas, cõponendasq́; paſsiones animi.

De ſubiecto uirtutum moralium. QVIA dicimus ſubiectum moralium uirtutum eſſe animam, ſicuti & uerum eſt: & quia de ſubiecto moralium uirtutum fuit olim, eſtq́; modo non parua difficultas, quan-
F tum ad ſubiectum primum, inter doctores, placet ſententias eorum proponere: ut fiat magis lucida determinatio ueritatis. Inter
S. Tho. Prim. 2. Quæ. 56. doctores noſtros, ſanctus Thomas de ſubiecto uirtutis agens, quantum ad propoſitum noſtrum de ſubiecto moralium uirtutũ pertinet, ut de intellectualibus taceamus, non
Ibidem. Art. 1. nulla dicit, Primum quòd uirtus ſit in potentia animæ ſicut in ſubiecto. Secundum, quòd
Ibidem. Art. 4. iraſcibilis & concupiſcibilis, partes appetitus ſenſitiui, ſecundum ſe conſideratæ, & prout tales, communes ſunt nobis & brutis, & ideo ut ſic non poſſunt eſſe, ſubiectum uirtutis humanæ: ſecundum autem quòd participant rationem, per hoc quòd natæ ſunt rationi obedire, ſic iraſcibilis uel concupiſcibilis poteſt eſſe ſubiectum humanæ uirtutis. Ter-
Ibidem. Art. 6. tium quod uoluntas quidem eſt ſubiectum uirtutis, ſed hoc quantum ad eas uirtutes quæ ordinant affectum in ordine ad bonum diuinum uel ad bonum proximi, ut ſunt charitas, iuſtitia, & res huiuſmodi. Quartum
Ibidem. ad 1. arg. quòd ratio probans uoluntatem non eſſe ſubiectum uirtutis, (ita uidelicet, Quia ad id quod conuenit potentiæ ex ipſa ratione potentiæ, non requiritur aliquis habitus: ſed de ratione uoluntatis eſt quòd tendat in id G
quod eſt bonum ſecundũ rationem, ad quod ordinatur omnis uirtus, ergo uoluntas non indiget uirtute, aut non eſt ſubiectum uirtutis) habet locum de uirtute, quæ ordinat ad bonum proprium ipſius uolentis, ſicut temperantia & fortitudo, quæ ſunt circa paſsiones humanas, & alia huiuſmodi. Sic docet ſanctus Thomas, aut certè uidetur docere de moralibus uirtutibus, eas ſolas eſſe in uoluntate tãquam in ſubiecto quæ ſunt ad alterum; alias uerò non, ſed in iraſcibili aut concupiſcibili. Scotus autem de omnibus mora- *Scotus. Lib. 3. Diſt. 33. Quæſt. 1.*
libus uirtutibus ſine exceptione fatetur & docet, quòd ſunt in uoluntate tanquam in ſubiecto: de iuſtitia, temperantia, & fortitudine, atque de aliis quæ ad has reducuntur, ſiue ſint ad alterum, ſiue non. Sanctus Tho- *Fundamẽtum ſancti Tho. Vbi ſup. Art. 6. in corpore.*
mas probat ſuam ſententiam, dicens, Cum per habitum perficiatur potẽtia ad agẽdum, ibi indiget potentia habitu perficiente ad bene agendum, (qui quidem habitus eſt uirtus) ubi ad hoc non ſufficit propria ratio potentiæ. Omnis autem potentiæ propria ratio attenditur in ordine ad obiectum: unde cum, *Prima 2. Quæſ. 10. uel aliàs. Quæſ. 8. Art. 1.*
ſicut dictum eſt, obiectum uoluntatis ſit bonum rationis uoluntati proportionatum, quantum ad hoc non indiget uoluntas uirtute perficiente. Sed ſi quod bonum immineat homini uolendum, quod excedat proportionem uoluntatis, ſiue quantum ad totam ſpeciem humanam, ſicut bonum diuinum, quod tranſcendit limites humanæ naturæ, ſiue quã- H
tum ad indiuiduum, ſicut bonum proximi, ibi uoluntas indiget uirtute. Et ideo huiuſmodi uirtutes, quæ ordinant affectum hominis in Deum, uel in proximum, ſunt in uoluntate ſicut in ſubiecto, ut charitas, iuſtitia, & huiuſmodi. Hæc ille. Et pro hac eadem determinatione poteſt uideri idem auctor ſanctus in multis aliis locis, *ubi quærit, Vtrùm anima ſit ſubiectum habitus ſecundum ſuam eſſentiam, uel ſuam potentiam? Et ubi quærit, utrùm in potentiis ſenſitiuæ partis poſſit eſſe aliquis habitus? Et ubi quærit, Vtrùm in uoluntate ſit aliquis habitus? Et alibi ut in ſcriptis, atque in De ueritate. Eſt enim materia hæc grauis ualde, quantum ad hãc ſpeculationem: præſertim quia Ariſtoteles in aliquibus locis, & Commentator Auerroes, nonnulla dicunt, quibus uidentur aliquo modo ita docuiſſe, ſicuti & ſanctus Thomas in uerbis & determinationibus ſtatim relatis docet. ** Par. ead. q. 50. ar. 2. Ibidem. Art. 3. Ibidem. ar. 5. li. 3. diſ. 23. q. 1. art. 4. q. 1. cor. ad 2. & 3. Diſt. 33. art. 2. q. 4. di. 42. q. 2. art. 4. q. 2. & 4. cor.*
Scotus uidit omnes determinationes, omniaq́; fundamenta in contrarium; uerùm poſt omnia uiſa & relata, ſicuti bene refert, poſuit ſentẽtiam iam relatam à nobis, quam & ſic probauit. Virtus eſt habitus electiuus ex- *Fundamẽta Scoti. Vbi ſup. Ethic. 2.*

A ex definitione ſua, electio autem eſt actus uo-luntatis uel rationis; eſt enim appetitus con-ſiliatiuus; hoc autem pertinet ad uoluntatē, quæ operatur præſuppoſita cognitione ratio-nis; habitus autem eſt illius potentiæ, cuius eſt per ſe talis operatio. Igitur habitus mora-lis eſt per ſe uoluntatis. Virtus habet pro per ſe obiectum bonum honeſtum. illud autem eſt per ſe obiectum uoluntatis. Tertiò quia uirtus eſt per ſe principium actus laudabilis, nulli autem debetur laus niſi uoluntariè agē-ti: Igitur eius eſt uirtus, cuius eſt per ſe libe-rè agere. Illud eſt uoluntas. Hæc ille. Sic te-net Scotus uirtutes morales primùm quidē eſſe in uoluntate tanquam in ſubiecto pri-mo, propter has rationes adductas ex ipſo; & propter alias quas etiam adducit ipſe, ui-densq́; nonnullas morales uirtutes pertine-re ad iraſcibilem, & concupiſcibilem, fate-tur, has uires eſſe aut reperiri non ſolùm in appetitu ſenſitiuo, quin etiam & in intellecti-uo, qui eſt uoluntas. Deinde uidens quia ap-petitus ſenſitiuus eſt aptus natus obedire ra-tioni, tanquam ſit ipſe etiam aliquo modo rationis particeps, uel participatiuus; fatetur quòd ex actibus obediendi poſſunt generari in ipſo, habitus quidā ad ſimiles actus, ideſt, ad obediendum, uel qualitas quædam, quæ poteſt dici uirtus: licet minus propriè, quàm

Ethic. 6.

Ethic. 2.

Ibidem, ad argumenta principalia. Ibidem. ad 1. princip.

B illa qualitas quæ eſt in uoluntate inclinans ad electionem, ad eligendum, uel ad imperan-dum appetiui ſenſitiuo. Dicit ergo, quòd uirtus moralis, maximè propriè ſic dicta, eſt in uoluntate ad eligendum (ut inquit) de cō-ſiliatis, & ad imperandum appetitui ſenſiti-uo: licet alii habitus in appetitu eiuſmodi re-periantur, aut reperiri poſſint. Vidit uolun-tatem maximè eſſe potentiam liberam, in ho-mine, credidit ipſam poſſe errare circa conſi-liatum medium ad bonū ſibi proprium in ali-qua materia moralis uirtutis, ſaltem non eli-gendo mediū conſiliatum: ideo abſque dubio iudicauit, uoluntatem indigere habitu incli-nante ad eligendum talia conſiliata, ut fa-cile, promptè ac delectabiliter eligat: Scie-bat autem ut diximus, uoluntatem eſſe li-beram in eligendo ſic medium conſilia-tum, & ob id ex frequentatis actibus eli-gendi, poſſe habituari ad eligendum. Vnde determinauit conſequenter, uoluntatem poſ-ſe habere tales habitus eligendi in quacunq; materia morali, ex frequentatis actibus, at-que indigere talibus habitibus. Poſſunt hæc omnia uideri apud ipſum, ex quo ſic poſſunt formari nonnullæ rationes ſuæ, quæ magis uidentur urgere; ſic, inquam, ideſt, infor-ma prædicta, uel in alia quæ magis arrideat. Probat etiam quia uoluntas eſt potentia uni-

uerſalis, non magis determinata ad unum ex ſe, quàm intellectus, immo uidetur quòd minus, quia uoluntas nunquam ſic determi-natur ad unum oſtenſum, quin poſſit in op-poſitum, uel contrariè, uel ſaltem contra-dictoriè. unde cùm uoluntas hoc habeat in ſua poteſtate, libertate, & indeterminatio-ne: uidetur quòd poſſit habituari ex actibus uolendi aut eligendi, & quòd indigeat ſic ha-bituari ut uelit aut eligat rectè, promptè, faciliter, delectabiliter. Maximè quia hæc in determinatio uoluntatis, non eſt ex actiui imperfectione, ſed eſt ex actiui illimitatione, quæ eſt actiui perfectio, uel pertinet ad acti-ui perfectionem. Caietanus uidit hæc omnia, ſed tandem determinat, quòd proprium bo-num ſecundum rationem, eſt naturale obie-ctum uoluntatis in unoquoque homine. Con-cludit quòd uoluntati, quæ eſt appetitus ra-tionalis, amabile ſit naturaliter & bonum, & bonum proprium, ex illo dicto celebri Ari-ſtotelis, Amabile quidem bonum, unicuique autem proprium. Concludit autem quòd bo-num proprium amabile uoluntati, eſt bonū rationis, ex Dionyſio in De Diuinis nomi-nibus. quòd bonum habentis ſit ſecundum rationem eſſe; (alias forte, bonum hominis) ex hoc enim deducit quòd cùm iſtud non cō-ueniat habenti, ſeu aliàs homini, ſecundum appetitum ſenſitiuum, oportet quòd conue-

Vide extra de hareticis c. ad abolēdam. Et art. pariſi. c. 9.

Caietan. Prim. 2. quaeſt. 56 Art. 6.

Dionyſ. Cap. 4.

niat ei ſecundum appetitum rationalem. Ita D concludit ex iſtis, uoluntatem noſtram quan-tum eſt de ſe, determinatam eſſe naturaliter ad bonum proprium rationis: proprium, in-quam, ſui ſubiecti; quale eſt omne medium rationis, in paſsionibus concupiſcibilis aut iraſcibilis, circa quas uerſantur uirtutes mo-rales, temperantia, fortitudo, & aliæ ſimiles. Ex iſto autem concluſo concludit alia, tum quòd uoluntas non indiget habitu inclinante ad hoc, tum quòd ex frequentatis actibus eli-gendi in hac materia, ideſt, bonum propriū, non generatur in ea habitus eligendi: quia ta-lis habitus non eſt aptus natus fieri niſi in ſu-biecto nato. Videns autem quòd continen-tia forte pertinet ad uoluntatem, dicit, quòd uoluntas non indiget continentia ut incli-net, uel ut determinetur ad bonum propriū rationis in ſubiecto; ſed tantum ut reſiſtat in-ſurgentibus paſsionibus ſenſitiui appetitus, ne impediant. Vidit ipſe quidem, hanc quæ-ſtionem eſſe utilem; ſed ut ſatis indicat, bene quoque uidit ſuam concluſionem eſſe dubiā.

Hæc, nihil faciunt contra prædicta. Pri-mùm quia, quicquid ſit de hoc, ſiue uolun-tas hominis ex natura rei, ut talis appetitus eſt, ſequens intellectum, naturaliter determi-netur ad bonum rationis proprium ſubiectū

E ſui, tanquam ad proprium obiectnm ſuum naturale: ſiue obiectum proprium naturale uoluntatis ſit magis amplum, quàm bonum rationis proprium ſui ſubiecti, & ad aliquid aliud ſeſe extendat, licet unicuique ſit magis amabile bonum proprium. Semper tamen uoluntas noſtra eſt libera, & quantum ad actus exercitium in hoc ſæculo, nullum finem cogitur efficaciter uelle, nec aliquod medium compellitur efficaciter eligere: ſemperq; eſt coniuncta appetitui ſenſitiuo, in quo et ſi ipſa habeat inclinationem ad bonum rationis in paſsionibus, magnas nihilominus habet ſimul reſiſtentias. Videtur autem ex iſtis quòd habituari poſsit ex actibus eligendi, & quòd habituari indiget, ut promptè, facilè, ac delectabiliter eligat. Secundò, hæc, nihil faciunt contra prædicta, quicquid ſit de hoc ſtatim dicto: Quia nos in præcedentibns non diximns ſubiectum omnium moralium uirtutum eſſe uoluntatem, ſed diximus ſubiectum omninm moralium uirtutum eſſe animam: intelligentes, ſicut re uera ita eſt, animam eſſe ſubiectũ omnium uirtutum, tum moralium, tum intellectualium: non quaſi primum aut immediatum, ſed quaſi ſecũdarinm aut mediatum. Generaliter enim, uirtutes ſunt habitus quidam in ordine ad operationem, & perſectiones quædam ad illam: anima uerò eſt princi-
F pinm & eſſendi & agendi, ob quod & uirtutes omnes ad animam pertinent. Quia autẽ anima eſt principium operationum ſecundũ ſuas potentias, aut per illas potius: ſit inde, ut uirtutes per prius & immediatius perficiant potentias animæ, & per illas, quaſi mediatè, ipſam animam. Vt potentia ſit ſubiectum uirtutis ĩmediatum, anima mediatum. Subiectũ ergo omnium moralium uirtutum eſt anima, ut dictum eſt, ſed ſubiectum mediatum, ut eſt ſtatim declaratum. In hoc autem nulla eſt differentia, nulla repugnantia, nullaq; controuerſia Doctorum. Immo etiam & ſecundum hanc ueritatem, traduntur omnes definitiones nirtutis ab omnibus Doctoribns, aut antiquioribus, aut recentioribus: ut non parum conſtat ex iam dictis. Videatur Auguſtinus in De moribus Eccleſiæ: In de Ciuit. Dei. In epiſtola 25. 26. nel in alia ſecundum alium ordinem epiſtolarum. Et in Soliloquiis. Videaturq; Auicen. 9. Metaph. cap. ult.

Auguſt. cap. 15. Lib. 14. Cap. 5. 6. & lib. 1. Cap. 15. tom. 5.

Ex præcedenti inſtituto adhuc probatur, ad gratiam Dei pertinere, propter merita Seruatoris noſtri, omnia opera noſtra moralia deliberata, uirtuoſa moraliter, atque ipſas morales uirtutes.

CAP. XXVIII.

APOSTOLVS Paulus cuius ſcriptis à Spiritu ſancto dictatis maxime afficimur; Benedictus inquit Deus & Pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Ecce ante mundi conſtitutionem elegit nos Deus in Chriſto, ut eſſemus ſancti & immaculati: hoc eſt, ad ſanctitatem, atque ad munditiam, ſeu ad rectam uitam. Immaculati enim dicuntur, qui abſque reprehenſione per hanc uitam tranſitoriam ambulant, & rectè uiuunt. Græca nanque dictio ἄμωμος, non tam immaculatum, quàm irreprehenſibilem ſignificat. Vt bene notauit Euthymins circa illũd, Beati immaculati in uia. Ideoq; ſicut ex hoc uerbo Apoſtoli rectè colligimus ſecundum fidem Chriſtianam non habere nos homines ſanctitatem, niſi per Chriſtum: ſic ex hoc loco colligere debemus, non niſi per Chriſtum habere nos homines uitam irreprehenſibilem & rectam: ambo enim hæc ſimul & manifeſtè dicit Apoſtolus, Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati, id eſt, ut eſſemus ſancti & irreprehenſibiles, recteq; uiuentes. Cum autem per opera moraliter uirtuoſa, & per morales uirtutes, uiuant homines irreprehenſibiliter, ac rectè, fit euidens, quòd & ipſa pertineant ad Chriſtum, quemadmodum ad Chriſtum pertinet noſtra ſanctitas. Sunt morales uirtutes irreprehenſibiles, an non? Sunt morales uirtutes rectæ, an non? Sunt quidem irreprehenſibiles; quia ſi reprehenſibiles forent, malæ eſſent: Quandoquidem nihil eſt reprehenſibile, niſi malum: nam bonnm poteſt perfici, non reprehendi. Sunt etiam rectæ: quia utique ſecundum rectam rationem & cum recta ratione fiunt, acquiruntur, generantur, operantur. Impoſsibile eſt autem, ut in genere moris non ſit rectum, quod ſecundum rectam rationem & cum recta ratione naſcitur, atque operando fit. Tales uerò ſunt, omnes morales uirtutes. Rectæ ſunt ergo, pariter & irreprehẽſibiles: quia quod eſt rectum, non eſt reprehẽſibile. Si igitur morales uirtutes ſunt rectæ, aut ſi ſunt irreprehenſibiles, nt re uera ſunt; ſine dubio ad gratiam Cbriſti pertinent, & gratiæ Chriſti debent tribui. Quia Paulo teſte, ante mundi conſtitutionem eligit nos Deus in Cbriſto, ut eſſemus ſancti & immaculati, irreprehenſibiles, & recti: ad uitam ſanctam, ad

Marginalia: G *Epheſ. 1.* — *Pſal. 118.* — H

A ad uitam irreprehenſibilem, ad uitam rectã. Quæcunque talis fuerit uita hominis, Chriſto eſt attribuenda. Sic Paulus prædicauit, credidit, & commendauit, in illo uerbo. Talis eſt rectitudo atque irreprehenſibilitas moralium uirtutum, qualis eſt rectitudo atque irreprehenſibilitas rectæ rationis: eſt enim omnis moralis uirtus, habitus ſecundum rectam rationem & cum recta ratione: omnisq; ſecundum rectam rationem & cum recta ratione acquiritur, uiuit, conſeruatur, agit. Vnde recta ratio eſt quaſi forma & regula cunctarum uirtutum moralium: & per conformitatem ad rectam rationem, habet habitus completam rationem uirtutis, ſi ſit habitus cum recta ratione: hoc eſt, ſi operans uirtuoſè operetur ſecundum rectam rationem propriam, non ſecundum rectam rationem alienam: non enim dicuntur puerùli operari uirtuoſè aut habere uirtutem, quandiu non propria ſed aliena reguntur aut operantur prudentia. Qualis eſt autem, quæſo, rectitudo rectæ rationis, ſecundum quam & cum qua eſt uirtus moralis? Seu quod idem eſt, Quomodo recta ratio hominis dicitur recta? Quidem non analogicè aut æquiuocè à conſilio, ſicut pictura hominis dicitur homo: Nec ſecundum conditionem minuentẽ, ut Ethiops dicitur albus quoad dentes. Quomodo ergo dicitur recta? ſimpliciter, abſolutè, propriè.

Ethic. 2. *Ethic. 6.*

B De pictura enim hominis bene quidem & uerè dicimus, quòd eſt homo pictus; ſed abſolutè, bene & uerè negamus quòd ſit homo. Similiter de Ethiope uerè dicimus, quòd ſit albus quoad dentes: ſed quoque ſimpliciter loquendo, uerè negamus, quòd ſit albus. De recta autem ratione hominis, ſimpliciter, abſolutè, & uerè, concedimus, quòd ſit recta: quia ex natura ſua habet quòd recta ſit, cum ſit quædam participatio diuinæ rationis æternæ, & quædam participatio diuini luminis, diuinæq; cognitionis: ſicut noſtra bonitas, eſt quædam participatio diuinæ bonitatis. Sic ergo eſt recta ratio humana, quædam participatio rectæ rationis diuinæ. Ideoq; recta ratio humana, ſimpliciter, abſolutè, & propriè dicitur recta: ſicut noſtra bonitas, ſimpliciter abſolutè, & propriè, dicitur bona uel bonitas: nec poſſet noſtra recta ratio naturalis, dici non recta, quia negatio illa implicaret contradictionem, ut facilè eſt deducere. Tali ergo modo uirtus moralis dicitur recta, abſolutè, ſimpliciter, propriè. Secundum hanc ueritatem, quando diuidimus rectitudinem hominis in naturalẽ, moralem, meritoriam, quælibet harum rectitudinum ſimpliciter, abſolutè, & propriè, dicitur recta, ſeu rectitudo: genera uerò uel ſpecies earum quidem differunt, & alia dicitur rectitudo naturalis, alia moralis, alia meritoria. Quarum quæ naturalis eſt ſine morali, & ſine meritoria perſiſtere poteſt; moralis uerò ſine naturali nequaquam: ſed bene ſine meritoria ſubſiſtet: Meritoria autem naturalem requirit, quia qui rectitudinis naturalis expers eſt, rectitudinis meritoriæ neutiquam capax efficitur: atque requirit etiam meritoria moralem, nec datur, nec eſt ſine illa, ſaltem in adultis. Rectitudo ergo naturalis eſt recta, rectitudo moralis eſt recta, rectitudo meritoria eſt recta: uel magis propriè dicamus, rectum naturale eſt rectum, rectum morale eſt rectum, rectum meritorium eſt rectum. Tria ergo ſunt genera rectitudinis in homine, quia quædam eſt rectitudo naturalis, de qua infra multa dicuntur; alia eſt rectitudo moralis, de qua etiam infra agitur latiſsimè; quædam eſt rectitudo meritoria, quam facit gratia gratum faciens, & de qua iam dictum eſt ſatis. Conſequenter loquendo, ſaltem tot ſunt genera rerum irreprehenſibilium, Seu uitæ irreprehenſibilis: non enim eſt, nec eſſe poteſt reprehenſibile, quod eſt rectum: quin potius quòd rectũ eſt, irreprehenſibile eſt, in ſuo genere. Recta ergo eſt & irreprehenſibilis uita naturalis ſecundum principia naturalia, uita moralis ſecundum principia moralia, uita meritoria etiam ſecundum ſua principia.

C

Lib. 4. & infra. Lib. 4. per multa.

D Nunc autem ad propoſitum, quid dicendum? Quia Apoſtolus tribuit Deo in Chriſto, hoc eſt ſecundum gratiam redẽptionis quæ tota pertinet ad Chriſtum Redemptorem noſtrum, uitam noſtram ſanctam & immaculatã, irreprehenſibilem & rectam: quidem omnem uitam noſtram, gratiæ redẽptionis tribuere debemus, ſanctam, immaculatam, irreprehenſibilem, & rectam, præter illam quam certò ſcimus, pertinere ad gratiam creationis: hoc eſt præter uitam noſtram rectam naturaliter, quam haud dubium eſt ad gratiam creationis pertinere. Quam ergo uitam noſtram Deo ſecundum gratiam redemptionis tribuimus? Vitam noſtram irreprehenſibilem, atque rectã meritoriam, pariter & uitam noſtram irreprehenſibilem atque rectam moralem. Nolo ſapiens eſſe, ſubtilis, ingenioſus, aut argutus extenuando gratiam redemptionis: ſed profectò ea latius diducenda, & commendanda, talem me eſſe cuperem atque exoptarent Oratos uelim alios Doctores catholicos, qui rem hanc alio pacto ediſſerendam cenſent, diligẽtius animaduertant, quòd quãtum dicunt hominem poſt lapſum, gratiæ redemptionis exortem plura potuiſſe 1 tantum conſequenter aiunt, gratia redemptio-

E nis minus indiguiſſe: quanto enim homo ſine illa plus agere poteſt, tanto minus, ut patet, illa indiget. Indigentia autem noſtra, quæ gratiam redemptionis ſibi depoſcit, uti que fuit, eſt, eritque ſemper mirum in modum magna: cui ut mederetur opemq; ferret Deus Optimus Maximus, miſit Filium ſuum Saluatorem noſtrum in mundum, clamantem, & dicentem, Ego ſum lux mundi. Sine me nihil poteſtis facere. Magnum profectò uerbum. Qui, nihil, dicit, omnia excludit: ut manifeſtam habeamus hanc ſcientiam & fidem, quòd ſine gratia Chriſti nihil boni agere poſſumus, & quòd ad omne bonum morale deliberatum uirtuoſum intellectus, uoluntatis, aut operis, gratia Chriſti indigemus. De bonis enim operibus agebat, quando dixit, Sine me nihil poteſtis facere: mala nanque ſine gratia eius facimus, quæcunque illa ſint; quia omnia mala, ipſe prohibet, omniaq; punit. Commendabat autem in illo uerbo, gratiam ſuam, ſimul & neceſsitatem noſtram indicabat, eamq; tantam eſſe dicebat, ut ad omne opus bonum indigeamus Deo, gratis nos excitante atque iuuante per merita Saluatoris noſtri. Secundum hoc uerbum Domini noſtri Ieſu Chriſti, dixit Apoſtolus eius Paulus, Deus autem pacis qui eduxit de mortuis Paſtorē magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni,

Ioan.15. *Hebr.13.*

F Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: aptet uos in omni bono, ut faciatis eius uoluntatem, faciens in uobis, quod placeat coràm ſe per Ieſum Chriſtum. Notandum eſt uerbū illud, Aptet uos in omni bono: non enim eſt limitibus coarctatum, ſed latiſsimè dictum: ut intelligamus omne bonum, non ſolùm meritorium, nec ſolùm morale, ſed bonum comprehendens utrunque: omne uidelicet opus quod ex omni parte ita eſt bonum, ut nulla ex parte mali iuiuram aut ſocietatem patiatur: ex genere, obiecto, officio, fine, ac ex omnibus aliis partibus quæ illud conſtituunt. Tale enim bonum non poteſt non placere Deo, quia Deus eſt ſummum bonū: cui profectò non poteſt non placere illud bonum: quod ex nulla parte eſt malum. Bonum, bono placet. Optimè de hoc Philoſophatus eſt Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum, ut iam ſupra dictum eſt. Ad prius poſitum uerbum Apoſtoli redeamus. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati. Conſtat ex hoc, quòd ante mundi conſtitutionem elegit, & prædeſtinauit nos Deus in Chriſto ad uitam ſanctam, immaculatam, irreprehenſibilem, bonam, rectam: ideſt, quæcunque illa talis ſit, meritoria, aut moralis. Qui intelligit nos homines ante mundi conſtitutionem

Auguſt. lib. 4. cap. 3. tom. 7. *Epheſ. 1.*

G eſſe electos à Deo in Chriſto ad omnē uitam & operationem ſanctam, immaculatam, irreprehenſibilem, rectam, bonam, meritoriam, aut etiam moralem; ille profectò maiorem credit gratiam Chriſti, abundantiorem, magis extenſam, ampliorem, latius diuagantem, magisq; illā per conſequens commendat: hoc eſt, extenſiuè maiorem. Qui autem intelligit nos homines ante mundi cōſtitutionē eſſe electos à Deo in Chriſto ad ſolam uitam ſanctam, immaculatam, irreprehēſibilem, bonam, & rectā, meritoriam, non autem ad uitā ſanctam, immaculatam, irreprehenſibilem, bonam & rectā moralem; ille utique minorem extenſiuè, minusq; extenſam credit Chriſti gratiam, & per conſequens eā minus commendat. Videat ergo quiſq;, quid dicat. Nos enim hac de re modo dicimus, quod hactenus per multa docuimus, Firmiter credimus, nulloq; modo dubitamus, ante mundi conſtitutionem elegiſſe nos Deum in Chriſto ad omnem uitam & operationem ſanctam, irreprehenſibilem, immaculatam, rectam, bonam, meritoriam, aut quoque moralem. Ita gratiam Chriſti & noſtram miſeriam, fragilitatem, ac indigentiam abundantiorem agnoſcimus, credimus, abundantioremq; prædicamus: tanta & talis eſt Chriſti Saluatoris noſtri gratia. Tanta & talis eſt miſeria, infirmitas, fragilitas, & indigentia noſtra. Bona uita ſeu bona operatio noſtra moralis uirtuoſa, uincit carnis concupiſcentiā, concupiſcentiam boni utilis, concupiſcentiamq; boni delectabilis, quia eſt propter concupiſcentiam honeſtatis, boniq; honeſti: uincit etiam affectionem commodi, & ſequitur affectionem iuſtitiæ. Non enim eſſet uirtuoſa, niſi eſſet aut fieret boni gratia, aut boni cauſa, aut quia ſic ratio dictat, ut conſtat ex Ariſtotele, quem in hac doctrina ſequuntur omnes qui poſt ipſum ſcripſerunt: ſecundum quos omnes conformes, nulla eſt moralis uirtus nec operatio moraliter uirtuoſa, quæ fiat propter commodi affectionem, aut quod idē eſt, ex illa ortum habeat. Vnde ergo hæc uita ſeu operatio moralis bona, uirtuoſa, nobis hominibus poſt lapſum eſſe poteſt? quando in nobis proni ſunt ſenſus ad malū, ipſa quæ uocatur ſenſualitas ſoluta uiget, rationem atque uoluntatem præuenit, cognitionibus, cogitationibus, & affectiouibus ſeu concupiſcētiis bonorum ſenſibilium, utilium atque delectabilium ſuperabundat, non niſi affectionem commodi per ſe habens, & ſecundum illam omnia attendens, & fœdans niſi compeſcatur, aliàs importuniſsima, atque uehementiſsima, languor naturæ, fomes atq; illecebra pecca-

H

Ethic. 2. & 3.

A peccati, beſtia uiuacisſima, nocte ac die, uigilantes ac dormientes ſollicitans, uellicans uexans? Vnde contra hoc tam uaſtum malũ, in nobis eſt uictoria? A' gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ſicut docet Apoſtolus ad Romanos, ad Corinthios, & alibi ſæpè. Quia autem hoc malum per uirtutes morales uirtuoſè deuitamus atque uincimus, ſequitur, quòd & uirtutes morales per gratiam Chriſti habemus. Affectio honeſtatis intima eſt atque ingenita cunctis moralibus uirtutibus: nec naſcitur uirtus moralis, niſi ex operibus quæ facimus, agimus, aut operamur ſecundum rectam rationem & cum recta ratione, gratia ſeu cauſa ipſius boni, & quia ſic ratio dictat agendum: non utilitate aut uoluptate ſuadente, ſed ipſa præcipiente honeſtate. Dicit autem diuus Anſelmus in De cócordia etc. quòd uoluntas poſt quam iuſtitiæ nuncium remiſit, facta eſt ancilla ſuæ affectionis quæ commodum intuetur & appetit. Huic ſententiæ adſtipulatur in ſuis ſententiis diuus Bonauentura, his uerbis, Affectus enim hominis recuruus eſt & mercenarius, quantum eſt de ſe. Vnde quod facit, intendendo proprium commodum, facit. Sequitur uerò ex his, quòd dum homo honeſtatem intuetur atque appetit, ſeu iuſtitiam moraliter, deliberatè, meritoriè, aut

Rom. 7. *1. Cor. 15.* *Anſelm. cap. ante pen.* *S. Bonauentura. Lib. 2. Diſt. 26. Quæſ. 2.*

B uirtuoſè, uel ex affectione iuſtitiæ quicquã tali modo agit, illud eſt ex gratia Dei, & ſuper corruptæ naturæ posſibilitatem propinquam. Si enim uoluntas noſtra poſtquam iuſtitiæ nuncium remiſit, facta eſt ancilla ſuæ affectionis, quæ procliuis ad commodum fertur, ut teſtatur diuus Anſelmus: quomodo poteſt non ſeruire illi? quomodo poteſt ſeruire affectioni iuſtitiæ? Nullo modo, niſi à gratia iuuetur. Adiuta enim poterit, quæ non adiuta non poteſt. Adiuta uoluntas noſtra poteſt ſeruire affectioni ſuæ quæ eſt ad iuſtitiam, quæ poſt peccatum facta eſt ancilla ſuæ affectionis, quæ eſt ad commodum: non adiuta autem, ſub commodo manet; commodum reſpicit, ad commodũ intendit, & propter commodum uult aut non uult, agit, ſeu operatur. Rurſus etiam, ſi affectus hominis recuruus eſt & mercenarius quantum in ſe ipſo eſt, ut dicit ſanctus Bonauentura: quid nos de illo eiuſmodi affectu recuruo dicere ualemus, niſi quod ille ſanctus ait, Vnde, inquit, quod facit, intendendo propriũ commodum, facit. Videlicet ſi ſolus facit, gratia ipſa non ferente ſuppetias. Verba hæc uel his ſimilia, ſunt cunctorum ſanctorum, quos habemus, quos'ue de hac re loquentes legimus antiquos; Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Gregorium, Bernardum, omnesq́; alios qui Pelagium & Pelagianos, ſuis calamis & ſtili acie perſtrinxerunt. Ii autem ſine dubio audiendi ſunt nobis, adeundiq́;, qui eodem Spiritu edocti, quo ſacri ſcriptores ſcripſerunt, quæ per illos prius tradita nobis ſunt, pro hominis captu intellecta, ut aliis quoque eſſent peruia, ſuo ingenio & laboribus, ſuperius cœlitus'ue adiuti, effecere: quiq́;, & alii ſimiles, uitæ ac morum ſanctitate inſignes, & incomparabili doctrina conſpicui, eximiis actionibus, eruditisſimis libris conſcriptis, Chriſtianam Rempublicam illuſtrarunt. A' quorum lectione ceſſaſſe, & monitis receſsiſſe, malorum omnium, his noſtris calamitatum plenis temporibus, occaſio fuit. Hinc enim errorum uis ingens, & hæreſes multiplices, atque inuicem diſsidentes, hinc uitæ neglectus, contemptus uirtutum, uitiorum tyrannis, initium pariter, & incrementum ſumpſere. Quis enim horum lectioni attentius uacans, in fide recta, ac pietate non proficiat? animum colat, charitatem proſequatur, miſericordiam, liberalitatem, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam utrãque, particularem uirtutem, & legalem, cæteraſq́; uirtutes non amplexetur? Auaritiam uerò, inuidiam, luxuriam, iracundiam, aliaſq́; huiuſmodi animi labes, multo magis quã exitiales beſtias, deleteria mala, ac mortem non fugiat? Hos ergo præceptores, magiſtros, doctores, pædagogos, ac duces, atque anteſignanos nobis deligamus ut mala declinemus, tutaq́; omnia & pacata reddamus. Hi autem contra Pelagium diſtinguunt in actionib. noſtris humanis, deliberatis, nõ ſolùm meritorium à non meritorio, ſed etiam bonum à malo, in cogitationibus, uolitionibus, operationibusq́; externis, ab illis internis imperatis: Poſt hanc autem diſtinctionem, omne & totum in huiuſmodi actionibus bonum, tribuunt primùm & principaliter gratiæ Dei; omne autem & totũ in huiuſmodi actionibus malum, tribuunt nobis hominibus. Agebant enim in uniuerſum de bono, pro ut diſtinguitur à malo: atque agebãt de gratia Chriſti, pro ut diſtinguitur à gratia Creatoris, ſeu potius, quod idem eſt, à gratia naturæ tributa, qualis eſt ſine dubio generalis influentia, quæ inter naturalia hominis etiam ab aliis doctoribus diuerſa ſentientibus referuntur: Videamus ergo attentius, quæſo, quæ ſunt illa de quibus ſancti doctores contra Pelagium egerunt, quia certè de gratia Chriſti, atque de bono in generali, pro ut diſtinguitur à malo: & de his ſecundum doctores ſanctos, iuxta diuinas ſcripturas, contra Pelagium ſentiamus: Sic autem iuxta Apoſtolum

C

D

E poſtolum Paulum credamus, nos electos in Chriſto ante mundi conſtitutionem, ad uitam & operationem ſanctam, immaculatam, irreprehenſibilem, rectam, bonam, merito *Diuus Fulgentius.* riam quidem aut etiam moralem. Fulgentius ad rē quod attinet, ſatis bene probat, prædeſtinatos eſſe homines, ad bona opera, non ad mala, de gratia Chriſti agens, & in generali inter bonum & malum diſtinguens.

S i t igitur quæſo, ut par eſt, exploratum, quòd per morales uirtutes irreprehenſibiliter uiuit homo, per eas Dei præcepta magna ex parte, implet, tentationes exuperat, peccata declinat, uoluntati Dei paret, & animam maiorem in partem reformat, affectionem commodi relinquit, iuſtitiæ uerò ſiue honeſtatis proſequitur. Sit etiam exploratum, quòd omnes uiri ſancti pro hac re inſuper orant Deum Optimum, tanquam id ex ſua natura ſola cum generali influentia non habeant, ut illis tribuat unde eius mandata cognoſcant, ipſis pareant, uirtutes adipiſcantur, tentationes exuperent peccata deuitent, ſuam Dei Optimi uoluntatem faciant. Da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua.
Pſal.118. Inclina cor meum Deus in teſtimonia tua. Et
Matt.6. ne nos inducas in tentationem. Et ſimilia penè infinita, quorum ſuperius partem non paruam iam memorauimus. Certè quoad uirtu
Ezech.36 tem ſeruandi legem, dicit Deus, Et dabo uo
F bis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio ueſtri; & auferam cor lapideum de carne ueſtra, & dabo uobis cor carneum. Et Spiritum meum ponam in medio ueſtri; & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudi
3. Reg.8. cia mēa cuſtodiatis, & operemini. Et Solomon benedicens populo Iſrael, dixit, Sit Dominus Deus noſter nobiſcum, ſicut fuit cum patribus noſtris, non derelinquens nos, neque proiiciens. Sed inclinet corda noſtra ad ſe, ut ambulemus in uniuerſis uiis eius, & cuſtodiamus mandata eius, & cæremonias, & iudicia quæcunq; mādauit patribus noſtris.
2. Macab.1. Alibi etiam, Benefaciat uobis Deus, & meminerit teſtamenti ſui, quod locutus eſt ad Abraham, Iſaac, & Iacob, ſeruorum ſuorū fidelium: & det uobis cor omnibus ut colatis eum, & faciatis eius uoluntatem corde magno & animo uolenti. Adaperiat cor ueſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis, & faciat pacem, & cætera. Ecce uoces ſanctorū quoad cognoſcenda, & facienda mandata legis Moſis, adiutorium Dei poſtulātium: cum tamen lex illa ſuper legem naturalem nulla alia mandata factorum contineret niſi mandata cæremonialia, & iudicialia, talia uidelicet, qualia potuit ſolus populus inter ſe ſtatuere, nullam habens auctoritatem diuinam ſpecialem quoad præcepta condenda, aut ſtatuēda. G

V i d e a m v s etiam quòd propter peccatum originale, habemus ignorantiam rerum agendarum, concupiſcentiā noxiarum, pronitatem ad malum, & difficultatem ad bonum: & quomodo per uirtutes morales circa hæc mala nos habemus.

Oſtenditur ad gratiam Dei per merita Saluatoris noſtri, pertinere omnem uſum noſtrorum bonorum naturalium aut aliorum, moralem deliberatum, non malum: hoc eſt, omne opus noſtrum morale, deliberatum, non malum, internum uel externum, intellectus uoluntatis, aut potentiæ alicuius executiuæ. CAP. XXIX.

A l t i v s repetendo, fuſiuſque declarando amplitudinem gratiæ Redemptoris noſtri latè dimanantis, quā ipſe nobis apud Patrē ſuū meruit per ſuam paſsionē & mortem: de uſu noſtrorum bonorum, naturalium aut aliorum, morali deliberato non malo: iam nunc nobis agendum eſt, & de illo diſquirendum, ac determinandum; quid ſit? an ſit? propter quid ſit? de quidditate, exiſtentia, & cauſa eius. Vt tandem ſciamus omnes, hunc uſum noſtrorum bonorum, naturalium uel gratuitorum, infuſorum uel acquiſitorum, moralem delibe- H
ratum, non malū, ad gratiam Dei pertinere propter merita Saluatoris noſtri: & quod idē eſt, omne opus noſtrum morale deliberatum non malum: nam omne opus noſtrum morale deliberatum non malum, eſt uſus noſtrorum bonorum moralis deliberatus non malus. Nos enim homines non alio modo operamur, quàm noſtris bonis utendo: uel bene, uel male, uel indifferenter. Non poſſumus operari, niſi utendo noſtris potentiis operatiuis: nec poſſumus uti noſtris potētiis operatiuis, niſi operando. Noſtræ autem potentiæ operatiuæ, noſtra bona ſunt naturalia, ut infra declaratur. Quantum ergo ad primā quæſtionem, ſecundum nomen declarando rem de qua agimus, hoc eſt, ut uideamus quid ſignificatur per hoc nomen, Vſus noſtrorum bonorum moralis, deliberatus, non malus, ſecundum ſuam definitionem eſt, Opus noſtrum morale ex ſuo genere, obiecto, & officio bonum, uel indifferens, quod ſine appoſitione ullius circunſtantiæ malæ & ſine defectu circūſtantiæ requiſitæ operamur propter aliquem finem conceſſum, intra limites rerū conceſſarum, non excedendo in affectione earum, Velut ſi ciuis aliquis propter honorem aut famam fortiter pugnet, ubi, & quando opor-

A oportet: uel ſi aliquis deliberatè propter cõmiſerationem naturalem, eleemoſynam pauperi tribuat. Et alia id genus multa. Talia opera dicimus moralia deliberata non mala, & de huiuſmodi re tractare intẽdimus in præſentia. An ſunt in nobis aliqua talia opera? Non eſt dubium, quin ſint multa. Quidem non damnatur affectio commodi in nobis, niſi ſit inordinata, niſi ſit nimia: niſi excedat limites, niſi uel affectionem uel operationem pariat deformem, & à lege prohibitam. Quæ enim ſunt bona, bona ſunt; ſpiritalia, naturalia, temporalia; uita & ſalus animæ, uita & ſalus corporis, integritas membrorum, ſedatio & quies ſenſuum, uirtutes omnes animæ tum intellectuales, tum morales, fama etiã, honor, diuitiæ, & quæcunque ſunt alia nobis connenientia: quia ratio boni, eſt ratio conuenientis: neque eſt bonum niſi conueniens, nec eſt conueniens niſi bonum. Affectio autem commodi non eſt niſi circa bonum, uerum uel apparens; quia malum ut malũ, non eſt amabile. Quomodo ergo erit mala affectio illius boni, quod ex nulla parte eſt malũ? Quidem non erit mala, niſi aliquo modo excedat: quòd ſi aliquo modo contra legem excedit, ipſe ſuus exceſſus, eſt defectus, ſcilicet defectus à lege, malum, & peccatum. Bona eſt ergo affectio commodi, quia eſt affectio
B boni: nec eſt mala, niſi excedat: quòd ſi excedit, iam exceſſus eius habet malitiam, non naturа. Eſt affectio commodi, quaſi pondus naturæ: ideoq; non poteſt damnari in eo quòd merè naturalis eſt, quia tunc ſimul damnaretur natura. Simul nec damnari poteſt in eo quòd moralis eſt, ſi nullam habet deformitatem moralem; ſi uolumus quod oportet, ubi oportet, quando oportet, non excedendo in ipſa affectione eius rei bonæ quam uolumus. Optimè dixit diuus Gregorius in quadam homilia, Sunt nonnulli, qui diligant proximos, ſed per affectum cognationis & carnis. Quibus tamen in hac dilectione, ſacra eloquia nõ contradicunt. Sed aliud eſt quod ſponte impenditur naturæ, aliud quod præceptis dominicis ex charitate debetur obedientiæ. Hæc ille. Snnt ergo multa huiuſmodi opera noſtra, moralia deliberata, non mala, quæ tamen ideo non ſunt uirtuoſa, quia non affectione honeſtatis, ſed affectione commoditatis fiunt: hoc eſt, non gratia ipſius boni quod fit, ſed gratia noſtri qui facimus, uel propter aliquod tale. Opera enim uirtuoſa, iam ſatis conſtat, quòd non niſi gratia ipſius boni exercentur; & quia ſic ratio dictat agendum. Vnde doctrina præſens, non eſt eadem realiter cum præcedente; quamuis tamen ambæ habeant quandam uicinitatem, ex qua putare poſſunt nonnulli, quòd habent quoque identitatem. Vicinitas eſt inter illas, non identitas. Differunt ſicut ſuperius & inferius, ſicut magis commune, & minus commune, ſicut genus & ſpecies, ſicut animal & homo. Quicquid enim eſt opus moraliter uirtuoſum, eſt opus morale deliberatum, non malum: non tamẽ quicquid eſt opus morale deliberatum non malum, eſt opus moraliter uirtuoſum: ut enim uirtuoſum ſit, oportet ut gratia boni fiat. Vel differunt potius ſicut oppoſita, ut intelligamus bonum morale ſimpliciter, quod ex nulla parte eſt malum, diuidi in bonum morale deliberatum uirtuoſum, quod fit propter ſolam honeſtatem; & in bonum morale deliberatum non malum nec uirtuoſum, quod fit propter aliquam commoditatem, uel propter aliquam aliam affectionem intra rerum conceſſarum limites. Sunt hæc opera bona tam oppoſita, quàm oppoſitæ ſunt affectiones ex quibus oriuntur. De opere morali deliberato uirtuoſo iam in præcedentibus egimus: de opere morali deliberato non malo nec uirtuoſo, nunc agimus. De hoc ergo quoad tertiam quæſtionem motã, quid dicendum? Propter quid eſt? Hoc eſt, ad quã cauſam pertinet? Quæ eſt cauſa eius? Nunquid poteſt homo per ſua naturalia cum ſola generali influentia Dei, & non interueniente D
gratia Redemptoris noſtri, talia bona opera operari? Nunquid poſſumus homines aut potuimus aliquando poſt peccatum primi parentis, habere bonum uſum noſtrarum naturalium potentiarum, moralem deliberatum non malum nec uirtuoſum, ſine gratia Dei pertinente ad merita Saluatoris noſtri exhibita, aut præuiſa? Grauiſſima eſt hæc quæſtio, & magis difficilis præ omnibus præcedentibus: & in qua magis poteſt uideri nouum, ſi hæc huiuſmodi opera gratiæ Saluatoris noſtri tribuamus. Quid ergo? nullum; exiſtimo poſſe reperiri errorem, ubi gratia Dei per Chriſtum Saluatorem noſtrũ amplificatur magis, magiſq; prædicatur; magis extenditur, & magis commendatur. Nec eſt in hoc aliquod periculum, ſed magis oſtenditur noſtra miſeria, noſtraq; fragilitas: & maior nobis atque abundantior materia humilitatis, deiectionis que paratur, ut nullo modo habere poſſimus in operibus noſtris unde alter aduerſus alterum, & multo magis nec aduerſus Deum nos uenditemus, efferamur, inflemur, aut gloriemur. Videtur igitur, cenſura Sanctæ Matris Eccleſiæ, omniq; meliori iudicio ſemper mihi exiſtente potiore, quòd & huiuſmodi opera noſtra bona moralia deliberata non mala nec uirtuoſa, Deo auctori ſint tribuenda, per merita Saluatoris noſtri: ut firmiter credamus

E mus & nullo pacto ambigamus, non poſſe nos homines poſt peccatum hæc talia opera operari, niſi per gratiam Dei ad merita Saluatoris noſtri, & ad redemptionem noſtram pertinentem. Ad hanc ueritatem primùm eſt, quòd huiuſmodi opera ſunt quidem bona, & ex nulla parte ſunt mala: ut autem in ſuperioribus uiſum eſt ſatis, tum diuina ſcriptura, tum ſancti Doctores omnes, gratiæ Chriſti tribuunt omnia noſtra bona opera: nec reſtrictionem faciunt de iſtis, uel de illis. Nos ergo, omnia hæc gratiæ Chriſti tribuamus: ſunt enim opera noſtra moralia deliberata nõ mala, & per conſequens bona. Nam bonum & malum morale, ſunt oppoſita immediata circa opus noſtrum morale deliberatũ: ideo ſine dubio omne opus noſtrum morale deliberatum, uel eſt bonum, uel eſt malum: ſi nõ malum, ergo bonum. Bona ſunt igitur hæc opera de quibus agimus, quia ſunt opera noſtra moralia deliberata non mala. Bona autẽ opera noſtra ad quam cauſam pertinent? Ad gratiam Dei per merita Saluatoris noſtri. Sic ſatis determinatum eſt in præcedentibus, per diuinas ſcripturas & ſanctos Patres. Auguſtinus hanc ueritatem cõmendauit in multis, ex quib. nõnulla referemus. In De fide ad Petrum Diaconum, loquẽs de bonitate & de bona uoluntate quã acceperunt in principio homines & angeli à Deo, & quam perdiderunt per peccatum, qui peccauerunt, dicit commendando gratiam Dei per Saluatorem noſtrum, Quòd ſi poſsibile eſſet, ut humana natura, poſtquam à Deo auerſa, bonitatem perdidit uoluntatis, ex ſeipſa rurſus eam habere potuiſſet, multo poſsibilius hoc natura haberet angelica, quæ quanto minus grauatur terreni corporis pondere, tanto magis hac eſſet prædita facultate. Sed oſtendit Deus unde bona uoluntas hominibus detur, quam ſic amiſerunt angeli cum haberenr, ut amiſſam deinceps habere non poſsint. Hæc ille. Ecce irrefragabilis eſt Auguſtini demonſtratio, quòd ſi homines ad bonitatem uolũtatis, ſeu, quod idem eſt, ad bonam uoluntatem redire poſſent poſt lapſum, multo magis ad bonitatem uoluntatis, uel, quòd idem eſt, ad bonam uoluntarem redire poſſent angeli poſt caſum: Quia, ut inquit, natura angelica minus grauatur pondere terreni corporis: uidelicet, quia meliora habet naturalia, & fortiora: de quibus non dubium eſt, quin manſerint integra, ut teſtatur Dionyſius in libro de diuinis nominibus. Quid habemus ex hoc euidentiſsimè? Quòd ad nullam bonam uoluntatem poteſt per naturam ſine gratia redire homo, ad quam non poteſt per naturam ſine gratia redire angelus. Manifeſta eſt hæc demonſtratio, & inuictiſsima. G Nunc, quæſo, uideamus ad quam bonam uoluntatem non poteſt redire angelus poſt caſum. Quidem non poteſt redire ad bonam uoluntatem meritoriam; ſecundò, non poteſt redire ad bonam uoluntatem moralem deliberatam, uirtuoſam: tertiò non poteſt redire ad uolũtatem moralem deliberatam, non malam. Non enim poteſt diabolus habere actum uoluntatis moralem deliberatum, non malum; quia non poteſt uelle niſi uel malum, uel bonum malè. Habet tamen angelus lapſus meliora naturalia & fortiora quàm homo, habetq; & illa integra: habet meliora & fortiora naturalia, quia eſt altioris & perfectioris ſpeciei: habet & illa integra, quia peccatum naturam non minuit, ſed fœdauit. Sicut gratia non dat naturam, ſed perficit; ita peccatum non tollit nec minuit naturam, ſed fœdat, atque deturpat. Non intelligimus gratiam creationis ſed aliam, quã do dicimus gratiam non dare naturam ſed perficere: nam gratia creationis, ipſa eſt, quæ præſtat naturam. Habet quoque angelus lapſus, generalem Dei influentiam, qua intelligit, uult, operatur: quia ſine generali Dei influentia, non poſſet diabolus intelligere, uelle, aut operari. Eſt Deus cauſa prima, eſt diabolus in agendo quicquid agat, cauſa ſecunda: conſtat autem quòd nihil poteſt agere cauſa ſecunda, ſine concurſu, ſeu, quod H idem eſt, ſine influxu cauſæ primæ. Niſi diabolus habuiſſet generalem Dei influentiam, non intelligeret, non uellet, non operaretur: ſicut ignis in fornace Babylonica tres pueros non cõburebat, quia ad hoc generalem Dei influentiam non habebat. Non enim tunc ad comburendum pueros Deus concurrebat cum igne, ideo tunc pueros non cõburebat ignis. Generale eſt documentum omnium ſapientum, Nihil poteſt agere cauſa ſecunda, ſine concurſu cauſæ primæ: nihil inquam, ſimpliciter loquendo, quia neque bonum, neque malum, intelligendo, uolendo, aut quouis modo alio operando. Habet igitur diabolus meliora, fortiora, perfectioraq; naturalia, quàm homo: habet & generalem Dei influentiam, qua intelligit, uult, operatur: quæ omnia ad gratiam creationis pertinent, non ad gratiam redemptionis: quia nec angelus peccauit (ita dixerim) redimibiliter, nec eſt redimibilis. Non tamen poteſt diabolus per ſua naturalia cum generali Dei influentia quam habet, ius poſtliminii habere ad uoluntatem moralẽ, deliberatam, non malam: Quod eſt dictum, Non poteſt diabolus per ſua naturalia cum generali Dei influentia quam habet, habere actum uoluntatis

Auguſt.

F

Cap. 3.
tom. 3.

Dionyſ.
Cap. 4.

A tatis moralem deliberatum non malum: ſed omnis actus uoluntatis uoluntarius deliberatus, quem habet diabolus, eſt malus. Agamus igitur de hac ueritate, & oſtendamus, quòd diabolus nec habet, nec habere poteſt, actum uoluntatis ſuæ moralem deliberatum non malum. Hanc ueritatem confitetur maior pars, ſecurior, & melior, ſcholæ Chriſtianæ.

Magiſt. ſentent. Lib. 2. Diſt. 7.

Magiſter Sententiarum dicit, Supra dictum eſt, quòd angeli qui perſtiterunt, per gratiam confirmati ſunt: & qui ceciderunt, à gratia Dei deſerti ſunt. Et quidem in tantum confirmati ſunt per gratiam, quòd peccare nequeunt: Mali uerò per malitiam adeo ſunt obſtinati, quòd bonam uoluntatem habere, ſiue bene uelle non ualent, & ſi bonum ſit quod aliquando uolunt. Volunt enim aliquando aliquid fieri quod Deus uult fieri, & utique illud bonum eſt & iuſtum fieri: nec tamen bona uoluntate illud uolunt. Hæc ille. Ecce determinauit in his manifeſtè, quòd angelus malus non uult niſi malum, uel bonum malè. Vult.n. aliquando diabolus quod uult Deus, ut puta animas peccatrices in inferno puniri; quod bonum quidem eſt, iuſtum, atque ſanctum: ſed hoc bonum Deus uult benè, diabolus uult malè.

Idem ſtatum.

In ſequentibus ad idem docet Magiſter, quòd nec angeli boni peccare poſsint, nec mali bene uelle, uel bene operari: quòd mali adeo obdurati ſunt,

B ut non ualeant fieri boni: quòd mali ſpontanea uoluntate à gratia deſtituti, bonum uitant, & malum ſequuntur: quodq́; mali liberum habent arbitrium ſed depreſſum, atque corruptum, quòd ſurgere ad bonum non ualet.

S. Tho. Part. 1. Quæ. 64. Art. 2.

Sanctus Thomas cum iam ſecundum hãc ueritatem determinaſſet, probaſſetq́; ex diuina ſcriptura, quòd uoluntas dæmonum ſit obſtinata in malo: reſpondens tandem ad quintum argumentum negatiuæ partis, dicit ad propoſitum, Dicendum quòd actus dæmonis eſt duplex, quidam ſcilicet ex uoluntate deliberata procedens, & is propriè poteſt dici actus eius: & talis actus dæmonis ſemper eſt malus. Quia & ſi aliquando aliquod bonum faciat, non tamen bene facit. Sicut dum ueritatem dicit, ut decipiat: & dum non uoluntariè credit & confitetur, ſed rerum euidentia coactus. Alius autem actus dæmonis eſt naturalis, qui bonus eſſe poteſt, & atteſtatur bonitati naturæ: & tamen tali bono actu, abutuntur ad malum. Hæc ille. Ecce ſecundum ſanctum Thomam dæmones nec habent, nec habere poſſunt aliquem actũ moralem deliberatum, qui non ſit malus, ſcilicet uel ex obiecto, genere, aut officio, uel ex aliqua circunſtantia mala; quanquam bene quidem poſsint habere actum moralẽ de-

liberatum bonum ex genere, obiecto, aut C officio: qualem ſine dubio habent quoties quod ex genere ſuo bonum eſt, malè uolunt, aut malè faciunt: uelut ſi aliquando ueritatem aliquam dicunt, ut tandem decipiant. De bonis autem actibus naturalibus quos certum eſt poſſe habere dæmones, nunc non agimus; quia non ſunt ad propoſitum præſentis doctrinæ, in qua duntaxat de actibus moralibus deliberatis tractamus. Nam & actus bonos naturales poteſt quidem habere homo per ſuas naturales potentias cum generali influẽtia, ut infra conceditur: ob quod nos modo de illis non loquimur, nec fuit, nec eſt de illis ulla controuerſia inter doctores catholicos.

Gregor. Arimin. Lib. 2. Diſt. 7. Quæſ. 1.

Gregorius Ariminenſis mouens quæſtionem, Vtrùm angelus obduratus poſsit uirtute propria, ſtante communi influentia Dei, elicere aliquod bonum uelle? Determinat tandem, quòd ſicut angeli confirmati non poſſunt elicere aliquod malum uelle, ſic nec angeli obdurati poſſunt aliquod bonum uelle. Hoc autem eo probat, quia facilius eſt malè agere, quàm bene. Et quidem manifeſtè idem doctor commendãs gratiam Dei per Chriſtum Dominum noſtrum,

Lib. 2. Diſt. 26. Quæſt. 1. Art. 1.

de hominibus agens ſecundum præſentem ſtatum ſtante generali influentia, dicit, Nemo poteſt habere ante primam gratiam, actum aliquem liberi arbitrii non culpabilem. Hæc ille.

D

Ante primam gratiam, i. ante Dei auxilium ſpeciale, uel aliàs.

Vt autem declarat, Nomine gratiæ non ſolùm ſignificat gratiam gratũ facientem, ſed etiam gratis datam, & uniuerſaliter quodcunque Dei ſpeciale adiutorium ad bene operandum, quocunque modo ſpeciali Deus iuuet hominem.

Marſil. Lib. 2. Diſt. 7. Prĩcip. 2. quæſ. 2.

Richardus de Media uilla quærens, Vtrùm diabolus ſemper ſit in actu culpæ? Reſpondet quòd ſic: quòd omnia malè agit, quòd ab initio ſuæ creationis peccare incipiens, peccat continuè; quòd diabolus ſemper eſt in uſu liberi arbitrii ſui, quòd ſemper appetit ſuam propriam excellentiam, uel aliquid aliud in ordine ad illam, ob quod ſemper eſt in aliquo malo actu liberi arbitrii: ſed reſpondendo ad quoddam argumentum in contrarium, bene quidem concedit, quòd dæmones credunt & contremiſcunt inuiti, quia per effectus quos uident, potentiam & iuſtitiam Dei timere & credere compelluntur. Addit tamẽ quòd ſic credendo & timendo, ſunt in malo actu ex circunſtantia.

Richard. de Med. uil. Lib. 2. Quæſ. 5. quæ eſt circa Diſt. 7.

Sic concedit & probat Richardus per multa, quòd non poſſunt dæmones habere uſum liberi arbitrii, qui non ſit malus: ideſt, uel ex obiecto, uel ex aliqua circunſtantia. Marſilius ſic quærit, Vtrùm ſicut angelus primò peccauit per ſuperbiam, ſic; in malo obſtinatus nequeat redire ad gratiam?

E etiam? Addit ſtatim, Quæſtio ſupponit, quòd angelus primò peccauit per ſuperbiam, & quærit, Vtrùm in malo obſtinatus nequeat redire ad gratiam? Multa Marſilius in ipſa quæſtione & ſapienter & clarè determinat ad propoſitum: eo enim loco multipliciter argumentatur & contra ſuppoſitum, & contra quæſitum. Quãtum autem ad quæſitum,
Ibidem. Art. 3. Concl. 1. determinat primùm, Quòd nullus obſtinatus de lege ordinata Dei, poteſt redire ad gratiam, quamuis hoc ſit Deo poſsibile de lege
Ibidem. Concl. 2. abſoluta. Determinat ſecundò, Quòd angeli poſt caſum in malo ſunt obſtinati. Determi-
Ibidem. Concl. 3. nat tertiò, Quòd angeli qui ceciderunt, ſicut de lege ordinata nequeunt redire ad gratiam, ſic nunquam redibunt, quamuis poſſent redi-
ad arg. 2 re de lege abſoluta. Sed reſpondendo ad quoddam argumentum ex illis quæ fiunt contra quæſitum, quod intendebat probare angelos malos poſſe in bonum: Dicit, quòd in bonum entis poſſunt. Item quòd poſſunt in bonum & uelle, & dicere bonum morale: ſed tamen ſemper animo decipiendi creaturam rationalem, & ideo ſemper malè. Ad hoc quod dicitur, quòd beatitudinem appetit, dicitur quòd eſt uerum, & naturali & uoluntario appetitu: ſed non appetit eam habere per ſubiectionem Dei & ex gratia: & ergo ſic appetendo, continuè ſuperbit, uolens ex naturalibus amplecti quod ſoli gratiæ debetur. Vnde non
F eſt hic appetitus in conſolationem eius, quia ſine ſpe & cum omnimoda deſperatione, er-
Eſa. 66. go eſt in grauem pœnam. Vermis eorum non morietur ſcilicet remorſus conſcientiæ. Ad confirmationem conceditur, quòd Syndereſis in dæmonibus ſicut & in malis hominibus remurmurat peccato in pœnam eorum, ut ſcilicet etiam ſua facta deteſtentur, & in interioribus animæ à ſeipſis puniantur: ſed non ſequitur, quòd poſsint conuerti & cætera: quia in pœnã ſtatuit eis dominus ſe nunquam concurſurum cum eorum humiliatione, uel cum eorum à malo auerſione. Hæc ille. Ecce dæmones, de lege ordinata non poſſunt redire ad gratiam, nec uelle aut dicere bonum morale, niſi animo decipiẽdi rationalem naturam, & ideo ſemper malè. Itaque ſecundum Marſilium, dæmones non poſſunt uelle aut operari niſi malum, uel malè bonũ: quantum ad moralem ac deliberatum uſum ſuorum bonorum naturalium: omnino ſecundum ſententiam Magiſtri. Sic tenet etiã
Dionyſ. Carthuſ. Lib. 2. diſt. 7. quæſ. 1. Dionyſius Carthuſianus in ſuo opere ſententiarum, ubi multos doctores, multaq; eorum dicta adducit ad idẽ: mouens enim quæſtionem, Vtrùm angeli praui, ſint obſtinati in uitiis, ita ut nec pœnitere, nec bene agere ualeant? reſpondet ſecundum partem affirmatiuam, quòd ſic, & ad hanc partem multos ad-

G ducit doctores, ſanctum Thomam, ſanctum Bonauenturam, Richardum, Vdalricũ ſic dicentem, Diabolus habere non poteſt bonam uoluntatem, nec opus bonum: quia quod uult, aut ſemper eſt malum, aut ſi eſt bonum, tamen uult illud malè: aut uult illud imperfecta uoluntate, quæ nunquam pertingit ad actum completum, niſi ſub ratione malitiæ; Albertum etiam dicentem, dæmonem corruptum eſſe ſecundum omnia quibus debebat ordinari ad bonum, ſecundum rationem appetitumq; uoluntatis & quancunque apparentiam boni, nempe ſecundum rationem. Petrum quoque, qui quærens, An diabolus continuè peccet, reſpondet, Quamuis motus naturæ in diabolo non ſit malus, quia natura bona eſt; attamen omnis motus uoluntatis ipſius, eſt malus, & quia uoluntas eius ab aliquo actu non ceſſat, ideſt, ſemper alicui actui eſt intenta, ideo à peccato non ceſſat: aut uolendo quod eſt malum ſecundum ſe, aut quod eſt malum ex circunſtantia. Antiſio- *Antiſiodorenſis.* dorenſis inſuper, qui circa illam quæſtionem qua quæritur, An omnis actio diaboli ſit peccatum? determinat, quòd non omni motu ſuo diabolus peccat, quia non peccat motu purè naturali: ſed tamen aſſerit, quòd omnia quæ egit ex libero arbitrio & liberè, fecit malè. quærens etiam idem Antiſiodorenſis, An credere diaboli, ſit peccatum? dicit quòd H quando credere eius procedit ex mera libertate, peccatum eſt: quoniam ex ſuperbia credit, ut Deum impugnet aut ea quæ ſunt Dei: pigetq; eum credere, & murmurat in credendo. Gabriel etiam cum dixiſſet, quòd angelus *Gabriel Biel.* malus non poteſt habere aliquem actum bonum, bonitate uirtuoſa & meritoria, neque *Lib. 2.* poteſt carere actu malo: dixit tandem, quòd *Diſt. 7.* angelus in malitia obſtinatus, poteſt habere *quæſt. 1.* actum bonum de genere, ut uelle beatitudi- *Art. 2.* nem, ſed hoc intelligit ſecundum Magiſtrum ſententiarum quem allegat dicentem, Mali per malitiam, adeo ſunt obſtinati, quòd bonam uoluntatem habere ſiue bene uelle non ualent; & ſi bonum ſit quod aliquando uolunt, uolũt enim aliquando aliquid fieri quod Deus uult fieri, & utique illud bonum eſt & iuſtum fieri, nec tamen bona uoluntate hoc uolunt. Denique præter Scotum & Duran- *Scotus.* dum, paucißimosq; alios, ſi qui ſunt eorum *Lib. 2.* ſequaces, tota ſchola Chriſtiana in hac uerita- *Diſt. 7.* tè conſentit, qua docet non poſſe dæmones *quæſt. 1.* habere aliquem actum liberum, ſeu liberum *Durãd.* uſum ſuorum naturalium bonorum, niſi ma- *ibi.* lum: uidelicet quia poſt caſum, iam non poſ- *quæſt. 2.* ſunt uelle niſi malum, uel bonum malè: quoties ex deliberatione, uel liberè uolunt.

Ho

A Hoc eſt etiam quod dicit Gloſſa circa illud, *Gloſ.* Quæ conuentio Chriſti ad Belial? ait enim, *2.Cor.6.* quòd Chriſtus omnia bene agit, & diabolus omnia malè. Item Gloſſa circa illud, Ab ini- *1. Ioan.3.* tio diabolus peccat, Sic dicit, quòd ab initio ſuæ creationis peccare incipiens, peccat con- *Gregor.* tinuè ad hanc uſque diem. Et Gregorius in *Lib.18.* moralibus inquit, Omnis uoluntas damna- *Dionyſ.* ti, iniuſta eſt. Dionyſius autem Areopagita *Areopa.* in De diuinis nominibus, cùm primùm dixiſ *cap.4.* ſet, quòd dæmones nõ natura mali ſunt, quæ ſiuit deinde; In quo enim, obſecro, malos fie ri dæmones dicimus? niſi in uacatione diuinorum bonorum, habitus, atque operationis? & concludit tandem, quòd non natura ſunt mali, ſed angelicorum bonorum indigentia. Additq; ad idem, Neque tamen omnino exortes boni ſunt, quia & ſunt & uiuunt & intelligunt, eſtque in eis quidam deſiderii motus. Mali uerò eſſe dicuntur, quia circa naturalem operationem infirmantur; auerſio itaque eſt illis malum (quòd exciderint, potiq; nõ ſint naturalibus bonis) imperfectioq; & imbecillitas, & infirmitas, ac fuga & prolapſio uirtutis cõſeruantis eis inditã perfectionẽ. Hæc ille. Quibus ſatis declarat in quo, & quomodo mali ſunt dæmones: uidelicet quia carẽt bonis diuinis, angelicis, habitu, atque

B operatione: & quia circa naturalem operationem infirmantur, ob id quòd ſua auerſio à Deo eſt illis malum, imperfectio, imbecillitas, infirmitas, fuga, prolapſuſq; uirtutis conſeruantis eis perfectionem inditam. Satis hic docet nõ poſſe dæmones habere deliberatum uſum ſuorum bonorum naturalium non malum: quam ſententiam euidenter exprimit in uerbis ſtatim ſequentibus, dicens, Ad hæc quid'nam eſt in dæmonibus malum? Furor irrationabilis, demens concupiſcentia, imaginatio præceps, atque proterua. Hæc ille. Ecce quod malum eſt dæmonum, quod ipſi habent, & quo mali ſunt: quia ſcilicet eſt irrationabilis furor, concupiſcentia demens, & proterua atque præceps imaginatio. Profectò cùm dæmones habeant furorem irrationabilem, dementem concupiſcentiam, imaginationemq; præcipitem & proteruam; quidem nullum uſum deliberatum non malum ſui liberi arbitrii habere poſſunt, neque aliquam non malam operationem deliberatam. Quandoquidem ſuus furor irrationabilis, ſua demens concupiſcentia, & ſua imaginatio præceps atque proterua, uertunt ad malum; ut iam non ualeant dæmones ſic affecti deliberatè cogitare, uelle, aut operari, niſi malum, uel bonum malè. Habent tamen ſua naturalia integra & lucidiſsima, ut ibi teſtatur Dionyſius; habentq; & generalem Dei influentiam, quia, C ut ibidem quoque dicitur, ſunt, uiuunt, intelligunt, eſtq; in eis quidam deſiderii motus, pulchrum bonumq; deſiderant ut ſint & uiuant & intelligant quæ ſubſiſtunt, deſiderantes: ſed hæc, ipſi ſine generali Dei influentia habere nequeunt. Per ſua tamen naturalia & per generalem Dei influentiam, quid deſiderant dæmones? Deliberatè non niſi malum, uel bonum malè: quod utique, eo ipſo malum eſt, ratione mali finis, malæ'ue circunſtãtiæ. Sic enim concludit Dionyſius de dæmonibus ſermonem, Cæterùm, inquit, priuatione atque effugio, prolapſuq; conuenientium eis bonorum, mali dicuntur, & ſunt mali in quo non ſunt, & quod non eſt appetentes, malum profectò deſiderant. Hæc ille. Quomodo dicit hic Dionyſius dæmones deſiderare malum, qui immediatè antea dixerat eos deſiderare pulchrum & bonum ut ſint & uiuant & intelligant quæ ſubſiſtunt? Hoc ideo dicit Dionyſius memor ſui, & conſtans ſibi; quia Dæmones ob eorum furorem irrationabilem, dementem concupiſcentiam, & imaginationem præcipitem atque proteruã, non deſiderant deliberatè niſi malum, uel bonum ad malum, ſeu bonum malè. Talis eſt eorum ſtatus, talemq; ipſum credit Chriſtiana religio ſecundum diuinas ſcripturas. Superbia D eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Superbia autem eorum omnia perturbat, omnia damnat. Firmiter ergo credendum eſt, & nullo modo dubitandum, habere dæmones ſua naturalia integra & generalem Dei influẽtiam qua per ſua naturalia intelligunt, uolũt, mouentur, operantur: non tamen eos poſſe per ſua naturalia cum generali influentia habere aliquem actum deliberatum, niſi malũ: malum, inquam, uel ratione obiecti, uel ratione finis, uel ratione alicuius alterius circũſtantiæ. Nunc autem per hæc, de hominibus *Applicatio præcedentium* quid dicendum? Quoties homines bonum *ad propoſitum.* uſum aut nõ malum habent deliberatum ſuarum naturalium potentiarum, toties ibi eſt aliquod ſpeciale Dei adiutorium quo homines illum talem uſum deliberatum non malum habent, & in potentia propinqua habere ualent. Alioquin, ſi per ſua naturalia cum ſola generali influentia id poſſent homines; multo magis per ſua naturalia cum generali influentia id poſſent dæmones: ut optimè & irrefragabiliter deduxit Auguſtinus in De *Cap.3.* fide ad Petrum Diaconum, & uiſum eſt ſu- *tom.3.* pra. Idq; per ſe conſtat, cum ſint naturalia dæmonum ex natura ſua præſtantiora, nobiliora, atque fortiora: quàm ſint naturalia hominum. Illud autem ſpeciale Dei adiutorium, quo homines poſſunt poſt lapſum habere de-

E liberatum uſum ſuorum bonorum naturaliū non malum, uidetur omnino quòd pertineat ad gratiam redemptionis, cùm ſit præter generalē influentiam pertinentem ad gratiam creationis: quamq; illud non habeant dæmones, qui adhuc ſub gratia creationis manent, qua ſunt, uiuunt, atq; mouētur, & operātur. Quòd ſi quis oppoſitum ſentiens, dixerit, dæmones non habere generalem Dei influentiam quoad huiuſmodi uſum ſuarum potentiarum deliberatum & non malum, quanquam eam talem influentiam generalem habeant, quoad uſum ſuarum potentiarum deliberatum malum: ſiquis, inquam, ita dixerit, in tali ſuo dicto uidetur hanc demonſtrationem fugere: ſed re uera, nec fugit, nec argumentum ſoluit. Tum quia ſic reſpondere, eſt quodammodo diuinare: cum enim conſtet dæmones habere generalem Dei influentiam qua multifariè multisq; modis ſuas naturales potentias exercent, uſumq; earum habent, intelligentes, uolentes, deſiderantes, operantes, unde poteſt mortalis homo cognoſcere aut pro comperto habere, quòd dæmones talem generalem influentiam Dei ad malum uſum ſuorum naturalium habent, non autem ad non malum? Tum quia potentia quæ de ſua natura eſt indifferens ad oppoſita, per idem omnino fit in potentia propin-

F qua ad utrumque talium oppoſitorum, ſi nihil aliud requirit: eſt enim hæc notiſsima Philoſophia, quia alias non eſſet illa potentia de ſe & ex natura indifferens ad utrumque, ſi per aliquid fieret in potentia propinqua ad alterum, per quod non fieret in potentia propinqua ad alterum nullo alio indigendo. Per inde uerò, cum liberum arbitrium dæmonum ſit de ſe indifferens ad uſum ſui malum uel non malum, tanquam ad oppoſita: uidetur fieri conſequens, ut per generalem influētiam ad utrunque fiat in potētia propinqua, uel ad neutrum. Aut certè aliquo alio indiget, ut ſit in potentia propinqua ad aliud. Habent ergo dæmones generalem influentiam, & per illam ſunt in potentia propinqua ad omnia ad quæ illa ſufficit: unde neceſſariò concedendum eſt, uel quòd dæmones per generalem influentiam quam habent, ſunt in potentia propinqua ad uſum deliberatum ſuorum naturalium non malum, uel quòd generalis influentia non ſufficit dæmonibus ad talem uſum. Non ſunt in potentia propinqua, ut eſt monſtratum; ergo non ſufficit eis generalis influentia. Non ergo illi, illam non habent: ſed illa, illis non ſufficit. Quòd ſi non ſufficit in illis, utique multo magis non ſufficit in nobis: ſunt enim ſua naturalia maiora, ſunt noſtra minora: ideo ſi illi cum ſola gene-

G rali influentia non poſſunt, multo magis nèque nos. Aliquid igitur aliud, nobis eſt neceſſarium. Neque poteſt eſſe dubium quin dæmones habeant generalem influentiam, qua intelligunt, uolunt, agunt: pariter neque poteſt eſſe dubium quin per illam fiant in potentia propinqua ad omnia, ad quæ illa ſufficit, cum eorum naturalibus: ſimulq; certum eſt omnino, non eſſe dæmones in potentia propinqua ad uſum deliberatum ſuorum bonorum naturalium non malum. Ex his autem tribus præmiſsis non poteſt non eſſe conſequens, non ſufficere generalem influentiam dæmonibus ad uſum talem. Tum deinde ſic tergiuerſatus nec fugit, nec argumentum ſoluit, quia ſi Deus poſt caſum angelorum, præſtat illis ſuam generalem influentiam quantum ad malum uſum ſuarum potentiarum deliberatum, non autem ad non malum: poſt lapſum uerò hominum præſtat hominibus ſuam generalem influētiam ad omnem uſum deliberatum ſuarum naturalium potentiarum, ſcilicet ad malum, uel etiam ad non malum: profectò iam in hoc, gratia redemptionis uiget. Non enim communicat Deus ſuā generalem influentiam abundantius hominibus poſt lapſum, quàm illam communicet angelis poſt caſum, niſi quia homines poſt peccatum manſerunt (ita dicam) redimibi-

H les: ſolam enim hanc rationem poſſumus aſſignare nos homines, de hac re. Profectò quicquid homines ut redempti, uel ut redimibiles habent, totum abſq; dubio ad gratiam redemptionis pertinet: neque debet, neque poteſt homo Chriſtianus, à gratia redemptionis quicquam tale excipere. Itaque ſi per gratiam redemptionis habent homines illam generalem influentiam, qua ſiunt in potentia propinqua ad uſum deliberatum non malum ſuarum naturalium potentiarū: utique omnis talis uſus quem homo habet, ad gratiam redemptionis pertinet omnino, & non poteſt ab illa excipi, niſi cum Redemptoris iniuria. Siue igitur una uia, ſiue alia procedamus, ſemper inuenimus id quod firmiter credimus, ad gratiam redemptionis pertinere, Redemptoriq; Chriſto deberi omnem deliberatum uſum noſtrarum naturalium potentiarum, & uirtuoſum ut multis argumentis probatum fuit in præcedētibus, & non malum, ut quoque ſatis moſtratum eſt in hoc præſenti capite, & adhuc monſtrabitur (domino fauente) in ſequenti. Circa illud Oramus autem Deum ut nihil mali faciatis: docet Anſelmus non poſſe nos uoſtra uoluntate ſola uitare malum, ſed ad id nos Dei adiutorio indigere.

Conti-

A *Continuantur præcedentia de uſu deliberato non malo noſtrarum naturalium potentiarum, aliorumq́ naturalium bonorum noſtrorum: & oſtenditur, ad gratiam redemptionis pertinere, ſiue per ſpeciale Dei adiutorium, quod magis uidetur, ſiue per generalem influentiam, dicatur haberi.*

CAP. XXX.

DIVVS Ambroſius in ſuo
opere De Vocatione Gen-
tium, Commendans Dei
gratiam qua indigemus, &
quam habemus per Chri-
ſtum Dominum noſtrum,
certè in illam refert non ſo
lùm quòd iuſtificamur, nec ſolùm quòd uir-
tutes acquirimus, aut uirtuoſè operamur:
ſed etiam quòd deliberatè agentes, non ma-
lè agimus. Dicit enim oſtendendo noſtram
miſeriam, in qua poſt peccatum conſtituti
ſumus, & à qua non niſi per Dei gratiam li-
Lib. 1. Cap. 2. beramur, Humana natura in primi hominis
præuaricatione uitiata, etiam inter benefi-
cia, inter præcepta & auxilia Dei: ſemper in
deteriorem eſt procliuior uoluntatem, cui
committi, non eſt aliud quàm dimitti. Hæc
itaque uoluntas uaga, incerta, inſtabilis, im
perita, infirma ad efficiendum, facilis ad au
dendum, in cupiditatibus cæca, in honori-
B bus tumida, curis anxia, ſuſpicionibus in-
quieta, gloriæ quàm uirtutis auidior, famæ
quàm conſcientiæ diligentior, & per omnem
ſui experientiam, miſerior fruendo his quæ
concupiuerit, quàm carendo, nihil in ſuis ha
bet uiribus, niſi periculi facilitatem: quoniã
uoluntas mutabilis, quæ non ab incommu-
tabili uoluntate regitur, tanto citius propin
quat iniquitati, quanto acrius intenditur a-
ctioni. Hæc Ambroſius. Ecce humana uolũ
tas poſt peccatum tot miſeriis eſt obuoluta,
ut niſi à diuina uoluntate regatur, quanto a-
crius actioni intendit, tanto citius iniquita
ti appropinquet: ut pote quia ſit humana uo
luntas poſt peccatum, uaga, incerta, inſtabi
lis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis
ad audendum, cæca in cupiditatibus, tumi-
da in honoribus, anxia curis, inquieta ſuſpi-
tionibus, auidior gloriæ quàm uirtutis, di-
ligentior famæ quàm conſcientiæ, per omnẽ
ſui experientiam miſerior fruendo his quæ
concupiuerit, quàm carendo, & quæ nihil in
ſuis habet uiribus, niſi periculi facilitatem.
Ergo ſecundum hanc ueram & catholicam
determinationem Ambroſii, non poſſumus
nos homines poſt peccatum Adæ, habere u-
ſum deliberatum non malum noſtræ uolun-
tatis, niſi à diuina uoluntate regamur: quia
ut de noſtra uoluntate dicit, uoluntas muta-
bilis, quæ non ab immutabili uoluntate re- C
gitur, tanto citius appropinquat iniquitati,
quanto acrius intenditur actioni. Niſi ergo
à diuina uoluntate regatur uoluntas huma-
na, etiam bonum uolentes, malè uolumus;
quia quod uolumus bonum deliberatè, niſi
à Deo regamur, ad malum detorquemus,
ad uanam gloriam, uel ad aliquod ſimile.
Veniemus facilius in hanc Ambroſii ueritа-
tem, ſi conſideremus connexionem ac pro-
penſionem noſtrarum uirium pro hoc præ-
ſenti ſtatu, ſuperiorum & inferiorum, cogni
tiuarum & appetitiuarum. Vna enim & ea-
dem anima rationalis, eſt in unoquoque ho-
mine, ſecundum quam, unicuique competit
eſſe cum lapidibus, uiuere cum arboribus,
ſentire cum brutis animantibus, intelligere
cum angelis: & per hanc, tanquam à radice,
habemus omnes noſtras naturales potẽtias,
nutritiuas omnes, augmentatiuas, genera-
tiuas, ſenſitiuas, ſecundum locum motiuas,
intellectiuas ſeu rationales, memoriam, in-
tellectum, uoluntatem. Eſtq́; omnis anima
noſtra, rationalis ex natura ſua, ſecũdum gra
tiam creationis, ſpiritalis, immortalis, æter
naq́; à parte poſt, memoratiua, intellectiua,
uolitiua: unde ſicut ipſa in ſe ſpiritalis eſt, ſic
ſpiritales habet potentias quaſdam quarum
actus ut habeat, organo corporali non indi-
get, cuiuſmodi ſunt ſpiritalis memoria, intel D
lectus, uoluntas. Non enim indiget anima
corpore aut corporis organo aliquo ut has
intellectuales ſeu ſpiritales potentias exer-
ceat, uel, quod idem eſt, ut per has tales po
tentias, actum habeat: quo tamen indiget ut
per potentias inferiores operetur, per nu-
tritiuam, argumentatiuam, generatiuam,
ſenſitiuam, per quas nullo modo habet a-
ctum anima ſine corpore, neque habere
poteſt, ut conſtat. Verùm quantum uo-
luntas hominis in mortali corpore ſecun-
dum communem legem uiuentis, ſit pro-
penſa inclinataq́; ad proſequendum affectio-
nes, ſeu concupiſcentias aliarum potẽtiarum
appetitiuarum, ſenſitiuarum, & inferiorum,
quantumq́; illis afficiatur, ex eo ſatis conſta-
re poteſt, ſi conſideramus, quantum intelle-
ctus noſter in nobis mortalibus, in ſua cogni-
tione ſeu in ſuo actu cognoſcendi à potentiis
ſenſitiuis, cognitiuis, & ab earum cognitione
dependeat. Eadem nanque animæ immerſio
in corpore mortali, quæ facit ut intellectus
quoque immerſus ſenſibus cognitiuis, ſic pẽ-
deat ab illis in ſuo intellectuali actu elicito, ut
uerè dicatur, Nihil eſt in intellectu, quin pri-
us fuerit in ſenſu, Oportet intelligentem phã
taſmata ſpeculari, & ſimilia: ipſa eadem ani-
mæ immerſio facit ut uoluntas quoque im-
merſa

E merſa ſenſibus appetitiuis & affectiuis aliis inferioribus nutritiuæ, augmentatiuæ, generatiuæ, ſecundum earum affectiones ualde cõmoueatur, ipſaſq; ſequatur ualde in ſua elicita uolitione. Ecce quantum pendent noſtræ potẽtiæ ſuperiores à noſtris inferioribus, propter immerſionem animæ cum corpore, & aliarum cum aliis: quod ſatis declarat tota philoſophia hominis tum Ethnica, tum Chriſtiana, quodq; ſatis notatum eſt per doctores, in multis ad propoſitum. Quantum autem ad ſocietatem atque cõnexionem noſtrarum uirium apprehenſiuarum ac motiuarum nobilium expectat, ea certè talis ac tanta eſt, ut uel ſimul meliorentur, uel quidem ſimul deteriorentur. Sequitur enim deprauatio ex obſcuratione uirium apprehenſiuarum nobilium ex peruerſione, & deprauatione uirium motiuarum, propter mutuam propinquitatem & connexionem: quod in auaro conſpicimus, cuius intellectus ita obtenebratur ex cupiditatis uitio, ut de pecunia intellectualiter penè diiudicare nõ ualeat, An appetenda ſit propter ſe, an contemnenda? immo teterrimum auaritiæ uitium intolerabiliter facit & quaſi cogit errare auarum circa pecuniã, adeo ut quidam Italicorum Philoſophorum olim ſic dixerit, Auaritia eſt inhærens opinio & quaſi inſita, quòd pecunia per ſeipſam ſit bona, & propter ſe appetenda. Optimè

F *Gulielm.* *Lib. 2.* de hac cõnexione & ſocietate noſtrarum uirium Philoſophatus eſt Gulielmus in ſuo opere De Vniuerſo, tractatu de dæmonibus, unde non noua, neque ignota eſt hæc philoſophia: nemo enim non nouit quàm facilè & quàm cito illud iudicamus bonum, quod uolumus, aut quoquo modo appetimus. Ergo cum poſt peccatum ſolutæ ſint noſtræ uires inferiores appetitiuæ, & ſuis naturis relictæ, ad delectabilia corporis propenſiſsimæ, deditæ, uehementes & deprauatæ, unde orta eſt, & in quo uiuit & uiget ipſa quæ à noſtris uocatur ſenſualitas, quæ nihil eſt aliud quàm appetitus corruptus, cumq; ſimul uoluntas propter immerſionem cum appetitiuis corruptis ac ſolutis earum affectionibus afficiatur & commoueatur ualde, uel ſaltem nata ſit & propenſa illis affici & commoueri, atque pariter cum ex peruerſione ſeu affectione affectiuarum uirium, ſequatur obtenebratio & peruerſio uirium apprehenſiuarum: Cum, inquã, hæc omnia ita ſe habeant, quid,

Ambroſ. quæſo, dicere poſſumus, niſi quod Ambroſius dixit, humanam uoluntatem poſt peccatum, eſſe uagam, incertam, inſtabilem, imperitam, infirmam ad efficiendum, facilè ad audendum, in cupiditatibus cæcam, in honoribus tumidam, curis anxiam, ſuſpitionibus inquietam, gloriæ quàm uirtutis auidiorem, G famæ quàm cõſcientiæ diligentiorem, & per omnem ſui experientiam miſeriorem fruendo his quæ concupiuerit, quàm carendo, nihil in ſuis habere uiribus niſi periculi facilitatem: quoniam uoluntas mutabilis, quæ non ab immutabili uoluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni. Vt ergo humana uoluntas talis, uaga, incerta, inſtabilis, imperita, infirma, facilis, cæca, tumida, anxia, gloriæ uanæ auida, diligentior famæ, quàm conſcientiæ, uſum ſeu actum deliberatum habeat non malum, quo iniquitatem uitet, uincat aut fugiat, indiget regi à diuina uoluntate. Nunquid iſtud regimẽ ſignificat ſolam generalem influentiam Dei? Abſit. Nanque humana uoluntas quando ſuos malos actus deliberatos exercet, tunc quidem & generalem Dei influentiam habet, qua malè agendo abutitur: ſed utique nullo modo tunc à diuina uoluntate regi dicitur, à qua in eo malo uſu ſui, ſeu in eo ſuo malo actu magis ac magis deuiat. Secundum hãc Chriſtianam Philoſophiam, depingit Cyprianus noſtram aſsiduam & iugẽ *Cyprian.* & moleſtam pugnam, à qua debemus tenemurq; reportare uictoriam, dicens in quodam ſermone qui de mortalitate eſt, Cæterũ *Serm. 4.* quid aliud in mundo, quàm pugna aduerſus diabolum quotidie geritur? quàm aduerſus H iacula eius & tela conflictationibus aſsiduis dimicatur? Cum auaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congreſsio eſt, cum carnalibus uitiis, cum illecebris ſæcularibus aſsidua, & iugis, & moleſta luctatio eſt. Obſeſſa mens hominis & undique Zabuli infeſtatione uallata, uix occurrit ſingulis, uix reſiſtit. Si auaritia proſtrata eſt, exurgit libido; ſi libido compreſſa eſt, ſuccedit ambitio; ſi ambitio contempta eſt, ira exaſperat, inflat ſuperbia, uinolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abſcindit. Cogeris maledicere, quod lex diuina prohibet: compelleris iurare, quod nõ licet. Tot perſecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus urgetur, & delectat hic inter Zabuli gladios diu ſtare, cũ magis cõcupiſcendum ſit & optandũ, ad Chriſtum ſubueniente uelocius morte properare, ipſo inſtruente nos & dicente, Amen, amen dico uobis, &c. Ecce quomodo nobis ob oculos ponit Cyprianus noſtram pugnam, aſsiduam, iugem, ac moleſtam, quã habet noſtra mens in corpore mortali undique obſeſſa, contra carnem, contra mundum, contra diabolum: in qua certè nos uincimus, quoties uſum deliberatum non malum exercemus, noſtrarũ naturalium potentiarum, aut quorumcunq; no-

A noſtrorum aliorum naturalium bonorum.
Omnem enim noſtrum deliberatum uſum
bonorum talium, nituntur inimici no-
ſtri malum facere, unnſquiſque ſno modo;
mundus, caro, diabolus. Ideo in omni deli-
berato uſu non malo, uincuntur illi, uinci-
mns nos. Victoriam autem omnem noſtram
contra peccatum, contra mortem, contra
mundnm, contra carnem, aut carnis concu-
piſcentiam ſeu legem, Apoſtolus Paulus tri-
buit Saluatori noſtro Chriſto Ieſu benedi-
cto, ſicut iam uiſum eſt atqne probatum
Origen. in ſuperioribns. Vnde Origenes in ſuo ope-
re De principiis ſeu Periar. de contrariis po-
teſtatibus agens ſecundum ſcriptuiras, atqne
tam de peccatis quæ à contrariis uirtutibus
ueniunt, quàm de illis quæ ex naturalib. cor-
poris motibus initium ſumunt, tandem om-
nem uictoriam in gratiam Chriſti ſeu in adiu-
torium Dei per Chriſti gratiam refert, dicẽs,
Lib. 3. Arbitror nanq; quia certa menſura ſit huma-
cap. 2. næ naturæ, & ſi Paulus ille ſit de quo dicitur,
Matt. 16 Vas electionis eſt mihi iſte, aut Petrus ad quẽ
portæ inferi non prænalent, aut ſi Moſes ille
ſit amicus Dei, quorum nulins prorſus om-
nem ſimul aduerſarum uirtutum cateruam
poſſet ſine ſui aliqua pernitie tolerare, niſi
forte illius ſolius uirtus operetur in eo qui di
xit, Confidite, ego uici mundum. Propter
quem confidenter etiam Paulns dicebat, Om
B nia poſſum in eo qui me confortauit Chri-
ſtus. Amplius autem qnàm omnes illi labo-
raui, non autem ego, ſed gratia Dei mecum.
Propter hanc ergo uirtutem quæ utique hn-
mana non eſt operantem & loquentem in ſe,
Paulus dicebat, Certus ſum autem quia neq;
mors; neque nita, neque angeli, neque prin
cipatus, neque poteſtates, neque præſentia,
neque futura, neque altitudo, neque profun
dum, neque uirtus, neque alia ulla cratura
poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt
in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Hæc Orige-
nes, Proſequitur ſtatim, Sola enim per ſe hu-
mana natura non arbitror quia poſsit aduer-
ſus angelos, ſeu excelſa & profunda, & aliam
creaturam habere certamen: ſed cum ſenſe-
rit præſentem in ſe Dominum & inhabitan-
tem, confidentia diuini adiutorii dicet, Do-
minus illuminatio mea & Saluator meus, quẽ
timebo? Dum appropiant ſuper me nocen-
tes, ut edant carnes meas: qui tribulant me
inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.
Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non time-
bit cor meum. Si exurgat aduerſnm me præ-
lium, in hoc ego ſperabo. Vnde ego arbitror
quòd nunquam homo fortaſsis per ſe ipſum
uirtutem cõtrariam uincere poteſt, niſi uſus
fuerit adiutorio diuino. Hæc ille. Ecce ſecun
dnm hanc determinationem Origenis, quo- C
ties homo contrariam uirtutem uincit, to-
ties diuino ntitur adiutorio: quia ut docet,
non poteſt homo uincere contrariam pote-
ſtatem, niſi diuino adintorio utatur. Nota
uerbum, Nunquam poteſt, & uidebis quòd
nunquam homo in potẽtia propinqua ad uin
cendum contrariam uirtutem eſt potens, niſi
quando ei diuinum adiutorium adeſt: nnde
per adiutorinm Dei completur potentia ho-
minis, & fit propinqua ut ualeat exire in actũ
nõ malum. Quia ergo nos per omnem uſum
deliberatum moralem nõ malum noſtrarum
potentiarum, peccatum uincimus, quod nos
ad malum uſum earum trahere nititur: fit
conſequens, ut omnem talem uſnm non ma-
lum, diuino adiutorio tribuere debeamus.
Poſſunt ergo homines licitè bonum morale
ex obiecto, ſeu ex genere, ſeu ex officio pro-
pter res conceſſas operari, non excedendo in
affectione earum; ſed quoties illud tale opns
morale deliberatè agunt, & non malè, toties
illud gratiæ redemptionis uidetur tribuen-
dum. Res enim difficilis eſt nobis hominibus
poſt lapſum non excedere culpabiliter, ſaltẽ
uenialiter, in affectione noſtrarum rerum na
turalium, aut aliarum aliàs conceſſarum, ui
tæ huius præſentis, ſalutis corporalis, ſamæ,
honoris, uſuram filiorum, ſamiliarum, di- D
uitiarum, domorum, poſſeſsionum, uel qno
rumuis aliorum bonorum iſtius uel alterius
gradus aut ordinis, naturalium, tempora-
lium, fortunæ: paucíq; ſunt, qui in horum
affectione non excedant culpabiliter, ſaltem
uenialiter, & multi omnino ſunt, qui exce-
dunt: Soli enim uiri perfecti non excedunt,
aut uidentur non excedere in affectione ta-
lium bonorum: excedunt autem omnes im-
perfecti. De qua re pulchrè agit Auguſtinus, *Cap. 67.*
oſtendens quid ſit ædificare ſupra fundamen *68. 69.*
tum Chriſtum, aurum, argentum, lapides *tom. 3.*
precioſos: & quid eſt etiam ædificare lignum,
fœnum, ſtipulam, multa dixit in Enchirid. ad
Laurentium, quæ non eſt opns modo refer-
re. Agit etiam de hoc Magiſter ſententiarum, *Lib. 4.*
& cum illo multi alii doctores in ſuis ſentẽtia *Diſt. 21.*
rum libris, qui omnes cum dino Auguſtino
idem ſapiunt & determinant. Cnm itaqne ſit
nobis hominibus difficile non excedere in re
rum conceſſarum talium affectione, pariter
difficile erit aliquid propter illas inculpabili-
ter operari moraliter atque deliberatè. Quic
quid uerò boni nos homines non niſi difficili
ter operari ualemus ſine peccato, gratiæ re-
demptionis tribuendum eſt. Hoc eſt, adiuto
rio ſpeciali Dei, per merita Saluatoris noſtri
Ieſu Chriſti. Ergo de huiuſmodi actionibus
ſeu operibus moralibus, hoc eſt, de uſu mora

E li deliberato non malo noſtri liberi arbitrii, aut noſtrarum quarumuis aliarum potentiarum, ſeu quorumuis aliorum bonorum, hæc dicta ſufficiant. Non damnamus alios doctores catholicos, qui alio modo de hac re ſentiunt, ſed nos cum bona uenia & pace eorum ita ſentimus in Chriſto Domino noſtro, parati corrigi per ſanctam Matrem Eccleſiam, quando & quoties determinauerit alio modo de re huiuſmodi eſſe credendum. Interim gratiæ redemptionis tribuimus omnia opera moralia deliberata non mala, quæ poſt lapſum homo operatur aut operari ualet: & quæ dæmones poſt caſum nec operantur, nec operari poſſunt: uidelicet omnem uitam moralem deliberatam non malam, cogitationē, electionem, operationem, & ſimilia. Gratiæ enim ſpecialis eſt, hoc eſt, diuini adiutorii, ipſiusq; præſeruationis à Deo, quoties noſtras morales operationes deliberamus nulla mala circunſtantia ueſtimus, uel ad malum finem non detorquemus, nec propter inordinatam affectionem commodi corrumpimus.

Ambroſ. Lib. 1. Cap. 6. Ambroſius in De Vocatione Gentium, docens qualis ſit ſine gratia Dei, natura humana hominis lapſi, ait, Et ut breuiter pateat qualis ſit natura humana ſine gratia, dicat Iudas Apoſtolus quid agat uel ignorantia imperitorum, uel doctrina ſapientum. *Iudæ 1.* Hi autem, inquit, quæcunque quidem ignorant, blaſphemant: quæcunque autem naturaliter F ut muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Hæc ille. Ecce qualis eſt miſera noſtra natura humana poſt lapſum & noſtram ruinā, ſine gratia: quia uel bona ignorat, uel ſi qua ut brutum animal nouit, in illis corrumpitur. Si ergo bona non ignoramus, uel ſi in bonis quæ nouimus non corrumpimur: quidem non ibi eſt ſola natura, ſed potius & ibi quoque eſt gratia. Quæ gratia? Non ſolùm gratia creationis, quia & illa etiam ſe tenet ex parte naturæ: ſed & gratia redemptionis, per merita Redemptoris noſtri. Ingenuè fateor, mihi eſt firmiſsimum & nullo modo dubitabile inter Chriſtianos uiros, quòd quicquid homo poſt peccatum ſuum potuit moraliter deliberatè, meritoriè, uirtuosè, uel nō malè, circa bonum, cogitando, uolendo, aut operando, ideo potuit, quia poſt peccatum ſuum redimibilis mãſit: niſi enim redimibiliter peccaret, ſeu quòd idem eſt, niſi poſt peccatum redimibilis manſiſſet, ſine dubio nihil tale poſt peccatum circa bonum poſſet. Videmus nanque angelos poſt ſuū peccatum nihil tale circa bonum potuiſſe ulterius. Vnde hoc illis qui altiorem habebant naturā, & perfectiora ac fortiora naturalia? Quia eos Deus ulterius iuuare noluit, aut quia uoluit eos nō iuuare: ex ſubtractione enim adiutorii Dei illud uenit, G quia aliàs eorum naturalia manſerunt integra: ideoq; quantū eſt de ſe, idem potentia. Quæſo autem, Quare Deus angelos poſt eorum caſum non uoluitiuuare circa bonum? Quia angeli irredimiliter peccauerunt. Si nanque redimiliter peccauiſſent, ſine dubio eos Deus poſt peccatum eorum ad bonum iuuaſſet. De primo igitur ad ultimum deducendo, Ideo angeli poſt ſuum caſum nihil tale circa bonum uirtuosè aut non malè potuerunt, quia peccauerunt irredimibiliter. Ita igitur dicendum eſt de hominibus poſt hominum caſum, quòd ſi irredimibiliter peccaſſent, ulterius nihil tale circa bonum poſſent; fuiſſent enim iam inde ſtatim in termino, & ſine ulla ſpe ueniæ ad miſeriam deſtinati. Occubuiſſet eis iam inde Sol, & ideo in tenebris ambulantes nullo modo poſſent moraliter deliberatè, uirtuosè uel non malè, intelligere, uelle, aut operari bonum. Quod ergo poſſunt tale circa bonum, ideo poſſunt, quia poſt peccatū redimibiles manſerunt. Niſi redimibiles manſiſſent, nunquam ulterius iuſtificandi forent. Ad quid ergo ulterius uiuerent in hoc ſæculo? Malus enim aut ideo uiuit ut cōuertatur, aut ideo uiuit ut bonus per eum exerceatur. Si autem non uiuerent, quomodo aliquid tale circa bonum potuiſſent operari, magis quàm homines in inferno exiſtentes? Potuerunt igitur homines poſt peccatū H habere actum ſuarum potentiarum ſeu uſum earum moralem, deliberatum, uirtuoſum, uel non malum, quia poſt peccatum manſerunt redimibiles. Quòd ſi dixerit quiſpiam, homines poſt peccatum hoc poſſe, propter diuinam prouidentiam quæ optima, omnibus dat omnia media quibus ad ſuos fines peruenire ualeant: hoc dictum, nihil ſoluit. Nanque & quòd poſt peccatum ita Deus prouideat hominibus, ideo eſt, ideoq; fuit, quia homines peccauerunt redimibiliter: non enim hoc modo prouidet Deus Optimus Maximus illis qui irredimibiliter ceciderunt. Angelos malos ſignificamus. Cæterùm ſi quærimus, Quare redimibiliter peccauit homo? Manifeſtiſsima, & ueriſsima eſt reſponſio, Quia Deus ita uoluit. Peccatum enim noſtrum non fuit redimibile uoluntate aut natura hominis peccantis, ſed ex uoluntate Dei ita uolentis: peccatum fuit ex homine peccante, redimibilitas peccati fuit ex Deo uolente. Quomodo uoluit Deus peccatum hominis eſſe redimibile? Ex natura? An ex gratia? Non ex natura, quia nō cogebatur Deus uelle eſſe redimibile peccatum hominis: potuit enim ſtatim punire illud peccatum, & illud in æternum irredimibile relinquere. Ex gra-

A gratia ergo Dei fuit, quòd peccatum homi-
nis redimibile mãſit: quia Deus omnino gra
tis uoluit peccatum hominis redimibile ma-
nere, non neceſsitate impulſus non coa-
ctus, ſed prorſus per gratiam. Quæ gratia eſt
illa? Nunquid pertinens ad gratiam creatio-
nis? An ad gratiam redemptionis? Quidẽ ad
gratiam redemptionis pertinet ſine dubio il
la Dei Optimi gratia, qua ipſe gratis uoluit
peccatũ hominis manere redimibile. Vtrun-
que nanque noſtro Redemptori debemus, &
quòd poſt peccatum redimibiles manſimus,
& quòd iam redempti ſumus: utrunque no-
bis fecit ſua gratia, quam ipſe nobis à Patre
ſuo meruit per ſuam ſanctiſsimam uitam, paſ
ſionem, & mortem. Sua paſsio præuiſa, fecit
nos redimibiles, ſua paſsio exhibita, fecit nos
redemptos. Illi ergo debemus tum redem-
Rom. 8. ptionem, tum redimibilitatem. Manifeſtè ſa
tis dixit Apoſtolus, Nam quos præſciuit, &
prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filii
ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratri-
bus. Quos autem prædeſtinauit, hos & uo-
cauit; & quos uocauit, hos & iuſtificauit:
quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit.
Sed manifeſtum pro eodem dixit ad Ephe-
Epheſ. 1. ſios, Benedictus Deus & Pater Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni
benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chri
ſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſti
B tutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati
in conſpectu eius in charitate: qui prædeſti-
nauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum
Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum
uoluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ,
in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo: in
quo habemus redemptionem per ſanguinẽ
eius, remiſsionem peccatorũ ſecundum diui
tias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in no-
bis in omni ſapientia & prudentia, ut notum
faceret nobis ſacramentum uoluntatis ſuæ,
ſecundum beneplacitum eius, quod propo-
ſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis tem-
porum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ
in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo. Ecce in
Chriſto Ieſu Domino noſtro benedixit nos
Deus, in Chriſto nos elegit, in Chriſto nos
prædeſtinauit, in Chriſto nos redemit, & in
Chriſto nos inſtaurauit: in Chriſto habemus
benedictionem, in Chriſto habemus electio
nem, in Chriſto habemus prædeſtinationem,
in Chriſto habemus redemptionem, & in
Chriſto habemus inſtaurationem. Nunquid,
non habemus in Chriſto redemibilitatem?
Abſit. Immo enim & redimibilitatem habe
mus in ipſo, in quo habemus benedictionẽ,
electionem, prædeſtinationem, redemptio-
nem, inſtaurationem, uocationem, iuſtifi-
cationem, glorificationem. Ergo ſine dubio C
ex gratia Chriſti eſt, quòd poſt peccatum ho
mines manſimus redimibiles. Quid igitur?
Vtique per idem, gratiæ Chriſti debemus
quicquid circa bonum poſſumus, quod niſi
redimibiles eſſemus, non poſſemus. Quic-
quid enim eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.
Nos igitur homines poſt peccatum non poſ-
ſumus habere uſum moralem deliberatum
meritorium, uirtuoſum, uel non malum,
niſi ex gratia Chriſti: quia talem uſum nos
habere non poſſemus, niſi redimibiles mane
remus. Gratia autem Chriſti fecit nos re-
dimibiles, nec redimibiles manſimus niſi in
ipſo & ex gratia eius. Quæ eſt hæc gratia Chri
ſti, qua indigemus ut hunc talem uſum habea
mus, aut in potentia propinqua habere ua-
leamus? Statim (ſi Deo placuerit) dicetur.
Interim ſit certiſsimũ ratumq; apud omnes,
quòd quicquid poſsint angeli uel boni uel
mali circa bonum cum ſola generali influen-
tia, ab illis non poteſt duci argumentum effi
cax ad nos homines, ut illud nos cum genera
li influentia poſsimus: habemus enim nos
carnem concupiſcentem aduerſus ſpiritum,
habemus corpus corruptibile quod aggra-
uat animam & deprimit ſenſum multa cogi-
tantem, atque habemus ſenſum corruptum,
ſeu, quod idem eſt, ſenſualitatem, à quibus
omnibus libera eſt natura angelica, etiam in
damnatis ſpiritibus. Vnde quidem ſatis ma- D
nifeſtum uidetur fieri, maiori auxilio indige
re nos homines circa bonum, ut moraliter,
deliberatè, meritoriè, uirtuoſè, uel non ma
lè operemur. De his autem, adhuc in ſequen
tibus. Poſſumus igitur uti noſtris potentiis
naturalibus, ideſt, poſſumus habere uſum
earum, intelligendo, uolendo, operando,
moraliter, deliberatè, uirtuoſè, uel nõ malè,
non omittendo aliquam circunſtantiam ne-
ceſſariam bonam, neque apponendo aliquã
circunſtantiam prohibitam malam, neq; ex-
cedendo in affectione commodi, ex qua ſæ-
piſsimè mouemur ad dictandum, eligendũ,
& operandum, propter conſequendum con
ceſſos fines particulares, utiles nobis uel de-
lectabiles: ſed quòd circunſtantiam neceſſa-
riam bonam non omittamus, circunſtantiã
prohibitam malam non apponamus, aut
quòd in affectione commodi erga res nobis
alias conceſſas non excedamus, ex gratia Re
demptoris habemus. Proni ſunt ad malum
ſenſus noſtri per peccatum poſt perditam gra
tiam corrupti, cogitatio cordis humani in-
tenta eſt ad malum, & uigilantiſsima ſenſua-
litas toto nixu fertur in utilia, atque delecta-
bilia ſenſus: nec ſolùm in malis operibus exer
cetur ut fiant, ſed etiam bonis inſidiatur, ut

E pereant: ſemper intendens propriam com-
Lib. 2. moditatem, & ſine modo. Optimè dixit San
Diſt. 26. ctus Bonauentura in ſuis ſententiis, Affectus
Quæſ. 2. enim (inquit) hominis recuruus eſt, & mer-
cenarius quantum eſt de ſe: unde quod ſa-
cit, intendendo proprium commodum facit.
Hæc ille. Quorſum hæc? Vt inſtituatur atque
efformetur & ad affectionem iuſtitiæ ac hone
ſtatis eleuetur, utque in ipſa affectione com-
modi non excedat, ſine dubio indiget Chriſti
Gregor. gratia. Optimè dicit Gregorius ad ſeptem
tom. 2. Pſalmos pœnitentiales, circa illud, Anima
mea ſicut terra ſine aqua tibi. Sicut enim,
inquit, terra quæ imbre non perfunditur,
non ueſtitur herbis, non uenuſtatur flori-
bus, non abundat meſſe: ſic anima gratia ca-
rens, non operitur uirtutibus: non cogitat de
cœleſtibus, non inſiſtit utilibus. Vitiato nã-
que in primo parente libero arbitrio, iam
nec uelle quidem bonum poſſumus, niſi il-
lius gratia adiuuemur, apud quem greſſus
hominis diriguntur. Scriptum quippe eſt,
Præparatur uoluntas à Domino. Hæc ille.
Lib. 23. Qui idem in ſuis moralibus circa illud, Vt a-
cap. 13. uertat hominem ab his quæ fecit, & liberet
tom. 1. eum de ſuperbia. Dicit, Quid enim homo de
ſeipſo niſi peccatum fecit? Ergo ſine dubio
ad Saluatorem noſtrum & ad gratiam redem-
ptionis pertinent hæc opera de quibus agi-
mus, ſiue dicatur quòd poſſumus nos homi-
F nes ea per ſolam generalem influentiam, ſi-
ue per auxilium ſpeciale. Si autem ſemel ad-
mittitur, pertinere illa ad gratiam Saluatoris
noſtri & non poſſe nos homines illa facere o-
pera ſine illo, ut profectò eſt admittendum
& firmiter credendum: eo ipſo conceditur
indigere nos homines ad ea ſpeciali adiuto-
rio Dei, quia gratia Redemptoris intelligitur
quidem ut præueniens & præparans, influen
tia autem generalis ſolùm intelligitur ut con
comitans, ut ſimul concurrens ad actum.
Conſiderandus eſt modus loquendi diui-
narum ſcripturarum, de gratia Chriſti Sal-
uatoris noſtri, & conſiderandus eſt modus
docendi ſanctorum doctorum de gratia Sal-
uatoris noſtri, quem ſemper obſeruauerunt
ſecundum diuinas ſcripturas: ex quibus om-
nibus conſtat ſatis, quantum differt gratia
Chriſti quam ipſi prædicant nobis neceſſariã
ad bona opera facienda & mala uitanda, ab-
Cap. ſe- influentia generali ſola. De qua differentia ſta
quenti. tim latius pertractabimus. Vnde quiſquis
opera huiuſmodi bona uel non mala tribuit
gratiæ Redemptoris, eo ipſo ea utique tribu-
it ſpeciali adiutorio Dei. Cæterùm, quid ſit,
aut quæ gratia ſpecialis ſit iſta de qua loqui-
mur, inferius declaratur. Vtrùm autem, quã
tum pertinet ad propoſitum, ſufficit quòd do
ctores ſancti & planè catholici docẽtes, quòd G
ad proficiendum in uia Dei atque ad obtinen
dam ſpiritalem perfectionem, ſcire expedit
& oportet qualiter ſit proficiendum & proce
dendum, ita incipiunt, In primis ergo opor
tet, ut homo propriam infirmitatem, fragili
tatem, culpam, inſufficientiamq; aduertat,
& iugiter penſet, ac intimo corde fateatur ſe
ex ſe non habere niſi deficere & peccare: ſicq;
ad Deum confugiat, & totam ſpem ſuam po
nat in ipſo, dicens cum Propheta, In Deo *Dionyſ.*
ſalutare meum, & gloria mea: Deus auxilii *Art. 11.*
mei, & ſpes mea in Deo eſt. Videatur circa *tom. 2.*
hoc Dionyſius Anichel Carthuſ. in eo loco *Operum*
quo agit De uita incluſarum: ibi enim hæc ea *minorũ.*
dem uerba ponit, quæ ſtatim ſunt poſita.
Scotus dixit, quòd angelus obdura- *Scotus.*
tus, poteſt non habere aliquem actum ma- *Lib. 2.*
lum, ſeu eſſe ſine aliquo actu malo: & rurſus *Diſt. 7.*
quòd poteſt habere aliquem actum bonum, *quæſt. 1.*
non bonitate gratuita, ſed morali, non tan-
tum ex genere & ex circunſtantia obiecti, ſed
etiam ſecundum omnes circunſtantias quæ
faciunt actum moralem eſſe perfectum bo-
num moraliter. Sed contra hanc Scoti ſenten *Gregor.*
tiam opponit Gregorius Ariminenſis, colli- *Lib. 2.*
gendo quæ continet repugnantia, & impu- *Diſt. 7.*
gnando. Pugnat Scotus in hoc cum ſcholæ *Quæſ. 1.*
Chriſtianæ magna parte, ne dicam, cum tota: *Art. 1.*
& eodem modo pugnat ſchola cõtra Scotum H
in his ſuis determinationibus. Bene profectò *S. Tho.*
dixit ſanctus Thomas, Tenendum eſt firmi- *Part. 1.*
ter ſecundum fidem catholicam, quòd & uo *Quæ. 64.*
luntas bonorum angelorum confirmata eſt *Art. 2.*
in bono, & uoluntas dæmonum obſtinata
eſt in malo. Bene, inquam, ita dixit, quia
ſic legimus, ut ipſe etiam allegat, Superbia
eorũ qui te oderunt, aſcendit ſemper. Quod
de dæmonibus exponitur, & re uera, etiam
de illis intelligitur. Deſcenderunt enim ad in
feros cum armis ſuis. &, per inuidiam diabo
li mors intrauit in Orbem terrarum. Circuit
quærens quem deuoret, & ſunt dæmones,
ſpiritales nequitiæ. Itaque de obſtinatione dæ
monum, dubitare non licet. Pertinet autem
ad illam, quòd moraliter deliberatè non poſ
ſunt uelle aut facere niſi malum, uel quidem
bonum malè: & in hoc conueniunt commu-
niter, fermè omnes catholici tractatores.
Quamuis tamen de cauſa obſtinationis dæ-
monum, ſit magna apud catholicos docto-
res differentia: quibuſdam dicentibus, quòd
una eſt cauſa, uidelicet talis, aliis uerò quòd
alia.

Etenim ſanctus Thomas de cauſa ta- *S. Tho. de cauſa*
lis obſtinationis dæmonum agens, quamuis *obſtina-*
uidiſſet quòd tanta grauitas culpæ, quanta *tionis dæ*
eſt peccati mortalis angeli, quædam cauſa de
meri-

A meritoria (& ex genere, quia mortalis; & ex ſpecie, quia ſuperbiæ: & ex cauſa, quia ex malitia: & ex conditione peccantis, quia tam ſpiritalis, & cætera.) eſt obſtinationis. eo quòd iuſtum eſt ut qui non uenialiter, ſed uſque adeo delinquit ut impotentem ſe faciat ad bene faciendum, hac pœna mulctetur, ut bene uelle non poſsit. Quamuis, inquam, hoc uidiſſet, non tamen hoc aſsignauit pro cauſa: ideſt, non pro cauſa præciſa, aut ſola: quia non dixit cauſam obſtinationis dæmonum, eſſe grauitatem culpæ eorum. Aſsignauit autem pro cauſa, ipſum ſtatum dæmonum, ſiue conditionem ſtatus illorum: quia quod eſt hominibus mors, angelis eſt caſus. Vnde ſicut peccatum mortale non eſt remiſsibile hominibus poſt mortem, ſic peccatum mortale non eſt remiſsibile angelis poſt caſum: quia per hæc exeunt ſtatum uiæ & conditionem illius, atque intrant conditionem termini, à quo iam non poſſunt recedere. Itaque ſi quæritur à ſancto Thoma; Quæ eſt cauſa proxima obſtinationis dæmonum? Reſpondet, Status eorum, ſiue conditio illius ſtatus in quo ſunt: quia uidelicet iam ſunt extra uiam, per eorū caſum. Quandoquidem conditio uiatorum, eſt mutabilitas de bono in malum, uel de malo in bonum: & non eſt talis conditio eorum, qui iam ſunt extra uiam conſtituti. Si autem quæritur ab eodem doctore ſancto,

monis in malo. Ubi ſup.

B Quæ eſt cauſa, quare angelus cadendo fiat extra uiam? Reſpondet aſsignando pro cauſa huius, ipſius angeli naturam. Sic enim docet, Angelus apprehendit immobiliter, ergo appetit ſeu uult immobiliter: & ſic poſtquam ſemel elegit bonum aut malum, inflexibilis eſt. Probat quòd angelus apprehendit immobiliter per intellectum, quia angelus apprehendit ſine diſcurſu omnia, ſicut nos apprehendimus principia. Probat quòd conſequenter angelus uult immobiliter, Tum quia uniuerſaliter appetitus proportionatur apprehenſiuæ uirtuti, ſicut mobile ſuo motori: & declaratur in nobis, quia appetitus particularis ſequitur apprehenſionem ſingularem, & uniuerſalis uniuerſalem. Tum ex oppoſito, quia apprehenſionem mobilem ſequitur appetere mobiliter, ut patet in homine, cuius apprehenſio differt ab angelica, quia mobilis eſt, quia diſcurſiua ad utrunque oppoſitorū; electio quoque mutabilis eſt. Probat idem rurſus ex dicto quorundam, dicētium, quòd liberum arbitrium hominis flexibile eſt ad oppoſitum, & ante electionem, & poſt: liberum autem arbitrium angeli eſt flexibile ad utrunque oppoſitum ante electionem, ſed nō poſtea. Iſta eſt ſententia huius doctoris ſancti, quam ſic poſſumus per ſequentes cauſales ordinare aut declarare, Angelus malus eſt obſtinatus in malo poſtquam peccauit, quia per ſuum caſum fuit conſtitutus extra ſtatum uiæ: per ſuum caſum fuit extra ſtatum uiæ, quia per ſuam uoluntatem quicquid uult ex quo uult, uult immobiliter: uult per ſuam uoluntatem immobiliter, quia per ſuum intellectum apprehendit ſeu intelligit immobiliter: apprehendit per ſuum intellectum immobiliter, quia ex natura ſua non eſt diſcurſiuus, nec per diſcurſum, ſed ſimplici intuitu, ſimpliciq; intelligentia intelligit quæ intelligit, ſicut & nos ſine ullo diſcurſu intelligimus prima principia. Hæc eſt ſua poſitio, in duabus propoſitionibus fūdata, Prima eſt, quòd naturalis cognitio angeli eſt immobilis. Secunda eſt, quòd ſupernaturalis cognitio eſt per modum naturalis, & conſequenter immobilis. Probatio autem huius primæ propoſitionis, eſt negatio diſcurſus in natura angelica: negatio, inquam, diſcurſus, non ſolùm in actu, ſed etiam in potentia, quia uide licet natura angelica non eſt diſcurſiua, nec in actu, nec in potentia: unde ei actualiter in eſt habitualis notitia omnium, tanquam principiorum. C

DOCTRINA igitur ſancti Thomæ quo ad hanc quæſtionē de cauſa obſtinationis dæmonis, quare in malo obſtinatus ſit, & quare à malo iam non poteſt reſilire nec mutari per uoluntatem, ſtat in ſequenti conſequentia, Angelus apprehendit immobiliter, ergo appetit immobiliter. Tanquam conſequens declaret immobilitatem uoluntatis angelicæ, ex quo aliquid uult: antecedens autē declaret cauſam ipſius immobilitatis. Vt cauſa quare angelus immobiliter uult, ſit quia immobiliter intelligit. Contra hæc autem omnia ſunt argumenta multa, tum contra antecedens, tū contra conſequentiam & eius probationes, tum etiam contra concluſionē. Etenim circa antecedens eſt dubium, Primò, de diſcurſu negato ab angelo, quod adducitur in probationem. Secūdò, quia æquiuocatur de apprehenſione; quoniam immobilitas conuenit apprehenſioni naturali, ſi eſſet, modo autem ſermo eſt de apprehenſione practica ſupernaturali, reſpectu quorum peccatum eſt: quam non eſſe immobilem patet in dæmone procurante mortem Chriſti Saluatoris noſtri, & poſtmodum diſſuadente per uxorem Pilati. Tertiò, quia non diſcurrere, non eſt ſufficiens ratio immutabilis apprehenſionis: quoniam & immutabilis cognitio ſtat cum diſcurſu, ut patet in concluſionibus Geometricis: Et cū negatione diſcurſus ſtat mutabilis cognitio, propter ſucceſsionem cognitionum ſimplicium: quia cognoſcens actu abſque diſcurſu D

Contra antecedens ſancti Tho.

E aliquid, eſt in potentia ad cognitionem oppoſiti: ut ſi cognoſcens quòd omne totum eſt maius ſua parte, eſſet in potentia ad cognoſcendum oppoſitum per ſimplicem apprehēſionem. Vnde ſi per ſimplicem apprehenſionem cognoſcatur ratio aliqua alicuius concluſionis, & poſtmodum per ſimplicem apprehenſionem apprehendatur ratio alia probabilior ad oppoſitum, intellectus flecti poteſt ad hanc ſecundam. Quartò, quia omittitur uera radix immobilitatis, ſcilicet connaturalitas. Ex eo enim quòd aliquorum cognitio eſt naturaliter indita, ſiue ſpeculatiuè, ſiue practicè, oritur uel uidetur oriri immutabilis apprehenſio, ut patet in primis principiis. Ex hoc enim excluditur potentia ad oppoſitum, & non ex eo quòd per ſimplicem apprehenſionem cognoſcitur: ut experimur in prima operatione intellectus. Quintò, quia ſi angelus apprehendit immobiliter, quum in primo inſtanti omnes apprehenderint Deū, ut obiectum beatificum, amabilem ſuper omnia, & cætera. ergo ſemper hanc cognitionē practicam obſeruant: & ſic, in ſecūdo inſtanti non peccauerunt. Hæc cōtra antecedens. Circa conſequentiam autem eſt dubium quoad eius probationem, ut ſimpliciter. Quidem ſi. contra primam probationem arguit Scotus, quia ſi intendit de motore inſufficiente, falſū eſt, quòd mobile debeat proportionari illi: & conſtat quòd uoluntas non mouetur ab

Cōtra cōſequentiā S. Tho. ex Scoto. Lib. 2. Diſt. 7.

F intellectu, niſi tanquam ab inſufficiente motore. Si autem intendit de motore ſufficiente, & ſi uerum ſit quòd mobile debeat proportionari illi; falſum eſt tamen quòd intellectus ſic moueat uoluntatem, propter uoluntatis actiuitatem ac libertatem in actu ſuo. Repugnat etiam dicere quòd intellectus ſit motor ſufficiens reſpectu uoluntatis; quia duo ex hoc ſequūtur, Primum, quòd angelus non potuerit peccare. Secundum, quòd non ſolum poſt primam electionem, ſed in prima uel ante primam electionem ſit uoluntas immobilis. Primum horum duorum ſic deducitur, Intellectus ante peccatum immobiliter & rectè apprehendit, & mouit uoluntatem, quia pœna non præceſſit culpam: & ſicut eſt, ita mouet: ergo uoluntas à recto & immobili immobiliter mota, ad rectum immobiliter tendit: ergo nunquam potuit peccare. Secundum horum duorum ſic deducitur. Quia par ratio eſt de prima apprehenſione, & conſequentibus: omnes enim, immobiles ſunt. Contra ſecundam autem probationem & cōſequentiam ſimul arguit, quia ſtat immobilitas intellectus, cum mobilitate uoluntatis: ut patet de homine certo de aliqua concluſione per diſcurſum. Ex hoc enim ſequitur pri-

mò, quòd conſequentia non ualeat: quia ſic etiam uoluntas hominis reſpectu certorum eſſet immutabilis. Et ſequitur ſecundò, quòd differentia aſsignata inter uoluntatem angeli & hominis non ualeat, quia immutabilitas intellectus, quamuis in angelo ſine diſcurſu, in homine etiam cum diſcurſu inueniatur; tamen in homine uoluntas eſt mobilis: ergo & in angelis. Iterum contra ipſam conſequentiam obiicit Scotus, quia effectus communis in homine & angelo, oportet aſsignare cauſam utrique communem: Sed obſtinatio eſt communis effectus, & unius rationis in utroque, ut Auguſtinus innuit in De fide ad Petrum. Immobilitas autem apprehenſionis non eſt communis angelo & homini, ergo. Probatur minor, quia cum in hac uita nunquam immobiliter homo in malo, ut anima ſeparata obſtinata, redditur abſque præuia apprehenſione immobili; aut præuio in ſtatu ſeparato. Non ſecundum; quia anima ſeparata non demeretur: ergo primum, quod eſt intentum. Et confirmatur, quia Lazari anima fuit ſeparata; & tamen nec immobilitatus eſt in bono, nec in malo. Contra concluſionem obiicit Scotus, intendens probare, quòd uoluntas angeli non ſit inflexibilis poſt electionem, quadrupliciter, Primum, ex Auguſtino in De fide ad Petrum, uolente, quòd ſi homo ex ſe poſſet redire ad iuſtitiam, multo magis angelus: ergo natura angeli non magis repugnat reuerſioni ex ſe ad bonum, quàm natura hominis; Sed ſi eſſet inflexibilis poſt electionem magis repugnaret, ut patet: ergo. Secundò, quia cauſa totalis non aliter cauſat, niſi ſecundum quòd ipſa cauſa aliter ſe habet: & hoc, deductis impedimentis: ergo uoluntas non aliter cauſat actus poſt primam electionem niſi ipſa, ſecundum quod cauſa, aliter ſe habeat. Sed ex hoc quòd elicuit primā electionem, non aliter ſe habet ſecundum quod cauſa; ergo eadem libertatis auctoritate cauſare poteſt actus conſequentes, ſicut primum. Proceſſus clarus eſt totus. Et illa propoſitio, ſcilicet quòd poſt primam electionem non aliter ſe habet uoluntas ſecundum quòd cauſa, probatur, quia ipſa eſt cauſa ut prior ſuo actu, & non ut ſtat ſub actu. Prius autem ut prius, non uariatur ex poſteriori. Et confirmatur, quia nulla cauſa ſecunda poteſt eſſe cauſa principali cauſæ agendi, oppoſito modo illi qui conuenit principali cauſæ ex ſua cauſalitate: alioquin non eſſet principalis cauſa. Sed uoluntas ex ſe agit liberè: ergo per nullum habitum aut actum ſuperadditum agit neceſſariò. Tertiò, quia dæmon pluribus non ſimul peccauit; ergo non quæcunque adhæſio fecit ipſum obſtinatum,

G

Auguſt. Cap. 5.

Cōtra cōcluſionem S. Tho. ex Scoto. Vbi ſup. Auguſt. cap. 5.

H

&

A & poſuit in termino. Quartò, quia ſecundũ ſanctum Thomam, omnes angeli in primo in ſtanti meruerunt, & adhæſerunt bono: ergo inflexibiliter, & ſic impeccabiles, quod eſt falſum. Contra eandem doctrinam ſancti Thomæ arguunt Durandus & Gregorius, quia ſi angelus ex natura ſua eſſet immutabilis per ſuam uoluntatem ab eo quod ſemel uult: ſequeretur quòd angeli boni ſint naturaliter confirmati in bono, quod certè uolũt, tenent, & amant: & quòd naturaliter iam non poſſunt malum aut malè uelle: quod eſt contra Damaſcenum, dicentem, Nunc immobiles ſunt ad malum, non natura, ſed gratia. Sicut ergo tota ſchola pugnat contra Scotum, in eo quod dicit, angelum poſſe carere omni actu malo, & habere actum moraliter bonum: ſic fermè tota ſchola pugnat cum hac opinione ſancti Thomæ, in eo quod dicit, cauſam obſtinationis angeli mali, eſſe conditionem ſeu modum naturæ ſuæ, ob id uidelicet quòd immobiliter apprehendit per intellectum. Quaſi opinio Scoti erret contra obſtinationis naturam, opinio autem ſancti Thomæ erret contra obſtinationis cauſam. Caietanus nititur ſaluare opinionem ſancti Thomæ, ſed uideat lector, ſoluat'ne, an non: multa enim multiplicat, ſed hoc non eſt ſoluere.

Cotra cõcluſionẽ S. Tho. ex Durãdo & Gregorio.

Damaſ. Lib. 2. Cap. 3.

Caietan. Part. 1. quæſt. 64 Art. 2.

COMMVNIS autem doctrina in eo eſt, quòd angelus malus, quia eſt in malo obſtinatus, iam non poteſt habere actum moraliter bonum, nec poteſt carere omni actu malo: rationem huius determinationis aſsignat, quia Deus obſtinatis angelis ſubtrahit ſua adiumenta, qua ſubtractione poſita, iã angelus nec actũ bonũ habere, nec omni actu malo carere poteſt. Nõ enĩ habet Dei adiutoriũ, quo poſito, iam habeat facultatem, qua poſsit & bonum actum facere, aut ſaltem ab omni actu malo reſilire. Auguſtinus uidetur ita docere, qui rectè animaduertens naturã angeli eam, naturã ſupergredi humanam, & quidem non diſcurſiuam: uidensq́; angelum malum iam non habere facultatem cognoſcendi aut diligendi Deum, ut conſtat in ſuo De fide ad Petrum; fatetur quòd hoc uſuuenit illi, non ex natura rei qua angelus apprehendat immobiliter, ſed quia Deus illi huiuſmodi facultatem non præſtat. Atque non obſtante natura angeli non diſcurſiua, fatetur Auguſtinus, quòd ſi homini poſt lapſum patuiſſet reditus ad hanc facultatem qua de agimus; cognoſcendi atque diligendi Deum: etiam ad eandem patuiſſet angelo poſt caſum. Vnde ſi doctrinam Auguſtini rectè animaduertimus, ipſe cauſam obſtinatiouis tum hominis, tum angeli, facit communem, ideſt, ex ſubtractione diuini auxilii. Sic docet Gregorius Arimi

H B

Auguſt. Cap. 3.

Ibidem.

Gregor. Arimin. Ubi ſup.

C nenſis ex doctrina Auguſtini per multa. Sic etiam & Gabriel Biel, qui iuxta hanc ueritatem, duas quæ ſubduntur concluſiones extruit. Prior eſt, in hanc ſententiam: Angelus malus non poteſt habere aliquem actum bonum, bonitate uirtuoſa, & meritoria. Poſterior uerò hoc ſe habet pacto: Angelus malus non poteſt carere actu malo. Probat priorem, Quia inquit, nullum actum habere poteſt niſi concurrente Deo; Sed omne auxilium gratiæ ſpecialis auxilii Dei ſubducit Deus, ſine quo non poteſt habere huiuſmodi bonam uoluntatem. Et hoc innuit beatus Auguſtinus in De fide ad Petrum, De angelis hoc diſpoſuit & impleuit, ut ſi quis eorum, bonitatem uoluntatis perderet, nunquam eam ſine diuino munere recuperaret: & præmiſit de intellectuali creatura generaliter. Ita cognoſcendi & diligendi ſe facultatem uoluntatemq́; donauit, ut etiam eam unuſquiſque habere poſſet & perdere. Siquis tamen ſponte eam perderet, deinceps arbitrio ſcilicet ſuo, reſumere non ualeret: ut illius eſſet ſanctæ cogitationis initium gratuitæ dono beatitudinis denuo reuocandis, quibus uellet infundere, cuius ſuit in ipſo creationis exordio nullis præcedentibus meritis, Spiritus & corpora, locis, atque affectionibus pro eo ut ipſe ſapiens uoluit, mirabiliter ordinare. Ex uerbis Auguſtini duo eliciuntur, Primum, quòd perdita bonitate ſiue ab angelis, ſiue ab hominibus, facultate propria, ideſt, arbitrii libertate, reſumi non poteſt: nec aliter niſi diuino munere reparari poteſt. Secundum, quòd uoluntatem bonã perditam ab angelis, eis de ſuo munere nunquam reparat. Hæc Gabriel. Probat poſteriorem concluſionem, Quia non poteſt non uelle beatitudinem, quam Deus non uult dare. Nec poteſt non nolle pœnam, quã Deus uult infligere. Et ita contra Deum. Nec nolle eſſe in tali loco, quo à Deo deputatus eſt. Qui actus inquantum ſic per eos fertur in obiectum, inordinati ſunt: licet non imputentur ad noua demerita & peccata: quia ſunt extra ſtatum uiæ, & nunc in termino: Sunt tamen pœna peccati. Grauis enim pœna eſt uelle beatitudinem, & tamen carere ea: ſic nolle pœnam, & tamen ſuſtinere eam, & cætera. Ex illis autem actibus, ſcilicet conſideratione perpetua acerbiſsimæ pœnæ gehennæ, & actualis conſiderationis beatitudinis amiſſæ, cum omnimoda deſperatione recuperandi, in quibus pœnis iuſtiſsimè detinetur à Deo, omni auxilio Dei deſtitutus, ſpiritu impatientiæ agitatur, & ſurſit in continuum, murmur & odium Dei punientis. Ex quo etiam in plures alias pesſimas cadit uoluntates.

Gabriel Lib. 2. Diſt. 7. quæſ. 1. Art. 1.

D

E tes. Hæc ille. Ita ergo ſchola communis do
ctorum ponit pro cauſa obſtinationis angelo
rum malorum, diuinæ gratiæ ſeu diuinorum
auxiliorum ſubtractionem: quemadmodum
pro cauſa confirmationis angelorum bono-
rum, magnæ Dei gratiæ acceſsionem: niſi
quòd hanc magnam gratiam apponit Deus
in præmium & coronam, illā autem ſubtra-
ctionem apponit Deus in ſupplicium, & pœ
nam: alterum ſubtrahens per iuſtitiam, alte
rum præſtans per miſericordiam.

ITAQVE fermè tota ſchola impetit at-
que euertit opinionem quæ dicit uel uidetur
dicere, totam cauſam obſtinationis angeli
mali in eo eſſe, quòd natura angelica ſua non
eſt diſcurſiua, nec in actu nec in potentia; tan
quam ex eo ueniat naturaliter, ut quicquid
apprehendit, immobiliter apprehendat; &
quicquid appetit aut uult, immobiliter ap-
Scotus. petat aut uelit. Arguit Scotus contra hanc
ubi ſup. opinionem, quia apud auctorem ipſius, O-
S. Tho. mnes angeli in primo inſtanti meruerunt, &
ubi ſup. adhæſerunt bono; ergo inflexibiliter, & ſic
Qua.63. impeccabiles; quòd eſt falſum. Reſpondet
Art. 5. Caietanus, quòd iudicium de fine ſuperna-
ad 4. ar- turali amando, in uiatore puro ex ſui natura
gum. exigit, quòd ſit liberum ad bonum & malū,
Caietan. alioquin numeris ſuis abſolutum non eſt; In
ubi ſup. primo autem inſtanti iudicium illud liberum
non fuit in angelis, ad bonum & malum, quia
F uidelicet in primo inſtanti non potuerūt pec
care, & per conſequens nec de malo aut ma-
lum iudicium proſecutiuum habere: Sed de-
terminatum neceſſariò erat ad bonū, quem-
admodum ipſum liberum arbitrium. Et ideo
non ex plena libertate iudicauerunt illud bo-
num eſſe amandum ſuper omnia, & ideo non
immobiliter: ſed in ſecundo inſtanti iudicium
illud fuit plenè in eorum libertate, nulla eui
dentia conuincente intellectum ad alteram
partem, quoniam de ſupernaturalibus iudi-
cium erat, & iam erant ad bonum & malum
liberi: & ideo illud fuit immobile, quod iudi
catum eſt tunc. Sic reſpondet Caietanus ad
ualidam nimis obiectionem Scoti. Sed con-
tra ipſam reſponſionem poteſt nihilominus
multipliciter inſtare quiſpiam, tuendo aut
ſuffulciendo Scoti obiectionem. Primùm ex
eo quòd Caietanus concedit nec iudicium,
nec actum liberi arbitrii, fuiſse plenè liberū
in angelis in primo inſtanti, ſed neceſſariò de
terminatum ad bonum: quia tunc non po-
terat eſſe ad malum: Nanque cum angelus
potuerit reſilire à iudicio, & appetitu, quem
in primo inſtanti habuit naturaliter & neceſ-
ſariò, profectò maior eſt ratio quòd ex na-
tura rei poſsit reſilire à iudicio & appetitu
quem in ſecundo inſtanti habuit liberè. Ete-
nim à toto genere magis procliuis ad inhæ- G
rendum uidetur eſſe actus naturalis, quàm
actus liber: unde & magis punienda eſt ad
hæſio per actum liberum, quàm per actum
naturalem. Secundò, quia reſponſio Caieta-
ni conſtituit plenam libertatem arbitrii in li-
bertate, ſiue in indifferentia ad bonum & ma
lum: cum tamen Deus optimus ſit plenè li-
ber, & pleniſsimam habeat libertatem, ad
malum autem liber non ſit. Quod notauit
Anſelmus de libero arbitrio emendans defi- *Anſelm.*
nitionem quæ communiter liberi datur arbi *De con-*
trii. Tertiò quia ſanctus Thomas probans *cord.*
angelos nō potuiſſe peccare in primo inſtan
ti, in hoc facit aut dicit utcunq; ſed tantum
aſſerit, quòd impoſsibile fuit angelum in *Ubi ſup.*
primo inſtāti peccaſſe per inordinatum actū *Qua.63.*
liberi arbitrii: quaſi quidem potuiſſe pecca- *Art.5.*
re per omiſsionem in illo inſtanti primo, quā
uis in eo inſtanti non potuiſſet peccare per
commiſsionem. Vnde actus ille bonus quem
habuit, non fuit neceſſarius, aut neceſſariò
habitus, quantum ad actus exercitium, ſed
ſolùm quantum ad actus ſpecificationem:
quòd & conſtat, quia ſecundum ſanctū Tho *Ubi ſup.*
mam fuit meritorius, & ualde laudabilis *Qua.63.*
per conſequens. Neceſsitas autem quantum *Art. 5.*
ad actus ſpecificationem, prorſus nihil mi- *ad 4. ar-*
nuit de libertate uoluntatis, quando non *gum.*
adeſt neceſsitas quoad actus exercitium.
Quartò, quia natura humana adhuc eſt ple- H
nè libera, etiam circa illud, circa quod nul-
lo modo eſt diſcurſiua: Verbi gratia, circa
prima principia practica: Non enim magis
innata nobis eſt notitia primorum principio
rum ſpeculatiuorum, quàm notitia primo-
rum principiorum practicorum: ob quod
non ſumus diſcurſiui ullo modo circa illud
principium, Bene uiuendum eſt, aut, bonū
eſt bene uiuere: ſicut nec circa illud, Quod-
libet eſt uel non eſt. Quamobrem quidem il-
lud iudicium eſt immobile, & immobilis ta
lis apprehenſio. Nos autem nihilominus ple
nè liberi ſumus, circa uelle efficaciter bene
uiuere: & multi ſunt, qui bene ſiue rectè ui-
uere non uolunt, ut notat Auguſtinus in De *Auguſt.*
libero arbitrio: cum tamen omnes beati eſſe *tom.1.*
uelimus, uel inefficaciter, uel quantum ad *
actus ſpecificationem. Itaque immobiliter *Ubi ſup.*
iudicamus, eſſe bene uiuendum: & nihilomi *Queſ.62*
nus plenè liberi ſumus circa uelle bene uiue *Art.3.*
re: quantum ad ipſius actus efficacis, exer- *Ibidem.*
citium. Quintò, quaſi in confirmationem *Qua.63.*
tertiæ rationis, quia ſanctus Thomas fate- *Art. 5.*
tur, * omnes angelos fuiſſe creatos in gratia *ad 4. arg.*
gratum faciente, & rurſus omnes in primo *Ibidem.*
inſtanti meruiſſe: tandemque quòd natura- *Qua.60.*
libus nec meremur, nec demeremur: un- *Art. 2.*
de

A de conclndit quòd in angelis eſt dilectio electiua. Ergo dilectio meritoria, quam omnes angeli habuerunt in primo inſtanti, non fuit naturalis, ſed electiua, & per conſequens libera. Sextò, quia quòd angelus non ſit diſcurſiuus actu, nec potentia, ſed ſtatim apprehenſo aliquo obiecto, apprehendit quicquid uirtualiter continetur in illo, ueritatem principii, & concluſionis, multas habet obiectiones, tum ex Scoto, tum ex Gregorio Ariminenſi, qui putant, non eſſe probabile ab angelis ſemouere omnẽ diſcurſum. Vnde quidem non uidetur, quòd res ſic dubia debeat poni pro cauſa præciſa certiſsimæ obſtinationis dæmonum. Septimò, quia etſi concedatur angelus non diſcurſinus, quã tum ad cognitiones naturales, adhuc manet quòd angelus ſit diſcurſiuus quantum ad ſupernaturalia: & ſic iam non omnino & non diſcurſiuus. Octanò, quia natura diuina maximè non eſt diſcurſiua, ſuper tota natura angelica: & tamen ipſa eſt maximè libera, ut neminem latet. Poteſt enim Deus uelle quod non uult, ut creare decem mundos ſimiles huic: & poteſt non uelle quod uult, ut ante Chriſtum eſſe. Ergo quòd angelus non ſit diſcurſiuus, non poteſt aſsignari pro cauſa præciſa, quare non poteſt non uelle quod uult. Alia igitur cauſa perquirenda eſt. Non uidetur autem quæ potior, meliorq́; cauſa aſsignari poſsit, quàm diuinorum auxiliorum ſub-

Scotus. Lib. 2. Diſt. 7. Queſ. 1. Gregor. Lib. 2. Diſt. 7. quæſt. 5.

B tractio. Videtur hanc Auguſtinus aſsignaſſe, hanc multi alii aſsignant: hæc eſt facilis, admodum ſufficiens, & manifeſta. Ergo potius eſt hæc aſsignanda, uel ſaltem, potius aſſignanda uidetur. Nonò qnia non tantum dicimus naturam intellectualem liberam propter diſcurſum, quantum propter nniuerſalitatem in intelligendo: ut conſtat de natura diuina quæ non eſt diſcurſiua, & eſt maximè libera.

Circa iſtã rationem nonam, aliàs multa. Part. 4. Lib. 2.

SED eò redeamus unde digreſsi ſumus. Agimus igitur in præſentia de operibus moralibus deliberatis non malis, & de illis dicimus, quòd non poteſt homo poſt peccatum habere, facere, ant operari talia, niſi per adiutorium Dei uel ab eo emanantem conſeruationem, pertinentem ad gratiam redemptionis. Probamus hoc, tum ex multis aliis, tum præſertim, qnia dæmones poſt ſuum peccatum non poſſunt habere opera talia: cum tamen habeant & nobiliora naturalia, & generalem Dei influentiam. Vnde formamus, ſaltem quoad nos, inuictiſsimum argumentum, Quicquid poteſt homo circa bonũ uel non malum in actionibus moralibus deliberatis, quod non poſſunt dæmones habentes nobiliora naturalia, & generalem influentiã Dei, poteſt homo mediante gratia redemptionis, ſeu Redemptoris: non ex ſola gratia creationis, ſecundum quam & dæmones etiam habent naturam intellectualem nobiliorem ac fortiorem, & Dei influentiam generalem. Quid autem, quæſo, nunquid talia opera ſunt bona? Nunquid ſunt moraliter uirtuoſa? Aliæ quæſtiones ſunt, ad quas ediſſerendas inſtituti noſtri lege non cogimur. Videtur enim re uera, quòd ſunt bona, quia bonum & malum morale, habentur pro immediatè oppoſitis, circa opus morale deliberatum: ob qnod neceſſe eſt, quòd ſi ſubiectum eſt, alterum eorum inſit. Vnde etiam ſi opera moralia deliberata ſunt, & non ſunt mala, per conſequens iam ſunt bona. An uerò ſunt uirtuoſa moraliter, nel non? grauior eſt difficultas, propter Ariſtotelem qui non admittit ad morales uirtutes opera, quæ fiunt propter aliquam commoditatem, ſed propter honeſtatem, ut conſtat ex dictis. Quòd ſi illa opera non fiant propter commoditatem, ſed propter honeſtatem, quia ſic ratio dictat: non uidetur dubium quin poſsint ad aliquam uirtutem pertinere, uel reduci. Certum eſt enim eſſe uirtutem quandam de maioribus & excellentioribns, uidelicet ſpem, uirtutem theologicam, altiſsimam & ſanctiſsimam qua nobis optamus ſupremum bonum ſimpliciter, Optimum Deum: de qua cum aliis theologicis dicit Apoſtolus, Nnnc autem manent fides, ſpes, charitas: & de qua ſpecialiter ait,

C

1. Cor. 13.

D Spe ſalui facti ſumus. Spes autem non confunditur. Sic uidetur ſimili modo eſſe ponendam uirtutem aliquam ſpecialem, qua uelimus nobis bona inferiora, nobis conceſſa, & nobis qnodammodo ad præſentem uitam, aut neceſſaria, aut conducentia: qua inſuper bona huiuſmodi curemus nobis, & oppoſita mala deuitemus. Sunt nanque hæc bona conceſſa nobis, ad bonum noſtrum, & in uolendo illa poſſumus nos uel bene uel malè nos habere: ideo quidem uidetur conueniens, ut quædam ponatur uirtus, quæ nos perficiat in horum bonorum amore, uel etiam in malorum oppoſitorum odio. Nec inconuenit ſi talis dicatur amicitia quædam particularis hominis ad ſeipſum, qua bona talia ſibi uelit, ubi, quando, & propter quod oportet: temperando ſeu moderando amorem proprium, affectionem commodi, & concupiſcentiam talium bonorum. Sicuti Scotus ponit amicitiam quandam honeſtam in homine, ad ſeipſum, ex qua quis diligit ſibi mundiciam & innocentiam, & ex qua poteſt admittere pœnam, quæ ſoluit impedimentum huius boni. Vt ponatur hæc uirtus, de qua loquimur, tanquam moderatrix noſtræ affectionis commo-

Rom. 8.

Scotus. lib. 4. diſt. 14. Queſ. 2. Art. 1.

E di circa hæc bona huius generis: quemadmo
dum aliæ ponuntur uirtutes morales, mode
rantes noſtram affectionem aut concupiſcen
tiam circa alia. Dummodo in actibus huius
uirtutis non reperiatur affectio commodi, ut
finalizans (ſic enim noſtri inquiunt); licet a-
liquo modo reperiatur ibi, ut quodammodo
mouens: ut & ſi opera hæc non fiant ſine ipſa
commodi affectione, non tamen fiant pro-
pter ipſam: ſed quidem quia ſic ratio dictat
agendum, uel aliquo modo etiam propter
Deum: actualiter, uirtualiter, uel habituali
ter, ſicut dictum eſt de aliis moralibus uirtu-
tibus. Hæc modo de his dixiſſe ſufficiat. In
fra enim declaratur hoc eodem libro, quot
ſunt genera aut ſpecies boni moralis, & quod
ſit bonum morale de quo intendimus.

OPERA igitur noſtra moralia delibera-
ta, non mala, pertinent in nobis ad gratiam
Redemptoris noſtri. Ita docuit Dominus
Aloyſius Lippom. Aloyſius Lippomanus, Epiſcopus Veronen
ſis, bene atq; fœliciter, eo loco quo de libero
arbitrio agit. Fatetur enim liberum noſtrum
arbitrium, quod cum Dei adiutorio ſpeciali
multa poteſt, cũ ſola generali influentia hæc
poſſe tantum, opera indifferentia facere, at-
que peccare.

Cõcilium Arauſi-canũ.2. ETIAM Arauſicanum Concilium do-
cens nos manifeſtanſque nobis fragilitatem
noſtram, dixit generali uniuerſaliq; ſermo-
Can. 20. ne, Multa in homine bona fiunt, quæ nõ facit
F homo. Nulla uerò facit homo bona, quæ nõ
Deus præſtet, ut faciat homo. Declarando
etiam quæ ſunt quæ nos per noſtra naturalia
cum generali influentia poſſumus facere, age
Can. 22. re uel operari, ait, Nemo habet de ſuo, niſi
mendacium, & peccatum. Et quidem notan
dum eſt quòd prius iam determinauerat ſan-
ctum Concilium, de pertinentibus ad ſalutẽ
uitæ æternæ, nullum bonum poſſe hominem
per naturæ uigorem, cogitare, eligere, aut illi
conſentire, abſque illuminatione & inſpira-
tione Spiritus ſancti. Deinde autẽ ne quis pu
taret ad alia bona poteſtatem nos homines
habere ſine adiutorio Dei, oſtendendo nihil
Can. 20. boni poſſe nos homines ſine Deo, dixit, Mul-
ta in homine bona fiunt, quæ nõ facit homo.
Nulla uerò facit homo bona, quæ non Deus
præſtet, ut faciat homo. Latius etiam decla-
rando quæ ſunt propria hominis, ideſt, quæ
poteſt homo per ſua naturalia cum generali
Can. 22. influentia, ait, Nemo habet de ſuo, niſi men-
dacium, & peccatum. Vt certa, firma, ac
manifeſta ſit omnibus ſupputatio & ſumma
eorum quæ habemus aut poſſumus cum Dei
adiutorio ſpeciali, uidendo quæ ſunt illa quæ
poſſumus aut habemus per noſtra naturalia
cum influentiam generali. Circa autem mo

ralia deliberata, quæ'nam ſunt propria homi G
num cum generali influentia? Mendacium &
peccatum, ut dicit ſanctum Concilium. Er-
go per cõſequens quæ bona habemus in mo-
ralibus deliberatis ſine mendacio & ſine pec
cato, cum Dei adiutorio ſpeciali habemus.

AVGVSTINVS etiam in De Spiritu *Auguſt.*
& litera dicit, Nam neque liberum arbitrium *Cap. 3.*
quicquam niſi ad peccandum ualet, ſi la- *tom. 3.*
teat ueritatis uia. Et etiam id quod agen-
dum & quo nitendum eſt cœperit non latere:
niſi etiam delectet & ametur, non agitur, non
ſuſcipitur, non bene uiuitur. Vt autem dili-
gatur, charitas Dei diffunditur in cordibus
noſtris, non per arbitrium liberum quod ſur
git ex nobis, ſed per Spiritum ſanctum qui *Rom. 5.*
datus eſt nobis.

MAGISTER ſententiarum notat qua- *Magiſt.*
tuor ſtatus hominis ſeu liberi arbitrii in ho- *ſentent.*
mine, Primum ante peccatum, Secundũ poſt *Lib. 2.*
peccatum ante reparationem, Tertium poſt *diſ. 25.*
peccatum & poſt reparationem ſed ante con
firmationem, Quartum poſt peccatum, poſt
reparationem, poſt confirmationem. Dicit
autem de his. Et poſſunt in homine notari
quatuor ſtatus liberi arbitrii, Ante pecca-
tum enim ad bonum nihil impediebat, ad ma
lum nihil impellebat. Non habuit infirmita-
tem ad malum, & habuit adiutorium ad bo-
num. Tunc ſine errore ratio iudicare, & uo- H
luntas ſine difficultate bonum appetere pote
rat. Poſt peccatum uerò ante reparationẽ gra
tiæ, premitur à cõcupiſcientia & uincitur, &
habet infirmitatẽ in malo, ſed non habet gra
tiam in bono: & ideo poteſt peccare, & non
poteſt non peccare, etiam dãnabiliter. Poſt re
parationem uerò ante confirmationem pre-
mitur à concupiſcentia, ſed non uincitur; &
habet quidem infirmitatem in malo, ſed gra
tiam in bono; ut poſſit peccare uel non pec-
care propter libertatem, & gratiam adiuuan
tem: nondum tamen habet poſſe omnino
non peccare, uel non poſſe peccare, propter
infirmitatem nondum perfectè abſorptam,
& propter gratiam nondum plenè conſum-
matam. Poſt confirmationem uerò, infirmi
tate penitus conſumpta, & gratia conſum-
mata, nec uinci poterit, nec premi: & tunc
habebit non poſſe peccare. Hæc ille. Ecce in
ſtatu ſecundo, qui eſt poſt peccatum & ante
reparationem gratiæ, ideſt, antequam inci-
piat homo habere reparationis gratiam, ſeu
antequam incipiat eius eſſe particeps, ſecun
dum hanc doctrinam Magiſtri, poteſt homo
peccare, & non poteſt non peccare, etiam
damnabiliter. Igitur eo tempore uel ſub ea
diſpoſitione non poteſt exercere aut habere
actum moralem deliberatum non malum ni-
ſi prius

A ſi prius tempore uel natura incipiat compos eſſe gratiæ reparationis.

Continuantur præcedentia de auxilio ſpeciali Dei per gratiam Chriſti Seruatoris noſtri, nobis ad multa neceſſario, à gratia gratum faciente re ipſa diſtincto: neceſſario ad tentationes repellendas mala deuitanda, bona facienda, & ad non peccandum in actionibus noſtris moralibus deliberatis.

CAP. XXXI.

ERGO concludamus ſecundum prædicta, quæ iam ſatis monſtrata ſunt, & dicamus omnes, Præter gratiam gratum faciẽtem, creatam in nobis per modum habitus, qua indigemus ad remiſsionem peccatorum noſtrorum, ad operandum meritoriè ad meritoriè reſiſtendum tentationibus, & quoque ad meritoriè ſatisfaciendum, in qua gratia demonſtranda iam multi fuimus; notumq́; eſt omnib. quòd ad gratiam redemptionis pertinet: Rurſusq́;, præter generalem influentiam pertinentem ad gratiam creationis, qua indigemus etiam ad multa, & cum qua multa poſſumus in potentia propinqua, ut infra dici-

B tur & probatur: Ponendum eſt aliud ſpeciale gratiæ Dei per Saluatorem noſtrum adiumentum, quo indigemus, præſertim cum extra gratiam gratum facientem habitualem ſeponimur, ut moraliter, deliberatè, uirtuosè uel non malè mandata Dei impleamus, tentatores manus dare cogamus, peccata deuitemus ne denuo fiant, & ueras uirtutes morales adipiſcamur, ideſt, quæ ſic ſint uirtutes, ut non ſint uitia. Et quidem ut hæc omnia, uel etiam ut aliquod horum hoc modo, ideſt, uirtuosè aut non malè faciamus, Chriſto Saluatore noſtro indigemus, eius gratia, eius fauore, eius auxilio. Omnia nanque & ſingula horum, omnes doctores ſancti & antiqui in Saluatorem noſtrum, per adiutorium gratiæ eius, retulerunt, contra Pelagium & Pelagianos: atque in omnibus & ſingulis rebus huiuſmodi, noſtrum Saluatorem cognoſcebant confitebantur, & prædicabant noſtrum adiutorem: Vt ſine ipſo adiutore nihil poſsit noſtra mortalis infirmitas moraliter atque deliberatè in potentia propinqua, niſi uel malum, uel bonum malè, obliquè prauè, excedendo, aut deficiendo: ſicut probè adnotauit diuus Ambroſius

Lib. 1. Cap. 6. in de Vocatione Gentium, oſtendendo qualis ſit natura humana ſine gratia; Ait enim; Et ut breuiſsimè pateat, qualis ſit natura humana ſine gratia, dicat Iudas Apoſtolus, quid agat uel ignorantia imperitorum, uel doctrina ſapientium, Hi autem, inquit quæcunque quidem ignorant blaſphemant: quæcunque autem naturaliter ut muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Hæc ille. Ecce quemadmodum ſine adiutorio gratiæ Chriſti, quã commendabat Ambroſius, aut blaſphemamus quæ ignoramus; aut in illis quæ naturaliter cognoſcimus, corrumpimur. Quid eſt, corrumpuntur? Errant, uitiant, luxuriant, detorquent, deficiunt, peccant, mali aut peiores fiunt, à recto tramite deuiant, corruptos ſibi ipſis mores conciliant. Corrumpere enim idem eſt, quod deprauare iudiciũ, pecunia tentare, promiſsis in fraudem pellicere, emere, & conſtuprare iudicium, contaminare, uitiare, demoliri; & tam ad animum, quàm ad corpus refertur. Vnde ad illud uerbum, corrumpuntur, dicit Gloſsa interlinearis nuncupata, Totum affectum ad hoc inclinant. Et Gloſsa Nicolai, Per ſenſum, ideſt, conſenſu uoluntatis, & per abuſum cõſuetudinis. Corruptio ergo eſt in noſtris moribus circa illa quæ naturaliter nouimus, ubi adiutorium gratiæ Saluatoris non adeſt. Apoſtolus Paulus generaliter agens de tentationibus quæ nos conturbant, præpediuntq́; tum ut non faciamus bona, tum ut faciamus mala: ſignificans poteſtatem, nos habere reſiſtendi omnibus & uincendi omnes, noſq́; eam habere à Deo per Saluatorem noſtrum, ait, Tentatio uos non apprehendat, niſi humana: fidelis autem Deus eſt, qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſsitis ſuſtinere. Propter quod chariſsimi mihi fugite ab idolorũ cultura etc. Ecce hic ut ſancta præſeferunt monumenta, atque omnes catholici auctores exponunt, prædicat nobis Apoſtolus Paulus & commendat certiſsimum Dei adiutorium, quo poſsimus omnes tentationes ſuſtinere; ideſt, quo poſſimus omnes tentationes deuitare atque uincere, bonum facere & malum declinare: ſiue gratia gratum faciente ſuffulti, ſiue ea deſtituti; dum modo Deus hoc nobis auxilium non ſubducat ob noſtra demerita, tradens nos in reprobum ſenſum. Hoc adiutorium ſine coarctatione prædicauit Apoſtolus: hoc ſine limitibus prædicauerunt omnes uetuſtiores doctores ſancti, noſq́; eodem pacto cum illis prædicamus, credimus, atque commendamus. Huius ope omnes qui gratiam gratum facientem aut charitatem habent, etiam minimam, poſſunt ſuſtinere, deuitare, & uincere omnem tentationem denuo obrepentem quamuis maximam: pariter & qui gratiæ gratum faciẽtis ſunt & charitatis exor-

Marginalia (right column): C; *Iudæ 1.*; D; *1. Cor. 10.*

GG 2 tes.

E tes. Hæc eſt uirtus uincendi tentationes ſine peccato, ſicut gratia gratum faciens eſt uirtus uincendi tentationes cum merito, ſiue meritoriè. Eſt igitur hæc uirtus Dei in nobis, adeoq; eam nobis ineſſe ex his Pauli uerbis perſpicuum eſt, ut hac de re ambigere ſuperfluum & temerarium eſſe uideatur. Agamus ergo de illa, oſtendentes in quibus eſt, ad quid prodeſt, ad quam gratiam pertinet. Quoad primum, manifeſtum eſt illam in omnibus eſſe, qui tentationes uincere, deuitare, aut ſuſtinere poſſunt. Quandoquidem eſt uirtus ſuſtinendi tentationes. Vnde qui tentationes ſuſtinent, uel in potentia propinqua illas ſuſtinere ualent, utique illam habent: iuſti, aut iniuſti, boni, aut mali. Et iniuſti enim, ideſt, qui ſunt extra gratiam gratum facientem ſeu charitatem, hanc habent uirtutem Dei, ſeu hoc Dei adiutorium: aliàs omni tentationi ſuccumberent, & nullam tentationem ſuſtinere ualerent. Non ſuccumbunt autem cuilibet tentationi, cum, ut nemini obſcurum eſt, multas tentationes ſuſtineant. Aut certè ſi non habent nirtutem ſuſtinendi tentationes, & per conſequens nec tentationes ſuſtinere poſſunt; profectò, ſuccumbendo tentationibus, denuo non peccant.

F *Auguſt. In De libero arbitrio & in retractationibus, & in De perfectione iuſtitiæ.*

Veriſsima eſt regula Auguſtini, & nota omnibus, ab omnibusq; recepta. Nemo peccat in eo quod uitare non poteſt. Peccatum enim, aut eſt uoluntarium, aut non eſt peccatum: Si autem eſt uoluntarium, ſine dubio eſt uitabile. Perinde autem & uitari poteſt. Vnde & illa alia eius regula non minus eſt nota aut recepta, Si peccatum eſt, uitari poteſt; ſi uitari non poteſt, peccatum non eſt. In tantum autem hoc ita intelligit, & docet conſtanter: ut eam non ſolùm aſſerat in peccatis actualibus quæ ſunt noſtra peccata propria, quin etiam & in peccato originali quod trahimus per originem Non quaſi nos modo illud uitare poſsimus, ne illud contrahamus: ſed quia & illud olim fuit uoluntarium, & uitari potuit: uolitum ab Adam actualiter, & in Adam uolitum à nobis originaliter. Eramus enim omnes nos in Adam tanquam in noſtra origine, cauſa, & principio naturali: originaliter uolebamus quod ipſe actualiter uolebat, & originaliter faciebamus quod ipſe actualiter faciebat: noſtrũq; eſſe uirtuale, erat ſuũ eſſe actuale. Vniuerſaliter enim quãdiu effectus naturales non ſunt extra cauſam naturalem ſuam, nec habẽt eſſe actuale per ſe in ſeipſis, ſed ſunt ſolùm in cauſa ſua, ſolũ habent eſſe uirtuale, quia ſolũ ſunt in uirtute ſuæ cauſæ: & tũc quidẽ eſſe uirtuale talium effectuum, nihil eſt aliud quàm eſſe actuale cauſæ ipſius. Sic optimè probat Auguſtinus, quòd & illud peccatum primum, nobis eſt, aut fuit aliquo modo uoluntarium: in noſtra cauſa, in noſtro principio, originaliter: uoluntate aliena, quæ tunc uirtualiter erat noſtra. G

In De peccatorum meritis & remiſſione ait Auguſtinus, Nullnm poteſt eſſe peccatum propriæ uitæ, ſine propria uoluntate. Negatq; eſſe peccatum ſi non per uoluntatem qua committitur, poſsit uitari. *Lib. 1. cap. 25. tom. 7.* Atque in De correp. & Gratia, docet de primo homine, quòd ſi ille non accepiſſet quo poſſet perſeuerare, non perſeuerare non fuiſſet in eo peccatum. *Cap. 11.* Et manifeſtum eſt qnid doctores dicant de illis hominibus, ſi qui tales fuerint, qui à Deo omnino in reprobum ſenſum tradantur & pœnitus diuinis deſtituuntur adiutoriis, propter eorum demerita præcedentia. Sed de his alibi. Ergo quotquot culpantur in eo quòd tentationibus ſuccũbunt, habent hanc uirtutem diuinam ſeu hoc diuinum adiutorium quo tentationes ſuſtinere ualeant: iuſti, iniuſti, boni, aut mali. Si quis dixerit hominem extra formatam fidem gratiam gratum facientem, aut charitatem, minimè hoc præditum eſſe adiutorio Dei quo tentationibus ſnpereſſe queat, maximè errat.

H Quantum autem ad ſecundum, oſtendendo ad quid conducat proſitq; hoc Dei auxilium, multa uidentur dicenda. In primis uerò, id quod conſtat ex uerbis Apoſtoli, prodeſt ipſum ad ſuſtinendas eludendaſq; tentationes. Quid eſt, ſuſtinere tentationes? Verbum eſt ampliſsimũ. Eſt enim ſuſtinere, non ſuccumbere, ſed uitare, uincere. Et in hac ſignificatione, omnes illud accipimus: quanquam quidam faciunt differentiam inter tentationem uitare, ac tentationem uincere: de qua diſtinctione aut differentia modo non curamus, quia non uidetur ad propoſitum. Poſſumns enim omnes uincere tentationes, aut ſaltem uitare eas: ut probatum eſt ſatis. Quas tentationes? Omnes. Nulla eſt enim quam Apoſtolus excipiat, ſed generaliter dicit, Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſsitis ſuſtinere. Omnes ergo tentationes poſſumus ſuſtinere, perinde autem & omnes tentationes uincere, aut deuitare. Quas? ſeu quales? Quæ nos ad peccatum pelliciunt uellicant, prouocant: ſiue illæ diaboli ſint technæ, ſiue à mundo, ſiue à carne emanent, ſiue ab aliquo alio, qui diuerſam ineat tentandi uiam. De talibus enim præſertim loquebatur Apoſtolus. Sunt autem omnes tales aut uerſantur circa legem, uel ut omittamns præcepta, uel ut faciamns prohibita: quia aliàs de quibus non eſt lex, in illis non eſt peccatum.

A tum. Sic Apoſtolus dicit, Concupiſcentiam *Rom. 7.* neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret, *Contra Fauſtū.* Non concupiſces. Auguſtinus etiam, Peccatum eſt, dictum uel factum uel concupitum contra legem Dei. Vnde quidem uidetur quòd illo Dei adiutorio, quo poſſumus tentationes ſuſtinere, uincere, aut uitare, poſſumus mandata implere, atque peccata cauere. Eodem habitu uirtutis inclinamur ad proſequendum bonum eius, & ad fugiendum malum oppoſitum: eodem auxilio Dei poſſumus facere bonum, & declinare à malo oppoſito, fugere malum, uincere, uel deuitare: Quia profectò eadem uidetur difficultas, ratio, & poſſibilitas. Igitur eodem Dei adiutorio poſſumus ſuſtinere, uincere, aut deuitare tentationes, quo poſſumus facere ſeu implere diuina mandata contra quæ ipſæ in nobis uires exerũt & cõflictantur tentationes. Nec uidetur quòd hæc auxilia poſſint, aut debeant poni diſtincta. Sufficit enim alterũ horum, pro utroque. Si poſſumus implere diuina mandata, poſſumus uitare tentationes quæ ſunt ex oppoſito: etſi poſſumus uitare tentationes quæ ſunt ex oppoſito, poſſumus implere diuina mandata. Quicquid autem ſit de hoc, quantum pertinet ad tertium de quo propoſuimus agere, Nunc, quæſo, ad quam B gratiam Dei pertinet hoc diuinum auxilium contra tentationes, de quo hic agit Apoſtolus Paulus in his uerbis? Nunquid ad gratiã creationis, An ad gratiam redemptionis? Seu quod idem eſt, Nunquid ad generalem Dei influentiam, An ad ſpeciale Dei adiutorium? Audemus dicere, ſaluo meliori iudicio, quòd ad ſpeciale Dei adiutorium, ſimulq́; quòd ad gratiam redemptionis. Hanc enim maximè prædicabat & commendabat Apoſtolus, per Ieſum Chriſtum Dominum Noſtrum, in ipſo, & per ipſum. *Rom. 7.* Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. *1. Cor. 15.* Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ad Saluatorem ergo noſtrum pertinet omnis noſtra uictoria, contra diabolum, contra mundum, contra carnem, contra mortem; qua uictoria, dum tentamur, uincimus, uitamus, ſuſtinemus, aut fugimus tentationes. Generaliter pro gratia Chriſti & adiutorio eius, dixit Auguſtinus ad Bonifacium, ſiue ut alii codices habebant, ad *Epiſt. 106. tom. 2.* Paulinum, Contra Pelagium, Fateatur quando cõtra tentationes, concupiſcentiasq́; illicitas dimicamus, quãuis & illhic habeamus propriã uoluntatem, nõ tamen ex illa, ſed adiutorio Dei noſtrã prouenire uictoriã. C Infra paulò poſt, Aliquãdo enim ita paribus momẽtis *Ibidem.* poteſtatem uoluntatis æqua lance perpẽdit, ut aliquantum etiam ad non peccandum ualere definiat, quod ſi ita eſt, nullus locus adiutorio gratiæ reſeruatur, ſine qua nos dicimus ad non peccandum, nihil uoluntatis arbitriũ ualere. Hæc ille. Ecce quando contra tentationes, aut concupiſcentias illicitas dimicamus, ex adiutorio gratiæ prodit noſtra uictoria: & ſine adiutorio gratiæ, nullius penſi eſt noſtræ uoluntatis arbitrium ad non peccandum. Quid manifeſtius potuit dicere Auguſtinus pro adiutorio gratiæ Chriſti nobis neceſſario? Et notandum eſt ualde, quòd non ſolùm dicit Auguſtinus, ad merendum, uel, ad uincendum: ſed ait, Ad non peccandum. Quiſquis ergo in his non peccare poteſt, ille quidem Chriſti ſuffultus eſt auxilio. Gratiam enim Chriſti tunc maximè commendabat, Apoſtoli Pauli tum in aliis, tum etiam in cõmendatione gratiæ Chriſti maximus imitator Auguſtinus. Agebat nanque de propoſito, & toto conatu contra Pelagium, qui inſipienter humanam naturam cum ſola influẽtia generali efferebat, eam ſic prædicando potentem atque ſufficientem ad bonum, ad bona opera uirtuoſa uirtuoſè faciendum, ad mala opera uirtuoſè fugiendum, ad tentationes D uirtuoſè uincendum, ad uirtutes uirtuoſè capeſſendas. Contra ipſum Pelagium ita falſè atque impiè docentem, aſſerit ſapientiſsimè Auguſtinus, quòd ſine adiutorio gratiæ Chriſti nõ ualeat noſtræ uoluntatis arbitriũ, ad non peccandum. In quocunque igitur homine damus, quòd in potentia propinqua poteſt non peccare, in eo profectò neceſſe eſt adiutorium gratiæ Chriſti ponere. Per illam enim in potentia propinqua habemus, quòd in potentia propinqua non peccare ualemus. In huiuſmodi uidelicet, rebus moralibus deliberatis. Ergo omnes homines quotquot in potentia propinqua nõ peccare poſſunt, hoc Dei adiutorium ſeu gratiæ Chriſti auxilium habent: in quocunque ſtatu ſint, bono uel malo, iuſtitiæ uel iniuſtitiæ. Sequimur Auguſtinum, immo cum Auguſtino ſequimur Apoſtolum Paulum, qui omnem noſtram uictoriam cõtra mundum, carnem, & peccatum, in qua non peccamus, tribuit Chriſto. Deo *1. Cor. 15* autem gratias qui dedit nobis uictoriam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Bene dixit Auguſtinus in De Verbis Apoſtoli, Ec- *Auguſt. Serm. 16 tom. 10.* ce enim baptizati ſunt homines, omnia illis peccata dimiſſa ſunt, iuſticati ſunt à peccatis, negare non poſſumus; reſtat tamen lucta cũ carne, reſtat lucta cum mundo, reſtat lucta

E cum diabolo. Qui luctatur aliquando ferit, aliquando percutitur, aliquando uincit, aliquando perimitur, quomodo de ſtadio exeat attendatur. Ecce tres declarat ac nominat inimicos noſtros, carnem, mundum, diabolum. Vnde iam nunc latiſsimè apud magnos & puſillos, nemine non ſciente, tres ii ponuntur ac prædicantur ueriſsimè inimici animæ, Caro, Mundus, Diabolus. De quibus etiam in diuinis ſcripturis multa leguntur.
Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus Spiritum. Prudentia carnis, mors eſt. Inimica eſt Dei. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Omne quod eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia uitæ. Si ex mundo eſſetis, mundus quæ ſua ſunt diligeret; Sed propterea odit uos mundus, quia ex mundo non eſtis. Si mundus uos odit, ſcitote quia me priorem uobis odio habuit. Mundus ergo nos tentat, & contrarius nobis eſt, multis modis: maximè autem hoc uno, quia oſtentando nobis res ſuas, honores, famam, diuitias, tentat nos obiectiuè: ob id uidelicet quòd nos iudicamus ea bona & pulchra, atque ideo ad ea concupiſcenda allicimur ac permouemur. Qui uolunt
Tim. 6. diuites fieri, incidunt in tentationem. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mun
F do ſunt. De diabolo etiam conſtat, ſicut
Ephef. 6. legimus, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores, tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequi
1.Cor. 7. tiæ in cœleſtibus. Rurſus redeuntes in idip
1.Theſ. 3. ſum ne tentet uos Satanas propter incontinentiam ueſtram. Ne forte tentauerit uos, is qui tentat. Aduerſarius ueſter diabolus,
1.Pet. ult. tanquam Leo rugiens, circuit quærẽs quem deuoret. Ecce eoſdem tres inimicos noſtros habemus manifeſtè in diuinis ſcripturis expreſſos ac nominatos: qui quomodo aduerſus nos ſæuiant, in illis quoque non eſt ignotum. Verùm unde ſit nobis uictoria contra hos inimicos ſperanda, unde nobis ueniat, aut unde illam habeamus, etſi quibuſdam ad modum non ſit cognitum, in diuinis tamen ſcripturis eſt expreſſum. Quod ad uictoriam
Rom. 7. enim carnis pertinet, legimus, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Quod ad uictoria mundi, Hæc eſt uictoria quæ uincit mundum, fides noſtra. Quod ad uictoriam diaboli, Cui reſiſtite fortes in fide. Multaq; alia penè infinita. Ex quibus omnibus conſtat ſatis, quòd nemo noſtrum uincit tentationes carnis, mundi, aut diaboli, niſi in adiutorio gratiæ Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Vincit, inquam, meritoriè, uirtuoſè, uel moraliter, deliberatè, non malè. G
Militia ergo, ſeu bellum, eſt uita hominis ſuper terram, ſicut dicit diuus ille Iob, propter hos tres inimicos, quorum quilibet modis ſuis aut iaculis tẽtat penè infinitis: quamobrem canit Eccleſia ſancta Dei, Eſtote fortes in bello & pugnate cum antiquo ſerpente, & accipietis regnum æternum. Sicut legimus in Apocalypſi, Vincenti dabo manna abſconditum, & nomen nouum. Qui uicerit, faciam illum columnam in templo Dei. Non dubium quin nobis ſit in hoc bello neceſſaria fortitudo. Quidem ut à malo declinemus, bonum faciamus, ut tentationes uincamus; Qui autem dixit, Declina à malo & fac bonum, Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. Ipſe dixit. Domine Deus meus fortitudo mea: Deus meus adiutor meus. Miſericordia eius præueniet me. A Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Præparatur uoluntas à domino. Deus in adiutorium meum intende. Expecta dominum, uiriliter age, confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Spiritus uadens & non rediens. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Sicut etiam alibi legimus, Malitia tua ex te Iſrael, tantummodo *Oſea 13.*
ex me auxilium tuum. De cœlo fortitudo eſt. Maximè autem conſtat grauitas huius belli, & noſtra fragilitas, ſi conſideramus quibus nos modis ii noſtri inimici teutent, quo H
tempore, & ad quæ: Caro, mundus, diabolus. Caro igitur noſtra nobis inimica eſt, & maximus inimicus noſtræ animæ: de qua bene dixit Frater Henricus Helmeſius Germi- *Henric.*
politanus in quodam ſermone, agens de no- *Serm. 3.*
bis hominib. qui habitamus domos luteas, *De Nati*
Quorum, inquit, caro concupiſcit aduerſus *uitate Do*
Spiritum, & nunquam non animam grauat, *mina no-*
ſpiritumq; deprimit multa cogitantem, & *ſtra.*
ad Dei uoluntatem adimplendam non ſolùm infirma, ſed prorſus reproba. Sed & concupiſcentia carnis, quia ipſa caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, per ſua nomina quæ habet, declarat ſatis quàm grauiſsimum bellum aduerſus nosmetipſos & noſtras animas parat, agitq; ſemper atque exercet. Dicitur enim, Languor naturæ, naturæq; infirmitas, lex peccati, peccati fomes, lex membrorum, angelus Satanæ, ſenſualitas, quæ & ipſa ſecundum definitionem eſt, ſenſus corruptus, præueniens rationem, nec ſtatim obediens rationi, deniq; tyrannus mentis: quippe qui per naturalia principia, ſeu naturales qualitates excitat membrorum paſsiones, per ſenſus autem quinque exteriores, uiſum, auditum, guſtum, olfactum, tactum, & per ipſam cogitationem feruet ſemper & bullit aduerſus

ra-

A rationem, ſua quærens ac concupiſcens delectabilia ſenſus, carnis, corporis, ſeu eis utilia: ſemper delectationem aut utilitatem huiuſmodi intendens, nunquam honeſtatem, quia illam non nouit: ſemper iuxta affectionem commodi quam de ſe non habet ordinatam, nunquam iuxta affectionem iuſtitiæ. Neque hoc ſolùm, ſed quicquid iuſtitiæ aut honeſtatis mens, ſeu ratio intelligit, intendit, curat aut nititur perſequi, totum ipſe mentis rationiſq́; tyrannus ad ſuam carnis delectationem, utilitatem, aut commoditatem ſeu commodum nititur trahere, detorquere, maculare, fœdare, nihil reuerens, nihil excipiens; non bona, non honeſta, non ſpiritalia, non ſancta, non ſacra, omnia aggreditur, atque etiam bonis operibus inſidiatur ut pereant. Nec ſolùm aduerſus nos & mentes noſtras laborat in die, ſed quoque in nocte: nec ſolùm in uigilia, ſed etiam per ſomnia: ut uel ſic nobis infundat aut ſuggerat dormientibus, unde cogitemus, delectemur & peccemus, aut ſaltem pugnemus uigilantes. Beſtia feriſsima, ac importuniſsima, de qua multa etiam aliàs: quando de actibus eius erit ſermo copioſus, primo primis, & ſecundo primis. Mundus quoque grauiſsimè nos tentat, ſuo modo, uidelicet obiectiuè: oſtendendo nobis ſua mala, & ſua bona: ſua proſpera, & ſua aduerſa; ſuas delectationes, &

B ſuas triſtitias: ut uel terrendo ſuis malis, aduerſis & triſtitiis nos reuocet à uirtutibus, uel blandiendo ſuis bonis, proſperis & delectationibus nos protrahat ad uitia. Sic legimus, Creaturæ factæ ſunt in odium & tentationem & muſcipulam pedibus inſipientiũ. *Sap. 14.* Auguſtinus in ſermone, Duplicem contra nos mundus aciem mittit, ſcilicet, ad bellandum contra nos, & tentandum, demulcet proſperis, deterret aduerſis. *Auguſt.* Vnde & diuus Antonius uidit totum mundum plenum laqueis ſibi inuicem annexis, & cum clamaſſet, Quis iſtos euadat? Audiuit, Humilitas. *Anton.* Diabolus ſimiliter ſuo more, quaſi conſulendo, grauiſsimè, ac importuniſsimè tentat nos modis penè innumeris: & ut uarias perſonas aut uariis modis tentat, ita uaria habet nomina; quia dicitur Aſpis, Baſiliſcus, Leo, Draco, Leuiatan, Beehemoth. Quibus quatuor beſtiis, Aſpidi, Baſiliſco, Leoni, Draconi, reſpondent ſecundum beatum Bernardũ quatuor animæ paſsiones, quæ ſunt principia uitiorum; triſtitia, ſpes, timor, cupiditas ſeu amor. *Bernard. ſuper Pſal. Qui habitat.* Tentat autem diabolus multis modis ut ſtatim diximus, ex quibus ſanctus Antoninus Archiepiſcopus Florẽtinus in ſua ſumma explicat decẽ: quia per uiſum, per auditum, per odoratum, per guſtum, *Anton. tom. 4. Tit. 13. Cap. 3.*

per tactum, per cogitationem, per intellectum applicando intellectum ſuum plenum formis ſeu ſimilitudinibus rerum humano intellectui, uel potius indirectè in memoria ſuggerendo uaria phantaſmata ad malum, malarum rerum & noxiarum, per intellectũ quoad ſomnia & uiſiones, per rationemq́; inducendo rationes ad falſitatem, atque ad iniquitatem, ſuas diabolicas argumentationes formando. C Quæ omnia uidens Auguſtinus, ſimulq́; aduertens, quòd cogitatio cordis humani procliuis eſt ad malum: quòd ſumus natura filii iræ; quòd non ſatiatur oculus uiſu, nec auris auditu: *Eccl. 1.* quòd omnia hæc nobis uenerunt per peccatum: quòd per peccatum incurrimus ignorantiam rerũ agendarum, concupiſcentiam noxiarum, difficultatem ad bonum, & facilitatem ſeu pronitatẽ ad malum: quòd non habitat in nobis, id eſt, in carne noſtra bonum: quòd uelle bonum adiacet nobis, perficere autem non inuenimus: quòd diuina ſcriptura omnem noſtram uictoriam contra carnem contra mundum, & contra diabolum tribuit Chriſto: quòd Dei ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis: quòd non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: quòd nihil boni poſſumus facere ſine Chriſto dicente, ſine me nihil poteſtis facere: quòd præparatur uoluntas à Domino: quòd à Domino greſſus hominis diriguntur, quòd homines D quæcunque quidem ignorant, blaſphemant, *Iudæ 1.* quæcunque autem naturaliter ut muta animalia norunt, in his corrumpuntur, quodq́; ſicut etiam diuus Ambroſius in De uocatione Gentium dicit, *Ambroſ. Lib. 1. Cap. 2. tom. 2.* Ita humana natura in primi hominis præuaricatione uitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, ſemper in deteriorem eſt procliuior uoluntatem, cui committi non eſt aliud quàm dimitti. Hæc itaque uoluntas uaga, incerta, inſtabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendum, in cupiditatibus cœca, in honoribus tumida, curis anxia, ſuſpicionibus inquieta, gloriæ quàm uirtutũ auidior, famæ quàm conſcientiæ diligentior, & per omnem ſui experientiam miſerior fruendo his quæ concupiuerit, quàm carendo, nihil ex ſuis habet uiribus, niſi periculi facilitatem. Quoniam uoluntas mutabilis, quæ non ab incommutabili uoluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni. Quæ igitur, inquã, Auguſtinus uidens atque aduertens, & illa quæ alibi legimus, Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Malitia tua ex te Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum: *Oſeæ 13.* Du-

E Docuit conſtanter, quòd homo non poteſt *Auguſt.* ſuis uiribus naturalibus ſine auxilio Dei quicquam uelle, uel agere, niſi malè & culpabiliter: intelligendo de aliquo auxilio alio præter influentiam generalem, quoniam ſine illa conſtat, hominem non poſſe quicquam uelle, uel agere, nedum bene, ſed nec malè: cum tamen omnes doctores ſancti affirment, hominem ſine Dei auxilio, poſſe malè uelle, & malè agere. Hanc doctrinam tenuit Auguſtinus contra Pelagium & Pelagianos. Vnde cum Pelagiani inſimularent ipſum Auguſtinum, ipſiq; notam inurerent quòd in rebus aliquibus catholicæ doctrinæ contraria aut repugnantia ſentiret, & inter cætera obiicerent Auguſtino, quòd diceret, Deum tale plaſmare in hominibus arbitriũ, quale eſt dæmonum, quod proprio motu nihil aliud poſsit uel uelit niſi malum: Reſpondet Auguſtinus huic obiectioni in libello ſuo *Cap. 6.* qui uocatur, Confutatio Catholica capitulorum ſuper falſo imputatorum, Reſpondendo autem ibidem, nullo modo dictam obiectionẽ negauit, ſed quantum ad ſimilitudinẽ poſitam tantummodo differentiam aſsignauit, dicens, Sed hoc inter malos homines diſtat & dæmones, quod hominibus etiam ualde malis ſupereſt ſi Deus miſereatur reconciliatio, dæmonibus aut nulla eſt ſeruata conuerſio. Docens per hoc atque diſtinguens,

F quòd omnes homines hic uiuentes, adhuc ſunt in uia, dæmones autem omnes iam ſunt in termino: homines hic habent Dei auxiliũ ſpeciale, quo poſſunt ad Deum conuerti, dæmones autem iam ſunt ab huiuſmodi auxilio Dei deſtituti. Quòd autem ex ſe non poſsit homo niſi malum, non ſolùm non negando obiectionem, innuit Auguſtinus, ſed etiam confitendo ſatis expreſsit, dicens, totus mundus, ſicut ait Apoſtolus Ioannes, in maligno poſitus eſt, & multorum talis aſt malitia, qualis & dæmonum. In hoc tamen poſuit differentiam hominum & dæmonum, quam ſtatim poſuimus atque explicauimus: *Ibidem. cap. 5.* In præcedenti etiam capite non negat, ſed ſe concedere inſinuat, quòd homo naturali motu, ideſt ſuis ſolis naturalibus habito, non poſsit niſi peccare: intelligendo de motu tali, morali deliberato. Huic doctrinæ Auguſtini conſonant eius aliæ expreſsiores auctoritates, de quibus conſtat in præcedentibus: *Cap. 47.* ex libro De Correc. & gratia. & In De uer- *Serm. 12 aut 10.* bis Apoſtoli. Atque in De prædeſtinatione diuina, ubi dicit, Liberum uerò quod à Deo habemus arbitrium, prono ad nequitiam lapſu fluit, & cum ad uirtutis indolem, Dei auxilio deferente, nihil poſsit, ad genus omne peccati (cum tamen ſine influentia generali prorſus nullam nec etiam malam actionem G habere poſsit) idonea fultum uirtute ſubſiſtit. In ſuo Hipognoſt. etiam inquit, Damnamus auctoritate diuina, opera liberi arbitrii quæ gratiæ præponuntur, ideſt gratiæ adiutorio. Et ad Paulinum Epiſcopum Nolanum, Si quærere homo uoluerit, ante gratiam quid meruerit ut accipiat eam? mala ſua poterit homo inuenire, non bona. Ad hanc quoq; doctrinam pertinent, eamq; cõfirmant & commendant, illæ tum generales tum ueræ regulæ ſeu determinationes Papæ Cœleſtini, uiri doctiſsimi atque ſanctiſsimi, *Papa Cæleſtinus.* quæ habentur ex libro Conciliorum Eccleſiæ per Beatum Iſidorum collectorum, in *in ſua decretali epiſtola.* ſua decretali epiſtola, quam propter aliquos qui poſt damnationem Pelagii & Cæleſtini, ac poſt tranſitum Beati Auguſtini, præſumebant Galliis in ipſis, aliquomodo fauere Pelagianis erroribus & Auguſtino detrahere, tanquam in improbando, illos exceſſerit neceſſarium modum, ſicut prædictus Papa ex relatione ſancti Proſperi & Hylarii Epiſcopi Arelaten. acceperat, deſtinauit ad uniuerſos Epiſcopos Galliæ. In ea enim præmiſſa primò Epiſcoporum increpatione, qui talium diſputationibus non obſiſtebant, ac mirabili commendatione Beatiſsimi Auguſtini de uniuerſali & continuata ſemper ſinceritate Catholicæ fidei, & excellentia ſapientiæ & uitæ ſanctitate, inter cætera quæ ſequuntur H

ait, quaſi ſit hæc prima in hac materia præſenti, regula, Vt ergo plenius qui in aliquo dubitant inſtruantur, conſtitutiones ſanctorum patrum compendioſo manifeſtemus indiculo. Quòd ſi quis non nimium eſt contentioſus, agnoſcat omnium diſputationum connexionem ex hac ſubditarum breuitate pendere, nullamq; ſibi contradictionis ſupereſſe rationem, ſi cum catholicis credat & dicat. In præuaricatione Adæ omnes homines na- *Reg. 1.* turalem poſsibilitatem & innocentiam perdidiſſe, & neminem de profundo illius ruinæ, per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia Dei miſerentis erexerit. Hæc ſua prima regula, quam ipſe ducit, ut mox oſtendit, ex epiſtola Innocentii primi ad Cartaginenſe Concilium. Secunda eſt, Quòd ne- *Regul. 2.* mo niſi per Chriſtum, libero bene utatur arbitrio. & hanc deſumit ex epiſtola prænominati iam Papæ, Innocentii ad Concilium Milenitanum. Tertia eſt, Quòd ita Deus in cor- *Regul. 3.* poribus hominum atque in ipſo libero arbitrio operetur, ut ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſq; motus bonæ uoluntatis ex Deo ſit; quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Hanc *Papa Zozimus.* confirmat auctoritate Papæ Zozimi, qui ut ſubdit,

A ſubdit, cum ad totius Orbis Epiſcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur, ait, Quod ergo tempus interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſis, cogitationibus, motibus, adiutor & protector orandus eſt. Superbum eſt enim, ut quicquam ſibi humana natura præſumat. Et ad hanc muniendam ſententiam plures ſubdit auctoritates Apoſtoli. Ecce hæc ita determinant primùm, de ſancta cogitatione; ſecundò, de pio conſilio: tertiò ut omnem tollant ambiguitatem omnemq́; aliam interpretationem, idem determinant de omni motu bonæ uoluntatis, ſeu ad bonã uoluntatem pertinente. Adeo ut ſecunda regula exprimat, quòd nemo niſi per Chriſtũ, libero bene utatur arbitrio. Nec poſſunt hæc accipi pro generali influentia neceſſaria, tum quia ipſa etiam neceſſariò indigemus ad omnem actionem malam ac peſsimam; tum profectò quia ſpecialis ſermo erat de gratia Chriſti commendanda contra Pelagium & Pelagianos omnes. Quid ergo dicendum ad *Coll. 13. cap. 12.* id quod Caſsianus ait, Cauendum nobis eſt ne ita ad Deum omnia ſanctorum merita referamus, ut nihil niſi id quod malum atque peruerſum eſt, humanæ aſcribamus naturæ? *Sanctus Proſper.* Reſpondemus, Sanctus Proſper contra illam collationem edidit librum cuius titulus eſt, Pro Prædicatoribus gratiæ; probans bene di-

B cta, & malè dicta, condemnans: In eo autem libro hoc Caſsiani dictum tanquam non catholicum reſpuit Proſper, dicens, Quaſi natura ante gratiam non ſit in damnatione, non ſit in cœcitate, non ſit in uulnere. Ecce ſecundum ſententiam diui Proſperi, maximè Auguſtini, natura ante gratiam, ideſt ſine gratia, & ſine adiutorio gratiæ, eſt in damnatione, in cœcitate, in uulnere. Si in cœcitate: quid uidere poteſt in potentia propinqua? Dictum autem Caſsiani huiuſmodi aut damnandum eſt, aut in aliquo catholico ſenſu interpretandum: Poteſt enim ita ſanè intelligi, ut firmiter credamus poſſe hominem ex ſuis naturalibus, cum ſola generali influentia; multa aut indifferentia aut quæ ex ſuo genere ſunt bona, ſicut etiam in hoc opere concedimus & probamus manifeſtè; uel etiam ut firmiter credamus, non Deum ſolum facere in nobis noſtra bona merita, ſed potius nobiſcum, nobis coagentibus, ipſo tamen principaliter operante, cooperante, præueniente, præparante: uel quoque propter naturalem noſtram quandam iuſtitiam, de qua aliàs multa. Bene igitur ita docuit Auguſtinus in præallegatis locis, beneq́; illum imitatus eſt Gregorius Ariminenſis in ſuis libris ſententiarum, ubi prorſus idẽ

Part. 4. & infra. Gregor. Arimin. Lib. 2. Diſt. 26. 27. et 28. quaſt. 1. Art. 1. Ad concluſ. 1. & Diſt. 29. Art. 1. Quaſt. 1.

docet, idemq́; probat per multa, ſatis, ut C mea fert ſententia, ſubtiliter, & ſatis uerè.

Fit anacephalæoſis eorum quæ in nobis ad gratiã redemptionis pertinere oſtendimus: Inſuper declaratur quænam ſint illa quæ in nobis ſpectant ad gratiã creationis: ſimulq́; oſtenditur, quid ſit generalis influxus Dei: quòd ad gratiam creationis pertineat, quòd ab auxilio ſpeciali diſtinguatur, & quo pacto. Continuo ductu de præcedentibus in eandem ſententiam ſemper agitur, nempè quòd gratia Dei indigemus ut moraliter, deliberatè, uirtuosè, uel non malè operemur, fitq́; apertum, quæ gratia Dei illa ſit. Poſtremò, immediatus quantum ad rem pertinet, concurſus Dei in omni actione creaturæ, oſtenditur. CAP. XXXII.

OMNIA bona quibus præditi ſumus, procul dubio Deo Optimo Max. debemus, In ipſo enim uiuimus, & mouemur, & ſumus. *Act. 17. Iacobi 1.* Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt traſmutatio, nec uiciſsitudinis obumbratio. *Rom. 11.* Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. Quia autem unus & idem Deus, ipſe eſt Creator, ipſeq́; D eſt & Redemptor: ut diſtinctius ſapientiusq; ſciamus, diſtinctio nobis adhibenda eſt, ut inde facilè cognoſcamus quæ bona ipſe nobis tanquam Creator, præſtat, quæ tanquam Redẽptor: quæ bona Deo debemus ut Creatori, quæ uerò tanquam Redemptori: quæ bona nobis à Deo ſecundum eius gratiam creationis nobis conciliantur, & quæ ab eodem ſecundum eius gratiam redemptionis parantur. Quicquid enim Deus nobis præſtat boni, gratis nobis præſtat: ſcienter, uolenter, gratis: non ex debito nec propter bonum ſuum, ſed gratis & propter bonum noſtrum. Diſtinguamus igitur. Ad gratiam redemptionis quidem pertinent, omnia bona quæ à Deo habemus interuenientibus meritis Redemptoris noſtri: ideſt, omnia illa bona quæ à Deo non haberemus, niſi merita Redemptoris noſtri interceſsiſſent: aut olim præuiſa, aut modo exhibita. Sic autem quid habemus? Beatitudinem, gratiam gratum facientem, iuſtificationem, remiſsionem peccatorum, uocationem, fidem, ſpem, charitatem, legem, ſacramenta; quicquid boni circa uel propter Deum Trinum & unum moraliter, deliberatè, ac uirtuosè operamur, cogitando, uolendo, operando, interius uel exterius; quicquid boni circa uel propter

E Deum unum ut eſt naturaliter cognoſcibilis,
moraliter, deliberatè ac uirtuoſè facimus,
intellectu, memoria, uoluntate, aut poten
tia quauis alia; omnem uſum moralem deli-
beratum uirtuoſum, noſtrarum potentiarũ,
hoc eſt, omnia opera noſtra moralia delibera
ta uirtuoſa, omnesq; morales uirtutes: o-
mnem uſum moralem deliberatum non ma-
lum noſtrarum potentiarum, ideſt, omnia
opera noſtra moralia deliberata non mala, ſi
ue uirtuoſa dicantur, ſiue non. Omnia hæc
bona, cunctaq; alia ſimilia habemus à Deo,
interceſsione meritorum Saluatoris & Re-
demptoris noſtri: quia profectò niſi noſtri
Redemptoris præſtò fuiſſent merita, nullo
modo nos homines à Deo hæc bona habe-
remus. Altiora, perfectiora, nobiliora, &
fortiora naturalia, atque integra habent dæ
mones ſuper naturalia hominis, non tamen
habent nec habere poſſunt hæc bona: eo ui-
delicet quòd nec redimibiliter peccauerunt,
nec Redemptorem habuerunt. Redemptio
ergo facit, ut nos hæc bona habere ualea-
mus, utq; re ipſa illa habeamus. Ergo omnia
hæc bona pertinent ſine dubio ad gratiam re
demptionis, omniaq; illa Redemptori noſtro
debemus. Nunquid gratiam creationis obii
cimus? Abſit. Sed magis dum gratiam re-
F demptionis commendamus, gratiam crea-
tionis ſtatuimus. Ideo enim interpoſita fuit
redemptio, ut redimeretur atque reformare-
Matt.18. tur opus quod fecit creatio. Venit enim Fi-
lius hominis Saluare quod perierat. Et in
hoc apparuit Filius Dei, ut diſſolueret ope-
ra diaboli. Fecit Deus hominem de limo ter
ræ, fecitq; illum ad imaginem & ſimilitudi-
nem ſuam, bonum, pulchrum, rectum: ſed
quia homo ſe ipſum imaginem Dei peccan-
do fœdauit, turpemq; reddidit, atque defor
1. Ioan.3. mem: uenit filius Dei, ut homo factus, per
ſua merita hominem reformaret, & à defor-
mi in formoſam mutaret ſpeciem. Quando
ergo commendamus gratiam redemptionis,
tunc profectò magis ſtatuimus gratiam crea
tionis. Quæ bona in nobis, gratiæ creatio-
nis relinquimus, ſi illa quæ memorauimus,
tam plura, tamque magna; ad gratiam re-
demptionis pertinere confitemur? Perti-
nent quidem primùm in nobis ad gratiã crea
tionis natura ipſa humana quam habemus,
anima, corpus, totum compoſitum ex ani-
ma & corpore: bona eſt enim natura huma-
na, bona eſt anima, bonum eſt corpus, bo-
nus eſt totus homo: naturaliter, & ut à Deo
ſunt. Deinde pertinent ſecundò ad gratiam
creationis, omnia bona quæ naturaliter ha-
bet homo, ratione animæ, ratione corporis,
ratione ſpeciei, ratione indiuidui: ut intelli-
gamus ad gratiã creationis pertinere omnes G
potentias naturales hominis, ſuperiores, in
feriores, intellectiuas, ſenſitiuas, uegetati-
uas; intellectum, memoriam, uoluntatem;
uiſum, auditum, olfactum, guſtum, tactũ;
nutritiuam, augmentatiuam, generatiuam,
ſecundum locum motiuam, rationem, abi-
litatem, & ſimilia; corporalia quoque bona,
diſpoſitionem, temperamentum, pulchritu
dinem, quantitatem, membrorum inter ſe
competentiam, integritatem; & cuncta alia
quæ naturaliter pertinent ad hominem, ſecũ
dum animam, uel ſecundum corpus: ſecun-
dum ſpeciem, uel ſecundum indiuiduum, aut
etiam ſecundum genus. Hæc omnia, & cũcta
quæuis alia huiuſmodi, habet homo à Deo o-
ptimo maximo, ſecundum gratiam creatio
nis: nec poteſt ambigi quin omnia hæc; aliaq;
id genus non abſimilia, ſint bona hominis;
quia ſunt utique omnia hæc conuenientia ho
mini. Eſt enim ratio boni, ratio conuenien-
tis: ideoq; citra errorem eſt bonum, quod eſt
conueniens. Pertinent tertiò ad gratiam crea
tionis naturalis, capacitas quam habet ho-
mo, ut poſsit iuſtificari, beatificari, eſſe iu-
ſtus, eſſeq; beatus: & naturalis potentia re-
mota quæ poſsit in potentia remota habere
fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, uir
tutes omnes, atque credere, ſperare, ama- H
re, pœnitere, omnium uirtutum opera uir-
tuoſa exercere, & tandem Deum clarè uide
re, atque omne ens, omne uerum, & omne
bonum cognoſcere, ſimul & omnes uerita-
tes intelligere; tum ſpeculatiuas, tum pra-
cticas. Quartò pertinet ad gratiam crea-
tionis, latiſsimus ille Dei, ſeu generalis in-
fluxus, aut concurſus eius; qui generalis in
fluxus Dei, ſemper adeſt omnibus agentibus
creatis, ſeu, quod idem eſt, cauſis ſecun-
dis, ut cum eo ſuas actiones exerceant, quas
cum illo exercere ualẽt. Hæc ergo multiplex
gratia Dei, eſt attributa naturæ humanæ, hoc
eſt, hæc bona habet homo à Deo ſecundum
gratiam creationis: quia condens Deus opti
mus humanam naturam in tali gradu entiũ,
in quo illam condidit ad imaginem & ſimili-
tudinem ſuam, ut eſſet homo ex corpore &
anima rationali conflatus, uegetatiuus, ſen
ſitiuus, ſecundum locum motiuus, & intel-
lectiuus, eo ipſo eiuſdem gratiæ ſuæ mune-
re, dedit homini omnia conſequentia natura
liter ad talem naturam. Vnde quoque fit, ut
hæc bona, omnibus hominibus ſint commu
nia, bonis iuxta & malis: niſi ſi non nunquã
in quibuſdam horum, boni excellant malos,
nonnunquam è contra, mali bonos; ſcilicet
propter uaria corporum naturalia tempera-
menta, à quibus eſt, quòd cùm omnes homi
nes

A nes ſint omnino æquales quo ad animã quæ
eſt actus primus, fons & origo omnium po-
tentiarum actiuarum & actionnm, quidam
homines magis uel minus ſentiant, intel-
ligant, aut robuſtiores uires corporales ha-
beant, propter multiiuga corporum natura-
Galen. in lia temperamenta, quibus (ſi Galeno, & aliis
lib. quòd credimus) animi mores aſſiciuntur atque ob
animi temperant. Auguſtinus in De prædeſtinatio
mor. cor. ne ſanctorum innuens breuiſsimè nonnulla
temper. bona hominis, quæ ad gratiam creationis per
ſeqx. tinent, & nonnulla quæ ad gratiam redem-
** Lib. 1.* ptionis, * ait, Sit ergo gratia naturæ attribu
cap. 5. ta, qua ſumus animantia rationabilia, diſcer
tom. 7. nimurq; à pecoribus, ſit etiam gratia naturæ
attribnta, qua in ipſis hominibus à deformi
bus pulchri, uel ingenioſi diſcernuntur à tar
dis, ac ſi quid eiuſmodi eſt. Sed non ſe ille quẽ
coercebat Apoſtolus aduerſus pecus infla-
bat, atque efferebat, nec aduerſus hominem
alterum, de aliquo naturali munere ſe iacta-
bat, quod ineſſe poſſet & peſsimo: ſed ali-
quod bonum, quod pertineret ad uitam bo-
nam, ſibi, non Deo tribuens, inflabatur,
1. Cor. 4. quando audire meruit, Quis enim te diſcer-
nit? Quid antem habes, quod non accepiſti?
Vt enim ſit naturæ fidem poſſes habere, nun
quid & habere? Non enim omnium eſt fides,
cùm fidem poſſe habere ſit omnium. Non
B autem ait Apoſtolus, Quid autem potes ha-
bere, quod non accepiſti, ut poſſe habere?
Sed ait, Quid autem habes, quod non acce-
piſti? Proinde, poſſe habere fidem, ſicut poſ-
ſe habere charitatem, naturæ eſt hominum:
Habere autem fidem, quemadmodnm habe-
re charitatem, gratiæ eſt fidelium. Illa utique
natura in qua nobis data eſt poſsibilitas habẽ
di fidem, non diſcernit ab homine hominem:
ipſa uerò fides, diſcernit ab infideli fidelem.
De his ĕt Hæc ille. Ecce ſecundum Auguſtinum, quæ
Magiſt. bona habet homo per naturã ex gratia crea-
ſentent. tionis, naturam ipſam rationalem, ingeniũ,
Lib. 2. pulchritudinem, ac ſi quid eſt eiuſmodi: pari
Diſt. 25. ter & facultatem habendi fidem, habendiq;
charitatem, credendi, atque ſperandi. Quã
ueritatem de poſsibilitate habendi uirtutes,
Ambroſ. prædicauit quoque Ambroſius in De uoca-
Lib. 2. tione Gentium, illam talem poſsibilitatem
cap. 2. tribuens naturæ humanæ; quidem non aliun
de, quàm per gratiam creationis qua Deus
naturam humanam in tali gradu creauit en-
Influẽtia tium. Sed & de generali influentia Auguſti-
generalis nus ſuper Geneſim ad literam uidetur docuiſ
pertinet ſe, quòd ad gratiam creationis pertineat, do-
ad grati- cens Deum ſic adminiſtrare res quas condi-
am crea- dit, ut eas ſuos motus proprios agere ſinat.
tionis. Quemadmodum & alii doctores qui non ſic
magnam credunt gratiam redemptionis, de

quibus paulò poſt longus ſermo, aſpirante C
Domino, habendus eſt, confitentur: nam
Gabriel Biel, qui illis aliis aſtipulatur, in ſuis *Gabriel*
ſententiis notat, quòd cum loquimur de pu *Lib. 2.*
ris naturalibus, non excluditur generalis Dei *Diſt. 28.*
influentia; quæ ut cauſa prima concurrit cum *quæſ. 1.*
agente ſecũdo, ideſt, agente creato ad omnẽ *Art. 1.*
actum poſitiuum. Hæc ille. Ecce, quòd cum *notab. 2.*
loquimur de homine in puris naturalibus,
inter pura naturalia influentiam Dei genera
lem computamus. Quòd etiam aſſerit Domi
nicus Soto uir doctrinæ & pietatis nomine *Dominic.*
præclariſsimus, in ſuo opere de Natura & *Soto.*
Gratia: docens etiam quòd generalis influen
tia ad creationem pertinet, & ad bona natu-
ralia hominis, quæ Deus iuxta naturam ho-
minis dat homini, ſicut & aliis agentibus crea
tis. Eſt igitur influxus generalis, genera- *Influxus*
lis concurſus Dei, quo Deus ut eſt cauſa pri *genera-*
ma, concurrit cum cauſa ſecunda: pertinetq; *lis, quid*
ſine dubio ad gratiam creationis, & inter na *ſit.*
turalia bona recenſetur. Diſtinguitur autem
nimis & ſeiungitur à ſpeciali adiutorio gra-
tiæ diuinæ, hoc eſt, quia magni intereſt inter
modum quo Deus influit particularibus agẽ
tibus, aut concurrit cũ illis generali influen-
tia, & modum quo Deus agit ſuo particu-
lari ſeu ſpeciali adiutorio gratiæ, quod dici-
mus ad gratiam redemptionis pertinere. Ete
nim generalis influxus ut ſic, non intelligitur D
ut præueniens aut præparans agens particu-
lare ad agendum: ſed tantummodo intelligi
tur ut ſimul poſitus, ſimul coagẽs, ſimul coo
perans. Generalis namque influxus ut ſic, o-
mnibus agentibus creatis quibus datur, da-
tur eodem modo: quia influxus cauſæ primæ
in cauſas ſecundas, aut negatur quidem à
Deo, ſicut negatus eſt igni fornacis Babyloni
cæ, ne tres pueros Dei ſeruos combureret,
aut eodem modo præſtatur de lege commu-
ni. Manifeſtum eſt autem quòd in agentibus
merè naturalibus, ad ſuas naturales actiones
non intelligitur ille concurſus ut præueniẽs,
aut præparans; ſed tantum ut concurrens, &
iuuans. Videlicet, quia natura eorum de-
terminata eſt ad unum, nec in oppoſita po-
teſt, nec ad oppoſita eſt indifferens, nec in-
trinſecus habet unde impediatur, aut remo-
retur quo minus agat. Fit hoc, in natura i-
gnis maximè perſpicuum, ut pote quæ nõ in-
diget ut in ſua actione præueniatur aut præ-
paretur denuo, ſed indiget ut ad ſuam actio-
nem adiuuetur à cauſa prima. Cauſa etiam
prima ut cauſa prima, quia ut ſic eſt cauſa u-
niuerſalis, ut ſic non intelligitur ut determi-
nans agens particulare ad ſuam actionem par
ticularẽ; quin potius ut Philoſophi intellexe
runt, & quidam noſtrorum, intelligitur ut

 cauſa

E cauſa determinata per agens particulare. Cnius ratio fuit, qnia agens uniuerſale cum ſit ad multos effectus indifferens, etiam ad oppoſitos: uidetur quòd ut ſic ſi merè naturale eſſet, nnllum effectum particularem haberet, niſi per aliqnodparticulare agens determinatum fuiſſet. Non enim eſſet maior ratio de uno, quàm de alio: quia multos habet in potentia, & ad multos eſſet indifferẽs ſuapte natura. Quamobrem uerum eſt principium naturale quo dicitur, Ratione actionis particularis, agens uniuerſale eſt immediatius immediatione nirtutis, & agens particulare eſt immediatins ĩmediatione ſuppoſiti. Videlicet quia agens uniuerſale merè naturale non agit, niſi determinetur ab agente particulari: agens uerò particulare non agit, niſi in illnd influat agens uninerſale. Ait uerò adiutoriũ ſpeciale Dei de quo agimns, & quod ad gratiam redẽptionis pertinere dicimns, intelligitur utique ut præueni ens nos, atque præparans, ad quamcunque actionem noſtram moralem deliberatã, nirtuoſam, uel etiam non malam: ob idq; nullo modo poteſt habere rationem generalis influentiæ, aut generalis iufluxus. A domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Præparatur uoluntas à domino. Et, Miſericordia F eius præueniet me. Sic intellexit Auguſtinus adiutorium gratiæ per merita Saluatoris noſtri, quod contra Pelagium prædicauit, exaltauit, commendanit: ideſt, adiutorium Dei quo ipſe nos aptat iu opere bono, & facit ut nos faciamus: Vt ipſa uolũtas per iſtud adiutorium intelligatur quaſi mota, non coacta, non uiolentata, non neceſsitata, ſed præuenta, & ſuauiter excitata: ut ſi uoluerit acquieſcat, & conſentiat, libereq; uelit, aut operetur, uel non. Videlicet ut ad omne opus morale deliberatum uirtuoſum, uel non malum, intelligatur uoluntas noſtra quaſi inſtrumentum uoluutarium diuinæ gratiæ, uocantis, excitantis, præparantis: quod poſsit pro ut libuerit excitationem, præuentionem, motionem, aut præparatiouem ſuſcipere, uel abiicere. De hoc Dei adiutorio, quo Deus nos præuenit, Auguſtinus in De gratia & libero arbitrio, loquitur in hæc uerba: Certum eſt nos mandata ſeruare ſi uolumus, ſed quia præparator uoluntas à Domino, ab illo petendum eſt ut tantum uelimus, quantum ſufficit ut uolendo ſaciamus. Certum eſt nos uelle cum uolumus, ſed ille facit ut uelimus bonum, de quo dictum eſt, quòd paulò ante poſui, quòd præparatur uoluntas à Domino: de quo dictum eſt, A Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet: de quo dictum eſt, Deus eſt qui operatur

Cap. 16. tom. 7. *Pſal. 36.* *Phil. 2.*

in nobis & uelle & operari. Certũ eſt nos facere cũ facimus, ſed ille facit ut faciamus, præbẽdo uires efficaciſsimas uolũtati, qui dixit, Faciã ut in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis & faciatis. Cum dicit, Faciam ut faciatis: quid aliud dicit, niſi, Auſeram à nobis cor lapideum, unde non faciebatis: & dabo cor carnenm, unde faciatis? Et hoc quid eſt, niſi, Auferam cor durum, unde non faciebatis: & dabo cor obediens, unde faciatis? Ille facit ut faciamus, cui dicit homo, Pone Domine cuſtodiam ori meo: hoc eſt enim dicere, Fac ut ponam cuſtodiam ori meo: quod beneficium Dei iam fuerat conſecutus, qui dixit, Poſui ori meo cuſtodiam. Hæc ille. Infra etiam agens de obſeruantia mandatorum Dei, dicit, Quoniam ipſe nt uelimns, operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens. Propter quod ait Apoſtolns, Certus ſum quoniam qui operatur in uobis opus bonum, perficiet uſque in diem Chriſti Ieſu. Vt ergo uelimus, ſine nobis operatur: cum antem uolumus, & ſic uolumus nt faciamus, nobiſcum cooperatur: tamẽ ſine illo uel operante ut uelimus, uel cooperante cum uolumus, ad bona pietatis opera nihil nalemus. De operãte illo ut uelimus, dictum eſt, Deus eſt enim qui operatur in uobis & uelle. De cooperante illo H cum iam uolumus, & uolendo facimus, Scimus, inquit, quoniam diligentibns Deum omnia cooperantur ad bonum. Hæc ille. Ecce quòd adiutorium gratiæ Dei per Chriſtum dominum noſtrum, prædicat & commendat Auguſtinus nobis neceſſarium contra Pelagiũ & Pelagianos omnes: ideſt, quòd nos præueniat, excitet, dirigat, præparet, ut bonum intelligamus, uelimus, faciamus, mandata Dei Impleamus, tentationes uincamus, peccata uitemus, moraliter deliberatè, meritoriè, uirtuosè, aut non malè. Vnde in nobis omnia hæc bona, ſunt Dei dona: omniaq; Deus coronat tanquam dona ſua, ut manifeſtè quoque docuit Anguſtinus in eodem opere. Indiget autem noſtra humana natura corupta, hoc Dei adiutorio, tum ex multis aliis, tum quia cum ſit libera, indifferenſq; ad oppoſita, & intrinſecè habet unde ad malum trahatur, corpus uidelicet quod corrumpitur, & quæ corpus ſequuntur, paſſiones membrorum, ſenſus ſolutos, atqne ſenſualitatem quæ in nobis mortalibus ſecundum communem legem uiuentibus, prius incipit operari & habere uſum, quàm ratio: fit manifeſta noſtra indigentia qua indigemus præueniri præparariq; à Deo, ad omne opus meritorium, ad omne opus uirtuoſum, ad omne opus morale deliberatum nõ malum.

Ezech. *Ibidem. Cap. 17.* *Philip. 1.* *Cap. 7.*

Di-

A Diſtinguitur ergo hoc auxilium ſpeciale, ab influentia generali: pertinet auxilium ſpeciale ad gratiam redemptionis, pertinet influentia generalis ad gratiam creationis. Quorſum hæc? Id omne boni quod homines homini per ſua naturalia cum generali influentia tribuunt, quidem de gratia & meritis Chriſti ſubtrahunt: nam & naturalia hominis & generalis influentia, ad creationem pertinent, non ad redemptionem, hoc eſt, ad creationis gratiam, non redemptionis. Vbi ſunt ergo, qui in religione Chriſtiana affirmare audent, poſſe homines per ſua naturalia cum ſola generali influentia, mandata Dei exequi, tentationibus reſiſtere, tentationes uincere, bona opera moralia deliberata & uirtuoſa operari, uirtutes morales acquirere, uel uſum ſuarum potentiarum naturalium, moralem deliberatum non malum habere? Nam qui ita dicunt, eo ipſo aſſerunt ſe non debere hæc bona Redemptori, quanquam bene fatentur ſe debere hæc bona Creatori: Eſt uerò blaſpemia contra Chriſtum, huiuſmodi bonorũ Chriſtum non agnoſcere auctorem neceſſarium. Quo'nam modo eo ipſo aſſerunt ſe nõ debere hæc bona Redemptori? Quia dicunt ea poſſe & operari homines per ſua naturalia cum ſola generali influentia Dei: quæ omnia pertinẽt ad creationem, ad Creatorem, &

B quod idem eſt, ad creationis gratiam. Vnde ſi hoc poſſunt ex creatione, non ad hoc indigent redemptione: ſi hæc poſſunt ſolo beneficio Creatoris, nõ ad hoc indigent beneficio Redemptoris. Si hoc inconueniens fugientes, dixerint idigere homines ſpeciali adiutorio Dei ad hæc bona facienda, non ut ea poſſint ſimpliciter, ſed ut ea poſſint facilius: quidem illud tale uerbum, Pelagianum eſt, ut ex relatione Auguſtini in De gratia Chriſti & peccato originali conſtat euidenter, & infra magis dicitur. Omnia ergo bona debemus Deo auctori omnium bonorum, quæcunque habemus, ſpiritalia, naturalia, temporalia, famæ, honoris, fortunæ, cuius uis ordinis ſint; naturalia, gratuita, infuſa, acquiſita, quæ ſumus, quæ operamur, quæ habemus, quæ poſſidemus. Quia ſicut ab ipſo ſumus, ſic omnia bona quæ habemus, ab ipſo recepimus: ipſe nos fecit, ipſe nos perficit. Omnia noſtra bona, ſunt ſua munera. Ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. Vt autem ſapientes ſapienter loquamur, operæ precium eſt uidere, diſtinguere, atque oſtendere, quæ habemus à Deo ſecundum gratiam creationis, & quæ habemus à Deo ſecundum gratiam redemptionis. Gratiæ ergo redemptionis tribuimus omnia illa quæ memorauimus, etiam omnem uſum moralem, deliberatum, uirtuoſum, uel non malum noſtrarum

C naturalium potentiarũ, uel quorumuis aliorum bonorum noſtrorum: Niſi enim redimibiles, aut redempti eſſemus, nullo modo aliquem talem uſum habere poſſemus in potentia propinqua. Maioribus nanque naturalibus præditi ſunt dæmones, altioribus fortioribus, & integris: qui tamen nullum talem uſum ſuorum bonorum habere poſſunt, quia extra redẽptionis limites (uelut noſtri aiunt) irredebiliter peccauerunt. Redemptio igitur uel præuiſa, uel iam exhibita, fecit ſemper & facit, ut homines hæc poſſimus facere, agere, uel operari. Ergo ad ſingulos actus noſtros huiuſmodi morales, deliberatos, meritorios, uirtuoſos, uel non malos, intelligendi, uolendi, operandi indigemus gratia redemptionis, & non ſufficit nobis ſola gratia creationis. Hæc eſt ueritas catholica, quam determinauerunt ſancti Doctores contra Pelagium, & quam ipſe Pelagius cum manus dediſſet patribus in concilio Palæſtino, cõfeſſus fuit. Auguſtino in De gratia Chriſti contra Pelagium & Cœleſtium referente, ita dixit, Pelagius, Anathema qui uel ſentit uel dicit, gratiam Dei qua Chriſtus uenit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, non ſolùm per ſingulas horas, aut per ſingula momenta, ſed etiã per ſingulos actus noſtros non eſſe neceſſariam: Et qui hanc conãtur auferre, pœnas ſortiuntur æternas.

Lib. 1. Cap. 2. tom. 7.

D Eodemq; Auguſtino referente, ipſe Pelagius cum Epiſcopalibus geſtis ſine ulla recuſatione damnauit eos, qui dicunt gratiam Dei & adiutoriũ, non ad ſingulos actus dari, ſed in libero arbitrio eſſe, uel in lege atque doctrina. Gratia ergo Dei facit in nobis hos actus nobiſcum, & nos ſine illa hos actus operari nõ ualemus. Quæ nã gratia Dei nobis ad hos actus exercendos maximè eſt neceſſaria? Eſt gratia Dei, quam nobis meruit Filius eius, Saluator noſter. Rectè quidem: Sed quid ſignificatur per nomen gratiæ, quando dicimus gratiam Dei ad omnes hos actus nobis eſſe neceſſariam? Significatur utique gratia gratum faciens, uel gratia gratis data, uel quodcunque Dei ſpeciale auxilium ad bene operandũ, ſiue adiuuet Deus, aliquod donum creatum infundendo, ſiue immediatè per ſeipſum mouendo uoluntatem ad bene uolendum, ut nec uelit mala, nec excedat nolendo bona, ſiue quocunque alio modo ſpeciali Deus iuuet hominem. Ita nomen gratiæ accepit Gregorius Ariminenſis in ſuo opere ſententiarum, quãdo gratiam Dei prædicauit & probauit eam nobis eſſe neceſſariã ad omnes actus noſtros bonos, uel non malos. Sic etiam & nos accipimus in præſentia. Atque ita accipiendo, hæc doctrina quicquã

Vbi ſup. Cap. 3.

Gregor. Lib. 2. Diſt. 26. Quæſt. 1. Art. 1.

E dubii habere non poteſt, ſatis enim manifeſta, redditur. Modus autem ſpecialis quo Deus per ſeipſum immediatè hominem iuuat, ille quidem dicitur adiutorium Dei ſpeciale; ſed tunc cùm Deus non ſolùm concurrit ad actionem cum homine, ſed ipſum hominem quodammodo præuenit atque præparat ad agendum. Nanque & generalis Dei influxus, largè loquẽdo, quoddam Dei eſt adiutorium ſeu quidam concurſus quo Deus immediatè per ſeipſum nobiſcũ agit, ad ea quæ cum generali influxu agimus: non tamen generalis influxus Dei appellatur ſpeciale Dei adiutorium, neque eſt, neque dicitur. Vel ſpeciale Dei auxilium eſt, quando Deus nobiſcum cõcurrit fortius ſeu abundantius, quàm concurrat, dum ſolam generalem influentiã adhibet. Habet ſpeciale Dei adiutorium neſcio quid peculiare ſupra generalem Dei influentiam, quod ſatis explicatur aliquo modo iſtorum, uel alio quem quærat alius. Vnde ſpeciale Dei adiutorium non ideo ſpeciale dicitur, quia uni uel paucis detur, aut quia his præſtetur & non aliis: ſed ex modo quo Deus nos iuuat, ſeu nobiſcum agit, adiutorium eius ſpeciale aut generale uocatur. Omnibus enim hominibus adultis ſanæ mentis, ſuum ſpeciale adiutorium affatim cõmunicat Deus, ut infra oſtenditur ſuo loco: quia omnes uocat, omnes excitat, omnes præuenit, & omnes præparat ad bonum, quantum eſt ex parte ſua nobis neceſſarium. Non ta-

Part. 2. Lib. 1. per multa.

F men ideo hoc adiutorium, perdit nomẽ adiutorii ſpecialis, propter particularitatẽ quam includit. Quamobrẽ quidẽ ratione perſonarũ quibus datur, generale utique eſt, quia omnibus datur hominibus, ratione autem particularitatis quam includit, iure optimo, ſpeciale uocatur. Speciale etiam dicitur, pro ut diſtinguitur à generali influentia: ut pote quia generalis influentia Dei omnibus communicatur agentibus, etiam merè naturalibus, & quæ ex natura ſua determinantur ad unum; ſed hoc ſpeciale adiutorium, non dicitur communicari niſi ſolis agẽtibus liberis, quæ ſunt indifferentia ad oppoſita. Vnde ex hac eorũ indifferentia, maiori adiutorio uidentur indigere ad aliquod oppoſitorum operandũ, quo adiutorio uel præueniantur ad unum, uel ad illud unum fortius iuuentur: ſaltem quod eſt ueriſsimum, ad illud unum in cuius operatione agens maiorem habet difficultatem, id eſt, in operatione boni. Ad malum enim proni ſunt ſenſus noſtri, & cogitatio cordis humani ad malum magis intenta eſt. Iccirco igitur, ſecundũ hanc Philoſophiam, & ſecundum diuinas ſcripturas ſanctoſq; Doctores, dicimus indigere nos homines hoc

Dei adiutorio ad omnes noſtros bonos actus; hoc eſt, ad omnes noſtros actus morales, deliberatos, uirtuoſos, uel non malos. G Ad alios enim noſtros bonos actus, ſi qui fuerint, ſufficit profectò nobis generalis influentia: id eſt, ad actus noſtros merè naturales, qui naturaliter effluunt ex noſtris naturalibus potentiis. Ad merè enim naturales, determinati ſumus natura, ſicut ignis natura ſua, determinatus eſt ad ſuos: ad morales autem actus noſtros, non item. Pendent morales actus noſtri à uoluntate noſtra, quia aliàs non eſſent morales: ibi enim incipit genus moris, ubi primùm reperitur iudicium rationis & imperium uoluntatis. Reperitur inquam, uel aptum natum eſt reperiri. Ad illos igitur actus noſtros morales eiuſmodi, quidem indifferentes ſumus: poſſumus nanque illos uelle uel nolle: & quoque poſſumus uelle illos, uel oppoſitos. Itaque quia ſumus indifferẽtes ad noſtros actus morales bonos, & quia poſt peccatum procliues ſumus ad actus noſtros malos, ut pote quia non degit nobiſcum bonum, cum habeamus aliam legem in membris noſtris repugnantem legi mentis noſtræ, quia ualde ſumus propenſi ad ſenſus oblectamenta, atq; ad utilia quæ commodi affectioni iunguntur, & quia fomitem peccati habemus quaſi immanem Tyrannũ & inſatiabilem pro uiribus adnitentem omnes ad ſe actus noſtros pellicere, protrahe H req; iuxta & fœdare: conſequitur neceſſariò quod ſpeciali Dei adiutorio indigemus, quo uel præueniamur, uel fortius iuuemur, ad bonum bene faciendum. In hoc igitur, auxilium Dei ſpeciale, à concurſu Dei generali diſtinguitur: & hoc ſpeciale Dei auxilium, eſt illa Dei gratià qua credimus nos indigere ad uſum moralem deliberatum uirtuoſum uel non malum noſtrarum naturalium potẽtiarum parandum: intellectus, memoriæ uoluntatis, aut aliarum. Hæc gratia Dei facit ut uelimus bonum ex affectione iuſtitiæ: eadem quoque in cauſa eſt ut non excedamus uolendo bonum, quod uolumus ex affectione commodi: hæc nobis præſtat iuſtitiæ honeſtatem dilectam, & commodi affectionem temperatam, & ad mediocritatem redactam. Quod inſuper primum eſt, hæc facit ut moraliter, deliberatè, uirtuosè, uel non malè, quæ facienda, & quæ uitanda ſunt cognoſcamus. Omnia noſtra opera huiuſmodi, tum interna, tum externa, pertinent in nobis ad gratiam Chriſti Saluatoris noſtri, ut iam ſatis demonſtratum eſt; ſed quid ſit ipſa eius gratia, & hoc ipſum iam indicauimus. Eſt enim uel gratia gratum faciens, uel gratia gratis data, uel quodcunque Dei ſpeciale adiutorium

A rium ad bene operandum : ſiue adiuuet, ali-
quod donum creatum infundendo , ſiue im-
mediatè per ſeipſum mouendo uoluntatem
ad bene uolendum , ſiue quocunque alio mo
do ſpeciali iuuet hominem . Eſt quædam gra
tia Dei , qua ipſe gratis nos aptat in quouis
opere bono ut faciamus illud , ut dicit Apo-
Hebr.13. ſtolus ad Hebræos , Deus autem pacis , qui
eduxit de morte Paſtorē magnum ouinm in
ſanguine teſtamenti æterni , Dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum: aptet uos in omni bo
no , ut faciatis eius uoluntatem , faciens in
uobis, quod placeat coràm ſe per Ieſum Chri
ſtum . Eſt quædam gratia Dei qua ipſe gratis
facit ut nos faciamus mandata ſua , ſicut ipſe
Ezech.36 dicit per Ezechielem, Et Spiritum meum po
nam in medio neſtri , & faciam , ut in præce-
ptis meis ambuletis , & iudicia mea cuſtodia
tis & operemini. Eſt quædam Dei gratia quæ
certè neceſſariò intelligitur uel ut nos præue
niens , uel ut nos fortius iuuans , quàm fa-
ciat generalis influentia . Hanc gratiam hoc
pacto acceptam prædicauerũt Patres ſanctiſ-
ſimi & doctiſsimi contra Pelagium : qui uti-
que Pelagius haud quaquam negabat genera
lem Dei influentiã neceſſariam omnibus cau
ſis ſecundis ad omnes & ſingulos effectus ea-
rum , & ad gratiam creationis pertinentem :
ſed putans eam eiuſmodi influentiam genera
lem ſufficere , negabar indigere nos ſpeciali
B adiutorio gratiæ Chriſti ad parandum uſum
noſtrarum naturalium potentiarũ moralem,
deliberatum , uirtuoſum ; uel non malum ,
intelligendo , uolendo , operando : Coutra
ipſam Pelagii impietatem fortiſsimè & pro
uirili pugnauerunt Patres , & contra Pelagiũ
hanc Dei gratiã in Chriſto Ieſu Domino no-
ſtro; introduxerunt, in diuinis ſcripturis fre-
quentiſsimè commendatam : Eſt igitur de
fide hæc gratia : ideſt , eſt ponenda ſecundum
fidem , fideiq; doctrinam . Sunt nihilominus
illæ magnæ congruentiæ , quæ hoc ipſum uel
probant, uel declarant: noſtra libertas ſeu
indifferentia ad oppoſita , ad bonum uel ad
malum : noſtra ignorantia rerum agendarũ
ſecundum Deum , rationem , legem , & ho-
neſtatem : noſtra infirmitas ad uolendum bo
num ; uel odio proſequendum malum, quod
nouimus , ad bonum faciendum, aut malum
deuitandum: noſtra caro concupiſcens aduer
ſus ſpiritum ; noſtrum corpus corruptibile
quod aggrauat animam , & deprimit ſenſum
multa cogitantem : noſter fomes peccati ; no
ſtra pronitas ad malum noſtra uaga cogita-
tio : noſtra ſenſualitas , quæ eſt quaſi tyrãnus
mentis noſtræ ; ſeu quod idem eſt , ſenſus cor
rupti , qui nec iudicium rationis nec impe-
tium uoluntatis expectant , nec illi ſtatim
obtemperant ad nutum , ſed tum rationem, C
tum uoluntatem præueniunt , cum illis pu-
gnant , ad delectabilia ſenſus ualde inclinan-
tur , & commoditatem pro uiribus , dele-
ctationem uel utilitatem ſequuntur ; iuſti-
tiam , ſeu affectionem iuſtitiæ penitus igno-
rantes . Quomodo igitur in hoc bello po-
ſiti , non indigemus Dei ſpeciali adiutorio
uel nos præueniente , uel fortius iuuante
ut bonum faciamus moraliter , deliberatè ,
uirtuosè , uel non malè , intelligendo , uo-
lendo , aut operando ? Præſertim quia id non
poſſunt dæmones in potentia propinqua ,
qui tamen habent perfectiora naturalia , al-
tiora , fortiora , & integra : ſimul & genera-
lem influxum , quo intelligunt , uolunt ,
operantur . Sed quicquid ſit de dæmonibus ,
ſiue illi habeant generalem influxum ad bo-
num , ſeu quoad bonum , ſiue non : ſiue in il-
lis ſufficiat generalis influxus ad bonum o-
pus morale , deliberatum , uirtuoſum , uel
non malum: ſiue in illis non ſufficiat; quidem
nullo modo ab ipſis ad nos , ualidum poteſt
duci argumentum : quòd ſi illi cum generali
influxu poſſunt habere uſum moralem , deli
beratum, uirtuoſum, uel non malum ſuarum
potentiarum naturalium , nos quoque cum
ſolo generali influxu poſsimus habere u-
ſum moralem deliberatum , uirtuoſum , uel D
non malum naturalium potentiarum noſtra-
rum . Sunt enim ſua eorum naturalia , altio-
ra , perfectiora, & fortiora ex natura rei ſecun
dum gratiam creationis: atque ipſi neque cor
pus habent , nec ſenſus , nec ſenſualitatem ,
nec legem in membris repugnantem legi mẽ
tis . Vnde non ualet argumentum affirmati-
uè , ut ſi illi poſſunt , nos quoque poſsimus :
Valet tamen argumentum negatiuè , ut ſi il-
li non ualent , nos quoque non ualeamus. Ta
lis eſt locus communis , à maiori , ad minus :
à magis forti , ad minus forte . Idcirco igitur ,
quicquid ſit de illis , hoc quod diximus ſine
dubio eſt de nobis : Non ſufficit nobis gene-
ralis influxus pertinens ad gratiam creatio-
nis , ſed indigemus Dei ſpeciali auxilio perti-
nente ad gratiam redemptionis , ut habea-
mus uſum noſtrarum potẽtiarum moralem ,
deliberatum , uirtuoſum , uel non malum .
Abſcedat ergo Pelagius . Angelus in puris na
turalibus creatus ſi ſit modo , quamuis pote-
ſtatem habeat cum generali influxu ſolo, cir-
ca bonum : profectò nihil aliud poterit , niſi
habere uſum ſuarum potentiarum moralẽ ,
deliberatum, uirtuoſum, uel non malum : &
hæc erit ſumma totius ſuæ poteſtatis , cum ſo
la generali influentia , ut conſtat omnibus .
Quis ergo audebit dicere , quòd homo lap-
ſus , corruptus , deprauatus , ex anima ratio-
nali

E nali & corpore corruptibili conflatus, ſenſibus corruptis prædictus, ſonte peccati & uaga cogitatione præpeditus, id ipſum poſsit cum ſola generali influentia habere uſum ſuarum potentiarum moralem, deliberatum, uirtuoſum uel non malum? Audeat qui uelit, de ſua agetur conſcientia, ipſe in diſcrimen adducetur: Nos enim non audemus talia, nec talia audere uolumus. Pietas eſt etiam in cauſa, quam profectò ſequuntur, qui talia non audent. Gratiam Chriſti nolumus toto conatu mentis, illam prædicamus, illam cõmendamus. Influentia Dei generalis pertinet quidem ad naturalia hominis, & ut doctores quoque oppoſitum tenentes dicunt, pertinet ad gratiam creationis: eiuſdemq́; generis & modi eſt in omnibus cauſis ſecundis, uel circa illas: nec intelligitur ut præueniens cauſas ſecundas in ſuis actionibus, ſicut conſtabit ſtatim omnibus uiris ſapientibus, ſi modo conſiderauerint influxum generalem cauſæ primæ in cauſas ſecundas quoad effectus earum, ſecundum philoſophiam Ariſtotelis. Poſuit enim ipſe cauſam primam, cauſam eſſe uniuerſalem; immo etiam uniuerſaliſſimam, præ aliis cauſis uniuerſalibus inferioribus à prima: Ipſam tamen cauſam primam credidit ipſe non liberam, ſed merè natura-

F lem: cui nihilominus tribuit influxum quoad omnes cauſas ſecundas, & neceſſariam dependentiam earum cauſarum ſecundarum in omnibus ſuis actionibus à prima cauſa. Nũc, quæſo, quis non uideat, quòd ſi cauſa prima, eſt uniuerſalis, eſt quoque ad ſuos effectus particularis indifferens? Rurſus quis non uidet, quòd ſi cauſa prima, eſt mere naturalis, & non libera, cum ſit uniuerſalis & ad ſuos effectus indifferens, nullum effectum particularem habere poterit, niſi ab aliqua cauſa particulari determinetur? Qualem ergo influxũ intelligitur Ariſtoteles poſuiſſe in cauſa prima, circa cauſas ſecundas? Talem quidem, qui non intelligatur ipſas cauſas ſecundas ad ſuas actiones præuenire, ſed ſolùm cum ipſis cauſis ſecundis ad ſuas actiones concurrere: unde cauſæ primæ, ratione ſecundarum cauſarum, dabat Ariſtoteles ſocietatem & primatum in agendo, non tamen præuentionem. Quinimmo communis erat philoſophia, cauſam uniuerſalem, nullum effectum habere poſſe, niſi per cauſam particularem determinata eſſet. Ecce qualem intelligimus Dei concurſum, quando intelligimus Dei generalẽ influxum: generalem enim Dei influxum poſuit Ariſtoteles, ſed nullo alio modo quàm hoc: qui eſſet influxus ſolùm concomitans, non præueniens: & qui concurreret cum cauſa ſecunda, ad modum cauſæ ſecundæ.

G Niſi quod nos Chriſtiani intrepidè credimus, certoq́; ſcimus, ſecundum ſcientiam nobis diuinitus reuelatam, liberam eſſe cauſam primã in omni ſua actione ad extra, libereque eam concurrere cum cauſis ſecundis, ſiue quantum ad auxilium ſpeciale, ſiue etiam quantum ad concurſum ſeu influxum generalem. Verùm hoc Dei ſpeciale auxilium, non ſolùm ſignificat, Deum nobiſcum concurrere aut nobis eo pactò influere: ſed potius Deũ nos præuenire, atq; præparare ſignificat. Vnde non ſolùm ſignificat Dei concurſum aut quam dicunt concomitantiam in agendo, ſed potius Dei præuentionem ac præparationem. Indiget homo in omni actione ſua mala, Dei concurſu & generali influxu, ſine quo non poterit homo malum cognoſcere, cogitare, uelle, aut operari, ut conſtat: quia prorſus nullam actionem poteſt habere cauſa ſecunda, ſine concurſu cauſæ primæ. Nullo tamen modo ille influxus generalis quo Deus ſic concurrit cum homine ad malam actionem, dicitur auxiliũ Dei: nec dicitur Deus iuuare nos ad malum, qui tamen dicitur concurrere nobiſcum ad actionem malam: non pro ut eſt mala & defectus quidam, ſed pro ut eſt, uel habet quid poſitiuum. Hoc autem auxilium, ſeu hic Dei concurſus quo indigemus & quo Deus nobiſcum concurri ad bonũ, uerè apud omnes dicitur Dei auxilium, Deiq́; adiutorium. H

SALVATOR noſter eſt Creator, & ipſe eſt Redemptor, ut dictum eſt & conſtat: ipſe eſt principium & caput creationis, ac ipſe eſt principium & caput redemptionis. Sicut ergo ab ipſo tanquam à creatore habemus omnia quæ pertinent ad creationem, ſic ab ipſo tanquam à Redemptore habemus omnia quæ pertinent ad redemptionem, ſalutem, reparationem, reformationem. In hac ueritate profectò non poteſt eſſe differentia inter Chriſtianos homines, nedum inter Chriſtianos doctores. Quæ ſunt autem hæc quæ in nobis pertinent ad noſtram reparationem, redemptionem, ſalutem, reformationem? Sunt profectò omnia bona, quæ in nobis reperiuntur ſuper noſtra bona naturalia. Primus nanque parens Adam poſt peccatum & per peccatum, uulnus excepit in naturalibus bonis, ac ſpoliatus fuit gratuitis: noſq́; eius poſteri ſecundum legem communem Dei, uenientes, ſic concipimur, ſicq́; naſcimur. Supereſt igitur ut omnia bona quæ in nobis reperimus aut credimus noſtris naturalibus ſuperaddita, noſtro Redemptori, Saluatori, ac reformatori tribuamus: ueluti omnia diuinitus infuſa, & omnia moralia cum adiutorio Dei deliberatè acquiſita. Hæc eſt ueritas Chri-

A Chriſtiana, quæ nititur pietate, diuinarum ſcripturarum authoritate, ſanctorum doctorum conformi ſententia; & quidem antiquitate: à temporibus enim Pelagii; ut pote quia tunc cœpit magis urgere neceſsitas, cœperunt doctores ſancti pro hac ueritate contra Pelagium magis & manifeſtius clamare, gratiam Chriſti, atque eius extenſionem oſtendentes et commendantes. Si autem hæc omnia tribuimus Saluatori noſtro principaliter agenti, ut quidem tribuere debemus: iam conſtat manifeſtè, quòd ad hæc, ſpeciali Dei adiutorio indigemus. Sicut enim Redemptor addit aliquid ſpeciale ſuper Creatorem, & ſicut gratia redemptionis addit aliquid ſpeciale ſuper gratiam creationis, ut eſt notiſsimum: ſic auxilium Redemptoris & redemptionis, addit aliquid ſpeciale ſuper Creatoris & creationis auxilium. In quo conſiſtit hæc ſpecialitas? Iam dictum, iamq; declaratum eſt ſatis. Sanctus Thomas mouet quæſtionem, Vtrùm uoluntas moueatur à Deo ſolo ſicut ab exteriori principio? Reſpondet affirmatiuè, quòd à ſolo Deo: probatq; ex eo Apoſtoli loco, Deus eſt qui operatur in uobis uelle, & perficere. De clarando autem quomodo Deus mouet uoluntatem ad bonum ut motor uniuerſalis, & quomodo ut motor ſpecialis. ait, Dicendũ quòd Deus mouet uoluntatem hominis, ſicut uniuerſalis motor ad uniuerſale obiectũ uoluntatis, quod eſt bonum: & ſine hac uniuerſali motione homo non poteſt aliquid uelle, ſed homo per rationem determinat ſe ad uolendum hoc, uel illud, quod eſt uerè bonum uel apparens. Sed tamen interdum ſpecialiter Deus mouet aliquos ad aliquid determinatè uolendum, quod eſt bonum: ſicut in his quos mouet per gratiam, ut infra dicetur. Hæc ille. Ecce duos modos quibus Deus mouet animam ad bonum: quia ut motor uniuerſalis mouet animam ad bonũ uniuerſale, & ipſa anima deinde mouet ſe aut determinat ad bonum particulare, uel homo ſe determinat per illam: ut motor autem ſpecialis mouet hominem ad bonum aliquod determinatè uolendum, hoc, uel illud, & cætera. Et declarat hunc modum ultimum, dicens, Sicut in his quos mouet per gratiam. Cum autem ſanctus Thomas fateatur, indigere nos auxilio gratiæ ad bonum moraliter uirtuoſum, ut ſupra poſuimus ex Capreolo: ſequitur quòd hoc tale auxilium ſpeciale intellexit requiſitum, quòd uoluntatem moueat ad bonum determinatè uolendum. Sic diſtinguuntur hæ duæ motiones, uniuerſalis, & ſpecialis, gratiæ creationis, & gratiæ redemptionis: ut illa ſit ad bonum in communi,

S. Tho. Prima 2. quæſt. 9. Art. 6.

Philip. 2.

B

qua anima poſtea poſsit ſe determinare ad bonum in particulari: hæc uerò ſit determinatè ad bonum particulare. Vt declarat ſanctus Thomas. C

CVM RES qua de agitur magni admodum ponderis ſit, libet de ea latius agere materiem omnem à primordiis ipſis, deducendo: ut conſtet magis quo pacto indigemus auxilio Redemptoris ad noſtras bonas actiones, non ſecus ac indigemus concurſu generali Creatoris ad noſtras actiones quaſcunque. Fuit olim quæſitum, Vtrùm Deus ſit prima & immediata cauſa omnium effectuum, ſeu omnium actionum cauſarum ſecundarum? Vel, Vtrùm Deus cuiuſlibet entitatis poſitiuæ ſit cauſa immediata? Quantum ad hanc quæſtionem pertinet, olim iam inde à priſcis temporibus exortus eſt error eorum, qui grauiter hallucinati, nec leuiter delinquentes contra Dei naturales perfectiones, Deum ipſum putabant non coagere immediatè ad actiones cauſarum ſecundarum, ſaltem ad actiones contingentes earum, nec cognoſcere ſingularia uariabilia, nec habere curam ſeu prouidentiam priuatim de ſingulis, ſed in communi de omnibus immediatam uel mediatam: quem errorem refert diuus Iob, illorum qui dicebant, Circa cardines cœli ambulat, & noſtra non conſiderat. Quæ hæreſis maiorem in partem iam abolita eſt, deq; mentibus hominum dilapſa eſt, propter uerìſsimam Philoſophiam Chriſtianam ſubintroductam, atque receptam. Durandus tamen de ſancto Portiano, ſua ſolita facilitate & audacia eum errorem quodammodo ſecutus, uel ſaltem illi propius accedens, aſſerit, quòd ea quæ fiunt à Deo mediantibus cauſis ſecundis, non fiunt ab eo immediatè, ſed ſolùm mediatè, conſeruando naturam & uirtutem, cauſæ ſecundæ. Alii circa hanc quæſtionem alio modo cœcutiunt, dicentes, Deum cauſare omnia entia ſine medio: tanquam Deus ſolus agat, & nulla cauſa ſecunda coagat, uel quicquam operetur. De quibus Commentator Auerroes ita inquit, Moderni ponunt unum agens, omnia entia cauſare ſine medio, ſcilicet Deũ: & conuenit illis dicere, ut nullum ens habeat actionem propriam naturaliter: & cum entia non habuerint actiones proprias, non habebant eſſentias proprias, ſiue potentias: actiones enim non diſtinguũtur niſi per eſſentias diuerſas. Et hæc opinio maximè abeſt à natura hominis eiq; eſt inſolens. Alii etiã in huius diſquiſitione rei, alio modo errauerunt: qui cùm uerè docuiſſent, cauſas ſecundas naturales indigere concurſu Dei immediato ad ſuas actiones, omnes, & ſingulas:

Iob 22.

D

Durãd. Lib. 2. Diſt. 1. Quæſ. 5.

Error Durãdi.

Error aliorum.

Cõmẽta. Auerr. 9. Meta. comm. 7.

Error aliorum.

E dixerunt, Deum non eſſe cauſam immediatã effectiuam actuum uoluntatis, ſed ſolam uoluntatem tanquam uoluntas creata ſit (ut inquiunt) totalis cauſa, & immediata ſui uelle, uſque adeo ut Deus ratione illius non habeat aliquam efficientiam immediatam, ſed tantum mediatam: puta ratione uoluntatis: & ita eum eſſe tantum cauſam cauſæ, & non immediatè cuiuſlibet cauſati. Sic refert Gabriel Biel. Et fortè ille fuit error Pelagii & Pelagianorum. Alii fuerunt qui circa idem malè docentes, licet mitius, tamen non ſine errore, aſſeruerunt, malas actiones uoluntatis, quæ peccata ſunt, ſecundum nullã rationem ex Deo auctore eſſe: quem errorem multorum refert Magiſter, & contra quem ſpecialiter in capite ſequenti dicuntur nonnulla. His tamen erroribus non obſtantibus, in unam atque eandem conſpirans ſententiam, nunc ueriſsimè exiſtimat tota ſchola Chriſtiana, Deum optimum maximum, eſſe cauſam omnium & ſingularum actionum, cauſarum ſecundarum, tum naturalium, tũ liberarum: cauſam, inquam, & mediatam, & immediatam: Non quaſi Deus ſolus agat omnes effectus cauſæ ſecundæ: ſed quia nullum effectum poteſt producere cauſa ſecunda, niſi cum illa, immediatè concurrat cauſa prima: utraque immediatè agente.

Lib. 2. Diſt. 37. Qua. 1. Notab. 1.

Error aliorum.

Lib. 2. Diſt. 37.

Sentẽtia uera, de actione Dei in actionibus creaturarum.

F Hæc eſt perſpicua rei ueritas, & uera Philoſophia Chriſtiana. Huc ſpectat quod ſanctus Thomas dicit, Vſus autem quilibet, quendam motum importat: largè accipiendo motum, ſecundum quòd intelligere & uelle motus quidam eſſe dicuntur, ut patet per Philoſophum. Videmus autem in corporalibus, quòd ad motum non ſolùm requiritur ipſa forma, quæ eſt principium motus uel actionis, ſed etiam requiritur motio primi mouentis. Primum autem mouens in ordine corporalium, eſt corpus cœleſte. Vnde quãtumcunq; ignis habeat calorem perfectum, non alteraret niſi per motionẽ corporis cœleſtis. Manifeſtum eſt autem, quòd ſicut motus omnes corporales reducuntur in motũ cœleſtis corporis, ſicut in primum mouens corporale: ita omnes motus tam corporales, quàm ſpirituales reducuntur in primum mouens ſimpliciter, quod eſt Deus. Et ideo quãtumcunque natura aliqua corporalis uel ſpiritualis ponatur perfecta: non poteſt in ſuũ actum procedere: niſi moueatur à Deo: quæ quidem motio eſt ſecundum ſuæ prouidentiæ rationem, non ſecundum neceſsitatem naturæ, ſicut motio corporis cœleſtis. Non ſolùm autem à Deo eſt omnis motio, ſicut à primo mouente: ſed etiam ab ipſo eſt omnis formalis perfectio, ſicut à primo actu. Sic igitur actio intellectus & cuiuſcunque entis creati dependet à Deo, quantum ad duo: uno modo, inquantum ab ipſo habet perfectionem ſiue formam, per quam agit: alio modo, inquantum ab ipſo mouetur ad agendum. Hæc ille. Alibi ipſe (quod ad rem pertinet) probat ex Auguſtino in De Trin. quòd uoluntas Dei, eſt cã omniũ motuũ; & quòd actus peccati, eſt ens & eſt actus, & ex utroque habet quòd ſit à Deo: quo loco etiã multa dicit pro hac eadem ueritate, ex quibus ſpecialiter agitur in capite ſequenti. Pro qua etiam uideri poteſt idem auctor ſanctus, aliàs frequenter, ut in eadem parte, & in ſcriptis, & contra Gentiles, & in quæſtionibus de malo. Omnium igitur actionum cauſarũ ſecundarum Deus eſt etiam immediata cauſa, quantum ad poſitiuum ipſarum actionũ.

S. Tho. Prim. 2. queſ. 109. Art. 1.

Ariſtot. 3. de anima.

G

Auguſt. Lib. 3.

S. Thom. Prim. 2. Qua. 79. Art. 2.

Qua. 80. Art. 1.

li. 2. d. 40 q. 4. ar. 2. d. 42. q. 2 art. 1. d. 37. q. 2 d. 44. q. 1.

Lib. 3. Cap. 162.

Queſt. 3. Art. 2.

Scotus * ad hanc ueritatẽ, & contra errores præcedentes, & priuatim contra illum quo aſſeritur, uolũtatem creatam, eſſe cauſam totalem & immediatam effectiuam ſui uelle, ait, Si Deus non eſſet cauſa immediata uolitionis, Deus non eſſet præſcius futurorum contingentium. Conſequens falſum. Probatur conſequentia, quia nullius eſt præſcius niſi quod certitudinaliter nouit. alioquin ſcientia eius eſſet fallibilis: ſed actum uoluntatis contigentem non poteſt certè ſeu determinatè noſcere; quia quancunque partem contradictionis noſcet, poteſt uoluntas in oppoſitum ſi fuerit totalis cauſa ſuæ uolitionis. Item, Sic non eſſet omnipotens. Conſequẽs eſt contra articulum fidei. Probatur conſequentia; quia quicquid uult omnipotens, hoc fit: ſed ſi uelit uolitionem meam fore, & illa eſt in poteſtate uoluntatis meæ, tanquam totalis cauſæ contingenter ſe habentis ad illam, poteſt eam non elicere: & ita non fiet, quod Deus uult fieri. Ergo non eſt Deus omnipotens. Similiter, Si uolitio mea eſt totaliter in poteſtate mea, non poteſt impediri à Deo: & ſic poſſet eſſe, Deo nolente eam eſſe. Item, uoluntas omnipotens producit uolitum in eſſe, quando uult ipſum eſſe: & per conſequens uolendo uolitionem meam eſſe, ipſam producit in eſſe: igitur nõ producitur à uoluntate creata tanquam à cauſa totali. Gabriel Biel quantum pertinet ad hanc ueritatem quam ſequitur cum ſancto Thoma, Scoto, & ueritate, tenet, ponitq; & explicat ſequentes concluſiones. Prima eſt, Deus eſt prima cauſa efficiens omniũ effectuum immediata immediatione cauſæ, ideſt, non ſolùm, quia eſt cauſa cauſæ illorum effectuum, ſed quia etiam ipſe omnes effectus ſua actione directè attingit. Secunda eſt, Deus eſt cauſa prima omnium primitate perfectio-

** Scotus. Lib. 2. Diſt. 37.*

H

Gabriel Lib. 2. Diſt. 1. queſ. 2. Art. 2.

A fectionis & illimitationis. Tertia eſt, Deus
eſt cauſa prima duratione: ideſt, præcedens
ſecundum naturam, omnem aliam cauſam.
Quarta eſt, Deus non eſt prima cauſa omniū,
ſic quòd prius duratione cauſet, & poſterius
duratione cauſet cauſa ſecunda. Quinta eſt,
Deus poteſt eſſe prima cauſa effectiua omnium
abſolutorum duratione, ſic quòd prius
duratione cauſet: ita ut iam non habeat cauſa
ſecunda, niſi conſeruare effectum, ſi egeat
cõſeruatione ſua. Probat quintam concluſionem,
quia Deus eminenter habet in ſe cauſalitatem
effectiuam omnium cauſarū ſecundarum;
ideo poteſt ſupplere omnē earum cauſalitatē:
& ſe ſolo poteſt producere in genere
cauſæ efficientis, quicquid poteſt producere
cū cauſa ſecunda. Probat quartā, quia Deus
non præuenit cauſando cauſas ſecundas ſecū
cõcauſantes: ita quòd in aliquo inſtanti uel ſigno
cauſet, nulla cauſa ſecunda cõcurrēte, &
poſtea cū ea cõcauſaret. Patet hoc ad ſenſum,
quia res, ut inquit, ponuntur in eſſe ad præſentiam
ſecundæ cauſæ, & non in aliquo prio
ri inſtanti uel ſigno, ſine præſentia earum.
Probat tertiam, quia ſecundum naturam ſuā
Deus præcedit duratione omnes cauſas ſecundas
& effectus. Fuit enim ab æterno,
quod nulli alteri conuenit. Probat ſecundam;
quia Deus eſt perfectior omnibus; & eſt cau
B ſa omnium effectuum: quod nulli conuenit
Ioan.1. alii. Probat autem primam latins, ſic. Omnia
per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum
In ſymbo eſt nihil. Et in Symbolo Niceno, Credo in u-
lo Niceno. num Deum, Patrem omnipotentem, factorem
cœli & terræ: uiſibilium omnium, & inuiſibilium.
C. firmiter. Atque extra de Summa Trinitate
& fide catholica. Ipſe Creator omnium uiſibilium,
& inuiſibilium, ſpiritualium & corporalium.
Ad Romanos etiam, Ex ipſo, & per
Rom.11. ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Adnotat etiam
& optimè, quòd cùm ſola cauſa immediata
ſit propriè & uniuocè cauſa: quoties in diuinis
ſcripturis Deus dicitur cauſa rerum, pro
priè accipiendo uerbum, non de ſola cauſa
mediata, ſed de cauſa immediata intelligitur.
Guillelm. Guillelmus Ockan aſſentitur his omnibus,
Ockan. Eandemq; ueritatem probat ſic, Magis de-
Lib.2. pendet quilibet effectus à ſimpliciter primo
Quæſ.4. & illimitato ſimpliciter, quàm à cauſa ſecun
& 5. dam, cùm primum ſimpliciter ſit perfectiſſimum,
immo in infinitum perfectius quacunque
ſecunda cauſa ſecundum quid illimitata
& imperfecta: Sed ad ſenſum patet, quod effectus
dependet à cauſa ſecunda uniuerſali limitata,
ita quòd non producitur niſi illa cauſa
uniuerſalis ſit præſens & immediatè cauſans.
Nam quantumcunque agens particulare
approximetur paſſo certo hic inferius, ta

men niſi Sol ſit in debita approximatione illi C
paſſo, nunquam cauſa particularis inferior
producit illum effectum: ſtante etiam, quòd
cauſa particularis conſeruetur à Sole. Patet
de effectibus productis à Sole, dum accidit
ad nos tempore æſtatis. Ideo ſequitur quòd
Sol ſit cauſa immediata talis effectus interius
producti. Igitur multo magis dependet effectus
à Deo, tanquam à cauſa immediata. Si
diceres, Bene probatur, quòd ad productionem
effectus, requiritur, præſentia Solis, &
per conſequens præſentia Dei: ſed non probatur
per hoc, quòd Deus uel Sol ſit cauſa ta
lis effectus. Contra, Illud tollit omnem uiā
probandi unum eſſe cauſam alterius. Si enim
dicis quòd calor in igne eſt cauſa caloris in ligno,
dicam quòd non, ſed tantum requiritur
præſentia ignis ad productionem caloris in ligno.
Sed ex hoc non ſequitur cauſalitas ignis,
reſpectu caloris in ligno. Vnde ex nullo alio
medio probari poteſt, quòd ignis ſit cauſa caloris
in ligno, & albedo parietis non ſit cauſa
albedinis in medio: niſi quia ad præſentiam
ignis, ſequitur & incipit eſſe calor in ligno, &
ad præſentiam albedinis, nō ſequitur albedo
in medio. Item ad principale, Suſpenſio actionis
in camino non uidetur aliud quàm Deū
non coagere immediatè ad producendum calorem
ſuum. Fuit enim natura ignis ibi conſeruata.
Sed quia Deus non concurrebat im- D
mediatè cum igne, ignis non potuit agere.
Eſt igitur Deus cauſa immediata. Ad idem
Ockan alibi ita deducit, Niſi Deus eſſet cau *Quoli.3.*
ſa omnium, aliud à Deo eſſet incauſatum, uel *Quæſ.1.*
eſſet proceſſus in infinitum in cauſis: quia accipio
quod ponis non cauſari à Deo, Quæro,
utrùm eſt cauſatum uel incauſatum? Si ſecundum,
habetur illatum. Si primum, Quæro,
à quo? Si à Deo, habetur intentum. Si ab alio,
ſic erit proceſſus in infinitum. Ad idem *Quoli.2.*
rurſus procedit idem auctor alibi. Quia niſi *Quæſ.1.*
Deus eſſet cauſa efficiens uel mouens effectiuè
alicuius effectus, uidetur quòd fruſtra po
neretur in uniuerſo. Ecce in hanc ueritatem
unanimes conueniunt omnes illi doctores,
ſanctus Thomas, Scotus, Ockan, Gabriel;
qui in aliis multis ſolent non parum diſcrepare.
Vt quidem omnes hic fateantur, Deum
eſſe cauſam primam, & immediatam omniū
effectuum, ſeu omnium actionum cauſarum
ſecundarum, particularium, uel uniuerſalium.
Sicuti Auguſtinus longo tempore ante *Auguſt.*
illos, in ſuis De Trinitate, uerius attribuit *Lib.2.*
cauſalitatem inferiorum Deo, quàm cauſis
ſecundis. Si autem dixerit quiſpiam, Quomodo
igitur dicit Auguſtinus in De ciuitate *Lib.7.*
Dei. Sic Deus res quas condidit adminiſtrat, *Cap.30.*
ut eas agere ſuos priores motus ſinat? Re-
Ii 2 ſpon-

E ſpondemus, Non quaſi cauſa ſecunda poſsit agere, uel agat ſine Deo concurrente aut coagente: ſed quia Deus regulariter non adhibet uim cauſis ſecundis, nec eas neceſſariò agere cogit, nec naturales modos agendi earum regulariter mutat, nec eas regulariter à ſuis actionibus auocat aut impedit: immo regulariter cum eis concurrit ſecundum modos earum, diſponens omnia ſuauiter; nt cauſa neceſſaria, maneat neceſſaria; cauſa contingẽs, maneat contingens; & cauſa uoluntaria ſeu libera, maneat uoluntaria ſeu libera. Hæc eſt doctrina Auguſtini, fuitq́; mens eius, ut conſtat in multis locis operum eius. Etenim *In lib. de moribus.* contra Manichæum, ait, In Catholica Eccleſia dicitur omnium naturarum atque ſubſtantiarum eſſe auctorem Deum. Nanque ut declarat ante hæc uerba, Ipſa natura, nihil aliud eſt, quàm quod intelligitut in ſuo genere aliquid eſſe: ideſt, ſiue dicatur eſſentia, ſiue entitas, ſiue res: ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens. *Ioan. 1.* Alibi etiam exponens illud, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. *In libro de natura boni.* dicit, Id eſt ſine ipſo non eſt factnm aliquid. Et in De ciuitate Dei, *Lib. 12. cap. 5. tom. 5.* Deus, inquit, ſummè eſt, & ab hoc & ab illo facta eſt omnis eſſentia, quæ non ſummè eſt: quia neque illi æqualis eſſe debet, quæ de nihilo facta eſt: nec ullo modo eſſe poſſet, ſi ab illo facta non

F eſſet. Ad hanc neritatem manifeſtè pertinet, *Hebr. 1.* quòd Deus Optimus Maximus cõſeruat immediatè omnia: ſicut legimus, Portans omnia uerbo uirtutis ſuæ. *Gloſ. ibi.* Vbi Gloſſa ait, ſicut ab eo creata ſunt omnia, ita per eum immutabilem conſeruantur. *Sap. 11.* Alibi iterum, Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu uoluiſſes: aut quod à te uocatum non eſſet, conſeruaretur? Vbi uult ſapiens, nihil conſeruari niſi uocatum à Deo: uocare autem Dei, eſt producere rem in eſſe. Quemadmodum igitur Deus, omnia immediata conſeruat: ita profectò omnia immediatè producit: tum, quia conſeruare, eſt quodammodo producere: tum quia magis uidetur repugnare creaturæ ſine Deo produci, quàm ſine Deo conſeruari, ut conſtat omnibus. Ideo ſicut repugnat creaturæ conſeruari ſine Deo immediatè conſeruante: ſic & multo magis repugnat creaturæ produci ſine Deo immediatè prodncente.

DEVS igitur eſt prima cauſa omnium effectuum qui producuntur, omniumq́; actionum cauſarum ſecundarum, primitate perfectionis, primitate illimitationis, primitate durationis, modis iam dictis, iamq́; explicatis, & probatis. Eſtq́; Deus cauſa immediadi omnium effectunm & actionum eiuſmota, ut eſt ſatis demonſtratum. Libet nihilominns his quædam obiicere, obiectaq́; mox ſol- G uere ut hoc pacto ueritas magis eluceſcat, quæ tamen iam ex dictis admodum conſtat. Obiicitur autem primùm cõtra immediationẽ cauſæ primæ; quia prima cauſa agit mediãte ſecunda, igitur cauſa ſecunda mediat. ergo prima non eſt immediata. Item, ſi ſic, tolleretur ordo in cauſis eſſentialiter ordinatis: nam ſi utraque æque immediatè ageret, produceret totum effectum; neutra eſſet prior alia in cauſando, ſicut eſt in pluribus ſimul nauem trahentibus. Item tunc ſuperflueret cauſa ſecunda: quia ſi prima immediatè ageret, produceret totum effectum: qnid igitur produceret cauſa ſecunda? Ergo ſuperflueret. Item, quæri poſſet, an cauſa prima & ſecunda producerent eadem actione, uel diuerſa? Non eadem, quia non eadem uirtute: nec diuerſa, quia terminus eſt idem: actio autem ſortitur unitatem ex termino. Item, ordo agentium correſpondet ordini finium, ſed idem effectus non poteſt habere duos fines immediatos: ergo nec duo agentia immediata. Hæc ſunt obiecta ſortiora, quæ contra prædictam ueritatem uel poſſunt, uel ſolent adduci: quibus tamen omnibus & bene & H uerè & facillimè ita reſpondetur, ſicuti iam reſpondit Gabriel Biel in ſuis ſententiis. *Gab. Biel Lib. 2. Diſt. 1. quæſ. 2. Art. 3. Dub. 5.* Ad primum, quòd prima cauſa non propriè agit mediante ſecunda; quia ſimul & æquè immediatè concurrunt ad effectum producendũ; & quælibet producit totum effectum, ut cõſtat. Ad ſecundum dicitur, quòd ordo cauſarum eſſentialium, eſt ordo non mediationis uel immediationis, aut etiam dnrationis: ſed ordo & prioritas perfectionis, illimitationis, uel quandoque neceſsitatis, ut in propoſito. Prima cauſa neceſſariò requiritur ad actionem, non ſecunda. Ad tertium, negatur quòd ideo ſecunda ſuperflueret, nam ſi dnæ cauſæ naturaliter agentes concurrunt agendo, ut Sol & Leo, quamuis qnælibet attingat totum effectum æque immediatè, tamen neutra ſuperfluit: quia neutra ſine alia ſufficit, & neutra ſine alia producere poſſet. Et eſt ſimile in ſubducentibus nauem, quam nullus trahentium ſolus trahere poſſet: licet quilibet trahat immediatè totam nanem, tamen neuter ſuperfluit, quia neuter ſine alio trahere poſſet. Si uerò altera cauſarum ſola ſufficit, ut in propoſito, quia Deus ſufficit ſolus: Deus qui etiam uoluntariè non neceſſariò aut naturaliter agit, ideo non ſuperfluit: quia ita placuit Deo ſecum admittere actionem cauſæ ſecundæ propter eius, ſcilicet cauſæ ſecundæ, perfectiones, qnæ agendo perficitur, non propter ſuam neceſsitatem.

A tem. Sicut ſi fortis non indigens admittit ali
quid ad coagendum uoluntariè, non ſuper-
fluit cauſa coagens, licet ſine ea æquè actio
fieret: quia in hoc cauſa coagens honoratur
& perficitur, & uoluntas primæ cauſæ adim
pletur. Sic optimè reſpondetur. Poteſt etiam
alio modo reſponderi, quemadmodum & re
ſpondent alii: ut ſi dicatur non ſuperfluere
actionem cauſæ ſecuudæ coagentis cum cau-
ſa prima perfectiſsima & potentiſsima, quia
Deus omuipotens tali concurſn agens ſolus,
quali concurrit cum cauſa ſecunda, non poſ-
ſet ſolus producere illum effectum; licet qui
dem poſſet ſolus illum effectum producere,
alio concurſu ſeu alio modo agens. Vnde,
ut Deus tali coucurſu producat illum effe-
ctum, neceſſaria eſt coactio ſeu comprodu-
ctio creaturæ, licet non ſit neceſſaria ſimplici
ter. Ita quidem uidentur reſpondiſſe Grego
Gregor. rius Ariminenſis, & alii poſt ipſum. Ad quar
Arimin. tum dicit Gabriel, ut dixerat in quæſtione
præcedenti, de creatione. Aut enim actio
ſupponit pro agente, uel pro effectu, uel pro
utroq; ſimul, aut pro conceptu. Si primo mo
do, ſunt diuerſæ actioues. Si ſecundo modo,
eſt una actio, quia unus effectus. Tertio mo
do ſimiliter, eſt una actio, ideſt, non diuerſa.
Quarto modo, non oportet qnòd ſit nna uel
diuerſa: quia poſſunt cauſæ agere ſine actio-
ne, quæ eſt conceptus mentis. Ad probatio
B nem dicitur, quòd actio ſuam unitatem uel
identitatem nec capit à uirtute agendi, nec
à termino, ſecundum ſic uel ſic: ſecundum
diuerſas acceptiones actionis, ut dictum eſt,
inquit Gabriel. Ad quintum dicitur, quòd
idem effectus procedens à diuerſis agētibus,
poteſt habere plures fines, pro ut diuerſa a-
gentia poſſunt à diuerſis moneri ad agēdnm.
Finis enim eſt, quod mouet agens; maximè
ſi unus agentium agit liberè; licet forte unus
fiuis ſecundum rectam rationem mouere de
beret. Ita igitur ſatis bene, ſatisq; rectè re-
ſpondetur omnibus obiectionibus, quæ uel
ſolùm, uel maximè contra prædictam & ſa-
tis monſtratam neritatem adducuntur: ut
nullum iam dubium poſsit ſuboriri contra
uel circa illam, cuius aliqua exiſtat appa-
rentia.

ITAQVE generalis concurſus Dei, qui
certè pertinet ad gratiam creationis, ſolùm
habet ſocietatem iuncturamq;, ſed rationem
iuncturæ in actione cauſæ ſecundæ: & ſecun-
dum illum dicitur Deus cauſa prima, uel pri
mitate perfectionis, quia eſt ſimpliciter per
fectiſsimus: uel primitate illimitationis, quia
in agendo eſt etiam ſimpliciter illimitatus:
uel primitate durationis, quia ſimpliciter eſt
æternus. Non autem alio modo, quantum
modo apparet, aut colligere poſſumus ex C
dictis doctorum, & eorum rationibus. Vu-
de per hoc iam facilius patere poteſt differen
tia auxilii ſpecialis de quo ad gratiam redem
ptionis pertinente loquimur. Quia per hoc,
auxilium ſpeciale, dicitur Deus primus in a-
gendo, non ſolùm primitate perfectionis,
illimitationis, aut durationis: ſed etiam pri-
mitate operationis, præuentionis, præpara
tionis, directionis, uocationis, pulſationis,
facientisq; ut nos faciamus. Atq; ex hoc auxi
lio ſpeciali habet Deus in agendo, alia nomi-
na, quæ non habet ex ſolo illo auxilio genera
li: ut pote quia ex illo ſpeciali dicitur non ſo
lùm cooperans, ſed & operans: non ſolùm
concurrens, ſed & præueniens; non ſolùm
coefficiens, ſed etiam præparans: non ſolùm
coagens, ſed etiam dirigens, pulſans, atque
faciens ut nos faciamus. Vt ex generali con-
curſu dicatur Deus tantum coagens, ſeu e-
tiam cooperans: quod declarat ipſum uerbū
concurrens, ut ipſum præſefert ſuū ſenſum.
Quid enim eſt concurrere, niſi ſimul curre-
re, ſimul agere, aut ſimul operari? Illud eſt,
quod ad gratiam creationis pertinet. Ex ſpe
ciali autem adiutorio, conueniunt Deo alia
multa, nt ex dictis conſtat: quia ſpecialius
dicitur etiam præueniens, præparans, ope-
rans, pulſans, & multa alia, de quibus dixi-
mus, & quæ diuina ſcriptura explicat. Illa
generalis concurſus reperinntur etiam in ma D
lis creaturæ actionibus, ut conſtat ex iam di
ctis, & conſtabit magis ex dicendis in capite
ſequenti: hæc uerò ſpecialis adiutorii, non
niſi in actionibus creaturæ reperiūtur bonis.
Tantum enim ad bonas actiones nos præ-
uenit, præparat, nocat, mouet, ant pulſat
Deus.

*Oſtenditur quæ ſunt illa quæ homo in ſtatu præ-
ſenti poteſt operari in potentia propinqua per ſua na
turalia cum ſola generali influentia, boni, aut ma-
li: prius de malo, poſterius uerò de bono. Agiturq;
latiſſimè de illa quæſtione, Vtrum actus peccati ſit à
Deo? ſiue, Vtrum Deus concurrat immediatè ad
actionem malam, quantum ad poſitiuum eius?*

CAP. XXXIII.

QVID ergo? Nunquid, ni-
hil poteſt operari homo in
potētia propinqua, per ſua
naturalia, cum ſola genera-
li influentia? Abſit. Immo
uerò poteſt operari multa,
bona, mala, iudifferentia.
Mala quidem, quia poſſunt peccare homines,
occidere, mechari, furari, falſum teſtimo-
nium dicere, & mala omnia tum ſimilia, tū

E diſsimilia facere. De hominibus, & contra
Pſal. 51. homines ſunt illa nerba diuina, Quid gloria-
ris in malitia, qui potens es in iniquitate? To
ta die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, ſicut
nouacula acuta feciſti dolnm. Dilexiſti mali-
tiam ſuper benignitatem: iniquitatem ma-
gis, quàm loqui æquitatem. Dilexiſti omnia
uerba præcipitationis, lingua doloſa. Et re-
Pſal. 77. cordatus eſt quia caro ſunt Spiritus uadens
Oſeæ 13. & non rediens. Perditio tua, Iſrael: tantum
modo in me auxilium tuum. Poteſt ergo ho
mo malè agere, per ſua naturalia cum genera
li influentia: quia ntiqne ſine inflnentia gene
rali non poſſet homo malè operari, nec ali-
quem prorſus actum moralem aut natura-
lem exercere. Cauſa enim ſecunda peni-
tus nihil poſitiuè agere poteſt, ſine concur-
ſu cauſæ primæ: qui quidem concurſus, ipſa
Lib. 1. eſt influentia generalis. Andreas Nouocaſtrē
Diſt. 22. ſis in ſuis ſententiis mouens quæſtionem, V-
quæſt. 2. trùm ad effectus humanos qui ſunt mali, con
currat effectiuè potentia ſummi boni? Re-
Ibidem. ſpondet, Ad productionem entium quæ ſunt
Concl. 1. mala pœnæ nō culpæ, Deus concurrit per ſe,
Ibidem. effectiuè. Infra, Ad productionem actnum
Concl. 2. poſitiuorum humanorum, qui ſunt uitioſi
& prohibiti, concurrit Deus per ſe effectiuè,
quoad omnem entitatem poſitiuam per ſe.
Lib. 1. cauſabilem, effectiuè in illis. Hæc ille. Idē au
Diſt. 22. ctor in eodem opere mouens quæſtionem,
Queſ. 3. Vtrùm diuina uoluntas poſsit eſſe cauſa pro-
F ductiua actuum malorum ut mali ſunt? Re-
Ibidem. ſpondet, Deus non nult formaliter peccatum
Concl. 1. ſeu malum culpæ eſſe, uel fieri ab homine,
nec formaliter uult hominem peccare & ma-
lè agere: nec per conſequens uult formaliter
actum malum, quatenus malus eſt. Infra,
Ibidem. Deus non eſt cauſa actus mali ut malus, uel
Concl. 2. peccati ut peccatum eſt: nec eſt cauſa ut actus
ſit malus, nec actus eſt à Deo malus. Hæc il-
Lib. 1. le. Has quatuor ueritates catholicas probat
diſt. 46. in eiſdem locis doctor ille, doctus & catholi-
diſt. 36. cus, per diuinas ſcripturas & doctores ſan-
diſt. 38. ctos: quas etiam ſequuntur reliqui ſcriptores
Lib. 2. catholici in ſuis libris ſentētiarum, quemad-
diſt. 37. modum manifeſtum eſt quòd illas omnes cō
fiteri debemus. Neque poteſt eſſe dubium
quin ad omnem actionem poſitiuam, qua ali
qua entitas in eſſe ponitur, ant aliquod poſi-
tiuum fit, concurrat Deus influxu ſuo gene-
rali: eſt enim Deus cauſa prima, & quomo-
do ſine concurſu aut influxu eius poſſet ali-
quid poſitiuè operari cauſa ſecunda? Secun-
Cap. 4. dum doctrinam ueriſsimam Dionyſii in De
diuinis nominibus, quicquid eſt, in eo quod
eſt, bonum eſt: nec eſt aliquod malum, niſi
in aliquo bono: nam malum eſt priuatio bo-
ni, priuatio autem non eſt niſi negatio in ſu-

biecto apto nato habere illud bonum, cuius G
eſt priuatio; quia priuatio & habitus nata
ſunt eſſe circa idem. Vnde non poteſt eſſe ma
lum niſi in bono, ſicut non poteſt eſſe defe-
ctus aliquis per ſe: ſed ſi aliquid defectus eſt,
in aliquo poſitiuo eſt. Rurſus ſecundum eun
dem Dionyſium & ueritatem notiſsimam,
Omne quod eſt & bonum eſt, in eo quod eſt
& bonum eſt, à Deo eſt: quia nullum poteſt
eſſe bonum niſi à Deo auctore omnium bo-
norum: nec poteſt eſſe aliquod ens, niſi à pri
mo ente. Sicut legimus, ſine ipſo factum eſt
nihil. Id eſt, Nihil ſine Deo factum eſt: nihil
bonum, nihil poſitiuum, nullum ens. An-
ſelmus in libro de Concordia præſcientiæ, & *Anſelm.*
prædeſtinationis, nec non gratiæ Dei cum li
bero arbitrio, iuxta finem totius operis,
hoc eſt in fine tertiæ quæſtionis, dicit ad pro
poſitum, Palàm etiam eſt, quia Deus bona fa
cit opera, ſua ſola bonitate; quoniā ipſe creat
uoluntatem cū libero arbitrio, & dat illi iuſti
tiā per quā operatur. Mala uerò facit ſola cul
pa hominum, quia ea non faceret ſi homo illa
facere non nellet, facit tamen hæc quod ſunt:
quoniam condidit in homine uoluntatem,
qua ſine iuſtitia utitur, ſola culpa hominis,
mala ſunt quæ operatur. Paulò poſt, Deus
igitur habet in bonis quidē quòd bona ſunt
per eſſentiam, & quòd bona ſunt per iuſti-
tiam: in malis uerò ſolummodo quòd bona
ſunt per eſſentiam, non quòd mala ſunt per
abſentiam debitæ iuſtitiæ, quæ non eſt ali- H
quid. Hæc ille. Ecce ī malis noſtris operibus,
habet Deus quòd ſunt bona, non quòd ſnnt
mala: qnòd ſunt per eſſentiam rei, non quòd
ſunt per culpam, malitiam, aut iniquitatem
hominis, Idem auctor, Omnis quippe qua-
litas, & omnis actio, & quicquid habet ali-
quam eſſentiam, à Deo eſt, à quo eſt omnis
iuſtitia, & nulla iniuſtitia. Facit ergo Deus
omnia quæ ſunt iuſta, nel iniuſta uoluntate
fiunt: ideſt, bona opera & mala: in bonis qui
dem facit quòd ſunt, & quòd bona ſunt: in
malis uerò facit quòd ſunt, ſed non quòd ma
la ſunt. Infra, ſic itaque facit Deus in omni-
bus uoluntatibus & operibus bonis, & quòd
eſſentialiter ſunt, & quòd bona ſunt: in ma-
lis uerò non quòd mala ſunt, ſed tantū quòd
per eſſentiam ſunt. Hæc ille. Idem repetit in
libello de prædeſtinatione & libero arbitrio,
circa medium, & libro de gratia & libero ar-
bitrio circa finem. Idem in De caſu diaboli, *Cap. 20.*
inqnit, Cùm diabolus conuertit uoluntatē
ad quod non debuit, & ipſum uelle & ipſa
conuerſio fuit aliquid, & tamen non niſi à
Deo & de Deo aliquid habuit: qui Deus fa-
cit omnes naturas ſnbſtantiales & accidenta
les, uniuerſales & indiuiduas: inquantum e-
nim

A nim uoluntas & conuerſio ſiue motus eſt uo luntatis eſt aliquid bonum, & Dei eſt: inquantum uerò iuſtitia caret ſine qua eſſe non debet, non ſimpliciter malum, ſed aliquid malum eſt; & quod eſt malum, non Dei, ſed uolentis ſiue mouentis noluntatem eſt. Infra, Quid mirum? ſi dicimus Deum facere ſingulas actiones, quæ fiunt mala uoluntate: confiteamur eum facere ſingulas ſubſtantias, quæ fiunt in-iuſta uoluntate, & in honeſta actione. Hæc ille. *Gilbert. Serm. 4.* Gilbertus ſuper Cant. Ab ipſo Deo eſt uirtus, & motus uirtutis: motus uerò intentionis prauæ & ab ipſo habet quòd motus eſt, & ab ipſo non habet quòd prauus eſt. Hæc ille. *August. Lib. 12. cap. 26.* Auguſtinus in De ciuitate Dei, Occulta Dei potentia cuncta penetrans, facit eſſe quicquid aliquo modo eſt, inquantum eſt: quia niſi illo faciente, non tale, uel tale eſſet, ſed prorſus eſſe non poſſet &c. Poteſt ergo peccare homo & malè agere, per ſua naturalia cum influentia generali: poteſt malum cogitare, malum uelle, malum operari, tum interius, tum exterius. Poteſt etiam homo per ſua naturalia cum generali influentia, operari multa bona. Quæ bona? Primùm quidem bona naturalia, quæ fluunt ex principiis naturæ, & ad quæ homo non eſt liber: uelut aſſentiri primis principiis & ſpeculatiuis & practicis, quorum aſſenſus naſci B tur ex notitiis terminorum naturaliter: & ſicut appetere quodammodo tenniter, exiliter, & ſecundum quid, bonum in communi cognitum cum omni ratione boni, & ſine ulla ratione mali: de quibus operibus bonis *Lib. 4.* & naturalibus hominis, multa dicũtur infra, ſuo loco. Secundò moralia bona ex obiecto, ex genere, aut ex officio, ut uenerari parentes, ſubuenire indigenti, & ſimilia: ſicut di- *Rom. 2.* xit Apoſtolus, quòd gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt. Poteſtq; homo per ſua naturalia cum generali influentia, multa opera facere indifferentia: ut ſine deliberatione ex ſola imaginatione, amouere feſtucam, fricare barbam, & alia id genus. Itaque homo per ſua naturalia cũ generali influentia, poteſt operari mala, poteſt operari bona, poteſt operari indifferentia: Bona, inquam, uel naturalia, uel moralia ex obiecto, genere, aut officio bona. De omnibus his quæ poteſt homo per liberum arbitrium, ex ſuis naturalibus cum *August.* generali influentia, loquitur Auguſtinus manifeſtè: hoc eſt, quòd poteſt peccare & malè agere, quòd poteſt manifeſtis ueritatibus primorum principium aſſentiri, atque beatitudinem ſeu bonã uitam quodãmodo ex inſtinctu naturæ appetere, bona ex genere, obiecto, uel officio operari, & opera facere ex ſuo genere indifferentia. In Enchiridio C ad Laurentium: In De Trinitate. Contra Iu *Cap. 30. tom. 3.* lianum Pelagianum, quo loco de Romanis *lib. 4.* clatioribus concedit, quòd bona ex officio faciebant, ſed non bene: quia non bono fine. *Cap. 3. tom. 7.* Velut ſi quiſpiam homini periclitanti, præſertim innocenti ſubueniret, magis hominũ quàm Dei gloriam amando. Manifeſtius autem de his agit in Hypognoſt. contra Pe- *Lib. 3. tom. 7.* lagianos. Ibi enim ita dicit, Ipſum igitur liberum arbitrium hominibus eſſe, certa fide credimus & prædicamus indubitanter. Qui eodem loco continuando de libero arbitrio ſermonem, cum prius dixiſſet de libero arbitrio quid ſit, aut quare liberum arbitrium dicatur: docuit tandem poſterius ad propoſitum præſentis doctrinæ, de libero arbitrio, quid cum gratia, & quid ſine gratia poſſit. Verba eius ſunt hæc, Per peccatum ergo, liberum arbitrium hominis poſſibilitatis bonum perdidit, non nomen & rationem. Eſſe fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod ſit idoneum quæ ad Deum pertinent, ſine Deo aut inchoare, aut certè peragere: ſed tantum in operibus uitæ præſentis, tam bonis, quàm etiam malis. Bonis dico quæ de bono naturæ oriuntur; idest, uelle laborare in agro, uelle manducare & bibere, uelle habere amicũ, uelle habere indumẽ D ta, uelle fabricare domnm, uxorem uelle ducere, pecora nutrire, artem diſcere diuerſarum terum bonarum, uelle quicquid bonum ad præſentem pertinet nitam, quæ omnia non ſine gubernaculo diuino ſubſiſtunt, immo ex ipſo & per ipſum ſunt, uel eſſe cœperunt. Malis uerò dico, ut eſt, uelle idolum colere, uel homicidium, nelle adulterium facere, res alienas uelle diripere, Deum uiuentem in ſæcula blaſphemare, uelle turpiter uiuere, uelle maleficia diſcere, nelle inebriari & luxurioſè uiuere, uelle quicquid non licet uel non expedit operari. Sed iſta non pertinent ad ſubſtantiam uitæ præſentis, quia nõ ſunt à Deo: immo malè deſiderata, maculant uitam quæ eſt à Deo. Hæc Auguſtinus. Ecce quæ poteſt liberum arbitrium uel le per ſua naturalia cum generali influentia: mala opera quæcunq;, atq; illa etiam quæ ad præſentem uitam pertinent, bona, uel indifferentia ex ſuo genere, obiecto, aut officio. Qualia bona uel indifferentia illa ſint, quæ Auguſtinus explicat in allegatis uerbis ſuis: ut pote quia (ut aſſerit idem anctor in eis uerbis) de bono naturæ oriuntur, ob quod non indiget homo præueniri aut præparari ad illa. Quia etiam cum ad præſentem uitam pertineant, quam in corporibus iſtis uoſtris corruptibi-

E ruptibilibus agimus; ad ea nos excitat atque permouet affectio commodi, & naturalis appetitus uiuendi, & delitiis fruendi in corpore. Quæſo autem, Nunquid, ſecundum Auguſtinum, poteſt homo per ſuum liberum arbitrium naturale cum ſola influentia generali, & ſine auxilio ſpeciali pertinente ad Redēptorem, uelle aut operari illa bona præſentis uitæ moraliter, deliberatè, uirtuosè, uel non malè? Abſit. Quando enim liberum noſtrum arbitrium quicquam uult aut operatur moraliter delibetatè uirtuosè uel nō malè, ibi quidem eſt bonus uſus liberi arbitrii moralis deliberatus, uirtuoſus, uel non malus: ſed profectò poſt peccatum primi parentis omnem uſum, atque actum, liberi arbitrii noſtri moralem, deliberatum, uirtuoſum, uel non malum, refert Auguſtinus in gratiam ſpecialem Dei, per merita Saluatoris noſtri. Non enim poteſt habere angelus poſt caſum, talem uſum ſui liberi arbitrii; cum tamen naturalia habeat perfectiora, & integra. Multa ad hoc dicta ſunt ex Auguſtino, quibus conſtat quòd ipſe ante gratiam Redemptoris nihil reperit in noſtris operibus moralibus deliberatis, niſi mala merita; talia, quibus ſupplicium debeatur, & pœna. Vnde Gregorius Ariminenſis, doctor catholicus, & in doctrina Auguſtini plurimum uerſatus, intrepidè ſic dixit, Nemo poteſt habere ante primam gratiam, actum aliquem liberi arbitrii non culpabilem. Intelligendo tamen (ut declarat) nomine gratiæ non ſolùm gratiam gratum facientem, ſed etiam gratis datam, & uniuerſaliter quodcunque Dei ſpeciale adiutorium ad bene operandum, ſiue adiuuet aliquod bonum creatum infundēdo, ſiue immediatè per ſeipſum mouendo uoluntatem ad bene uolendum, ſiue quocunque alio modo ſpeciali iuuet hominem. Quam doctrinam Gregorii nos (ſaluo meliori iudicio) credimus ueriſsimam ſecundum Auguſtinum, & ſecundum doctrinam Chriſtianam communius in antiqua ſchola Chriſtiana receptam; eam nihilominus intelligendo de actibus liberi arbitrii moralibus deliberatis, in quibus non eſt dare medium inter bonum & malum. Auguſtinus ad Paulinum Nolanum Epiſcopum, inquit, Si quærere homo uoluerit ante gratiam quid meruerit, ut accipiat eam, mala ſua poterit homo inuenire, non bona. Et ſubdit, Quem ſi debitum ſequeretur, quid eius merito niſi ſupplicium redderetur? Ecce dum Auguſtinus in homine ante gratiam quærit meritum, non bona inuenit ſed mala, & ſupplicio digna. Secundum eandem ueritatem, cum Pelagius falsò dixiſſet, poſſe hominem, per liberum arbitrium bene operàri, beneq; mereri, & bona opera commendaſſet, quaſi poſſet homo ante gratiam Chriſti per gratiam creationis bona opera facere, & per illa ad gratiā Chriſti & iuſtificationem uenire: dixit Auguſtinus conſtantiſsimè in Hypognoſt. contra Pelagianos, Audi hæretice, ſtulte & inimice fidei ueritatis, Opera liberi arbitrii bona, quæ ut fiant præparantur per gratiæ præuentum, nullo liberi arbitrii merito, & ipſo faciente, gubernante & perficiente, ut abundent in libero arbitrio, non damnamus: quia ex his uel huiuſmodi homines Dei iuſtificati ſunt, iuſtificantur, iuſtificabuntur in Chriſto. Damnamus uerò auctoritate diuina, opera liberi arbitrii, quæ gratiæ præponuntur, & ex his tanquam meritis, in Chriſto iuſtificati extolluntur. Hæc ille. Ecce Auguſtinus contra Pelagium, non ſolùm negat ante gratiam Chriſti eſſe meritum in homine; ſed latius agens, damnat opera liberi arbitrii, quæ ſunt in homine ante gratiam Chriſti. Ait enim manifeſtiſsimè, Damnamus uerò auctoritate diuina, opera liberi arbitrii, quæ gratiæ præponuntur. Ecce opera liberi arbitrii ante gratiam Chriſti facta, nō ſolùm non ſunt merita, ſed quoque ſunt damnabilia, & damnata. Quæ opera liberi arbitrii? Quæ ſunt liberi arbitrii, ut liberum arbitrium eſt; uidelicet, opera eius moralia deliberata. Opera nāque liberi arbitrii quæ uel non ſunt moralia, uel non ſunt deliberata: quidem H uel non ſunt uel non reputantur liberi arbitrii; pro ut eſt liberum arbitrium. Hæc ex Auguſtino dixiſſe ſufficiat. Ad propoſitum redeamus. Ea bona præſentis uitæ Auguſtinus memorat, laborare in agro, manducare, bibere, habere amicum, habere indumēta, extruere domum, uxorem ducere, pecora nutrire, artem diſcere diuerſarum rerum bonarum, & ſimilia quæuis alia, bona quidem ſunt ad præſentem uitam pertinentia, quæ homo cognoſcere poteſt ſicut bruta animantia cognoſcūt quæ ad ſuam ipſorum pertinent uitam, & quæ homo poteſt uel bene uel malè uelle, aut operari. Neque poteſt eſſe dubium quin homo poſsit illa bona, tum bene, tum malè, uelle: tum bene, tum malè, facere. Videlicet uel ad malum finem detorquendo; uel in naturali affectione commodi excedendo. In his autem qualis ſit uoluntas ſeu natura humana poſt lapſum ſine gratia, ſatis declarat diuus Ambroſius in De uocatione gentium, dicens, Humana natura in primi hominis præuaricatione uitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, ſemper in deteriorē eſt procliuior uoluntatē, cui committi non eſt aliud quàm dimitti:

Margin notes: Gregor. Lib. 2. diſ. 26. queſ. 1. Art. 1. — F — Auguſt. — G — Lib. 3. tom. 7. — Ambroſ. Lib. 1. Cap. 2.

A dimitti. Hæc itaque uoluntas uaga, incerta,
inſtabilis, imperita, infirma ad efficiendum,
facilis ad audendum, in cupiditatibus cœca,
in honoribus tumida, curis anxia, ſuſpicio-
nibus inquieta, gloriæ quàm uirtutum aui-
dior, famæ quàm conſcientiæ diligentior, &
per omnem ſui experientiam miſerior fruen
do his quæ concupiuerit, quàm carendo, ni
hil in ſuis habet uiribus, niſi periculi facili-
tatem, Quoniam uoluntas mutabilis quæ
non ab incommutabili uoluntate regitur,
tanto citius propinquat iniquitati, quanto
Ibidem. lib. 1. Cap. 6. acrius intenditur actioni. Infra. Et ut bre-
uiſsimè pateat, qualis ſit natura humana ſine
gratia, dicat Iudas Apoſtolus, quid agat uel
Iudæ 1. ignorantia imperitorum, uel doctrina ſapien
tium. Hi autem, inquit, quæcunque quidē
ignorant, blaſphemant; quæcunque autem
naturaliter ut muta animalia norunt, in his
corrumpuntur. Hæc ille. Ecce uoluntas hu
mana poſt peccatum nihil in ſuis habet uiri-
bus, niſi periculi facilitatem; & tanto ſine
gratia Dei citius propinquat iniquitati, quā
to acrius intēditur actioni: uaga, incerta inſta
bilis, imperita, infirma, facilis, cæca, tumida,
anxia, inquieta, auidior gloriæ quàm uirtutū
diligentior famæ quàm conſcientiæ. Ecce e-
tiam quòd homines ſine gratia blaſphemant,
quæ ignorant; & corrumpuntur in his, quæ
naturaliter norunt ut muta animalia. Igi-
tur ſine dubio niſi adſit gratia, corrumpun
B tur homines in bonis præſentis uitæ quæ ut
muta animalia cognoſcunt: in agro laboran-
do, manducando, bibendo, domum con-
ſtruendo, habendo amicum, habendo indu-
menta, uxorem ducendo, pecora nutrien-
do, artem diuerſarum rerum bonarum diſcen
do, & alia id genus, uolendo, faciendo, ha-
bendo. Poteſt ergo homo per ſua naturalia
cum ſola influentia generali, domos ædifica-
re, ciuitatem condere, legesq; bonas ſanci-
re, quæ ad conſeruationem eius, & augmen-
tum gloriæ ſuæ temporalis pertineant, iu-
uent, & faciant, quia utique poteſt bonum
cognoſcere ſuum naturale huius ſæculi, bo-
numq; morale notiſsimum. Sed in his omni-
bus, niſi adſit gratia Saluatoris noſtri, uige-
bit affectio commodi, & cupiditas quædam
bonorum temporalium, uitæ corporalis, ſa
nitatis, quietis, famæ, honoris, diuitiarum,
familiæ, domeſticorum, propinquorum, a-
micorum, aut aliorum. Sicut in Romanis
quædam cupiditas & affectio commodi ui-
guit, cùm ciuitatem Romam ædificauerunt,
liberamq; fecerunt, & dominam: Nunquid
ipſa affectio commodi eſt mala à toto gene-
re? Abſit; Non enim à toto genere eſt mala,
quia non eſt mala quando eſt de bonis uel cir
ca bona conceſſa, niſi excedat, aut deficiat: C
Sed profectò hoc conſtanter dicimus, quòd
non poteſt non excedere aut non deficere, ni
ſi adſit gratia Dei per Ieſum Chriſtum domi-
num noſtrum. Sic dicendum ſentiendumq; eſ
ſe ſatis demonſtrant ſcripturæ diuinæ addu-
ctæ, cum ſanctis doctoribus. Affectio enim
iuſtitiæ, ordinat affectionem commodi, nec
affectio commodi eſt ſine peccato in habenti
bus rationem, niſi affectionem iuſtitiæ comi
tetur, aut illi ſit ſubiecta: debet enim eſſe
qualis oportet, & quomodo oportet, non au
ferens honeſtatem, aut non inducens turpi-
tudinem. Affectio autem iuſtitiæ elicita, ab-
ſoluta, & deliberata in nobis, ortum habet
à gratia. Vbi ergo non fuerit adiutorium gra
tiæ Dei, non erit affectio iuſtitiæ eiuſmodi:
ubi autem non fuerit ea affectio iuſtitiæ, cæ-
ca erit affectio commodi, inordinata, uaga,
inſtabilis fermè ſicut eſt affectio commodi
in brutis. Talis autem immoderata affectio
in hominibus, proculdubio eſt peccatum.
Mirabili modo quodam noſtra anima ratio-
nalis ſuapte natura intellectiua, memorati-
ua, uolitiua, ſtatim apprehenſis terminis pri
morum principiorum, tum ſpeculatiuorum
facientium ad ſcientias ſpeculatiuas, tum pra
cticorum facientium ad ſcientiam practicam
& bonam uitam uirtutis & honeſtatis, neceſ
ſariò aſſentitur illis: neceſſarioq; quodammo
do appetit bonum in communi cognitum,
beatitudinem, & finem ultimum, beatam eſ D
ſe ac bene uiuere, ſaltem exiliter, tenuiter,
imperfectè, & ſecundum quid, ut infra ſatis
oſtenditur. Ob quod Ariſtoteles benè docuit *De anima. Lib. 3.*
quòd non contingit errare intellectum. Et a-
libi quòd ratio precatur ad optima. Alibi e- *Ethic. 1.*
tiam quòd iuſtitia legalis quæ omnes uirtu- *Ethic. 5.*
tes continet, reſpicit, imperat, & ordinat ad
alterum, & bonum commune, eſt præclariſsi
ma uirtutum, & quòd neque Heſperus, ne-
que Lucifer eſt ita admirabilis. Vnde homi-
nes quidem ex ſuis naturalibus cum ſola in-
fluentia generali, circa opera naturalia & ci-
uilia, poſſunt eligere ac refutare, ciuitates cō
dere, legesq; ſtatuere æquas & rationi conſo
nas, affectione commodi ducente, & eas res
eaq; negocia ad fines terrenos ordinante; ſi-
cut docet Auguſtinus in De Ciuitate Dei, ex *Contra Iulianum Pelagianum.*
cupiditate dominandi, gloriæq; & laudis hu
manæ, ortas fuiſſe olim Romanorum uirtu-
tes, prudentiam, temperantiam, fortitudi
nem, iuſtitiam, & alias, quas omnes Roma
norum uirtutes Auguſtinus non uirtutes ſed
uitia appellat, uirtutibus ſimilia. Omnia hæc
manifeſta ſunt, & quæ à nullo homine nega-
ri queunt. Sed ad eligenda ea quæ ſunt pieta-
tis, religionis Chriſtianæ, uirtutis, iuſtitiæ,

E & honeſtatis, moraliter deliberatè, meritoriè, uirtuosè, uel non malè, ex affectione iuſtitiæ, uel non excedendo in affectione cômodi, ĩdigemus profectò auxilio gratiæ Saluatoris noſtri, quæ nos præueniens, uobis in mentem inducat ea eligenda, nos in diſcurſu dirigat, ut potius ſecundum affectionem iuſtitiæ quàm ſecundum affectionem commodi diſcurramus, uel in ipſa commodi affectione nõ excedamus. Satis bene dixit Scotus in ſuis ſententiis, Voluntas enim coniuncta appetitui ſenſitiuo nata eſt tendere in delectabilia talis appetitus; & maximè in maxima delectabilia & appetibilia appetitui ſenſitiuo excellentiori: ſicut intellectus coniunctus natus eſt intelligere ſenſibilia, & prius ea quæ ſunt prius ſenſibilia. Voluntas igitur noſtra propter coniunctionem ſui cum appetitu ſenſitiuo, nata eſt tendere in delectabilia tali appetitui: & ſecundum iſta delectabilia poſſent aſsignari peccata capitalia, carnalia: ſpiritualia autem, ſecundum illud quod eſt delectabile uoluntati in ſe, non propter appetitum ſenſitiuum. Hæc ille. Qui hæc conſiderat, quæ, re uera, ſunt uerißima: uidet quàm difficile ſit uoluntatem noſtram appetitui ſenſitiuo coniunctam non deficere, aut aliquem uſum ſui habere moralem, deliberatum, meritorium, uirtuoſum, uel nõ malum, & quòd

Scotus. Lib. 2. diſt. 42. quæſt. 5.

F ſemper indiget ad hæc adiutorio gratiæ noſtri Saluatoris. Optimè dicit Auguſtinus contra duas epiſtolas Pelagianorum, quòd proponere & uelle bonum, eſt ex Dei dono. Cæterùm igitur multa bona ſunt, quæ poteſt homo per ſua naturalia cum ſola influentia generali, ea uidelicet multa & ſimilia quæ declarat Auguſtinus contra Pelagium & Pelagianos, in operibus præſentis uitæ, tam bonis, quàm etiam malis. Bonis, inquit, quæ de bono naturæ oriuntur, ideſt, uelle laborare in agro, uelle manducare & bibere, uelle habere amicum, uelle habere indumenta, uelle fabricare domum, uxorem uelle ducere, pecora nutrire, artem diſcere diuerſarum rerum bonarum, uelle quicquid bonum ad præſentem pertinet uitam. Etiam uelle ædificare ciuitatem, uelle bonas leges condere, æquitatis, iuriſq; naturalis, bonorum præmiandorum, & puniendorum malorum. Sed in his omnibus, ſi ſola fuerint noſtra naturalia cum ſola generali Dei influentia, uigebit affectio commodi, & ſecundum illam ordinabit homo omnia, ad utilitatem, ad delectationemq;, propter lucrum: lucrum, inquã, corporale, aut temporale huius ſæculi, commoditatis, utilitatis, delectationis, mundanæ gloriæ, famæ, honoris, diuitiarum ſeu fortunæ. Quemadmodum Romani olim bona naturalia habentes, & generalem influentiã,

Lib. 1. cap. 19.

G propter cupiditatem unam commoditatis generalem, prius ciuitatem ſuam Romam condiderunt, deinde conditam eam fecerunt liberam, atque tertiò ipſam conditam & liberam fecerunt dominam, quàm poſterius bonis, rectiſq; legibus munierunt: bona natura cum generali influentia ducente, ſed affectione commodi omnia ad commoditatem retorquente, omniaq; fœdante. Lucet per ſe bonitas bonorum operum ſeu morum, etiã in mediis tenebris: ut quidem boni eſſe cupiant, etiam qui ſunt mali, peruerſi, & peßimi: utique propter innatam nobis quandam bonitatem, rectitudinem, & ſanctitatem naturalem, de qua inferius dicuntur multa. Refert tamen multum, quòd illam uolumus aut affectione commodi; aut affectione iuſtitiæ, propter utilitatem, uel propter delectationem, ſeu propter Deum, aut propter ipſam honeſtatem. Vnde nunquam fuit dubium. An uirtutes eſſent appetendæ? Fuit autem dubium, An eſſent appetendæ propter ſe, uel propter aliud tantum? de quò dubio multa dixit Plato in ſuis de Republica ſiue de iuſto, & multa dicunt doctores, ſcholaſtici Theologi, circa ſententias Magiſtri. Lucet, inquam, per ſe apud intellectum quemcunque, diuinum, angelicum, & humanum,

Lib. 4.

Lib. 1. diſt. 1.

H neque magis lucet Heſperus aut Lucifer apud ſenſum: quamobrem gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ ſunt legis, faciant; intelligunt, uolunt, & operantur. Differenter tamen, Quia per ſua naturalia cum ſola generali influentia eam bonitatem morum naturaliter cognitam, detorquent ad cõmoditatem, & in illa corrumpuntur, ut bene notauit diuus Ambroſius ex Apoſtolo Iuda: per ſua autem naturalia cum adiutorio gratiæ Saluatoris noſtri eam bonitatem morum ordinant homines ad Deum, ſeu ad honeſtatem, & illam ſequuntur ſecundum affectionem iuſtitiæ, ut notamus hactenus etiam ex ſcripturis diuinis, & doctoribus ſanctis. Cœlius Pannonius in ſua collectanea in ſacrã Apocalypſim, poſuit multa alia, quæ dixit poſſe uos homines facere cũ ſola generali influentia, circa illud, Et uiginti quatuor ſeniores, qui in conſpectu Dei ſedent, in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum dicentes, Gratias agimus tibi domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui uenturus es: quia accepiſti uirtutem tuam magnam, & regnaſti. Quæ omnia quiuis lector ibi apud ipſum facilè uidere poteſt. Dominus Aloyſius Lippomanus, Epiſcopus Veronenſis in quodam ſuo opere de libero arbitrio agens, nihil aliud libero hominis arbitrio

Rom. 2.

Cœlius Pannon.

Apoc. 11. ſect. 5. pun. 2.

Aloyſius Lippom.

A trio dedit, quod per ſua naturália cum ſola influentia generali poſſet, niſi uel opera mala; uel etiam opera indifferentia, ut fricare barbam, ſeu amouere feſtucam, aut deambulare: quando hæc abſque deliberatione fiunt, ut conſtat in uerbis ſiue ſcriptis eius. Vnde etiam ſatis conſtat, quòd omnia bona liberi arbitrii noſtri moralia, deliberata, uirtuoſa, uel non mala, ſpeciali adiutorio Dei tribuit.

DIXIMVS paulò ante, quòd ad productionem actuum poſitiuorum humanorum qui ſunt uitioſi, & prohibiti, concurrit Deus per ſe effectiuè, quoad omnem entitatem poſitiuam per ſe cauſabilem effectiuè in illis: nō tamen formaliter uult peccatum ſeu malum culpæ eſſe uel fieri ab homine, nec formaliter uult hominē peccare, & malè agere, nec per conſequens uult formaliter actum malum, ut malus eſt, nec eſt cauſa actus mali ut malus, uel peccati ut peccatum eſt: nec eſt cauſa ut actus ſit malus, nec actus eſt à Deo malus. Sunt autem hæc uera omnia. Placet nihilominus & de his non nihil fuſius dicere, ut melius intelligantur, tum hæc, tum alia dicta doctorum qui de his loquuntur: & facilius deſpicatui habeantur, quæ quidam dicunt non uera, neque conuenientia, neque

B tenenda, inſuper nec audienda. Sanctus Thomas mouet quæſtionem, Vtrùm actus peccati ſit a Deo? Determinat autem quòd ſic. Probat uerò, quia actus peccati eſt quidam motus liberi arbitrii, ſed uoluntas Dei eſt cauſa omnium motionum, ut Auguſtinus dicit in De Trinitate. Ergo uoluntas Dei eſt cauſa actus peccati. Latius etiam probans, ait, actus peccati & eſt ens, & eſt actus, & ex utroque habet quòd ſit, à Deo: Omne enim ens quocunque modo ſit, oportet quòd deriuetur à primo ente: ut patet per Dionyſium, de Diuinis nominib. Omnis autem actio cauſatur ab aliquo exiſtente in actu: quia nihil agit, niſi ſecundum quod eſt actu. Omne autem ens actu, reducitur in primum actum, ſcilicet Deum, ſicut in cauſam, quæ eſt per ſuā eſſentiam actus. Vnde relinquitur, quòd Deus ſit cauſa omnis actionis, inquantū eſt actio. Hæc ille, & quidem optime. Mouet etiam quæſtionem, Vtrùm Deus ſit cauſa peccati? Determinat quòd non. Probat iſtam determinationem, ex eo quod legimus, Nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Odit autem Deus peccatum, ſecundū illud, Odio eſt Deo impius, & impietas eius. Ergo Deus nō ē cauſa peccati. Hæc eſt profectò doctrina uera & catholica, de qua nullo modo dubitare licet nec de eius ulla parte quia eſt ſine dubio uera & undequaque catholica. Veriſſimum nanque eſt, tum quòd Deus eſt cauſa ipſius actus, qui eſt peccatum: tum quòd Deus non eſt cauſa peccati.

S. Tho. Prim. 2. Quæ. 79. Art. 2. Auguſt. Lib. 3. Dionyſ. Cap. 5. Vbi ſup. Art. 1. Sap. 11. Sap. 14.

C Quomodo poteſt eſſe, ut aliquis ſit cauſa effectiua ipſius actus uel actionis, qui uel quæ eſt peccatum, & tamen non ſit cauſa peccati ipſius, quod eſt in illo actu uel in illa actione? Quomodo, inquam, poteſt hoc eſſe, aut quomodo poteſt hoc intelligi? Duobus modis. Altero, ſi conſideramus peccati naturam. Altero, ſi conſideramus modos quibus natura peccabilis poteſt peccare, aut peccat. Ex primo enim conſtat, quòd peccatum ſeu nomen peccati non nominat ens uel actionem ſimpliciter, ſed deprauatè & cum quodam defectu: peccatum etiam ut peccatum eſt malum, quia ut ſic, eſt defectus: malum autem ut malum, non eſt aliquod poſitiuum, nec eſt pura negatio, ſed eſt quædam priuatio ſiue defectus boni apti nati ineſſe: ut de his omnibus latè agit Dionyſius, in De diuinis nominibus, & conſtat apud omnes, qui ſignificationes terminorū, & naturas rerum nouerunt. Vnde quia peccatum ut peccatum, eſt quidam defectus, & eſt negatio in ſubiecto apto nato: conſtat quòd nec habet eſſentiam nec eſſe: & conſtat ſimiliter eodem medio ſatis demonſtratiuo, quòd non poteſt ullo modo habere cauſam niſi deficientem. Defectus enim ut defectus, D

quam aliam cauſam, quæſo, habere poteſt, niſi defectiuam? Vt quidem ſic defectus habeat cauſam deficientem, ſicut effectus habet cauſam efficientem: & ſicut calidum facit calidum, frigidum facit frigidum, & ſimilia; ſic cauſa defectiua faciat defectum. Peccatum igitur ut peccatum, loquendo de peccato actuali, ſtrictè ſiue propriè loquendo, non eſt res nec ens, ſed eſt actus malignus, ut dixit Chryſoſtomus, ſeu eſt actus, ut fatetur Auguſtinus in De perfectione iuſtitiæ, atque eſt actus contra legem, ut fatetur & docet Auguſtinus contra Fauſtum: quia peccatum eſt dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei. Et, Concupiſcentiā neſciebam eſſe peccatum niſi lex diceret, Nō concupiſces. Eſt ergo peccatum, actus defectuoſus uel actio defectuoſa, uidelicet à lege. Et in hanc ueritatem conuenerūt ſemper omnes catholici, qui de hac re ſapienter egerūt, ut patet in eorum ſcriptis. Actus autem mācus uel defectuoſus, per cōſequens nō poteſt habere niſi cauſam mancam & defectuoſam. Quæ enim cauſa niſi defectuoſa, poteſt habere actum defectuoſum, uel actionem defectuoſam? Nihil reſpiciens ad malum operatus, Sed omnis ars, omniſq; doctrina, actus & electio, agens & efficiens, bonum aliquod appetere uidentur: ut tanquam notiſſimum propoſuerunt, tum Dionyſius in De diuinis

Dionyſ. Cap. 4. Peccatū, quid ſit. Chryſoſt. Auguſt. Rom. 7. Dionyſ. Cap. 4.

E nominibus, tum etiam Ariſtoteles in ſuis Ethicis, & in ſuis Poſterioribus. Cauſa ergo ad bonum reſpiciens, quomodo poteſt defectuosè ſeu malè agere, facere, uel operari, niſi deficiendo? Quia igitur Deus non eſt, nec eſſe poteſt cauſa defectiua, quia nec per ignorantiam, quia eſt, omniſcius; nec per impotentiam, quia eſt omnipotens: nec per malitiam, quia eſt infinitè bonus: nec alio aliquo modo, quia eſt cauſa omnibus modis efficaciſsima: Fit euidenter conſequens, Deũ non poſſe eſſe cauſam actus mali, nec actionis malæ, ut talis. Sed ſi in actione mala reperiatur aliquod poſitiuum, illius poſitiui Deus eſt cauſa, non autem ipſius defectus. Ergo per idẽ Deus non poteſt eſſe cauſa peccati, ut eſt peccatum, malum, aut defectus. Vnam & eandem utique actionem, quæ eſt mala, faciunt, Deus ut cauſa prima, & homo ut cauſa ſecunda: ſed illa actio ſolùm pro ut eſt bona, ideſt, ut habet aliquid poſitiui & boni, refertur in Deum auctorem & eſt ab illo: ut autem eſt actio, & ut eſt defectuoſa, refertur in cauſam ſecundam; & ut defectuoſa eſt, tantum ab illa eſt. Optimè huiuſmodi rei exemplum affert ſanctus Thomas, dicens, Peccatum nominat ens & actionem cũ quodam defectu: defectus autem ille eſt ex cauſa creata, ſcilicet libero arbitrio, inquantum deficit ab ordine primi agentis, ſcilicet
F Dei. Vnde defectus iſte nõ reducitur in Deũ, ſicut in cauſam: ſed in liberum arbitrium. Sicut defectus claudicationis, reducitur in tibiam curuam, ſicut in cauſam, non autem in uirtutem motiuam, à qua tamen cauſatur quicquid eſt motionis in claudicatione. Et ſecundum hoc, Deus eſt cauſa actus peccati, non tamen eſt cauſa peccati: quia non eſt cauſa huius, quod actus ſit cum defectu. Hæc ille. Poſſumus nos etiam rei exemplum alio modo afferre & non medius fidius malè, Si ponamus Socratem & Platonẽ ſimul unum eundemq́; portare lapidem, quem nullus eorum ſeorſum poſſet portare: hac tamen lege, quòd Socrati per præceptum ante licentia aut facultas daretur portandi, Platoni autem iniunctum fuiſſet ut à portando abſtineret. Quidem tunc una eſſet portandi actio, quia non plures ſed una lapidis portatio. Illa autem actio ſic ſe haberet, quòd pro ut eſſet actio, eſſet quidem à Socrate & Platone, ſed pro ut eſſet actio mala, ſiue defectuoſa, aut deficiens à lege, eſſet à Platone tantum. Solus enim Plato, & non Socrates à portando prohibetur: & ideo ſolus ille deficit, quia portat, ſolusq́; ille peccat, quia illud eſt peccare, defectuosè, ſiue contra legem agere. Ita in actu ſiue in actione peccati, quam Deus & creatura, cauſa prima & cauſa, operantur, G agunt, faciunt, aut exercent, cum tamen ſit una & eadem, ſola creatura peccat, Deus non peccat: ſola creatura facit peccatum ſiue defectum, Deus autem minimè. Et hæc fortè eſt ratio proxima, quare Deus omnino peccandi facultatis exors eſt per naturam: quia per naturam ſuam altiſsimam habet, ut non poſsit deficere in ſua actione, non poſſit defectuosè agere: nec in ſuis actionibus naturalibus, quarum regula eſt, eius natura; nec in ſuis actionibus liberis, quarum regula eſt eius uoluntas. Quandoquidem in Deo, tum natura, tum uoluntas, eſt prorſus cuiuſuis obliquitatis, & defectus expers: ideo per conſequens, ſine dubio & peccati. Eſt igitur Deus cauſa actus ſiue actionis peccati, non tamen eſt, neque poteſt eſſe cauſa peccati: ut quidem iam conſtat, ex nomine atque ex natura peccati. Conſtat hoc etiam alio pacto, Si conſideramus modos, quibus natura peccato obnoxia poteſt peccare, aut peccat. Homo enim, uerbi gratia, dupliciter eſt cauſa peccati, uel ſui, uel alterius; Vno modo directè, inclinando ſcilicet uoluntatẽ ſuam, uel alterius ad peccandum. Alio modo indirectè; dum ſcilicet non abducit aliquos à peccato. Vnde Ezechiel. ſpeculatori dicitur, Si non dixeris impio, Morte morieris, ſanguinem eius de manu tua requirã. Deus autem nõ poteſt eſſe directè cauſa peccati, uel ſui, uel alterius: quia omne peccatum eſt per receſſum ab ordine, qui eſt in H Deum, ſicut in finem: Deus autem omnia inclinat & conuertit in ſeipſum, ſicut in ultimum finem: ſicut Dionyſius dicit De diuinis nominibus. Vnde impoſsibile eſt ut ſit ſibi uel aliis cauſa diſcedendi ab ordine, qui eſt ipſum: unde non poteſt directè eſſe cauſa peccati. Similiter neque indirectè. Contigit enim quòd Deus aliquibus non præbat auxilium ad euitandum peccata, qui ſi præberet, non peccarent: ſed hoc totum facit ſecundũ ordinem ſuæ ſapientiæ & iuſtitiæ, cùm ipſe ſit ſapientia & iuſtitia. Vnde non imputatur ei, quòd alius peccet, ſicut cauſæ peccati: ſicut gubernator non dicitur cauſa ſubmerſionis nauis, ex hoc quòd non gubernat nauem, niſi quando ſubtrahit gubernationem, potẽs & debẽs gubernare. Et ſic patet, quòd Deus nullo modo eſt cauſa peccati. Sic docuit Thomas ſic & omnes alii, qui de hac re, bene locuti ſunt docuerunt, omnes, inquam, tum antiquiores, tum recentiores, non ſolùm Gentiles, ſed et Chriſtiani: ut quidem Deus ſicuti eſt cauſa prima, ſit etiam cauſa omniũ actionum poſitiuarum quãtum ad poſitiuũ, non tamen ſit cauſa mali culpæ, ut malum. Be-

Ariſtot. Ethic. 1. Poſter. 1.

S. Thom. Vbi ſupra. Art. 2.

S. Tho. ubi ſup. Art. 1.

Ezech. 3

Cap. 4.

A Bene dixit Plato in Dial. De Repub. ſiue de *Plato.* iuſto, non eſſe boni facere malum, ſicut nec frigidi facere calidum.

Vt autem ueritas magis eluceſcat, etiam ex oppoſitis iuxta ſe poſitis, rem proſequamur: *Durād.* Durandus de ſancto Portiano mouet *Lib. 2.* quæſtionem, Vtrùm actio peccati ſecundum *Diſt. 1.* quod actio, ſit à Deo? Reſpondendo dicit *quæſ. 5.* tria, Primum eſt quòd Deus eſt cauſa actionis peccati uniuerſalis, & prima. Secundum eſt, quòd non eſt cauſa eius proxima & immediata. Tertium eſt, quòd ex hoc non poteſt Deo imputari culpa. Probat primum dictum, quia à quo eſt eſſentia, eſt & uirtus & operatio, ſaltem mediatè: ſed omnis eſſentia eſt à Deo: igitur & cætera. Probat ſecundum, *Lib. 2.* per ea quæ dixerat aliàs; ubi quæſiuit, Vtrùm *Diſt. 1.* Deus agat immediatè in omni actione creatu *quæſ. 5.* ræ? Ibi enī aſſeruit, quòd ea quæ fiunt à Deo mediantibus cauſis ſecundis, non fiunt ab eo immediatè. Hanc ſuam determinationem probat, dicens, Si Deus ageret immediatè ad productionem effectuum cauſæ, ut cum ignis generat ignem, aut ageret eadem actione qua creatura, aut alia: Non eadem propter duo, Primo, quia illam poteſt habere creatura ſine ſpeciali influxu Dei, ſuppoſita conſeruatione ſuæ naturæ & ſuæ uirtutis actiuæ; quia actio quæ non excedit uirtutem ſpeciei B agentis, ſufficienter elicitur à ſola uirtute ſpeciei: fruſtra ergo poneretur principium aliud immediatum, efficiens talem actionem. Secundò, quia impoſsibile eſt eãdem actionem numero eſſe à duobus uel pluribus agētibus, ita quòd à quolibet ſit immediatè & perfectè niſi in illis ſit eadem uirtus numero. Sed in Deo & creatura non poteſt eſſe eadem uirtus numero, & actio creaturæ immediatè eſt à creatura & perfectè, cum non excedat uirtutem ſuæ ſpeciei. Ergo &c. Ad idem procedit etiam, quaſi ita diſcurrens, Aut Deus agit cū creatura immediatè eadem actione, uel alia. Non primum, quia non apparet quomodo plura agentia poſſint habere eandem actionem perfectè & immediatè, niſi una uirtus actiua ſit in illis: Nec ſecundum, quia aut una illarum actionum prius attingeret productū quàm alia, aut non, ſed utraque ſimul? Non prius una quàm alia, quia quæ poſterius eſſet, nihil iam efficeret: cùm quælibet ponatur perfecta. Nec ſimul, quia ſi hoc eſſet, altera ſuperflueret, cùm una ſufficiat ad totum producendum. Nec uidetur quòd ad eandem formam numero producendam, poſsint eſſe diuerſæ actiones. Probat autem Durandus ſuum tertium dictum ſic, Actio non debet imputari agenti, niſi ſecundum quòd ab ipſo procedit: ſed actiones liberi arbitrii non procedunt à Deo, niſi ſecundum indifferentiam C ad bonum & ad malum. Ergo &c. Minorem probat, quia Deus non eſt cauſa actionum liberi arbitrii, niſi quia liberum arbitrium ab ipſo eſt & conſeruatur: ſed liberum arbitrium ab ipſo eſt & conſeruatur: ſed liberum arbitrium in eſſe conſeruatum, adhuc eſt indifferens ad eligēdum actum bonum uel malum, nec determinatio eius ad malum eſt à Deo. Ergo actiones liberi arbitrii nō poſſunt Deo imputari ſecundum communem curſum, niſi ſecundum indifferentiam ad bonum & malum. Dico autem, inquit, ſecundum communem curſum, quia forſan Deus ex beneplacito ſuo liberum arbitrium inclinat ad bonū, nunquam tamen ad malum: ut ſic bona actio Deo imputari poſsit, nunquam tamen mala. Addit Durandus his, dicens, Si ſumatur aliqua ſingularis actio, puta hoc adulterium, quæ ſecundum ſe non poteſt ſeparari à deformitate culpæ, impoſsibile eſt quòd Deus ſit immediata cauſa talis actionis: non ſolùm propter rationes prædictas, ſed quia neceſſariò eſſet cauſa deformitatis, ita quòd ipſi attribueretur defectus ſicut & actus. Id uerò, ſic nititur probare, Ad defectum enim culpabilem tria concurrunt, ſcilicet quòd defectus culpabilis non cauſetur niſi ab agente, quia culpa eſt malum quod facimus: defectus uerò non culpabiles, aliunde cauſari poſſunt, D ſcilicet ex diſpoſitione materiæ, ſicut tibia claudi non poteſt rectè incedere licet non ſit defectus ex parte uirtutis progreſsiuæ, ſed ex indiſpoſitione materiæ. Ad hoc etiam quòd defectus ſit culpabilis oportet, quòd ſit in poteſtate agentis, quia quæ non ſunt in poteſtate noſtra, non ſunt nobis culpabilia. Item requiritur quòd defectus non ſit ignoratus, ignorantia quæ excuſet peccatum. Ex iſtis ſic arguit, Omnis defectus culpabilis imputatur agenti producenti, & habenti ſuper actū dominium, & non ignoranti defectum. Si ergo Deus immediatè cauſet actum huiuſmodi adulterii, cum non agat ex neceſsitate naturæ, ſed liberè, habens plenum dominium actus, nec ignoret defectum adiunctum, non uideo quin ipſi debeat ad culpam, ſicut homini uel magis quàm homini, cuius ignorantia poteſt eum quando totaliter excuſare, uel culpam alleuiare. Item quando duo ſunt coniuncta inſeparabiliter, quicunque ſciens utrunque, eligit unum, eligit & alterum: quia & ſi illud non eligeret abſolutè quia malum, ex quo tamen coniunctum eſt ei quod uult, nec ſeparari poteſt ab eo, neceſſe eſt quòd utrunque uelit: Sicut patet in uoluntariis mixtis, cùm aliquis proiicit merces in mare ut ſaluetur, quas tamē ſecundum ſe non uellet proii-

E cere. Hæc Durandus. Qui ut iam ſatis conſtat ex dictis, fatetur quidem, Deum eſſe cauſam actionis peccati uniuerſalem & primam, negat autem Deum eſſe cauſam actionis peccati proximam & immediatam: quod etiam concedit de omnibus actionibus creaturarũ regulariter.

Arduum igitur dubiũ olim uiſum eſt aliquibus, ut Aureolo & Durando, de re huiuſmodi; uidelicet, quomodo poſſunt hæc duo ſtare ſimul, quod actus peccati ſit à Deo; & defectus cõcomitãs nullo modo ſit à Deo, ſed à cauſa creata ſola? Oriebatur autem difficultas principaliter ex duabus uiis, Prima, ex parte habitudinis entitatis poſitiuæ actus ad deformitatem peccati. Secunda, ex parte habitudinis entitatis poſitiuæ actus ad cauſam effectiuam. Ex prima uia, talis eſt difficultas. Deformitas peccati eſt priuatio contrariæ rectitudinis poſitiuæ ſpeciei, moralis uitii inhærentis actui ſubſtrato. Ergo neceſſariò cauſatur à cauſante illam poſitiuam ſpeciem moralis uitii in ſubſtrato actu. Ergo cauſatur à Deo ſi ab ipſo cauſatur omnis poſitiua entitas actus peccati. Antecedens declaratur reſumendo, quòd in peccato ſunt tria, actus moralis uitii, & deformitas. Verbi gratia, in intemperantia ſunt tria, actus interior uel F exterior, entitas poſitiua repoſita in ſpecie intemperantiæ afficiens actum, & deformitas priuatiua: Et cum conſtet quòd entitas intemperantiæ, eſt contraria entitati temperantiæ, ut frigus calori, & quòd ad unum cõtrarium poſitum in aliquo, neceſſariò ſequitur priuatio alterius contrarii, in eodem; ut ad poſitum frigus in manu, ſequitur priuatio caloris in eadem: ac per hoc oppoſitam entitatem temperantiæ, in actu ſequitur priuatio temperantiæ in eodem. Et quòd in hac priuatione conſiſtit deformitas peccati intẽperantiæ, quia conſiſtit in priuatione rectitudinis debitæ ineſſe ſubſtrato actui: conſtat enim quòd rectitudo debita ineſſe actui ſubſtrato intemperantiæ, eſt rectitudo temperantiæ. Conſequentia autem probatur inductione & ratione. Inductione quidem, quia diſcurrendo, nullam inuenimus inſtantiam, quin efficiens unum contrariorum in aliquo, priuet conſequenter reliquo illud met ſubiectum: ut patet in calefaciente, dealbante, & aliis. Ration autem, quia agens quantum dat eſſe, tantum dat de priuatione contrarii illi eſſe, in cuius ſignum agens quando non poteſt priuare ſubiectum contrario, non dat illi intentum eſſe. Calefactiuum nanque non calefacit, ſi non poteſt calefactibile priuare frigore: eiuſdem enim rationis eſt ponere unum contrariorum in aliquo, & priuare illud altero: Quamuis differenti gradu & modo; quia ponere eſt principaliter & per ſe: priuare uerò ex conſequenti & per accidens. Ex G ſecunda uerò uia difficultas talis eſt. Actus peccati, quoad ſuam moralem entitatem, eſt à Deo mediatè, ergo poteſt eſſe ab eodem immediatè: ergo poteſt Deus immediatè cauſare peccatum, & peccare inquit Durandus, quantum uidet. Antecedens conceditur, Prima uerò ſequela patet per illam maximam, Quicquid poteſt Deus mediante cauſa ſecunda effectiua, poteſt facere ſe ſolo. Secunda autem quoad primam probatur; quia ipſa priuatio, in qua conſiſtit malum peccati, pertinet ad ſpeciem actus ſequentis, & ſequitur inſeparabiliter ad eam abſolutè: quia ſunt quidam actus ſecundum ſuam ſpeciem abſolutè mali, qui non poſſunt bene fieri, ut negare Deum, odio habere Deum: quæ omnino ſunt indiſpenſabilia, & ipſe Deus ſeipſum negare nequit, ut Apoſtolus dicit. Quoad reliquam demum partem, ſcilicet, ergo poteſt peccare. probatur, quia omnis defectus culpabilis imputatur agenti, immediatè habenti dominium ſuper actum, & non ignoranti. Hæc igitur ſunt præcipua, quibus Durandus reliquit ſententiam communem atque ueram, & tenuit ſuam opinionem particularem atque falſam. *1. Tim.*

H Ita collegit Caietanus. Reſpondens autem pro tuenda ſententia ſancti Thomæ, quæ uera eſt, & communis omnium, dicit, Ad euidentiam huius difficultatis ſciendum eſt, quòd peccatum mortale, de quo ſolo eſt ſermo, claudit tria; ſcilicet actum, ſpeciem moralem, & deformitatem. Et de duobus extremis, ſcilicet de actu abſolutè; & deformitate, non eſt dubium: ſed de ſpecie, id eſt, actu ſpecificato malitia morali, quæſtio eſt, An ſit à Deo? Propter quod tria agenda ſunt, Primò, quomodo ſe habet actus malus moraliter ad deformitatem peccati; Secundò, quomodo ſe habet ad agens; Tertiò, ſatis fiet obiectis. Quoad primum, quia peccatum conſtat ex conuerſione ad obiectum contrarium obiecto uirtutis, & ex auerſione à lege, ſunt in peccato duæ malitiæ. Primò, malitia ex obiecto; ſecundò, malitia ex ipſa priuatione obſeruationis legis. Primò eſt poſitiua, & in certo entis genere: quia mala moralia ſpecies ſunt, ut prædictum fuit. Secunda eſt priuatiua, & eſt ipſa deformitas peccati, in qua conſiſtit ratio mali ſimpliciter. Ad primam neceſſariò ſequitur ſecunda. Ad odium nanque & negationem Dei abſolutè ſumpta ſecũdum has propriè ſpecies formaliter ſumpta, conſequitur neceſſariò priuatio obſeruationis legis: ita quòd oppoſitum non eſt intelligibile. *Caietan. Prim. 2. quaeſ. 79. Art. 1. & 2.*

A gibile. Et hoc eſt quod communiter dicitur, quòd ſunt quidam actus ſpecifici in moralibus, qui ſunt ſecundum ſe mali, & non poſſunt bene ulla ratione fieri. Hæc de primo.

Quoad ſecundum, quia de ratione peccati moralis eſt uoluntarium uoluntate mala, oppoſitum enim nou eſt intelligibile, nec morale. Morale enim abſque uoluntario iutelligi, uec peccatum morale abſque moraliter peccante poteſt. Cum peccare nihil aliud ſit, quàm aliquem uoluntariè declinare: Quia, iuquam, de ratione peccati moralis eſt uoluntarium uoluntate mala moraliter: oportet ut de ratione peccati moralis ſit, eſſe à uoluntate deficiente: ac per hoc impoſsibile ſit ipſum eſſe à Deo immediatè. Et ſi huic adiuxeris quod dictum eſt, ſcilicet quòd conuerſio actus mali parit uecessariò auerſionem, uidebis quòd de ratioue talis connerſionis etiam uoluntarium uoluntate deficiente: ac per hoc impoſsibile ſit, ipſam eſſe à Deo immediatè. Et uerè ſic. Nam actus malus, puta odium uel negatio Dei, ſecundum ſuam moralem ſpeciem & includit ly uoluntarium directè, & ly uoluntate deficiente ex conſequenti: ſicut ipſe actus eſt ſecundum ſe eſſentialiter uoluntarius, deficiens autem ex conſequenti.

Ex hoc autem quod de ratione talis actus eſt, eſſe ab agente deficiente: ſequitur quòd pro quanto eſt ab agente, ſit à Deo primo agente; pro quanto à deficiente, non ſit à Deo.

B Sequitur ſecundò, quòd dicere deformitatẽ peccati comitari actum talem abſolutè, (id eſt, uoluntarium uoluntate mala) & dicere ipſam comitari talem actum ut eſt ab agente deficiente, idem eſt: quia de ratione talis actus eſt, eſſe ab agente deficiente. Sequitur tertiò, quòd non eſt idem concurrere ad talem actum, ſecundum id quod habet ab agente ut ſic, & ſecundum id quod habet ab agente deficiente: ſicut non eſt idem eſſe agens, & eſſe deficiens: nec eſſe ab agente, & eſſe à deficiente. Ex quo ſequitur quartò, quòd non ualet, A. eſt cauſa actus moraliter mali ſecũdum ſuam ſpeciem, ergo eſt cauſa peccati, ſeu deformitatis: ſecundum bene ualet, A. eſt cauſa deficiens actus moralis mali ſecundum ſuam ſpeciem, ergo eſt cauſa peccati & deformitatis: Quia deformitas & completa ratio peccati ſequitur ad ſpeciem mali moralis, ut eſt ab agente deficiente, & non ut eſt ab agente. Ex his autem habes, quòd cùm actus moralis malus ſecundum ſuam ſpeciem poſſit dupliciter diſtingui; Primò, ut ſumptus abſolutè diſtinguatut coutra ſeipſum ſumptum, ut eſt ab agente deficiente: dicendo, quòd ſpecies moralis mali ſumitur dupliciter, abſolutè, ut eſt à libero arbitrio humano, & ſic diſtinguunt quidam, dicentes quòd

C deformitas conſequitur actum malum moralem, non abſolutè, ſed ut eſt à libero arbitrio: & propterea deformitas actus non eſt à Deo, quia non ſequitur ipſum abſolutè. Verius tamen diſtinguitur ſecundo modo, ſcilicet ut abſolutè ſumptus diſtinguatur contra ſeipſum, ut eſt ab agente ut ſic; quia abſolutè ſumptus uendicat ſibi duo, ſcilicet quòd ſit ab agente, & ſit à deficiente: ac per hoc cum ſumitur ut eſt ab agente ut ſic, ſumitur quaſi ſecundum quid: Vel, & in idem redit, diſtinguantur ſic, Actus moralis malus ſecundum ſuam ſpeciem dupliciter, Primò abſolutè ſeu ſimpliciter, ſecundò, ſecundum id quod habet perfectionis. Et primo modo, ſequitur ad eam deformitas: ſecundo, non. Primo modo, eſt agente deficiente; ſecundo, ab agente tantum: ac per hoc à Deo. Et ſic totum oppoſitum uidetur eſſe eius, quod illi dicunt. Comparaui tamen utranque uiam in ueritate, dicendo uerius ſecundo modo diſtingui: quia ad bouum ſeuſum ſaluari creditur, ut patebit. Quod autem hæc ſint de mẽte auctoris, ex hoc loco patet, ubi in reſpon. ad ſecundum arg. Secundò dicitur, quòd defectus qui dicitur non eſſe à Deo, pertinet ad ſpeciem actus conſequenter. Quid clarius? Si conſequitur ad ſpeciem actus, tanquam pertinens conſequenter ad eam; igitur ad eam ſimpliciter conſequitur. Hæc de ſe-

D cundo. Quoad tertium, Primæ ratiouis in oppoſitum negatur antecedens. Nam unum contrarium directè priuat reliquo, ex ea parte, qua eſt illi contrarium: uitium autem uirtuti aduerſatur ex parte conuerſionis, quia ad coutra obiecta conuertuntur. Et ſic uitii ſpecies in actu poſita, priuat per ſe loquendo, conuerſione ad obiectum nirtutis: quod eſt priuare rectitudine conuerſionis inuenta in uirtutis actu in ordine ad proprium obiectum: talem antem priuatiouem ſic cauſare à Deo, nullum inconneniens eſt, ſicut nec cauſari ipſam nitii ſpeciem. Dico autem ſic, quia ſecus eſt, ut ſubſtat auerſioni: deformitas autem peccati, in ipſa auerſione conſiſtit. Cuius ſignum eſt, quòd habituatum in temperantiæ uitio, ſtatim ut pœnitet, non comitatur deformitas, quia ſublata eſt auerſio: & perſeuerat priuatio habitus temperantiæ acquiſitæ, perſeuerante pronitate conuerſionis ad obiectum intemperantiæ; Non enim ſtatim deſinit. Ad probationem uerò, quia conſiſtit in priuatione rectitudinis debitæ ineſſe actui, dicitur, quòd eſt ſophiſma conſequentis. Conceſſo enim hoc, non ſequitur; ergo in priuatione huius rectitudinis, ſcilicet obiectiuæ: dico enim quòd conſiſtit in

E in priuatione rectitudinis debitæ in eſſe ſubſtrato actui in ordine ad legem, quæ uocatur conformitas ad legem, cuius priuatio uocatur auerſio, in qua conſiſtit deformitas peccati. Et ſi propter hanc ueritatem mutetur argumentum,& arguatur de deformitate ſeu auerſione, ex hoc quod inſeparabiliter ſequitur ad ſpeciem abſolutè: iam patet reſponſio, quòd quando aliqua ſpecies uendicat ſibi nō ſolùm agens, ſed agens deficiens, non oportet omne agens cauſans illam ſpeciem, cauſare defectum comitantem illā, quia ſtat quòd defectus ille adueniat ex deficiēte: ſicut ſi exigeret duo agentia, non oportet omne agens cauſare totum quod inuenitur in illo. Et ſi inſtetur, quia ſpecies moralis mali non eſt diuiſibilis in plura, quorum unum fiat ab agente deficiente, & alterum ab altero: facilis eſt reſponſio, quòd in reſolutione effectuum in cauſas, non conſideratur diſtinctio rei, ſed rationum rei. Et ſic ſpecies mali moralis ſimpliciter reſoluitur in agens deficiens: ſecundum id autē quod perfectionis habet, ut ſic, reſoluitur ſolùm in agens. Ad obiectionem ex ſecunda uia, negatur prima ſequela: & ad probationem, Quicquid Deus &c. reſpondetur, Quando eſt ibi ſola habitudo effectus ad efficiens: ſecus autem eſt, ubi alia interuenit habitudo, comedere nanque facit Deus in animalibus comedentibus, mediante cau-
F ſa ſecunda: nec poteſt tamen fieri comedere ſi ne comedente: implicat nanque contradictionem uitaliter operari, quod importat comedere, & nullum uiuens illo uitali opere operans eſſe. Vndelicet poſsit fieri comeſtionis ſimilitudo, ut fit in corporibus aſſumptis ab angelis, non tamen uera uitalis comeſtio abſque uerè comedente. Et ſi dicatur, Deus poteſt conſeruare opus uitale, puta comedere, uel actuale odium Dei in actu exercito poſito nunc, in nihilum redigēdo comedentem: uel odio habentem: ergo poteſt etiam immediatè talia facere: quicquid nanque poteſt immediatè conſeruare, poteſt immediatè facere. Reſpondetur, quòd ſi Deus hæc conſeruaret, ſic non remanerent eiuſdem rationis; nō enim remanerent in ratione actuum uitalium in actu exercito, ſed per modum formarum. Sicut ſi conſeruaretur albedo ſine omni quantitate, non remaneret eiuſdem rationis: quia non remaneret in ratione ſenſibilis. Et ad hunc ſenſum accipiendo has ſpecies abſolutè, creditur ſaluari uia ſupradicta, ſcilicet quòd ad ſpeciem moralem actus mali abſolutè, non ſequitur deformitas. Si enim ſic conſeruaretur aut fieret, non comitaretur deformitas: quoniā deformitas ſequitur ſpeciem moralis actus mali in actu ſuo exercito;

& non ſeparatam in alia ratione eſſendi. Hæc Caietanus. Et quidem ſatis bene. Gabriel refert quoſdam dixiſſe quòd Deus eſt totalis cauſa odii ſui in uoluntate diaboli, quantum ad omne poſitiuum ſiue abſolutum in actu odio proſequendi Deum: tanquam in hoc conſiſtat, ut etiam dicunt, obſtinationis ratio. Quia actus odiendi Deum non eſt in poteſtate uoluntatis diaboli, nec poteſt eum à ſe remouere etiā de ſua potentia abſoluta. Qui actus habet formalem repugnantiam ad actum diligendi Deum,& ita eum non compatitur ſecum: nec per conſequens, aliquem actum bonū: cum nullus actus ſit bonus, qui caret circunſtantia finis ultimi, qui eſt Deus. Probant illi doctores, Deum poſſe cauſare illum actum odii quantū ad eius eſſe abſolutū, quia quicquid Deus poteſt cauſare cum cauſa ſecunda concurrente in genere efficientis, poteſt ſe ſolo cauſare: ſed odiū poteſt cauſare cum dæmone, Ergo ſe ſolo. Neque enim aliquis actus poſitiuus poteſt produci, Deo nō concurrente. Et ut etiam dicunt, non magis horrendum eſt dicere Deum eſſe cauſam omnimodā atq; abſolutā totalē odii, quàm dicere eum eſſe cauſam eius particularē & principalem. Secundum autē dicere oportet, niſi negetur, Deum eſſe cauſam principalem & uniuerſalem omnium effectuum abſolutorum. Illi autem doctores conſequenter dicunt, odium Dei non eſſe eſſentialiter malū aut peccatū: quia poteſt ſeparari à deformitate morali & demeritoria, non minus quā dilectio Dei in angelo poteſt ſeparari à bonitate morali & meritoria; ut puta ſi à Deo infunditur, & non à uoluntate creata elicitur. Sic enim quia non elicitur à uoluntate libera, nō erit actus bonus moraliter, nec meritorius: cum ad utranq; bonitatem requiratur, ut ſit à uoluntate creata liberè elicitus. Vnde talis actus odii inquantum à Deo eſt, non habet rationem culpæ, ſed pœnæ. Producitur enim à Deo, nō in malum, ſed in bonū finem: quia in iuſtā pœnā maximā diaboli. Nec ſic producēdo Deus peccat, quem peccare eſt ſimpliciter impoſſibile. Nam nunquā aliquis peccat, niſi quia facit quod tenetur non facere, aut non facit quod tenetur facere. Deus non tenetur nec obligatur tanquam alicuius debitor, ideo nō poteſt facere quod non debet, nec non facere quod debet. Vnde licet omnis actus peccati poſitiuus producatur à peccatore homine & Deo coagente, & hoc faciendo homo peccat, non tamen Deus cooperando. Hæc ille.

G *Gabriel Lib. 2. Diſt. 7. Quæſ. 1. Art. 1.*

H

AGAMUS clarius de hæc quæſtione grauiſsima. Dicit Caietanus, & bene, peccatum conſtare ex cōuerſione ad obiectum contrarium obiecto uirtutis, atque ex auerſione à lege:

A lege: & quòd ideo in peccato eſt duplex malitia, altera ex obiecto, altera ex priuatione obſeruationis legis. Addit his, quòd prima malitia peccati, quæ conſtat ex conuerſione ad obiectum contrarium obiecto uirtutis, eſt poſitiua, & in certo genere entis: quia ut etiam inquit, mala moralia, ſpecies ſunt. Vt autem de hac re latius diſcutiamus, & materia difficultatis fiat magis intelligibilis: oportet de his latius loqui. Sanctus Thomas ita mouet quæſtionem, Vtrùm aliqua actio humana, ſit bona uel mala in ſua ſpecie? & determinat quòd ſit. Probat autem ſuam determinationem ex Philoſopho docente, quòd ſimiles habitus, ſimiles actus reddunt: ſed habitus bonus & malus differunt ſpecie, ut liberalitas & prodigalitas: Ergo actus bonus & malus differunt ſpecie. Ita concludit quòd in moralibus malum genus & differentia conſtituunt ſpeciem, tanquam formaliter ens poſitiuum, & bonum in ſe: quamuis tamen ſit malum homini per reſpectum ad rationem. Arguit in contrarium dicens, Malum cum ſit priuatio, eſt quoddam non ens: ſed non ens non poteſt eſſe differentia ſecundum Philoſophum. Cum ergo differentia conſtituat ſpeciē, uidetur quòd aliquis actus ex hoc quòd eſt malus, non conſtituatur in aliqua ſpecie, Et ita bonum & malum non diuerſificant ſpeciem humanorum actuum. Reſpondet, quòd malum importat priuationem non abſolutā,

S. Tho. Prim. 2. Quæ. 18. Art. 5. Ethic. 2. Meta. 3.

B ſed conſequentem talem potentiam. Dicitur enim malus actus ſecundum ſuam ſpeciem, non ex eo quòd nullum habeat obiectum: ſed quia habeat obiectum non conueniens rationi: ſicut tollere aliena. Vnde inquantum obiectum eſt aliquid poſitiuè, poteſt conſtituere ſpeciem mali actus. Hæc ille. Ecce docet quod malum in moralibus diuerſificat actus humanos, & conſtituit ſpeciem actus mali, tanquam quid poſitiuum: explicans quòd obiectum diſcōueniens rationi ex hoc quòd eſt quid poſitiuum, dat hanc ſpeciem poſitiuam conuerſioni ad ipſum.

Caietan. Ibidem.

CAIETANVS circa hæc declarando atque defendendo dicit, Dubium magnum dilucidandum eſt, quomodo ſtant hæc duo ſimul, ſcilicet differentiæ ſecundum bonum & malum conſtituunt diſtinctas & contrarias ſpecies actuum moralium; & malum nō eſt natura aliqua, ſed nihil, ut Auguſtinus & Dionyſius dicunt. Si enim actus moralis malus, puta intemperantia, ſpecies eſt aliqua inter entia, contraria ſpeciei temperantiæ, ſicut nigredo albedini; ſequitur quòd differentia mali, eſt natura aliqua, & non priuatio. Conſtat enim quòd priuatio nullam poteſt conſtituere ſpeciem actus, aut habitus, aut cuiuſcunque rei. Si autem malum ſecundum totam ſuam formalem latitudinem priuatio, nihilq́; eſt, nulla erit in moralibus mali ſpecies poſitiua. De hac enim loquimur. Ac per hoc nulla uerè, & propriè contrarietas inter actum habitumq́; iuſtitiæ & iniuſtitiæ, temperantiæ & intemperantiæ; quod eſt contra communem doctrinam. Oportet enim utrūque contrariorum ut ſic, eſſe ens poſitiuum formaliter, & non tantum ſubiectiuè. Ad claritatē huius obſcuræ difficultatis ſcito, quòd dicere non auderem, niſi expreſſa diui Thomæ ſententia in prima parte, & contra Gentiles explicaret, quod hic tāgitur, Scilicet quòd malum genus & differentia in moralibus formaliter eſt ens poſitiuum, & bonum in ſe, quamuis ſit malum homini ſecundum rationem. Sicut forma mortui, eſt quoddam ens & bonum in ſe, quamuis ſit malum uiuo. Eſt itaque iniuſtitiæ actus & habitus ſecundum ſuam ſpeciem moralem formaliter ens poſitiuum, & contrarium iuſtitiæ. Nec ex hoc ſequitur quòd malum ſit natura aliqua, aut ens. Sed æquiuocatio accidens hic obſcuritatem parit. Malum enim, æquiuocum eſt ad malum uerè & propriè, & ad malum genus, differentias, & ſpecies moralium. Pro quo nota, quòd malum abſolutè loquendo, ſignificat priuationem boni debiti, quando, ſicut; & cætera. Malum autem in moralibus, quandoque ſignificat priuationem boni ſecundum rationem debiti, quando, ſicut, &

Quæ. 48. Art. 1. ad 2. argum. Lib. 3. cap. 9.

C

D cætera, actui humano uel habitui: quandoque autem ſignificans ens contrarium actui, uel habitui humano bono; Ita quòd inter ſignificationem mali in moralibus & abſolutè, hoc intereſt, quòd malum abſolutè formaliter eſt nihil, denominatiuè autem eſt ens: In moralibus autem malum, quod eſt pars ſubiectiua mali in communi, eodem modo ſe habet, ſcilicet quòd formaliter eſt nihil, denominatiuè uerò eſt ens. Sed præter hoc, in moralibus etiam ipſum ens formaliter contrarium actui uel habitui bono moraliter, uocatur malum ſecundum ſuam ſpeciem. Vbi manifeſtè patet æquiuocatio. Eſt igitur in moralibus malum dupliciter, ſcilicet priuatiuè, & hoc eſt ſimpliciter & formaliter malū, quod eſt nihil, cuius Deus non eſt auctor: & contrariè, & hoc eſt in ſe bonum; & eſt à Deo: quamuis priuatio ſibi annexa, à nullo ſorte ſit, ſicut nec potentia peccandi quoad priuatiuum. Sed de hoc aliàs. Ad propoſitum ſufficit hæc intellexiſſe, & cum his, eorum radicem, Scilicet quòd quia nullus operatur aſpiciens ad malum, oportet in malo actu uoluntatis inueniri bonum aliquod uerum uel apparens, cum priuatione bonitatis alicuius

E ſpectantis ad rectam rationem. Et pro quan
to actus ille ad bonum fertur, ſpeciem ſorti-
tur poſitiuam, ex qua dicitur malus contra-
riè; pro quanto uerò priuationem bonitatis
debitæ habet annexam, eſt malus priuatiuè.
Hæc ille. Ita profectò diſtinguendum eſt de
malo, uidelicet ſecundum prinatiuum, &
ſecundum contrarium: ut malum priuatiuè,
ſit priuatio, & nihil: malum autem contra-
riè, ſit poſitio, ſeu poſitiuum quid, ut con-
ſtat in moralibus.

Vbi ſup. Lib. 2. Diſt. 37. quæſt. 1. Lib. 2. Diſt. 1. quæſ. 5.

ERRAVIT igitur Durandus grauiſſi-
mè in eo, quòd dixit Deum non eſſe cauſam
proximam & immediatam actionis peccati
ſecundum quod eſt actio. Sed iſte error eius
maximè conſequens ſibi fuit ad alium errorē
ſuum, quo dixerat Deum non agere imme-
diatè in actionibus creaturarum, ſed ſolùm
mediatè: ideſt, quia cauſas ſecundas produ-
xit, & eas in ſuo eſſe, etiam cauſatiuo conſer
uat. Ex hoc enim ſuo errore generali quoad
omnes creaturæ actiones, ſequitur manife-
ſtè ille alius ſuus error magis particularis
quoad omnes hominis actiones malas, in-
quantum actiones. Circa iſtam materiam a-
ctionum creaturarum fuit error olim quo-
rundam ſed paucorum dicentium, quòd crea
tura nihil prorſus agat, puta quòd ignis non
calefaciat, & ſimilia: ſed Deus creat calorē,
& ſic de omnibus: Illum errorem retulit Du
Vbi ſtatim ſup. raudus, & reliquit; quia tollit à rebus pro-
prias operationes, tollit etiam iudicium ſen
F ſus quo experimur res creatas inuicem age-
re. Fugiens antem hunc errorem, qui dicit,
Deum facere totum, & nihil creaturam: in-
cidit in alium errorem ſuum paulò ante poſi
tum, qui dicit creaturam facere totum, & ni
hil Deum: loquendo de factione ſeu actione
immediata. Sententia uerò doctorum catho
licorum ſanè ſapientium utrunque errorem
iſtorum damnat & uitat: ponens contra Du
randum, quòd in omnibus actionibus cauſæ
ſecundæ, principalius & immediatius imme
diatione uirtutis agit cauſa prima: & ponens
contra alios, quòd in actionibus ordinariis,
minus principaliter & immediatius immedia
tione ſuppoſiti agit cauſa ſecunda. Gabriel di
cit, quòd ſi Deus determinaret ſe quòd ab
hac die ad prolationem alicuius uerbi à quo-
cunque prolati uelit dare pluuiam; uerbum
illud iam prolatum ita propriè eſſet cauſa plu
uiæ ad eius prolationem à Deo cauſatæ, ſicut
calor eſt cauſa caloris. Non tamen intendit
negare cauſalitatem cauſarum ſecundarum
per ſuum influxum, ſiue efficientiam. Por-
rò de Dei cauſatione, cauſalitate, concurſu,
efficientia, aut cooperatione qua agit cum
cauſa ſecūda ad effectum ſeu actionem illius,

Gabriel Biel. lib. 4. Diſt. 1. Quæſ. 1. art. 1. Notab. 3.

dicit, Vnde Deus nihil facit per cauſam ſecun G
dam, quin illud faciat per ſeipſum, æque prin
cipaliter & non minus quàm ſi ſolus facerer.
Immo ut dicit dominus Petrus de Aliaco,
Plus facit Dens faciendo aliquem effectum
mediante cauſa ſecunda, quàm ſi faceret eun
dem effectum ſe ſolo: quia quando facit ali-
quem effectum mediante cauſa ſecunda, ipſe
non ſolùm facit illum, ſed etiam facit cauſam
ſecundam eſſe cauſam illius effectus. Vnde
in factione qua aliquid facit cum cauſa ſecun-
da, ſunt plures termini diuinæ factionis,
quàm ſi faceret ſe ſolo: quia in prima unus
terminus eſt effectus de nouo productus, &
alius terminus ipſa cauſa ſecunda in eſſe cau-
ſæ. Sed in ſecunda eſt ſolus unus terminus,
ſcilicet effectus. Hæc illè. Deus ergo agit cum
cauſa ſecunda immediatè attingendo actio-
nem, & dum ſic agit, etiam principaliter a-
git: atque niſi ſic ageret, ſecunda cauſa non a-
geret. Verùm ſicuti bene notauit Gregorius
Ariminenſis & iam nunc notatur ab omni-
bus, Deus agens cum cauſa ſecunda, tali con
curſu agit, talemq; modum agendi ſeruat,
quod ſic agendo & non alio modo, non pro-
duceret ſolus illum effectum: ſed oporteret
illum alio modo agere, ut illum effectū ſolus
produceret; particularius, fortius, aut inten-
ſius, aut aliàs. Per hæc patent manifeſtæ re-
ſponſiones, ad obiectiones Durandi: de quo
utique mirum eſt, quomodo tam bonum in- H
genium habens, cecidit in re ſic graui, ex ſic
facillimis ſundamentis. Vna & eadem actio-
ne agunt cauſa prima & cauſa ſecunda per uir
tutes diſtinctas, eundem effectum: ſicuti hoc
generale eſt in omnibus cauſis ordinatis, ut
ſubordinatur ſine inſtantia omnis cauſa ſe-
cunda, cauſæ primæ. Neque ex parte alicuius
ſuperfluit concurſus. Cauſa enim ſecunda ſi-
ne concurſu cauſæ primæ, nihil omnino effi-
ceret; ſicut ignis Babylonicus non combure-
bat ſeruos Dei, Deo non concurrente. Deus
etiam eo concurſu quo concurrit cum cauſa
ſecunda, non produceret ſolus illum effe-
ctum, niſi alio modo ageret.

AD propoſitum doctrinæ ſancti Thomæ
redeamus, ſi placet. Magiſter Sententiarum *Magiſt.*
dicit, Sanè dici poteſt & liberè tradi debet, *Lib. 2.*
peccatum eſſe actum malum interiorē & ex- *Diſt. 35.*
teriorem: ſcilicet malam cogitationem, locu-
tionem, & operationem præcipuè: tamen in
uoluntate conſiſtit peccatum, ex qua, tan-
quam ex arbore mala, procedūt opera mala,
tanquam fructus mali. Quidam autem dili-
genter attendentes uerba Auguſtini quibus
ſupra & in aliis ſcripturæ locis utitur, non in
doctè tradunt, uoluntatem malam & actus
malos inquantum ſunt uel inquantum actus
ſunt,

A ſunt, bona eſſe: inquantum uerò mala ſunt, peccata eſſe. Qui uoluntatem & actum quencunque, bonam Dei naturam eſſe dicunt, in quantum actus eſt uel uoluntas, & ex Deo auctore eſſe: inquantum uerò in ordinatè & contra legē Dei fit, & ſine debito caret, peccatum eſt; & ita inquantum peccatum eſt; nihil eſt. Nulla.n. ſubſtantia eſt, nulla natura. Hæc ille. Ad idem probat in ſequentibus, uoluntates & actus omnes eſſe bona, iuquātum ſunt. Atque rurſus quòd mala uoluntas & mala actio ſine dubio ſunt, & quod inquātum ſunt, bona ſunt. Vbique probans quod inquātum ſunt & bona ſunt, à Deo ſunt: pro quo & Au-
Auguſt. Lib.1. Cap. 32. tom.3. guſtinum adducit in De doctrina Chriſtiana dicentem; Ille ſummè ac primitus eſt, qui omnino incommutabilis eſt: & cætera quæ ſunt, niſi ab illo eſſe non poſſunt: & in tantum bona ſunt, inquantum acceperunt ut ſint. Vbique etiam negans quòd hæc inquantum mala ſunt, à Deo ſint: pro quo etiam & Au-
Quæſt. 3. tom.4. guſtinum adducit in libro 83. quæſtionum, dicentem, Vitium eſt uoluntas, quo eſt homo deterior: quod uitium longè abeſt à uoluntate Dei, ut ratio docet. Hæc ille. Ita etiam ſemper dixerūt omnes catholici tractatores, qui de hac re ſcripſerunt, uel quouis modo tradiderunt. Sed hæc profectò non ſunt contra doctrinam ſancti Thomæ ſupra poſitam: immo cum ipſa ſtant, & ipſam magis declarant, aut ſaltem occaſionem præſtant altius
B intelligendi, & oculatius declarandi. Refert
Magiſt. Lib.2. diſt. 37. etiam Magiſter ſententiam quorundam alio modo ſentientium, dicens, Sunt autem alii plurimi longè aliter de peccato & de actu ſentientes: aſſerunt enim uoluntatem malam & actum malum peccatum eſſe, & nulla ratione bona: nec ſecundum aliquam rationem ex Deo auctore eſſe, quia ſine Deo fiunt. Sine eo nanque (ut ait Euangeliſta) factum eſt nihil. id eſt, peccatum, quod dicitur eſſe nihil: non quia non ſit actio uel uoluntas mala: quæ aliquid eſt: ſed quia à uero eſſe ſeparat homines & ad malum trahit: & ſic ad non eſſe deducit. Hæc ille refert. Refert, inquam, ſed nullo modo ita credit aut docet. Eſtq; illa ſententia non ſolùm falſa, ſed & erronea, atq; implicans contradictionem. Implicat enim, quia fatetur malam actionem uel malam uoluntatem eſſe aliquid, & ſimul aſſerit ea nulla ratione eſſe bona. Ens nanque bonum, & aliquid, ſunt tranſcendentia; Sunt idem re, & uerè prædicantur de ſe inuicem. Quicquid eſt aliquid, eſt ens: & quicquid eſt ens, eſt bonum, quantum ad bonitatem realem, ſeu naturalem, ſeu tranſcēdētem. Vnde ſine dubio, ſibi repugnant, qui dicunt malam actionem aut malam uoluntatem eſſe aliquid, & nulla ratione eſſe bonam. Si eſt aliquid, eſt C
ens; ſi autem eſt ens, quomodo poteſt nulla ratione eſſe bonum? Dubium eſt apud multos, An ratio boni ſit abſoluta, uel reſpectiua? Sed utique nullus dubitat, quin ens ſit bonum, & bonum ſit ens. Neque unquam de hoc dubitabit, qui ſciuerit naturā utriuſque, entis, & boni. Eſt etiam illa ſententia erronea, in eo quòd ait malam actionem aut malam uoluntatem ſecundum nullam rationem eſſe à Deo auctore, quam tamen actionē aut uolūtatem dicit eſſe aliquid: Omne enim aliquid, eſt Creator uel creatura: quia non datur medium: omne aliquid non creator, eſt creatura: omnis creatura, eſt à creatore. Etiam ſatis conſtat, tum ex multis aliis, tum ex iam dictis: quòd omnis creatura, omnisq; actio creaturæ, habet Deum auctorem. Non ſunt igitur ullo modo audiendi, qui illam ſententiam ſomniarunt.

Gabriel. Lib.2. Diſt.37. Quæſ. 1. GABRIEL Biel ita mouet quæſtionem, Vtrùm Deus ſit cauſa efficiens immediata actualis culpæ, quantum ad actum importatum per peccatum ſubiectiuè? Reſpondet per ſequentes concluſiones, Prima eſt, ſumma Dei creatrix eſſentia omnium effectuum poſitiuorum eſt cauſa immediata. Secunda eſt, Actus malus qui eſt materiale in peccato, immediatè cauſatus à peccatore, ſimul eſt & ab efficiente Deo. Hæc ille. Ad primam concluſionem iam multa dicta ſunt in capite præcedente. Secundam autem ita probat. Primū, D
quia omnis entitas poſitiua, eſt à Deo tanquā à cauſa efficiente immediata, & omnis actus malus qui eſt materiale in peccato, eſt entitas poſitiua, cùm omnis talis actus ſit effectus uoluntatis, ob quod certè eſt aliquid poſitiuè. Secundò, quia eſt actus uitalis, ergo eſt aliquid poſitiuum. Tum quia ſicut actus intelligendi eſt aliqua entitas in intellectu: ita actus uolendi eſt aliquid in uoluntate: Tum quia omne bonum naturæ, eſt à Deo efficiente, & omnis actus peccatoris eſt bonum naturæ, quia omne quod eſt, inquantum eſt, bonum eſt. Vnde quia actus huiuſmodi eſt, ergo bonum eſt, non moris, ſed naturæ. Item quia omnis actus uoluntatis quantumcunque malus eſt, eſt perfectior & nobilior entitas quocunque accidente corporali, cùm quilibet actus uitalis & ſpiritualis ſit perfectior ſecundum naturam quolibet actu corporali non uitali: ob quod quilibet actus talis, eſt quoddam bonum, cùm omne accidens corporale ſit bonum. Adducit Auguſtinum in
Auguſt. Lib. 9. Cap. 11. De Trinitate, qui ſpeciem rei exiſtentem in anima, probat eſſe meliorem ſpecie corporali accidentali extra, cuius eſt ſimilitudo, Per hoc quod eſt in meliori natura, ſcilicet anima.

E Ait enim, Melior tamen eſt imago corporis
in animo, quàm illa ſpecies corporis, inquan
tum in meliori natura eſt, ideſt, in ſnbſtantia
uitali, ſicut eſt animus. Item, Sicut omnis
anima humana quantumcũque praua ſuerit,
melior eſt & nobilior ſecundum naturam
quocunque corpore: ſic omne accidens ani-
mæ, eſt melius quocunque accidente corpo-
Anſelm. ris. Præterea Anſelmus in De caſu diaboli,
cap. 19. diſcipulo dicenti, quòd quidem Deus rerum,
naturas rerum omnium faciat, fatendum eſt:
quòd uerò ſingulas actiones peruerſarum uo
luntatum uelut ipſum prauum motum uolũ
tatis, quo ipſa mala uoluntas ſe mouet, fa-
ciat, quis concedit? Reſpondit, Quid mirum
ſi dicimus Deũ facere ſingulas actiones qnæ
fiunt mala uoluntate; cùm eum fateamur fa-
cere ſingulas ſubſtantias, qnæ fiunt in iuſta
Cap. ult. noluntate, & in honeſta actione? Infra. A'
Deo neceſſe eſt eſſe omne quod aliquid eſt.
Cap. ult. Et loqnens de iniuſto nelle diaboli quo pecca
uit, dicit, Velle autem ſecnndum eſſentiam
bonum, ſed quoniam non iuſtè factum eſt,
eſt malum: & tamen à Deo fuit, à quo eſt om
Aliquan ne quod aliquid eſt. Idem doctor in De con-
tulũ poſt cordia præſcientiæ cum libero arbitrio, Om
princi- nis quippe qualitas & omnis actio, & quic-
pium. quid aliquam eſſentiam habet, à Deo eſt; à
quo eſt omnis ſubſtantia, & nulla iniuſtitia..
Facit igitur Deus omnia, quæ iuſta uel iniu-
F ſta uoluntate fiunt, ideſt, bona opera & ma-
la. In bonis quidem facit quòd ſunt, & qnòd
bona ſunt: in malis uerò facit quòd ſunt, ſed
non quòd mala ſunt. Seqnitur, Iuſtitia enim
aliqnid eſt, iniuſtitia nerò nihil. Et poſt mo-
dicum. Et ſicut Deus non facit iniuſtitiam,
ita non facit aliquid iniuſtum eſſe: qui tamen
facit omnes actiones, omnes motus: quia
ipſe facit res à quibus & ex quibus & per qnas
& in quibus fiunt: & nnllas res habet poteſta
tem uolendi aut faciendi, niſi illo dante. Ip-
ſum quoque uelle, quod aliquando iuſtum
eſt, aliquando ininſtum, à Deo eſt: non eſſe
uerò rectum, non eſt quid, nec à Deo eſt.
Scotus. Hæc ille. Ita & omnes. Scotus etiam concor
Lib. 2. dat cum ſancto Thoma, ut quidem actus pec
diſ. 37. cati immediatè ſit etiam à Deo, quantum ad
queſ. 1. actionem poſitiuam, quæ eſt in peccato: non
autem quantum ad formale peccati, non quo
ad culpam, non quo ad defectum. Quia pec-
catum ut peccatum, ſiue in quãtum defectus
& malum, non poteſt habere cauſam niſi de-
fectiuam: qualis nullo modo eſt Deus, neque
ullo modo eſſe poteſt. Sicuti bene dixit Augu
Auguſt. ſtinus in De ciuitate Dei, Nemo quærat effi-
Cap. 7. cientem cauſam malæ uoluntatis. Non enim
tom. 5. eſt efficiens, ſed deficiens: quia nec illa effe-
S. Bona- ctio, ſed defectio. Ita & ſanctus Bonauentu-
uentura. ra fatetur de peccato, quòd quantum ad ſuũ G
formale, non habet cauſam efficientem ſed *Lib. 2.*
deficientem: ut ſic habeat uoluntatem pro *Diſt. 44.*
cauſa deficiente, non efficiente. *Art. 1.*
queſ. 2.

Declaratur quam potentiam homo ad uirtutes per gratiam creationis, habeat, & quam ad uirtu tes per gratiam redemptionis: agitur de cauſa propinqua & cauſa remota, atque de cauſa totali nuncupata, & cauſa partiali: oſtenditur, in omni bona actione hominẽ eſſe cauſam partialem dictam, & gratiam quoque eſſe cauſam partialem: ſed gratiam eſſe cauſam partialem principalem, & ſuauẽ.

CAP. XXXIIII.

VT CONSTAT ex præce-
dentibus, Diximus prius
nos haudquaquam poſſe a-
dipiſci aliquem uſum mo-
ralem, deliberatum, uir-
tuoſum, uel non malum,
fidem, ſpem, charitatem,
pœnitentiam, ant aliquam aliam uirtutem,
niſi per gratiam redemptionis. Diximusq;
poſterius, nos habere potentiam ac faculta-
tem ad fidem, ſpem, charitatem, pœniten-
tiam, & ad omnes uirtutes alias, ex natura
rei, per gratiam creationis. Quomodo ex
gratia creationis habemus potentiam ad o-
mnes uirtutes, ſi ſine gratia redemptionis
nullam poſſumus habere uirtutem? Genera H
liter enim uidetur quòd qui habet potentiã,
habeat poſſe: & qui habet poſſe, habeat po-
tentiam. Rurſusq; non minus generale eſt,
nec minus notum, qnòd potentia & eſſe per
idem medium conueniunt alicui: quamuis
poſſe nideatur qnodãmodo ĩtelligi, ut actus
potentiæ: quaſi ideo aliquis dicatur poſſe,
quia habet potentiam. Si ergo ex gratia crea
tionis potentiam habemus ad omnes uirtu-
tes, qũo ſine gratia redemptionis nullã poſſu
mus habere uirtutẽ? Si gratia creationis dat
nobis potentiam & ut potentiã habeamus:
quomodo eadem gratia creationis non dat
nobis poſſe, & ut poſſimus? Nunquid eſt in
præcedentibus dictis noſtris, aliqua repugnã
tia? Ab ſit. Vera ſunt enim illa omnia, nec eſt
repugnãtia in ueritatibus: ſed in uniuerſum,
uerum cõſonat uero: falſum autem nec illis,
nec ſibi ſtare poteſt. Habet quidem homo
ex natura ſecundum gratiam creationis, po-
tentiam ad omnes nirtutes, immo etiam &
ad ipſam beatitudinem: ſed ea potentia ſemo
ta eſt, non propinqua: ſcilicet quia non po-
teſt prodire in actum, niſi acceſſerit gratia re
demptionis. Si autem ſimili modo dicamus
hominem ex natura rei & ſecundum gratiam
creationis, poſſe omnium uirtutum eſſe cõ-
potem,

A potem, prorſus nullum erit inconueniens: ideſt, ſi loquamur de poſſe longè diſsito, non de poſſe propinquo. Quia homo non habet poſſe, niſi quia habet potentiam: fit conſequens nt tale poſſe intelligatur habere, qualem potentiam habet: ſi propinquam, propinquum: ſi ſemotam, ſemotum. Vnde & nos in præcedentibus, ſicut diximus naturale eſſe hominibus habere potentiam ad omnes uirtutes: ſic diximus naturale eſſe hominibus, poſſe habere omnes uirtutes. Vtrobiq; eodem modo intelligendo, potentiam remotam, poſſe remotum. Quando autem docuimus non poſſe nos homines habere aliquam uirtutem niſi mediante gratia redemptionis, tunc ſine dubio, de poſſe propinquo locuti ſumus: iuxta quem modum etiam aſſerimus, ad nullam uirtutem habere nos homines poſt peccatum facultatem potentiamq; propinquam, niſi gratia redemptionis acceſſerit. Nulla eſt igitur repugnantia in dictis. Quod enim prius fuit negatum, intelligitur de potentia propinqua; quod autem poſterius fuit conceſſum, intelligitur de potentia ſemota. Habemus potentiam remotam ad omnes uirtutes, ſecundum gratiam creationis: non habemus potentiam propinquam ad aliquam uirtutem, niſi ſecundum gratiam redemptionis. Quòd ad omnes uirtutes habemus petētiam remotam, opus
B & gratia eſt Creatoris: quòd ad omnes uirtutes habemus potentiam propinquam, opus & gratia eſt Redemptoris. Scilicet unius & eiuſdem Dei, qui eſt & Creator & Redemptor: qui tamen non præſtaret nobis potentiam propinqnam ad uirtutes, niſi interueniret redemptio præuiſa, nel exhibita. Sic intelliguntur ſententiæ Auguſtini abſque ulla contradictione, quibus docet, perdidiſſe hominem per peccatum potentiam ad cognoſcendum & diligendum Deum, poteſtatemque quam habuit ad bonum, ut docuit
Cap. 3. in De fide ad Petrum diaconum; & in Enchi-
tom. 3. ridio ad Laurentium: atque habere homi-
Cap. 30. nes per naturam poſſe habere fidem, & cha
tom. 3. ritatem, ut dixit in De Prædeſtinatione ſan-
Lib. 1. ctorum, inquiens, Proinde poſſe habere
Cap. 5. fidem, ſicut poſſe habere charitatem, na-
tom. 7. turæ eſt hominum. Ob quod cum in De Spi
ritu & litera dixiſſet, eam fidem in qua eſt
Cap. 31. initium ſalutis aut connexionis ad ſalutem,
eſſe in noſtra poteſtate, ac uoluntate, qnoniā
Cap. 32. cum uult quiſque credit, & cum credit, uo-
tom. 3. lens credit: ſimul tamen docuit in eiſdem lo-
Cap. 33. cis & ſequentibus, non poſſe hominem pro-
Cap. 34. dire in actum credendi, aut quod idem eſt, credere, niſi Dei gratia eius præueniat uoluntatem. Vnde quoties fidem, ſpem, charitatem, aut quamuis aliam uirtutem refert in uolun- C
tatem hominis; toties ibi intelligit interueni re gratiam redemptoris, à qua eſt omnis bona uoluntas noſtra, omneq; initium bonæ uoluntatis noſtræ, bonæ cognitionis, boniq; o-
peris. De his multa loquitur etiam in Enchi *Cap. 32.*
ridio; in De Prædeſtinatione ſanctorum. in *tom. 3.*
De peccatorum meritis & remiſsione, in De *Lib. 1.*
natura & gratia, & locis aliis penè infinitis. *Cap. 3.*
Itaque poteſtatem remotam ad uirtutem ha *tom. 7.*
bet homo per creationem, poteſtatem nerò propinquam habet homo ad uirtutem per redemptionem: illud eſt gratiæ creatiouis, hoc eſt gratiæ redemptionis. Declaratur hoc manifeſtè, in ipſis damnatis angelis qui ceciderunt, habent enim per naturam ſecundum gratiam creationis, potentiam remotam ad omnes uirtutes, etiam ad ipſam propriam beatitudinem: qnia nec captum naturalem, nec naturalem, potentiam remotam perdiderunt: non tamen habent ad hæc potentiam propinquam. Vnde hoc uſu uenit? Quia non habent tale Dei adiutorium, quali indigent ad bonum bene operandum per ſuas naturales potentias, interius, uel exterius: & quale utique adintorium Dei ad bonū haberent, ſi redempti, aut redimibiles, ſeu redimendi fuiſſent. Habent homines ex natura poteſtatem ad bonum, quia ſimpliciter loquendo, poſſunt bonum cognoſcere, uelle, & operari, per ſuas naturales potentias: ſed non ha- D
bent homines ex natura potentiam propinquam ad bonum, quia non poſſnnt habere uſum moralem deliberatum uirtuoſum aut non malum ſuarum naturalium potentiarū, niſi acceſſerit adiumentum Dei pertinens ad redemptionem. Non enim intelligitur aliqna potentia ut propinqua ad aliquod opus, niſi quando habet omnia, quæ ex parte ipſius potētiæ requiruntur, ut illud tale opus agat, operetur, ant faciat. Habet cauſa ſecunda facultatem ad ſuos effectus, habet oculus ſanus facultatem poteſtatemq; ad uidendū omnes colores, habet uoluntas ad amandum omne bonum. Non tamen intelligitur cauſa ſecunda habere poteſtatem propinquam ad effectus ſuos, niſi poſito concurſu cauſæ primæ. Non intelligitur oculus ſanus habere poteſtatem propinquam ad uidendum colores, niſi poſito lumine: quia ad uidendum requiritur lumen. Non intelligitur uoluntas habere poteſtatem propinquam ad amandum aliquod bonum, niſi poſita cognitione eiuſdem boni: quia nihil uolumus, quin ſit à nobis præcognitum. Ita in propoſito. Habet homo per naturam ex gratia creationis, poteſtatem ad omnes uirtutes, fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, & alias: ſed non intelligitur

E habere poteſtatem propinquam ad uirtutem aliquam, niſi poſito adiutorio Dei pertinentem ad redemptionem, ſeu quod idem eſt, ad gratiam redemptionis. Sic autem homo ex gratia creationis & ſine gratia redemptionis, intelligitur habere poteſtatem ad uirtutes, ſed non propinquam. Qualem ergo? Remotam, qualem intelligitur habere cauſa ſecunda ſine concurſu cauſæ primæ, oculus ſanus ſine lumine, uoluntas ſine cognitione, ſcilicet, remotam. Eſt cauſa propinqua ad opus, quæ nihil requirit ad agendum niſi ſolam remotionem impedimenti. Eſt autem cauſa remota quæ præter impedimenti remotionē, aliquid aliud requirit; præſertim ſi illud requiſitum tale eſt, quod ex parte ab eadem cauſa pendeat. Cæterùm ſi placet, ut clarius agamus, quod hactenus diximus de potentia remota & de potentia propinqua, dicamus modo de potentia partiali, atque de potentia totali. Habet homo ex ſua natura ſecūdum gratiam creationis potentiam ſeu cauſam partialem ad uirtuosè intelligendum, uolendum, operandum: quia habet ex ſua natura ſecundum gratiam creationis, intellectum, memoriam, uoluntatem & alias potentias naturales. Non tamen habet homo ex natura ſua, ſecundum gratiam creationis, F potentiam ſeu cauſam totalem ad uirtuosè intelligendum, uolendum, operandum: quia ad hoc non ſufficit humana natura cum generali influxu pertinente ad gratiam creationis, ſed quoque requiritur ſpeciale Dei adiutorium pertinens ad gratiam redemptionis. Quòd ergo diximus non poſſe nos per noſtra naturalia cum ſolo generali influxu operari aliquod opus meritorium, aut morale, deliberatum, uirtuoſum, uel non malum, nec nos habere poteſtatem ad hoc per noſtra naturalia cum generali influxu: illud de potentia totali intelligebamus, quæ potentia totalis non intelligitur poſita, nec ponitur ad talia opera, niſi poſita gratia redemptionis. Quòd autem diximus habere nos homines ex natura rei ſecūdum gratiam creationis, potentiam ad omnes uirtutes & ad beatitudinem ipſam: illud intelligebamus de potentia partiali, quæ intelligitur poſita, & uerè eſt poſita, quando ponitur natura humana cum ſuis potentiis naturalibus, quibus poteſt homo, poſito adiutorio gratiæ redemptionis, bonum uirtuosè intelligere, uelle, operari. Itaque quia homo ſine gratia redemptionis non poteſt operari aliquod bonū meritorium, aut morale deliberatum, uirtuoſum, uel non malum: quidem ſine gratia redemptionis non eſt homo cauſa totalis reſpectu boni eiuſmodi, nec intelligitur habere potentiam totalem ad illud. Talis enim G cauſa eſt, qualem potentiam habet: & talem habet potentiam, qualis eſt cauſa. Partialis ergo eſt potentia quam homo ex natura rei habet ad bonū, id eſt, quia non poteſt homo per ſuas naturales potentias operari bonum aliquod, niſi poſita & mediante redemptionis gratia, quæ hominem præueniat, præparet, iuuet. Vnde quia quoque ipſa gratia non facit in nobis aliquod bonum opus, niſi nobis uolentibus, & cooperantibus: uerè intelligitur ipſa gratia, ut cauſa partialis ad omnia noſtra opera bona: quæ gratia cum ſit cauſa partialis, non poteſt homo ex ſua natura eſſe cauſa totalis. Habet igitur homo ex natura rei ſecūdum gratiā creationis, quòd ſit cauſa partialis ad omne opus uirtuoſum, & potentiam per quam poſſit illud operari ſi à gratia redemptionis iuuetur: hanc per peccatum non perdidit, hanc poſt peccatum retinuit. Qualis eſt illa potētia? remota, ſeu partialis; Quia non poteſt habere aliquē actum moralem deliberatum, meritoriū, uirtuoſum, uel non malum, niſi gratia præueniente atque iuuante: ex quibus duobus ſimul poſitis, ponitur cauſa ſeu potētia propinqua, ſeu totalis. Homo enim & gratia ſunt cauſa propinqua, ſuntq́; cauſa totalis boni cuiuſuis operis, moralis, deliberati, meritorii, uirtuoſi, uel non H mali. Sicut oculus ſanus eſt quidem cauſa ſeu potentia naturalis ad uidendum, non tamen totalis ſed partialis, quia non poteſt exire in actum uidendi ſine lumine: Sic naturalis potentia noſtra eſt quidem cauſa ſeu potētia ad uirtuosè cognoſcendum, uolendum, atque operandum bonum, non tamen totalis ſed partialis; quia non poteſt exire in actum uirtuosè cognoſcendi, uolendi, aut operandi, ſine gratia. De his diſertiſsimè docet Auguſtinus, qui tum alibi affatim, tum *Auguſt.* in De prædiſtinatione ſanctorum ſatis manifeſtè referendo ſuam doctrinam in ſuis retractationibus poſitā, illamq́; ratam habendo, fatetur, omne noſtrum opus bonum, etiam *Item Auguſt. in* ipſam fidem qua credimus, eſſe in nobis & à nobis & à gratia: quia nos nihil boni operari *Hipogn.* poſſumus ſine gratia, nec gratia aliquid in no- *Lib. 3.* bis operatur ſine nobis, quia nihil boni in no- *tom. 7.* bis facit gratia niſi nobis uolentibus. Sic enim dicit, de fide & operibus agens. Vtrun- *Lib. 1.* que ergo noſtrum eſt, propter arbitrium uo- *Cap. 3.* luntatis, & utrunque tamen datum eſt per *tom. 7.* Spiritum fidei & charitatis. Neque enim ſola charitas, ſed ſicut ſcriptum eſt, Charitas cum fide à Deo Patre, & domino Ieſu Chriſto. Et quod paulò poſt dixi, Noſtrum eſt enim credere & uelle, illius autem, dare credentibus & uolentibus facultatem bene operandi

A randi per Spiritum ſanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus noſtris: Verum eſt quidem, ſed eadem regula, & utrunque ipſius eſt, quia ipſe præparat uoluntatem: & utrunque noſtrum, quia non fit niſi uolentibus nobis. Hæc ille. Eadem eſt doctrina Ambroſii, in De Vocatione gentium: in quo ſuo opere cum iam docuiſſet per multa nullum nos homines ſine gratia poſſe habere opus morale deliberatum, meritorium, uirtuoſum, aut non malum, ut ſatis conſtat ex eius dictis allegatis: oſtendens tandem quomodo gratia noſtram uoluntatem præparat, & ſine noſtra uoluntate conſentiente, nihil uirtutis efficit, Ait, Gratia quidem Dei in omnibus iuſtificationibus principaliter præeminet, ſuadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſiliũ, corq; ipſum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam uoluntas hominis ſubiungitur ei, atque coniungitur, quæ ad hoc prædictis eſt excitata præſidiis, ut diuino in ſe cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium, de ſua habens mutabilitate ſi deficit, de gratiæ opitulatione ſi proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos ſiue occultos ſiue manifeſtos omnibus adhibetur: & quod à multis refutatur, ipſorum eſt

Ambroſ. Lib.1. cap.2.3. & 6.

Lib.2. Cap.9.

B nequitiæ: quod autem à multis ſuſcipitur, & gratiæ eſt diuinæ, & uoluntatis humanæ. Siue igitur initia, ſiue profectus fidelium, ſine uſq; in finem perſeuerantium cogitemus genus, nulla ſpecies cuiuſquam uirtutis occurrit, quæ uel ſine dono diuinæ gratiæ, uel ſine conſenſu noſtræ uoluntatis habeatur. Ipſa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, ut in eo quem uocat, primam ſibi receptricem & famulam donorum ſuorum præparet uoluntatem: Nam uirtus nolentium nulla eſt, nec poteſt aſſeri uel fidem, uel ſpem, uel charitatem eis ineſſe, quorum ab his bonis conſenſus alienus eſt. Hæc ille. Anſelmus in ſuo dialogo de libero arbitrio, oſtendens quomodo homo ſeruus peccati habeat nihilominus liberum arbitrium, & poteſtatem ſeruandi rectitudinem, etiam quando rectitudinem non habet; ſcilicet poteſtatem remotam, uel quod nunc pro eodem accipitur, partialem; ſimulq; declarans neceſsitatem gratiæ, qua tantopere indigemus pro denuo habenda uoluntatis rectitudine, Dicit, Etiam ſi abſit rectitudo uoluntatis, non tamen rationalis natura minus habet quod ſuum eſt. Nullam nanque poteſtatem habemus, ut puto, quæ ſola ſufficiat ſibi ad actum: & tamen cum ea

Anſelm.

Cap.3.

C deſint, ſine quibus ad actum minimè perducuntur noſtræ poteſtates, non minus eas, quantum in nobis eſt, habere dicimur. Sicut nullum inſtrumentum ſolum ſibi ſufficit ad operandum: & tamen cum deſunt illa, ſine quibus inſtrumento uti nequimus, inſtrumentum cuiuſlibet operis habere nos ſine falſitate fatemur. Quod, ut in multis aduertas, in uno tibi monſtrabo. Nullus uiſum habens, dicitur nullatenus uidere poſſe montem. Diſcipulus. Qui montem uidere non poteſt, profectò nullum habet uiſum. Magiſter. Habet ergo poteſtatem & inſtrumentum uidendi montem, qui uiſum habet: & tamen ſi mons abeſt, & dicis ei, Vide montem: reſpondet tibi, Non poſſum, quia abeſt: ſi adeſſet, poſſem uidere. Item ſi mons adeſſet, & lux abeſſet; reſponderet ſe montẽ non poſſe uidere, quia non poſſet abſente luce: ſed ſi lux adeſſet, tunc poſſet. Rurſum ſi uiſum habenti lux & mons præſens eſſet, & aliquid uiſui obſtaret: uelut ſi aliquis illi oculos clauderet, diceret ſe non poſſe uidere montem: ſed ſi nihil uiſui eius obſiſteret, tũc ſine dubio montem uidendi, poteſtatem haberet. Diſcipulus. Hoc totum; omnibus notum eſt. Magiſter. Vides ergo, quia poteſtas uidendi aliquod corpus, alia eſt in uidente, alia in re uidenda, alia in medio: idem neque in uidente, neque in re uidenda: & ea quæ eſt in medio, alia eſt in adiuuante, alia in non

D impediente: id eſt, cùm nihil quod impedire poſsit, impedit. Diſcipulus. Video planè. Magiſter. Quatuor igitur iſtæ poteſtates sũt, quarum ſi quælibet una deſit, aliæ tres ſunt: nec ſingulæ, nec omnes ſimul aliquid poſſunt efficere: nec tamẽ abſentibus aliis negamus, aut qui uiſum habet, habere uiſum, aut inſtrumentum ſiue poteſtatem uidendi: aut rem uiſibilem, poſſe uideri: aut lucem, poſſe uiſum iuuare. Hæc ille. Qui ſtatim probat, nos habere poteſtatem ſeruandi rectitudinẽ uoluntatis propter ipſam rectitudinem, etiam abſente ipſa rectitudine, quamdiu in nobis ſunt ratio & uoluntas: ſcilicet quia ratio & uoluntas ſunt quædam cauſa partialis naturalis, qua rectitudinem & cognoſcere & tenere poſſumus; ſicut uiſus eſt quædam cauſa naturalis partialis, qua montem uidere ualemus. Sed & de neceſsitate gratiæ tanquam alterius cauſæ partialis ad bene operandum, determinat idem auctor in ſequentibus: agens de concordia præſcientiæ, & prædeſtinationis, nec non gratiæ Dei, cum libero arbitrio. Quo loco prædicat Dei gratiam neceſſariam nobis eſſe, tum ut rectitudinem propter ſe, hoc eſt affectione iuſtitiæ uelimus, tum ut noſtræ affectioni commodi non ſer-

Cap.4.

Quaeſ.3.

E ſeruiamus. Ad bonas ergo actiones humanas, id eſt, ad actiones hominis morales deliberatas, meritorias, uel uirtuoſas, uel non malas: cauſa partialis eſt homo ex natura rei ſecundum gratiam creationis, & alia cauſa partialis eſt gratia Dei pertinens ad gratiam redemptionis. Quæ cauſa partialis harum, eſt principalior? Vt ſatis notum eſt de ſe, utq; iam ſatis conſtat ex dictis, non poteſt eſſe dubium, quin in bonis noſtris actionibus humanis, quibus credimus, ſperamus, amamus, pœnitemus, aut aliud aliquid agimus moraliter deliberatè, meritoriè, uirtuoſè, aut non malè, principalior cauſa partialis ſit gratia Dei, per merita Saluatoris noſtri.

Itaqve in actionibus aut operibus noſtris bonis, partialis cauſa eſt homo, & partialis cauſa eſt gratia, ſicuti ſatis conſtat ex dictis. Vnde in De correct. & gratia, circa illud, Quicunque enim filii Dei ſunt, ii Spiritu Dei aguntur, dicit Auguſtinus, Aguntur enim ut agant, non ut ipſi nihil agant. Quemadmodum & in Ezechiele legimus, Et dabo uobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponā in medio ueſtri: & auferam cor lapideum de carne ueſtra, & dabo uobis cor carneum, Et Spiritum meum ponam in medio ueſtri: & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini. Quod

F uerbum etiam allegat Auguſtinus frequenter. Eodem ſpectant quæ iam poſuimus ex Apoſtolo ad Epheſios, atque ad Hebræos, de modo quo nos Deus aptat & præparat in bonis, ut ea faciamus. Cauſa tamen partialis, principalis eſt gratia. Habet enim gratiam rationem præparantis, præuenientis, excitantis, iuuantis, mouentis, operantis & cooperantis: homo autem habet rationē moti, excitati, adiuti, Habet ideo gratia rationem principalis agentis, & homo ideo habet rationem agentis minus principalis, ſiue inſtrumenti. Habet gratia rationem ſeſſoris illuminantis, docentis, dirigentis, ducentis: habet liberum arbitrium rationem equi, illuminati, docti, directi, ducti. Habet gratia rationem dominæ, & habet humana uoluntas rationem ancillæ, famulæ, pediſſequæ. Conſtat de his omnibus, in diuinis ſcripturis iam non ſemel allegatis: & conſtat ex his gratiæ conditionibus, quòd gratia in agendo nobiſcum noſtra bona opera, habet profectò principem locū & partes ſine dubio primas. De his loquitur manifeſtè Auguſtinus in epiſtola, quæ eſt ad Bonifacium, ſiue ut alii codices olim habebant, ad Paulinum: ubi gratiam dicit præuiam atque ducentem, uoluntatem autem noſtram dicit pediſſequā atque comitantem. Concinit etiam Auguſtinus in Hypognoſt. ubi gratiam comparat ſeſſori, liberum autem arbitrium noſtrum comparat equo ſeu iumento: iuxta illud uerbum ex quo procedit, Vt iumentum factus ſum apud te. Ita Ambroſius in De uocatione Gentium, gratiam appellat ſeu docet nos, eſſe tanquam dominam, uoſtram autem uoluntatem tanquam ſamulam, eidem gratiæ cooperatricem, atque donorum ſuorum receptricem. Hanc Auguſtini doctrinam ſequitur Magiſter ſententiarum, & ſimul cum ipſo tota ſchola Chriſtiana: nec in hoc ullo modo diſcrepant doctores, ſed ſummè conſentiunt. Scotus mouet particularem quæſtionem de gratia habituali, qui comparando illam potentiæ operanti, quærit, Quæ uidelicet harum debeat dici prima cauſa, & quæ ſecunda. Soluit quæſtionem in eodem loco, diſtinguendo in noſtro actu meritorio, ſubſtantiam actus, & rationem meriti in ipſo actu: tunc fatetur ingenuè quòd ratione boni actus quantum ad eius ſubſtantiam, homo ſeu potentia hominis actiua per quam elicitur actus ipſe, eſt cauſa principalis: ſed ratione boni actus quātum ad eius meritum, principalis cauſa eſt gratia habitualis, ſeu quod idem eſt, habitus gratiæ. Cœlius Pannonius in collect. ſuper Apocalypſim, agens de conſenſu noſtræ uoluntatis quo conſentimus gratiæ præuenienti, præparanti, atque mouenti ſuauiter, ſimili modo docet, quòd ille conſenſus noſter ſit actus uoluntatis noſtræ, H proleſq; naturalis uoluntatis, adoptiua autem gratiæ: uidelicet in genere rei: ut pote, quòd, nunquam uoluntas illum actum produceret, niſi gratia inclinaret. Verùm quantum attinet ad ipſum conſenſum ſeu actum noſtrum in ratione meriti, aut quoad diuinam acceptationem, inquit, Quia uerò acceptatio illa ipſius conſenſus à Deo in ratione meriti, in ordine ad præmium æternum, potior eſt in ipſo actu: dicitur actus ipſe, uel conſenſus, uerius, nobilius & perfectius eſſe proles gratiæ quàm uoluntatis, propter diuinam acceptationem: eo quòd eſſe gratiæ nobilius & perfectius eſt, quàm eſſe naturæ. Hæc ille. Ita igitur docuit Scotus, quem ſequitur aut uidetur ſequi Cœlius, inquiens principalem cauſam eſſe noſtram potentiam quantū ad operis ſubſtantiam, ſed principalem cauſam eſſe gratiam quantum ad operis meritum, ſiue acceptationem. Et bene quidem ita determinauit comparando bona opera noſtra noſtræ potentiæ per quam ſunt, & ad gratiæ habituali creatæ, quæ habet rationem habitus: quia certum eſt magis eſſe actum à potentia, quàm ab habitu, quantum

Margin notes: *Auguſt.* | *Cap. 7.* | *Ezech. 36* | *Epheſ. 2.* | *Hebr. 13.* | *Auguſt. Epiſ. 106. tom. 2.* | G *Auguſt. Lib. 3. tom. 7.* | *Pſal. 72.* | *Ambroſ. Lib. 2. Cap. 9.* | *Magiſt. ſen. lib. 2. diſt. 26.* | *Scotus. Lib. 1. diſ. 17. quæſ. 2. Art. 1. Aliquantulū ante finem.* | *Cœlius Pannon. Apoc. u. ſect. 5. pun. 2.*

A tum ad ſubſtantiam actus. Nos autem in præſentia, non ſic comparamus bona opera noſtra noſtræ potentiæ, & gratiæ habituali creatæ, ſed comparamus noſtra bona opera noſtræ potentiæ ſeu noſtris uiribus naturalibus, & gratiæ Dei per Chriſtum, gratiæ, inquam, increatæ nos præuenienti, mouenti, præparanti, atque iuuanti ad ea bona opera. Ideo dicimus illam eſſe cauſam partialem principalem in omnibus noſtris bonis operibus, tum quoad rationem meriti, tum quoad ſubſtantiam ipſorum bonorum operum: principalem, inquam, & magis potiſsimam, potentiorem, & dominam. Apoſtolus Paulus, declarando quòd gratia eſt cauſa partialis, dixit, Plus omnibus laboraui ego, non autem ego, uidelicet ſolus, ſed gratia Dei mecum: & declarando quòd gratia ſit cauſa principalis, ait, Gratia Dei ſum id quod ſum. Quis enim te diſcernit? Omnia poſſum, in eo qui me conſortat.

Gratia igitur eſt cauſa partialis, & ſine dubio principalis. Atque eſt inſuper ſuauis. Quo modo ſuauis? Non cogens, uiolenter, nec ullam adferens neceſsitatem: ſed agens nobiſcum ut nobis libuerit, ut qui liberi ſumus ſecundum gratiam creationis, liberè agamus ſecundum gratiam redemptionis. Vocat ergo nos Deus gratis per gratiam Chriſti, præparat, excitat, pulſat monetq; torpentes,
B ſed mox nos liberos relinquit: ut ſi uoluerimus, ei conſentiamus, & cooperemur: ſin autem, minimè. Quamobrem dicit, Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis Prophetas, (*Matt.23*) & lapides eôs qui ad te miſsi ſunt: quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce ſto ad oſtium, & pulſo; ſi quis au- (*Apoc.3.*) dierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuã, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Si uolueritis, & audieritis me, bo- (*Eſa.1.*) na terræ comedetis. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis; gladius deuorabit uos, quia os domini locutum eſt. Tota die expandi manus meas ad populum (*Eſa.65.*) non credentem, & contradicentem. Deus (*Rom.10.*) ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui. Adiecit mandata & (*Eccleſ.15.*) præcepta ſua, ſi uolueris mandata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Appoſui tibi aquam & ignem; ad quod uolueris, porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors; bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Iuxta hanc hominis libertatem, cùm Moſes propoſuiſſet (*Deut.30.*) populo mãdata Dei, dixit, Conſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo uitam & bonum, & è contrario mortem & malum: ut diligas dominum Deum tuum & ambules C in uiis eius, & cuſtodias mandata illius ac cæremonias atque iudicia: & uiuas, atque multiplicet te, benedicatq; tibi, & cætera. Infra, Teſtes inuoco hodie cœlum & terram, quòd propoſuerim uobis uitam & bonum, benedictionem & maledictionem; Elige ergo uitam, ut & tu uiuas, & ſemen tuum: & diligas dominum Deum tuum. Mandatum hoc (*Ibidem, immediate ante.*) quod ego præcipio tibi hòdie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum; ut cauſeris, & dicas, Quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos uſque deferre: ut poſsimus audire, & facere quod præceptum eſt? Sed iuxta te eſt ſermo ualde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Mouet igitur & iuuat gratia, ſed ſuauiter, ut homo liber maneat: unde ſuauiter mouet, ſuauiterq; iuuat: ſuauiter, pulſat, ſuauiter præparat. De libertate autem hominis inferius dicuntur multa, (*Part.4. Lib.2. per totũ.*) ſuo loco. Nunc autem de Dei cooperatione in noſtris bonis operationibus agimus, atque de eius ſuauitate in ſic nobiſcum cooperando. Quam ſuauitatem declarat ſatis Auguſtinus non ſemel. Ipſe enim cum aliàs ubique clamaret pro gratia Chriſti contra Pelagium & Pelagianos, ut iam ex dictis eius al- (*Auguſt.*) legatis conſtare omnibus facilè poteſt: tamen in libro cõtra Adamantinum Manichæi diſcipulum explicando ſuauitatem qua gratia Chriſti ſeu Deus in Chriſto nos uocat, D præuenit, præparat, excitat, iuuat, dicit, (*Cap.26. tom.6.*) Niſi quiſque uoluntatem ſuam mutauerit, bonum operari non poteſt: quod in noſtra poteſtate eſſe poſitum dominus docet, ubi ait, Aut facite arborem bonam, & fructus e- (*Matt.12.*) ius bonos &c. Idem in eodem, fatetur in no- (*Cap.27.*) ſtra poteſtate eſſe ut uel inſeri bonitate Dei, uel excidi eius ſeueritate mereamur: quia in poteſtate noſtra non eſt, niſi quod noſtram ſequitur uoluntatem: quæ cum præparatur à domino, facilè fit opus pietatis, etiam quod impoſsibile & difficile fuit. Et in expo- (*Art.60. & 61.*) ſitione quarundam propoſitionum epiſtolæ ad Romanos, inquit, Quod credimus noſtrũ (*tom.4.*) eſt, quod autem bonum operamur illius eſt qui credentibus dat Spiritum ſanctum. Et paulò poſt, Noſtrum eſt credere & uelle, illius autem dare credentibus & uolentibus facultatem bene operandi per Spiritum ſanctum. Quæ uerba in ſuis Retractationibus Auguſtinus ita correxit, & declarauit, ut oſtenderet hæc non eſſe contra gratiam Dei quam prædicabat, ſed potius eius miſericordiam, gratiam, & ſuauitatem oſtendere. Ita (*Lib.1.*) enim docet, In poteſtate quippe hominis eſt (*Cap.22.*) mutare in melius uoluntatem; ſed ea pote- (*tom.1.*) ſtas nulla eſt, niſi à Deo detur; de quo dictũ

MM eſt

E eſt, Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.
Ioan.1. Cum enim hoc ſit in poteſtate, quod cum uolumus facimus, nihil tam in poteſtate quàm ipſa noluntas. Eo ergo modo dat poteſtatem.
Ibidem. *Cap.23.* Iterum, Verum eſt quidem à Deo eſſe quòd operamur bonū: ſed eadem regula utriuſque eſt, & uolendi ſcilicet & faciendi: & utrunque ipſius eſt, quia ipſe præparat uoluntatem: & utrunque noſtrum eſt, quia non fit, niſi uolentibus nobis. Illa itaque profectò non dixiſſem, ſi iam ſcirem etiam ipſam fidem inter Spiritus ſancti munera reperiri. Hæc ille. Explicatur autem in his Dei motio, præparatio, & actio; ſimul & eius ſuauitas in mouendo, præparando, iuuando, & coagendo.
Hierony. *tom.4.* Quæ etiam explicat diuus Hieronymus in explanatione fidei catholicæ ad Damaſum Papam, cuius initium, Credimus in Deum Patrem &c. ubi tres illos olim iam damnatos
Magiſt. *ſen.lib.2.* *Diſt.28.* *& 36.* percutit & confutat, Iouinianum, Manichæum, Pelagium. Auguſtinum uerò & Hieronymum recitat & ſequitur Magiſter ſententiarum, & cū Magiſtro tota ſchola Chriſtiana.

AD propoſitum igitur redeamus de hominis poteſtate & Dei cooperatione. Magi-
Magiſt. *ſen.lib.2.* *diſt. 28* ſter ſententiarum fatetur quòd mens hominis naturalem habet aptitudinem ad credendum, uel diligendum, quæ Dei gratia præ-
F uenta credit & diligit; quod ſine gratia non
Auguſt. *Lib.1.* *Cap.5.* *tom.7.* *Art.315.* ualet. Et ita docet cum Auguſtino in De prædeſtinatione ſanctorum, & in libro De uera innocentia, quod poſſe habere fidem ſicut poſſe habere charitatem, natura eſt hominū: habere autem fidē ſicut habere charitatem,
Lib.2. *diſt.27.* gratia eſt fidelium. Fatetur idem Magiſter quòd omnis motus uel affectio mentis ſit ex libero arbitrio, ſic tamen differenter, quòd bonus eſt ex gratia & libero arbitrio, malus uerò ex libero arbitrio tantùm. Deinde quærit ita, Cum ergo ex gratia dicūtur eſſe bona merita & incipere, Aut intelligitur gratia gratis dans, ideſt, Deus: uel potius gratia gratis data, quæ uoluntatem hominis præuenit? Reſpondet autem, dicens, Non enim eſſet magnum ſi hæc à Deo dicerentur eſſe, à quo ſunt omnia: ſed potius eius gratia gratis data intelligitur, ex qua incipiunt bona merita: quæ cum ex ſola gratia eſſe dicantur, non excluditur liberum arbitrium: quia nullum meritum eſt in homine, quod non ſit per
Ibidem. liberum arbitrium. Hæc ille. Hisq; addit ſtatim, nullis interpoſitis, Sed in bonis merendis, cauſæ principalitas gratiæ attribuitur: quia principalis cauſa bonorum meritorum eſt ipſa gratia, qua excitatur liberum arbitrium & ſanatur, atque iuuatur uoluntas hominis ut ſit bona. Iterum ait, Idem nempe uſus bonus ex uirtute eſt, & ex libero arbitrio: ſed ex uirtute principaliter. Ita procedit Magiſter in ſequentibus, ut oſtendat tum ex diuinis ſcripturis, tum ex Auguſtino iuxta diuinas ſcripturas, quòd gratia & uirtutes, infuſæ ſunt in nobis à Deo ſolo: ſed bonus uſus gratiæ uel uirtutum eiuſmodi uel aliarum, ac omnia bona merita, ſunt in nobis & à Deo per gratiam, & à nobis per liberum arbitrium. Ad primum horum adducit illud, Gratia Dei ſum id quod ſum. Ad ſecundum uerò illud, Gratia eius in me uacua non fuit. Plus omnibus laboraui ego, Non autem ego ſolus, ſcilicet ſine gratia: ſed gratia Dei mecum, ideſt, cum libero arbitrio. Planè cum data fuerit gratia, incipiunt eſſe noſtra merita bona, per illam tamen: quia ſi illa deſuerit, cadit homo. Hæc ille. Poſſunt legi uerba Auguſtini in De gratia & libero arbitrio, & in De corrept. & gratia.

G *Ibidem.*

Auguſt. *Cap.5.* *& 6.* *tom.7.* *Cap.13.* *tom.7.*

ITAQVE omnia bona merita hominis ſunt & à gratia, & ab ipſo homine: ſed à gratia primariò ab homine uerò non ita primariò. Quòd ſi nomine gratiæ intelligimus habitum gratiæ, ſeu gratiam habitualem creatam: tunc quidem ſecundum ſententiam Scoti bene dictum eſt, bonum opus aut meritū hominis primariò eſſe à gratia quantum ad meritum & acceptationem, ſed primariò eſſe ab homine quantum ad operis ſubſtātiam.
H Si autem nomine gratiæ intelligimus gratiā increatam, ideſt, ipſum Deum: tunc quoduis opus noſtrum utroque modo primariò eſt à gratia. Quandoquidem etiam primariò agit Deus, quando agit cum creatura: & in omni actione cauſæ ſecundæ, primariò agit cauſa prima. Hoc eſt quod paulò antea dicebamus, dum ſententiam Scoti & ſententiam Cœlii Pānonii poſuimus. Et ſicut determinatio Scoti habet uerum in ordine ad gratiam creatam, ita hæc determinatio habet uerum in ordine ad gratiam increatam: ideſt, ad ipſum Deum, qui non ſolùm ſolus accceptat bona opera, quin etiam & primariò uel principaliter agit illa, ſeu concurrit ad illa.

Ponitur, & explicatur, mox uerò relinquitur bipartita ſententia quorundam Doctorum Theologorum catholicorum, & ſapientum, quæ habet quòd hominibus poſt lapſum, per eorum naturalia cum ſolo generali influxu, facultas tributa eſt, bona operandi moralia, uirtutes morales acquirendi. Dei præceptis parendi, peccata deuitandi, Deum ut unum cognoſcendi, amandi, colendi, tentationes omnes; uel ſingulas, uel nonnullas elidendi.

CAP. XXXV.

A QVIA ex aduentitiis atque ex
terius accedentibus cauſis,
ex indiuiduorum conditio
nibus, corporumq́; tempe
ramentis multiiugis, diuer
ſæ ſunt hominum ſpecies &
rerũ eſt diſcolor uſus, mul-
tiplicia ſunt ingenia, ſtudia uaria, aliaq́; &
alia placita, etiam eorum qui eiſdem in ſcri-
pturis diuinis deſudant, aut eaſdem ſcien-
tias aggrediuntur humanas: Ac quia uetitas
ipſa qnoties perſpicua neutiquam ſit, magnis
eſt obſtructa ſalebris & difficultatibus, & non
facilè ab exquirentibus inuenitur, aut digno-
ſcitur, quòd falſitas ſæpè ueritatis faciem ſibi
deſumat: non ſemel uſu uenit, ut ubi ſtudia
humana exiſtant, in multifidas ſententias mẽ
tes ſcindãtut, nec unum omnium ſit placitũ.
Quemadmodum enim frequenter quædam
ſunt uitia quæ uirtutes planè referant & aſpe
ctu imitentur: ita ſæpiſsimè falſitas ueritatis
delibuta coloribus ſe facilè in hominum ani-
mos inſinuat, üſq́; adeo inhæret, ut maximè
probabilis uideatur. Hinc opiniones uariæ,
uariæq́; ſententiæ ſuis quæq; tẽporibus exor-
tæ apud Iudæos, & apud eos Philoſophos
qui inter Græcos maxima in exiſtimatione
fuerunt: apud Chriſtanos quoque, & apud
quarumuis diſciplinarum ſectatores, Theo-
logos, Pontificii, Cæſareiq́; iuriſconſultos,
B medicos, cæterosq́; alios uariarum faculta-
tum & ſcientiarum peritos: Vſqueadeo ut
nihil planè ſit tota in Encyclopædia, de
quo non ſint qui uaria & inter ſe diſsidentia
opinentur: quemadmodum in ſacra noſtra &
Chriſtiana Philoſophia, doctoresq́; inter ca-
tholicos, uſu ueniſſe intelligimus, in hac quæ
ſtione longè mea ſententia grauiſsima, qua
quæritur, Vtrùm homo poſt lapſum, poſsit
ſuis ſuffultus naturalibus, cum ſolo influ-
xu generali Dei, opera moraliter uirtuoſa
operari, mandata Dei implere, peccata deui-
tare, ſeſe ad gratiam gratum facientem præ-
Prima parare, componere, aut diſponere? Eſt enim
opinio. ſententia quorundam catholicorum docto-
rum, aliàs ualde ſapientum, Hominem poſt
lapſum, ſuis innixum naturalibus, ſolo influ
xu generali opitulante, poſſe bonum morale
uirtuoſum operari, ſingula mandata Dei quã
tum pertinet ad ſubſtantiam actus, implere,
ſingula peccata deuitare ne denuo fiant, & ſe
ſe ad gratiam gratum facientem præparare
& componere habitualem. Sic uidentur do-
cuiſſe doctor ſubtilis Scotus in multis locis
doctrinæ ſuæ ſuorum librorum ſententiarũ,
Li. 2. d. 7. Ockam, Adam, Durandus, Gabriel, Ha-
q. 1. ar. 2. drianus. Manifeſtè enĩ fatetur Scotus, quòd
homo poteſt ſe ad gratiam præparare per ſua
naturalia, cum generali influxu, quærens, C
Vtrum malus angelus uelit neceſſariò male? *Ibidem.*
Idem repetit quærens, Vtrùm liberum arbi *Diſt. 28.*
trium hominis ſine gratia poſsit declinare o- *Quæſt. 1.*
mne peccatum mortale? Clarius tamen alibi
ita determinat, Sciendum, inquit, quòd pec *Lib. 4.*
cator in peccatis exiſtens eo modo quo dictũ *Diſt. 14.*
eſt in præcedenti quæſtione, articulo primo, *Quæſt. 2.*
peccatum manere poſt actum poteſt ex natu *Art. 2.*
ralibus cum communi influẽtia conſiderare
peccatum commiſſum ut offenſiunm Dei,
& ut contra legem diuinam, & ut auerſiuũ à
Deo, & ut impeditiuum præmii, & ut indu-
ctiuum ſupplicii, & ſub multis talibns ratio
nibus: & poteſt uoluntas ipſum ſub aliqua il-
larum rationum, uel ſub multis illud pecca-
tum ſic conſideratum deteſtari, & ille motus
poteſt continuari & intendi ante infuſionem
gratiæ: poteſt etiam iſta deteſtatio eſſe totali
ter circũſtantionata circũſtantiis moralibus
debitis, Non eſt enim ueriſsimile, quòd ne-
ceſſe ſit propter peccatum iſtud remanens,
actum quemcunque circa peccatum com-
miſſum, eſſe defectiuum in aliqua circunſtan
tia morali. Iſte autem motus dicitur attritio,
& eſt diſpoſitio ſiue meritum de congruo ad
deletionem peccati mortalis, quæ ſequitur
in ultimo inſtanti alicuius temporis, in quo D
tempore iſta attritio durauit. Hæc ille. Ga- *Lib. 2.*
briel ſecundum Scotum & Ockam, ſic ponit *Diſt. 28.*
conclusiones, Prima eſt, liberum hominis *Quæſt. 1.*
arbitriũ ex ſuis naturalibus ſine gratia, elice- *Art. 2.*
re poteſt actum moraliter bonum. Secunda
eſt. Liberum arbitrium ex ſuis naturalibus,
ſine dono gratiæ, poteſt quodlibet peccatum
mortale nouum cauere. Tertia eſt, Homo
per liberum arbitrium ex ſuis naturalibus po
teſt diuina præcepta quoad actus ſubſtantiã
implere, ſed non ad intentionem præcipien-
tis quæ eſt conſecutio ſalutis æternæ. Hæc il-
le. Qui eodem loco fatetur, poſſe hominem *Art. 3.*
ex ſuis naturalibus, diligere Deum ſuper om *Dub. 1.*
nia, quanquam poſito actu diligendi Deum
ſuper omnia ĩ libero hominis arbitrio ex ſuis *Ibidem.*
naturalibus, Deus ex ſua liberalitate dat ho- *Art. 1.*
mini ſtatim ſimul tẽpore, ſed poſterius natu- *Notab. 2*
ra, gratiam gratum facientem. Vt autem de *Quol. 6.*
clarat, inter naturalia hominis, intelligit in *Quæſ. 11.*
fluentiam generaleni Dei. Secundũ hanc ſen- *Quol. 5.*
tentiam uidentur docere, Henricus Gandauẽ *Quæ. 20.*
ſis in ſuis quolibetis, & Hadrianus in ſuis: ſi *Hadria-*
militer & Durandus de ſancto Portiano, qui *nus.*
in ſuis ſententiis uidetur aſſerere, hominem *Quol. 7.*
poſt lapſum per ſua naturalia, & gratam Dei *Quæſ. 4.*
prouidentiam qua gratis omnibus rebus im- *Durãd.*
pendit ea quæ ipſis conueniunt, poſſe cogno *Lib. 2.*
ſcere omnem ueritatem de ſenſibus & ex ſen *Diſt. 28.*
ſibus deductam, facere bonum morale, uita *Quæſt. 1.*

E re omnia peccata committenda quæ ſunt cō-
Ibidem. tra principia iuris naturalis, implere diuina
Queſt.2. præcepta naturalis iuris, & ſe ad gratiam
Ibidem. componere, præparare ſine ſpeciali adiutorio
Queſt.3. quod ſit immediata motio uolūtatis à Deo.
Ibidem. Ockam * etiam multipliciter argumētatur,
Queſ.4. quoque & Adam. Cum iſtis poſſunt ſentire
Ibidem. multi alii, qui horum aſſeclæ ſunt. Funda-
Queſt.5. menta autem ſententiæ huius ſunt, Primum
** Lib.1.* quidem quia operatio tribuitur uirtuti ope-
Diſt.1. ratiuæ, uirtus autem operatiua tribuitur na
Queſt.2. turæ: unde cùm naturalia hominis mãſiſſent
& lib.1. integra poſt lapſum, ſicut naturalia angeli mã
Diſt.17. ſerunt integra poſt caſum: uidetur euidenter
Queſt.2. ſequi, quòd homo naleat poſt peccatum, o-
Adam. mnem operationem exercere naturæ ſuæ cō
Lib.1. uenientem, cum ſola generalia influentia
Diſt.1. Dei, utique ſicut alia agentia hominibus in-
queſt.10. feriora poſſunt per ſua naturalia cum genera
Funda- li influentia omnes operationes ſuis naturis
menta o- conuenientes exercere. Secundum de imple
pinionis tione omnium mandatorum quantum ad
primæ. ſubſtantiam actus eſt, quia Apoſtolus dicit,
Rom.2. Gentes quæ legem non habent, naturaliter
ea quæ legis ſunt faciunt; Et Hieronymus
in expoſitione fidei catholicæ, Si quis dicit
Deum præcepiſſe aliquid impoſsibile homi-
ni, Anathema ſit. Conſtat etiam Deum in
dando legē, non eſſe magis crudelem, quàm
ſit homo quiuis legislator; ſed homini in cru
F delitatem imputaretur ſi hominem aliquem
per præceptum ad aliquid obligaret, quod ho
mo ille obligatus implere non poſſet. Tertiū
de uitatione omnium peccatorum eſt, quia
ut ſæpiſsimè dicit Auguſtinus, Nemo peccat
in eo quod uitare nón poteſt; quam ſenten-
tiam ita ipſe manifeſtè poſuit, nt illa uteretur
Pelagius contra ipſum. conſulatur in libro de
duabus animabus, in De libero arbitrio, &
alibi. Fit ergo conſequens ut homo quiuis ſi
ue in gratia ſiue extra gratiam exiſtens, uel
omnia peccata uitare, ualeat, uel non in om-
nibus peccatis peccet: peccat autem in omni
bus peccatis, quæ ſciens facit; ergo omnia
peccata quæ nouit, uitare poteſt. Et Grego-
rius loquens de tentatione diaboli per quam
ad peccandum allicimur, dicit, Debilis eſt ho
ſtis, qui non uincit niſi uolentem. Atque ſcri
Eccl.15. ptura ſancta ita inquit, Aute hominem uita
& mors, bonum & malum, quod placuerit
ei dabitur illi. Quo uerbo uidetur quidem,
poſſe omnes homines tum omnia Dei man-
data implere, tum omnia peccata deuitare.
Quartum de præparatione hominis ad gratiã
Zacha.1. eſt, quia ſic legimus, Conuertimini ad me, &
ego conuertar ad uos: tanquam noſtra ad
Deum conuerſio, noſtræ ſit poteſtatis quo-
tieſcunque uoluerimus. Vt etiam dicit An-

ſelmus, Quòd aliquis non habeat gratiam, G
non eſt quòd Deus nolit eam dare, ſed quòd
homo nolit eam accipere. Et rurſus dicit
ſcriptura, Hominis eſt præparare animum. *Prouer.*
Arguit Scotus ad idem, quia peccator exiſtēs *16.*
in peccato, poteſt ex puris naturalibus habe- *Lib.4.*
re attritionem de peccato omnibus circun- *Diſt.14.*
ſtantiis debitis obſeptam ac per hoc morali- *Queſt.2.*
ter bonam, quia aliàs oporteret dicere, quòd
peccator iuſtificatur abſq; aliqua diſpoſitio-
ne præuia ſufficiēte de congruo ex parte eius
ad iuſtificationem, & difficile eſſet ſaluare
quòd Deus non eſſet acceptator perſonarū,
cùm unum iuſtificat per infuſionem gratiæ,
alium non: Vel oporteret dicere quòd ali-
qua attritio nō moraliter bona, eſſet ſufficiēs
diſpoſitio de congruo ad iuſtificationem,
quod non uidetur conueniens, neque uerū.
Arguit Ockam, Homo ex puris naturalibus *Ockan.*
poteſt habere rectum dictamen de aliquo di- *Lib.1.*
ligendo, nerbi gratia, de diligendo Deum ſu *Diſt.1.*
per omnia, & tali uoluntas poteſt ſe cōforma *Queſ.2.*
re, igitur ex puris naturalibus poteſt Deū dili
gere ſuper omnia. Iterū, Omnis potentia libe
ra, poteſt habere aliquem actum circa obie-
ctū ſibi oſtenſum, igitur uoluntas, ſed non ne
ceſſariò deordinatū igitur poteſt ex puris na-
turalibus habere ordinatū, & per conſequens
moraliter bonum. Idē alibi, Omne quod po- *Lib.1.*
teſt ex ſe ſufficiēter in actū demeritorium, po *diſt.17.*
teſt etiã ex ſe ſufficienter in actum meritoriū: *queſt.2.*
patet, quia cùm actus meritorius & demeri- H
torius ſint contrarii, non eſt maior repugnan
tia actus meritoriis ad naturam in ſolis natu-
ralibus conſtitutam, quàm ſit actus demeri-
torii ad eandem. Arguit Adam, Idem actus *Adam.*
ſecūdum ſpeciem poteſt elici à uoluntate nō *Lib.1.*
habituata, & à uoluntate habituata: ex hoc *diſt.1.*
multo magis uidetur uerum de habitibus in *queſ.10.*
fuſis, quàm de acquiſitis, qui minus cadunt
ſub experientiam noſtram: ſed uoluntas cha
ritatis ope, facultatem poteſtatemq; habet
in actum bonum ex genere, quia in merito-
rium, nerbi gratia, dilectionem Dei propter
ſe; igitur abſque charitate in puris naturali-
bus exiſtens, poteſtatem habet in actum bo-
num eiuſdem ſpeciei. Sic illi doctores, huius
ſententiæ & auctores & propugnatores dixe
runt, arbitrantes poſſe nos homines poſt pec
catum, omnem operationem habere naturæ
noſtræ rationali proportione congruentem
per noſtra naturalia cum ſola generali influē-
tia Dei, omnia mandata implere, omnia pec
cata deuitare, & nosmetipſos ad gratiam gra
tum faciētem ac iuſtificationē præparare ſeu *Lib.2.*
diſponere: licet tamen non ita facilè, nec ita *diſt.28.*
bene. Vnde & Gabriel ſic probat ſuas conclu *queſt.1.*
ſiones, Primam, quia intellectus ex ſuis natu *Art.2.*
ralibus

A ralibus poteſt cognoſcere & iudicat bonum
Gabriel Biel. iuſtum & honeſtum eſſe faciendum, ac ma-
lum ſugiendum, propter finem naturalem,
ſcilicet uirtutis amorẽ & honeſtatis: & huic
iudicio poteſt ſe noluntas conformare eliciẽ
do actum bonum, propter naturalem hone
ſtatem aut iuſtitiam; & actus ſic elicitus, eſt
bonus moraliter, ergo concluſio uera. Con
ſequentia nota. Maior patet, quia principia
practica ita inſerta ſunt naturaliter intelle-
ctui, ſicut ſpeculatiua. Ergo intellectus na-
turaliter aſſentitur tanquam per ſe notis &
euidentibus. Sed inſtum & honeſtum eſſe fa-
ciendum, & oppoſitum ſugiendum propter
finem naturalem, ſunt principia practica: i-
gitur eis intellectus ſuis naturalibus poteſt aſ
ſentiri. Minor probatur, quia uoluntas ex
ſua libertate poteſt ſe conformare dictamini
rectæ rationis, & elicere actum conformiter
illi. Quod autem actus ſic elicitus, ſit morali
ter bonus, patet ex notabili præmiſſo. Item
uoluntas ex ſuis naturalibus poteſt ſe diſpo-
nere (faciendo quod in ſe eſt) ad gratiæ ſuſce
ptionem: non autem ſic diſponit ſe per actũ
difformem rationis dictamini, ergo per a-
ctum conformem: ille autem erit moraliter
bonus. Secundam probat, quia intellectus
ex ſuis naturalibus poteſt rectè circa agenda
deliberare, rectitudine morali: & uoluntas,
B ſua libertate poteſt ſe illi conformare: confor
mando autem ſe dictamini rectæ rationis, nõ
peccat denuo. Et quia ſecundum Auguſti-
num in De libero arbitrio, Peccatum eſt ita
uoluntarium; quòd ſi non eſſet uoluntarium;
non eſſet peccatum. Et ſecundum Hierony-
mum, Qui dicit Deum præcepiſſe impoſsibi
lia, Anathema ſit. Tertiam quoad primam
eius partem, probat, quia poteſt homo ho-
norare parentes, audire miſſam, dare elee-
moſynam in articulo neceſsitatis ex naturali
honeſtate aut pietate, non ordinando in Deũ
tanquam ex fine, & ita non ex gratia. Quoad
ſecundam autem partem eius, probat, quia
ad finem ſeu intentionem præcipientis, nul-
lus agere poteſt ſine gratia: ad hunc enim fi-
nem nõ agitur niſi per opera meritoria, quæ
2. Opinio præſupponunt gratiam. Alia ſententia eſt a-
liorum doctorum, catholicorum etiam, &
quorundam qui inter ſanctos fuerunt relati,
quæ aſſerit, poſſe nos homines poſt lapſum,
hoc tempore naturæ humanæ corruptæ, no-
ſtrorũ ope naturalium, ſolius influẽtiæ gene-
ralis ſocietate, cognoſcere, uelle, & opera-
ri aliqua bona moralia nobis proportione cõ
gruentia, non omnia; implere aliqua manda-
ta Dei, non omnia: uitare aliqua peccata com
mittenda ne denuo fiant, non omnia; negans
tamen omnino, nos homines poſt lapſum ci

tra ſpeciale Dei adiutorium, poſſe præpa- C
rare ſiue diſponere quantum ſatis ſit & pro-
pius noſmetipſos ad gratiam gratum facien-
tem. Sic uidentur docere ſanctus Thomas,
ſanctus Bonanentura, Richardus de Media
uilla, & multi alii qui in horum ſenteutiam
pedibus diſceſſerunt: inter quos eſt etiam do
ctns ille atqne optimus uir, Alfonſus cogno-
mento Toſtatus, Epiſcopus Abulenſis, qui
utiq; his conſona ſentit, docetq; in explicatio
ne loci illius Matthæi, ubi hæc leguntur, Cũ *Matt. 19.*
andiſſet autem adoleſcens uerbum, abiit tri-
ſtis. Erat enim habens multas poſſeſsiones,
& cætera. Probant antem quòd homo poſt *Fundamenta.*
peccatum poſsit nonnulla bona ſibi propor-
tione congruentia cognoſcere, nelle, ac ope *Opin. 2.*
rari, per id quod homo ſuapte natura pote-
ſtatem facultatemq; habet in illa bona, & na
turalia hominis poſt peccatum manſerunt in
tegra: Verùm oſtendunt, poſt peccatum ho
minem omnium eiuſmodi bonorum non ha-
bere poteſtatem, eo quòd natura humana
poſt peccatum deiecta ſit, atque infirmitate
correpta: non enim eandem uim eſſe homi-
nis infirmi: quæ, ſani eſſe conſneuit. Quod ue
rò nemo mortalium poſsit ſeſe ad gratiam
gratum facientem propius qnantum ſatis ſit,
ſeu ultimatè ut inquiunt, aut immediatè di-
ſponere ſpeciali Dei auxilio non accedente,
ex eo probant, quòd Saluator noſter dixerit, D
Nemo poteſt uenire ad me, niſi Pater meus
qui miſit me, traxerit eum. Huic ſentẽtiæ cal
culum quoque ſuum addit eamq; latè pro-
ſequitur D. Dominicus Soto Segobienſis in *Dominic. Soto.*
ſuo illo pulcherrimo opere de Natura & gra-
tia, uir omnium conſenſu orthodoxa, præcel
lentiq; diſciplina præditus: Is enim eo in ope
re, dum apertum facere nititur, qnouſque na
tura noſtra humana propriis uiribus in mo-
rum cultura progrediatur, & ubi niſi auxilio
gratiæ peculiarius ſuffulta ſit, deficiat: natu-
ram humanam in quatuor ſtatus & habitus *Lib. 1.*
diſtinxit, hominem delinians atque appin- *Cap. 1.*
gens in puris naturalibus mente excogitatũ,
in originali iuſtitia te uera conditum, in cul-
pam inde collapſum, ac denique in gratiam
poſtea reſtitutum. Procedens autem ſecun- *Lib. 1.*
dum intentum, primum omnium declarat *Cap. 2.*
ſeſe naturæ uoce, deſignare facultatem natu-
ralem liberi arbitrii ad bene agendum: nomi
ne uerò gratiæ, auxilium, donaq; nobis diui
nitus ſuppeditata ad ea officia, quibus ineun
dis & perficiendis natura non ſufficit. Ani-
maduertens ſtatim quòd influxns concur-
ſusq; Dei generalis, quamuis ſit diuinæ maie
ſtati ſpontaneus, ac uoluntarius, ad uniuer-
ſalem pertinens prouidentiam, tamen quia
in ipſa ſtatim rerum conditione, ita cum re-

E rum natnra concurrere pepigit, ut res ſineret (quod ait, 3. de Trinit. Augu.) ſuis motibus naturalibns agere, inter cauſas naturales annumeratur; quaſi ſit naturæ debitus. Vnde ſatis conſtat tum ex his, tum ex aliis quæ in ipſo capite palàm confitetur, eum genera lem influxum Dei, inter dona gratiæ creationis recenſere, atque referre: quemadmodum & entia naturalia ſuas naturas habere, uirtu*Ibidem. Cap.3.* tes, & qualitates. Ad propoſitum uerò ueniens, mentis conceptu, hominem hunc in modum, naturalem à Deo creatum deliniat: ut pote rationale animal, abſque culpa & gratia, & quouis ſupernaturali dono. Mox hoc ex homine imaginario, fictoq́; noſtræ ſpeciei miraculoſè in puris naturalib. creato, tres eſformat conſiderationes, Primam, quòd ſuapte natura inter angelos & inferiores creaturas medius ſit, atque adeo ex anima rationali & corpore conſtans, duabus polleret partibus & uirtutibus, ſenſu ſcilicet & ratione: nomine ſenſus, totam partem ſenſibilem nnncupando, cognoſcitiuam & appetitiuam: ſicuti & rationis uocabulo, partem rationalem, intellectum & uoluntatem. Secundam, quòd homo ille cum eſſet animal rationale, polleret utique ratione ac libero arbitrio. Tertiam, quòd duo eſſent hominis illius fines, alter qui ſuæ commenſuratus fuiſſet naturali uirtuti ac facultati, intellectus, & uoluntatis: alter qui eius uirtutē excederet.

F Deinde oſtendēs quid, nel quæ homo ille poſ*Ibidem. Cap.4.* ſet, ſequentes ponit concluſiones, prima eſt, Poſſet'ne tūc ille hō ſolo generali auxilio Dei ſuffultus, & unā primā rerum conditricē cauſam noſſe, & ea quæ naturale ius de officiis, uirtutibnsq́; humanis docet, tum pernoſcere, tum etiam quandoque uſu & more præſtare. Secunda eſt, Non quiuerat homo ex puris naturalibus, totum naturæ bonnm perficere, ideſt, ubicunque opus eſſet, bene moraliter agere. Tertia eſt, Neutiquam poterat, etiā ſi nulla præceſsiſſet culpa, uel naturali acumine intellectus apprehendere, uel ſuis uiribus aſſequi ſummū illum, fœliciſsimumq́; finē, ad quē creatus eſt. Ecce quis eſſet, & quid poſſet (iuxta ſuam ſententiam) homo ille fictus, atque ipſius mentis conceptu deumbratus, ſi à Deo miraculo ex fictione traduceretur ad eſſe. Probat hoc pacto primā concluſionem quæ magis pertinet ad propoſitum, Natura eſt effectarum rerum, ut ſuas quæque canſas re præſentent, ingenitumq́; eſt homini (ut paulò ante dicebamus) ex præſenſis effectis, cauſas rimari: qua ratione ſunt cauſæ. Cum ergo Deus prima ſit rerum omnium, quas ſentimus, cauſa, & ſupremns finis: poterit homo ad eius notitiam per hæc uiſibilia promoueri. Hæc eſt eius prima ratio qua con G cludit, poſſe hominem illum imaginarium ſi uere exiſteret, in Dei cognitionem ex lumine naturali & ſuis naturalibus per creaturas perduci ſcilicet in cognitionem Dei non inquantum trinus eſt, ſed inquantū unus, & in quantum una cauſa ſumma, & finis, unde omnia dimanant, & quò omnia, ſuo quodque modo & ordine, appetitu, tendunt. Rationē hanc fulcit eo quod dicit Apoſtolus inter ob- *Rom. 1.* iurgandum Philoſophos, Qnia quod notum eſt Dei, ideſt, ut declarat, acumine naturali, de Deo eſt cognoſcibile, manifeſtum eſt illis, Deus enim illis manifeſtauit. Sed quod hic loquatur Apoſtolus de manifeſtatione per lumen naturæ, probat per id quod ſeqnitur, Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius uirtus & diuinitas. Vnde ſic colligit quæ de Deo per creaturas patefacit natnræ radius, nempe ut ſit nnus, ſempiternæ uirtutis, ſapiens, bonus, & cætera quæ hæc mundi machina mole ſua, ordine, & pulchritudine, confitetur de illo, & prædicat. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Fatetur ſimul quòd Philoſophi naturales in operibus Dei, Deum Optimum Maximum ſpeculati ſunt, neque id tantùm de Deo agnouere, ſed cuncta propter hominem eſſe, & moueri; hominē uerò propter primam cauſam, quæ eſt ſummus omnium finis. Et ideo H cauſæ illi ſnperne obedientiam, & rebus bene geſtis cultum ab homine deberi. Fatetur in ſuper quòd eadē luce naturali diſcernere homo ille potuit inter bonum, & malum, honeſtum, & turpe; illaq́; prima uitæ humanæ elementa notiſsima cernere. ID FACIAS ALIIS, QVOD TIBI VIS FIERI. idq́; : NE FACIAS, QVAE NEQVE VELIS TIBI. Fatetur quòd poterat demum noſſe, hominem eſſe animal politicum, officiaq́; ſubinde alios aliis debere, quibus pax, tranquillaq́; res publica inter eos conſiſteret. Sic probat primam concluſionem ſuā, quoad primam eius partem. Porrò quoad ſecundam partem cōnclnſionis, quòd ualeret homo ille in puris naturalibus, quanis originali, ſeu inſtitia ſeu culpa ſemota, ſolo nutu generali Dei, opus aliquod honeſtum quādoq́; efficere, & quod eſſet (ut aiunt) moraliter bonum; hac ratione probat, Quia cognitio rerum agibilium, non eſt à natura ſua, niſi propter opus, ut 2. Ethicorum auctor eſt Ariſto. ergo ſi potens erat homo ui in tellectus iudicare bonum honeſtum, poterat etiam & illud per uoluntatem nonnunquam amore proſequi, & more præſtare: ſal

tem

A tem qnatenus ordinatur in finem à natura præſcriptum. Item homo (ut paulò ante dicebamus) natura ſua eſt animal rationale, id eſt, aptum natum ſecundum rationem uiuere: ergo poteſt id quandoq; ui, & uiribus naturæ ſuæ conſequi. Eſt enim perſuaſu impoſsibile, uires ineſſe ſenſualitati expugnandi rationem, nullam tamen ſuppetere uirtutem à natura homini, ut ratione uicisſim ſuperet ſenſualitatem: cùm hoc maximè (ut dicebamns) naturale ſit homini, illud autem contra ſuam naturam. Hæc ille. Qui deinde fatetur ingenuè, quòd poſt peccatum, Deus qui ſupernaturali dono reſtitnerat naturam noſtram, non maiori ſupplicio peccatricem affecit, quàm denudatam relinquere. Fatetur quòd homo in puris naturalibus ab homine lapſo non aliter (præter rationem culpæ) differt in hac parte, quàm uti homo nudus, qui nunquam fuit indutus, ab homine nudato, quibus fuerat ueſtitus. Fatetur quòd bonum naturæ non eſt imminutum, ut ſimns minus propenſi in bonum, magis'ue in malum proclines, quàm eſſemus in puris naturalibus: & qnòd peccatum originale, nullum ingenerat habitum, neque (præter quàm quòd eſt culpa) aliter eneruat, inficit'ue naturam, quàm ſi homo in puris naturalibus naſceretur. Docetq; peccatum eo ſolo uulneraſſe naturam, quòd iuſtitiam originalem excluſit, B quæ inferiorem partem hominis, ſuperiori faciebat ſubiectam; ideſt, remouendo originalem inſtitiam. Ex illis autem conſequenter loquendo, poteſtatem hominis lapſi, per poteſtatem illius hominis ficti declarando, ſequentes ponit aſſertiones. Prima eſt quam implicitè ponit, & explicitè probat, Natura ſua ualet homo, etiam qui in peccato exiſtit, uerum quodpiam noſſe, quod ſatis ſit ad bene moraliter agendum. Secunda eſt, Poteſt homo ſolo ſuffultus generali auxilio, uelle, & operari bonũ morale. Tertia eſt, Poteſt homo exiſtens in peccato, ſiue ante receptam fidem, ſiue cum fide mortua, per ſua naturalia, ideſt, ſolo generali Dei auxilio implere quandoque præcepta: uidelicet naturalis iuris, uel diuini, uel humani, quantum ad ſubſtantiam actus. Quod eſt dicere, ut nec ſit opus illud meritum amicitiæ Dei, neque adeo ſimpliciter bonum: ſed tamen nec ullo modo peccatum: at opus moraliter bonum, quo nouum euitatur peccatum. Quarta eſt, Neque quantum ad ſubſtantiam operum poſſumus in hac per peccatum uulnerata natura, omnia præcepta ſemper implere. Quinta eſt, Nemo in ſtatu naturæ lapſæ ualet abſque auxilio ſpeciali gratiæ, uitare omne peccatum. Sexta eſt, Nemo facultate humana poteſt ſufficienter ſe ad gratiam diſponere, niſi ſpeciali auxilio ſubnixus ea diſpoſitione, quam infallibiliter & certa lege ſubſequatur gratia. C

Lib. 1. Cap. 13. — *Lib. 1. Cap. 20.* — *Ibidem. cap. 22.* — *Lib. 2. Cap. 3.*

Hæc ille. Probat primam harum aſſertionem ex ſancto Thoma dicẽte, quòd intellectus hnmanus habet aliam formam, ſcilicet ipſum intelligibile lumen, quod eſt de ſe ſufficiens ad quædam intelligibilia cognoſcenda: ad ea ſcilicet in quorum notitiam per ſenſibilia poſſumus deuenire: altiora uerò intelligibilia intellectus humanus cognoſcere non poteſt, niſi fortiori lnmine perficiatur, ſicut lumine fidei, uel prophetiæ: qnod dicitur lumen gratiæ, inquantum eſt naturæ ſuperadditum. Vnde ita concludit, Ad cognitionem cuiuſcunque ueri, homo indiget auxilio diuino, ut intellectus à Deo moueatur ad ſuum actum; non autem indiget ad cognoſcendam ueritatem in omnibus noua illuſtratione ſuperaddita naturali illuſtrationi; ſed in quibuſdam, quæ excedunt naturalem cognitionẽ. Hæc ille. Secundò probat idem ex Auguſtino, qui in ſuis Retractationibus admiſſum in Soliloquiis ſuis errorem emendauit, cùm eo in opere ſic dixiſſet, Deus qui niſi mundos uerum ſcire uoluiſti: ſcilicet quia reſponderi poterat, multos etiam non mundos multa ſcire uera. Tertiò probat idem quia quemadmodum in ſpeculabilibus, ita & in practicis, quæ ad mores ſpectant, quædam ſunt naturali rationis lumini commenſurata, quæ D dam uerò ſublimiora, quàm quibus inſpiciendis lumen nobis ſuppetat à natura. Vt enim per ſe notum eſt, Quantitate totum excellere partem, tam notum & illud principium eſt, ID FACIAS ALIIS, QVOD TIBI VIS FIERI: & quæ inde ſunt conſequentia. Vti, honorare parentes & ſeniores, ſubuenire miſeris, & id genus reliqua. Atque adeo (inquit) ut ſpeculabilia illa, ita & hæc practica naturali mentis oculo peruia ſunt, aut certè naturali diligentia cognoſcibilia. Quartò probat ex illo, Quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine. Quod intelligit de lumine naturali, ſicut ubi Apoſtolus incuſat Philoſophos, quòd cum Deum cognouiſſent, non tanquam Deum colentes honeſtaſſent. Probat ſecundam aſſertionẽ, quia ut opus quodlibet ſit bonum morale, ſatis eſt, ipſum eſſe rationi naturali conſonum, atque ad ius exactum naturale, etiam ſi nulla ſuper naturam perornetur circunſtante qualitate: illud autem totum poteſt homo à natura præſtare: ſanè qui cum ſit animal rationale, naturalis ſit ei ſcopus à natura præſtitutus, ut quæ rationi ſunt conſentanea, & cognitione prehẽdat, & affectu appetat, atque adeo effectu exe-

Prima 2. quæſ. 109. — *Lib. 1. cap. 4. tom. 1.* — *Lib. 2.* — *Pſal. 4.* — *Rom. 1.*

E exequatur. Ad hanc ſententiam repetit quod
dixerat, hominem lapſum non minus eſſe po
tentem ad bonum, quàm fuiſſet homo in pu
ris naturalibus creatus. Confirmat eandem
Rom. 2. ex illo Apoſtoli, Gentes quæ legem non ha-
bent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt.
Deinde probat tertiò, quia poteſt homo
ex ſuis naturalibus, id quod ſuopte genere
bonum eſt, malo fine & circunſtantia facere:
ergo poterit idem facere propter honeſtum.
Exempli gratia, Poteſt homo naturali cona-
mine deambulare, ſiniſtra intentione: er-
go poterit id facere cauſa bonæ naletudinis:
& tunc certè erit bonum morale. Poteſt
homo comedere & bibere naturaliter, quan
do ei nocet; ergo poteſt, quando prodeſt.
Certè riſum tali theologia moueret, qui di-
ceret, poſſe me comedere ſine ſpeciali au-
xilio pomum, quod eſt ante me, dum mihi
eſt peſtilens: non autem dum eſt ſalubre. Præ
terea dum quis ueritatem illius rei interro-
gatur, cuius rei eſt conſcius, poteſt naturali-
ter negare (quod eſt peccatum mendacii)
cur non poterit, quod facilius eſt, citra auxi
lium ſpeciale affirmare? Et poteſt unns quili
bet pro libito ſuo proiicere denarium in flu-
men, cur non poterit donare pauperi, ſine
alia mala circunſtantia, eo quod eſt honeſtũ?
Et honorem quem iniquè ualet deferre quiſ-
que naturaliter indigno, cur non poterit eun
F dem legitimè deferre parentibus, & nrbanè
Matt. 5. probis uiris? Confirmat ex Salnatore noſtro
dicente, Si diligitis eos, qui uos diligunt,
quam mercedem habebitis? Nonne & Publi
cani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres ne
ſtros tantùm, quid amplius facitis? non'ne
Ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo uos perfe-
cti, ſicut & Pater ueſter cœleſtis perfectus eſt.
Ibi enim uituperat officia quæ exhibentur
propter honeſtatem humanam, & naturales
neceſsitudines, quæ ſunt bonis & malis com
munia: ſed dicit eſſe imperfectas uirtutes, ni
ſi fiant ex uero & germano amore Dei: quo
Pater cœleſtis perfectus diligit ſe. Probat ter
Prim. 2. tiam, primùm quidem ex ſancto Thoma in
quæ. 109. ſnis partibus, atque ex Scoto in ſuis ſenten-
Art. 4. tiis, & ex omnibus Theologis, ut inquit. De
Lib. 2. inde probat eandem, quia poſſumus colere
diſt. 28. agros, alere familiam, benefacere amicis,
atque his ſimilia, & hæc præcepta ſunt ac cõ-
ſilia iuris naturalis, Cur ergo non eiſdem na
turæ uiribus ualeamus etiam quandoque
præcepta implere Decalogi? Hæc ille. Cæte
rùm quicquid ſit de aliis, hæc opinio poſte-
rior in eo uidetnr concinere priori, quòd cõ
cedit, poſſe hominem lapſum per ſua natura
lia cum ſolo generali influxu cognoſcere, uel
le, & operari bonum morale, etiam propter
honeſtatem, & propter, Deum, ut eſt natu G
raliter cognoſcibilis. Nam rationes ſnæ æqna
liter currunt de omni bono morali, ſaltem
ſingulatim; hoc eſt, de quouis per ſe, ac ſeor
ſum conſiderato. Conuenit cum priori in eo
qnòd dicit, poſſe hominem ex ſuis naturali-
bus cognoſcere Deum pro ut eſt cognoſcibi-
lis naturaliter per creaturas, ut eſt unus, bo-
nns, ſapiens, cauſa prima, & finis ultimus,
illumq; ut ſic amare, & colere. Connenit e-
tiam cum priori in eo quòd fatetur, uel fate-
ri uidetur, poſſe hominem ex ſuis naturali-
bus omne genus præcepti quantum ad ſub-
ſtantiam actus implere, licet non poſsit diu
in obſeruantia præceptorum omnium dura- *Lib. 1.*
re. Verba eius ſunt. Non equidem negamus, *Cap. 22.*
quin quodcunque genns præcepti poſsit ho- *circa ſe-*
mo implere quantum ad ſubſtantiam, ſed ta *cundam*
men non poteſt omnia: ideſt, non poteſt diu *conclusio*
durare quin decidat, niſi Deus peculiare fe- *nem.*
rat auxilium. Hæc ille. Qui iterum ſecundum *Ibidem.*
hanc ſententiam fatetur expreſsè, poſſe ho- *paulò*
minem ex ſuis naturalibus habere actũ quen *poſt.*
dam ſingularem amoris erga Deum, qualis
hac oratione profertur, Volo Deo in omni-
bus & per omnia complacere. Quem actum
eo probat poſſe hominẽ habere naturaliter
erga Deum, quia eiuſmodi actum poteſt ha-
bere homo naturaliter erga parentem, erga *Ibidem.*
filium, erga aliquem utique amicnm. Idem *circa 3.*
repetit rurſus paulò poſt deſcendẽdo ad quæ *concluſ.*
ſtionem enodandam de dilectione Dei, uide H
licet, An poſsit etiam præceptum hoc imple-
ri ſicut cætera, quantum ad ſubſtantiam a-
ctns extra gratiam Dei? Ideo ergo utraque
ſententia non placet harum duarum, & quo-
ad hæc, utranque relinquimus. Magis autem
non placet Scotus, magiſq; non placent alii
qui ſicut Scotus, putant poſſe hominem ſeſe
ultimatè diſponere ſeu præparare ad gratiam
gratum facientem per ſua naturalia cum ſolo
generali Dei influxu: quod expreſsè negat ſe
cunda opinio, multitudoq; illorum Docto-
rum non contemnendorum, qni eam acci-
pinnt, & ſecundum illam docent; ultimam
hominis diſpoſitionem ad gratiam tribnen-
tes ſpeciali adiutorio gratiæ Dei. Olim etiã *Albert.*
doctor quidam, Albertus nomine, nt habe- *Lib. 2.*
tur apud Gregorium Ariminenſem, putauit *Diſt. 29.*
hominem per peccatum non incurrere igno- *quæſt. 1.*
rantiam agendorum; & molitus eſt probare *Art. 2.*
contra eundem Gregorium, quòd poteſt ho
mo per ſua naturalia cum ſolo influxn gene-
rali cognoſcere, uelle & operari, bene, mora
liter ac uirtuosè: Deumq; ut eſt naturaliter
cognoſcibilis, cognoſcere, diligere, colere.
Ad quorum probationem ita deducebat, Pri *Proba. 1.*
mùm, quia circa illud, Abierunt ſemiuiuo re- *Alberti.*
licto.

A licto. dicit Auguſtinus in quæſtionibus Euan
gelii. Homo peccator ſemiuiuus relinquitur,
quia ex parte qua Deum poteſt cognoſcere
& intelligere, uiuus eſt: ex parte uerò qua
peccatis contabeſcit, mortuus eſt. Vnde ui-
detur quòd homo poſt peccatum poteſt Deũ
Proba.2. cognoſcere & intelligere. Secundò, quia Au
Alberti. guſtinus in De libero arbitrio iuquit, Vt bre
Lib. 1. uiter æternæ legis notionem quæ impreſſa
Cap.6. nobis eſt, in quantum ualeo uerbis expli-
cem, ea eſt qua iuſtum eſt ut omnia ſint ordi
natiſsima. Ex quo arguit, quòd iſtud non
poſſet facere lex iſta, niſi traderet notitiam
Proba.3. agendorum moraliter. Tertiò, quia Auguſti
Alberti. nus in eodem libro ait, Putas'ne iſta mente
cui regnum in libidines æterna lege conceſ-
ſum eſſe cognoſcimus, potentiorem eſſe libi
dinem? Et quia circa illud, Gentes ea quæ le
gis ſunt uaturaliter faciunt. quædam Gloſſa
dicit, Et ſi Gentilis non habeat legem ſcri-
ptam, habet tamen naturalem, qua intelligit
& ſibi conſcius eſt, quid ſit bonum, & quid
malum. Lex enim naturalis eſt, nemini iniu
riam facere, nihil alienum præripere, à frau-
Prob.4. de & periurio abſtinere. Quartò, quia aut
Alberti. homo ex ſuis naturalibus ſola Dei generali iu
fluentia concurrente poteſt cognoſcere Deũ
eſſe ſummè honorandum, aut non, ſed ultra
hoc requiritur quoddam Dei auxilium ſpe-
ciale? Si detur primum, habetur propo-
ſitum: quia illud eſt quoddam morale bo-
B nnm. Si ſecundum, ſequitur quòd homo in
ſuis naturalibus conſtitutus & concurrente
Dei influentia generali de hoc bono morali
quod eſt, Deum eſſe ſummè honorandum,
habebit ignorantiam inuincibilem. Et ultra
ſequitur, quòd omiſsio huius actus, ſcilicet
non honorare Deum ſummè, non imputabi
tur ei quoad pœnam, uel etiam quoad cul-
pam; cùm ſecundum omnes doctores non
imputentur, quæ ex ignorantia ſimpliciter
inuincibili committuntur. Sed ntrunque ho-
rum conſequentium uidetur eſſe falſum &
Rom.1. contra Apoſtolum ad Romanos, ubi dicitur
quòd Gentiles habuerunt notitiam, quòd
Deus eſt ſummè houorandus: quia quod no
tum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis: & quòd
huius actus imputetur eis ad pœuam, patet
Rom.1. ibi, Reuelatur ira Dei ſuper omnem impie-
tatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui
ueritatem Dei in iniuſtitia detinent: & quo-
ad culpam, Ita ut ſint inexcuſabiles: ex ſub-
Rom.1. dit ſtatim cauſam, Quia cum cognouiſſent
Proba.5 Deum, nõ ſicut Deum glorificauerunt. Quin
Alberti. tò, quia ſi homo ex ſuis naturalibus ſola Dei
influentia generali concurrente non poteſt
cognoſcere quid ſit agendum, &c. ex ſe non
habebit unde ſit conſiliatiuus uel poſsit eſſe:

patet, cùm conſilium non ſit de his quæ non C
poſſunt cognoſci. Sed iſtud conſequens eſt
contra ſacram ſcripturam dicentem, Reliquit *Eccl.15.*
homiuem iu manu conſilii ſui. Sextò, quia *Proba.6*
aut Samaritanus uidens illum hominem ſe-
miuiuum relictum, potuit cognoſcere ex
ſuis naturalibus cum ſola Dei generali influẽ
tia quid circa illud erat moraliter agendum,
& habetur propoſitum: aut non potuit; &
tunc ſequitur, quòd natura huius hominis
eſt peior in ordine ad ſuæ naturæ conſortem,
quàm natura ſuis, qui audiens torqueri a-
lium ſuem, ſtatim inſilit in tortorem. Et ui
detur hoc multum ſauere errori Manichæo-
rum, dicentium, naturã ſimpliciter malã. Se-
ptimò, quia Gregorius dicit quòd mens no- *Proba.7.*
ſtra ex ſui conſideratione quid in alterum *Alberti.*
faciat intelligit, & recti operis germen
parit. Ita nixus eſt ille doctor probare
quòd ualeat homo per ſua naturalia cum
ſola generali Dei influentia cognoſcere,
amare, uenerariq; & honorare Deum; co-
gnoſcere etiam, uelle, atque operari bo-
num morale, moraliter uirtuoſum. Ad quod
etiam ita argumentatur. Octauò, quia habi *Proba.8*
ta in præſenti ſtatu notitia, quòd Deus eſt ſu *Alberti.*
per omnia diligendus, aut homo ex ſuis na-
turalibus cum ſola Dei generali influeutia
poteſt elicere circa Deum actum dilectionis
bonæ moraliter, ant non? Si ſic, habetur pro
poſitum: ſi non, ſequitur quòd actus dile-
ctionis bonæ moraliter elicitus circa Deum, D
eſt ſupra facultatem humanæ naturæ: quod
uidetur eſſe contra auctoritatem ſcripturæ
dicentis, Mandatum quod præcepi tibi ho- *Deut.30*
die, non ſupra te eſt, neque procul poſitum;
ſed iuxta te eſt ſermo in ore tuo & in corde
tuo, ut facias. Ex qua auctoritate ſumit di-
ctus Magiſter, quòd non ſolùm non ſit ſupra
facultatem noſtram, Deum diligere, ſed quòd
hoc eſt connaturale; quia non minus eſt ho-
mini connaturale Deum amare, quàm Deũ
amandum cognoſcere, uel de Deo amando,
uerbum cordis uel oris formare. Sed con-
naturale eſt homini, Deum amandum ſu-
per omnia cognoſcere, & de Deo ſic cogni-
to uerbum cordis & oris formare etc. No- *Proba.9*
nò arguit contra Gregorium Ariminenſem, *Alberti.*
quia aut habita ſufficiẽti notitia, quòd Deus
eſt ſummè amandus, uoluntas ex ſuis natura
libus eliciet actum bonum moraliter, & ha-
betur propoſitum; aut malum; & tunc con-
tra, quia pro omni tempore quo exercitium
alicuius actus eſt malum moraliter, & culpa-
biliter, omiſsio illius actus, eſt bona mora-
liter & laudabiliter. Sed ſecundum te, pro
omni tempore quo omne ſtat ſub ſolo influ-
xu generali exercitium diuinæ dilectionis, eſt
NN ma-

E malum moraliter & culpabiliter; ergo pro
illo tempore omiſsio eſt bona moraliter &
laudabiliter. Hoc autem patet falſum, quia
Rom. 1. ſecundum Apoſtolum, culpabile fuit Philo.
ſophis, quòd omiſerunt glorificare, & per
Prob.10. conſequens amare Deum. Decimò, quia aut
Alberti. habita ſufficienti notitia de bono & malo mo
Aliā pro raliter eligendo, uel refutando, uoluntas pro
bationem præſenti ſtatu cum ſolo generali influxu eſt
hic ponit indifferens ad utrunq;, & habetur propoſi-
Albertus tum: aut non, & hoc eſt contra ſcripturam,
ad quam Ante hominem uita & mors, bonum & ma-
etiam re lum; ad quodcunque uoluerit, conuertet
ſpõdetur manum ſuam. Vndecimò, quia ſi homo pro
infra ubi præſenti ſtatu ſtans ſub ſola influentia genera
ad hanc. li, habita ſufficienti notitia quid moraliter cir
Proba.11. ca ipſum ſit agendum, non poſſet conformi-
Alberti. ter uelle uel agere, ſequeretur quòd Chriſtus
Matt.7. uanè dixiſſet, Quæcunque uultis ut faciant
uobis homines, hoc facite illis. nam in hoc
præcepto quod eſt legis naturalis, omnia præ
cepta legis moralia complectuntur. Duo-
Prob.12. decimò, quia uolens hic doctor arguere con
Alberti. tra Gregorium, probat primò ſequi ex di-
ctis Gregorii, quòd omnis actus hominis in-
fidelis, eſt damnabilis, & ſimiliter in omni-
bus charitate & gratia carentibus: & ſecun-
dò, ex hoc quædam inconuenientia deducit.
Prob.13. Tertiodecimò, quia ſecundum dictum Baſi-
Alberti. lii, nobis eſt connaturale diligere Deum, e-
F tiam pluſquam benefactores.

S.Tho. SANCTVS Thomas mouit quæſtionē,
Prim.2. Vtrùm homo poſsit uelle & facere bonum
quæſ.109. abſque gratia? Fatetur autē inter alia, quòd,
Art.2. Quia natura humana per peccatum non eſt
omnino corrupta, ut ſcilicet toto bono natu
ræ priuetur, poteſt quidem etiam in ſtatu na
turæ corruptæ, per uirtutem naturæ ſuæ ali-
quod bonum particulare agere, ſicut edifica
re domos, plantare uineas, & alia huiuſmo-
di: non tamen totum bonum ſibi connatura-
le adeo ut, in nullo deficiat. Sicut homo in-
firmus poteſt per ſeipſum aliquem motum
habere, non tamen perfectè poteſt moueri
motu hominis ſani, niſi ſanetur auxilio me-
Caietan. dicinæ. Caietanus in eo loco primùm no-
Ibidem. tat quòd homo in quinque ſtatibus ſeu mo-
dis conſiderari poteſt, ſeu natura noſtra hu-
mana: primò in puris naturalibus, ſecundò
in ſtatu conſono naturæ rationali, ut ſcilicet
ſeruetur rectitudo rationalis in omnibus par
tibus animæ, tertiò in ſtatu doni iuſtitiæ ori
ginalis ſecluſa gratia gratum faciente ſecun-
dum rem uel rationē, quartò in ſtatu gratiæ
gratum facientis, quintò in ſtatu naturæ lap
ſæ. Deinde dicit, quòd ſecundum rem, tan-
ta eſt differentia inter naturam in puris natu
ralibus, & naturam lapſam, quanta eſt inter
perſonam nudam ab initio, & perſonam ſpo- G
liatam: niſi quòd defectus animæ & corpo-
ris in natura ſpoliata, habent rationem corru
ptionum, uulnerum, pœnæ, & culpæ in par
te ſuſceptiua illius: defectus autem ipſi in na
tura in ſuis naturalib. exiſtente, habent ratio
nem naturalium conditionum. Tertiò fate-
tur, quòd natura corrupta & natura in puris
naturalibus, æquiualent quoad naturalem fa
cultatem operandi bonum naturæ propor-
tionatum, quale eſt bonum uirtutis acquiſi-
tæ. Quartò mouet quæſtionem, An auctor,
uidelicet ſanctus Thomas, intendat quòd ho
mo in ſtatu naturæ corruptæ non poſsit mo-
raliter bonum ex propriis naturalibus face-
re? Notat quòd Gregorius Ariminenſis aſſe
rat ſanctum Thomam ita ſentire: & confite-
tur non deeſſe quoque Thomæ ſectatores
id affirmantes. Ipſe autem Caietanus negat
ſanctum Thomam ita tenuiſſe, & determinat
ipſe, quòd homo in ſtatu naturæ lapſæ poſsit
ex ſuis naturalibus cognoſcere actum mora-
liter bonum, & illum operari: puta uene-
rari parentes, cum omnibus ad id requiſi-
tis. Ait rurſus paulò poſt determinando,
Dicendum igitur eſt, quòd homo in ſtatu
naturæ corruptæ, poteſt per ſua naturalia
quantum eſt ex ſufficientia operatiuæ uirtu-
tis, operari aliquod opus moraliter bonum;
licet non poſsit ſuum uniuerſum moraliter
bonum facere. Probat primam partem huius H
ſuæ concluſionis deducendo ad inconueniēs,
ut inquit. Quia niſi poſſet aliquid bonum mo
raliter facere, ſequeretur quòd infidelis, & exi
ſtens quilibet in mortali in omni ſuo actu de-
liberato peccaret. Deinde probat oſtenſiuè,
Quia experimur quòd exiſtentes in mortali
etiam pertinaciter ſecluſa fide, poſſumus red
dere mutuum, quando oportet, cui opor-
tet, & cætera, & propter quid oportet: quia
ſcilicet iuſtum eſt, & ordinatur ad Deum ut
ſummum bonum, ac per hoc finem uniuerſi
monſtratum, 12. Meta. Secundam partem
probat etiam nonnullis mediis: uerùm quia
in ſecunda parte nobiſcum conuenit & cum
ueritate, & illa iam ſatis conſtat ex præceden
tibus, de ea nihil ulterius loquar. Addit
Caietanus, quòd demonſtratum eſt, 12. Me *Ibidem.*
ta. Deum eſſe finem uniuerſi, ſummum bo- *Art. 2.*
num, & cætera. Quòd homo pro hoc ſtatu *Ibidem.*
poteſt ſola ope naturalium ſuorum, ideſt abſ- *Art. 3.*
que gratia, cognoſcere quòd Deus eſt natu-
raliter ſuper omnia homini diligēdus; & hoc
cognito, poteſt conſentire in actum diligen-
di Deum, ut finem naturalem uniuerſi & o-
mnium, ſuper omnia tanquam ſummum o-
mnium bonorum, à quo ſunt omnia bona.
Quòd ſicut poteſt homo in hoc ſtatu alium
actum

A actum moraliter bonnm facere, puta actum iuſtitiæ; reddendo alteri homini quod illi debetur; ita poteſt reddere Deo hunc actum diligendi, & magnifaciendi ipſum ſuper omnia; qnia hic actus eſt quidã particularis ſub morali bono, ſicut & quilibet actns alius moralis. Vnde concedit, quòd homo in ſtatu naturæ corruptæ, quantum eſt ſufficientia ſua, poſsit ex puris naturalibus diligere Deum ſnper omnia referibilia in ipſum, quæ tunc ſunt in ſua poteſtate: non tamen poteſt diligere Deum ſnper omnia ſua ſimpliciter; quia non poteſt non peccare.

Ponitur & mox obſtruitur, præcluditurq́, duplex uia, qua recentiores antiquorum doctorum, auctoritatem magnifaciendam, declinare nituntur, confertur eorum ſententia ſententiæ Pelagij, & tanquam una atque eadem, agnata, uel conſimilis omittitur: Nulla tamen harum duarum opinionum quæ à recentioribus his Doctoribus emanarunt, damnatur, propter auctores propugnatoresq́, utriuſque catholicos. CAP. XXXVI.

RECENTIORES Doctores, rationibus, de quibus iam ſatis dictum eſt, ducti; cum animaduertant ſe ex diametro, ſententiis pugnare cum antiquiſsimis illis
B patribus, qui (ut ſupra uoſum eſt) omnes manifeſtè aſſerunt, nihil boni poſſe nos homines intelligere, uelle, ant operari ſine adiumento uel gratia Dei, duplici uia nituntur declinare illorum doctorum antiquorum & grauiſsimorum, grauiſsimam auctoritatem ipſorum ſententiæ maximè cõtrariam. Quidam enim ad generalem Dei influxum, dilabuntur: qnidam uerò ad operationem meritoriam: quaſi dicant, patres illos antiquos ita dixiſſe, uel intelligendo per adiutorium Dei, influxum generalem; uel per opera bona, bona opera meritoria. De his enim duobus nullo modo dubitant, ideſt, & quòd ad omnem bonam noſtram actionẽ indigemus influxu Dei generali, & quòd ad omnem noſtram meritoriam actionem indigemns auxilio Dei ſpeciali. Sed neutrum ex his diuerticulũ, his neothericis prodeſt, qno minus uel ſuam ipſorum ſententiam reſcindant, retractentq́;, uel ſanctorum doctorum antiquorum ſententiam negent, Primùm nanque non ualet, quòd dicunt, patres per adiutorium Dei, intellexiſſe generalem Dei inflnxum: Tum, quia patres agebant contra Pelagium pro gratia Chriſti, quæ pertinet ad gratiam redemptionis, ut conſtat: & ideo non de influxu generali, qui pertinet ad gratiam creationis, ſed de auxilio ſpeciali quod C ad gratiam redemptionis pertinet, intelligebant. Maximè qnia Pelagius non negabat generalem influxum, nt paulò poſt latius demonſtratur: Tum, quia Patres commendantes & prædicantes Dei auxilium nobis eſſe neceſſarium ad omne opus bonnm, tale Dei auxilium prædicabant, qnali nos non præditi ſumns nec indigemus ad opns aliquod malũ, & per quod, ſeu propter quod Deo tribnuntur noſtra opera bona, non noſtra opera mala.

Vnde Auguſtinus in De baptiſmo paruulorum ad Marcellinnm, ait, Malam uoluntatem utique non habemus ex Deo. Infra, Extolli in ſuperbiam, propriæ uoluntatis eſt hominum, non operis Dei: neque enim ad hoc eos compellit, aut adiuuat Deus. Atque ibi etiam omnem bonam uoluntatem in nobis, Deo auctori tribuit, tum meritoriam, tum moralem: quia non diſtinguit. Rurſus in De uerbis Apoſtoli, inquit, Confitere à Deo te habere quicquid habes boni, à te, quicquid mali. Ecce Auguſtinus non refert in Deum noſtra opera mala, ſicut in Deum refert omnia noſtra opera bona: cum autem nos nec mala opera facere ualeamus, ſiue Dei influxu generali, ut conſtat ex dictis: ſequitur euidenter quòd in uniuerſum aliter nos iunat Deus ad bonum, aliter nobiſcum concurrit ad malum. Aliquid ergo particularius habemus à Deo in bonis, quod profectò non ha- D bemus à Deo in malis. Alioquin, quare illi non tribuimus æqualiter noſtra bona, & noſtra mala opera? Quid ergo eſt illud, quod à Deo particularius habemus in bonis, quod non habemus in malis? Non generalis influxus, quia ille utrobique eſt æqualiter. Nec generalis influxus habet nomen auxilii apud uiros granes: aliàs diceretur Deus nos iuuare ad malas operationes, & ad malam uoluntatem, quod toto nixu negauerunt ſemper omnes doctores ſancti, ut hic conſtat ex Auguſtino, & infra latè oſtenditur ſuo loco. Quid ergo eſt illud? Non natura, nec naturalis potentia, quia profectò eadem eſt natura eademq́; eſt naturalis potentia, quibus peccamus, & rectè agimus. Quid ergo eſt? Quidem aliquod Dei ſpeciale anxilium aliquo modo, ſaltem in effectu, à generali influxu diſtinctum. Neque negari poteſt ullo pado, quin alio modo referamus in Deum anctorem noſtra opera bona, etiam ea quæ ſolùm ſunt bona moraliter, qno modo non referimus in Deum anctorem noſtra mala opera, & peccata. Pelagins eo ſolo tribuebat Deo noſtra opera bona, quia Deus nobis dedit poteſtatem ad bona opera facienda, quam & iuuat in ſuis actionibus, aut ſuſtentat ſingulis

Lib. 2. (margin, beside "Vnde Auguſtinus in De baptiſmo paruulorum")

Serm. 9. (margin, beside "uerbis Apoſtoli")

E momentis. Arguit Auguſtinus in De gratia *Lib. 1.* Chriſti & peccato originali contra Pelagium, *Cap. 25.* quia cùm eadem poteſtas ſit quam à Deo habemus, & qua bonum uel malum bene uel malè agimus, ſi ideo ſolùm Deo noſtra bona tribuimus, quia à Deo illam poteſtatem habemus; conſequens eſſe uidetur, ut pari modo Deo noſtra praua opera tribuamus, quia ab illo eodem Deo habemus eandem poteſtatem, qua peccamus. Sic in propoſito. Si ideo noſtra bona moralia Deo tribuimus auctori, quia nobis dedit naturam, talemq́; potentiā, & nobis præſtat ſuum generalem influxum, ad bona eiuſmodi: unde fit ut illi non eodem modo tribuamus noſtra mala, cùm ipſe idem nobis præſtet naturam, potentiam, & generalem influxum, quibus mala operamur? Similimodo contra quoſdam Pelagianos dicentes, ideo bonam uoluntatem hominis Deo ut auctori tribui, quia ab ipſo eſt homo ſine quo non poteſt eſſe bona uoluntas; inſtat Au- *Lib. 2.* guſtinus in De baptiſmo paruulorū ad Marcellinum, quoniam eodem modo mala uoluntas eſſet Deo ut auctori attribuēda, quod, ut ſubdit, nefas eſt dicere. Oportet ergo ſecūdum ueritatem catholicam confiteri, nos ſpeciali adiutorio, & influentia indigere iuuari ad agendum opera bona, ita ut ſic bona noſtra omnia, tum meritoria, tum moralia, F Dei adiutorio attribuantur, quomodo non attribuuntur ei mala. Saluator noſter dicit, *Ioan. 15.* Sine me nihil poteſtis facere. Sapiens ait, Nō poſſum eſſe continens, niſi Deus det. Et ſecundum hoc, doctores ſancti quoque dicunt, Niſi Deus det, non poſſumus eſſe prudentes, fortes, temperati, iuſti. Si autem quiſpiam dixerit, intelligi debere in his ſolum generalem influxum; ille profectò ſtatim cogitur dicere, Non poſſum eſſe incontinens, imprudens, timidus, audax, intemperatus, iniuſtus, niſi Deus det. Quandoquidem ſine generali influxu, nec ipſa opera mala facere ualemus, incontinentiæ, imprudentiæ, timiditatis, audaciæ, intemperantiæ, iniuſtitiæ: ut iam ſatis dictum eſt ſupra, & conſtat per ſe: eo ſcilicet, quia penitus nullam actionem poſitiuam poteſt habere aut exercere cauſa ſecūda, ſine influxu aut concurſu cauſæ primæ. Eſt autem blaſphemia ita tribuere Deo auctori noſtra opera mala, ſicut Deo tribuimus auctori noſtra opera bona: nec generalis influentia nomen habet motionis, aut auxilii. *Serm. 13.* Vnde Auguſtinus in De uerbis Apoſtoli, optimè docuit. Prorſus, inquit, ſi adiutorium Dei defuerit, nihil boni agere poteris: agis quidem illo non adiuuante, libera uoluntate: ſed malè adhuc idonea eſt uoluntas tua, quæ uocatur libera, & malè agendo fit damnabilis ancilla. Cum dico tibi, ſine adiutorio Dei G nihil agis; nihil boni dico. Nam ad malè agendum habes ſine adiutorio Dei, liberam uoluntatem. Hæc ille. Ecce ad malè agendum habemus liberam uoluntatem ſine auxilio Dei, non tamen ſine generali influxu: nam cauſa ſecunda, prorſus nihil agere poteſt ſine influxu ſeu concurſu cauſæ primæ. Aliud igitur intelligūt uiri ſancti per adiutorium Dei quo dicunt nos indigere ad omne opus bonum, non illum generalem influxum quo etiam indigemus ad omne opus malum. Verè enim affirmatur Deus concurrere nobiſcum etiam ad opera ipſa mala, quantum ad poſitiuum eorum: qui utique ſimul uerè negatur iuuare nos, niſi ad opera bona. Si autem dixerint illi doctores, bona moralia opera noſtra ideo aliter tribui Deo quàm noſtra peccata, non quia Deus aliter nos iuuet ad bona moralia eiuſmodi, ſed quia illa bona præcipit aut conſulit, peccata uerò interdicit & diſſuadet. Si illi inquam, ita dixerint: ipſi uideant: nobis haud quaquam arridet eiuſmodi eorum doctrina. Etenim non ſolùm referimus bona noſtra opera in Deum tanquam in noſtrum bonum nomothetam, ſed etiam tanquam in noſtrum adiutorem: nanque & Pelagius bona opera hominis in Deum tanquam in nomothetam referebat, quia gratiam legis non negabat. Neque fuit damna- H tus Pelagius eo quòd bona opera hominis in Deum tanquam in nomothetam non referret; (referebat nanque eo modo) ſed ideo, quia bona opera hominis non referebat in Deum tanquam in adiutorem immediatum. Ergo hoc illorum doctorum recentiorum diuerticulum, quo ab antiquorum ſententia deuiant, nihil ipſis præſtat adiumenti, non eis ſatis eſt, eos non tuetur aut excuſat: de auxilio nanque Dei locuti ſunt antiqui patres, non de generali eius influxu. Porrò neque eis opitulatur poſterius diuerticulum quo antiquorum patrum contra Pelagium agentium auctoritati obuiam ire nituntur, dicentes eos de bono merito intellexiſſe ſuam eorum ſententiam. Conſtat enim illos antiquos doctores non de ſolis bonis operibus meritoriis locutos fuiſſe, ſed & de bonis operibus quibuſuis uirtuoſis, ſiue in charitate aut gratia iuſtificante, ſiue extra gratiam iuſtificantem, ſiue etiam extra fidē, factis. Auguſtinus ſaltem quidem ita manifeſtè docuit, neque ullo modo negari poteſt fuiſſe hoc ex mente Auguſtini: habetur enim expreſsiſsimè, in multis locis doctrinæ ipſius & de propoſito. Ad Simplicianum enim lo- *Lib. 1.* quens, & de gratia agens quæ præcedit & fa- *Queſt. 2.* cit omnia bona opera, dicit, Incipit autem *tom. 4.*

homo

A homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, uel interna uel externa admonitione motus ad fidem. Sed intereſt quibus articulis temporum uel celebrationibus ſacramentorum gratia plenior & euidentior infundatur, & cætera. Infra. Sed in quibuſdam tanta eſt gratia fidei, quanta non ſufficit ad obtinendum regnum cœlorum, ſicut in Catechumenis, ſicut in ipſo Cornelio antequã ſacramentorum participatione incorporaretur Eccleſiæ. In quibuſdam uerò tanta eſt, ut iam corpori Chriſti & ſancto Dei templo deputentur. Infra. Fiunt ergo inchoationes quædam fidei, conceptionibus ſimiles, non tamen ſolùm concipi, ſed etiam naſci opus eſt, ut ad uitam perueniatur æternam. Nihil horum tamen ſine gratia miſericordiæ Dei, quia & opera ſi qua ſunt bona, conſequuntur ut dictum eſt, illam gratiam, non præcedunt. Hæc ille. Ecce Auguſtinus omnia bone opera refert in gratiam Dei, etiam illa quæ operatus eſt Cornelius ante quàm in Chriſtum credidiſſet, & ante quàm tantam gratiam, fidem haberet, quanta ad obtinendum regnum cœlorum ſufficit. In eodem libro in ſolutione eiuſdem ſecundæ quæſtionis docet manifeſtè idem Auguſtinus, nihil fieri à cathecumenis ſine adiutorio gratiæ Dei; & tamen non ſunt opera eorum ſemper meritoria æternæ uitæ. Idem in De prædeſti

B natione Sanctorum aſſerit, Quòd quicquid & antequàm in Chriſtum crederet & eſt crediddiſſet, bene operatus eſt Cornelius, totum Deo dandum eſt, ne forte quis extollatur. Conſtat autem quòd Cornelius ante quàm in Chriſtum crederet, nihil operatus eſt bene meritoriè, quia non habebat gratiam gratum facientem: ſed tantummodo bene moraliter, orando, eleemoſynas, ſeu aliquid aliud boni

Cap. 4. faciendo. Idem in De correctione & gratia: Intelligenda eſt gratia Dei qua ſola homines liberantur à malo, & ſine qua nullum prorſus, ſiue cogitando, ſiue uolendo & amando, ſiue agendo, faciunt bonum. Et ne quis putet Auguſtinum hic ſolùm de bono meritorio loqui, uideat ipſum eundem Auguſtinum in Sermone de Patientia, ubi manifeſtè Dei gratiæ tribuit, Deiq; donum eſſe dicit, patientiam hæreticorum qua ſuſtinent mortem propter Chriſtum, ne Chriſtum negent. Sic enim in eodem ſermone quærit & determinat, dicens, Sed merito quæri poteſt, Vtrùm & iſta patientia donum Dei ſit? An uiribus tribuenda ſit uoluntatis humanæ? qua quis ab Eccleſia ſeparatus non pro errore qui eum ſeparauit, pro ueritate ſacri, ſeu uerbi quæ apud eum remanſit, timore pœnarum æternarum, pœnas patitur temporales. Ca

uendum eſt enim ne forte ſi Dei donum iſtã **C** patientiam dixerimus, hi quibus ineſt, etiam ad regnum Dei credantur pertinere. Si autem illam donum Dei negauerimus, cogamur fateri, ſine adiutorio & munere Dei, in uoluntate hominis eſſe poſſe aliquid boni. Neque enim hoc non eſt bonum, ut credat homo æterno ſupplicio ſe eſſe puniendũ, ſi negauerit Chriſtum: & pro ſua fide qualecunque ſupplicium perferat & cõtemnat humanum. Proinde ſicut negandum non eſt, hoc eſſe donum Dei: ita intelligendum eſt alia eſſe dona filiorum illius Hieruſalem quæ ſurſum eſt libera mater noſtra; Hæc ſunt enĩ quodammodo hæreditaria, in quibus ſumus hæredes, cohæredes autem Chriſti: Alia uerò quæ poſſunt accipere etiam cõ cubinarum filii, quibus Iudæi carnales, & ſchiſmatici, uel hæretici comparantur. Quamuis enim ſcriptum ſit, Eiice ancillam & filium eius, neque enim hæres erit filius ancillæ, cum filio meo Iſaac. & Abrahæ dixerit Deus, In Iſaac uocabitur tibi ſemen: Quod ſic eſt Apoſtolus interpretatus, ut diceret, ideſt, Non qui filii carnis hi ſunt filii Dei, ſed qui filii promiſsionis deputantur in ſemine, ut intelligeremus ſemen Abrahæ ſecundum Iſaac propter Chriſtũ ad filios Dei pertinere, qui ſunt corpus Chriſti & membra, ideſt, Eccleſia Dei una, uera, germana, Catholica tenens piã fidem, non eam quæ per elationem uel tumo **D** rem, ſed eam quæ per diſcretionem operatur: Tamen etiam filiis concubinarum quan do à filio ſuo Iſaac dimiſit Abraham, nonnulla eis largitus eſt munera, ne relinquerentur omnino inanes, ut non tenerentur hæredes. Sic enim legimus, Dedit autem Abraham omnem ſubſtãtiam ſuam Iſaac filio ſuo; & filiis concubinarum dedit Abraham munera. Si ergo filii ſumus liberæ Hieruſalem, alia dona exhæredum, alia intelligamus hæredum. Hæc ille. Ecce patientia hæreticorum qua propter Chriſtum, ſupplicium ſuſtinent, bona quidem eſt, & donum Dei: non meritorium ut conſtat, ergo morale tantummodo. Sic ergo dicendum eſt de ſua eorum prudentia, de ſua fortitudine, de ſua rẽperantia, de ſua iuſtitia, de ſua continentia, de ſua liberalitate, magnanimitate, & ſimilibus: eadem eſt enim ratio de omnibus, & idem penitus iudicium. Eandem ueritatem profitetur Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum. Volens enim Iulianus probare cõtra Auguſtinum, quòd homines ſine gratia, ſolis uiribus naturæ aut uoluntatis humanæ, poſſunt opera uirtutis exercere, uirtuteſq; acquirere, adducebat in probationem præclara opera quorundam Romanorum inſi-

 gnium,

E gnium, Fabricii, Fabii, Scipionis, Reguli, quæ uidebantur uirtuoſa eſſe, cum tamen illi eſſent extra gratiam Dei, quia extra fidem. Reſpondet Auguſtinus dupliciter, primùm quòd ea opera ſi uirtuoſa erant, Deo tribuenda ſunt, non ſolis uiribus humanis. Deinde negat negando, quòd illa opera extiterint uirtuoſa, cùm uitia potius quædã fuerint uirtutibus ſimilia. Verba Auguſtini quæ ad prius dictum pertinent ſunt hæc, Quanto ergo tolerabilius illas, quas dicis in impiis eſſe uirtutes, diuino muneri potius, quàm eorum tribueres tantummodo uoluntati: licet ipſi hoc neſciant, donec ſi ex illo ſunt prædeſtinatorum numero accipiant Spiritum, qui ex Deo eſt, ut ſciant quæ à Deo donata ſunt eis. Hæc ille. Qui deinde probat per multa illas Romanorum uirtutes, nõ fuiſſe ueras uirtutes; id eſt, non fuiſſe ita uirtutes, quin fuiſſent uitia.

Lib.4. cap.3. tom.7.

Non enim eò ſolùm negat illa præclara opera Romanorum, fuiſſe uirtuoſa, quia non erant meritoria gratiæ aut gloriæ; ſed eò etiam, quia erant peccata quidem, licet uirtutibus ſimilia. Hæc fuit ſemper ſententia Auguſtini, legant, & intelligant, qui uoluerint. Nunc, quæſo, dicant mihi qui aliter ſentiunt, aut aliter ſe ſentire oſtendunt, quales uirtutes potuerint habere illi Romani gẽtiles idololatræ, niſi morales ſolummodo? At illas Auguſtinus uel uitia fuiſſe dicit, uel Deo potius auctori tribuit. Quando ergo Auguſtinus in

F gratiã Dei principaliter refert omnia noſtra bona opera, non ſolùm intelligit bona opera noſtra meritoria, ſed quoque intelligit bona opera noſtra moralia. Sic conſtat luce clarius meridiana, quòd illa antiquorum patrum locutio, doctorum, & ſanctorum, non erat de ſolo generali influxu, nec de ſolo bono meritorio: ſed quoque erat de bono morali, & de adiutorio ſpeciali diuino. Præcluſa eſt igitur doctoribus recentioribus omnis fugiendi uia: & tenentur ſine dubio uel mutatis ſuis ſententiis, ſententiam antiquorum doctorum ſequi, uel illam manifeſtè negare: non enim compatiuntur, nec ſententia antiquorum patitur aliquam interpretationem ex prædictis recentiorum doctorum. Cæterùm precor, hanc ſententiam quorundam doctorum ſcholaſticorum neotericorum conferamus ſententiæ Pelagii antiquæ. Quid dicebat? Vel, quæ nam confitebatur aut negabat Pelagius, in oppoſito noſtro? Confitebatur quidem gratiam creationis in hominibus, humanam naturam, humanam uoluntatem, & generalem Dei influxum communem omnibus agentibus: non enim conſtat, nec creditur ipſum hanc negaſſe. Quid præterea confitebatur? Gratiam Chriſti neceſſariam in remiſſionem peccatorum præteritorum, G contractorum, aut commiſſorum: pariter & gratiam legis, qua meliùs, exactiùs, perfectiùs, abundantiùsq́; ſcimus Dei optimi uoluntatem, quæ facienda aut uitanda ſunt, proſequenda aut fugienda. Conſtat apud Auguſtinum in quadam epiſtola & in De gratia Chriſti & peccato originali, quòd confitebatur Pelagius gratiã Chriſti neceſſariã in peccatorũ cõmiſſorum quouis modo remiſſionem.

Epiſt.106. tom.2.

Nunquid negauit generalem influxum eſſe neceſſarium hominibus ad bene operandum? Non ſcitur hactenus, nec creditur de ipſo: non enim ſic ſapere potuit, niſi prius deſiperet. Quomodo poteſt operari cauſa ſecunda, ſine concurſu cauſæ primæ? Immo ex uerbis Pelagii, quæ refert Auguſtinus in De gratia Chriſti & peccato originali, uel conſtat, uel magis uidetur, quòd poſuit Pelagius generalem influentiam Dei.

Lib.1. Cap.4.

In quo ergo errauit, quantum ad propoſitum? In eo quòd dixit quòd homo habita ſufficienti notitia per doctrinam uel reuelationem Dei, de his quæ uolenda uel agenda ſunt, poteſt abſque alio auxilio uelle & agere, quæ uolenda & agẽda eſſe cognoſcit, ſeruare mandata, uitare peccata, uincere tentationes, operari bona, acquirere uirtutes. Hunc errorem coactus eſt damnare ipſe Pelagius in Concilio Paleſtino, aſſerens, nobis hominibus eſſe neceſſariam Dei gratiam quo ad ſingulos actus noſtros bonos, ad cognoſcere, uelle, operari, H ad cognoſcendum, uolendum, operandum. Hunc errorem damnauit Auguſtinus in de gratia Chriſti & peccato originali, ex multis; & manifeſtè ex illo Apoſtoli, Deus operatur in uobis uelle & perficere, pro bona uoluntate.

Lib.1. cap.18. tom.7. Philip.2.

Quod uerbum cum ita expoſuiſſet Pelagius, ut ibidem refert Auguſtinus, Operatur in nobis uelle, quod bonum eſt, quòd ſanctũ eſt, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, futuræ gloriæ magnitudine, & præmiorum pollicitatione ſuccendit, dum reuelatione ſapientiæ in deſiderium Dei ſtudentem ſuſcitat uoluntatem, dum nobis ſuadet omne quod bonum eſt. Tunc dicit contra Pelagium Auguſtinus, Quid manifeſtius, nihil aliud eum dicere gratiam qua Deus in nobis operatur uelle quod bonum eſt, quàm legem atque doctrinam? Sed nos eam gratiam uolumus hi aliquando fateantur, qua futuræ gloriæ magnitudo non ſolùm promittitur, uerùm etiam creditur, & ſperatur: non ſolùm reuelatur ſapientia, uerùm etiam & amatur: nec ſolùm ſuadetur omne quod bonum eſt, uerùm & perſuadetur. Sequitur ex Auguſtino, Hãc debet Pelagius gratiam confiteri, ſi uult non ſolùm uocari, uerùm etiam eſſe Chriſtianus.

Item,

A Item, Hac gratia agitur non ſolùm ut facienda uouerimus, uerùm etiam ut cognita faciamus. Hæc ille. Ipſum errorem damnauit quoque & damnat hodie articulus quidam Pariſienſis, dicens, Quòd ſi ratio recta, & uoluntas recta: error, quia contra gloſſam Auguſtini ſuper illud, Concupiuit anima mea deſiderare &c. Et ſecundum hoc ad rectitudinē uoluntatis non eſt neceſſaria gratia, ſed ſcientia tantū: qui fuit error Pelagii. Omnia ſunt articuli uerba. Ille igitur fuit Pelagii error quantum attinet ad propoſitum, quia dixit quòd homo habita ſufficienti notitia per doctrinam uel reuelationem Dei, de his quæ uolenda uel agenda ſunt, poteſt abſque alio auxilio gratiæ, uelle & agere quæ uolēda & agēda eſſe cognoſcit: Dei mandata ſeruare, peccata uitare, tentationes uincere, bene operari, uirtutes acquirere. Quantum autem hæc bipartita ſententia doctorum recentium paulò ante poſita, ſit eadem, uel ſimilis, uel propinqua, cum ſententia illa Pelagii, quæſo, illi ipſi doctores uideant, attendant, & iudicent. Qui utique aſſerunt, poſſe homines ex ſuis naturalibus cum generali influxu ſine adiutorio gratiæ Chriſti, Dei ſeruare mandata, quantum ad ſubſtantiam operis, uitare peccata, operari bona, acquirere uirtutes: nec differunt hæ duæ ſententiæ neotericorum inter ſe, niſi quia altera dicit omnia, altera B dicit quædam: altera dicit poſſe nos homines ex noſtris naturalibus implere omnia diuina mandata, altera dicit poſſe nos homines ex noſtris naturalibus implere non nulla: A Pelagio autem in eo differunt, quòd Pelagius dixit indigere nos homines Dei adiutorio; ut cognoſcamus quæ uolenda & facienda ſunt, odienda & uitanda: hi uerò dicunt non indigere nos homines Dei adiutorio ad hæc, ſed poſſe nos ex noſtris naturalibus cū ſolo generali influxu cognoſcere omnia uolenda & facienda, odio proſequenda & uitanda iuris naturalis. An addunt? Dicat alius: Neutram harum duarum ſententiarum probamus, ſed profectò quoque neutram earum damnamus: habent catholicos auctores & defenſores, habentq; ſuas uias quibus defenduntur, aut ſuſtentari poſſunt; Harum duarum ſententiarum, inquam, ideſt, quam tenet Scotus, & quam ſanctus Thomas tenere dicitur: de quo quantum pertinet ad uirtutes morales, uel quod idem eſt, ad opera moraliter uirtuoſa, eodem modo dicimus, ſicut dixit Capreolus & nos ſupra ex eodem Capreolo poſuimus. Magis enim nobis placet Capreolus in ea ſua intelligentia ſeu interpretatione ſancti Thomæ, præ aliis eiuſdem ſancti interpretibus. Pelagiū autem abiicimus

Lib. præſenti.

C & omnino atque omni animi affectu damnamus, omneſque alios qui Pelagium ſecuti ſunt, ſequūtur, aut ſecuti fuerint. Gregorius Ariminenſis, uir ualde doctus, quæſiuit, Vtrùm homo ſecundum præſentem ſtatum ſtāte influxu Dei generali, poſſit liberi arbitrii & naturalium eius ope, abſque ſpeciali Dei auxilio, agere aliquem actum moraliter bonum? Quam quæſtionem determinauit in eodem loco ad partem negatiuam, & ſuam determinationem examinauit, declarauit, atque probauit ſatis bene, ſatiſq; copioſè ex diuinis ſcripturis, & ſanctis doctoribus. Videns autem nō nullos partem ipſius quæſtionis ſouiſſe affirmatiuam, ita dixit, eos perſtringens, Nunc ſecundo principaliter oſtendendum eſt, quòd pars affirmatiua quæſtionis, uidelicet, quòd homo poteſt ex ſuis uiribus naturalibus abſq; ſpeciali auxilio Dei, agere actum uirtuoſum, ſeu quod idem eſt, agere actum bonum moraliter, fuit unus de erroribus damnatis Pelagii; aut ſi in aliquo diſcordat, in eo magis deuiat à ueritate quàm dictū illius: ac per hoc concluditur, quòd ipſa à nullo catholico debeat ſuſtineri. Hæc autem iam ſatis patent ex nunc dictis. Quoniā ut oſtenſum eſt, Pelagius poſuit, quòd homo habita ſufficienti notitia per doctrinam uel reuelationem Dei de his quæ uolenda uel agenda ſunt, poteſt abſque alio auxilio uelle & agere quæ uolenda & agenda eſſe cognoſcit. D Patet autem quòd hoc non eſt aliud dictu, quàm ſi dicatur, quòd poteſt uelle & agere conformiter rationi rectæ; quod idem eſt, quod rectè ſeu bene moraliter uelle & bene moraliter agere. Illud autem dictum Pelagii, tanquam erroneum eſſe damnatum ſatis patet ex adductis. Hæc Gregorius. Quicquid autem ipſe Gregorius dixerit damnando ſententiam illorum doctorum catholicorum, nos de illis & de illa dicimus quod iam diximus ſuperius, Non eos catholicos doctores probamus in ea ipſorum ſententia, nec illos damnamus in illa: habent enim ſuas rationes, ſua fundamenta, & ſuas reſponſiones. Verùm magis accipimus, magiſq; probamus hanc partem aliam; hanc iudicamus magis piam, magis probabilem ſecundum diuinas ſcripturas & doctores ſanctos, & ideo magis tenendam. Ob quod certè magis illam uolumus. Generaliter dicit Auguſtinus in De Prædeſtinatione ſanctorum, Nemo ſibi ſufficit ad incipiendum uel perficiendum quodcūque opus bonum: ſed in omni opere bono & incipiendo & perficiendo ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Et quod ipſe in eo loco ait de incipiendo & perficiendo opus bonum, manifeſtè intelligit etiam & de uolendo & de cogitando:

Gregor. Arimin. Lib. 2. Diſt. 26. Quæſt. 1.

Vbi ſup. Art. 2.

Circa principium.

E tando: quemadmodum ſæpe refert illud A-
poſtoli, Non ſumus ſufficientes cogitare ali-
quid ex nobis tanquam ex nobis, ſed ſufficien
tia noſtra ex Deo eſt. Cæterū autē quòd neu-
trum diuerticulū prædictorum ualeat illis do
ctoribus qui alio modo ſentiunt & docent,
iam ſatis fuit oſtenſum. Non enim ſufficit
confugere ad generalem influxum pertinen-
tem ad noſtra naturalia & perinde ad gratiā
creationis: quia quando doctores ſancti anti
qui de gratia Dei agunt, qua pro bonis agen
dis, aut malis uitādis indigemus, gratiā Chri
ſti & redemptionis noſtræ ſine dubio intelli-
gunt: Quæ aliquid magis particulare eſt,
quàm ſit ille generalis influxus ad gratiā crea
tionis pertinens. Nec ſufficit confugere ad
bona opera meritoria, intelligendo dicta ſan
ctorum pro ſolis bonis operibus meritoriis,
quia immo ipſi etiam de bonis operibus lo-
quuntur extra gratiam gratum facientem fa-
ctis, ut conſtat de bonis operibus hæreti-
corum, Catechumenorum, infidelium, &
aliorum.

Recenſentur nonnulla quæ in prænotatis ſententiis duabus catholicorum doctorum, præ cæteris diſplicent. CAP. XXXVII.

F PRIMVM ergo & generali-
ter minimè arrident illæ do
ctorum ſcholaſticorum opi
niones quas ſuperius poſui
mus, eo quòd præcedenti-
bus quæ ex diuinis ſcriptu-
ris, ſanctiſq; patribus, an-
tiquiſsimis & doctiſsimis, atque ex nonnul-
lis ſcholaſticis retulimus, maximè aduerſen-
tur. Deinde priuatim nequaquam arrident,
quia quod priſci illi ac ſancti doctores in lau-
dem & gloriam gratiæ Chriſti contra Pela-
gium dixerunt, non poſſe nos homines poſt
peccatum primi parentis cognoſcere, uelle,
aut operari aliquod bonum niſi Dei acceſſe-
rit auxilium: exponitur in ipſis cum magna
extenuatione gratiæ redemptionis, de gene-
rali influentia pertinente ad gratiam Creatio
nis: uel de bono meritorio, quale non eſt ali
quod opus noſtrum quantumuis bonum, ni
ſi quod ex gratia gratum faciente procedit.
Et conſtat ex præcedentibus, has eorum ex-
poſitiones nullam cum patrum ſententia ha
bere ſocietatem. Non arrident uerò in eo,
quòd dicunt poſſe nos homines noſtris na-
turalibus nixos, cum ſolo generali influxu
Dei pertinente ad gratiam creationis, Deū
per creaturas inquirere, in cognitionem eius
irrepere, ac deuenire, illum cognoſcere, ama
re, colere, & propter illum bona officia na-
turalis honeſtatis exercere uirtuteſq; mora- G
les adipiſci. Ideſt, inquantum eſt unus, bo-
nus, ſapiens, cauſa prima, finis ultimus.
Hæc enim olim, tempore legis naturalis, cur
rente ipſa lege, ſicuti illi doctores dicunt,
quos ſupra nominauimus, faciebant ueram
religionem, ciuitatem Dei, Deiq; filios ado
ptiuos: ut quidem conſtat per ſe, & apud
eos doctores catholicos qui de illo ſtatu ſcri
pſerunt. Illa cognitio, ille amor, & ille cul-
tus Dei, iuſtos reddebant homines illius tem
poris & ſtatus: ſicut nos modo ſub Euange-
lio iuſtos reddunt, noſtra fides, noſtra dile-
ctio, & noſter cultus Chriſtianus. Et quidē,
quòd eo tempore illa cognitio, ille amor, &
ille cultus unius Dei, ueram conflarent abſo
luerentq; religionem, Dei domum, ciuita-
tem, Eccleſiam, eò ualde manifeſtum eſt,
quòd certò ſcimus hanc noſtram religionem
Chriſtianam, illi religioni ſucceſsiſſe, per il-
lam ab Abel iuſto ad nos uſque deriuari, & ab
illa antiqua ducere initia, ut non ſit noua reli
gio hæc noſtra Chriſtiana, ſed utique anti-
quiſſima, quantum ad uerum cultum ueri
Dei attinet. Qua ratione permotus Euſebius *Lib. 1.*
Cæſarienſis in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria haud *Cap. 1.*
quaquam ueritus eſt fateri, Chriſtianam reli-
gionem antiquiſsimam eſſe omnium, etiam
ab ipſa origine mundi; quòd fuerit in Iudæis,
& ante illos; in populo Iudæorum, & in po- H
pulo patrum. Atque hoc, ut docet, non ſo- *August.*
lùm quantum ad rem, propter uerum ueri *non cōſen*
Dei cultum; quinimo, & quoquo modo quā *tit, quòd*
tum ad nomen. Vnde quod Eſaias dicit, His *quantum*
autem qui ſeruient mihi, uocabitur nomen *ad nomē,*
nouum: ipſe quippe intelligit, ut re uera in- *ſed bene*
telligendum eſt, de Chriſtianorum uocabu- *quantum*
lo gentibus dato: ſed exponit iſtud nomen di *ad rem.*
ci nouum, tanquam nuper diſperſum, non
nuper inuentum. Verba eius ſunt, Quod au *Ibidem.*
tem recentis uocabuli Chriſtianorum gens
uidetur, & ritus obſeruantiæ eius nuper exor
tus; quid etiam hæc ipſa nouitas in ſe uetuſta
tis contineat, oſtendemus. Antiquiſsimum
præ omnibus ferè gentibus Hebræorum ge-
nus haberi puto, quòd nulli dubitandum ui-
deatur; & quòd apud ipſam gentem ſecretior
quidam religionis cultus & obſeruantia, di-
uinis mandata uoluminibus continetur: in
quibus etiam de nonnullis iuſtitia & pietate
præditis uiris refertur, quibuſdam quidem,
qui & ante diluuium fuerint, aliis autem &
poſt diluuium, in quibus de Noe atque eius
filiis, omniq; proſapia ſcribitur, & uſque ad
Abraham peruenitur, quem parentem gen-
tis Hebræorum cōſtat exiſtere. Omnes ergo
illos, qui ab Abraham ſurſum uerſus uſque
ad primum hominem, generationis ordine
con-

A conſcribuntur, etiam ſi non nomine, rebus
tamen & religione Chriſtianos fuiſſe ſi quis
dicat, non mihi uidetur errare. Cum enim
nomen Chriſtiani hoc indicet, quòd Chriſto
quis credens, per eius doctrinam, fidem,
pietatem, ac iuſtitiam teneat, & ſtudiis diui
næ inhæreat ſapientiæ, atque omne quod ad
uirtutem pertinet exequatur; ſi inquam,
hæc ſunt, quæ uocabulo Chriſtiani nominis
indicantur, & ueræ eum religionis ſectato-
rem deſignant; hoc erant etiam illi ſancti (de
quibus ſupra diximus) uiri, quod Chriſtiani
Ibidem. nunc eſſe profitentur. Infra, In tantum deni
que hæc in illis præmiſſa & præſormata reli-
gio eſt, ut ne ipſo quidem nomine (quod cer
tè ſolum differentiam facere uidetur) habean
tur alieni, ſed & ipſos iam tunc non ſolùm
Chriſtianos, ſed & Chriſtos eſſe appellatos;
diuina teſtantur eloquia, Dicitur enim de il-
lis ex perſona Dei ad alienigenas gentes, No
Pſal. 104. lite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis
meis nolite malignari. Hæc cum de Abrahã,
uel de his qui per illud tempus ad Dei cultũ
pertinebant, dicta referantur, euidentiſsimè,
& luce clarius in ipſis & ante ipſos, Chriſtia
norũ gens iam tunc fuiſſe, & omnem tenuiſ-
ſe pietatis, ac religionis obſeruantiam deſi-
gnatur: quam nunc per aduentum carnalis
præſentiæ Chriſti per omnes gentes commu
nicatam, & omnibus impartitam nationi-
Ibidem. bus conſtat, etc. Infra. Quid igitur obſtat,
B ut non una atque eadem religionis obſeruã-
tia deputetur in his, in quibus unam atque
eandem fidei atque operum eſſe conſtitit for
mam? Et ideo non nouella, neque peregri-
na eſt Chriſtianorum religio, uel nuper exor
ta: ſed ſi fas eſt liberè iudicare quod uerum
eſt, prima omnium, atque ex ipſa ſimul mũ
di origine ac natiuitate deſcendens, eodem
Chriſto Deo doctore & inſtitutore, iam in-
de ab initio ſpeciem formamq; ſuſcipiens.
Hæc ille. Idem pro eadem ueritate in De De
Lib. 1. monſtratione Euangelica inquit, Talis por-
Cap. 5. rò & lex, & uita planè extitit ea, quæ à Sal-
uatore noſtro Ieſu Chriſto inſtructa eſt, quæ
priſca illa, & ipſo Moſe antiquior inſtauratur
religio; ad cuius normam & Abraham, &
eius maiores uixiſſe, facilè demonſtratur.
Quòd ſi uelis Chriſtianorum uiuendi ratio-
nem, atque eam quam Chriſtus per omnes
gentes diſſeminauit religionem, cum eo &
religionis & iuſtitiæ inſtituto comparare,
& contendere, quo & Abraham, & Abrahæ
ſimiles uſos diuinæ literæ prædicant, facilè
unum atque idem agnoſces. Si quidem illi à
multorum deorum cultu atque errore rece-
dentes, & ab ea quæ ſimulachris addicta erat
ſuperſtitione auertentes ſeipſos, mentis ocu
los ſupra omnem, quæcunque oculis cerni C
poſsit, naturam ſuſtulerunt: neque uerò illi
aut Solem, aut Lunam, aut aliam quampiam
uniuerſi partem pro Deo unquam coluere;
ſed unum ſupremum, ipſum utique altiſsi-
mum cœli ac terræ opificem, ſeipſos attolle-
re non dubitarunt. Inſra etiam poſtquam
Abrahæ meminit, Melchiſedec, Enoc, Noe, *Ibidem.*
& Iob ita quoque continuauit, Si igitur eun
dem illud quem priſci, ac ipſo Moſe antiquio
res, Dei amici uiri coluerunt Deum, nuper
itidem ut illis ſolùm piè colendum eſſe, Chri
ſti doctrina gentibus uniuerſis demõſtrauit;
haud dubium eſt, quin eiuſdem cum illis diui
ni cultus facti ſimus participes: communem
porrò habentes religionẽ, communem quo-
que benedictionem ſortituros eſſe, palàm
eſt. Hæc ille. Rurſus etiam paulò poſt ad idẽ *Lib. 1.*
ait, Sed & ea quæ uirtutem ſectatur uitæ ra- *Cap. 6.*
tio, & quæ pietatem amplexa eſt ciuilis inſti
tutio, ſicut abſque Moſis conſtitutione, om
nibus gentibus, Chriſto monitore patefacta
eſt; ita planè eadem pietatis ac religionis a-
pud priſcos illos complebatur ratio. Neque
igitur ut corpus circuncidecent, neque ut ab
horum, aut illorum animalium carnibus ab
ſtinerent, illi curabant, quoniam ne nos qui
dem. Infra de Abraham agens, Ante ue- *Ibidem.*
rò (inquit) quàm ſuſciperet liberos, at-
que ante quàm circuncideretur, ipſe quo-
que, propterea quòd à ſimulachrorum cul- D
tu ſeceſſerat, unumque ſuper omnia Deum
confeſſus fuerat, & unam eam, quæ cum uir
tute eſt, uitam ſectabatur, Chriſtiano more
uixiſſe, non Iudaico demonſtratur. Idcirco
illi teſtimonium exibetur, quòd præcepta &
mandata & cæremonias, & quæ in legibus po
ſita ſunt Dei, ante Moſis conſtitutionem,
ſeruauerit. Hæc ille. Ita non ſemel confite-
tur & probat auctor ille egregius per hoc an-
tiquos illos patres ad ueram religionem per-
tinere & iuſtificari ac ſaluari, quòd unum
Deum primam cauſam & ultimum finem o-
mnium cognoſcebant, amabant colebant,
ſequentes eam uitæ rationem quæ uirtutem
ſectatur, ſecundum legem naturalem, ante
omnem legem externam. Sic etiam in ean-
dem ſententiam præcepta Decalogi exaltans
Ireneus contra hæreſes Valentini & ſimiliũ, *Ireneus.*
quæ omnia ſunt iuris naturalis, notat illa
quoque prius data fuiſſe populo Hebræorũ *Lib. 4.*
in duabus tabulis, tanquã ſufficientia & neceſ *Cap. 28.*
ſaria ad ſalutem; alia uerò, quæ erant uel cære-
monialia, uel iudicialia, non niſi ubi con- *Ibidem.*
uerſi ſunt in lituli factionem, & reuerſi ſunt *Cap. 29.*
animis ſuis in Aegyptum ſerui pro liberis cu-
pientes eſſe. Eandem ueritatem ſequens i-
dem auctor, paulò poſt cum iam docuiſſet

E de Abraham , Noe , Enoch , quòd uerum
Deum cognoſcentes per naturalem legem
ſuis mentibus ſcriptam , ſalutem iuſtificatio-
nemq; fuerint cõſecuti, dicit generaliter, Sed
& reliqua autem omnis multitudo eorum ,
qui ante Abraham fuerunt iuſti , & eorum
Patriarcharum , qui ante Moſen fuerunt , ſi-
ne his quæ prædicta ſunt, & ſine lege Moſis
iuſtificabantur . Quemadmodum ipſe Mo-
ſes in Deuteronomio ait ad populum, Do-
minus Deus tuus teſtamentum diſpoſuit in
Oreb , & non patribus ueſtris diſpoſuit domi
nus teſtamentum hoc , ſed ad uos . Quare igi
tur patribus non diſpoſuit teſtamentũ? Quia
lex non eſt poſita iuſtis, iuſti autem patres,
uirtutem Decalogi conſcriptam habentes in
cordibus , & animabus ſuis , diligentes ſcili-
cet Deum , qui fecit eos , & abſtinentes erga
proximum ab iniuſtitia : propter quod non
fuit neceſſe admonere eos correctoriis lite-
ris , quia habebant in ſemetipſis iuſtitiam le-
gis . Cum autem hæc iuſtitia & dilectio quæ
erat erga Deum , ceſsiſſet in obliniouem , &
extincta eſſet in Aegypto , neceſſariò Deus ,
propter multam ſuam erga homines beneuo
lentiam, ſemetipſum oſtendebat per uocem.
Hæc ille . Ecce quòd & hic etiam auctor inſi-
gnis Ireneus, iudicat atque docet ſaluari olim
homines atque iuſtificari per cognitionẽ &
F dilectionem ueri Dei , faciendo bonum & de
clinando à malo ſecundum legem naturalem
ſcriptam in cordibus, mentibusq; hominũ :
Deumq; ipſum factorem eorum colendo ,
pro ut naturalis ipſa lex indicabat , dicta-
bat'ue Deum ipſum fore colendum, uidelicet
ſuper omnia. Credendo in ſuper de ipſo, quia
eſt , & quia inquirentium ſe remunerator ſit:
quæ fides ſemper fuit hominibus ad ſalutem,
& iuſtificationem neceſſaria, ut manifeſtè do
Hebr. 11. cet Apoſtolus ad Hebræos . Cæterùm igitur
ut iterum dicamus, Non placent illi docto-
res in eo quòd dicunt poſſe nos homines no-
ſtrorum naturalium ope cum ſolo generali in
fluxu Dei pertinente ad gratiam creationis ,
Deum per creaturas inquirere , in cognitio-
nem eius uenire, illum cognoſcere , amare ,
colere , & propter illum bona officia natura-
lis honeſtatis exercere , uirtutesq; acquirere
morales : Ideſt, inquantum eſt unus , bonus,
ſapiens , iuſtus , cauſa prima , finis ultimus ,
ſimpliciter naturalis , factor omnium , inqui
rentium ſe remunerator, mundi totius pro-
uiſor . Satis enim monſtratum eſt , quòd hæc
olim ad gratiam Chriſti pertinebant, ſiue im
mediatè & ſufficienter iuſtificaſſent uel ad iu-
ſtificationem diſpoſuiſſent eo modo , uideli-
cet ſufficienter : ſiue iuſtificationem inchoaſ-
ſent , aut ad iuſtificationem inchoatiuè diſpo

ſuiſſent . Vnde quidem & nunc ad gratiam re G
demptionis redemptorisq; pertinent , licet
modo neque ad iuſtificationem, neque ad ul-
timam & immediatam iuſtitiæ diſpoſitionem
ſufficiant : propter fidem explicitam Saluato
ris noſtri , totiusq; ſanctiſsimæ Trinitatis ,
quæ modo cunctis iuſtificandis aut ſaluandis
eſt neceſſaria ſimul cum legis Euangelicæ ob
ſeruantia . Non placet etiam quod in multis
locis doctrinæ ſuæ dicit Scotus , docetq; aper
tè , poſſe homines per ſua naturalia cum ſolo
generali influxu , diſponere ſemetipſos ſeu
præparare ad gratiam gratum facientem, for
mareq; in ſeipſis dilectionem Dei ſuper om-
nia, aut etiam odium peccati propter Deum,
tanquam ultimam , immediatam , ſufficien-
tem, & concomitantem diſpoſitionem ad gra
tiam eiuſmodi . Talis enim diſpoſitio , re ue-
ra , eſt realis atque affectuoſa cordeq; ex ipſo
conuerſio hominis ad Deum abſoluta , quæ
omnino pertinet ad Saluatorem noſtrum &
ad eius gratiam, Sicut legimus, Ego ſum uia,
ueritas , & uita . Nemo uenit ad Patrem , niſi
per me. Conuerte nos Deus ſalutaris noſter.
Conuerte nos domine, & conuertemur. Per
tinetq; ea diſpoſitio ſeu præparatio ad bonã
uoluntatem , de qua ſcriptum eſt, Præpara-
tur uoluntas à Domino . Qui dat uelle & per H
ficere pro bona uoluntate . Nemo uenit ad
me, niſi Pater meus qui miſit me traxerit eũ.
Auerſio noſtra à Deo , certè eſt à nobis : con
uerſio autem noſtra ad Deum , ſine dubio eſt
à Deo ipſo . A' Deo eſt autem, per merita Sal
uatoris noſtri . Quamobrem igitur, & ad gra
tiam eius pertinet, non ad ſolã gratiam crea-
tionis. Non placet ea Scoti doctrina inſuper,
propter ea multa quæ dixerunt ſancti docto-
res contra Pelagium , probantes ad gratiam
Saluatoris noſtri pertinere omne noſtrũ bo-
num cogitare , intelligere , uelle , operari: &
ad ſingulos hos actus , nos adiutorio gratiæ
Chriſti indigere: ut bonum cognoſcamus, bo
num uelimus , bonum operemur . Sic etiam
ut habita ſufficienti cognitione , notitiaq; uo
lendorum , faciendorum , ſeu agendorum ,
non poſsimus ea uelle, facere, aut operari ſeu
agere niſi gratiæ Chriſti auxilium acceſſerit ,
ut quoad omnes noſtras operatiuas poten-
tias , intellectum , uoluntatem , aliasq; exe-
cutiuas externorum operum, indigeamus eo
adiutorio gratiæ circa bonum . peculiariter
non arridet Scotus in hac doctrina ſua , quia
ſecundum illam & iuxta illam , præter adiuto
rium gratiæ Saluatoris quod pertinet ad uo-
cationem noſtram ad fidem Chriſtianam , &
præter inſpirationem, doctrinam, reuelatio-
nem , aut legem Euangelicam pertinentem
ad intellectum noſtrũ ut ſciamus aut cogno-
ſcamus

A ſcamus credenda, uolenda, facienda, fugienda nullum aliud adiutorium Dei dicit nobis neceſſarium, niſi uel ſolum generalem influxum ut credamus, uelimus, aut operemur ſimpliciter, moraliter, diſpoſitiuè, aut meritoriè de congruo, uel etiam gratiam gratum facientem ut credamus, uelimus, aut operemur meritoriè. Iſtud nullo modo placet, quia immo ſtante cognitione aut notitia abundante credendorum, uolendorum, aut faciendorum, apud intellectum noſtrum, non poſſumus credenda credere, uolenda uelle, aut facienda facere, ſine adiutorio gratiæ Saluatoris ad gratiam noſtræ redemptionis pertinente. Non enim uocat aut trahit nos Deus ſolùm oſtendendo nobis credenda, ſperanda, amanda, facienda, fugienda, ſed utique oſtendendo hæc per reuelatam doctrinam ac naturalem, & faciendo interius apud noſtras potentias ut nos credamus, ſperemus, uelimus, amemus, faciamus, fugiamus. Hæc noſtra eſt doctrina Catholica, quam omnes doctores ſancti contra Pelagium confeſſi ſunt, prædicauerunt, & commendauerunt totis uiribus, iuxta diuinas ſcripturas: hanc tenemus, uolumus, ſequimur, & totis uiribus commendamus. Pelagium abiicimus, & omnes qui cum Pelagio ſenſerint, niſi reſipiſcant, Pelagium relinquentes, atque fugientes. Non placet etiam quod dicũt B poſſe nos homines per noſtra naturalia cum ſolo generali influxu, formare in nobis talem actum dilectionis Dei ſuper omnia, qualis per hanc orationem explicatur, Volo Deo in omnibus placere & in nullo ei diſplicere. Quandoquidem profectò hic actus uoluntatis pertinet ſine dubio ad bonam uoluntatẽ, de qua legimus, Præparatur uoluntas à Domino. Eſtque actus magni faciendus in homine erga Deum, & de potiſsimis quem habet aut habere poteſt charitas circa ipſum: quiq; hominem immediatè diſpoſuiſſet ad gratiam gratum facientem creatam, niſi in aliquo alio requiſito defeciſſet mortaliter, ut in fide, aut in ſpe, aut in alicuius mortalis peccati inhærentia cui ex ignoratione, ſed tamen mortaliter culpabiliter adhæſiſſet. Vt ſæpe contingit aut contingere poteſt in hæreticis & ſchiſmaticis, qui talem actum in ſe formauerint, & per illum nullo modo ultimatè ad gratiam gratum facientem diſponentur: ſua eorum hæreſi, aut ſuo ſchiſmate impediente aut prohibente. Non placet etiam probatio ipſius aſſertionis, qua ideo probant poſſe hominem cum ſolo generali influxu habere talem actum circa Deum, quia poteſt homo cum ſolo generali influxu habere talem actum circa parentẽ, aut etiam circa alium amicum aliquem: Non C placet, inquam, hæc eorum probatio, quia & ſi ſit naturalius nobis ut ſic diligamus Deũ quàm parentes aut alios amicos; hoc tamen quod nobis eſt naturalius, proculdobio pro hoc ſtatu naturæ corruptæ nobis quoque eſt difficilius. Sic nobis magis naturale eſt uiuere ſecundum uirtutem, aut uirtus ipſa, quàm uiuere ſecundum uitium, aut uitium ipſum: illud tamen eſt nobis mortalibus magis difficile, hoc magis facile. Conſtat hæc cum ex præcedentibus, tum ex natura rei, tum etiã ex communi doctrina omnium ſapientum. De inſtinctu naturæ dicit Tullius, Sunt nobis innata uirtutis initia, quæ ſi adolere liceat & parentes & nos ad beatitudinem, cum diuino munere ipſa natura perduceret. Idẽ, Nos igniculos à natura datos extinguimus. Seneca de opere patientiæ agens, Seruare enim animum infatigabilem inter iſta, quod eſt opus uirtutis, ſecundum naturam eſt, quia nullum bonum ſine ratione eſt: ſequitur autem ratio naturam. B. Omnis uirtus homini naturalis eſt. Idem. Virtus quoniam naturæ res eſt, cum uenit in animum, aliquã do non uenit ſine labore, ſed uenit in locum ſuum, & fideliter ſedet, & bene cum ea natura conuenit. Seneca, Virtus ſecundum naturam eſt, uitia uerò inimica ſunt & infeſta, Et ſecundum Ariſtotelem, Virtus non eſt præter naturam. De hoc autem multa admodum D inferius, ubi agitur de naturali iuſtitia. Eſt tamen nobis magis difficile uiuere aut operari ſecundum uirtutem, quàm ſecundum uitium: ut etiam eſt notiſsimum apud omnes ſapientes, qui de hoc tractauerunt; præſertim apud Ariſtotelem in Ethicis ſuis, ubi hoc docet & probat euidenter. Ideo igitur non placet illa eius probatio, quia uult quòd ſi cum ſola generali influẽtia poſſunt homines id quod eſt magis facile, ſtatim poſsint cum ſola generali influentia id quod eſt magis difficile. Penitus autem nihil ualet argumentũ. Maiori enim auxilio indigemus ad maius põdus portandum, ſimiliter & ad maiorem aut difficiliorem actum exercendum, faciendum, agendum, aut operandum. Aut negabunt nobis difficilius eſſe alicui homini cuius formare illum actum uoluntatis circa Deum uerum, quàm formare illum actum uoluntatis circa carnalem parentem, aut amicum? Abſit. Si enim hoc nobis negauerint, conuincet eos manifeſtè ſcriptura ſancta, dicens, Deum nemo uidit unquam. Siquis dixerit, Quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrẽ ſuum quem uidet, Deum quem non uidet, quomodo poteſt diligere? Quidem igitur difficilius

Tullius. *Seneca.* *Part. 3. Lib. 2. per multa.* *Ethic. 2.* *1. Ioan. 4.* *Ibidem.*

E ficilius nobis eſt Deum quem non uidemus diligere, quàm parentem aut amicum aliquẽ quem uidemus: Sic enim hæc diuina eloquia teſtantur, & omnes doctores catholici circa illa. Sic actus ille, quo quis nult formaliter in omnibus Deo placere & in nullo ei diſplicere, procedit ex charitate, uiget in eo charitas: Si procedit ex timore, Dei, uiget in eo fides: ſi procedit ex amore regni cœlorum conſequendi, uiget in eo ſpes. Tales autem uirtutes habere, aut tales uirtutes exercere, ſeu, quod idem eſt, actus earum formare non poſſumus ſine auxilio gratiæ Dei: nec ex illis aliquid bene agere, ut ſæpe monſtratum eſt. Optimè dicit diuus Ambroſius in De Vocatione Gentium, oſtendens quomodo gratia Dei humanam præparat uoluntatem, Sine igitur initia, ſiue profectus fidelium, ſiue uſque in finem perſeuerãtium cogitemus genus, nulla ſpecies cuiuſquam uirtutis occurrit, qua uel ſine dono diuinæ gratiæ, uel ſine conſenſu noſtræ uoluntatis habeatur. Ipſa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, ut in eo quem nocar, primam ſibi receptricem & famulam donorum ſuorum præparet uoluntatem. Nam uirtus nolentium nulla eſt, nec poteſt aſſeri uel fidem, uel ſpem, uel charitatem eis ineſſe, quorum ab his bonus conſenſus alienus eſt. Hunc autem conſenſum non ſolùm cohortatio prædicantium & incitamenta doctrinæ,

Ambroſ. Lib. 2. Cap. 9.

F ſed & metus gignit, propter quod ſcriptum eſt, Principium ſapientiæ timor Domini. Qui quantislibet terroribus inferatur, non aliud agit, quàm ut quem fecerit timentem, faciat & uolentem: nec ſolùm uolentem, ſed etiam ſapientem. Vnde & illud ſcriptum eſt, Beatus cui donatum eſt, habere timorẽ Dei. Quid enim tam beatificum quàm hic timor, qui genitor eruditorq; ſapientiæ eſt? Hæc ille. Si autem ille actus in aliquo homine procedit ex obedientia quam aliquis in ſe habet aut in ſe recens format circa Deum optimũ, quidem & in eo uiget gratia Dei ſeu eius adiutorium, ſine qua nec talem obedientiam habere nec actum eius formare aut exercere ualemus. Profectò dum quis format in ſe actũ uoluntatis ſuæ, quo, re uera, uult in corde ſuo in omnibus Deo placere & in nullo ei diſplicere, eo ipſo quantum poteſt ſubiicit uoluntatem ſuam uoluntati diuinæ. De hac autem ſubiectione dicit diuus Anſelmus, Quid eſt debitum, quod Deo debemus? Reſpondet, Omnis uoluntas rationalis creaturæ ſubiecta debet eſſe uoluntati Dei. Et infra paucis uerbis interpoſitis inquit, Hoc eſt debitum quod debet angelus & homo Deo, quod ſoluendo nullus peccat; & quod omnis qui

Prou. 9.

Eccl. 25.

Anſelm. In ſuo opere, Cur Deus homo. Lib. 1. Cap. 11.

non ſoluit, peccat. Hæc eſt iuſtitia ſiue recti G tudo uoluntatis, quæ iuſtos facit ſiue rectos corde, id eſt, uoluntate. Hic eſt ſolus honor & totus quem debemus Deo, & quem à nobis exigit Deus. Hæc ille. Diuus Bernardus etiam in quodã ſermone oſtẽdens quomodo uoluntas noſtra diuinæ uoluntati tripliciter ſubiici debeat, dicit ad propoſitum, Porrò totius humilitatis ſumma in eo uidetur conſiſtere, ſi uoluntas noſtra diuinæ (ut dignum eſt) ſubiecta ſit uoluntati. ſicut ait Propheta, Non'ne Deo ſubiecta erit anima mea? Scio quidem creaturam omnem, uelit nolit, ſubiectam eſſe creatori. Sed à creatura rationali uoluntaria ſubiectio quæritur, ut uoluntariè ſacrificet Domino, & confiteatur nomini eius. Hæc ille. Diſtinguamus ergo de illo actu quem quis in ſe formet, uolendo quidem, re uera, in ſuo corde, Deo in omnibus placere & in nullo ei diſplicere: uideamusq; diſtinctè quomodo uel quemadmodum ponitur in homine, ut de illo loquamur. Vel enim ponitur ut actus bonus moraliter & moraliter uirtuoſus, id eſt, ut habens omnes circunſtantias requiſitas ad bonitatem ac uirtutem moralem. Vel ponitur ut actus deficiens aut ſuperabundans in aliquo, & per conſequens ut actus moraliter malus & moraliter uitioſus? Si datur hoc ſecundum, utique nõ contendimus: quia ut conſtat ex ſæpe dictis, peccare, deficere, ac malè agere poſſumus ex nobis ipſis cum ſolo generali influxu. Si H autem datur primum, tunc maximè aduerſamur. Aduerſamur uerò, tum generaliter, actum omnem moralem deliberatum bonum moraliter ex obiecto & omnibus circunſtantiis requiſitis ad bonitatem moralem tribuẽtes adiutorio gratiæ Saluatoris noſtri: tum particulariter in huiuſmodi actu, utpote quia actus iſte eſt ualde notabilis, altus, ſublimis, magni ualoris, & magnæ difficultatis. Pertinet enim ad obedientiam noſtram ex corde erga Deum, uirtutem quidem magnam: de qua & Anſelmus & Bernardus tam glorioſè prædicauerunt, ut paulò ante uiſum eſt in uerbis eius. Pertinetq; ad dilectionem Dei ſuper omnia, ex illa ortum habet, uel ad illam reducitur: niſi forte ex fide aut ſpe dicatur uel ponatur naſci, & ad illam reduci: de quibus omnibus uirtutibus earũq; actibus, manifeſtum eſt quid dicant ſcripturæ diuinæ, quidq; doctores ſancti. Non placet etiam quod dicunt poſſe hominem qui modo in puris naturalibus crearetur, poſtq; nos homines poſt lapſum, bonum morale intelligere, uelle, ac operari, cum omnibus quæ requiruntur ad actum moraliter bonum & moraliter uirtuoſum, cum ſolo generali influxu, maximeq;

Bernard.

Pſal. 61.

A ximeq; de hac ſua aſſertione miramur, uiden
Capreol. tes Ioannem Capreolum, uirum ualde do-
Lib.2. ctum ex eadem claſſe ſancti Thomæ, ita di-
Diſt. 29. centem, Primus homo in ſtatu innocentiæ
quæſt. 1. non potuit ſine ſpeciali motione Dei agere
Art. 1. actum moraliter bonum, aut propriè & per
Concl. 4. fectè rectum & uirtuoſum ſecundum omnẽ
circunſtanciam debitam, & neceſſariam tali
actui. Quam aſſertionem ponit ipſe doctor
Ibidem. Capreolus iuxta mentem, literam, uerbaq;
Art. 2. ſancti Thomæ, cuius ipſe eſt maximus imita-
Ibidem. tor, maximusq; deſenſor. Argumentatur Ca
Art. 3. preolus contra hanc eius concluſionem, ſol-
uit autem argumentũ conſtantiſsimè, hærẽs
huic ſua ſententia. Sed nos modo non agimus
de poteſtate, aut quã uocãt poſsibilitatẽ Adæ
in eo ſtatu: quin agimus de noſtra, ĩ hoc ſtatu
noſtro: in quo conſtat quòd minor eſt noſtra,
quã fuerit ſua, circa bonum, cognoſcendum,
uolendum, faciendum. Non placent rurſus in
eo quòd ita audent dicere, hominem poſt pec
catum & propter peccatum ſpoliatũ, nihil ha
bere in ſe præter rationem culpæ, nec minus
poſſe, circa bonũ, quàm homo qui in puris na
Gregor. turalibus creatus eſſet & ſuis naturalibus reli
Arimin. ctus. Satis .n. bene notauit Greg. Arimi. quòd
Lib.2. liberum arbitrium per peccatum primi ho-
Diſt.29. minis infirmatum eſt & uitiatum uitiis quæ
quæſt. 1. ab origine quilibet contrahit; quòd non ſo-
Art. 1. lùm fuit priuatum gratuitis, ſed etiam in na-
iuxta fi- turalibus uulneratum: & quòd debilitatio li
nem. beri arbitrii non fuit præcisè per ſubtractio-
B nem adiutorii, ſed etiam per acceſſum infir-
mitatis & uitii, quale nullum erat prius in eo.
Et quicquid ſit de opinione Gregorii quoad
qualitatem morbidam & fomitem peccati ſu
peradditum, communis tamen eſt ſententia
omnium doctorum, quòd fuerit homo per
peccatum ſpoliatus bonis gratuitis ac uulne-
ratus in naturalibus, infirmusq;, languens,
Magiſt. ſeu languidus factus. Vnde Magiſter ſenten-
ſen. lib. 2. tiarum dicit, Manifeſtum eſt, quòd præter
diſt. 25. alias pœnalitates pro peccato illo, incurrit
Idẽ Hu. homo pœnam in corruptione & depreſsione
lib. 3. ſen. liberi arbitrii. Per illud nanque peccatum na
C. præter turalia bona in ipſo homine corrupta ſunt,
aliás pœ- & gratuita detracta. Hic eſt enim ille qui à la
nalitates. tronibus uulneratus eſt & ſpoliatus. Vulne-
Luca 10. ratus quidem in naturalibus bonis, quibus
non eſt priuatus, alioquin non poſſet fieri re
paratio. Spoliatus uerò gratuitis, quæ per
gratiam naturalibus addita fuerant. Hæc ſunt
data optima, & dona perfecta; quorum alia
ſunt corrupta per peccatum, ideſt, naturalia,
ut ingenium, memoria, intellectus; Alia ſub
tracta, ideſt, gratuita: Quam & naturalia
ex gratia ſint. Ad generalem Dei quippe gra
tiam pertinent. Sæpe tamen huiuſmodi fit di

ſtinctio, cùm gratiæ uocabulum ad ſpeciem, C
non ad genus refertur. Hæc ille. Eſtq; notiſsi
mum quòd genus humanum propter pecca-
tum fuit, tum gratuitis ſpoliatum, tum in
naturalibus uulneratum: quod profectò con
ſtat ex ſancto Euangelio, ſub ſimilitudine ho
minis deſcendentis ab Hieruſalem in Hieri-
co. De qualitate aut modo ipſius uulneris,
uitii, ſeu infirmitatis contractæ, non conſtat
ita manifeſtè: ſed quidam doctores ſaltem
ex parte tenent quod Gregorius, de qualita-
te morbida, aut fomite. Videatur Grego- *Lib.2.*
rius, & uideantur doctores alii; Magiſter *Diſt. 30.*
ſententiarum, & alii qui de hac re gra-
uiſsima loquuntur, & determinant. Qui-
bus non placet, concupiſcentiam quàm con-
traxit genus humanum per peccatum, quæ
dicitur carnalitas, languor naturæ, fomes
peccati, tyrannus mentis, lexq; membro-
rum, eſſe aut dici ſolam ſolutionem aut per
ſolam ſolutionem uitium inferiorum à ſu-
perioribus propter ſubtractationem ſolam
originalis iuſtitiæ: ſed etiam aliquid aliud po
nunt ſuperadditum, ut conſtat apud ipſos do
ctores. Quamobrem cum in hac re grauiſsi-
ma alii doctores contrarias partes tueantur,
non arrident nobis hi dum facilè quod eorũ
menti inſederit, ſtatuunt aſſeruntq;. Nos enĩ
ita intelligimus quòd cùm Adam ante pecca-
tum, ante infirmitatem, rectus, ſanusq;, in
diguerit influxu generali ad cognoſcendum, D
uolendum, & operandum bonum morale cũ
omnibus quæ requirũtur, ſicut de hac ueritа
te ſatis conſtat apud omnes, de qua etiã Gre
gorius multa dicit; magis profectò uidetur *Gregor.*
probabile quòd nos poſt peccatum, infirmi- *Lib. 2.*
tatemq;, non ita recti, nec ita ſani, ſed ad ma *Diſt.29.*
litiam procliues & infirmi, maiori Dei auxi- *Quæſt. 1.*
lio indigemus, ut illud idem bonum morale *Art. 1.*
cognoſcamus, uelimus, operemur. Iſtud
maius auxiliũ, appellamus ſpeciale Dei adiu
torium, pertinens ad gratiã Redemptoris no
ſtri. Itaque & ſi illa determinatio illorum do
ctorum uera eſſet, qua dicunt, nos Adæ filios
poſt peccatum non minus poſſe ad bonum
nec magis inclinari aut moueri ad malum,
quàm poſſet aut inclinaretur homo quidam
in puris naturalibus creatus, & ſuis naturali-
bus relictus: adhuc non placet quòd ipſi do-
ctores ſic facillimè determinant quæſtionẽ,
tum grauiſsimam, tum grauiſsimè iactatam
& controuerſam. Homo ille deſcendens ab
Hieruſalem in Hierico; ſignificat quidem to
tum genus humanum, de illo autem Salua-
tor noſter, qui optimè nouit omnia, quòd
latrones eum ſpoliauerunt, & inſuper quòd
plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto.
Vbi profectò ponit atque explicat non ſolam

E ſpoliationem, ſed utique ſpoliationem, & ultra illam, tanquam quid diſtinctum, uulnerationem, & rurſus, fragilitatem: quia manſit homo, ſpoliatus, uulneratus, ſemiuiuus.

Ex inſtituto praecedenti adhuc agitur de eorum doctorum ſententijs de quibus ſermo erat; & oſtenditur peculiariter, quòd quantum natura humana ſecundum gratiam creationis tribuitur, tantum de gratia redemptionis ſubtrahitur.

CAP. XXXVIII.

ERGO quòd olim ante aduẽtum Saluatoris noſtri in mundum, Gentiles Deum uerum cognouerunt, amauerunt, coluerunt, & propter illum præcepta manifeſta naturalis legis ſeruarũt: hoc eſt quod homines illius temporis & ſtatus, Adæ filii, ad cognitionem ueri Dei, ad amorem, cultumq́; eius, & ad obſeruantiam naturalium præceptorum uenerunt, Deum per creaturas, & præcepta Decalogi per prima principia practica manifeſtiſsima cognoſcentes, & ſecundum illa propter Deum uiuentes; quidem gratiæ Dei fuit, per merita Saluatoris noſtri præuiſa. Pertinebant enim
F tales homines ad uerã ueri Dei religionem, quæ ſtatum ſalutis habebat, ut ſuperius ex quibuſdam doctoribus ſatis late poſuimus: & ab idolorum cultoribus diſcreti erant, per gratiam uidelicet redemptionis, quæ in maſſa perditionis filiorum Adæ talem facit diſcretionem. Quis enim te diſcernit? iuſtum ab iniuſtis, bonum à non bonis, fidelem ab infidelibus, cultorem Dei à cultoribus idolorum? Non ſola natura humana, hoc eſt, non ſola hominis naturalia: quandoquidem naturalia hominis, omnibus hominibus ſunt communia, nec bonos à malis diſcernunt. Quis (ergo) te diſcernit? Gratia Dei, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Et ibi igitur gratia redemptionis erat, nec ſola natura humana cum ſuis naturalibus & communi influxu ad gratiam creationis pertinẽte ſufficiebat.
August. Optimè dixit Auguſtinus in De natura & gratia contra Pelagium, Natura humani generis ex illius unius præuaricatoris carne procreata, ſi poteſt ſibi ſufficere ad implendam legem perficiendamq́; iuſtitiam, de præmio debet eſſe ſecura, hoc eſt, de uita æterna: etiam ſi in aliqua gente aut aliquo ſuperiori tempore, fides eam latuit ſanguinis Chriſti. Non enim iniuſtus Deus, qui iuſtos fraudet mercede ſua. Quod ſi fieri potuit aut poteſt, hoc ego dico, quod de lege dixit Apoſtolus, Chriſtus gratis mortuus eſt. G
Si enim hoc ille dixit, de lege quam accepit gens una Iudæorum; quanto iuſtius dicitur de lege naturæ, quam accepit uniuerſum genus humanum, Si per naturam Iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt? Idem quoque facit argumentum contra eũdem Pelagium, in quadam epiſtola quæ eſt ad Bonifacium, *Epiſ. 106.* ſeu, ut alii codices habebant, ad Paulinum: *tom. 2.* in ea enim referens quod dicebat Pelagius eam Dei gratiam eſſe hominibus neceſſariã ad bene operandum quæ eſt creationis, omnibus hominibus inſitam, omnibusq́; cõmunem, dicit tunc contra ipſum, Hæc mala quibus Saluatoris euacuaretur aduentus, ubi hoc poſſumus dicere quod de lege dicit Apoſtolus, Si per naturam iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, refellebamus ut poteramus in cordibus eorum qui iſta ſentirent, ut his cognitis, etiam ille, ſi fieri poſſet, non laceſsitus, iſta emendaret: atque ita & pernicies deſtrueretur erroris, & hominis uerecũdiæ parceretur. Hæc ille. Talis deductio Auguſtini, quæ de iuſtia agit, quidem de omni bona operatione ſuo modo concludit. Quomodo? Vt quoque ita intelligamus, Si ex naturalibus hominis, cognitio ueri Dei, amor, uel cultus eius, uirtuoſum opus morale, uirtuoſa uitatio peccati, aut uirtuoſa obſeruatio præceptorũ Decalogi; ergo quo ad hæc, H
gratis mortuus eſt Chriſtus. Cur? Quia quo ad hæc, non indigebant homines Chriſto, ſeu Chriſti paſsione: ut pote quòd hæc operari poſſent, ex ſola creatione. Sic etiam deducendo iuxta modum Apoſtoli & Auguſtini, conſtat manifeſtè quòd quantum naturæ humanæ ſecũdum gratiam creationis tribuitur, tantum de gratia redemptionis ſubtrahitur: ut enim nobis illa bona quibus nos indigebamus, obtineret, paſſus eſt Saluator noſter, non gratia aliorum quæ inerant nobis à natura ex creationis gratia. Hinc eſt quòd aſſerit Auguſtinus euacuari aduentum Saluatoris per eas aſſertiones Pelagii, quibus dicebat, poſſe homines per ſua naturalia bonum cognoſcere, uelle, operari, mandata implere, tentationes uincere, peccata uitare; & liberum arbitrium Dei auxilio non indigere, ut bonum cognoſcat, uelit, operetur. Iudicat autem Auguſtinus euacuari per eas aſſertiones, Saluatoris noſtri aduentum, cum tamen Pelagius non negaſſet gratiam Chriſti eſſe nobis neceſſariam quoad præteritorum delictorum remiſsionem: quia tales aſſertiones prædicant aduẽtum Saluatoris nobis minus neceſſarium, de neceſsitate eius ſubtrahentes quicquid fatentur homines per ſua naturalia poſſe. Et quidem ita ſapiens, pius, catholicus,

A tholicus, iuſtus, ſanctus, & doctiſsimus, ut
oſtendat neceſsitatem grauiſsimam aduen-
tus Saluatoris; prædicat, exaltat, commen-
datq́; gratiam eius iuxta maximum gratiæ
prædicatorem Apoſtolum Paulum, oſtenden
do quòd ſine gatia Chriſti nihil boni poſſu-
mus nos homines cogitare, uelle, aut ope-
rari, damnandoq́; auctoritate diuina, omnia
liberi arbitrii opera, quæ gratiæ Chriſti præ-
Epiſ. 106. ponuntur. Vnde in eadē epiſtola dicit Augu-
tom. 2. ſtinus, Vt multum miremur eſſe adhuc quoſ
dam qui per quemlibet errorem, gratiæ Dei
conentur obſiſtere, ſi tamen hæc geſta didice
runt; quòd gratia Dei per Ieſum Chriſtum
dominum noſtrum, quod fides uera & catho
lica tenet, ſemper Eccleſia puſillos cum ma-
gnis à morte primi hominis, ad uitam ſecun
di hominis transſert: non ſolùm peccata de-
lendo, uerùm etiam ad non peccandum re-
ctéq́; uiuendum, eos qui iam uti poſſunt uo
luntatis arbitrio ſic adiuuando, ut niſi adiu-
uet nihil pietatis atque iuſtitiæ, ſiue in opere,
ſiue etiam in ipſa uoluntate habere poſsimus.
Philip. 2. Deus quippe operatur in nobis, & uelle & o-
perari pro bona uolūtate. Nam quis nos, niſi
qui uenit quærere & ſaluare quod perierat,
ab illa perditionis maſſa & contentione di-
1. Cor. 4. ſcernit? Vnde Apoſtolus interrogat, dicens,
Quis enim te diſcernit? Vbi ſi dixerit homo,
Fides mea, uolūtas mea, bonum opus meū,
B Reſpondetur ei, Quid enim habes, quod non
accepiſti? Si autem & accepiſti, quid gloria-
ris, quaſi non acceperis? Hoc utique totum
ideo, non ut homo non glorietur; ſed ut qui
gloriatur, in domino glorietur, non ex ope-
ribus, ne forte quis extollatur. Nou quia bo
na opera iſta, pia cogitatioue fruſtrentur,
cùm Deus reddat unicuiq; ſecundum opera
eius, ſitq́; gloria & honor, & pax, omni ope
ranti bonum: ſed quia opera ex gratia, non
ex operibus gratia: quoniam fides quæ per
dilectionem operatur, nihil operetur niſi ip
ſa dilectio Dei diffunderetur in cordibus no-
ſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt no-
bis. Nec ipſa fides eſſet in nobis, niſi Deus u-
nicuique partiretur menſuram fidei. Bonum
eſt igitur homini, ut totis uiribus liberi arbi
Pſal. 58. trii ſui uerè dicat, Fortitudinem meam ad te
cuſtodiam: quia ille qui putauit ſine ipſius
adiutorio, ſe poſſe cuſtodire quod dedit, pro
fectus in longinquam regionem, & uiuens
prodigè, cuncta conſumpſit, & miſeria du-
ræ ſeruitutis attritus, reuerſusq́; in ſemetip-
Lucæ 15. ſum dixit, Surgam & ibo ad patrem meum.
Quam cogitationem bonam quando habe-
ret, niſi & ipſam illi in occulto Pater miſeri-
cordiſsimus inſpiraſſet? Quod intelligens mi
2. Cor. 3. niſter ille Noui teſtamenti, Non quia idonei
ſumus, inquit, cogitare aliquid à nobis qua C
ſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex
Deo eſt. Vnde & ille cum dixiſſet, Fortitu-
dinem meam ad te cuſtodiam, ne uel hoc ip-
ſum quia cuſtodit, ſuis uiribus arrogaret,
tanquam ei ueniſſet in mentem, quia, Niſi *Pſal. 126*
dominus cuſtodierit ciuitatem, in uanum ui
gilant qui cuſtodiunt eam; & non dormit ne
que dormitat qui cuſtodit Iſrael, adiūxit cau
ſam unde fiat idoneus cuſtodire, uel quo po
tius cuſtode ſeruetur. Quoniā Deus, inquit,
ſuſceptor meus eſt. Recolat igitur iſte ſi po-
teſt merita ſua, unde factum ſit ut Deus di-
gnaretur eius eſſe ſuſceptor, ac ſi Deus eſſet
ſuſceptus. Recolat, utrum quæſierit, An quæ
ſitus ſit, ab illo ſcilicet qui uenit quærere &
ſaluare quod perierat. Nam ſi quærere uolue
rit, ante gratiam quid meruerit ut acciperet
eam, mala ſua poterit homo inuenire, non
bona: etiam ſi eum unius diei uitam haben-
tem ſuper terrā gratia Saluatoris inuenerit.
Hæc Auguſtinus. Ecce ſecuudum Auguſti-
num nihil poteſt homo inuenire in ſemetipſo
ante gratiam, niſi mala ſua opera: hoc eſt, in
operibus ſuis moralibus deliberatis. Quam
obrem conſona loquendo, eidemq́; ueritati
inhærens in ſuo Hypognoſt. contra Pelagia- *Lib. 3.*
nos, ait, Damnamus uerò auctoritate diui- *tom. 7.*
na, opera liberi arbitrii, quæ gratiæ præpo-
nuntur, & ex his tāquam meritis, in Chriſto
iuſtificati extolluntur. Hæc ille. Quibus D
uerbis Auguſtinus uon ſolùm negat iuſtifica-
ri hominem, per opera ſua facta ante gra-
tiam; ſed quoque opera hominis ex libero ar
bitrio uenientia, facta ante gratiam, dam-
nat. Mirabilis doctrina Auguſtini, & ual-
de uotanda. Exaltat enim gratiam Chriſti,
& docet illam eſſe nobis hominibus neceſſa-
riam, ad omue opus noſtrum morale delibe
ratum, meritorium, uirtuoſum, aut non ma
lum. Agit uanque de operibus liberi arbitrii;
uidelicet de operibus noſtris moralibus de-
liberatis. Quandoquidem hac in re, nou eſt
dare medium inter bonum & malum: ſed om
ne tale opus noſtrum, uel bonum uel malum
eſt. De his autem quid dicit, Damnamus ue-
rò auctoritate diuina, opera liberi arbitrii,
quæ gratiæ præponuntur, & ex his tanquam
meritis, in Chriſto iuſtificati extolluntur.
Duo hic facit Auguſtinus: Primum quòd dā
nat opera liberi arbitrii, gratiam præceden-
tia: Secundum, quod eſt conſequens ad pri-
mum, negat hominem iuſtificari per opera
præcedentia gratiam. Conſequens enim eſt,
ut quæ opera mala ſunt, nec iuſtificationem
faciant, nec ad iuſtificationem pertineant:
ſed potius ad iniuſtificationem, ad damnatio
nem, ad miſeriam. Valde etiam uon placet
quod

E quod quidam illorum doctorum, ut auctoritatem ſanctorum doctorum antiquorum declinent, dicunt, uirtutes morales non eſſe ſimpliciter uirtutes, & bona opera moralia, non eſſe ſimpliciter bona: ſed uirtutes morales eſſe uirtutes morales, & bona opera moralia eſſe bona moralia, utrunque cum additamento. Dicebant antiqui, Nihil boni ſeu nullum bonum poſſumus nos homines operari ſine adiutorio gratiæ Dei, cogitando, uolendo, aut quouis modo operando: nec ullam poſſumus acquirere uirtutem, ſine illo cui dicimus, Deus uirtutum cōuerte nos. Dicunt hi recentiores ut declinent, Virtus moralis non eſt uirtus, ſed eſt uirtus moralis: bonum morale non eſt bonum, ſed eſt bonū morale. Sic aſſerunt, poſſe nos per noſtra naturalia ſine adiutorio ſpeciali gratiæ Chriſti, bona opera moralia facere, ac uirtutes morales acquirere: putantes hoc non eſſe contra patres, qui oppoſitum dicunt de omni uirtute, deq́; omni opere bono: tanquam patres non loquantur de uirtute morali, ſed de uirtute ſimpliciter dicta, nec de bono morali, ſed de bono ſimpliciter dicto. Hoc eorum dictum mihi non placet, neque unquam placere poteſt: quandoquidem pugnat cum uera doctrina patrum; ipſiq́; ueritati rei aduerſatur, & ueritati patrum, quia utique patres etiā de illis uirtutibus agebant, quæ ſi uirtutes eſſent, non niſi morales eſſe poſſent. Conſtat F ex Auguſtino agente contra Iulianum Pelagianum de uirtutibus Romanorum idololatrarum, Fabricii, Fabii, Scipionis, Reguli, qui falſorum deorum cultores cum eſſent, ſi non nullas habuiſſent uirtutes, illæ non niſi uirtutes morales eſſe potuerunt. De illis tamen illorum uirtutibus, quid dicit Auguſtinus? Primùm quidem quòd ſi uirtutes erant, diuino muneri potius tribuendæ ſunt, quàm eorum ſuorum auctorum tantummodo uoluntati. Deinde ſecundò ait, eas uirtutes eorum non uirtutes fuiſſe ſed uitia uirtutibus ſimilia. Et manifeſtum eſt ex ſcitis Auguſtini quæ ſupra poſuimus, ipſum cùm omne noſtrum bonum in adiutorium gratiæ Dei refert, non ſolùm intelligere bonum noſtrum meritorium gratiæ ac gloriæ, ſed quoque bonum noſtrum morale quod ſic eſt bonum, ut non ſit malum. Ita ergo Auguſtinus intellexit, ita etiam & alii patres intellexerunt, un de conſtat cum ueritate patrum antiquorū, hæc doctorum recentiorum placita pugnare. Pugnant inſuper cum ueritate rei, quia rei ueritas exigit, ut uirtus moralis quæ ſic eſt uirtus ut non ſit uitium, quæ numeris omnibus ad moralem uirtutē neceſſariis eſt abſoluta & mali quicquam reiq́; ueritæ non continet, quæ undequaque eſt moraliter bona, G & nulla ex parte eſt moraliter mala, ſit & dicatur uirtus, ſimpliciter loquendo. Siquidē ea talis uirtus moralis, ſimpliciter loquendo, eſt animi habitus naturæ modo atque rationi conſentaneus: unde perinde ſimpliciter loquendo, eſt uirtus, Illa enim eſt definitio uirtutis, non huius, aut illius, ſed ſimpliciter dictæ, & in communi. Conuertuntur autem definitio & diffinitum, dicunturq́; de eodē, eodem modo, quantum ad ſimpliciter, uel ſecundum quid. Eodem nanque modo aliquid eſt album, quo eſt res habens albedinem: eodemq́; modo aliquid eſt homo, quo eſt animal rationale: idem enim ſeruatur ſemper ſine inſtantia, tum in definitionibus quid rei nuncupatis, tum in definitionibus quid nominis. Neque huiuſcemodi definitionem uirtutis damnat, ſed probat Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum. Virtus igitur moralis ſimpliciter eſt uirtus; qua ſimpliciter eſt animi habitus naturæ modo atque rationi cōſentaneus, quæ definitio eſt uirtutis. Quid amplius hic quærimus aut deſideramus? Plato in dial. de Republica, de uirtutibus moralibus prudentia, fortitudine, temperantia, iuſtitiaq́;, & de iuſtitia quæ per has uirtutes acquiritur agens, tria genera diuidit bonorum, unum eorum quæ tantùm propter aliud appetimus, aliud eorum quæ tantùm propter ſe, aliud eorū quæ propter ſe & propter aliud: locat autem eas uirtutes, in hoc H tertio genere bonorum, tanquam quidem per ſe bonas, per ſeq́; amandas, etiam ſi nihil aliud extaret, quod nos uel propter lucrum acquirendum, uel propter damnum uitandū ad eas perduceret. Ariſtoteles etiā in ſuis Ethicis, moralem uirtutem definit, eſſe habitum qui bonum facit habentem, & opus eius reddit bonum: atque operari ſecundum rationem, cum ratione, & quia ſic ratio dictat, gratia boni, ſeu gratia honeſtatis, dicit optimum. Hi ergo Philoſophi antiquiſsimi & grauiſsimi, Plato & Ariſtoteles, aliiq́; omnes qui poſt eos in humanis fuere ſapientes, uirtutes morales optimè cognouerunt, de illis multa probè dixerunt; & tandem conſona loquentes, ſimpliciter agendo, eas appellauerunt uirtutes, bonas, amandas, proſequendas. Nec aliquid fecit Ariſtoteles niſi quòd dum propoſuit de humana agere uirtute, in cuius operatione conſtituebat hominis fœlicitatem: ſtatim diuiſit humanam uirtutem in uirtutes intellectuales, & in uirtutes morales, tanquam uniuocum in ſua uniuoca. Qui cum multa dixiſſet de moralibus uirtutibus declarando, probando, & numerando illas, atque nominando, multa etiam de in-

Lib. 4. Cap. 3. tom. 7.

Vbi ſtatī. Lib. 4. Cap. 3.

Plato.

Ariſtot. Lib. 2.

Ethic. 1. prope ſinem.

Ethic. 2. in principio.

Ethic. 2. 3. 4. et 5.

Ethic. 6.

A intellectualibus; ad eundem reuerſus ſermo
Ethic.10 nem, fœlicitatem hominis poſuit in opera-
tione eius quæ eſt ſecundum uirtutem, mo-
ralem uel intellectualem: maximè tamen in
ea quæ eſt ſecundum intellectualem, utpote
quòd intellectualis uirtus pertinet per ſe ad
noſtram mentem quæ eſt per ſe rationalis, &
potiſsimum quod eſt in nobis, quaſi quid di
uinum. Itaque ſimpliciter loquendo, uirtu-
tes morales ſunt uirtutes, & bona opera mo
ralia ſunt bona: ſic locuti ſunt antiqui Philo-
ſophi, & ſic locuti ſunt antiqui doctores ſan-
cti; nec neceſſe eſt, nec oportet, nec expedit,
nec licet, hunc modum loquendi mutare an-
tiquiſsimum, ac probatiſsimum priſcis om-
nibus ſapientibus. Præſertim uerò non licet
his, qui ut auctoritatem ac doctrinam ſancto
rum doctorum declinent deuitentq́; modũ
loquendi communiſsimum longeq́; ueriſsi-
mum mutant, pro placito, ſine neceſsitate.
Quæ'nam neceſsitas cõpellit ad hunc loquen
di modum immutandum, ut morales uirtu-
tes non uirtutes dicamus? Et quæ'nam neceſ
ſitas urget protruditq́; ad hunc modum lo-
quendi immutandum, ut bona opera mora-
lia, dicamus non bona? Profectò uirtus eſt,
quicquid eſt habitus animi naturæ modo at-
que rationi conſentaneus; nullumque in di-
ſcrimen adducimur, omnem talem animi ha
B bitum ſimpliciter appellando uirtutem, ſicut
noſtra recta ratio ſimpliciter dicitur bona.
Iam, quæſo, noſtra bona opera moralia quæ
ex obiecto, ex fine, & ex omnibus aliis cir-
cunſtantiis bona ſunt, & nullam habent ap-
poſitam circunſtantiam malam; quomodo
non dicentur ſimpliciter bona? Simpliciter
habent rationem conuenientis, quia ſimpli-
citer conueniunt homini, ſecundum potiſsi-
mum quòd eſt in homine, ideſt, ſecundum
mentem & rationem eius rectam: Ergo ſim
pliciter habent rationem boni, quia ratio bo-
ni, eſt ratio conuenientis. Admitto quòd il-
lud quod conuenit homini ſecundum corpus
aut ſecundum aliquam partem hominis infe-
riorem, dicatur bonum hominis ſecundum
quid: ſed ſimul uolo quod illud quod conue-
nit homini ſecundum mentem aut ſecundum
partem hominis ſuperiorem, dicatur bonum
hominis ſimpliciter. Talia autem ſunt bona
moralia de quibus agimus. Conueniunt e-
nim homini ſecundum animam, & ſecundum
ſuperiorem partem animæ. Aliæ ſunt uirtu-
tes altiores, maiores, & perfectiores, quàm
ſint uirtutes morales; ideſt, uirtutes Theo-
logicæ: alia etiam ſunt bona opera hominis
altiora, maiora, meliora, & perfectiora,
quàm ſint eius bona opera moralia, hoc eſt,
bona opera ipſius meritoria. Hoc autem
non prohibet quo minus uirtutes morales C
ſint uirtutes, & bona opera moralia ſint bo-
na: uirtutes ſunt hæ & uirtutes ſunt illæ,
bona ſunt hæc & bona ſunt illa: ſed cum
ſuis differentiis uirtutum, & bonorum. Sic
omnia animalia dicuntur ſimpliciter ani-
malia, homines, equi, leones, & alia: cum
tamen homines ſint præ cæteris nobiliores,
altiores, perfectiores. Dum diducimus uir-
tutes humanas in uirtutes morales, intelle-
ctuales, & Theologicas, ſiue in uirtutes me-
ritorias & non meritorias; etiam dum didu-
cimus bona opera humana, in bona opera ſo
lùm moralia, & in bona opera meritoria: ſi-
ne dubio hæc eſt diuiſio uniuoci in ſua uniuo
cata, (ſic enim noſtri appellant), non æqui-
uoci in ſua æquiuocata. Differuntq́; ipſa uni
uocata membra inter ſe, ſicut magis perfe-
ctum & minus perfectum: ſed omnia ſibi re-
tinent nomen uirtutis, & boni. Paulus di- *1.Cor.13.*
xit fidem ſine charitate eſſe nihil, & Iacobus *Iacob. 2.*
dixit fidem ſine operibus eſſe mortuam: ſed
ſermo erat per exceſſum, uel ratione eius eſ-
ſe altiſsimi reſpectu gratiæ & gloriæ, quòd
non eſt niſi ex charitate, uel cum illa. Sic Da
uid comparatiuè dixit, Subſtantia mea tan-
quam nihilum ante te. Et Iob. Stellæ non
ſunt mundæ in conſpectu eius. Eſaias etiam,
Sicut pannus menſtruatæ uniuerſæ iuſtitiæ D
noſtræ. Pulchrè Plato poſuit bonorum alia *Plato.*
eſſe diuina, alia humana; diuina, pruden- *Lib. 34.*
tiam, temperantiam, iuſtitiam, fortitudinẽ: *Dialog.1.*
humana, ſanitatem, formam, uires; diuitias.
Ecce morales uirtutes, quas ſolas cognoſce-
bat Plato, eleganter ipſe appellauit diuina bo *Lib.31.*
na: quas etiam, ut memorauimus, in tertio *Dialo.2.*
ſupremo ac pulcherrimo genere bonorum
humanorum repoſuit. Cum tamen ipſe in
Hippia maiori, uel de pulchro, in perſona
Socratis iuſta teſtimonium Heracliti, aſſerat,
hominem ſcilicet ſapientiſsimum ad Deum
comparatum, ſimiam apparere, quoad ſa-
pientiam, & formam, & alia omnia. Ariſto
teles etiam in ſuis Ethicis omnia bona homi
nis tripliciter diuidit, ideſt, in bona externa,
in bona animæ, in bona corporis: ſed & bo-
na animæ propriiſsimè & maximè dicit bona
eſſe. Verba eius hæc ſunt ſecundum uerſio-
nem Argyropili, Cum igitur bona in tria ſint *Ethic.1.*
diuiſa, & alia externa, alia circa animam, a-
lia circa corpus bona dicantur: ea quæ ſunt
circa animam, propriiſsimè maximeq́; dici
mus bona. Hæc ille. Manifeſtum eſt autem
in Ariſtotele, quòd uirtutes morales ac intel
lectuales operaq́; earum, ipſe appellauit bona
animæ, quæ hoc loco maxima bona hominis
eſſe aſſerit. Morales ergo uirtutes ſunt qui-
dem bona, licet & alia ſint bona maiora: &

E in hoc nos emendamus Gentiles Philoſo-
phos, quòd ponimus alia bona hominis ma-
iora ſupra intellectuales ac morales uirtutes
per ſtudium & exercitationem acquiſibiles,
quas ſolas ipſi cognouerunt. Illas igitut dici
mus ſimpliciter bonas, ideſt, intellectuales
& morales uirtutes ita acquiſibiles: ſed alias
confitemur eſſe maiores ac nobiliores uittu
tes, & alia maiora bona, fidem, ſpem, cha-
ritatem, uirtutes Theologicas infuſas, gra-
tiam gratum facientem, claram Dei uiſio-
Ockan. nem. Ockam in ſuis dialogis dixit, Actum
Part.s. aliquem contingit tripliciter exerceri; uel
Lib. 6. otopter Deum, uel quia dictatur à ratione
cap. 79. recta, uel ptopter aliquod bonum utile; uel
delectabile conſequendum, aut incommo-
dum uel periculum uitandum. Actus tertio
modo eliciti ſeu producti, dicuntur boni ſe-
cundum genus, uel ex genere, pro quanto
cadunt ſupra debitam mateтiam aut ſeruan-
tur aliquæ circunſtantiæ loci uel temporis,
aut forte elicitur ſine omni circunſtantia.
Hi tamen actus non ſunt uirtuoſi, neque per
fectè, neque imperfectè; neque ex eis gene-
rantur uirtutes, neque ipſi generantur ex uir
tutibus. Infra. Actus uerò primis duobus
modis eliciti, ſunt uerè uirtuoſi: & habitus
eis correſpondentes, ſunt ueræ uirtutes: ſed
primi perfecti, ſecundi imperfecti. Hæc O-
Lib. 2. ckam. Refert Gabriel Biel in ſuis ſententiis
Diſt. 28. hanc doctrinam Ockam, nec tamen eam op
Quæſt. 1. pugnat; Sed tanquam ſibi arridentem illæ
Art. 1. ſam relinquit: quæ & nobis eo nomine pla-
Dub. 1. cet, quòd morales uirtutes ſimpliciter appel
F lat uirtutes, quanquam tamen ſint imperfe-
ctæ, ideſt, non ita perfectæ. Verùm animal
eſt homo, & uerum animal eſt leo: ſed non
ſicut homo, ita leo eſt perfectum animal. Per
fectio unius non tollit nec impedit ueritatē
alterius. Vtrunque uerum animal eſt, ſed nō
ita perfectum animal leo, ſicut homo. Sic in
propoſito. Virtus moralis quæ ſic eſt uirtus
ut non ſit uitium, eſt uera uirtus. Non tamē
eſt ita perfecta uirtus, ſicut alia uirtus ſupe-
Guillelm. rior. Guillelmus Altiſsiodotenſis quæſiuit
Altiſſio. expreſsè, Vtrùm naturalia fiant gratuita? in
Lib. 3. telligendo per naturale, habitum naturæ cō
tract. 19. ſentaneum naturalium potentiarum exerci-
in princ. tio partum, ſine gratia ſuperaddita, non ta-
men ſine Deo. Et reſpondendo dicit, quoſ-
dam dicere naturalia fieri gratuita, charita-
tis acceſsione, quoſdam autem id negare.
Ibidem. Proſequens uerò anteriorem harum duarum
Quæſt. 1. ſententiarum, primò quærit, Vtrùm fides
infotmis, ſit uirtus? Argumentatur ſtatim ad
partem negatiuam tribus argumentationi-
bus, deinde duas tefert opiniones doctorū;
alteram dicētem quòd charitas informat uir
tutes, alteram aſſerentem, quòd gratia, quæ G
non eſt uirtus. Sed probando quòd fides an-
te charitatē ſit uirtus, ſic procedit primùm,
quia aliàs fides non eſſet eſſentialiter uirtus,
ſed charitas eſſet eſſentialiter uirtus: & tunc
uirtus non diceretur uniuocè de charitate &
fide & aliis uirtutibus: quod (ut fatetur) eſt
contra auctoritates ſanctorum. Deinde pro *Ibidem.*
cedit, quia ſi fides & aliæ uirtutes ante chari-
tatem non eſſent uirtutes, & ſola charitas eſ-
ſet uirtus eſſentialiter, uirtus eſſet ſpecies ſpe
cialiſsima. Tertiò quia uirtus & ſcientia ſunt *Ibidem.*
ſpecies habitus, & eſſentialiter diffiniuntur
ad inuicem ſine habitu; ergo ſicut ſcientia &
uniuerſaliter & uniuocè de omni ſcientia præ
dicatur; Similiter & uirtus prædicatur eſſen-
tialiter & uniuocè de omni uirtute, ſimili-
ter & de fide. Ergo fides eſt uirtus eſſentiali-
ter, ergo ante aduentum charitatis eſt uirtus.
Ita procedit ipſe auctor. Vnde ſoluendo quæ *Ibidem.*
ſtionem dicit, Si ſuſtinere uolumus opinio-
nem quæ dicit quòd naturalia fiunt gratuita,
dicemus quòd fides informis, eſt fides imper
fecta, quantum ad hoc quòd homo non eſt in
illo ſtatu quod poſsit expellere uitium ex to-
to, ſcilicet quantum ad deformitatem: ſicut
homo ſine pedibus, homo quidem eſt, ſed nō
plenè, quia non habet plenum poſſe, ſecun-
dum quòd poſtulat perfectio hominis quan-
tum ad plenitudinem operationis. Infra. Sup H
ponendo quòd nullus motus eſt meritorius
ſiue uirtutis perfectæ, niſi ſit ex charitate, in- *Ibidem.*
quit, Dicimus quòd fides īformis, eſt uirtus,
& illa credimus primæ ueritati propter ſe &
ſuper omnia, non tamen ille motus creden-
di eſt excellentiſsimus, eo quòd non ſit ex
charitate. Ecce igitur pro doctoris huius ad
modum eruditi ſententia, ſecundum aucto-
ritates ſanctorum, & ſecundum ueritatem,
fides informis & quælibet alia uirtus, etiam
moralis, eſt eſſentialiter uirtus: licet quæli-
bet uirtus informis ſit uirtus imperfecta,
quantum ad hoc, quòd nulla talis informis
uirtus poteſt expellere uitium quantum ad
informitatem, maculam, culpam, ſeu offen
ſam. Atque etiam omnis uirtus, uniuocè eſt
uirtus: ideſt, uirtus uniuocè dicitur de om-
nibus aut ſingulis uirtutibus. Omnes ergo
uirtutes morales, eſſentialiter & uniuocè
ſunt uirtutes. Nequit autem fieri ut aliquid
non dicatur eſſe ſimpliciter, id quod eſt uni-
uocè & eſſentialiter. Non placet ergo quòd
quidam dicunt, morales uirtutes non eſſe uir
tutes, & bona opera moralia non eſſe bona
opera. Non placet hoc, propter ea quæ di-
cta ſunt. Et rurſus non placet hoc, quia ſi hoc
ſemel admiſſum fuerit: ſtatim aderunt alii
qui dicant eadem facilitate, uirtutes morales
eſſe

A eſſe uitia, & bona opera moralia, eſſe mala.
Communis enim extat doctorum ſcholaſti
corum doctrina in libris ſententiarum, quæ
habet, non dari medium inter bonum & ma
lum, in noſtris actionibus moralibus delibe
ratis: quanquam bene quidem in aliis poteſt
dari medium indifferens, ut in moralibus ex
ſola imaginatione uenientibus, amouere fe-
ſtucam, fricare barbam, & ſimilibus. Intre-
pidè credimus nulloque modo ambigimus
1. Cor. 13. quod dicit Apoſtolus Paulus fidem ſine cha-
ritate nihil eſſe, & quod dicit Apoſtolus Ia-
Iacob 2. cobus fidem ſine operibus eſſe mortuam:
Sed hæc ſuos ſenſus habent uerißimos, & qui
nihil illis doctoribus opitulentur. Nec dixit
Apoſtolus, quòd fides ſine charitate, nihil
ſit: eſt enim fides ſine charitate, realiter eſt,
& omnia credit; ut in illis peccatoribus, qui
non ex incredulitate aliqua, ſed ex infirmita-
te uel ignorantia deliquerunt & in mortali
1. Cor. 13. ſunt. Dixit autem Apoſtolus, Et ſi habuero
omnem fidem, ita ut montes transferam;
charitatem autem non habuero, nihil ſum.
Significans hominem ſine charitate, etiam ſi
fidem habeat perfectißimam, nihil eſſe quan
tum ad eſſe gloriæ, aut etiam quantum ad eſ-
ſe gratiæ gratificum & beneplacens Deo, ad
gloriamq; ordinatum. Ob quam gratiam fi-
des ſine operibus dicitur eſſe mortua, uideli
cet per reſpectum ad tale eſſe: per ſimilitudi-
B nem etiam hominis demortui, qui nullum
actum uitalem habet, aut motum: licet mo-
tum alium deorſum habeat corporis non ui-
uentis; ut motum localem lapidis ſibi natu-
ralem. Itaque fides ſine charitate, dicitur eſ-
ſe mortua, & qui illam ſic habet, dicitur ni-
hil eſſe: ſed hoc propter alias rationes aut ſi-
gnificationes bonas, quæ non faciunt ad pro
poſitum præſentis quæſtionis. Fides ſine cha
ritate dicitur eſſe mortua, ſed non ideo nega
tur eſſe fides, nec ideo negatur eſſe uirtus:
eſt enim fides ſine dubio, & ſi fides eſt, uir-
tus quoque eſt: Niſi hic adduxerimus quæ-
ſtionem de connexione uirtutum. Eodem
modo morales uirtutes in quocunque ſint, ſi
ue extra charitatem, ſiue extra fidem, ſunt
uirtutes: ſed mortuæ, ſed imperfectæ, ſed in
utiles, quantum ad aliud eſſe excellentius,
gratiæ, atque gloriæ: non quantum ad eſſe
uirtutis ſimpliciter, in quo quidem ſunt, &
ſuo modo uiuunt, atque operantur bene.
Habent enim eſſe uirtutis, & ſuam intrinſe-
cam bonitatem: quia ſunt ſecundum ratio-
nem, & bene ordinant humanam mentem.
Non enim poteſt non eſſe uirtus, habitus na
turæ, modo, & rationi conſentaneus: nec di
uiduntur uirtutes formatæ & informes ſe-
cundum analogiam per analogata, ſed ſecun
dum uniuocationem per uniuocata: ſecun- C
dum magis perfectum & minus perfectum,
ſicut ſemper altera differentiarum diuiden-
tium eſt magis perfecta, altera minus. Simili
ter uirtutes infuſæ ac uirtutes acquiſitæ, uir-
tutes morales & intellectuales, theologicæ
& aliæ. Quæcunque nanque uirtus harum uel
aliarum, eſt habitus naturæ, modo, & ratio-
ni conſentaneus: & rurſus abſque dubio quæ
cunque uirtus quantum eſt ex parte ſui, be-
ne ordinat mentem, quantum ad Deum,
quantum ad proximum, & noſmetipſos per
tinet. Haudquaquam igitur mihi arrident
dum dicunt, uirtutes morales non eſſe uirtu
tes, & bona opera moralia non eſſe bona:
quia immo & uirtutes morales, ſunt uirtu-
tes, & bona opera moralia, ſunt bona. Non
arrident etiam dum dicunt, poſſe homines
ſuorũ ope naturalium, cum ſolo generali in-
fluxu implere aliqua diuina præcepta, ſed nõ
omnia, poſſeq́, deuitare ſeu elidere aliquas
tentationes ſed non omnes. Non placent hu
iuſmodi eorum aſſertiones, ſi intelligantur
de impletione (ut ſic dicam) aliquorum mã
datorum Dei, morali deliberata, meritoria
uirtuoſa, uel non mala: & de uitatione aut
uictoria morali, deliberata, meritoria, uir-
tuoſa, uel non mala, aliquarum tentationũ.
Omnem enim talem impletionem mandato
rum Dei, omnium, uel aliquorum, uel etiam
unius, atque omnem talem uitationem aut D
uictoriam tentationum, omnium, uel ali-
quarum, uniusue earum, doctores ſancti
contra Pelagium, referunt in gratiam Salua-
toris noſtri. Vniuerſalis erat ſermo illorum
de omnibus, non priuatim de aliquibus. Ideo
non placent hac in re doctores huiuſmodi re-
centiores, qui rerum partem gratiæ illi tri-
buunt, partem uerò adimunt. Vnde illis tan
ta auctoritas? Alia eſt impletio mandati, ut
ſi quis propter uanam gloriam det eleemoſy
nam rerum omnium inopi; & alia eſt deuita-
tio ſeu uictoria tentationis, ut ſi quis propter
unam cupiditatem deuitet aut uincat aliam.
Sed hac de re nos in præſentia non agimus.
Aliud illud eſt, aliud id de quo loquimur.
Multa enim bona opera ex ſuo genere fece-
runt Romani, multa mandata, quantum ad
ſubſtãtiam operis, impleuerunt uanæ gloriæ
cupiditate ducti, & multas tentationes decli
narunt, aut deuicerunt aliarum cupiditatum
ergò, ad quæ omnia ſatis eis fuiſſe cenſemus
quæ habebant naturalia cum ſolo generali in
fluxu. Ad uirtuoſam autem impletionem
mandati, & ad uirtuoſam deuitationem aut
uictoriam peccati, longè aliter eſt dicendum.
Auguſtinum ſequimur. Specialiter etiam nõ
placent illi, quia cùm alias dicant uirtutes

E morales, tantam ac talem habere excellen-
tiam & bonitatem, ut licitè ualeant eas pro-
pter ſe appetere, eligere atque amare etiam
illi qui nulla Dei cognitione præditi ſunt, nec
illas in Deum referunt aliquo modo, actu uel
habitu: modo ſic acriter contra uirtutes mo-
rales & earum opera uirtuoſa in hac quæſtio-
ne inſurgunt, ut ſimpliciter & abſolutè ne-
gent, uirtutes morales, eſſe uirtutes, & bo-
na earum opera eſſe bona. Vnde tanta uarie-
tas? Virtutes morales ſunt uirtutes, & bona
earum opera ſunt bona: ſed ſunt aliæ uirtutes
maiores, & ſunt alia opera meliora. Tria ge-
nera bonorum diuidunt doctores in homi-
ne, quia ſunt bona ſpiritalia, naturalia, & té
poralia famæ, honoris, diuitiarum: perti-
nent autem uirtutes ad bona ſpiritalia, ut eſt
notiſsimum. Quomodo ergo bona ſpiritalia
quæ ſunt tam magni ordinis, negabimus eſſe
Plato. bona? Plato altitudinem uirtutum contem-
platus, ac aliquatenus mente aſſequutus, uir
tutes ipſas morales, & etiam intellectuales,
quas ſolas cognitas habuit, appellauit in ho-
mine bona diuina, in dial. De legibus ſeu le-
gum latione: neque profectò in hac appella-
tione reprehenderunt illum aliquãdo docto-
res ſancti aut catholici antiqui, nec eum re-
prehendunt recentiores alii. Quo pacto er-
go negãt hi illas uirtutes & earum opera uir
F tuoſa eſſe bona? Non placet etiam quòd Gre
Magiſt. gorium Ariminenſem dicunt caput eorum,
Soto. qui inficiantur, poſſe hominem abſque auxi
In de na- lio ſpeciali Dei, uel cognoſcere ſatis, uel effi
tura & cere bonum opus morale: propterea quòd
gra. neceſſarium ſit, ut referatur in Deum, quod
Lib.1. fieri nequit naturaliter: affirmantes hoc eſſe
Cap.4. hominum haud oculatè diſtinguentium in-
ter finem naturalem, & finem ſupernatura-
lem hominis. Non placet, inquam; hoc:
quia ſatis conſtat ex dictis, Gregorium non
fuiſſe huius ſententiæ auctorem, ſed imitato-
rem: eamq; magis antiquam eſſe, quàm quæ
à Gregorio ortum habere potuerit: & maio
rem tum antiquitatem, tum auctoritatem
habere ex aliis, quanquam tamen non par-
uam ex Gregorio. Qui omnes optimè diſtin
guebant inter finem naturalem, & finem ſu-
pernaturalem hominis: oculatiſsimè conſi-
derantes, diſtinguenteſq; omnia, naturas,
fineſq; rerum creatarum, hominum, & alio-
Idem ubi rum. Non placet iterum quòd agentes de bo
ſupra. no morali moraliter uirtuoſo, diſquirenteſq;
de eo, ut docerent, An homo per ſola ſua na
turalia cum generali Dei influxu poſsit illud
plenè cognoſcere, uelle, & operari, an non:
definiunt opus moraliter bonum, eſſe opus
bonum commenſuratum naturali fini, ideſt,
quod fit tantùm propter honeſtum: adden-
tes quòd honeſtum ipſum, niſi mala circun- G
ſtantia ueſtiatur, ſuapte natura, uirtute refer-
tur in Deum. Ad quam ſententiam, nomen *Opere eo*
ab ſcholis recipiẽdo alibi dicunt opus, mora- *dem, li.1.*
liter bonum illud eſſe quod eo eſt honeſto fi- *Cap.20.*
ne naturali intentum, ac circunſtantiis ueſti-
tum, ut cum non ſit gratiæ apud Deum & glo
riæ meritum, nullum ſit tamen peccatum,
ſed infra lineam naturalem, ſtudioſum. Et in
fra explicando magis ſuam eorum ſententiã, *Ibidem.*
dicunt, quòd dum affirmant bonum opus in *Cap.21.*
genere morum naturali facultate fieri, pri-
mum id intelligunt, ubi nullus præfigitur ma
lus finis, nullaq; præfigitur circunſtantia pra-
ua. Determinantes ſtatim, quòd neque hu-
iuſmodi opus cenſent, nuncupant'ue ſimpli-
citer, aut bonum aut uirtutis: ſed contractè;
& ſecundum quid; quippe opus ex genere,
ſeu moraliter bonum: Damnantes Grego-
rium Ariminenſem illumq; dicentes halluci-
natum eſſe in eo, quòd definiendo actum bo
num moraliter, dixit actum bonum morali-
ter, eſſe illum, qui habet omnes circunſtan-
tias, ut ſit uerè uirtuoſus: quaſi definitioni
moralis boni nõ deberet addere Gregorius,
uerè uirtuoſus. Non placent ergo multa ho-
rum, quæ in rebus hiſce hoc pacto aſſerunt.
Primùm non placet quòd agentes de bono
morali ex omnibus circunſtantiis requiſitis,
declarant, primum, ubi nullus præfigitur ma H
lus finis, nullaq; affigitur circunſtantia pra-
ua: & illud bonum morale, actum ſeu opus,
non dicunt ſimpliciter bonum, nec uirtutis,
ſed ſecundum quid, quippe (ut aiunt) opus
ex genere, ſeu moraliter bonum. Hæc profe
ctò non placet in eo quòd pro eodem uiden-
tur accipere bonum morale, ſeu opus mora-
liter bonum ex omnibus circunſtantiis ad bo
nitatem moralem requiſitis, & opus ex ge-
nere bonum. Quandoquidem bonum mora
le ex circunſtantiis, ut etiam ipſi definiunt,
longè aliud eſt & alia includit, quàm bonum
morale ex genere: ut ipſi quoque optimè
ſciunt. Et ſi ipſi de bono morali ex genere in
telligunt, dum aiunt hominem ex ſuis natu-
ralibus cum ſolo generali influxu, bonũ mo-
rale cognoſcere, uelle, ac operari, nulla eſt
controuerſia: hoc enim ipſum concedit &
Auguſtinus, concedit Gregorius, concedũt
alii doctores qui cum Auguſtino ſentiunt,
concedimus & nos. Non enim opus aliquod
eſt ſtatim bonum morale, ſi eſt ex ſuo genere
bonum, aut ſi habet aliquam honeſtatem,
ut ipſi frequenter inſinuare uidentur: ſed o-
portet ipſum opus multa alia habere, ad bo-
nitatem moralem habendam, ut ſatis paulò
poſt conſtabit. Secundò non placent, quòd
ſic reprehendunt Gregorium in definitione
boni

A boni moralis. Optimè enim bonum morale definiuit Gregorius, bene ſciens nullum actum eſſe aut debere dici ſimpliciter bonum morale aut bonum moraliter, niſi habeat omnes circunſtantias requiſitas, ut ſit uerè uirtuoſus: uidelicet uerè uirtuoſus moraliter, ideſt ex nulla parte malus, ex nulla parte uitioſus, ex nulla parte peccatum, ex nulla parte defectuoſus, ex nulla parte culpabilis, ſed ex omni parte bonus, quantum requiritur & ſufficit ad moralem bonitatem, quæ certè eſt ex integra cauſa. Denique definiuit Gregorius bonum morale, ſicut illud definiuit Ariſtoteles per bonum ex obiecto, fine, & aliis circunſtantiis omnibus debitis ad actum uerè uirtuoſum moraliter, qui natus ſit generare moralem uirtutem, aut generari ab illa: nullo modo differens in hoc ab Ariſtotele, neque ab aliis doctoribus, ſancto Thoma, aliisq; non nullis, niſi quòd inter circunſtantias requiſitas ad talem bonitatem moralem, iudicauit Gregorius numerandam eſſe circunſtantiam ultimi finis, ſeu relationem actus moralis in ultimum finem ſimpliciter, qui eſt Deus. De qua ſententia Gregorii, quia iam multa diximus, hæc ſcripſiſſe ſufficiat. Saltem non erat Gregorius ſic reprehendendus in eo, quòd ſic definiuit, quia ita definiens, nihil aliud fecit, niſi quòd ſuam mentem ſuamq; doctrinam explicuit apertamq;
B reddidit: licet autem unicuique ſuam pandere mentem, & manifeſtum facere omnibus quid eſt de quo agit, loquitur, aut ſcribit. Nec decet doctorem, nec expedit doctrinæ, laborare in æquiuoco. De bono autem morali ſecundum Ariſtotelem, & ſecundum communiter loquentes, inferius dicuntur multa: ubi etiam nos ipſi noſmetipſos declaramus; manifeſtantes quod eſt bonũ morale de quo agimus. *Lib. præſenti. Cap. ſeq.* Non placet etiam quod bonum morale ita definiunt per commenſurationem ad finem naturalem, quaſi innuant, non eſſe bonum morale, ſi fiat propter finem ſupernaturalem. Et quidem ſi circunſtantia ultimi finis ſimpliciter, non eſſet neceſſariò apponenda bono morali ad bonitatem moralem, ut quidam putant, de quibus ſatis diximus: non tamen uitiat, ſed nec impedit moralem bonitatem, ſi apponatur. Bonitas quippe meritoria non tollit, immo perficit bonitatem moralem. Quid etiam de multis bonis quæ faciunt fideles in peccato mortali exiſtentes, propter Deum cum omnibus circunſtantiis, aliis requiſitis bonis & ſine ulla mala, niſi quod gratia gratum faciente carent? Certè illa bona talia non ſunt meritoria; ſunt tamen bona moralia: Fiunt tamen propter Deum, etiam pro ut eſt ſupernaturalitet cognoſcibilis. Quamobrem profectò non eſt de definitione boni moralis, quod ſit commenſuratum fini naturali: ſed aut debet, aut ſaltem poteſt intendere fine ſupernaturalem, finem ſimpliciter, ipſum Deum, uel inquantum unus in eſſentia, uel inquantum trinus in perſonis. C

DICVNT etiam quidam illorum doctorum in De natura & gratia, quòd de bonitate bonorum moralium nihil ſcriptura uel Eccleſia prohibuit credere, quod naturalis ratio dictaret: utpote quòd bona moralia, ut affirmant, nulla ſunt merita apud Deum, neque pertinent ad proximam gratiæ diſpoſitionẽ. *Lib. 1. Cap. 20.* Hæc determinatio non placet. Tum quia & ſcriptura & Eccleſia referunt omnia noſtra bona opera in Saluatorem noſtrum, & non excipiunt bona opera moralia, nec uirtutes morales: Tum quia ſecundum ſanctum Thomam, bona opera moralia, eo ipſo quòd ſunt bona moralia, habent rationem meriti; ut dictum, poſitum, atque declaratum eſt ſuperius. *Lib. præſenti.* Tum quia & ſi opera moralia non diſponant ad gratiam gratum facientem habitualem de proximo, per reſpectum ad diſpoſitionem concomitantem aut immediatam: diſponunt tamen ſuo modo, immediatè uel mediatè; Quæ ueritas ſatis oſtenditur in Cornelio, qui etiam eo tempore, quo nondum immediatam diſpoſitionem habebat, antequàm in Chriſtum crediſſet, & quo nulla alia potuit habere bona niſi moralia: talis tamen erat ut uir religioſus, ac timens Deum, & acceptus Deo diceretur, orans, atque eleemoſynas faciens. *Act. 10.* D Vnde angelum à Deo miſſum habuit magiſtrum, & poſt angelum, Apoſtolum Petrum. Quòd uerò dicunt, nihil ſcripturam uel Eccleſiam de bonitate moralium bonorum prohibuiſſe credere, quòd naturalis ratio dictaret, ſi ita eſſet, nihil contra nos, & multum pro nobis faceret. Quando quidem, ſi licitum eſſet bona moralia à gratia Chriſti ſemouere atque excludere, propter rationem naturalem ſic dictantem: multo magis licitum eſſet propter rationẽ ſic dictantem, bona moralia gratiæ Chriſti tribuere. Maximè quia ratio naturalis, parum, uel potius nihil cognoſcit de gratia Chriſti; cùm hæc gratia pertineat ad myſteria altiſſima, quæ non nouit naturalis ratio, ſi ſit ſola. Quamobrem profectò ut hanc gratiam cognoſcamus, quantum ad eſſentiam, intenſionem, ualorem, modum, communicationẽ, atque de qua agimus, extenſionem; non ad naturalem rationem, ſed ad aliud lumen altius recurrere debemus; ad fidem, ad ſcripturam, ad determinationem Eccleſiæ, ad doctrinam ſanctorum doctorum, ad pietatem.

Homini

E Homini dicit Deus, Quid gloriaris in mali-
Oſea 13. tia, qui potens es in iniquitate? Malitia tua ex
te Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuũ.
Ioan. 1. Chriſtus illuminat omnem hominem uenien
Ioan. 12. tem in hunc mundum. Ipſe eſt lux mundi. Et
Ioan. 15. ipſe dicit, Sine me, nihil poteſtis facere.

Declaratur, quæ ſint genera operum hominis, naturalium, moralium, ex ſola imaginatione uenientium, deliberatorum: & oſtenditur quotuplex eſt bonum morale, ſimulq́; quid ſit de quo agitur in præſentia. Agitur etiam peculiariter de eo, quod actus moraliter bonus, ſeu moraliter uirtuoſus, debet eſſe bonus ex genere, et ex omnibus circunſtantijs, & uel propter Deum, uel quia ſic ratio dictauit.

CAP. XXXIX.

RESPONSVRIS ergo ad argumentationes illorum doctorum alio modo ſentientium, opus nobis eſt ad clariorem eorum quæ dicenda ſunt declarationem, prius annotare non nulla: nempe, quæ operum hominis ſint genera, quæ opera ſint naturalia, quæ moralia, quæ ex ſola imaginatione uenientia, quæ deliberata: & rurſus quotuplex ſit opus morale bonum, atque quod ſit opus morale uirtuoſum uel non malum, de quo agimus. His F enim cognitis, magis magisq́; declaratur atque innoteſcit materia præſentium diſputationum; & facilius reſponſiones noſtræ percipientur, bonæq́; eſſe oſtendentur. Et quidem generaliter loquẽdo, Omne opus quod exit ab homine per aliquam eius potentiam, ſeu (quod idem eſt) omne opus quod facit homo, ſiue internum ſiue externum, ſiue tranſiens ſiue immanens, eſt opus hominis: ſimiliter & omnis actio, per quam eſt illud opus: ſiue ab ipſo opere ſit diſtincta, ſiue nõ: Idem eſt enim iudicium de opere, & de actione ad illud: ac etiam de actione ad opus, & de opere ipſo quod eſt per actionem. Cuius eſt actio, eſt opus: cuius eſt opus, eſt actio: nec eſt opus niſi per actionem, nec eſt actio niſi ab agente. Refert tamen multum, quia omnium actionum quæ ab homine aguntur, ille omnes, & ſolæ propriè dicuntur humanæ, quæ ſunt propiæ hominis inquantum eſt homo: hoc eſt, inquantum à brutis differt; & ab omnibus aliis creaturis inferioribus homine. Omnes enim & ſolas tales hominis actiones, conſueuimus ſemper in ſchola Chriſtiana appellare humanas. Quia autem homo in eo differt ab omnibus irrationalibus creaturis, quòd eſt dominus ſuorum actuũ, ut infra affatim ſuo loco demonſtrantur; fit conſequens euidenter, ut illæ omnes & ſolæ G actiones hominis uocentur humanæ, quarum homo eſt dominus, Porrò quia homo eſt dominus ſuarum actionum, ſeu ſuorum actuum, per rationem & uoluntatem in quibus eſt ſuperior brutis & ab illis diſtinguitur, unde & liberum arbitrium eſſe dicitur, facultas uoluntatis & rationis: illæ omnes & ſolæ actiones hominis humanæ dicuntur, quæ ex uoluntate deliberata procedunt. Aliæ autem actiones hominis quæcunque illæ ſint, quæ non procedunt ex uoluntate deliberata, non dicuntur actiones humanæ. Sunt ne aliquæ tales? Vtique ſunt. Quæ ſunt illæ? Quæ procedunt ab homine merè naturaliter ex principiis merè naturalibus; pariter & quæ procedunt ab homine ex ſola imaginatione per principia nata præueniri à ratione & uoluntate, illisq́; obedire quodammodo. Diuidendo igitur opera hominis in ſua genera, quædam ſunt merè naturalia, quædam ſunt moralia; & rurſus, moralium, quædam ſunt humana, quædam non ſunt humana. Merè naturalia ſunt, quæ procedunt ab homine per principia merè naturalia merè naturaliter, quæ principia naturalia non ſunt nata in illis ſuis actionibus præueniri à ratione & uoluntate, aut eis obedire: tales ſunt actiones nutritiuæ partis, & augmentatiuæ, & ſimilium, paſsionesq́; membrorum, ſeu motus qui uo- H cantur primò primi: de quibus omnibus magis dicimus ſecundum Bernardum, quòd fiãt in homine, quàm quòd fiant ab homine. Moralia ſunt, oĩa opera quæ à ratione & uoluntate elicitiuè aut imperatiuè fiunt, uel etiam quæ nata ſunt à ratione & uoluntate præueniri, atque ordinari. Ibi nanque primùm incipit genus moris, ubi primùm natum eſt reperiri iudicium rationis & imperium uoluntatis: ob quod in ſenſualitate poteſt reperiri malum & peccatum, quia ſcilicet ſenſualitas nata eſt à ratione & uoluntate præueniri, illisq́; obedire. Opera moralia humana, ſunt quæ procedunt ex deliberata uoluntate: unde omnia talia fiunt propter finem, quia uoluntas deliberata ſequitur rationem, ſeu intellectum, finem præſtituentem, pro principio. Opera moralia non humana, ſunt quæ homo facit non ex deliberatione, ſed ex ſola imaginatione: ſicut cùm aliquis mouet pedem, uel manum aliis intentus, uel fricat barbam: In cunctis iſtis conuenimus omnes, nec aliquis doctorum catholicorum eſt, qui in his diſſentiat: ſunt enim manifeſtiſsima, & de quibus nullum inter catholicos poteſt ſuboriri dubium. Nos autem in omnibus his noſtris aſſertionibus præcedentibus, de operibus hominis quidem locuti ſumus; non

ta-

tamen de quibuſuis, ſed de ſolis humanis; hoc eſt, de operibus hominis deliberatis: non de merè naturalibus, ſed de moralibus: non de moralibus ex ſola imaginatione uenientibus, ſed de moralibus ex uoluntate de liberata procedentibus. De operibus ergo humanis, ideſt, de operibus hominis deliberatis, eſt ſermo: quæ finem habent à ratione præſtitutum, & quorum homo eſt dominus. Atque utique nec de omnibus huiuſmodi operibus humanis agimus, ſed de ſolis humanis uirtuoſis, aut non malis: hæc enim omnia in Deum principalem anctorem per gratiam redemptionis referimus, non uitioſa aut quouis modo mala. Vt iam uidimus ex Auguſtino, nec ad malam uoluntatem, nec ad mala opera, nos compellit aut adiuuat Deus. Optimè dicit Hugo in De ſacramentis, Deus malum non fecit, ſed cum factum eſt, inordinatum eſſe non permittit: quia malorum non eſt actor, ſed ordinator. De malo culpæ non de malo pœnæ erat ſermo. Vnde Auguſtinus in De libero arbitrio diſtinctius inquit, Mali pœnæ Deus eſt auctor, ſed non mali culpæ. Itaque cùm opera hominis humana ſeu deliberata, ſint uel eſſe poſsint bona uel mala, uirtuoſa uel uitioſa: nos de omnibus & ſolis operibus humanis uirtuoſis aut non malis, agimus in præſentia, & de illis conſtanter dicimus quòd ad gratiã

Part. 2. Cap. 20. *Lib. 1. Cap. 1. tom. 1.*

B Chriſti pertinent in nobis ipſis. Cæterùm & de operibus humanis uirtuoſis aut non malis, iam nunc dicendum uidetur, quæ illa ſint, aut ex quibus conſtãt: non enim omne opus morale deliberatum quod ex ſuo genere eſt bonum, eſt uirtuoſum, aut non malum.

Refert enim uidere quod ſit, propter quod ſit, & quibus circunſtantiis, aut modis; quo loco, quo tempore, & ſimilia. Scotus in ſuis ſententiis notat in uolitione (ſic enim appellat) primùm quidem bonitatem naturalem, quæ competit ſibi inquantum eſt ens poſitiuum, quæ etiam competit cuicunque poſitiuo ſecundum gradum ſuæ entitatis magis & minus: deinde notat in uolitione triplicem bonitatem moralem ſecundum ordinem ſe habentem. Prima dicitur bonitas ex genere, Secunda poteſt dici bonitas uirtuoſa ſiue ex circunſtantia, Tertia bonitas meritoria ſiue bonitas gratuita ſiue bonitas ex acceptatione diuina in ordine ad præmium. Prima cõpetit uolitioni ex hoc quòd ipſa tranſit ſuper obiectum conueniens tali actui ſecundum dictamen rectæ rationis, & non ſolùm quia eſt conueniens tali actui naturaliter, ut ſol uiſioni. Et hæc eſt prima bonitas moralis, quæ ideo poteſt dici ex genere, quia eſt quaſi materialis reſpectu omnis boni ulterioris in ge-

Lib. 2. Diſt. 7. Quæſt. 1.

C nere moris: nam actus tranſiens ſuper obiectum, eſt quaſi formabilis per quamcunque aliam circunſtantiam moralem, & ita quaſi potentiale non omnino extra genus moris, ſicut fuit ipſe actus in genere naturæ, ſed in genere moris, quia iam habet aliquid de illo genere, puta obiectum conueniens actui. Secunda bonitas conuenit uolitioni ex hoc quòd ipſa elicitur à uoluntate cum omnibus circunſtantiis dictatis à recta ratione debere ſibi competere in eliciendo ipſam. Bonum enim eſt ex cauſa integra ſecundum Dionyſiũ De diuinis nominibus, & illud eſt quaſi bonum in ſpecie moris, quia iam habet quaſi omnes differentias morales (alias formales) contrahentes bonum ex genere. Tertia bonitas conuenit actui ex hoc quòd præſuppoſita duplici bonitate iam dicta, ipſa elicitur conformiter principio merendi, quod eſt gratia uel charitas, ſiue ſecundum inclinationẽ charitatis. Exemplum de primo, dare eleemoſynam: exemplum de ſecundo, dare eleemoſynam de proprio pauperi qui eget, & in loco quo melius poteſt ſibi cõpetere, & propter Dei amorem: exemplum tertii, illud opus facere non tantum ex inclinatione naturali, ſicut potuit fieri in ſtatu innocentiæ, uel forte modo poteſt fieri à peccatore, ſi ad

D huc peccator exiſtens & non pœnitẽs ex pietate naturali moueretur ad proximum, ſed ex charitate ex qua faciens eſt amicus Dei, inquantum reſpicit opera eius. Hæc triplex bonitas eſt ita ordinata quòd prima præſupponitur ſecundæ, & non è conuerſo: ſecunda tertiæ, & non è conuerſo. Hæc Scotus. *Gabriel Biel in ſuis ſententiis de hoc ait, Actus moraliter bonus (quantum hic ſufficit) eſt actus à uoluntate liberè elicitus ſecundũ dictamen rectæ rationis, conformiter ad diffinitionem uirtutis Philoſophi, 2. Ethicorum: nam & actus moraliter bonus, eſt actus moraliter uirtuoſus. Elicitur autem actus ſecundum dictamen rectæ rationis, qui elicitur propter hoc quòd ratio ſic dictauit, ut infra diſt. 23. quæſt. 1. in tertio amplius patebit. Vnde ſi actus aliquis eliceretur conformiter dictamini rationis quantum ad omnes circunſtantias quas ratio dictaſſet, non tamen quia ratio ſic dictaſſet, ſed caſu, uel propter delectationem, uel quia eliciuiſſet etiam ſi ratio non dictaſſet, aut ſi aliter dictaſſet, non eſſet actus ille bonus moraliter, ſed bonus tantum ex genere. Vnde ut recitat Ockam in 1. parte Dia. Actum aliquem contingit tripliciter exerceri, ſicut paſcere pauperem, dicere ueritatem: uel propter Deum, uel quia dictatur à ratione recta, uel propter aliquod bonum utile uel delectabile

** Gabriel. Lib. 2. Diſt. 28. quæſt. 1. Art. 1. Notab. 1 Idem de omnibus circunſtãtijs requiſitis. Lib. 2. Diſt. 40. quæſt. 1. Art. 2. Concl. 1. Et diſ. 41. Quæſ. 1. Art. 2. Concl. 1. De hoc & idem auctor. lib. 2 d. 41. q. 1. art. 2. ad cõcl. 1 Lib. 6. Cap. 79.*

E le conſequendum aut incommodum uel periculum uitandum. Actus tertio modo eliciti ſeu producti dicuntur boni ſecundum genus uel ex genere, pro quanto cadunt ſuper debitam materiam aut ſeruantur aliquæ circunſtantiæ loci uel temporis, aut forte elicitur abſolutè ſine omni circunſtantia. Hi tamen actus non ſunt uirtuoſi, neque perfectè, neque imperfectè, neque ex eis generantur uirtutes, neque ipſi generãtur ex uirtutibus: immo quandoq; ſunt uitioſi, ut quando ambitioſus dat eleemoſynam, aut loquitur ueritatem ut honoretur & laudetur, uel auarus ponens Euangelium in quæſtum: ſicut de hypocritis dominus loquitur, qui omnia ſua faciunt ut honorentur ab hominibus, uel pecunias acquirant, uel infamiam uel confuſionem temporalem euadant. Actus uerò primis duobus modis eliciti, ſunt uerè uirtuoſi; & habitus eis correſpondentes, ſunt uerè uirtutes: ſed primi perfecti, ſecundi imperfecti. Hæc Gabriel. Hæc fuit Schola Philoſophorum Gentilium, atque hæc eſt Schola Philoſophorum Chriſtianorum; ut ex horum, illorumq; dictis ſatis eſt manifeſtum. Ergo opus morale humanum ſeu deliberatum, nõ ſtatim eſt uirtuoſum aut non malum, ſi eſt permiſſum, præceptum, conſultum aut conſiliatum: ſed oportet habeat omnes circun-

F ſtantias requiſitas ad opus moraliter uirtuoſum, & nullam habeat circunſtantiam malã. Alioquin erit opus ex ſuo genere bonum, ſed non moraliter uirtuoſum: uel erit opus ex ſuo genere bonum, ex defectu autem circunſtantiæ neceſſariæ bonæ aut ex appoſitione circunſtantiæ malæ, erit opus moraliter malum. De bonis enim circunſtantiis nulla neceſſaria debet deficere, & de malis nulla debet apponi: ut ſit opus morale uirtuoſum, aut non malum. Bonum eſt ex integra cauſa; malum autem ex ſingularibus defectibus. Dionyſius De diuinis nominibus. Cap. 4. Vnde ſi deficit aliqua circunſtantia neceſſaria, iã eo ipſo eſt malũ: & , ſi apponitur aliqua circũſtantia mala, iã eo ipſo eſt uitiũ ſeu uitioſum. Verùm enim uero non agimus de bono aut bonis quod aut quæ nos ſumus, ſed agimus de illis quæ nos facimus, agimus, uel operamur: nec agimus de noſtris actibus habentibus obiectum malum & prohibitum, quia huiuſmodi actus ſine dubio ſunt mali; ſed agimus de noſtris actibus habentibus obiectum bonum. Immo etiam nec agimus de omnibus actibus noſtris habentibus obiectum bonum, ſed de illis qui cum hoc quod bonum habent obiectum, (quia ſunt circa rem conceſſam, bonam de ſe aut indifferentem, præceptam, aut conſilio datam,) nullam non habent circunſtantiam neceſſariam, nec aliquam habent circunſtantiam prohibitam. G

Nec agimus de omnibus actibus huiuſmodi, quia non de merè naturalibus, ſed de moralibus: nec de omnibus moralibus, ſed de moralibus deliberatis, non excedentibus in affectione finis propter quem fiunt, nec deficientibus; nec excedentibus aut deficientibus culpabiliter in modo quo agens agit, ſeu operans operatur; in quibus non eſt inordinata affectio commodi, ſed uiget affectio iuſtitiæ, Dei, aut honeſtatis, uel ſaltem affectio commodi ordinata, non excedens nec deficiens culpabiliter circa res conceſſas. Quid ergo? Eo alacriori animo accipienda ſunt quæ hic à nobis tradũtur, quo magis cõſtat nos ea dicere, eaq; hic à nobis dicta eſſe arctiori ſermone quàm alii ea dixerint. Illi enim dixerunt ſimpliciter & generaliter, hominem nihil boni poſſe habere uel facere ſine gratia Dei, ut refert Hugo Cardinalis in ſuis commentariis ſuper epiſtolam, Apoſtoli, in expoſitione Glo. circa illud, Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Vnde uel ipſi doctores, uel alii propter ipſos, uidentur dixiſſe aut innuiſſe, quòd bonus uſus rationis non ſit ab homine; ita quod ex ſe non poſſit opus facere quod ſit de genere bonorum: ut ibidem refert aut innuit idem auctor Hugo. Nos autem non ita latè loquimur de opere bono ex genere, ſciẽtes aut credentes multa talia poſſe homines facere ex ſuis naturalibus cum ſolo generali influxu Dei: ſed agimus in præſentia de operibus noſtris moralibus, deliberatis, meritoriis, uirtuoſis, aut nõ malis. Multa nanque ſunt opera noſtra ex ſuo genere bona, ſeu de genere bonorum, moralia, deliberata, quæ non ſunt talia: idest, quæ non ſunt meritoria, nec uirtuoſa, nec non mala, ſed mala potius & uitioſa. Verbi gratia, Si quiſpiam moraliter & deliberatè daret eleemoſynam indigenti, propter uanam gloriam; ſolùm ut hominibus ſua panderet opera, laudemq; apud illos, gloriam, famam, honorem, aut lucrum aliquod temporale, adipiſceretur, ut hypocritæ conſueuerunt: Profectò opus illud, bonum eſſet ex ſuo genere, & de genere bonorum: quia, re uera, eſſet eleemoſyna, & officium bonum ex ſe, ſed malum ex fine. Officium illud, bonum quidem, iuſtum, & ſanctum: finis autem ille, malus, & uitioſus. Officium illud charitatis & miſericordiæ, bonarum uirtutum: finis ille hypocriſis, ambitionis, & auaritiæ, malorum uitiorum. Ergo opus illud, bonum ex ſe, ſiue ex ſuo genere, ſiue ex officio: malum uerò ex fine, aut ex circunſtantia finis. Non igitur

Hugo Cardin.
Rom. 1.

H

G igitur agimns de illo tali opere, nec de aliis ei ſimilibus: quæ faciunt homines affectione inordinata cõmodi temporalis, uel propter aliquem finem malum, uincendo nna cupiditate alias cupiditates: quemadmodum notat Auguſtinus ubi ſupra, quòd Romani una cupiditate dominandi, honoris & imperii, gloriæ mundanæ ac famæ, multas alias cupiditates uincebant, Venereorum, diuitiarum, & aliorum. Agimns autem de operibus noſtris moralibus, deliberatis, meritoriis, uirtuoſis, uel non malis; quæ facit homo propter Deũ, aut propter honeſtatem, quia ſic ratio dictat, canſa honeſtatis, gratia boni, affectione Dei, charitatis, aut iuſtitiæ; aut ordinata affectione commodi, non excedendo in affectiono rerum conceſſarum, nec eas ad malum detorquendo, aut ordinando. Itaque agimus de bono morali moraliter uirtuoſo, declarantes illud eſſe quod omnes circunſtantias requiſitas habet, & omnibus circunſtantiis prohibitis caret: omneq; & ſolum tale opus noſtrum morale dicimus bonnm, uirtuoſum, uel non malum: Vt ſi opus noſtrum tale deficiat in aliqua circunſtantia de requiſitis aut abũdet in aliqua circunſtantia de prohibitis, iam non ſit moraliter bonum ant uirtuoſum,

B ſed malum & nitioſum. Magiſter Franciſcus de Taruiſio in ſuis ueſperiis, nt refert Gregorius Ariminenſis, poſuit, quòd actus moralis carens aliqua debita circunſtantia, etiam ſi ſit circunſtantia finis, quæ inter omnes, ſecundnm eum, eſt præcipua, abſque tamen poſitione circunſtantiæ oppoſitæ & malæ de ſui natura, uel ex intentione facientis, non eſt moraliter malus, nec uitioſus, nec peccatum: ſed eſt nerè bonus moraliter & uirtuoſus: incompletè tamen propter defectnm debitæ circunſtantiæ: Vnde nec ſimpliciter nec modificatione determinante, uel diminuente debet à doctore Theologo dici bonns. Talis autem eſt, ſecundum eum, nt idem Gregorius refert, omnis actus moralis qui fit propter talem finem, qui non eſt oppoſitus ultimo fini: ſed poteſt concurrere cum eo etiam finis ſub fine ultimo. Et intelligit ille doctor, ut putat Gregorius, de actu morali qui non eſt ex genere malus. Malus autem actus moralis, ſecundum ipſum doctorem, is tantum eſt, qui cum defectu alicuius bonæ & debitæ circunſtantiæ de ſe uel ex intentione facientis, habet circunſtantiam malam & oppoſitam. Contra hanc opinionem falſam, nec ullam ueritatis habentem ſimilitudinem, Gregorius Ariminenſis ſtatuit & probat tria ex ordine. Primum quòd nullus actus moralis carens aliqua circunſtantia debita, eſt ſecundum ueritatem uirtuoſus, ſeu quòd pro eodem accipio, moraliter bonns. Secundum quòd, quilibet talis eſt nitioſus ſeu malus moraliter & peccatnm. Tertium quòd ad hoc ut actus moralis ſit malus, ſufficit defectns circunſtantiæ debiti finis: nec eſt ad hoc opportuna poſitio circunſtantiæ oppoſitæ ſen finis oppoſiti uel mali, ad ſenſnm in quo loquitur. Hæc Gregorius.

Frãciſcus de Taruiſio ut refert Gregorius de Arimi. Lib. 2. Diſt. 38. 39. 40. & 41. Quæſt. 1. Art. 1.

Gregor. Vbi ſup.

C Et debet quidem ratum eſſe & conſtantiſsimum apud omnes, omnem actum humanum, ut ſit moraliter uirtuoſus, & neutiquam moraliter uitioſus; omnibus abſoluendum eſſe circunſtantiis debitis atque apponendis, omnibusq; exuendum eſſe circunſtantiis oppoſitis, ſeu malis, aut prohibitis: ut uerè actus ipſe moraliter malus, ſit & uitioſus, ſi in aliquo horum deficiat; ideſt, nel carens aliqua circunſtantia debita, uel habens aliquam circunſtantiam oppoſitam, malam, ant prohibitam. Debet etiam eodem modo apud omnes ratum eſſe, & notiſsimum, inter omnes circunſtantias apponendas actionibus noſtris moralibus ad bonitatem moralem, debere computari circunſtantiam finis debiti. Non dico, finis ultimi: quia de hoc ut uiſum eſt iam, eſt apnd doctores catholicos non parua cõtrouerſia, adeo ut adhuc ſub indice lis ſit. Sed dico, finis debiti, quia de hoc nec fuit olim inter Philoſophos, nec eſt modo inter Theologos controuerſia; niſi quãtum ille præfatus doctor, forte minus aduertens, noluit facere, primus ille, nouiſsimus,

Sentẽtia conſtans & omniũ calculis maximè approbata.

D & ſolus, quantum conſtat ex dictis doctorum omnium aliorum. Ariſtoteles enim poſtquã diuiſit intellectualem & moralem uirtutem, ſtatim determinauit, intellectualem uirtutẽ generari in nobis ex doctrina, moralem autẽ ex aſſuetudine ſeu conſuetudine operandi, unde & nomen habet, quo moralis dicitur. Deinde ſupponit tanquam certiſsimum, oportere operationes noſtras cauſantes moralem uirtutem, eſſe ſecũdum rationem rectã: uerſariq; uirtutes morales circa actus & paſſiones, circa delectationesq; & triſtitias comites actus & paſsionis. Vnde poſtea inquit, Propter uoluptates enim & triſtitias praui fiunt in proſequendo has & fugiendo, uel quas non oportet, uel quando non oportet, uel ut non oportet, uel qualitercunque aliter à ratione determinatur. Rurſus explicans quomodo bene operans moraliter, operatur aut debet operari, dicit, Primùm quidem ſi ſciens, deinde ſi eligens, & eligens propter hæc. Videlicet ut operans uirtuosè moraliter eligat operari propter finem debitum, qui eſt ipſa bona operatio, aut ipſa uirtus, cuius eſt ipſum opus: non propter lucrum, nec propter uanam gloriam, nec propter aliquid aliud tale. Itaque hoc facit Ariſtoteles

Ariſtot. in principio. Ethic. 2.

Ibidem paulò poſt.

Paulò poſt.

E per multa, quod oſtendit, uirtutem moralẽ in ſemetipſa conſideratam, eſſe quandam medietatem quia uerſatur inter extrema uitioſa: & medii coniectatricem, quia reſpicit medium & medium operatur: reducens paſsiones ad mediocritatem, ne homo totas proſequatur ut intemperatus, nec totas fugiat ſicut agreſtis inſenſibilis: ut tandem faciat homo quod oportet, quando, ubi, & propter quod oportet. Aſſerit quòd omnis ſciens ſuperabundantiam fugit, medium autem quærit, & hoc deſiderat: medium autem non quod rei, ſed quo ad nos: hoc uerò de omnibus ſcientibus dicit, maximeq; de uirtute ſeu uirtuoſo. Determinat tandem quòd in morali doctrina, ſcientia aut uirtute, illud opus omne & ſolum dicitur bonum morale, quod neque deficit nec ſuperabundat, ſed medium habet rationis: probat autẽ hoc ex eo, quòd homines cùm aliquod opus bene habet, conſueuerunt dicere, nihil eſſe addendum uel minuendum, hac re innuentes, noſq; admonentes, rebus quæ ſuperfluunt aut deficiunt, corrumpi bonitatem operis, quæ in medietate conſiſtit. Additq; quòd ſi hoc eſt uerum in arte ratione ſui operis, uel etiam in opere artis; multo magis in uirtute, ratione operis F ſui, atque etiam in opere uirtutis. Verba *Ethic. 2.* eius ſunt ſecundum uerſionem Argyr. Quòd ſi omnis ſcientia, ſuum hoc modo bene conficit opus, ad medium ipſum reſpiciens, & in hoc ſua redigens opera. Vnde & dici ſolet in iis quæ bene ſeſe habent operibus, nec auferri quicquam, nec addi poſſe: proptereaq; bonum ipſum corrumpunt nimium & parum, mediocritas uerò conſeruat. At boni artifices ad hoc reſpicientes, ut diximus, operantur. Virtus autem omni arte exactior eſt & præſtantior, quemadmodum & natura. Ipſa profectò uirtus, medii ipſius eſt coniectatrix. Hæc ille. Declarando autem quod loquatur & doctrinam iſtam ueriſsimam tradat de morali uirtute deq; opere moraliter bono, ſeu moraliter uirtuoſo; dicit quod & illud debeat obſeruare mediocritatem, non habens ſuperabundantiam nec defectum, ſed bene quidem omnes circunſtantias bonas & nullam malam, ut fiat quod oportet, ubi, quã- *Ethic. 2. ſtatĩ poſt uerba re citata.* do, & propter quod oportet. Ait ſecundum eandem uerſionem; Loquor autem de morum uirtute, Hæc enim circa affectus actusq; uerſatur, in quibus eſt nimium & parum & medium. Fit enim ut magis & minus quiſpiã & metuat & confidat & cupiat & abhorreat & iraſcatur & miſereatur, & omnino delectetur ac doleat. Et utroque modo non bene. Et etiam quando oportet, & pro quibus, & ad quos, & cuius gratia, & ut oportet.

Hoc autem medium eſt & optimum, quod G eſt ipſius uirtutis. Similiter circa actus, nimium eſt, & parum, & medium. Virtus autem circa affectus, actusq; uerſatur: in quibus exuperatio quidem peccatum eſt, & defectus uituperatur: medium autem laudatur & rectè conficitur, quorum utrunque uirtutis ipſius eſt. Virtus igitur mediocritas eſt quædam, cum ſit ipſius medii coniectatrix. Hæc ille. Ecce omnis uirtus moralis, tum illa quæ immediatè uerſatur circa opera, tum illa quæ immediatè uerſatur circa paſsiones, eſt coniectatrix medii: nec aliquod opus eſt moraliter bonum aut moraliter uirtuoſum, niſi medium habeat rationis, quoad omnes circunſtantias, etiam quoad circunſtantiam finis: ut de circunſtantiis apponendis nulla deficiat, & de uitandis nulla apponatur. Ita quidem ut ſi opus morale deliberatum in aliqua circũſtantia ſuperabundet, ſit peccatum: ſi autem deficiat, ſit uituperabile, & per conſequens malum. Ergo omne opus moraliter bonum aut moraliter uirtuoſum, oportet habere omnes circunſtantias debitas & nullam oppoſitam, malam, aut prohibitam: numerando etiam inter circunſtantias debitas, circunſtantiam finis debiti. Alioquin ſi abundet in aliqua circunſtantia mala, aut deficiat H in aliqua circunſtantia debita, iam non erit opus moraliter bonum, aut uirtuoſum, ſed malum & uitioſum: quod Ariſtoteles expreſſè uocat peccatum, ac uituperabile; utpote quod non obſeruat medium rationis, ſuperabundando aut deficiendo. Propter hoc determinat idem Ariſtoteles, difficile eſſe nobis hominibus bene moraliter agere, facilè autem errare. Verba eius ſunt, Præterea pecca *Ethic. 2.* re quidem, multis modis contingit. Malum enim eſt infiniti, ut Pythagorici putant; bonum uerò finiti. At rectè agere, unicè. Qua propter & alterum facile, alterum difficile eſt. Facile quidem non attingere ſignum, difficile autem illud attingere. Et ob hoc igitur nimium quidem atque parum uitio aſcribuntur, mediocritas uerò uirtuti. Vno nanque modo bonus eſt, multiſq; nefandus. Hæc ille. Qui hæc uerba Ariſtotelis quoque modo intelligit, planè uidet, neminem bene moraliter operari, niſi qui medium rationis obſeruauerit in ſuo opere, ut nullam debitam circunſtantiam omiſerit, nec aliquam prohibitam appoſuerit: aliàs malè agit, errat, peccat. Ob quod certè optime iudicat Ariſtoteles hoc in loco, difficilè eſſe nobis hominibus bene moraliter agere, & facilè malè: omnino ſicut nobis eſt difficile excuſſa arcu ſagitta attingere ſignum, & facilè non attingere. Perpendantur quæſo, omnia

hæc

G hæc uerba eius, beneq; inexamen uocentur
Ethic. 6. atque percipiantur. Idem alibi, docet quòd
opus perficitur ſecundum prudentiam & mo
ralem uirtutem: & reddit cauſam, dicens,
Virtus quidem enim intẽtionem facit rectã;
Politi. 7. prudentia autem, quæ ad hanc. Alibi etiam,
Duo, inquit, ſunt in quibus ſit bene omni-
bus; horum autem eſt unum quidem in eo
quod eſt intentionem & finem actionum po-
ni rectè: unum autem inuenire actiones fe-
rentes ad finem. Conſtat igitur ex his locis
& dictis Ariſtotelis, quòd ſecundum ipſum,
ad operationem bonam ſeu uirtuoſam mora
liter, neceſſe eſt ut recta ſit intentio operan
tis; & quòd ad bene ſeu uirtuosè operandũ
moraliter, non ſufficit agere quod agi opor-
tet, ſed præterea neceſſe eſt agere quemad-
modum oportet, ideſt, quando, quantum,
ubi, & propter quod, ſeu cuius gratia opor-
tet, cum omnibus circunſtantiis quas ipſe
Ethic. 2. Philoſophus explicat, & pro ut uir ſapiens,
rectaq; ratio determinabit: maximè autem
cum circunſtantia finis debiti, ut conſtat ex
omnibus. Vt ſi forte opus morale ipſum abũ
dauerit habens aliquam circunſtantiam ma-
lam, aut defecerit carens aliqua circunſtan-
tia apponenda, eo ipſo non bonum ſed ma-
lum, nec uirtuoſum ſed uitioſum eſt, & pecca
B tum, ut etiam Ariſtoteles appellat. Eandẽ
Dionyſ. ſententiam tenuit diuus Dionyſius in De di-
Cap. 4. uinis nominibus, dicens de malo & bono,
Part. 3. Atque ut paucis expediam, bonum ex una
& tota cauſa: malum ex multis, particulari-
busq; proficiſcitur defectibus. Hæc ille. Qui
bus uerbis declarat, opus quod uis noſtrum
ut ſit bonum, ex integra cauſa debere, eſſe,
ideſt, debere habere omnes circunſtantias
habendas, bonas, & nullam malam: ut au-
tem ſit malum, ſufficere ei ſi in aliquo deficiat
uel ſuperabundando, uel deficiendo. Quiuis
enim defectus talis, facit malum morale. Et
ſecundum hanc intelligentiam accipiunt om
nes doctores ſententiã hanc diui Dionyſii,
eamq; obſeruant, atque commendant. Et qui
dem manifeſtũ eſt, quòd opus noſtrum ſi poſ
ſet eſſe moraliter bonum & uirtuoſum cum
defectu alicuius circunſtantiæ apponendæ,
iam profectò multis contingeret dirigere ac
bene agere, ſicut multis modis contingit nõ
dirigere, malè agere, errare. Auguſtinus fre
Auguſt. quentiſsimè mala dicit & damnat opera ho-
minis ex defectu ſolius circunſtantiæ finis,
quantumuis aliàs ſint ex ſuo genere aut etiã
ex aliis circunſtantiis bona: nec uirtutes di-
ſtinguit à uitiis per ſola officia, ſed maximè
per fines. Conſtat de hac Auguſtini doctrina
in multis locis operum ipſius, præſertim, in
lib. contra Iulianum Pelagianum, unde iam
ſuperius multa deprompſimus, quibus hoc C
declaratur & docetur. Ibi enim reſpõdens ar-
gumento Iuliani probantis Gentiles habuiſ- *Lib. 4.*
ſe ueras uirtutes eo quòd, iuxta uerbum A- *Cap. 3.*
poſtoli, naturaliter ea quæ legis ſunt facerẽt, *tom. 7.*
dicit de illis, Hoc tamen peccantes, quòd
homines ſine fide non ad eum finem iſta ope
ra retulerunt, ad quem referre debuerunt.
Minus enim Fabricius quàm Catilina punie-
tur, nec quia iſte bonus, ſed quia iſte minus
malus, & minus impius quàm Catilina Fa-
bricius, non ueras uirtutes habendo, ſed à
ueris uirtutibus non plurimum deuiando.
Ecce ex defectu circunſtantiæ finis debiti, il-
la opera Romanorum alioqui bona, appellat
Auguſtinus mala, uitia, & peccata. Dicit
ad hoc multa Auguſtinus in eodem capite,
quæ omittimus breuitatis cauſa. Sãctus Tho *S. Tho.*
mas in ſuis commentariis ſuper Ethic. Ari- *Ad idem*
ſtotelis, prorſus idem docet, quod haſtenus *lib. 2. ſen.*
de hac quæſtione docemus, malũ moraliter *Diſt. 41.*
eſſe opus noſtrum quod horum modo ali- *quæſt. 1.*
quo peccet; uel deficiendo in aliqua circun- *Art. 2.*
ſtantia apponenda, uel in aliqua mala abun- *Ponit 11.*
dando, Verba eius ſunt hæc, Præmiſsis dua- *idẽ quod*
bus rationibus, hic ponit Philoſophus ter- *Scotus.*
tiam, quæ ſumitur ex ratione boni & mali. *Lib. 2.*
Et dicit quòd multipliciter contingit pecca- *Lect. 7.*
re; quia malum quod includitur in ratione D
peccati, pertinet ad infinitum ſecundum Py-
thagoricos, & bonum ſecundum eos perti-
net ad finitum: per oppoſitum eſt intelligen
dum quod rectè agere, contingit ſolùm uno
modo. Huiuſmodi autem ratio accipi po-
teſt ex eo quod Dionyſius dicit in libro De
diuinis nominibus; quia bonum contingit
ex una & integra cauſa, malum autem ex ſin-
gularibus defectibus, ſicut patet in bono &
malo corporali. Turpitudo enim quæ eſt ma
lum corporalis formæ contingit, quodcun-
que membrum indecenter ſe habeat: Sed pul
chritudo non contingit, niſi omnia membra
ſint bene proportionata & colorata. Et ſimi
liter ægritudo quæ eſt malum temperamenti
corporalis, prouenit ex ſingulari deordina-
tione cuiuſlibet humoris: Sed ſanitas eſſe nõ
poteſt niſi ex debita proportione omnium
humorum. Et ſimiliter peccatum in actione
humana contingit, quæcunque circunſtan-
tiarum inordinatè ſe habeat qualitercũque,
uel ſecundum ſuperabundantiam, uel ſecun
dum defectum. Sed rectitudo eius non erit
niſi omnibus circunſtantiis debito modo or-
dinatis. Et ideo ſicut ſanitas uel pulchritudo
contingit uno modo, ægritudo autem & tur
pitudo multis, immo infinitis modis: ita e-
tiam rectitudo operationis uno ſolo modo
contingit, peccatum autem in actione con-

E tingit infinitis modis. Et inde eſt quòd peccare, eſt facilè, quia multipliciter hoc contingit: Sed rectè agere, eſt difficile, quia non contingit niſi uno modo. Et ponitur exemplum, quia facile eſt & recedere à contactu ſigni, ideſt puncti ſiue in centro circuli, ſiue in quacunque alia ſuperficie determinatè ſignati; quia hoc contingit infinitis modis; ſed tangere ſignum, eſt difficile, quia contingit uno ſolo modo. Hæc ille. Qui non ſolùm ibi, ſed & aliàs eandem ſequitur ſententiam; uir doctus & uera pietate inſignis. Scotus etiam idẽ obſeruat non ſolùm in eo loco ſuperius allegato, ubi explicando triplicem bonitatem moralem quæ reperitur aut reperiri poteſt in uolitione, docet quòd bonitas uirtuoſa ſiue ex circunſtantia conuenit uolitioni ex hoc quod ipſa elicitur à uoluntate cum omnibus circunſtantiis dictatis à recta ratione debere ſibi competere in eliciendo ipſam, ut iam poſuimus: ſed etiam aliàs, ubi inquirit, Vtrùm omnis actus ſit bonus ex fine? Ibi enim poſtquàm declarauit quid ſit bonitas naturalis, non illa quæ conuertitur cum ente, ſed quæ habet oppoſitum malum, aſſerens quòd illa ſit perfectio ſecunda alicuius rei integrata ex omnibus conuenientibus ſibi & ſibi inuicẽ: quantum pertinet ad propoſitum de bonitate morali, ait, Dico quod bonitas actus moralis eſt ex aggregatione omnium conuenientium

Scotus. Lib. 2. diſt. 7. Quæſt. 1. Art. 1.

In iſto capite. Lib. 2. Diſt. 40. Quæſt. 1.

F actui; non abſolutè ex natura actus, ſed quæ conueniunt ei ſecundum rectam rationem. Quia igitur actui ratio recta dictat determinatum obiectum conuenire & determinatum modum, & alias circunſtantias; non eſt completa bonitas ex ſolo fine, ſed, prima ratio bonitatis eius, eſt ex conuenientia actus ad efficiens, à quo actus dicitur moralis, quia liberè elicitus; & hoc eſt commune actui bono & malo; nec enim actus eſt laudabilis nec uituperabilis niſi ſit à uoluntate. Secunda conditio eſt ex obiecto, quod ſi ſit conueniens, tunc eſt actus bonus ex genere, quia eſt indifferens ad bonitates ulteriores quæ ſumuntur ex circunſtantiis ſpecialibus, ſicut genus eſt indifferens ad multas differentias. Poſt illud, Prima circunſtantia eſt ipſius finis: nec iſta ſufficit ſine aliis circunſtantiis, ſicut eſt circunſtantia formæ, puta quòd debito modo fiat: quod pertinet ad quartam circunſtantiam: & ſequuntur circunſtantiæ magis extrinſecæ, ſcilicet, quando, & ubi, & huiuſmodi. Patet igitur quòd ſola bonitas finis etiam cum intenditur ſecundum rectam rationem, non ſufficit ad bonitatem actus; ſed requiruntur aliæ circunſtantiæ ſecundum ordinem prædictum, ad hoc quòd bonitas ſit. Hæc ille. Ecce bonitas moralis non

G eſt ex ſolo fine, nec ex ſolis aliis circunſtantiis, ſed requirit finem & alias circunſtantias omnes apponendas; ac bonum obiectum. Aliàs non eſt bonitas moralis in noſtris actionibus, ſed defectus, & malum morale. Quid eſt malum, niſi carentia ſeu defectus boni? Quid eſt malitia, niſi carentia boni debiti ſecundum doctrinam ſanctorum doctorum? Ergo ubi deeſt aliqua circunſtantia bona apponenda, ſine dubio noſtra actio moralis deliberata eſt mala. Bonitas autem moralis in noſtris actionibus huiuſmodi, nõ eſt niſi omnes habeat circunſtantias apponendas & nullam malam. Hoc eſt, quod hactenus monſtratum eſt ſatis. De hoc ergo bono morali agimus in præſentia: quod ſolum eſt bonum morale, ſeu moraliter uirtuoſum: dum quis ſciens & eligens facit, quod oportet, ubi, quãdo, & propter quod oportet, cum omnibus circunſtantiis requiſitis, ſine ulla circunſtantia mala, & cum circunſtantia finis debiti, ſufficientis ad bonitatem moralem & moralem uirtutem, non excedendo aut deficiendo in aliqua circunſtantia, nec in affectione rerum conceſſarum. Omnes ſapientes ita accipiunt opus bonum morale, ſeu moraliter uirtuoſum, ad moralem uirtutem pertinens, aptum natum moralem uirtutem generare, uel à morali uirtute generari, ut ſit quidem bonum ex integra cauſa, ideſt, ex obiecto & ex omnibus circunſtantiis: aliàs non erit bonum morale, nec uirtuoſum, ſed malum & uitioſum moraliter; quia defectuoſum, & in bono debito haberi deficiens. Quamobrem etiam Gregorius Ariminenſis acturus de bono morali, ut uideret an poſſet homo per ſola ſua naturalia cum generali influxu bonum morale cognoſcere, uelle, aut operari: optimè illud definiuit, intelligendo per actum moraliter bonum, actum moralem conformem rectæ rationi ſecundum omnes circunſtantias requiſitas ad hoc quòd actus ſit uerè uirtuoſus, uidelicet uerè uirtuoſus moraliter, ideſt, non moraliter uitioſus, non moraliter malus. Sicut etiam Ariſtoteles loquitur de bono morali moraliter uirtuoſo, quod ex nulla parte ſit peccatum, nec ex genere, nec ex aliqua circunſtantia, nec ſuperabundando, nec deficiendo, nec aliquam circunſtantiam malam habendo, nec aliqua circunſtantia bona apponenda carendo. In qua ſua declaratione optimè dixit Gregorius, nec alio modo intellexit bonum morale, niſi illo tum ueriſsimo, tum communiſsimo, quo omnes doctores antiqui, bonum morale intellexerunt; & ſicut de illo tradidit Ariſtoteles, agens de bono morali uirtuoſo & non uitioſo. Vnde malè reprehenditur ab aliis, qui alio modo in-

H

Gregor. Lib. 2. Diſt. 26. Quæſt. 1. Art. 1.

A

Soto. Lib.1. Cap.4. 20.& 21.

Lib.1. Cap.4.

Lib.1. Cap.20.

Lib.1. Cap.21.

telligunt morale bonum, ut iam ſupra ex parte diximus, uel alio modo definiunt. Magiſter enim Dominicus Soto, optimus atq; eruditiſsimus uir pulcherrimo illo iu opere de natura & gratia, poſuit per multa, quòd homo per ſua naturalia cum ſolo Dei generali influxu poteſt intelligere, uelle, ac operari bonum morale: circa quod bonum morale triplici modo ſe habet. Primùm enim ſic accipit bonum morale, ut uideatur ſignificare illud eſſe, opus bonum commenſuratum naturali fini, ideſt, quod ſit tantum propter honeſtum. Secundo ita definit, ut bonum morale ſeu opus moraliter bonū, ſit illud quod eo eſt honeſto fine naturali intentum, ac circunſtantiis ueſtitum, utcum non ſit gratiæ apud Deum & gloriæ meritum, nullum ſit tamen peccatum, ſed infra lineam naturalem, ſtudioſum. Tertiò ita ſeſe declarat, ut uideatur aſſerere bonum opus in genere, morum, ſeu bonum opus morale aut moraliter, idem eſſe quod opus ex genere bonum. Licuit illi declarare ſententiam ſuam, licet & nobis declarare noſtram. Quouis modo ipſe accipiat bonum morale, aut determinet quæſtionē, ipſe uideat. Nos enim modo prædicto bonum morale accipimus, & modo prædicto cum ſanctis doctoribus quæſtionem determinamus. Tueri enim atque incolumem ſeruare oportet ſententiam ſanctorum doctorum in ſuis terminis, quantum poſsibile fuerit.

B

S. Tho. Part.1. Quæſt.5. Art.1.

Ibidem. Art.4.

De bono in cōmuni, quòd eius ratio ſit abſoluta.

ALTIVS repetendo, non uidetur abs re, ſi de bono latius ita agamus: ſanctus Thòmas de bono diſſerens, fatetur quòd non differat ſecundum rem ab ente, ſed tantum ſecundum rationem; & quòd bonum habet rationem cauſæ finalis: quòd ratio boni in hoc conſiſtit, quòd aliquid ſit appetibile: quòd unumquodque eſt appetibile; ſecundū quòd eſt perfectum: & quòd unumquodque eſt perfectum, in quantum eſt actu. Per conſequens autem, quòd intantum eſt aliquid bonum, In quantum eſt ens: Eſſe enim eſt actualitas omnis rei. Vnde manifeſtum eſt, bonum & ens eſſe idem ſecundum rem, ſed bonum dicere rationem appetibilis, quam non dicit ens, Idem aſſerit procedendo ab ente ad ad bonū, & oſtendendo quòd ens ſit bonum ſecundum rem: quia omne ens in quantum eſt ens, eſt in actu, & quodammodo perfectum, quia omnis actus perfectio quædā eſt: perfectum autem habet rationem appetibilis & boni, unde ſequitur omne ens in quantum huiuſmodi, bonum eſſe. Sic ergo quia bonum formaliter dicit idem quod perfectio, uel aliquid ordinatum ad perfectionem; & quia perfectio uon dicit formaliter relationem, ſed naturam abſolutam quæ eſt fundamentum relationis; uidetur quidem quòd bonum formaliter non dicit relationem, ſed abſolutum.

C

Sic autem docendo, cum generaliter dicatur quòd bonum & conueniens idem important formaliter, & cum ratio conuenientis uideatur relatiua: dicendum eſt, bonum & conueniens idem importare ſecundum quod conueniens dicit non relationem formaliter, ſed fundamentaliter. Et conueniens ſic acceptū, ideſt, fundamentaliter, nihil ſit aliud quàm perfectiuum rei, ſicut eius perfectio uel pertinens ad perfectionem. Huic doctrinæ opponitur Durandus, aſſerens quòd formalis ratio boni, eſt ratio conuenientis, ita quòd bonitas eſt formaliter ipſa conuenientia, & contrahit entitatem ad partem ſubiectiuam quæ eſt relatio, & ad talem relationem quæ eſt conuenientia, et ſic omnis bonitas eſt quædam entitas quæ eſt reſpectiua, ſed non omnis entitas eſt quidditatiuè bonitas, ita quòd non conuertuntur eſſentialiter, Bonum uerò ratione concretionis, importat id quod habet talem conuenientiam, ut eius ſubiectū uel fundamentum: & quia illud poteſt inueniri in quòlibet genere, ſaltem in generibus abſolutis, ideo bonum dicitur conuerti cum ente, non eſſentialiter, ſed denominatiuè. Formalis tamen ratio boni, eſt reſpectiua, ſcilicet ratio conuenientiæ. Hæc Durandus. Conſtat ex his, opiniones diffetentes eſſe circa rationem boni, in ſua communitate; an ſit abſoluta, uel ſorte reſpectiua?

Durād. Lib.2. Diſt.34. quæſt.1.

Quod ratio boni ſit reſpectiua.

D

S. Tho. Prim.2. quæſ.18. Art.2.

De bono morali.

Ibidem. Art.3.

Ethic.2.

Ibidem. art.4.

Boethius.

Ibidem. Art.2.

Ibidem. Art.6.

DE BONITATE autem humanorum actuum, quæ eſt bonitas moris, ſeu moralis: fatetur ſanctus Thomas, quòd actus hominis habet bonitaté uel malitiam ex obiecto. iuxta illud Oſeæ, Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt. ſit autem homo Deo abominabilis propter malitiam ſuæ operationis: ergo malitia operationis, eſt ſecundum obiecta mala, quæ homo diligit. Et eadem eſt ratio de bonitate actionis. Aſſerit quod actio hominis ſit bona uel mala ex circunſtantia. Iuxta Philoſophum docentem quòd uirtuoſus operatur quemadmodum oportet, & quādo oportet, & ſecundum alias circunſtantias. Aſſeritq; quòd actio humana ſit bona uel mala ex fine. iuxta Boethium dicentem in Topicis, quod cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonū eſt: & cuius finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt. Aſſerit quòd actus humanus habet ſpeciem ex obiecto; & rurſus quòd actus habet ſpeciem boni uel mali ex fine: ac tandem quòd quando obiectum non eſt per ſe ordinatum ad finem, differentia ſpecifica quæ eſt ex obiecto, non eſt per ſe determinatiua eius quod eſt ex fine, nec è conuerſo: unde una harum ſpecierum non eſt ſub alia, ſed

Sicut pomum ſecundum colorē cōtinetur ſub una ſpecie, & ſecūdum odorē continetur ſub alia.

E tunc actns moralis eſt ſub duabus ſpeciebus, quaſi diſparatis. Si uerò obiectum per ſe ordinetur ad finem, una dictarum differentiarum eſt per ſe determinatiua alterius: unde una harum ſpecierum continebitur ſub altera. Quæ, ſub qua? Dicit, Differentia ſpecifica quæ eſt ex genere, eſt magis generalis: & differentia quæ eſt ex obiecto per ſe ad talem finē ordinato, eſt ſpecifica reſpectu eius. Volūtas enim cuius proprium obiectum eſt finis, eſt uniuerſale motiuum reſpectu omnium potētiarum animæ, quarum propria obiecta ſunt obiecta particularium actuum. Ita ille docuit. Hæc autem ita quidam intelligunt, nt dicant bonitatem moralem eſſe utique ſpecificam aut genericam, aut etiam indiuiduam, poſitiuam, & abſolutam: non tantùm reſpectiuam, relatiuam, aut relationem. Secundum quod etiam Philoſophus docet in Ethicis, bonum eſſe qualitatem, & in ſuis prædicamentis, uirtutem eſſe qualitatem. ſimiliter. Generaliter etiam, uirtutes ſunt habitus operatiui, dirigentes in ſcire, agere, operari, aut facere: pertinenteſq; ad certam ſpeciem qualitatis, ut conſtat. Scotus ſicuti paulò ante dictū eſt, fatetur quòd bonitas actus moralis, eſt aggregatione omnium conueniētium actui, non abſolutè ex natura actus, ſed qnæ conueniunt ei ſecundum rectam rationem, & alia quæ iam ex ipſo poſuimus.

Ethic. 10. Cap. 3. & inde. tex. c. 17. & 20.

Scotus. Lib. 2. Diſt. 40. Queſ. 1. art. 2.

F Ad idem etiam alibi inquit manifeſtè, Bonitas moralis actus, eſt integritas eorum omnium quæ recta ratio operantis iudicat debere ipſi actui conuenire, uel ipſi agenti in ſuo actu conuenire. Fatetur quòd determinatio obiecti, eſt prima determinatio quæ pertinet ad genus moris, non tanquam differentia determinans ad aliquid in illo genere, ſed tanquam potentiale receptiuum determinationis moralis, per aliquid aliud quaſi ſuperaduenieus, puta per circunſtantias requiſitas. Quja quando actus eſt habens obiectum conueniens agenti & actioni, tunc eſt capax determinatioims moralis, ſecundum circunſtantias ordinatas. Propter quod dicitur ex obiecto actus habere bonitatem ex genere, quia ſicut genus eſt potentiale reſpectu differentiarum; ſic bonitas ex obiecto eſt prima in genere moris, præſupponens ſolam bonitatem naturæ, & capax omnis bonitatis ſpecificæ, in genere moris. Vnde conuenit Scotus cum ſancto Thoma in eo, quòd ambo docent actum moralem, habere bonitatē ab obiecto: ſed differunt in eo, quòd ſanctus Thomas dicit actum habere ab obiecto bonitatem ſpecificam; Scotus non ſic, ſed tantū concedit actum habere ab obiecto bonitatem quaſi genericam, ſpecificabilem per circunſtantias: ideſt, capacem omnis bonitatis ſpecificæ, in genere moris. De ratione autem bonitatis moralis, an ſit abſoluta, uel reſpectiua, ita dicit Scotus, Reſpondeo, Virtus omnis, & malitia, ad aliquid ſunt; Actus igitur eſſe bonos & uirtuoſos importat relationem, uel multas relationes: Sed tamen habet modum denominandi uel prædicandi, qualitatis: ſicut ſanum, uel pulchrum; & cōmuniter ita eſt de quarta ſpecie qualitatis. Hæc ille. Durandus de ſancto Portiano mouit quæſtionem, Vtrùm bonitas actus uolūtatis ſit ex fine? determinando autem dicit nonnulla, Primum eſt, quòd actus moralis dicitur actus qui eſt in poteſtate uoluntatis, ſiue ſit ab ea elicitus, ſiue imperatus. Et dicitur moralis, à more ſeu conſuetudine: quia per morem ſeu conſuetudinē poſſumus nos habere diuerſimodè circa tales actus, inquātum aſſueſcimus ſic, uel ſic operari: & omnes tales ſunt liberi. Circa actus enim purè naturales, conſuetudo uel mos non habet locū. Secundum eſt, actus morales ſunt quædam res in eſſe naturæ, ſed dicuntur morales, propter rationem iam dictam: & quamuis eſſe morale nihil reale addat ſupernaturalem talium actuum entitatem, tamen aliud iudiciū eſt de eis ſecundum eſſe naturæ, & ſecundum mores, ſeu ſecundum genus moris. Tertiū

In ſuis quol. Queſ. 18.

G

Vbi ſtatī ſupra.

Dur ād. Lib. 2. Diſt. 28. Queſt. 1.

H eſt, quòd cùm ratio boni, ſit ratio conuenientis, ſicut bonum naturæ conſiſtit in eſſe conueniens naturæ, ſic bonitas moralis actus uoluntatis, conſiſtit inconuenientia eius ad rationem rectam. Iuxta dictum commune, quod bonitas cuiuſlibet rei cōſiſtit in conformitate ad ſuam regulam. Ratio autem eſt regula uoluntatis. Semper enim nou cognoſcentia, nata ſunt regulari à cognoſcentibus. Quartum eſt, quod tota bonitas moralis actus uoluntatis eſt ex ſuo obiecto, accepto ſecundum totalem ambitum obiecti. Huic quarto addit, dicens, Nec iſtud diſcrepat à communi dicto, quòd bonitas actus noluntatis eſt ex obiecto, & ex fine, & ex circunſtantiis: nec alterum iſtorum ſufficit, ſed oportet omnia concurrere; quia bonum eſt ex tota cauſa ſecundum Dionyſium. Quja hæc omnia comparata ad uoluntatem cadut ſub ratione obiecti, ut probatum eſt: ſed comparata inter ſe, unum eſt finis uel circunſtantia alterius. Verbi gratia, In uolente dare eleemoſynam indigenti propter Deum, dare eleemoſynam eſt principale obiectnm, ſed quod hoc fiat propter Deum, habet rationē finis, & indigentia eius cui datur habet rationem circunſtantiæ, ex quibus omnibus actus uoluntatis ſortitur bonitatem moralem: & tamen hæc omnia cadunt ſub ratione obie-

A ctiuoluntatis, ſumpti ſecundum ſuum totũ ambitum. Probat ibidem Durandus omnes iſtas ſuas aſſertiones, Sed hæc modo ex eius dictis poſuiſſe ſufficiat: Facilè enim legi poſſunt omnia apud ipſum.

Igitvr, quicquid ſit de bonitate morali actus humani, ſiue actio eius ſit abſoluta, ſiue reſpectiua, ſiue actus humanus accipiat ab obiecto bonitatem ſpecificam ineſſe moris; ſiue non ſpecificam, ſed quaſi genericam & ſpecificabilem, atque capacem ſpecificari per bonitatem circunſtantiarũ & finis: Quicquid, inquam, ſit de his, de quibus conſtat uarias eſſe opiniones doctorum catholicorum, pro ut unus uno modo, alius autem alio philoſophatur. In hoc tamen hi omnes aliàs differentes, conueniunt: quòd actus humanus moraliter bonus, ſeu moraliter uirtuoſus debet quidem eſſe liber aut uoluntarius, circa bonum obiectum, cum omnibus circunſtantiis requiſitis bonis, etiam finis, & ſine ulla circunſtantia mala. Omnesq; alle-*Dionyſ. Cap. 4.* gant Dionyſium in De Diuinis nominibus, & omnes Ariſtotelem in Ethicis, ad id quòd *Ariſtot. Ethic. 2.* bonum eſſe debet ex integra cauſa; Malum autem contingit ex ſingularibus defectibus.

Non eſt igitur audiendus Magiſter Franciſcus de Taruiſio, dicens quòd actus mora-*Vbi ſup. hoc capite præſenti.* lis carens aliqua debita circunſtantia, etiam ſi ſit circunſtantia finis, abſque tamen poſitione circunſtantiæ oppoſitæ & malæ de ſui A natura, uel ex intentione facientis, non eſt moraliter malus, nec uitioſus, nec peccatũ, ſed eſt uerè bonus moraliter & uirtuoſus, in completè tamẽ propter defectum debitæ circunſtantiæ. Pugnant enim omnes doctores contra ipſum, pugnatq; & ueritas. Præſer-*S. Tho. Prima 2. quæſ. 18. art. 9.* tim uerò pugnat contra ipſum ſanctus Thomas, dicens, Cum enim rationis ſit ordinare, actus à ratione deliberatiua procedens, ſi non ſit ad debitum finẽ ordinatus, ex hoc ipſo repugnat rationi, & habet rationem mali. Hæc ille. Scotus dicit, quòd ſi quis actum *Scotus. Lib. 2. Diſt. 41. Quæſ. 1. Et in quo lib. Quæſ. 18.* non ordinet ad finẽ debitum, talis eſt malus priuatiuè, non contrariè: ſed ſi ordinetur ad finem indebitum, tunc eſt malus contrariè. Quod autem dicit Dionyſius, Malum contingit ex ſingularibus defectibus, ipſe uult intelligi de malo priuatiuè, non contra-*Caietan. Prim. 2. Quæſ. 18. Art. 8. 9.* riè. Verùm contra Scotum probat Caietanus, quòd carentia ſeu priuatio debiti finis, conſtituit actum humanum malum contrariè, nonnullis mediis, Primum, Omnis actus otioſus eſt malus contrariè, ſed omnis actus deliberatus priuatus debito fine, eſt otioſus; ergo malus contrariè. Maior eſt Ieſu Chriſti, Matthæi. 12. de uerbo otioſo. Idẽ *Matt. 12.* enim eſt iudicium de reliquis actibus otioſis. Minor eſt nata ex terminis. Otioſum e- C nim, ex priuatione finis debiti dicitur, & eſt. Quod autem ad finem debitum non ordinatur, non ſolùm illum non aſſequitur; ſed etiam ſine ſpe huiuſmodi aſſequutionis fit. Præterea ſi priuatio debiti finis in actu humano non conſtituit actum malum contrariè: pari ratione, immo maiore, nullius alterius circunſtantiæ priuatio conſtituet actũ humanum malum contrariè. Patet ſequela, quia circunſtantia finis, eſt prima, & magis intima: Falſitas uerò conſequentis patet, ex eo quòd etiam actus boni ex genere ſuo, ſi fiunt quando non debent, & ubi non debent, ſunt moraliter mali: ut patet de actu coniugali, & ex ſupra dictis auctoribus de circunſtantiis, Ariſtotele, Tullio, & cætera. Præterea, & eſt ratio literæ, Ratio deliberatiua quando agit, debet agere propter debitum finem, quia debet agere ex ratione recta: recta autem ratio dictat, quòd unicuiq; detur quod ſibi debetur: ac per hoc quòd actio ordinetur in finem debitum. Si ergo agit, & non propter debitum finem: ergo priuat actionem fine debito, quando oportet. Hoc autem eſt manifeſtè malum contrariè, ſicut priuare hominem de bono ſibi debito. Hæc ille. Qui deinde probat per multa contra eundem Scotum, quòd priuatio & contrarium conuertuntur in materia morali. Itaque igitur ſanctus Thomas concedit, quòd actus à ratione deliberatiua procedens, ſi non ſit ad D debitum finem ordinatus, ex hoc ipſo repugnat rationi, & habet rationem mali: uidelicet ut ſit quidem malum contrarium ſeu contrariè. Scotus negat quòd eo ipſo ſit malum contrariè, ſed concedit quòd eo ipſo ſit malum priuatiuè. Ambo tamen quoad hoc in eo conueniunt, quòd ſimul dicunt talem actũ eſſe malum. Verùm Scotus actum malum priuatiuè, non appellat malum, ſed indifferentem. Pugnat autem in hoc cum diuo Dionyſio, qui non de indifferente, ſed de malo agebat, quando dixit, Malum autem ex ſingularibus defectibus.

Agimvs igitur in præſentia de bono opere morali deliberato, quod nec malum contrariè, nec eſt malum priuatiuè: ſed eſt bonum ex obiecto, non deficit in aliqua circunſtantia requiſita, nec abundat in aliqua circũſtantia prohibita. De illo denique quod eſt uirtuoſum, uel ſaltem nullo modo eſt malum. Quid de illo actu, quo quis dat ſeu uult dare eleemoſynam pauperi, non propter finem de quo non cogitat, nec ſecundum alias circunſtantias? Scotus dicit illum actum malum quidem, non contrariè, ſed priuatiuè: aſſeritq; illum actum indifferentem, iuxta doctri- *Scotus. Quol. 18. Art. 1. lib. 2. ſen. Diſt. 7. Quæſt. 1.*

E doctrinam ſuam ſupra poſitam. Caietanus in oppoſitum dicit, Siquis det eleemoſynam pauperi, & non propter malum finem, & nihil cogitet de fine actualiter: non propter hoc agit non propter finem: quia aut agit propter finem uirtualiter, aut agit propter finē, quod eſt obiectū ipſum. Iam.n. inquit, dictū eſt, quòd obiectū uoluntatatis, eſt finis. Dat.n eleemoſynam pauperi, ut det eleemoſinā pauperi. Hoc autē cōſtat eſſe bonū. Hæc ille. Gabriel Biel fatetur, quòd uelle reficere eſuriētem pauperē, quòd ratio dictat eſſe faciendum, & tamen non elicere propter hoc quod ratio recta dictauit eſſe uolendum, non eſt actus uitioſus, quia eſt conformis dictamini rectæ rationis: nec uirtuoſus, quia non elicitur propter hoc, quia ſic dictatum eſt, quod tamen requiritur ad hoc, ut actus ſit uirtuoſns. Ita docet ipſe auctor, illnm actū eſſe indifferentem. Nos autem hon agimus modo de actibus indifferentibus, ſed de actibus moralibus, quos iam explicauimus: do actibus indifferentibus ſeu mediis inter bonum & malum, aliàs (domino donante) dicturi. Generaliter concedit Gabriel quòd defectus circunſtantiæ requiſitæ ad bonitatem moralem, facit actum elicitum non bonum, non tamen neceſſariò malum: ſed ſi eliciens actum tenetur tunc ad aliquam circunſtantiam, tunc omiſsio eius, reddit actum non

Caietan. Prima 2. Que. 18. ar. 8. et 9.

Gabriel Lib. 2. Diſt. 41. Quaſt. 1. Art. 2. circa conluſ. 1.

Lib. preſenti.

Gabriel Lib. 2. Diſt. 48. quaſt. 1. Art. 1.

F ſolùm non bonum, ſed etiam malum & uitioſum: ſicut cum tenetur mereri, uel ſe ad gratiam diſponere, tūc tenetur actum illum quo mereri tenetur, uel ſe diſponere, elicere propter Deū tanquam finem ultimum ſupra omne amatū: nō autē tenetur ad hoc in omni ſuo actu, alioquin nullus eſſet actus indifferens: & exiſtens in charitate, ſi proximum ſalutaret ex ciuili amicitia, ſi patrem honoraret ex naturali pietate, ſi pauperi bene faceret ex humana compaſsione, non actualiter cogitans de fine ultimo, uitioſè ageret & mortaliter peccaret: ſemper enim deficeret circunſtantia finis ultimi. Hæc ille.

ITAQVE igitur circa actum qui nullam habet circunſtantiam malam, caret tamen aliqua circunſtantia apponenda, qualis eſt circunſtantia finis; multæ ac uariæ ſunt doctorum ſententiæ: quia Franciſcus de Taruiſio dixit, illum actum eſſe, non moraliter malum, nec uitioſum, nec peccatum, ſed uerè bonum moraliter & uirtuoſum, in completè tamen propter defectum debitæ circunſtā tiæ. Scotus dixit illum actnm malum priuatiuè, non contrariè: & quidem indifferentem. Gabriel autem dixit quòd ille defectus facit quidem illum talem actum non bonum, non tamen neceſſariò malum. Sed de his omnibus, & pariter de ultima reſolutione quæſtionis præſentis, dictum eſt ſatis. G

Inhærendo eidem ſententia antiquorum doctorum, quæ prius poſita eſt, diluuntur, refelluntur'q́; omnia fundamenta doctorum recentiorum ſecus ſentientium, quæ poſita ſunt poſterius.

CAP. XXXX.

NON ERGO nos mouēt fundamenta illorum doctorū catholicorum, & ualde ſapientum, qui contra communem antiqnorum ſententiam aliter opinātur: unde omnia illa iam nos nunc diluere refellereq́; oportet. Ad primum igitur fundamentum opinionis prioris, ita dicimus, Vtique operatio tribuitur uirtuti operatiuæ, uirtus operatiua tribuitur naturæ, & naturalia hominis poſt peccatum manſerunt integra: quia tamē natura humana poſt peccatum manſit infirma, non ſequitur quòd tantum poſsit, etiam ſi integra maneat. Nec dubium quin maiori adiutorio indigeat homo infirmus quàm ſanus, ad eandem operationem: qui etiam multa poteſt ſanus, quæ non poteſt infirmus, ut currere, ſaltare luctari, rectè ambulare. Nihil ergo ualet argumentum ex integritate naturalium bonorū deductum, quia obſtat infirmitas eorum: H manſerunt naturalia integra, ſed infirma. Perinde etiam non ualet confirmatio eiuſdem argumenti ex inferioribus agentibus procedens; tum quia inferiora agentia ex ſuis naturis ſunt determinata ad unum, tum quia non ut infirma ſed nt ſana conſiderantur. Homo autem ad opera moralia deliberata, uirtuoſa, uel non mala, de quibus ſolis agimus, eſt liber; inſuper & poſt peccatum eſt infirmus, habetq́; in ſemetipſo unde ab huiuſmodi bonis operibus abigatur, retardetur, diſtrahatur, impediatur: ſenſualitatem, atque affectionem commodi, legem membrorum, legem peccati. Ad ſecundum. Veriſsimum eſt quòd dicit Apoſtolns, omneſq́; uidemus ita eſſe conſiderantes leges Gentilium & opera: uenerantur parentes, prohibent homicidia, adulteria, furtum, falſum teſtimonium, & indigentibus proximis ſubueniunt. Sed hoc non eſt contra nos, quia uel hoc faciunt gentes affectione commodi propter lucrum acquirendum, uel damnum deuitandum, & ad hoc ſufficit humana natura cum generali influxu: uel hoc faciunt affectione iuſtitiæ propter ipſam honeſtatem, & quia ſic ratio dictat, & ad hoc requiritur ſpeciale auxilium: quando ſcilicet omnia apponuntur, quæ neceſſaria

Reſponætur fundamētis primæ opin. ad primū arg.

ad 2. arg.

G ceſſaria ſunt ut opera moralia deliberata ſint uirtuoſa, aut non mala. Maximè quia Apoſtolus dicens, Gentes quæ legem non habent, *Rom. 2.* naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt: legem datam per Moſen excludebat, non gratiam Dei per Chriſtum nobis hominibus communicatam. Sic reſponderunt ad iſtud argumentum Auguſtinus contra Iulianum Pelagianũ, & Hugo de ſancto Victore in ſuis Annotationibus ſuper epiſtolã Apoſtoli ad Romanos. Ad dictum Hieronymi quoque dicimus, illud eſſe ueriſsimum, quia omnia quæ Deus optimus præcipit aut conſulit homini, poteſt homo: ſed refert quidem uidere quomodo ea homo poſsit, quibus uiribus, quo auxilio. Poteſt ergo homo implere omnia mandata & conſilia Dei, ſed utique auxilio gratiæ eius accedente, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Sic dicit Apoſtolus, Omnia poſſum, in eo qui me confortat. Gratia Dei ſum id quod ſum. Plus omnibus laboraui ego, non ego, ſed gratia Dei mecũ. Sic idem Hieronymus in explanatione fidei ad Damaſum Papam, de auxilio Dei ſemper nobis neceſſario. Vnde quidem diuina mandata & conſilia poſſumus implere meritoriè cum gratia gratum faciente, uirtuoſè cum gratia præueniente & iuuante: hoc eſt, ad implendum

B mãdata Dei meritoriè indigemus gratia eius gratum faciente, ſimul & gratia præuenienteatque iuuante; ſed ut Dei mandata conſiliaq́; impleamus ſolummodo uirtuoſè, ſufficit & requiritur gratia Dei præparans & iuuans. Deniq; ut mandata Dei impleamus meritoriè aut uirtuoſè, neceſſaria eſt nobis Dei gratia: quin immo non ſolùm ut ea impleamus, ſed etiam ut illa implere concupiſcamus: nam & in hoc iam eſt quædam in nobis uoluntas bona, quam non habet homo niſi cum gratia Dei, præparante atque iuuante.

Idẽ Magiſter ſen. de auxilio ſemper neceſſario. Lib. 2. Diſt. 28. & 36.

Ita reſpondet Auguſtinus in De gratia & libero arbitrio, ubi cum aſſeruiſſet quòd gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum facit ut lex impleatur, ut natura liberetur, ne peccatum dominetur, & omnia noſtra bona opera, noſtram fidem, & noſtram bonam uoluntatem in Deum retuliſſet auctorem principalem: reſpondendo ad quoddam argumentum Pelagianorum quod uel erat iſtud cui modo reſpondemus, uel huic ſimilimum, dicit, Magnum aliquid Pelagiani ſe ſcire putant, quãdo dicunt, Non iuberet Deus quod ſciret non poſſe ab homine fieri. Quis hoc neſciat? Sed ideo iubet aliqua quæ non poſſumus, ut nouerimus quid ab illo petere debeamus. Ipſa eſt enim fides, quæ orando impetrat, quæ lex imperat. Denique ipſe qui dixit, Si uolueris conſeruabis mandata;

Cap. 14. et 15. tom. 7.

Cap. 16.

in eodem libro Eccleſiaſtico aliquanto poſt, C dicit, Quis dabit in ore meo cuſtodiam, & *Eccl. 22* ſuper labia mea ſignaculum aſtutum, ne forte cadam ab eo, & lingua mea perdat me? Iam certè mandata acceperat, Cohibe linguã *Pſal. 33.* tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolũ. Cum ergo uerum ſit, quod dixit, Si uolueris, conſeruabis mandata; cur quærit in ore ſuo dari cuſtodiam, ſimilis ei qui dicit in Pſalmo, Pone domine cuſtodiam ori meo? Hæc Auguſtinus. Qui cum ibi multa poſuiſſet, quibus conſtat uiros ſanctiſsimos qui Dei mandata ſciebant, à Deo opera mandatorum poſtulaſſe tanquam ſoli non poſſent ea facere, & ad ea facienda Dei gratia indigere; ſic tandem reſpondet, Certum eſt enim nos mandata ſeruare ſi uolumus, ſed quia præparatur uoluntas à Domino, ab illo petendum eſt ut tantum uelimus, quantum ſufficit ut uolendo faciamus. Certum eſt nos uelle cum uolumus, ſed ille facit ut uelimus bonum, de quo dictum eſt, quod paulò ante poſui, quod præparatur uoluntas à domino, de quo dictum eſt, A domino greſſus hominis dirigentur, *Pſal. 36.* & uiam eius uolet: de quo dictum eſt, Deus *Philip. 2.* eſt qui operatur in uobis & uelle & operari. Certum eſt nos facere cum facimus, ſed ille facit ut faciamus, præbendo uires efficaciſsimas uoluntati, qui dixit, Faciam ut in iuſti- D ficationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis & faciatis. Cum dicit, Faciam ut faciatis; quid aliud dicit, niſi, Auferam à uobis cor lapideum, unde non faciebatis, & dabo cor carneum unde faciatis? Et hoc quid eſt, niſi, Auferam cor durum, unde non faciebatis, & dabo cor obediens unde faciatis? Hæc ille. Poſſumus igitur implere omnia mãdata & conſilia Dei, ſed cum adiutorio gratiæ eius: qui ſicut eſt clementiſsimus, ſic dat omnibus hominibus ſuæ gratiæ adiutoria, quibus dat ſuæ legis mandata uel conſilia: pater, dominus, pius, iuſtus, ſanctus, miſericors. Ad tertium. Similiter dicimus, Omnia peccata uitare, omnesq́; tentationes uincere ac ſuperare ualemus: ſed quoque cum *Ad 3. argum.* adiutorio Dei, iſto, uel illo. Hoc eſt, quia peccata uitamus, & tentationes uincimus meritoriè, cum gratia gratum faciente: ſed moraliter uirtuoſè, cum gratia iuuante. Sic dicit Apoſtolus, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chri- *1. Cor. 15.* ſtum dominum noſtrum. Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum. Fidelis Deus qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſsitis ſuſtinere. Sufficit tibi gratia mea. Etiam in oratione dominica ſic petimus, Et

E ne nos in ducas in tentatioñe. In Pſalmis quoque legimus, *Pſal. 17.* Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum. *Pſal. 117.* Impulſus euerſus ſum ut caderem, & dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. Apoſtolus iterum memoratis tentationibus, quibus ſancti non poſſunt diuelli à Charitate Chriſti, ait, In his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos: ubi litera Auguſtini habet, Per eum qui dilexit nos. Idem determinauit Concilium Mileuitanum, in quo ſic habetur, Quicunque dixerit gratiam Dei qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ad ſolam remiſsionem peccatorum ualere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium ut non committantur, Anathema ſit. Innocentius Papa reſcribens patribus qui interfuerunt Concilio Carthaginenſi, atque inuehens in Pelagium & Cœleſtium dicentes, poſſe nos homines per noſtrum liberum arbitrium tentationes uincere, inquit, Neſcientes quòd niſi magnis precibus in nos Dei gratia implorata deſcendat, nequaquam terrenæ labis & mundani corporis uincere conemur errores. Infra. Ne-

F ceſſe eſt ut quo auxiliante uincimus, eo iterum non adiuuante uincamur. Huc ſpectat, *Apoc. 4.* quod in Apocalypſi legimus ſeniores adorare uiuentem in ſæcula ſæculorum, mittentes coronas ſuas ante thronum: ſuper quo uerbo Gregorius in moralibus dicit, Coronas ſuas ante thronum mittere, eſt certaminum ſuorum uictorias, non ſibi, ſed auctori tribuere: ut ad illum referant gloriam laudis, à quo ſe ſciunt uires accepiſſe certaminis. Hæc & multa alia uidens bonus ille & doctiſsimus uir, Ioannes Capreolus Tholoſanus, ab ipſa ueritate uictus, reſpondendo quibuſdam argumentis Gregorii Ariminenſis contra ſuam *Lib. 2. Diſt. 28. Queſt. 1. Art. 3.* quartã concluſionem inductis, ita fatetur in genere, Ad omnia iſta dicitur, quod utique concludunt, & probant, quòd nullus homo nec in ſtatu peccati mortalis, nec in ſtatu gratiæ gratum facientis, poteſt laudabiliter reſiſtere tentationi ſine ſpeciali auxilio Dei. Hæc eſt ſententia Capreoli, & ita ipſe intelligit ſanctum Thomam. Omnibus ergo tentationibus poſſumus reſiſtere, cunctaſq; tentationes poſſumus uincere: ſed hoc, cum adiutorio gratiæ Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Inter doctores Scholaſticos de hac re loquentes, Gregorius Ariminenſis & Ioannes Capreolus magis placent: magis enim ipſi ſecundum ſcripturas diuinas & doctores ſanctos locuti ſunt, eoq; magis audiendi. *ad 4. argum.* Ad quartum. Poſſumus quidem nos homines conuertere noſmetipſos ad Deum, atque hoc in manu noſtra eſt: ſed hoc non ualemus niſi ipſo Deo præueniente nos, uocante, excitante, præparante, iuuante. Ob quod legimus, Conuerte nos domine, & conuertemur. Conuerſio hominis ad Deum, uoluntaria eſt, & ad bonam uoluntatem pertinet: non enim poteſt ea uoluntas non bona eſſe, quæ ſe ad Deum conuertit. De uoluntate autem bona, quid dicit ſcriptura diuina? Præparatur uoluntas à domino. Qui ſeſe conuertit ad Deum, cognoſcit, amat, & colit illum, illiq; obedit: quia aliàs, non ſe ad Deum, ſed ad creaturam uel peccatum conuertit. Ad iſtud autem non poteſt peruenire homo ſine Dei gratia præueniẽte, ut ſatis conſtat ex dictis: maximè quia qui ſe ad Deum conuertit, ad Deum uenit, & ad Deum appropinquat, cui non corporis ſed cordis greſsibus appropinquamus. Dicit autem Saluator noſter, Ego ſum uia, ueritas, & uita; nemo uenit ad Patrem, niſi per me. Nemo uenit ad me, niſi Pater meus qui miſit me, traxerit eum. Et quidem ſicut dicit ſcriptura, ſancta, Hominis eſt præparare animum. Ita quoque dicit, A domino greſſus hominis dirigentur, & uiã eius uolet. Et miſericordia eius præueniet

H me. Rurſus, cùm conuerſio hominis ad Deũ, ſit immediata diſpoſitio conuerſionis Dei ad hominem per gratiam gratum facientem: ſicut legimus, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos: Quis hominum audeat ſubtrahere illam hominis conuerſionem de gratia Chriſti, & de meritis paſsionis eius? Quidem, idem agens introducit formam, & diſpoſionem immediatam ad illam. Manifeſtè dicit ſcriptura ſancta, Conuerte nos domine, & conuertemur. Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. Cor mundum crea in me Deus. Deus in adiutorium meum intende. Et ſimilia. *Ad arg. Scoti.* Ad argumentum Scoti. In nullo Deus facere iniuriam hominibus poteſt, aut accepta tor perſonarum eſſe: ſua ſunt omnia, nos & noſtra. In tota maſſa filiorum, Adæ, natura omnes ſumus filii iræ: ſi quos Deus ſine ulla diſpoſitione iuſtificaret, miſericordiam illis largiretur; & ſi alios in ſua eorum miſeria relinqueret, illoſq; ad pœnam ordinaret, ſine dubio iuſtè faceret. Ordinauit autem ipſe pius & miſericors, peccatores adultos qui peccato originali peccatum aliquod actuale mortale addiderunt, non iuſtificari niſi per mediam pœnitentiam formalem uel uirtualem, ut infra ſuo loco oſtenditur: ſed ipſam pœnitentiam talem non poſſumus habere homines niſi cum adiutorio Dei pertinente ad gratiam eius quam nobis meruit Saluator noſter.

A ſter. Vnde ipſa pœnitentia, donum Dei ap-
2.Tim.2 pellatur, & eſt. Sic dicit Apoſtolus, Ne forte
det illis pœnitentiam ad cognoſcendam ueri
tatem, & reſipiſcant, à diaboli laqueis. Hoc
Epiſ.106. totum docet Augnſtinus in quadam epiſtola
tom. 2. contra Pelagiuin, dicens, Fateatur quando
contra tentationes concupiſcentiasq; illici-
tas dimicamus, quamuis illihic habeamus &
propriam uoluntatem; non tamen ex illa,
ſed ex adiutorio Dei noſtram prouenire ui-
Ibidem. ctoriam, Inſra, Fateatur ſecundum gratiam
& miſericordiam Dei, ueniam pœnitentibus
dari, non ſecundum meritum eorum; quan-
doquidem etiam ipſam pœnitentiam donum
Dei dixit Apoſtolus, ubi ait de quibuſdam,
2.Tim.2 Ne forte det illis Deus pœnitentiam. Idem
in De fide ad Petrum, inquit, Firmiſsimè te
Cap.31. ne & nullatenus dubites, neminem hic poſſe
hominum pœnitentiam agere, niſi quē Deus
illuminauerit & gratuita miſeratione con-
tom.7. uerterit. In De gratia & libero arbitrio, Niſi
donum Dei ipſa conuerſio eſſet, non ei dice
retur, Deus uirtutum conuerte nos. Et con
Lib.5. tra Iulianum Pelagianum, Quamtamlibet,
Cap. 9. inquit, præbeat Deus patientiam, ſcilicet ex
Tom.7. pectando & ſuſtinendo peccatores; niſi ipſe
dederit, quis agit pœnitentiam? Quaſi dicat,
Nullus. Atque hoc probat ſtatim, per iam al
B legata uerba Apoſtoli. Rurſus quòd pœniten
tia ſit donum Dei, latè proſequitur Ambro-
ſius ſuper Lucam, & in De uocatione Gen-
Lib.2. tium: Ambroſium ſequitur etiam Auguſti-
cap.9. nus in De Gratia Chriſti & peccato originali,
Cap. 45. eo præſertim loco ubi agit de pœnitentia Pe-
tom.7. tri Apoſtoli, de qua etiam ſpecialiter multa
ad 1. arg. dixerat Ambroſius. Ad primum argumen-
Ockan. tum Ockam. Negatur in primis quòd homo
poſt peccatum ex puris naturalibns poteſt
habere rectum dictamen de aliquo diligendo
quod dictamē ſit opus morale, deliberatum,
uirtuoſum, uel non malum: maximè circa
Deum, de diligendo ipſum ſnper omnia. Hoc
eſt enim quod ſatis monſtratum eſt, non poſ
ſe nos homines poſt peccatum in ueri Dei co
gnitionem uenire, aliquod'ue opus morale
deliberatum uirtuoſum uel non malum ope
rari, ſine Dei adintorio ſpeciali pertinente ad
gratiam redemptionis: unde argumentum
nihil facit, qnia ſupponit quod probare de-
buit. Deinde peccat idem argumentum in
minori, ideſt, in ſecunda præmiſſa. Quando-
quidem ſtante recto dictamine in intellecto
de aliquo diligendo, ſeu de aliquo faciendo
aut deuitando, eligendo uel fugiendo: adhuc
uoluntas non poteſt habere actum ſuum for
malem elicitum conformem, moralem, deli
beratum, uirtuoſum, aut non malum, ſine
ſpeciali Dei auxilio. Et ſiquis dixiſſet infir-
miorem eſſe uoluntatem ad uirtuoſè eligen- C
dum aut nolendū, quàm ſit intellectus ad uir
tuoſè dictandum aut cognoſcendum: quis il
lum efficaciter, aut irrefregabiliter impugna
re poſſet? Ad ſecundum argumentum eiuſdē
doctoris, ſimiliter dicitur iuxta prædicta,
quòd uoluntas hominis poſt peccatum ſine
adiutorio gratiæ Dei pertinente ad gratiam
redemptionis quam nobis meruit Saluator
noſter, non poteſt habere actum circa obie-
ctum ſibi oſtenſum, moralem, deliberatum,
uirtuoſum, uel non malum: ſed ſuis naturali-
bus relicta, omnis actus moralis deliberatus
quem habuerit, neceſſariò erit defectuoſus:
ſcilicet, uel deficiet in aliqua circunſtantia ne
ceſſaria, uel habebit appoſitam aliquam cir-
cunſtantiam nialam, uel habebit exceſſum in
modo, aut in affectione rerum conceſſarum.
Diuus Ambroſius in De Vocatione Gentiū,
poſtquàm de natura humana in præuaricatio
ne primi hominis uitiata egit, dicit quòd ēt
inter beneficia Dei, atque inter præcepta &
auxilia eius ſemper in deteriorem eſt procli-
uior uoluntatem, cui committi non eſt aliud
quàm dimitti: de humana uoluntate ita con- *Lib.1.*
tinuat, dicens, Hæc itaque uoluntas uaga, *Cap.2.*
incerta, inſtabilis, imperita, infirma ad effi-
ciendum, facilis ad audendum, in cupiditati
bus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, D
ſuſpitionibus inquieta, gloriæ quàm nirtu-
tum auidior, famæ quàm conſcientiæ diligen
tior, & per omnem ſui experientiam miſerior
fruendo his quæ concupiuerit, quàm caren-
do, nihil in ſuis habet uiribus, niſi periculi fa
cilitatem. Quoniam uoluntas mutabilis quæ
non ab incommutabili uoluntate regitur,
tanto citius propinquat iniquitati, quanto
acrius intenditur actioni. Hæc Ambroſius.
Ille igitur reſpondet. Ad tertium argumen-
tum eiuſdem Ockam, per ſe conſtat reſpōſio:
aſſumit enim id quod eſt falſiſsimum, poſſe
uoluntarem humanam ex ſe in actum bonū,
ſicut poteſt ex ſe in actum malum: hoc eſt,
poſſe uoluntatem humanam ex ſe facere a-
ctum bonum, eo quòd poteſt ex ſe facere a-
ctum malum. Videt quàm nihil ualet iſtud
argumentum, qui nouit quàm facilè magis
eſt errare, quàm dirigere. Vbi, quæſo, ualet
argumentum, quòd ſi ex nobis errare poſſu
mus: quoque ex nobis dirigere ualemus?
Vbi ualet argumētum quòd ſi ex me poſſum
facere quod mihi eſt magis facile; quoque ex
me poſſim facere quod mihi eſt magis diffici
le? Omnes ſapientes tractatores dixerunt dif
ficile eſſe homini agere ſecundum uirtutem,
& facile eſſe homini agere ſecundum uitium.
Videatur Ariſtoteles in ſuis Ethicis. Imnio *Lib.2.*
uideatur quotidiana & communis omnium

E experientia. Probatio autem illius doctoris ualde eſt miranda, ne dicam, ridicula. Sic enim probat, Quia cùm actus meritorius & demeritorius ſint contrarii, non eſt maior repugnantia actus meritorii ad naturam in ſolis naturalibus conſtitutam, quàm ſit actus demeritorii ad eandem. Reſpondemus enim quòd quoad ſuſceptionem eſt uerisſimum, quia æquale eſt alicuius ſuſceptibilis ſuſcipere aliquid, uel eius oppoſitum: ſed quoad actionem eſt falſisſimum, quia non eſt eiuſdẽ agentis æqualiter poſſe aut agere contraria, ſi alterum contrarium requirit maiores uires actiuas. Aequaliter poteſt homo ex ſe habere paſsiuè omnes errores, contra omnes ueritates: pariter & omnes ſcientias, illis erroribus oppoſitas. Nunquid ita æqualiter poteſt ex ſe habere actiuè omnes ſcientias, ſicut poteſt ex ſe habere actiuè omnes errores? Abſit. Alioquin homo naturaliter, ex ſe poſſet ſcire omnem ueritatem creditam de ſanctisſima Trinitate, & aliam quamlibet nobis reuelatam: & poſſet ſcire determinatè quot aſtra ſunt in cælo, & quæ in cælo fiunt, & in qualibet parte orbis. Quandoquidẽ contra quamlibet ueritatem harum rerum, poteſt homo ex ſe errare. *Ad arg. Adæ.* Ad argumentum Adæ, per ſe quoque conſtat reſponſio: non enim agimus de illis quæ poteſt homo cum habitu, uel ſine habitu: ſed agimus de illis quæ

F poteſt homo cum auxilio Dei ſpeciali, aut ſine illo. Quæ quæſtio, magis profectò eſt de actu, quàm de habitu: quia magis eſt de illis quæ homo directè agit, quàm de illis quæ naturaliter ſequuntur frequentatam hominis actionem. Quicquid ergo ſit de habitu, acquiſito uel infuſo; de actu ita conſtanter dicimus, Non poſſumus nos mortales Adæ filii ſecundum communem legem uiuentes, habere actum moralem deliberatum uirtuoſum aut non malum, ſine ſpeciali adiutorio Dei pertinente ad gratiam redemptionis. Hoc eſt, quod probatum eſt hactenus. *Ad probationem Gabrielis* Ad probationem primæ concluſionis Gabrielis, eodem modo reſpondemus, ſicut iam eſt reſponſum: formaliter, uel æquiualenter. Multa poteſt homo ex ſuis naturalibus cum ſolo generali influxu per intellectum tum ſpeculatiuè, tum practicè cognoſcere, & per uoluntatem amare: ſed quicquid ſit de hoc, ſine ſpeciali adiutorio Dei pertinente ad gratiam redemptionis, non poteſt homo habere actum alicuius potẽtiæ ſuæ, moralẽ, deliberatum, uirtuoſum, aut non malum. Poteſt homo cognoſcere bonum honeſtum ex ſuo genere, ut dare eleemoſynam pauperi indigenti, honorare parentes, & ſimilia: poteſtq; in ſua mente dictare quòd bene uiuendum eſt, & poteſt per intellectum illi dictamini aſſentiri, atque per uoluntatem ſeſe illi conformare: ſcilicet appetendo quodammodo bonam uitam. Eſt enim unum primum principium practicum per ſe notum, quòd bene uiuendum eſt. Quòd autem bene uiuendum eſt

G propter honeſtatem, non eſt ita per ſe notũ: ſed de hoc multi dubitauerunt, immo contrarium dixerunt aſſerentes bene uiuendum eſſe propter uoluptatem, ut Epicurus & multi alii qui Epicurum ſecuti ſunt. Vnde cum olim multi dixiſſent procurandas eſſe uirtutes & bene uiuẽdum propter utilitatem quæ pertinet ad affectionem commodi, non propter honeſtatem quæ pertinet ad affectionẽ iuſtitiæ: contra illos grauiter inſurrexerunt Plato & Ariſtoteles, Academici & Peripatetici, probantes & ſuadentes procurandas eſſe uirtutes non ſolùm propter commoditatem, ſed propter earum honeſtatem maximè. Sed age, concedamus quòd per ſe notũ eſt, eſſe nobis hominibus bene uiuẽdum propter honeſtatem uirtutum, affectionemq; iuſtitiæ: quid tum? Quidem nihil inde eſt contra nos. Tum quia & ſi intellectus posſit illud dictamen formare, & illi aſſentiri naturaliter, tanquam principio per ſe notisſimo: manifeſtum eſt, quòd niſi Deus induxerit H illud dictamen in mentem uenire non poterit. Dei enim eſt quod in mentem nobis ueniat formare dictamen quo cognoſcamus bene uiuendum eſſe propter honeſtatem, qui potuimus maiori facilitate formare dictamina quibus cognoſceremus bene uiuẽdum nobis eſſe propter cupiditatem, uoluptatem, commoditatem, lucrum acquirendum, uel damnum deuitandum. Tum quia ille actus intellectus, ſcilicet ita dictare, uel illi dictamini aſſentiri, non poteſt eſſe moralis, deliberatus, uirtuoſus, aut non malus, niſi deliberata uoluntas illũ præcipiat aut eligat cum omnibus circunſtantiis requiſitis boni, & ſine ulla mala circunſtantia appoſita, atque non excedendo in affectione: profectò talem uoluntatem nos habere non ualemus, niſi Deo nos præueniente, atque præparante. Iam enim illa eſt bona uoluntas; de bona uerò uoluntate morali, deliberata, meritoria, uirtuoſa, aut non mala, ita legimus, Præparatur uolũtas à Domino. Ecce igitur quid dicimus de illo dictamine, quod in mente formamus, mentaliter dicentes, Bene nobis hominibus uiuendum eſt, faciendo bonum, & deuitando malum, propter honeſtatem. Siue illud quoquo modo posſimus habere aut formare naturaliter cum ſolo generali influxu, ſiue non: nihilominus illum talem actum moralẽ, deliberatum, uirtuoſum, aut non malum non

poſſumus

A poſſumus exercere, formare, aut operari, niſi præueniente auxilio gratiæ Dei, per Chriſtum dominum noſtrum. Nos autem de omnibus & ſolis operibus ſeu actibus hominis moralibus, deliberatis, meritoriis, uirtuoſis, aut non malis, agimus. Porrò eo dictamine quouis modo ſtante in intellectu, adhuc liberum eſt uoluntati ſeſe illi conformare, aut non: de uolitione loquendo deliberata, atque efficaci: quicquid ſit de nolitione quadam ſecundum quid, inefficaci, exili, fragili: de qua infra, ſuo loco. Simile argumentum fecit Scotus probando quòd poſſit angelus malus habere aliquem actum bonum: non tantum ex genere & ex circunſtantia obiecti, ſed etiam ſecundum omnes circunſtãtias, quæ, faciunt actum moralem eſſe perfectum bonum moraliter. Dicebat enim, Intellectus angeli nõ eſt ita excæcatus quòd erret circa principia practica, quia ſunt nota ex terminis, ſicut & principia ſpeculatiua: & ideo cùm angelus poſſit terminos apprehendere & eos componere, poteſt ueritati illius principii aſſentiri. Ex illo autem principio poteſt deducere concluſionem practicam neceſſariam, & ſi non cognoſcat diſcurrendo, poteſt concluſio uideri ab angelo in principio, ſicut à nobis ex principio demonſtratiuè deducitur: igitur ſicut uoluntas noſtra de

Lib. 4. In reſpon. Diſt. 7. Quæſt. 3. Lib. 2.

B tali concluſione deducta, ex tali principio poteſt habere uolitionem rectam, ita angelus ſequendo dictamen intellectus ſui, poteſt habere uolitionem bene circunſtantionatam. Reſpondet Gregorius de Arimino, Dico quòd: ſi malitia eſt corruptiua principii, ut dicitur .6. Ethic. ſatis rationabiliter dici poteſt quòd in talibus principiis practicis erret malitioſiſsimi diaboli intellectus. Secundò: poſito quòd non, adhuc non concluditur quod intenditur, Tum quia quòd tale principium ſibi ueniat in mentem, & ſi uenerit quòd ſub ipſo ſibi aliquid ſumendum occurrat, non eſt in eius poteſtate, ſicut nec hominis. Sicut docet Apoſtolus, in uerbis iam allegatis: Tum quia adhuc habita notitia concluſionis practicæ, adhuc ſine gratia Dei nõ poteſt uoluntas conformabiliter elicere bonum uelle: quinimmo fuit unus errorũ Pelagii, quòd gratia Dei neceſſaria nobis erat ſolum, ut ſciremus quid eſſet agendum: quoniam habita tali ſcientia, in poteſtate noſtra erat uelle quod, uolendum eſſe ſciebamus. Hæc Gregorius. Similiter in propoſito reſpõdetur ad iſtud argumentum Gabrielis. Conſequenter ad ſuam confirmationem dicitur, id quod iam patet ex multis, non poſſe nos filios Adæ diſponere nos metipſos ad gratiam gratum facientem niſi cum adiutorio gratiæ

Lib. 2. diſt. 7. quæſt. 1. art. 1.

Dei: poſſe quidem igitur, & non poſſe; poſſe cum adiutorio, non poſſe ſine illo. C Non enim diſponitur homo ad iuſtificationem niſi per bonum, quia per malum non diſponitur, ſed longius protrahitur: Longè à peccatoribus ſalus. Iniquitates ueſtræ, diuiſerunt inter uos & Deum ueſtrum. Qui elongant ſe à te, peribunt. Bonum autem bene operari non poſſumus Adæ filii, niſi cum adiutorio gratiæ Chriſti, qui ideo uenit in hunc mundũ ut nos faceret ſanctos, iuſtos, bonos. Donum Dei eſt, quicquid eſt, per quod ad gratiam facientem diſponimur: fides, ſpes, charitas, pœnitentia, & omne aliud. Ad probationem ſecundæ concluſionis Gabrielis, eodem modo reſpondemus, negando ſcilicet quòd intellectus ex ſuis naturalibus poſſit rectè circa agenda deliberare, moraliter & deliberatè, uirtuoſè, aut non malè, ſine Dei adiutorio. Argumentum enim ſupponit id, quod ſibi uel eius auctori erat probandum: aut ſi loquitur de alia rectitudine quæ non ſit moralis, deliberata, uirtuoſa, ſiue nõ mala, non eſt ad propoſitum. Nos enim de his agimus; ut conſtat ex dictis. Quòd uerò dicit Auguſtinus, peccatum ita eſſe uoluntarium, ut ſi non ſit uoluntarium, non ſit peccatum: ita ſecundum ipſum intelligitur, quòd cum adiutorio Dei omne peccatum uitare, & ſine peccato eſſe ualemus: non aliter. D Ita reſpondet ipſe freqnẽtiſsimè, contra Pelagium & Pelagianos omnes. Ad dictum Hieronymi iam ſatis reſponſum eſt ſupra. Poſſumus diuina mandata, diuinaq; conſilia implere; ſed cum adiutorio ſpeciali eius qui præcipit aut conſulit, quantum ad impletionem moralem, deliberatam, meritoriam, uirtuoſam, uel non malam. De alio modo implendi non loquimur. Ad probationem primæ partis tertiæ concluſionis, nõ ſecus dicimus, Valemus ea opera facere in ſuo genere, ex noſtris naturalibus cum ſolo influxu generali: ſed ut illa faciamus deliberatè, meritoriè, uirtuoſè, aut non malè; indigemus Dei adiutorio ſpeciali. Difficilimum eſt nobis hominibus poſt lapſum operari ſecundum uirtutẽ uel non malè, dirigere uel non errare, in noſtris operationibus moralibus deliberatis; rarum, & optimum. Neque hoc poſſumus, niſi diuinitus adiuti. Tantum ualet in nobis noſtra affectio commodi, ſeu quod tantundem ualet, noſtra cupiditas: amor boni delectabilis, aut utilis. Penè ſuffocat, aut extinguit noſtram affectionem iuſtitiæ, noſtrum amorem boni honeſti. Quantum igitur ad ſecundam opinionem, quid? In eo quod fatetur non poſſe nos mortales ſine adiutorio gratiæ Dei cognoſcere, uelle, & operari omnia bo-

Reſpondetur ſecundæ opin.

E na moralia nobis proportionata, nec imple-
re omnia diuina mandata, nec uitare omnia
peccata, nec diſponere nos immediatè ad gra
tiam gratum facientem: in eo in quam, quòd
ita fatetur, illam amplexamur; nobis enim
aſſentitur. In eo autem quòd dicit, poſſe nos
homines operari non nulla bona moralia no
bis proportionata, implere non nulla diuina
mandata, aut deuitare non nulla peccata, ſi
ne adiutorio Dei ſpeciali, ſed noſtris natura
libus cum ſolo generali influxu: non eam ad
mittimus, ſed negamus, fugimus. Scilicet ſi
hoc intelligunt, ut re uera intelligere uiden-
tur; tanquam nos homines per noſtra natura
lia cum ſolo generali influxu poſsimus hæc
uel aliquod horum operari moraliter delibe-
ratè, uirtuosè, uel non malè. Quia igitur hæc
opinio nititur prius probare ſuum intentũ,
ex illo homine ſuo ficto deducendo argumen
tum ad hominem uerum: oportet reſpondea
mus ad probationes ſuæ primæ concluſionis,
quæ eſt de poteſtate ſui ficti atque imaginarii
hominis. Aliæ enim quia ad propoſitum non
faciunt, omittentur. Concedimus ergo illis,
naturam eſſe omnium effectuũ, ut ſuas qui-
que repreſentent cauſas: concedimus ingeni
um eſſe homini, cauſas rimari per effectus,
per effectusq; eleuari ad inquiſitionem & co
gnitionem cauſarum: concedimus Deum
optimum maximum, eſſe omnium rerum ex
tra ſe, tum ſenſibilium, tum intelligibilium
F cauſam primam & finem ultimum. Omnia
hæc ſunt ualde concedenda. Ex iſtis autem
nihil aliud ſequitur, niſi hominem eſſe aptum
natum, Deum per creaturas inquirere, & co
gnoſcere: ſcilicet non ſtatim ipſas creaturas
uidendo, ſed per diſcurſum atque ſtudium ex
creaturis ad creatorẽ deducendo. Non enim
ſumus angeli, qui uiſis principiis, ſtatim in
ipſis uident ſimul concluſiones: ſed ſumus ho
mines, ideſt, rationales, qui non ſtatim in
principiis concluſiones uidemus, ſed diſcur-
rendo per ſtudium ex principiis cõcluſiones
deducimus: cauſam per effectum, uel effe-
ctum per cauſam. Vnde & ex hoc naturali no
ſtro modo cognoſcendi, & ex ipſo modo quo
creaturæ Deum repreſentant: non poteſt eſſe
dubium, quin homo ut ueniat in Dei cogni
tionem per creaturas, magno & graui indi-
geat ſtudio, longo tempore, & alta conſide-
ratione. Maximè quia, Deum unum eſſe, li
cet ſit per ſe notum quoad ſe, non tamen eſt
per ſe notum quoad nos: ſed quoad nos eſt
probabile, demonſtrabile, credibile: ratio-
ne, demonſtratione, fide. Studium ergo no
bis hominibus eſt neceſſarium, & alta medi-
tatio, ut per creaturas in cognitionem unius
& ueri Dei ueniamus. Quale ſtudium? Non
merè naturale, quod fluat ex principiis natu G
ralibus merè naturaliter: neque ſtudium in-
differens, quod procedat ex ſola imaginatio-
tione: Nam ſi eſſet merè naturale, eſſet idem
apud omnes; ſi autem eſſet ex ſola imagina-
tione, quantum duraret, quid quæreret,
quid inueniret, quid concluderet? Quale er
go ſtudium? utique morale deliberatum. De
hoc itaque dicimus, ſi eſt uirtuoſum, aut nõ
malum, Deo auctori principali eſt tribuen-
dum: ſi eſt malum aut uitioſum, qualem
pariet moralem cognitionem? aut quo mo-
do in ueri Dei cognitionem perueniet? In
maleuolam animam non intrabit ſapientia,
neq; habitabit in corpore ſubdito peccatis.
Et quicquid ſit de aliis, Nemo quærit Deum
ſine Deo, excitante, præparante, ducente,
iuuante. Multa ſunt in mundo ad quæ nos
homines noſtra ſtudia applicare ualemus fa-
cilius, ad delectibilia propinquiora ſenſibus,
& ad omnia utilia ſecundum corpus: unde ſi-
ne dubio Dei eſt, quòd illa noſtra ſtudia inqui
ſitionibus rerum diuinarum, & cognitioni-
bus earum applicamus. Quòd ergo noſtrum
ſtudium Deo, & non aliis rebus applicemus,
Dei eſt: nec eſt in noſtra poteſtate, quid bo-
ni nobis ueniat in mentẽ. Quòd igitur Deum
quærimus ſtudio noſtro morali deliberato
uirtuoſo uel non malo, opus eſt Dei, munus
eius, atque donum; qui nos præuenit, præ-
parat, dirigit. Si autem malum eſt noſtrum H
ſtudium, ſtudioq; noſtro malo Deus ſeipſum
offert cognoſcendum: maior eſt gratia, &
manifeſtum eius munus. Non eſt per ſe no-
tum quoad nos, unum Deum eſſe: quia mul
ti de hoc dubitauerunt, ut conſtat de idolola
tris: immo quia quidam hoc negauerunt, ut
legamus, Dixit inſipiens in corde ſuo, non
eſt Deus. Eſt tamen cognoſcibile per crea-
turas, unum Deum eſſe: quia hoc docet A-
poſtolus ad Romanos, dicens, Inuiſibilia *Rom. 1.*
Dei per ea quæ facta ſunt, & etc. Tripliciter
autem poſſumus maximè uenire in cognitio
nem Dei per creaturas, ſecundum tria, quæ
maximè poſſunt cõſiderari in creatura. Crea
tura enim eſt, ens productum ab alio de ni-
hilo. Quia ens, aliquam perfectionem im-
portat: quia producta ab alio, cauſam efficiẽ
tem habet: quia de nihilo, uertibilis eſt in ni
hil ſubtracta influentia conſeruantis. Vnde
triplex eſt uia principalis, inueſtigandi Deũ
per creaturas; uia eminentiæ, quantum ad
primum: uia cauſalitatis, quantum ad ſecun-
dum; uia remotionis, quantum ad tertium.
Siue ergo procedamus ex prima uia, quæren
do, an in perfectionibus ſpecificis eſt dare ſu
premum in quo eſt ſtatus, an non: ſiue proce
damus ex ſecũda uia, oſtendendo quod inter
cauſas

A causſas efficientes per ſe ordinatas, eſt dare
primam, uel ſupremam: ſiue procedamns ex
tertia uia, demonſtrando quòd qnicquid eſt
ab alio, poteſt non eſſe quantum eſt de ſe, ſci-
licet per ſubtractionem influentiæ: Quidem
ut per aliquem diſcurſum horum, uel aliquē
alium, ueniamus in conguitionem Dei, Dei
adiutorio ſine dubio indigemus. Oportet e-
nim, ut ſapientiſsimè procedamus; & rurſus,
ut pientiſsimè concludamus. Itaque, poſſu
mus uenire in cognitionē creatoris per crea-
turas, ſed hoc cum eius adiutorio qui dicit,
Ioan. 15. Sine me nihil poteſtis facere: omnino ſicut
poſſumus eius mandata ſeruare, atque pec-
cata deuitare, cum eius adiutorio. Si bonum
eſt hominis ſtudium quo Deum quærit, Dei
donum eſt, quia omne bonum eſt à Deo: ſi
autem eſt malum, & illi malo hominis ſtudio
Deus ſe offert cognoſcendum, maior eſt gra-
Eſai. 65. tia Dei. Quemadmodum & illa magna gra-
Rom. 10. tia Dei fuit, de qua legimus ipſum dicere, In
uentus ſum à non quærentibus me, palàm ap
parui iis qui me non interrogabant. Dei do-
num eſt, quocunque modo in Dei cognitio-
nem ueniamus: ſiuæ per creaturas, ſiue per
ſcripturas, ſiue per prædicationem externā,
ſiue per internam reuelationem. Confirmāt
ſuam opiniouem ex illo Apoſtoli, Quia quod
B notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis: Deus
enim illis maniſeſtanit. Sed hæc uerba Apo
ſtoli, excludunt profectò legem ſcriptam,
qnia Philoſophi Gentiles ſine lege ſcripta,
Deum per creaturas cognouerunt: non ta-
men excludunt diuinum adiutorium per gra
tiam Chriſti, quam idem Apoſtolus tantope
re prædicabat, exaltabat, commendabat.
De hoc autem hactenus, quia iam ſatis mon
ſtratum eſt ex eodem loco Apoſtoli, & ex
multis aliis, atque ex ſanctis doctoribus,
non poſſe nos homines uenire in cognitionē
ueri Dei niſi cū adiurorio gratiæ eius. Quod
adducit, Cœli enarrant gloriam Dei, & ope
ra manuum eius annuntiat firmamentum: ue
riſsimum quidem eſt, & notiſsimum: ſed
nos homines poſt peccatū neque illam enar-
rationem cœlorum, neque illam annuntia-
tionem firmamenti intelligere ualemus, niſi
Deo nos excitante, præueniente, præparan
te, iuuante. Domine, Fac ut intelligam ui-
ſionem. Videbat enim, & non intelligebat.
Quantum autē ad id quod adducit primùm
de cognitione boni honeſti ex primis princi-
piis practicis, atque de operatione confor-
mi; ſatis diximus reſpondendo ad argumen-
ta qnæ adduxit Gabriel, pro prima conclu-
ſione. Idem eſt argumentum, eadem ſit re-
ſponſio: ne eadem ſine neceſsitate multoties
repetamus, faſtidio lectores afficientes. Por
ro quòd arguit poſſe hominem aliquando ui, C
& uiribus naturæ ſuæ uiuere ſecundnm ratio
nem, quia eſt animal rationale, aptum natū
ſecundum rationem uiuere: nihil ualet om-
nino, neque uim ullam habere poteſt ad pro
bandum eius intentum. Sic enim homo eſt
animal beatificabile, aptum natum beatifi-
cari: atque hoc, ex natura ſua; qui tamen nō
poteſt ui, aut uiribus naturæ ſuæ conſequi
beatitudinem. Eſt ergo homo animal ratio-
nale, & poteſt ſecundum rationem uiuere:
eſt animal beatificabile, & poteſt beatificari:
Sed hoc, cum Dei adintorio ad gratiam Chri
ſti pertinente: aliàs uigorem habebit concu-
piſcentia, & latiſsima atque importuniſsi-
ma affectio commodi. Dicunt eſſe perſuaſu
impoſsibile, uires ineſſe ſenſualitati expugnā
di rationem, nullam tamen ſuppetere nirtu-
tem à natura homini, ut ratione uicisſim ſu-
peret ſenſualitatem. Reſpondemus, Habet
quidem homo ex natura, quòd una cupidi-
tate multas cupiditates uincat, ſicut Auguſti-
nus de Romanis dicit quòd una ingenti cu-
piditate humanæ gloriæ, laudis & honoris,
multas cupiditates uincebant: habetq; quòd
affectione commodi, multas affectiones ſen
ſualitatis comprimat, ſcilicet ut id conſequa
tur quod magis optat. Sed qnòd homo ſen-
ſualitatis uincat affectiones moraliter, de li- D
beratè, meritoriè, uirtuosè, ant non ma-
lè, ſolis uiribus humanæ naturæ, hoc non
habet homo ex natura: habet tamen hoc ex
Dei adiutorio ſpeciali, quia talis nictoria de
cœlo eſt. Habet homo ex natura quod bonū
honeſtum aliquo modo cognoſcat, habetq;
ex natura quòd illud aliquo modo concupiſ-
cat: ſed quòd illud plenè cognoſcat, delibe-
ratè, efficaciter uelit, uirtuosè, aut non ma
lè, deliberatè proſequatur, facit gratiæ adiu
torinm. Satis conſtat quantum conglutina-
tur appetitus intellectiuus appetitui ſenſiti-
uo, conſiderando quantum pendet intelle-
ctus à ſenſu cognoſcitiuo: neque eſt ignotum
quàm uehemens eſt affectio commodi, &
quàm primùm iucipit in hominibns habere
motum, actiones, & opera, quàm affectio
iuſtitiæ. De cœlo igitur eſt talis uictoria:
moralis, deliberata, meritoria, ſeu moraliter
uirtuoſa, ſeu non mala. Aſſerunt quòd bonū
naturæ non eſt imminutum, ut ſimus minus
propenſi in bonum, magis'ue in malum pro
cliues: quàm eſſemus in puris naturalibus:
atque hoc ita cōſtanter tenent, ut dicant, con
ſequenter loquendo, totum poſſe circa Deū
& bonū honeſtum hominē Adæ filiū in pecca
tis natum, quantū poſſet homo noſtræ ſpeci-
ei à ſolo Deo in puris naturalibus creatus.
Hæc profectò eſt uerborum ipſius ſententia
quam

E quàm breuiter retulimus. Addit enim pec-
catum eo ſolo, uulneraſſe naturam humanã,
quòd excluſit originalem iuſtitiam: quòd pec
catum Deus qui ſupernaturali dono ueſtie-
rat naturam noſtram, non maiori ſupplicio
peccatricem affecit, quàm denudatam relin
quere; & quòd homo in puris naturalibus
ab homine lapſo non aliter (præter rationem
culpæ) differt in hac parte, quàm uti homo
nudus, qui nunquam fuit indutus, ab homi-
ne nudato, quibus fuerat ueſtitus. Si in illo
homine ficto terminaretur hic ſermo, neque
ad hominem lapſum uſque deduceretur, ni-
hil noſtra referret quid ipſe eſſet, quid ipſe
poſſet: ſcilicet quia neque ille fuit, nec eſt,
neque erit, ſed tantummodo poteſt atque
imaginatur eſſe: aue, ei diceremus, & mane
ret ille ſuo eſſe imaginario & poſsibili contẽ
tus, multa potens, nihil efficiens. Sed quia
ex illo, ad hominem lapſum deducitur argu-
mentum, oportet nos de homine lapſo non
nulla ediſſerere. Quicquid ergo ſit de illo fi-
cto homine, quicquid ille eſſet, aut quicquid
ille poſſet: quidem homo lapſus, hoc eſt,
quiuis Adæ filius naturaliter ab eo propaga-
tus, licet utique quodammodo bonum hone
ſtum cognoſcat, & illud quodammodo con-
F cupiſcat naturaliter, per ſuas naturales po-
tentias cum ſolo generali influxu, ut iam ſa-
tis dictum eſt & conceſſum: non tamen po-
teſt ſine adiutorio Dei pertinente ad gratiam
redemptionis moraliter, deliberatè, merito-
riè, uirtuosè, aut non malè, ſenſualitatem
uincere aut ſenſualitatis pugnam. Hoc mani
feſtè docuit Apoſtolus in multis locis, maxi
mè ad Romanos, atque ad Corinthios: in
Deum auctorẽ per Chriſti gratiam referẽs,
omnem uictoriam quam contra legem mem
brorum, contra legem peccati, contra car-
nem, aut contra carnis concupiſcentiam ha-
bet homo Adæ filius. Neque aliquid tribuit
homini ex natura circa bonum, niſi quòd il-
lud aliquo modo cognoſcat & concupiſcat,
tenuiter, exiliter, ſecundum quid, debiliter:
non quòd illud perficiat, uolens, aut efficiẽs.
Hoc eſt, non quòd illud operetur aut uelit
moraliter, deliberatè, efficaciter, merito-
riè, uirtuosè, aut non malè. Dicit enim in
Rom. 7. perſona generis humani lapſi. Nam uelle ad-
iacet mihi, perficere autem bonum, non in-
uenio. Ecce homo lapſus habet uelle bonum,
& non habet perficere. Quid eſt perficere?
Certè, eſt operari: certè, eſt moraliter deli-
berate ac efficaciter uelle: qui enim ſic uult
bonum, iam perficit. Si autem homo ex na
tura habet uelle circa bonum, ſed non uelle
efficax: quale erit illud uelle niſi in efficax?
Velle uerò inefficax, quidem fragile eſt, ne-
que uincit, ſed uincitur. Vt ergo bonum effi G
caciter uelimus, moraliter deliberatè uirtuo
sè aut non malè, Dei gratia indigemus.
Quod non poſsimus habere uictoriam con-
tra ſenſualitatem expreſsè docuit Apoſtolus
in eodem loco, qui cum dixiſſet, Video au- *Rom. 7.*
tem aliam legem in membris meis repugnan
tem legi mentis meæ, & captiuantem me in
lege peccati, quæ eſt in membris meis: & cũ
exclamaſſet, Infœlix ego homo, quis me libe *Ibidem.*
rabit de corpore mortis huius? Sic reſpondi-
dit, Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Domi- *Ibidem.*
num noſtrum. Ecce totam liberationem no
ſtram de corpore mortis huius, de lege mem
brorum, & de lege peccati, tribuit Apoſto-
lus gratiæ Dei in Chriſto Ieſu Domino no-
ſtro: liberat autem qui uictoriam dat, & lex
membrorum, ipſa eſt ſenſualitas: nihil enim
aliud eſt ſenſualitas, niſi ſenſus corruptus: ſen
ſus ſuis naturalibus relictus, ſenſus præue-
niens rationem & uoluntatem. Chriſtus libe
rat, Chriſtus uictoriam præſtat. Ob quod A-
poſtolus generali ſermone dicit, Deo autem
gratias qui dedit nobis uictoriam per domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum. Non dicit iſtã
uel illam in particulari, ſed dicit uictoriam in
communi: ut omnem noſtram uictoriam lau
dabilem, moralem deliberatam, meritoriã, H
uirtuoſam, uel non malam, tribuamus Chri
ſto. Optimè dixit Auguſtinus contra Pela- *Epiſ. 106.*
gium, Fateatur gratiam Dei & adiutorium *tom. 2.*
etiam ad ſingulos actus dari, eamq́; non dari
ſecundum merita noſtra, ut uera ſit gratia,
ideſt gratis data per eius miſericordiam, qui *Exod. 33.*
dixit, Miſerebor, cuius miſertus ero, & miſe *Rom 9.*
ricordiam præſtabo, cui miſericors fuero.
Fateatur eſſe liberum arbitrium, etiam ſi di-
uino indiget adiutorio. Fateatur quando con
tra tentationes concupiſcentiasq́; illicitas di
micamus, quamuis illhic habeamus & pro-
priam uoluntatem, non tamen ex illa, ſed ex
adiutorio Dei, noſtram prouenire uictoriã.
Hæc Auguſtinus. Ecce homo lapſus non po
teſt habere uictoriam contra tentationes aut
concupiſcentias, niſi cum adiutorio gratiæ,
pertinentis ad gratiam Chriſti Saluatoris no-
ſtri: per inde autem, neque contra ſenſualita-
tem. Eadem enim eſt ratio. Ex hoc uideant
alii, quid de homine illo ficto ſit dicendum:
maximè ſi homo ille fictus & homo lapſus,
æqualiter dicantur poſſe uel non poſſe circa
bonum. Quoad nos noſtra demonſtratio pro
cedit, quia uires habet ex diuina ſcriptura &
ſanctis patribus. De illo quod dicunt homi-
nem lapſum non eſſe magis procliuem in ma
lum, quàm eſſet homo ille miraculosè in pu
ris naturalibus creatus, & ſuis naturalibus re
lictus, ipſi uideant: multi ſentiunt contra-
rium

A tium propter morbidam qualitatem, ſed nõ
eſt opus modo de illa aſſertione diſputare.
Mirum eſt quomodo ſic pro certo aſſumnnt
Lib.2. id cuius oppoſitum multi dicunt. Videantur
Diſt.31. doctores in ſuis libris ſententiarum. Venia-
mus ergo ad rationes quas informant, pro-
bando ſuas aſſertiones quas ponunt de pote-
ſtate hominis lapſi, directè. Prima igitur ra-
tio pro prima concluſione, nihil concludit:
nam immo ſanctus Thomas in eodem loco,
manifeſtè uidetur ſentire oppoſitum eius ad
quod adducitur, dicens, Ad cognitionem cu
iuſcunque ueri, homo indiget auxilio diui-
no, ut intellectus à Deo moueatur ad ſuum
actum. Conſtat tum ex illis uerbis, tum ex
præcedentibus, tum ex ſequentibus, quòd
agebat de omni uero; ſcilicet & de illis ueris
in quorum cognitionẽ poſſumus uenire per
ſenſibilia, & de altioribus in quorum cogni-
tionem non poteſt uenire intellectus huma-
nus ſine lumine ſuperaddito. Conſtatq́; ſi-
mul quòd generalis influxus non habet no-
men auxilii diuini, nec habet nomen motio-
nis à Deo: quandoquidem homo quando pec
cat, tranſgreſsiuè ſeu commiſsiuè, Dei influẽ
tiam habet, ſine qua ſic peccare non poſſet:
non tamen dicitur Deus tunc ad malum iuua
re hominem, nec mouere. Sic intellexit Ca-
B preolus ſanctum Thomam, & ideo docuit ſi
cut Gregorius Ariminenſis: idem omnino,
quoad hoc. Præſertim quia nos loquimur de
cognitione boni, morali, deliberata, meri-
toria, uirtuoſa; uel non mala: qualem quidẽ
habere non ualemus, niſi accedente diuino
auxilio ad gratiam Chriſti pertinente. Neque
quicquam ualet ſecunda ſua probatio eiuſdẽ
ſuæ concluſionis primæ: quia Auguſtinus in
illa ſua retractatione nihil aliud docuit, niſi
quòd Deus aliquando homines non mundos
multa ſcire uoluit. Id enim ſolùm retractat
quod dixerat, Deus qui niſi mundos uerum
ſcire uoluiſti, Scilicet quia Deus etiam non
mundos, uoluit ſcire multa uera. Multi ergo
non mundi, ſciuerunt uera multa? Quomo-
do? Vtique cum Dei adiutorio ſpeciali, lo-
quendo de ſcientia integra, ex generali & ſpe
ciali conſtante, qualis requiritur ad bene mo
raliter agendum aut uolendum: maximè au-
tem loquendo de ſcientia morali, deliberata,
meritoria, uirtuoſa, uel non mala: quæcun
que illa ſit, practica, aut ſpeculatiua. Eodem
modo nihil ualet tertia probatio; nam & ſi ex
naturalibus noſtris cognoſcamus prima prin
cipia practica ſicut & prima principia ſpecu-
latiua, cum ſolo generali influxu: pariter &
illa quæ ex illis euidenter ſequuntur, ideſt,
quantum ad ſubſtantiam actuum, ſeu quan-
tum ad genus operum: tamen quòd illa prin
cipia nobis in mentem ueniat, & quòd ſub il C
lis rectè ſubſumamus, moraliter, deliberatè,
uirtuose, uel non malè, ſine ulla circunſtan-
tia mala, & cum omnibus circunſtantiis bo-
nis requiſitis, nec excedendo in rebus conceſ
ſis, diuini eſt adiutorii, & gratiæ redemptio
nis interpoſitæ. Non enim illud faciunt dæ-
mones, qui altiora habent naturalia, & illa
integra. Similiter ſoluitur quarta probatio.
Lumẽ enim naturale noſtrum & ſi quodam-
modo oſtendat nobis bona, ſcilicet aſſentien
do ſtatim illis primis principiis practicis quæ
format, concipit, aut componit: non tamen
habet in ſua poteſtate quid ſibi ueniat in men
tem, nec habet in ſua poteſtate non errare in
ſubſumendo, nec habet in ſua poteſtate non
excæcari à ſenſibilibus, nec habet in ſua pote
ſtate rectè dictare de omnibus circunſtantiis
accipiendo bonas, excludendo malas: ut di-
ctet quod oportet, ubi, quando, & propter
quod oportet, cum omnibus aliis ſi quæ fue
rint. Preſertim quia, ut ſæpe dictum eſt, agi
mus de cognitione boni, morali, deliberata,
meritoria, uirtuoſa, uel non mala; non de
quacunque alia, quæ uel mala eſt uel merè na
turaliter, uel ex ſola imaginatione, in men-
tem uenerit: Boni autem cognitio moralis,
deliberata, meritoria, uirtuoſa, uel non ma
la, bona eſt; quia in moralibus deliberatis, D
non datur medium inter bonum, & malum:
Quia moralis deliberata, & bona eſt, ad bo-
num ſtudium pertinet: bonum autem ſtudiũ
in filiis Adæ primi, quorum ſenſus & cogita-
tio prona ſunt ad malum, ex gratia eſt Adæ ſe
cundi. Et quòd Philoſophi Gentiles Deum
cognouerunt, ex adiutorio gratiæ Dei ha-
buerunt: de qua re hactenus, quia dictum eſt
ſatis. Prima probatio ſuæ ſecundæ concluſio
nis ſi agit de bono morali ex genere, obiecto,
aut ex officio tantum, conceditur, & nihil
facit contra nos, qui etiam libentiſsimè con
cedimus poſſe homines per ſua naturalia
facere multa opera ex ſuo genere, obie-
cto, uel officio bona. Si autem agit de bono
morali de quo agimus, deliberato merito-
rio, uirtuoſo, uel non malo, quod habet o-
mnes circunſtantias requiſitas ad bonũ mo-
rale & nullam malam: negatur. Poteſt homo
per ſua naturalia cum ſolo generali influxu
uelle & operari opera moralia ex ſuo genere,
ſeu ex ſuo obiecto, ſiue ex officio bona: ſed
non poteſt ea uelle aut operari moraliter, de
liberatè, meritoriè, uirtuosè, uel non ma-
lè, niſi mediante gratia Chriſti: neque poteſt
homo omnia præſtare quæ ad hoc ſunt neceſ
ſaria, niſi particulariter adiutus. Habet enim
homo ſolutos ſenſus, uiuaciſsimam atque im
portuniſsimam ſenſualitatem; & ſi intelligi-

E tur ſine gratia Chriſti, ſeruus profectò eſt ſuæ
affectionis commodi, ſeruusq; peccati. Quic
quid ſit de homine illo ficto, qui in probatio
nem adducitur, ſic profectò ſentiendum no
bis eſt de homine lapſo: ut quicquid homo
lapſus poteſt circa bonum, quod non poteſt
angelus malus habens fortiora naturalia, to-
tum gratiæ Chriſti tribuamus. Adducunt in
confirmationem illud Apoſtoli, Gentes quæ
legem non habent, naturaliter ea quæ legis
ſunt, faciunt: ſed hæc ueriſsima Pauli doctri
na nec pro illis facit, nec contra nos. Primùm
quia & nos quoque confitemur toto corde,
reperiri apud Gentes multa opera moralia
ex ſuo genere, officio, & obiecto, bona: de
illis ſcilicet quæ naturalis lex in cordibus ſcri
pta hominum, præcipit. Sed ea opera quæ
ex ſuo genere, obiecto, aut officio, ſunt bo
na: poſſunt utique uel ex fine, uel ex aliqua
alia circunſtantia, appoſita uel omiſſa, eſſe
mala. Deinde quia, ut iam dictum eſt & con-
ſtat, Apoſtolus in illo uerbo excludit quidē
ab illis operibus Gentilium legem ſcriptam
Moſis, quam illi Gentiles non habebant, non
tamen excludit auxiliū ſpeciale Dei per Chri
ſti gratiam. Vnde ſi apud gentes non nullæ
fuere uirtutes, opera moralia deliberata, uir-
F tuoſa uel non mala: illæ magis Deo auctori
tribuendæ ſunt, quàm ſuæ eorum uoluntati,
aut ſuis eorum uiribus; quamuis tamen ipſi,
Lib. 4. iſtam Dei gratiam tunc ignoraſſent. Ita re-
Cap. 3. ſpondet Auguſtinus contra Iulianum Pela-
tom. 7. gianum: ideſt, his duobus modis: ſed, ordi-
ne retrogrado. Nam primùm dicit eas Dei
muneri tribuendas eſſe, ſi quas impii habue
re uirtutes, Fabricius, Fabius, Scipio, Re-
gulus: ſecundò aſſerit per multa eos feciſſe
opera ex officio quidem bona, ſed eadem fuiſ
ſe ex fine mala. Quoad primum dicit, Quan-
to ergo tolerabilius illas, quas dicis in impiis
eſſe uirtutes, diuino muneri potius, quàm
eorum tribueris tantummodo uoluntati: li-
cet ipſi hoc neſciant, &c. Quoad ſecundum
ait: aliquanto poſt, Noueris itaque non offi
ciis, ſed finibus à uitiis diſcernendas eſſe uir-
tutes. Officium eſt autem quod faciendum
eſt, finis uerò propter quod faciendum eſt.
Cum itaque facit homo aliquid ubi peccare
non uidetur, ſi non propter hoc facit propter
quod facere debet, peccare conuincitur, & cæ
tera. Idem cum de huiuſmodi re multa dixiſ
ſet in eādem ſententiam, tandem pro eadem
de illis Gentilibus qui legem nō habentes o-
pera legis naturaliter faciebant, inquit, Sed
ad hoc eos in die iudicii cogitationes ſuæ de-
fendent, ut tolerabilius puniantur, quia na-
turaliter quæ legis ſunt utcunque fecerunt,
ſcriptum habentes in cordibus opus legis ha

ctenus, ut aliis non facerent quod perpeti G
nollent. Hoc tamen peccantes, quod homi-
nes ſine fide, non ad eū finem iſta opera retu
lerunt, ad quem referre debuerunt. Minus
enim Fabricius quàm Catilina punietur, nō
quia iſte bonus ſed quia ille magis malus: &
minus impius quàm Catilina Fabricius, nō
ueras uirtutes habendo, ſed à ueris uirtuti-
bus non plurimùm deuiando. Hæc ille. Sed
& tertia eorum probatio quoque prorſus nul
lum habet uigorem, ſed magis mirandum eſt
quomodo in conſequentiam adduci potuit,
ut ſi homo lapſus poteſt ſuis uiribus aliquod
opus ex ſuo genere bonum uelle aut operari
propter aliquem finem malum, poſsit etiam
ſuis uiribus illud idem opus ex ſuo genere bo
num, uelle aut operari propter aliquem fi-
nem honeſtum. Eſt enim nobis hominibus
poſt peccatum magis facile operari malum
quàm bonum, eſtq; per inde nobis magis fa-
cile operari propter malum quàm propter
bonum: ſimiliter & uelle. Quomodo igitur
poteſt adduci in conſequentiam, ut ſi poſſum
meis uiribus uelle & operari quod mihi eſt
magis facile; quoque ſimiliter poſsim meis
uiribus uelle & operari quod mihi eſt magis
difficile? Magis difficile eſt ſine dubio nobis H
hominibus operari propter honeſtatē, quàm
propter uoluptatem, aut quamuis aliam
commoditatem: nam ille modus operandi
eſt ſecundum affectionem iuſtitiæ, iſte autem
eſt ſecundum affectionem commodi: ille pa-
rit uirtutes, iſte uerò niſi ſit moderatus pa-
rit uitia. At quidem operari ſecundum uirtu
tem, difficile, rarum, optimum. Neque ſua
exempla quicquam probant pro eis, aut con
tra noſtram ſententiam. Concedimus enim
quòd homo lapſus per ſua naturalia cum ge-
nerali influxu poteſt deambulare gratia bonæ
ualetudinis, poteſt comedere & bibere natu
raliter quando prodeſt, poteſt ueritatem af-
firmare, poteſt donare denarium pauperi,
poteſt honorem deferre parentibus, & urba
nè probis uiris. Omnia enim hæc poteſt, &
multa alia: bona præſentis uitæ, opera indif-
ferentia, bona ex genere, obiecto, uel offi-
cio. Verùm iſta omnia non ſtatim ideo ſunt
moraliter uirtuoſa, neque ſtatim ideo ſunt
non mala: ſed ut uirtuoſa ſint, oportet fiant
ubi, quando, & propter quod oportet, cum
omnibus circunſtantiis bonis neceſſariis, &
ſine ulla circunſtantia mala, & quia ſic ratio
dictat: hoc eſt, gratia boni, non gratia com-
modi. Vt autem non mala ſint, ſimiliter o-
pus eſt, ut nulla circunſtantia bona neceſſa-
ria deſit, ut nulla circunſtantia mala adſit, ut
in affectione commodi non ſit exceſſus, ut
nullus ſit malus finis. Verbi gratia, Mora-
liter

A liter & deliberatè comedo propter ſanitatem, ſciens, uolens, electiuè: actus iſte nullo modo ſtatim eſt uirtuoſus, aut non malus. Vt enim ſit uirtuoſus, oportet comedam quod oportet, ubi oportet, quando oportet, propter quod oportet, cum omnibus circunſtantiis quas uir ſapiens determinabit, & gratia ipſius boni; hoc eſt, quia ſic ratio dictat agendum. Vt autem ille actus ſit non malus, oportet habeat omnes circunſtantias requiſitas ad actum moraliter bonũ, & quòd nullam habeat circunſtantiam malã appoſitam, & quòd in affectione commodi non ſit exceſſus ullus; hoc eſt, quòd non ſit exceſſus in affectione rerum conceſſarum. Conceſſum eſt nobis uelle & procurare bona naturalia, & bona temporalia; bona naturalia, ut uitam, ſalutem, integritatem membrorum, quietationem ſenſuum, ingenium, pulchritudinem, & ſimilia: bona temporalia, ut famam, honorem, diuitias. Sed hoc, non excedendo in affectione, neque detorquendo ad malum. Quod autem noſtris operationibus moralibus deliberatis omnes circunſtantias bonas neceſſarias apponamus, & nullam malam, quòd gratia honeſti & non gratia commodi agamus, quòd in affectione rerum conceſſarum non excedamus, & quòd

B res conceſſas ad malum finem non ordinemus, diuini adiutorii eſt, non noſtrarum duntaxat uirium. Reuoluantur ſæpè in memoria illa Ambroſii in de Vocatione gentium, mirabilia uerba, quæ de uoluntate hominis poſt lapſum ponit, dicens, Hæc itaque

Lib. 1. Cap. 2.

uoluntas uaga, incerta, inſtabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendum, in cupiditatibus cœca, in honoribus tumida, curis anxia, ſuſpitionibus inquieta, gloriæ quàm uirtutum auidior, famæ quàm cõſcientiæ diligentior, & per omnem ſui experientiam miſerior fruendo his quæ concupiuerit, quàm carendo, nihil in ſuis habet uiribus, niſi periculi facilitatem. Quoniam uoluntas mutabilis, quæ non ab incommutabili uoluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni. Hæc ille. Mirum in modum nouit Ambroſius humanæ uoluntatis poſt peccatum, fragilitatem & uires. Damus ergo quòd extra cognitionem ueri Dei, atque ex uiribus naturalibus cum ſolo generali influxu, poteſt homo uelle & operari nonnulla officia uirtutum, bona quidem ex ſuo genere, & ſimiliter ex ſuo genere laudabilia: ſed ut hæc officia ſint moralia, deliberata, meritoria, uirtuoſa, uel non mala, Dei adiutorio ſpeciali indigemus. Et per hæc ſoluitur ſimul eius alia confirmatio, de his quæ faciunt Publicani &

C Ethnici; quòd diligentes, ſe diligunt, & quòd fratres ſuos ſalutant. Bona utique opera, ex genere, ex obiecto, ex officio: atque item eodem modo pariter laudabilia, & quæ dignè faciãt ſuos auctores ſimili modo laudabiles, imitationeq́; dignos, præ illis qui hæc ex ſuo genere bona uel uolunt, uel non faciunt. Ad probationem autem ſuæ tertiæ concluſionis de poteſtate, uel uirtute hominis lapſi, ſimiliter reſpondemus, Poteſt homo ſuis nixus naturalibus cum ſolo influxu generali, facere multa opera, tum præceptorum, tum cõſiliorum, tum obligationis, tum ſupererogationis, ex ſuo genere bona & optima: ſed Dei non accedẽte auxilio ſpeciali neutiquam poteſt facere eadem opera moraliter, deliberatè, meritoriè, uirtuosè, uel non malè. Quòd enim homo moraliter & deliberatè operans, bonum faciat, nullam circunſtantiam neceſſariam omittat, nullamq́; malam apponat, gratiæ Dei eſt, intercedentibus meritis Saluatoris noſtri: perindeq́; hoc ad gratiam redemptionis pertinet. Ergo poteſt quidem homo multa ex natura rei & ſuis naturalibus in potentia remota, ſed iam ſatis declaratum eſt quid poſſit homo in potentia propinqua cum ſolo influxu generali, & quid poſſit homo in potentia propinqua, nõ niſi cum auxilio ſpeciali. Facere autem argu- D mentum, quòd ſi poſſumus cum ſolo generali influxu comedere pomum, aut facere aliquid aliud propter malum finem, aut noſtræ gratia commoditatis, eo ipſo poſſumus cum ſolo generali influxu comedere pomum, aut facere aliquid aliud propter bonum finem, aut gratia honeſtatis, eſt agere actum: ob id uidelicet quòd in illo uiget affectio cõmodi, in hoc autem uiget affectio iuſtitiæ. Eſt autem nobis mortalibus difficilius ſecundum iuſtitiæ, quàm commodi affectionem, agere ſeu operari. Debet uigere affectio iuſtitiæ, honeſtatis, aut boni ipſius gratia, in omni opere, ut ſit moraliter uirtuoſum: alioquin ſi uiget affectio commodi, uitæ, ſalutis, aut aliorum bonorum temporalium, aliud eſt iudicium. Debet exerceri opus moraliter uirtuoſum, quia ſic ratio dictat agendum, non gratia utilitatis noſtræ, aut commoditatis. Videatur Ariſtoteles in ſuis Ethicis, locis ſuperius allegatis. Nunquid damnamus affectionem commodi? Minimè, ſed declaramus eam non generare uirtutem, eſſeq́; moderãdam ex dimenſo affectionis iuſtitiæ, aut honeſtatis, & facilius nobis eſſe operari ex illa, quàm ex hac: rurſusq́; ideo non ualere argumentum illud, quod formant alii doctores, alioqui eruditiſſimi; Aut detur nobis aliquis doctor audiendus, qui dicat non

E eſſe nobis difficilius ſecundum affectionem iuſtitiæ, quàm ſecundum affectionem commodi agere. Nunquid affectio commodi habet uitium annexum? Abſit. Non enim eſt de ſe mala, quia ſequitur naturam, & eſt radicitus à datore Optimo maximo naturæ: Sed affectio formalis elicita commodi, eſt mala quoties eſt de rebus malis ſeu prohitis; eſtq; inſuper mala cum in rebus bonis ſeu conceſsis exceſſerit, modumque minimè ſeruauerit. Quòd autem affectio huiuſmodi commodi non ſit circa mala, aut prohita, nec excedat circa bona conceſſa, ex gratia Dei eſt, per merita Saluatoris noſtri. Optimè notauit, declarauit, probauitq; diuus Ambroſius in De uocatione Gentium, quid ualeat, quid poſsit, aut quid faciat humana natura, ſeu etiam humana uoluntas ſine adiutorio gratiæ Dei nobis per Saluatorem noſtrum parto, quam gratiam eo in opere maximè commendabat. Ambroſii uerba, ſiquis lecturiat, ſuperius à nobis relata facile inueniet. Ad huius enim rei declarationem adducit quod Iudas Apoſtolus ait, Hi autem quæcunque quidem ignorant, blaſphemant: quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.

Ambroſius. Lib. 1. Cap. 2. & cap. 5.

Iudæ. 1.

F Quantum autem pertinet ad argumenta Alberti, iam eorum ſolutiones conſtare poſſunt ex his quæ dicta ſunt ad argumenta aliorum, quorum nonnulli fortaſſe ab eo uel omnia quæ ad ſententiam adſtruendam adduxerũt, uel ſaltem eorum partem non modicam deſumpſerunt: libet tamen illa omnia ex ordine diluere atque elidere, quemadmodum & à Gregorio Ariminenſi olim optime factum eſſe animaduertimus. Hic ergo ad primum argumentum reſpondet inquiens, Ad hanc auctoritatem dico primò, quòd ipſa, ut uidetur, facit pro me. Nam eo ipſo quòd ait, cum peccatis contabeſcere & mortuum eſſe, aſſerit non eum ſufficere: quamuis inquantum eſt adhuc in potentia & aptus natus ad cognoſcendũ Deum, dicatur uiuus eſſe. Secundò dico quòd eſto quòd haberetur ex hac auctoritate, quòd homo poſsit Deum cognoſcere, non ſequitur; ergo poteſt ſufficienter de aliquo cognoſcere, quid ſit agendum uel non agendum, non enim omnis notitia de Deo eſt talis. Hæc ille. Nos etiam reſpondẽtes, dicimus quòd bene probat illud Auguſtini dictum, hominẽ habere potentiam ſeu poteſtatem ad cognoſcendũ Deum, poſſeq; per conſequens, Deum cognoſcere: ſed ſimul conſtat ex Auguſtino quòd potentiam remotam habet homo ad hoc quidem per naturã, propinquam autem potentiam ad hoc per gratiam. Et frequentiſsimè docet Auguſtinus hominem poſſe facere bonum, uitare malum, atque non peccare, & ſine peccato eſſe, ſuam uoluntatem malam facere bonam, ac ſeſe bonam arborem facere, ut conſtat in De natura & gratia, in De peccatorum meritis, & remiſsione, in De ſpiritu & litera, contra Iulianum Pelagianum, alibiq; in locis penè infinitis: ſed hæc omnia intelligit ubique, cum adiutorio gratiæ Dei per Saluatorem noſtrum, & ita fatetur eſſe intelligendos alios doctores catholicos & ſanctos qui hæc uel his ſimilia dicunt. Eodem modo in præſentia. Ad ſecundum argumentum dicit Gregorius, Qualiter ex hac auctoritate uenerabilis Magiſter probet intentum, non uideo. Nam hæc bene ſtãt ſimul, ſcilicet quòd lex æterna ſit qua iuſtum eſt ut omnia ſint ordinatiſsima, ſeu quæ cenſet omnia debere eſſe ordinatiſsima, quod idem eſt dictu. & quòd homo de nullo agendo moralis nitæ ſine ſpeciali Dei auxilio notitiam habeat, qua ſciat illud ordinatiſsimè facere. Vnde illam ſuam conſequentiam ſibi nego. Hæc ille. Lex enim naturalis quæ nobis impreſſa eſt, tanquã æternæ legis quædam notio & participatio, ſeu participata cognitio, de qua in eo loco docuit Auguſtinus, eſt quidem quæ cenſet & iudicat omnia debere eſſe maximè ordinata, bene uiuendum eſſe, bonum faciendum & malum uitandum: nec ſolùm hoc iudicat, H manifeſtat & declarat, quin etiam eadem facilitate ac ueritate indicat magis particulariter multa bona facienda, ut uenerari parentes, reddere depoſitum, ſubuenire indigenti; multaq; mala eſſe uitanda, ut occidere, mechari, furari. Et hoc eſt quod Auguſtinus dicit in loco illo. Verùm, quòd ipſa naturalis lex nobis impreſſa, citra auxilium gratiæ Dei oſtẽdat nobis priuatim, atque omninò quod agendum uitandumq; ſit, ideſt cum omnibus (ut inquiunt) circunſtantiis requiſitis ad actũ moraliter uirtuoſum, ut ſit quod oportet, ubi, quando, & propter quod oportet, ſine defectu alicuius circunſtantiæ requiſitæ, ſine appoſitione prohibitæ, ſineq; exceſſu in affectione rerum conceſſarum; hoc non dicit Auguſtinus: quin potius ipſam naturalem legem quæ pertinet ad noſtram Dei imaginem naturalem, uult debere mundari, iuuariq; priuatim ad rectã cognitionem adipiſcendam de huiuſmodi pertinentibus ad bonos mores hominum. Ad tertium argumentum, dicit Gregorius, Ad hac dico primò quòd non ſequitur, cognoſcimus menti concesſum eſſe regnum in libidines, igitur hoc cognoſcimus ſine auxilio Dei ſpeciali. Sicut non ſequitur. Beatus cognoſcit Deum eſſe trinum & unum, ergo hoc cognoſcit ſine auxilio

Reſponſio ad 1. arg. Alberti.

Reſponſio ad 2. arg. Alberti.

Reſponſio. ad 3. arg. Alberti.

A auxilio ſpeciali: Nec ſequitur, Gẽtilis naturali
ter ſeu per legẽ naturalẽ cognoſcit quid ſit bo
nũ etc. igitur abſq; auxilio ſpeciali Dei. Sicut
etiã non ſequitur, Homo naturaliter facit ea
quæ iubet lex Dei, igitur homo ſine ſpeciali,
auxilio Dei facit quæ iubet lex. Nam antece
dens eſt uerum, ut patet per Apoſtolum, u-
bi allegatur, & tamen conſequens non eſt ue-
rum. Et ideo dico pro omnibus auctoritati-
bus ſanctorum aſſerentibus nos naturaliter
cognoſcere uel facere, quòd earum intentio
eſt, nos per principia ſeu uires noſtræ natu-
ræ cognoſcere uel facere, non tamen inten-
dunt excludere Dei auxilium ſpeciale. Nec
unquam inueni, aut ab aliquo alio audiui ul-
lam auctoritatem auctenticam, quæ hoc ex-
plicitè uel implicitè diceret. Vnde ex nulla au
ctoritate prædicto modo loquente, talis ex-
cluſiua debet inferri. Et hoc expreſsè docet
Gloſſa ſtatim ſequens uerba Gloſſæ allegatæ
per uen. magiſtrum. Non te moueat, inquit,
quod naturaliter dicit, quæ legis ſunt facere
non ſpiritu Dei, non fide, non gratia: hoc
enim agit Spiritus gratiæ, ut imaginem Dei
in qua naturaliter facti ſumus inſtauret in
nobis. Vitium quippe contra naturam eſt,
quod utique ſanat gratia. Et ſubdit, Proinde
uitio ſanato per gratiam, naturaliter fiunt ea
B quæ legis ſunt: non quòd per naturæ nomen,
negata ſit gratia, ſed potius per gratiam re-
parata natura: qua gratia in interiori homi-
ne innouato lex iuſtitiæ ſcribitur, quam de-
leuerat culpa. Hoc enim illhic ſcribitur per
renouationem, quod deletum erat per uetu
ſtatem. Et paulò poſt ſic exponit uerba Apo
ſtoli, Naturaliter faciunt ea quæ legis ſunt,
ideſt naturali ratione illuminata per gratiã,
diſcernunt facienda & uitanda, quod faceret
lex. Eodem modo penitus loquitur Auguſti
nus in De uera innocentia. Secundò, dico
quod illa uerba Gloſſæ allegatæ intelligenda
ſunt de Gentili non infideli, ſed conuerſo ad
fidem Chriſti: ſicut & uerba Apoſtoli quæ ex
Lib. 4. ponit ſecundum Auguſtinum contra Iulia-
Cap. 15. num; ubi ad argumentum quod ex hac au-
Alias for ctoritate Apoſtoli contra eum faciebat Iulia
te. nus, reſpondet. Tertiò, dico quòd eſto
Cap. 3. quòd concederem Gentilem infidelem, aut
tom. 7. aliquem hominem naturaliter & ſine ſpe-
ciali Dei auxilio, cognoſcere nemini eſſe
iniuriandum, nec alienum præripiendum,
& ſimiles ueritates, quæ ſunt principia &
regulæ moralis uitæ; cognoſceret etiam
quid ſit bonum ex genere, & quid ex genere
malum, quibus nihil amplius poſſet extor-
queri ex uerbis Gloſæ illius: adhuc nihil ha-
beretur contra me. Nam nulla talis notitia
eſt ſufficiens ad agendum actum bonum mo
raliter, ut accipitur; ſcilicet conformem re- C
ctæ rationi, ſecundum omnes circunſtantias
requiſitas ad hoc quòd actus ſit uerè uirtuo-
ſus. Vnde eſto quòd quis, uerbi gratia, cõ-
gnoſcat bonum eſſe ſubuenire indigẽti, & nõ
iniuriari proximo, nec rapere alienum; niſi
cognoſcat cum hoc propter quid & quemad-
modum ſit ſubueniendum, & ab iniuria &
rapina abſtinendum, non habet notitiam ſuffi
cientem ad bonitatem actus moralem, de
qua loquimur. Quod patet, quia ſiquis ſu-
bueniat indigenti, & non propter finem de-
bitum, non agit bene moraliter. Siquis etiã
abſtineat ab iniuria uel rapina, niſi propter
debitum finem abſtineat, non abſtineret uir
tuosè, ſeu moraliter bene. Hæc ille. Nos etiã
iam ſuperius poſuimus, quòd in illo uerbo,
Naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt. ſecun
dum Hugonem à Sancto Victore, lex quidẽ
ſcripta excluditur, ſed non gratia. Ad quar-
tum argumentum dicit Gregorius, Reſpon- *Reſponſio*
deo & dico, quòd homo non poteſt illud co- *ad 4. ar.*
gnoſcere ſine ſpeciali auxilio. Et cum infer- *Alberti.*
tur quòd tunc habebit ignorantiam inuici-
bilem de illo bono morali, Si intelligatur
quòd ignorantia ſit inuicibilis ſine ſpeciali a-
diutorio Dei, concedo iſtam partem conſe-
quentis. Et cum infertur ulterius, quòd tunc
omiſsio illius actus non imputabitur ei, ne- D
go conſequentiam. Ad probationem, ſecun
dum omnes doctores non imputantur homi
ni quæ ex ignorantia ſimpliciter inuincibili
cõmittuntur. Dico quòd hoc eſt intelligendũ
de ignorantia quæ non eſt peccatum nec pœ-
na peccati cuius ille ſit aut fuerit reus. Nam
ignorantia quæ prouenit homini ex peccato
cuius ipſe fuit reus, eum nequaquam excu-
ſat, ſaltem à toto. Sicut patet de eo qui ex
ignorantia contracta propter ebrietatem cul
pabilem, hominem occidit: talis enim ſecun
dum communiorem doctrinam & ſecundũ
Philóſophum etiam, non excuſat ipſum ab *Ethic. 5.*
homicidio, nec quoad culpam, nec quoad
pœnam. Nunc autem ignorantia hæc de hoc
quòd Deus eſt ſummè honorandus: utique
eſt pœna peccati primi hominis, in quo pec-
cato omnes peccauerunt, ut ait Apoſtolus. *Rom. 5.*
Nam ſi ille non peccaſſet, & alii etiam illo
peccato non peccaſſent; nullus hanc ignorã-
tiam habuiſſet: & ideo neminem excuſat à ta
li omiſsione. Hæc reſponſio eſt expreſſa ſen-
tentia beati Auguſtini in epiſtola ad Sixtum *Auguſt.*
ſuper illis uerbis Apoſtoli allegatis, Ita ut *ad Sixtũ.*
ſint inexcuſabiles. dicentis ſic, Et quamuis *Epiſt.*
ſeipſi excuſare uideantur, non admittit hanc
excuſationem qui ſcit ſe feciſſe hominem re-
ctum, eiq; obedientiæ dediſſe præceptum,
nec niſi eius quo malè uſus eſt libero uolun-
tatis

E tatis arbitrio, etiam quòd tranſiret, in poſteros manaſſet peccatum. Neque enim damnâtur qui non peccauerunt, quandoquidem id ex uno in omnes pertranſiit, in quo ante propria in ſingulis quibuslibet peccata omnes communiter peccauerunt: ac per hoc in excuſabilis eſt omnis peccator uel reatu originis, uel additamento etiam propriæ nolun tatis: ſiue qui nouit, ſiue qui ignorat, ſiue qui iudicat, ſiue qui non iudicat: quia & ipſa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, ſine dubitatione peccatum eſt: in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. Ergo in utriſq; non eſt inſta excuſatio, ſed iuſta damnatio. Ad probationem aliam falſitatis huius partis conſequentis, dico quòd Gentiles non habuerunt notitiam talem ſine ſpeciali auxilio Dei. Dico tamen quòd iſtud ſpeciale auxilium poteſt dupliciter accipi, Vno modo quòd fuerit tale ad quod nô coadiuuerint uel cooperatæ fuerint ipſæ creaturæ, quæ ſunt effectus Dei, ſeu notitiæ earum: ſicut eſt auxilium quo cognoſcûtur futura, aut alia quæ tantum per inſpirationem ſeu diuinam reuelationem ſtrictè ſumptam cognouerunt alii ſancti uiri, quo cognoſcuntur myſteria incarnationis & redêptionis noſtræ à nobis: Alio modo quòd ad tale adiutorium cōcurrerint etiam notitiæ creaturarum, quæ tamen notitiæ ſimul etiam cum adiutorio influentiæ generalis non ſufficiebant illis ad cognoſcendū

F Deum eſſe ſummè honorandum, ſed aliud ſpeciale adiutorium & influentia neceſſaria utiqne erat. Sicut etiam ſimul cum doctrina uocali exterius prolata & cum generali Dei influxu, neceſſarium nobis eſt ſpeciale Dei adiutorium, ut corde intelligamus, & conſentiamus Chriſti fidei, quæ nobis prædicatur. Modo ad propoſitum dico, quòd Gentiles illi de quibus loquitur Apoſtolus, non habuerunt ſpeciale adiutorinm primo modo, ſed ſecundo: nec huius oppoſitum dicit aliqua Gloſſa. Hæc ille. Ad quiutum argumentum dicit Gregorius, Reſpondeo, Cū infertur, quod ex ſe non habebit unde ſit cōſiliatinus, illud conſequens uidetur ad proprietatem hominis eſſe ſimpliciter conceden dnm: quoniam homo non ex ſe, ſed à Deo habet animam, & alia per quæ poteſt conſiliari. Sed tamen eundo magis ad mentem arguentis, qui nt puto, unlt dicere quòd tunc non habebit in ſennde ſit conſiliatiuus, Dico quòd illud poteſt capi dupliciter, Vno mo do ſic ſimpliciter ut profertur; & tunc nego conſequentiam. Inſtantia in ſimili, Secundū conceſsionem huius doctoris & omnium aliorum catholicorum, homo non poteſt etiā cum ſola Dei generali influētia facere actum

Reſponſio ad 5. arg. Alberti.

meritorium, nec etiam beatificari: & tamen G ex hoc non ſequitur quòd homo in ſe non hâbeat unde poſsit mereri, & unde poſsit beatificari; cūm hoc conſequens, ſecundum omnes ſit falſum. Nam habet intellectum & uoluntatem, quibus poteſt mereri, & beatificari. Alio modo poteſt accipi conſequens cum ſubintellecta determinatione ſic, in ſe non habebit unde ſit, ſeu per quod nel per quæ ſit ſine Dei auxilio ſpeciali rectè conſiliatiuns: & tunc conſequens concedo. Et ad ſcri pturam quæ allegatur contra, Dico qnod illa non eſt ad propoſitum, nllo modo, cum non loquatur ſecundum præſentem ſtatum, ſed ſecundum ſtatum in quo primò creatus eſt: quod patet euidenter ex eodem loco, unde ſic iacet textus, Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu con ſilii ſui: patet etiam per Auguſtinum in Hypogn. reſponſione tertia euidenter: Hæc ille. Quod ad argumentum pertinet, nos etiā dicimus, quòd quemadmodum ignis eſt calorificus licet ſine influxu Dei generali res ca lore afficere nequeat: & quemadmodum homo conſilio aptus eſt, licet conſulere non poſ ſit niſi influxus Dei generalis acceſſerit, & ſi cut oculus eſt uiſinus licet non poſsit uidere ſine generali Dei influxu, aut ſine luce: quia ad hoc nt aliquid nideri queat, lumine opus eſt: ſic homo naturaliter eſt conſiliatinus (uocem à noſtris uſurpatam non omnino re H ſpnam) licet non poſsit bene moraliter aut uirtuoſè conſilio uti, ſine auxilio Dei ſpeciali pertinête ad gratiam Redemptoris noſtri, ut etiam illi debeamus bona conſilia. Vtrunque enim horum, ideſt, & generalis influxus, & ſpeciale auxilinm, pendet à Deo, & utrunque Deus dat gratis ac liberè, quibus dat: nec alterum horum eſt magis in noſtra poteſtate, quàm alterum: ſed in utroque utique dependemus à Deo, Optimo, Maximo. Ruſusq; ſicut Deus dat ſeu communicat ſuum generalem influxum omnibus agētibus regulariter, ut ſequantur naturas ſuas, inclinationes, & operationes, ex gratia creationis: ſic Deus dat ſeu communicat ſuum iſtud auxilium ſpeciale omnibus hominibus habentibus captum regulariter, ex gratia redemptionis, ut ualeant bene moraliter aut moraliter uirtuoſè operari, uelle, ſapere, ac ſuas potentias moraliter uirtuoſè exercere, intellectnm, memoriam, uolnntatem, & alias inferiores. De qua ueritates inferius dicuntur multa. Atque ſecundum hanc ueritatem catholicam, dicimus ad illā auctoritatem allegatam, quòd homo etiam in hoc ſtatu intelligitur & eſt relictus in manu cōſili ſui: quia profectò ſemper habet omnia quæ ex parte

Part. 2. Lib. 2. Per totū.

G parte Dei homini ipſi ſunt neceſſaria ad bonum morale intelligendum, uolendum, operandum, niſi forte homo ob ſua demerita aliquanto ab huiuſmodi ſpeciali adiutorio deſeratur deſtitutus. Ad ſextum argumentum reſpondet Gregorius quòd ſi per Samaritanũ intelligamus Chriſtũ, ſicut ipſe intellexit quãdo ea uſus eſt parabola. Vtiq; potuit cognoſcere & cognouit quid & quemadmodũ erat agendum erga illum ſauciatum, id eſt, genus humanum. Sed iſtud non eſt ad propoſitum, quia in noſtra quæſtione non clauditur Chriſtus. Si uerò per Samaritanum intelligatur aliquis homo purus, dicit quòd & ſi poſſit cognoſcere quid agendum, utpote, quia compati debet ei, & auxiliari; non poteſt tamen ſcire propter quid & quemadmodum ſecundum omnes circunſtantias requiſitas ad bonitatem moralem actus, debeat facere hos actus, ſine ſpeciali adiutorio. Ad illud autem quod infertur de porcis, dicit quòd patet non ualere, niſi magiſter ille uelit dicere quòd porcus cognoſcit quid & quemadmodum ſecundum omnes circunſtantias requiſitas ad bonitatem moralem actus, agẽdũ eſt circa porcum alium qui torquetur. Et cum dicit Albertus quòd hoc uidetur multum fauere errori Manichæorum, qui dixerunt naturam ſimpliciter malam, Reſpondet Gregorius, dicens, Manichæus uoluit naturam humanam in ſua prima conditione ex commixta ſubſtantia mali eſſe malam, quod ego non dico: ſed dico eam fuiſſe creatam bonam & puram; ſed ex uoluntario peccato quod utiq; commiſit & uitare potuit primus homo, uitiatam, & cum uitio per propagationem in alios deſcendentes trãſfuſam. Hæc Gregorius. Et confirmat hanc ſuam reſponſionem ex diuo Auguſtino in reſpõſionibus contra Pelagianos, dicente, Per uelle malum, perdidit poſſe bonum; qui per poſſe bonum, potuit uincere uelle malum: quem iuſtè Deus iam delicto captiuum uoluntati de prauatæ dimiſit. Et ſubdit Auguſtinus, Malũ itaque uelle non ex naturæ ſuæ cõditione bona habuit tanquam ex congenito malo, ut Manichæus credidit, ſed ex accidente deſiderio prauo concepit. Hæc ille. Poteſt ergo quiuis erga alterum malè affectum & laborantem oculatus eſſe, eius malum intelligere, de remedio ſatagere, eiq; opem ferre: ſed magni intereſt quia ſolius influxus generalis ope, faciet hoc indirectè, auxilio autem ſpeciali accedente faciet hoc rectè ac uirtuoſè. Ad ſeptimum argumentum ait Gregorius, Dico quòd nihil facit pro eo, quia Gregorius non dicit quod ex conſideratione ſui quam habet ex ſe cum ſua (aliàs forte, ſola) influentia generali ſen ſine auxilio ſpeciali intelligit quid in alterum faciat. Ego autem dico quòd cum ex conſideratione ſui mens noſtra intelligit quid faciat in alterum, & recti operis germen parit, talem conſiderationem habet ex ſpeciali gratia Dei, & ſine illa non ſufficit: & hoc etiam mecum dicit Apoſtolus, cum ait, quòd non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Hæc ille. Hanc autem eſſe mentẽ Gregorii Magni in his uerbis ſuis conſtat manifeſtè & eo quòd docet in explanatione ſua in ſeptem Pſalmos pœnitentiales, circa illud, Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine à qua tibi. Ait nanque, Quaſi enim terra ſine aqua, eſt anima ſine gratia. Sicut enim terra quæ imbre non perfunditur, non ueſtitur herbis, non uenuſtatur floribus, non abundat meſſe: ſic anima gratia carens, non operitur uirtutibus, nõ cogitat de cœleſtibus, nõ inſiſtit utilibus, Vitiato nanque in primo parente libero arbitrio, iam nec uelle quidem bonum poſſumus, niſi illius gratia adiuuemur, apud quem greſſus hominis diriguntur. Scriptum quippe eſt, Præparatur uoluntas à domino. Et dominus diſcipulis ait, Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos. Et Apoſtolus, Deus eſt, inquit, qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Hæc ille ibi, & multa alia ad propoſitum, quæ breuitatis gratia miſſa facimus. Ad octauum argumentum reſpondet Gregorius, Hic dico primò quòd concluſio quam concludit iſte doctor, ſcilicet quòd in præſenti ſtatu poſſumus ex ſolis naturalibus cum influentia Dei generali, Deum diligere ſuper omnia, non uidetur conſona dictis ſanctorum: ſicut auctoritatibus Auguſtini & Bernardi ac Anſelmi probaui in ueſperiis meis etc. Infra, Ad rationẽ reſpondeo, quòd habita tali notitia non poteſt homo in præſenti ſtatu ſine ſpeciali adiutorio Dei diligere Deum ſuper omnia, & per conſequens nec etiam bene moraliter. Et cum infertur quod dilectio talis eſſet ſupra facultatem humanæ naturæ, Si huius dicti ſit ſenſus quòd ad ſic diligendum non ſufficeret facultas humanæ naturæ ex ſe, concedo hoc conſequens, & ad auctoritatem ſcripturæ quæ adducitur, Dico primò quòd ſicut patet ex ſerie textus, illud uerbum non ſolùm accipitur pro mandato dilectionis Dei, ſed communiter pro omnibus mandatis eius. unde ibi præmittitur, Si audieris uocem domini Dei tui & cuſtodieris præcepta eius & cærimonias quæ in hac lege cõſcripta ſunt & etc. & ſtatim ſequitur, Mandatum quod ego præcipio tibi hodie etc. ut allegatum eſt. Mirum

Reſponſio ad 6. arg. Alberti. *Reſpon. 3.* *Reſponſio ad 7. ar. Alberti.* B *Gregorius Magnus in ſeptẽ Pſal. pœniten. tom. 2.* C *Ioan. 15.* *Philip. 2.* D *Reſponſio ad 8. arg. Alberti.* *Deut. 30*

E Mirum autem eſt quòd iſte Reuerendus Magiſter obſeruationem mãdatorum Dei, dicat non ſolùm poſsibilem, ſed tam facilem eſſe homini in ſtatu naturæ corruptæ non adiuto ſpeciali gratia Dei, quàm facile eſt ſibi ore dicere, Deum eſſe ſuper omnia diligendum: Cum tamen Propheta dicat, Propter uerba labiorum tuorum, ego cuſtodiui uias duras. Et Apoſtolus, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati: proptereaq; exclamet, Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, & reſpondens non dicat liberum meum arbitrium cum influentia generali, ſed, Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Et certè ſi iſte reuerẽdus magiſter ſentiat ſibi tam facilè obſeruare Dei mandata, non ſibi, ſed Deo gratias referat, Reſpondeo quo ad anctoritatem
Cap. 21. 22. illam ſicut reſpondet Auguſtinus Cœleſtino in De perfectione iuſtitiæ, & etiam Pelagio
Cap. ult. in De natura & gratia, qui prædictam au-
Cap. 5. ctoritatem pro ſe allegabant, & illam etiam;
Ioan. 5. Mandata eius grauia non ſunt. Et dico iuxta ſententiam eius, quòd hoc intelligendum eſt, de illo qui ad Deum eſt ex toto corde & per amorem conuerſus. ſicut ibidem
F in textu præmittitur; tali enim ſic amanti, eo ſenſu, Dei mandata dicuntur facilia: quo dici conſueuit, quòd amanti nihil eſt difficile. Sed talem amorem dico non poſſe eſſe in homine ex propriis uiribus præcisè, ſed ex
Cap. ult. gratia Spiritus ſancti: unde in De natura & gratia, Omnia quippe ſunt facilia charitati; Sed hoc dictum eſt, Et præcepta eius grauia non ſunt. Vt cui grauia ſunt conſideret non potuiſſe diuinitus dici, grauia non ſunt, niſi quia poteſt eſſe cordis affectus, cui grauia non ſunt: & petat quòd deſtituitur, ut impleat quod iubetur. Et quod dicitur ad Iſrael in Deuteronomio, ſi piè, ſi ſanctæ, ſi ſpiritualiter intelligatur, hoc idem ſignificat. Hæc ille. Saluator noſter dixit, Omnia poſsibilia ſunt credenti. Similiter omnia non ſolùm poſſibilia, ſed & facilia ſunt amanti. Simpliciter etiam loquendo, Sine Dei adiutorio ſpeciali impoſsibilia aut difficilia ſunt homini diuina mandata: ſed cum Dei adiutorio ſpeciali ſunt homini mandata diuina, tum poſsibilia, tum facilia. Ad hoc autem Deus præcipit homini quod homo non poteſt facere ſine Deo, ut homo recurrat ad Deum: poteſt autem homo omnia quæ Deus præcipit homini, ſed cum adiutorio gratiæ. Pro qua ueritate multa dicit Auguſtinus in De gratia & libero arbitrio, quo opere noſtram obſeruantiam uirtuoſam mandatorum Dei refert per multa in adiutorium gratiæ eius: præſertim in eo loco quo oſtendit contra Pelagia- G
Ibidem. Cap. 16. tom. 7. nos, quare Deus præcipit homini, quod homo obſeruare non poteſt ſine diuina ope. Ad
Reſpõſio ad 9. arg. Alberti. nonum argumentum reſpondet, Quòd ſi uoluntas eliciet actum aliquem dilectionis Dei circa Deum, non adiuta ſpeciali auxilio Dei, eliciet actum moraliter & culpabilem; quia ſcilicet non diliget eum propter Deum uel ſuper omnia, ſed propter ſeipſam. Et cum arguitur contra probando quòd tũc omiſsio diuinæ dilectionis pro illo tempore erit bona, patet quòd argumentatio friuola eſt. Nã ſimiliter arguam in alia materia, Pro omni tempore quo exercitium alicuius actus eſt culpabile, omiſsio illius eſt eſt laudabilis: ſed quando quis dat indigenti eleemoſynam propter uanam gloriam, exercitium illius actus eſt culpabile, igitur omiſsio eſt laudabilis. Et ſic laudabile eſt non dare eleemoſynam indigenti. Hæc ille. Ex hac ergo recepta optimaq; Theologia ſatis eſt manifeſtum, hominem ſine auxilio gratiæ non poſſe habere circa Deum actum dilectionis uirtuoſum, ſed bene uitioſum, ideſt, non ex iuſtitiæ, ſed inordinata commodi, aut concupiſcentiæ affectione. Hoc eſt de actu dilectionis, morali deliberato; non de naturali, naturaliter in
ſurgente. Nunquam tamen omiſsio dilectio H
nis Dei, eſt bona aut laudabilis, quia & ſi homo ex ſolis ſuis naturalibus Deum uirtuosè diligere non poſsit, poteſt tamen cum Dei auxilio, quod ſemper eſt paratiſsimum. Ad hæc quia tametſi homo Dei adiutorio careat; culpa hominis fit ut eius ſit exors, culpa, inquam, uel actuali, uel originali. Sic uidemus malas eſſe omiſsiones bonorum in dæmonibus & uituperabiles, qui ex propria culpa diuini expertes ſunt auxilii ad bona opera requiſiti: nec poſſunt facere niſi malum, aut bonum malè. Quamuis iam actus malus non ſit de nouo demeritorius, ſed damnato-
Adrianus. lib. 4. ſen. quaſt. rius, ut notauit Adrianus, in materia de pœnitentia. Itaque adiutorium gratiæ Saluatoris noſtri facit nobis mandata, tum poſsibilia, tum facilia. Viam mandatorum tuorum
Pſal. 118. cucurri, cum dilataſti cor meum. Præparatur uoluntas á Domino. A' Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet.
Auguſtinus. Quam ueritatem bene contemplatus Auguſtinus dixit optimè, Da ergo domine quod iubes, & iube quod uis. Ad decimum argu-
Reſpõſio ad 10. ar. Alberti. mentum dicit Gregorius, Dico primò quòd ſi concedam quod eſt indifferens ad eliciendum bonum & refutandum malum, non ex hoc præcisè habet propoſitum: quia poteſt aliquando eligere bonum, & tamen non bene: & talis electio non erit bona moraliter. Sed ſi intelligat de indifferentia ad actum mo

raliter

G taliter bonum, quo ſcilicet bonum & bene eligit, & ad malum quo non bene eligitur: dico quòd pro præſenti ſtatu non eſt indifferens, ſic intelligendo quòd poſsit ſine ſpeciali adiutorio Dei habere actum bonum &c. Hæc ille. Et ad auctoritatem ſcripturæ ſanctæ adductam, reſpondet quòd illa auctoritas eſt de homine pro ſtatu primæ ſuæ conditionis & ante lapſum, non pro ſtatu iſto. Nos autem reſpondemus quòd etiam intelligitur illa auctoritas de nobis hominibus pro hoc ſtatu naturæ lapſæ: ſed hoc propter adiutorium gratiæ Dei, nobis omnibus & ſingulis præſentiſsimum, & non deficiens nobis, niſi nos deficiamus illi. Ob quod Apoſtolus monet, Ne quis deſit gratiæ Dei. ſignificans manifeſtè, quòd illa nulli deeſt. Homo ergo ſine adiutorio gratiæ Saluatoris, eſt quidem indifferens ad bonum & ad malum in potentia remota: ſed cum adiutorio gratiæ Saluatoris, eſt indifferens ad bonum & ad malum in potentia propinqua. Idem doctor Albertus quaſi confirmans hoc ſuum argumentum dicebat, Si non ſit indifferens ad utrunque ſed determinata ad alterum, aut determinata eſt ad malum actum, & hoc eſt, propinquum errori Manichæi, aut eſt determinata ad bonum actum, & tunc propinquum errori Iouiniani. Et dicit ulterius idem Albertus, Cū circa naturam hominis pro præſenti ſtatu fuerint prædicti duo errores oppoſiti, nam Manichæus poſuit quòd natura humana non poterat bonum facere: Iouinianus uerò quòd non poterat bonum facere malum: iſti ambo errores uitari non poſſunt niſi ponendo medium, ſcilicet quòd natura humana ex ſuis naturalibus poteſt facere bonū malum alias actum; & iſtum modum tenet Eccleſia, & ſanctus doctor in ſecundo, & in quæſt. diſputatis. Hæc ille, ſecundum relationem Gregorii. Reſpondet Gregorius, Ad ſecundam probationem dico quòd ſub intellectu dato, eſt determinata ad malum actum: ſcilicet quòd ſi ſine ſpeciali auxilio Dei eliciet actum, utique eliciet malum. Et cum dicitur quòd hoc eſt propinquum errori Manichæi, Hic ego dico quòd ſalua ſua reuerentia, iſtud in nullo participat de errore Manichæi, immo longiſſimè diſcrepat: Nam Manichæus uoluit quòd pro omni ſtatu ſuo poſtquam condita fuit natura humana ſemper fuit determinata ad malum, ita ut non poſſet uitare peccatum, & hoc quidem intrat ſibi non ex initio contracto ex aliqua culpa uoluntariè commiſſa, ſed ex ipſa natura quadam & ſubſtantia mali ex qua eſſentialiter naturam humanam dicebat eſſe compoſitam: nec dicebat nos ignorantiam & difficultatem boni contrahere ex originali peccato, cùm illud negent, ut patet per Auguſtinum. Ego autem dico quòd natura humana condita fuit bona & abſque uitio, & talis quòd poterat peccare & poterat non peccare: & per peccatum primi hominis in quo iuxta doctrinam Apoſtolicam omnes peccauimus, nos cum uitiis naſci; propter quæ niſi iuuemur gratia Dei non poſſumus agere uirtuosè. Hoc dicere, non eſt errare cum Manichæo, ſed eſt fideliter & catholicè conſentire Eccleſiaſtico Concilio ſuperius allegato, & Manichæorum ac omnium hæreticorum deſtructori Auguſtino. Quod uerò ulterius dicit illa ſua uia media incedendum eſſe inter errores Manichæi & Iouiniani, ego non approbo: nam illa uia fuiſſe uidetur Pelagii, Sed alia eſt qua incedere docent Eccleſia & Auguſtinus, Videlicet ut fateantur hominem poſſe peccare, contra Iouinianum: & hominis naturam non malam neque ex ſubſtantia mali commiſtam conditam fuiſſe, ex qua neceſſariò ad peccatum trahatur, contra Manichæum. Sed tamen peccato primorum parentum cū prius bona & ſine uitio eſſet uoluntatio commiſſo, uitiatam taleq́; in cæteros propagari: nec poſſe uirtuosè agere niſi adiutam ab illo cui quotidite dicimus, Adiuua nos Deus ſalutaris noſter. Et hoc cōtra Pelagium. Iſte eſt modus quem tenet Eccleſia. Et abſit ut oppoſitum Eccleſiæ uel ſancto Thomæ ego aſcribam: ipſe uerò reuerendus magiſter uideat, quid dicat ſanctum Thomam docuiſſe. Hæc ille. Ad undecimum argumentum dicit Gregorius, Hic dico primò quòd ſi hæc ratio ſit efficax, ſimiliter concludetur quòd homo in ſtatu naturæ corruptæ poteſt cum ſola Dei influentia generali implere omnia mādata legis moralia, quantum ſaltem ad ſubſtantiam operis: cuius oppoſitum, ut ſupra dixi, ex intentione determinat ſanctus Thomas, quod mihi ſufficit contra eum. Conſequentia patet, Tum quia quodlibet tale Deus præcepit homini, & ſecundum ſuam argumentationem uanè præcepiſſet, niſi homo in hoc ſtatu cum ſola Dei generali influentia poſſet implere: Tum quia ſecundum ipſum in illo pæcepto legis naturæ, omnia moralia complectuntur: & illud poteſt homo, ut dicit, implere cum ſola influentia generali. Hæc Gregorius. Ad formam dicimus ideo Saluatorem noſtrum hoc uobis præcepiſſe licet nos hoc cum ſolo generali influxu implere non poſsimus: quia optimè ſciebat ſuum auxilium ſpeciale gratiæ maximè nobis præſtò eſſe quo certè hoc poſſumus. Omnibus Adæ filiis uſum rationis habentibus adeſt hoc ſpeciale auxiliū gratiæ Saluatoris præſentiſsimum, niſi Deus aliquando

Hebra. 12.

Alia probatio Alberti. B

Reſponſio ad illam aliā probationem Alberti.

C *Lib. 1. Retract. Cap. 9.*

Via media qua inceditsācta Dei Eccleſia, inter Manichæum & Iouinianū & Pelagiū. D

Hieronymus & Mag. ſent. ubi ſupra.

Reſpōſio ad 11. arg. Alberti.

Sanc. Tho. 1.2. quæſt. 109. Art. 4.

E quando nõnullos deſerat ob eorum culpam; ut illis uſu uenit de quibus dicit Apoſtolus; quos Deus tradidit in reprobum ſenſum. Pro comperto quidem habuit Auguſtinus, eorũ homines & facultatem & poteſtatem habere, quæ illis præcipit Deus: ut autem hanc hominum potentiam oſtenderet, non ſugit ad hominis naturalia cũ generali Dei influxu ſed ad hominis naturalia Saluatoris gratiæ iũ cta. Conſtat de hoc multis in locis, maximè in De natura & gratia; præſertim eo loci ubi reſpondet Pelagianis, dicentibus ea poſſe homines quæ Deus illis præcipit. Legant hi quibus otium eſt Auguſtinum eo in loco, & ſua ipſorum diligentia fidem meam adiuuabunt. Ad duodecimum argumẽtũ reſpondet Gregorius, Ego autem dico quòd nunquam dixi, nec dico quòd in omnibus carentibus charitate & gratia, accipiendo charitatem & gratiam pro illo habitu diuinitus infuſo, quã communiter uocamus gratiam gratum facientem, & qui nec in infidelibus nec in exiſtentibus in peccato mortali unquam reperi tur: ſecundum quem ſenſum iſte uenerabilis magiſter in ſuo ulteriori proceſſu uidetur accipere, quòd omnis actus ſit dãnabilis. Quin

Rom. 1.

Lib. 1. Cap. 16. tom. 7.

Reſponſio ad 12. argum. Alberti.

F immo expreſsè dixi oppoſitum, ponens tam in Catechumenis, quàm in hominibus Chriſtianis in peccato mortali exiſtentibus, & per conſequens charitate illa & gratia de qua loquitur carentibus, multos eſſe actus moraliter bonos, licet non meritorios æternæ uitæ: & oppoſitum huius, dico ex nullo meo dicto ſequi. De actibus autem hominum ſimpliciter infidelium, utrùm omnes ſint damnabiles uel non? nihil dixi, nec pro nunc dico, Sed aliàs, Deo dante, quod uidebitur dicam: nam de hoc habui unam quæſtionem, in diſputatione de quolibet. Hæc Gregorius. Qui quantum ad hoc ultimum quod tangit de hominibus ſimpliciter infidelibus, ita alibi ponit concluſionem, per modum corollarii, Nullus actus hominum ſimpliciter infidelium eſt moraliter bonus. Declarans uerò ſemetipſum, inquit, Dico autem ſimpliciter infidelium, ad excludendum ſchiſmaticos, hæreticos, catholicos, & reliquos qui aliquo modo credunt, & alios qui fide cognoſcunt Deum. Probat autem, quia, ut inquit, nullus fit ex dilectione Dei aut propter Deũ ultimatè, cùm ipſi non cognoſcant ipſum eſſe propter ſe diligendũ, & cætera propter ipſum: igitur nullus fit intentione recta: ac per hoc nec uirtuoſè, uel bene moraliter. Dicit hanc rationem quaſi totam poni ab Auguſtino, ſuper Pſal. 67. & ſuper Pſal. 31. Sed de hoc iam ſuperius dictum eſt ſatis. Infra etiã quantum ad nos attinet, declaratur quòd

Lib. 2. Diſt. 41. Queſt. 1. Art. 2. Cõcluſ. 2. Cor. 3.

nos quidẽ ponimus actus morales medios: G in quibus non eſt meritum nec demeritum, nec bonum nec malum morale. Ad Decimũ tertium ita reſpondet Gregorius, Dico ſicut dictum eſt ſupra ad illam Apoſtoli, Gentes naturaliter, quæ ſunt legis faciunt. Ideo enim connaturale eſt nobis diligere Deum, quia ex principio naturæ inſito, apti & inclinati ſumus ad eius dilectionem: ſed tamen iſta aptitudo uel inclinatio adhuc nõ ſufficit, ſed iuuari indiget ab ipſo, Quod ipſamet auctoritas exprimit, ubi ait, Sed ſeminalis quædam ratio nobis inſita eſt intrinſecus, habens cauſas ut Deo adhæreat; quam rationem accipiens doctrina diuinorum præceptorum colere diligenter, cauteq́; fouere, ad perfectionem diuinæ gratiæ perducere conſueuit. Ecce quòd illa ſeminalis ratio nobis inſita, colitur & fouetur doctrina diuinorum præceptorum, ut ad perfectionem diuinæ gratiæ, id eſt, ad quam ducit Dei gratia, perducatur. Illa autem perfectio, ut Deus ſuper omnia diligatur. Hæc ille. Habemus ſine dubio naturalem rationem nobis inſitam, qua apti nati ſumus, Deum inquirere aut inueſtigare per creaturas, ad cognitionem Dei uenire H quantum ad ea quæ nota ſunt eius, illumq́; ſperare rectum iudicem, punitorem aut remuneratorem hominum, diligere etiam atque colere; ſed hos tales actus noſtrarum potentiarum circa Deũ moraliter, deliberatè, meritoriè, uirtuoſè uel non malè, habere non ualemus, niſi cum adiutorio ſuo ſpeciali, quod nos præueniat, moueat, præparet, & iuuet. Nanque & ſi nobis ſit connaturalis potentia ad iſtos actus circa Deum, ut re uera naturaliter poſſimus habere illos; eſt nobis tamen ualde difficile habere actus huiuſmodi circa Deum, quam difficultatem uincere non ualemus, niſi ab ipſo ſpecialiter iuuemur. Conſtat de hac difficultate, per ea non pauca quæ iam diximus ex doctoribus ſanctis, quando de cauſa cognitionis Dei in nobis agebamus: omnes enim uel fermè omnes, noſtram cognitionem Dei in nobis, referunt in Deum, tum principaliter, tum ſpecialiter auctorem, propter merita Saluatoris noſtri. Vnde quidem noſtra mens poteſt per ſuas naturales potentias in hos actus uenire, illoſq́; exercere, ſed adiutorio gratiæ Dei ſpecialiter adiuta: ut quotquot Deum uerum cognoſcimus, ſperamus, diligimus, colimus, adiutorium gratiæ Saluatoris noſtri in re huiuſmodi firmiter credamus, illiq́; iſta omnia debeamus, non ſolùm Creatori, ſed & Redemptori, uni & eidem dicenti, Sine me nihil poteſtis facere. Qui eſt lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Reſponſio ad 13. argum. Alberti.

Ioan. 15. Ioan. 1.

A mundum. In quo ſumus creati in operibus
bonis. Qui non ſumus ſufficientes cogitare
aliquid ex nobis tanquam ex nobis, ſed ſuffi-
cientia noſtra ex Deo. Cuius gratia nos di-
ſcernit in maſſa perditionis filiorum Adæ, iu-
ſtos à non iuſtis, bonos à malis, credentes à
non credentibus, Deum cognoſcentes à Deũ
non cognoſcentibus, in Deum ſperantes, à
non ſperantibus in Deum, diligentes Deum,
à Deum non diligentibus, Deum colentes à
Deum non colentibus. Et hoc enim gratia
Dei eſt in meritis Saluatoris noſtri, quantum
pertinet ad Deum unum uerum, cognitio-
nem, ſpem, dilectionem, aut cultum eius, ſiue
ut eſt trinus, ſiue ut eſt unus uerus, inquiren-
tium ſe remunerator. Sed de his ſatis.

Hierony. Divvs Hieronymus in explanatione fi-
dei catholicæ ad Damaſum Papam, Iouinia-
ni, & Manichæi, & Pelagii errores collidens
dicit, liberum ſic confitemur arbitrium, ut di
camus nos ſemper indigere Dei auxilio: & tã
illos errare, qui cum Manichæo dicunt homi
nem peccatum uitare non poſſe, quàm illos
qui cum Iouiniano aſſerunt hominem non
poſſe peccare. Vterque tollit arbitrii liberta-
tem. Nos uerò dicimus, hominem ſemper &
peccare, & non peccare poſſe, ut ſemper nos
liberi confiteamur eſſe arbitrii. Hæc eſt fides
B quã in catholica Eccle. didicimus, & quã ſem
Lib. 2. per tenuimus. Hæc ille. Refert & probat Mag.
Di. 28. ſniarũ, totaq; ſchola Chriſtiana ſimul cũ ipſo.
& 36. Igitur ſicut dicit Hieronymus, eſtq; fidei ca
tholicæ, immota ſententia, liberum arbi-
trium habemus, & ſemper tamen Dei auxi-
lio indigemus: atque ex libero arbitrio poſ-
ſumus peccare, contra id quod dicebat Ioui-
nianus, & ex libero arbitrio cum Dei auxi-
lio poſſumus non peccare, contra id quod di
cebat Manichæus. Notandum eſt uerbum
Hieronymi, Vt dicamus nos ſemper indige-
re Dei auxilio. Specialiter etiam notandum
eſt uerbum eius, Semper. Qui enim dicit,
Semper nos indigere auxilio Dei: ſatis decla
rat atque oculis ſubiicit noſtram miſeriam,
noſtram infirmitatem, noſtram fragilitatem,
noſtram indigentiam. Vt quando Apoſtolus
Rom. 1. dicit, Inuiſibilia enim Dei per ea quæ facta
ſunt intellecta conſpiciuntur. declarando me
dium per quod homines in cognitionem Dei
uenire poſſunt, quia, per creaturas: & ibi
quoque intelligamus Dei auxilium nobis fo
re neceſſarium. Quandoquidem medium ibi
declarat Apoſtolus, ſed Dei auxilium non ex
Rom. 1. cludit. Et quando Apoſtolus dicit, Quod no
tum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, intelliga
mus ſimul auxilium Dei in illo uerbo, Deus
enim illis manifeſtauit. Quando autem dicit
Apoſtolus, Gentes quæ legem non habent,
naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſi- C
bi ſunt lex, qui habent opus legis ſcriptum in *Rom. 1.*
cordibus ſuis. intelligamus ibi lumen natu-
rale commendari, ſed Dei auxiliũ non exclu-
di. Vt ſic cum diuo Hieronymo, & cum do-
ctoribus ſanctis antiquis, dicamus, nos ſem-
per indigere Dei auxilio. Etiam ut creatorẽ
per creaturas cognoſcamus, ut ſciamus quæ
agenda & quæ uitanda nobis ſunt, ut bona
bene uelimus, ut bona bene faciamus, ut ma
la bene auerſemur odioq; proſequamur; ut
mala bene uitemus, uincamus, fugiamus.

Qvantvm attinet ad Caietanum, di-
cendum eſt omnino, ſicut iam dictum eſt ſu-
perius ad ſentẽtiam D. Magiſtri à Soto: quia
eadem eſt opinio illorum, in qua Magiſter à
Soto ſequitur Caietanum, niſi quòd mirum
uidetur, tam debilibus argumentationibus
Caietanum ſuam fundaſſe determinationẽ.
Propoſuit enim dubium ad hominem in uia
ſancti Thomæ, An ipſe intendat quòd homo
in ſtatu naturæ corruptæ non poſſit morali-
ter bonum ex propriis naturalibus facere? I-
tem proponit dubium ſimpliciter, Quid te-
nendum ſit de hac quæſtione, ſcilicet, An ho
mo in hoc ſtatu poſſit per ſua naturalia face-
re bonum proportionatum naturæ, quale eſt
bonum uirtutis acquiſitæ? Determinando au ¶
tem inquit, Dicendum igitur eſt, quòd ho- D
mo in ſtatu naturæ corruptæ, poteſt per ſua
naturalia quantum eſt ex ſufficientia operati
uæ uirtutis, operari aliquod bonum morali-
ter bonum. Hæc eſt eius determinatio; de
quam non tantum miramur, quia nonnulli
tum ante illum, tum poſt illum, ita dixerunt.
Miramur autem de ſuis probationibus, tam
de priore, quam de poſteriore. Prior eſt de-
ducendo ad inconueniens, quia, inquit, niſi
poſſet aliquid bonum moraliter facere, ſeque
retur, quòd infidelis & exiſtens quilibet in
mortali, in omni ſuo actu deliberato pecca-
ret. Ita ipſe deducit, & quantum arbitramur,
nemo eſt qui non uideat, nihil ualere dedu-
ctionem. Quicquid enim ſit de actibus ſim-
pliciter infidelium, de quibus modo non agi-
mus: omnes fideles ſeu etiam uerum Deum
cognoſcentes, habent unde bene moraliter
cogitare atque operari ualeant, & per inde
unde peccata deuitare poſſint: non ex ſuis na
turalibus ſolis cum generali influxu pertinen
te ad naturalia, ſed cum auxilio ſpeciali perti
nente ad gratiam redemptionis, quod omni-
bus ſatis offertur. Fidelis Deus, qui non per
mittit uos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed
faciet etiam cũ tentatione prouentum, ut poſ
ſitis ſuſtinere. Hoc autem certè ex gratia re-
demptionis, per reſpectum ad Redemptorẽ,
ad quem pertinet principaliter omnis noſtra

B uictoria, contra carnem, contra mundum, contra diabolum, contra mortem. Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Infra declaratur quomodo hæc uera doctrina ponit medium, inter meritum & demeritum, & iterum inter bonum & malum moraliter. Poſterior eius ratio eſt, quia, inquit, experimur quod exiſtentes in mortali etiam pertinaciter ſecluſa fide, poſſumus reddere mutuum, quando oportet, cui oportet, & cætera. & propter quid oportet: quia ſcilicet iuſtum eſt, & ordinatur ad Deum ut ſummum bonum, ac per hoc finem uniuerſi demonſtratũ 12. Meta. Etiam mira eſt hæc ſua probatio, quæ prorſus nihil probat, & ſupponit, aut uidetur ſupponere id, quod erat probandum. Verè quidem experimur nos ita poſſe. Sed utiq; nemo eſt qui experiatur ſe ita poſſe per ſola ſua naturalia. Poſſumus enim; ſed poſſumus per noſtra naturalia cum Dei auxilio, quod nobis omnibus præſtò eſt, & manum admouet: Catholica hæc doctrina, & uerè Chriſtiana, declarat nobis hanc noſtram experientiam: ut omnes qui experimur nos ita poſſe, ſciamus unde habemus hanc potentiã: quid per naturam, quid per gratiam, quid per
F gratiam creationis, quid per gratiam redemptionis. Quo ad ea uerò quæ ipſe auctor dicit de cognitione & dilectione Dei ſuper omnia, quam concedit poſſe habere homines per ſua ipſorum naturalia in hoc ſtatu præſenti corruptæ naturæ noſtræ humanæ, iam ſatis dictũ eſt, cùm argumentationes Magiſtri à Soto & Magiſtri Alberti dilueremus. Et manifeſtum eſt ex ſuperibus, nos loqui de cognitionibus, & dilectionibus Dei, quæ ſunt actus humani uirtuoſi: de uirtuoſa cognitione, de uirtuoſa dilectione: quicquid ſit de omnibus aliis cognitionibus, uel dilectionibus. Agimus enim de actibus humanis, meritoriis, uirtuoſis'ue, in quibus uiget bona uoluntas, aut certè affectio iuſtitiæ, Dei, honeſtatis, rectitudinis: atque etiam de actibus humanis deliberatis nõ malis, in quibus uiget affectio commodi non inordinata, non culpabilis, non deficiens, nec excedens. Bonam autem uoluntatem, affectionem, affectionem iuſtitiæ, & affectionem commodi deliberatam atq; ſic ordinatam tribuimus libenter auxilio gratiæ Chriſti: & per conſequens omnes actus qui ab ea promanarent, qui illam præſupponunt, qui ab illa primordium ortumq; ipſum ducunt.

Reſponſum affertur quibuſdam Auguſtini dictis, quibus alicui uideri poſſet non de omni bono morali ſed ſolum de bono morali meritorio Auguſtinũ intellexiſſe, dum omnes noſtros bonos moros Deo auctori per eius gratiam tribuit. Ponuntur nonnulla eius dicta quibus prima fronte id maximè probari uidetur, & omnia rectè admodum edisſeruntur omniaq; plana, & pacata redduntur. G

CAP. XXXXI.

FATEMVR ingenuè, Nonnulla eſſe loca apud Auguſtinum ex quibus ſemidoctus aliquis, nec mentẽ omnino adhibẽs, opinari poſſet, ipſum Auguſtinum nõ omne bonum morale noſtrum retuliſſe in Dei gratiam actricem, ſed tantummodo bonum noſtrum meritorium. Sunt enim quædam loca eiuſmodi apud ipſum, quæ nõ nihil primore aſpectu id ſuadere uidentur. Talis nanque locus ille eſt in ſuo Hypognoſt. ubi ipſe loquitur in hæc uerba. *Locus. 1.* *Lib. 3. tom. 7.*
Eſſe fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod ſit idoneum, quæ ad Deum pertinent, ſine Deo aut inchoare, aut certè peragere: ſed tantum in operibus uitæ præſentis, tam bonis quàm etiam malis. Bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur: ideſt, uelle laborare in agro, uelle manducare & bibere, uelle habere amicum, uelle habere indu H
menta, uelle fabricare domum, uxorem uelle ducere, pecora nutrire, artem diſcere diuerſarum rerum bonarum, uelle quicquid bonum ad præſentem pertinet uitam. Hæc ille. Videtur enim locus hic urgere, quia bona opera huiuſmodi ad præſentem uitam pertinentia, etiam ſunt moralia, moralia inquã, & deliberata: nam neque illa uult aut operatur homo neceſſariò, nec à cauſa, nec ex ſola imaginatione: ſed ſciens, uolensq;, & propter aliquid. Ideo igitur ſi homo ea bona uelle & operari poteſt ſine gratia, uidetur quòd eo ipſo poſsit homo ſine gratia, bona moralia uelle, atque operari: niſi quòd ut hæc ſint meritoria, gratia ſine dubio indiget homo.
Alius locus Auguſtini eſt cõtra Iulianum Pelagianum, quo ait, Sed abſit ut ſit in aliquo uera uirtus, niſi fuerit iuſtus: Abſit autem ut ſit iuſtus uerè, niſi uiuat ex fide: Iuſtus enim ex fide uiuit. Hæc ille. Agebat enim de uirtutibus Romanorum, de quibus obiiciebat Iulianus: concludit autem de uirtutibus iuſtorum, quas ſolas uidetur appellare ueras uirtutes, & quæ ſine dubio ſunt meritoriæ. *Locus. 2.* *Lib. 4.* *Cap. 3.* *tom. 7.* *Rom. 1.*
Vnde non uidetur negare Romanos habuiſſe uirtutes alias niſi ueras, easq; ueras tales, quales iuſti uiri habent: ideſt, meritorias uitæ æternæ. Alius locus eſt in De ſpiritu & litera, ubi ſuper illud Apoſtoli, Deum enim Gentes quæ legem non habent, naturaliter *Locus. 3.* *Rom. 2.*
quæ

G quæ ſunt legis faciunt: dicit quòd ab ipſis infi
Cap. 2. delibus quædam facta intelligimus, uel laudi
uimus, quæ ſecundum iuſtitiæ regulam non
ſolùm uituperare non poſſumus; uerùm e-
tiam meritò, rectéq; laudare. Et paulò poſt,
Sicut non impediunt inquit, ad uitam æter-
nam iuſtum quædam peccata uenialia, ſine
quibus hic uita non ducitur: ſic ad ſalutem
æternam non proſunt impio aliqua bona o-
pera, ſine quibus difficilimè uita cuiuſlibet
peſſimi hominis inuenitur. Hæc ille. Ecce in
fideles naturaliter faciunt quædam bona ope
ra, non ſolùm non uituperanda: ſed meritò,
rectè laudanda ſecundum iuſtitiæ regulam.
Locus 4. Alius locus eſt contra Iulianum Pelagianum,
quo opere cum contendiſſet Iulianus, idq;
proteruus probare niteretur, eſſe apud infi-
deles extra gratiam Dei, bona opera & mora-
les uirtutes; licet tamen hoc. ſteriliter, quia
per hæc enim perducebantur ad regnum, nec
iuſtificabantur ad gloriam: reſpondendo di-
Lib. 4. cit Auguſtinus, Aut certè quoniam ſaltem
Cap. 3. concedis opera infidelium, quæ tibi eorum
Prope finem. uidentur bona, non tamē eos ad ſalutem ſem
piternam regnumq; perducere: Scito nos il-
tom. 7. lud bonum hominum dicere, illam uolunta-
tem bonam, illud opus bonum, ſine Dei gra
tia, quæ datur per unum mediatorem Dei &
B hominum, nemini poſſe conferri, per quod
ſolum homo poteſt ad æternum Dei donum
regnumq; perduci. Ecce Auguſtinus uide-
tur declarare ſemetipſum, aſſerens quòd dū
bonum hominis in gratiam refert, illud in-
telligit per quod homo in regnum perduci-
tur: unde non leuiter ſuadere uidetur eum de
bono opere hominis meritorio loqui, non
Locus 5. de alio. Alius locus eſt in De duabus anima-
bus circa finem, ibi nanque inquit, Propte-
rea enim corpora diligendo peccamus, quia
ſpiritualia diligere & iuſtitiam iubemur, & na
tura poſſumus: & tunc in noſtro genere opti
mi, & beatiſsimi ſumus. Ecce fatetur nos
natura poſſe diligere ſpiritualia, noſq; ea di-
Locus 6. lectione eſſe optimos. Alius locus eſt contra
Cap. 26. Adimantum, Dicit enim, Niſi quis uolunta
tem mutauerit, bonum operari non poteſt:
quod in noſtra poſitum eſſe poteſtate alio lo-
co dominus docet, ubi ait, aut facite arbo-
rem bonam, & cætera. Ecce in noſtra pote-
ſtate eſt noſtram uoluntatem uel à bona in
malam, uel à mala ī bonam mutare: bonūq;,
aut malum, operari. Idem contra Fortunatū;
Locus. 7. Hinc eſt præmium, quia propria uolūtate re-
cta facimus. Infra. Si ergo imperatum eſt no
bis ut faciamus arborem aut bonā, aut malā,
Locus. 8. noſtrū eſt eligere quid uelimus. Idē cōtra Fœ
Lib. 2. licē Manichæū, Habet unus quiſq; ī uolūtate
aut eligere quæ bona ſūt, & eſſe arbor bona:

aut eligere quæ mala ſunt, & eſſe arbor mala. C
Multa alia loca apud Auguſtinum ſunt non
abſimilia, quibus fateri uidetur, poſſe nos ho
mines bonum cognoſcere, uelle, facere, ideſt,
quaſi nō indigeamus Dei ſpeciali adiutorio,
niſi ad bonum meritorium. Abſit autem, ut
tale quid aliquis apud Auguſtinum colligat
aut ſuſpicetur, non enim de ſolo bono merito
rio agebat ipſe, ſed de omni bono opere ho-
minis morali, deliberato, non malo: hoc eſt,
quod ſic eſt bonum, ut malū nullo pacto ſit:
bonum ex officio, bonum ex fine, bonum ex
omnibus circunſtātiis. Neq; hæc loca ex Au-
guſtino adducta aliud probāt, nec quicquam
contra noſtram ſententiam faciunt, ei'ue ulla
ratione infenſa ſunt: imo nōnulla eorum eam
magis ſuffulciunt, magisq; firmant, ſi (ut par
eſt) in eiſdem locis & antecedentia & ſubſe-
quentia rectè diſpiciantur. Quia tamen quan
dam contrarietatis faciem præſeferre uiden-
tur, hæc quamuis leuia diſsidia elimiuare no
ſtrarum eſſe partium duximus. Ad primum *Ad 1. locum.*
igitur, manifeſta eſt reſponſio, quia illa bona
quæ ibi Auguſtinus enumerat & quæ fatetur
poſſe liberum hominis arbitrium uelle ſine D
gratia, neq; pertinent ad bonam uitam meri-
toriam, neq; ad bonam uitam moralem: ſed
quidem pertinent ad uitam ſeu ad bonam ui-
tam naturalem, ad bene eſſe & uiuere natu-
raliter. Non pertinent ad bonam uitam meri
toriam, quia uidemus illa bona habere etiam
perditiſsimos homines quoſcunq;, hæreti-
cos, ſchiſmaticos, & quoque infideles: in qui-
bus utiq; certum eſt, non eſſe uitam merito-
riam. Neq; pauci fuerunt uiri ſancti qui ut ui-
tæ meritoriæ uacarent, illa bona reliquerunt:
tanquam ea quæ duntaxat, ad uitam ipſam,
non autem ad bonam ſeu rectam uitam per-
tinent. Rurſus non pertinent illa bona ad bo
nam uitam moralem, tum quia interdum
qui minus uirtuoſus eſt moraliter, melius co
lit agrum, & alia prædicta opera exercet per-
fectè pro ut ad eorum naturalem perfectionē
exigitur: nec ex eo quòd quis colit agrum,
bibit, manducat, habet amicum, habet in-
dumenta, fabricat domum, ducit uxorem,
pecora nutrit, artes bonarum rerum diſcit,
aut alia ſimilia bona ad præſentem uitam per
tinētia facit, dicitur moraliter bonus: Tū quia
in uniuerſum, uirtutes morales ſunt, quibus
rectè uiuitur: his autem bonis ad præſentem
uitam pertinentibus non per ſe rectè uiuitur
neque bona huiuſmodi pertinent per ſe ad
uitam rectam. Talia etiam ſunt hæc bona, ut
quis illis poſsit uel bene uel malè uti: ideo nō
ſunt uirtutes, quia uirtute uemo malè uti
poteſt. Multi peximi moraliter hæc bona te-
nent, & multi optimi moraliter eadem relin
quunt:

E quunt: neque poteſt eſſe dubium, quin eiuſmodi bona ſapiant carnem, & uitam corporis, bonumq; eſſe eius reſpiciant. Sufficit ergo ad hoc ut quis bona hæc uelit, liberum arbitrium hominis; quia ad ea cognoſcenda ipſamet carnalis, humanaq; prudentia ſufficit. Vnde bona hæc ut ad præſentem uitam pertinent, de bono naturæ oriuntur, & ſecundum affectionem commodi: qua uolumus hic uiuere, & neceſſaria, utilia, atque delectabilia corporis habere. Multa cognoſcit, uult, & facit prudentia quæ de terra eſt, *Baruch. 3.* ſicut legimus, Filii quoque Agar qui exquirunt prudentiam quæ de terra eſt, negotiatores terræ, & Thaman, & fabulatores, & exquiſitores intelligentiæ, uiam autem ſapientiæ neſcierunt, neque commemorati ſunt ſemitas eius. Facit ergo prudentia terræ, negotiatores; facit fabulatores, & facit exquiſitores intelligentiæ; facit laborare in agro, manducare, bibere, habere amicum, habere indumenta, ædificare domum, uxorem ducere, pecora nutrire, artem diſcere diuerſarum rerum bonarum, & quicquid bonum ad præſentem uitam pertinet. Filii huius ſæculi, prudentiores in negotiatione ſua ſunt. Probè dixit Auguſtinus, Quicquid bonum ad præſentem pertinet uitam: quidem ut bona ad uitam corporis pertinentia ſignificaret, uel corporalia, uel ad corporalia ordinata. F Erat Auguſtinus magnus aſſecla Platonis, & per inde erat magis Academicus, quàm Peripateticus. Academici autem, quid dicebāt? Non pertinere bona corporis ad fœlicitatem hominis, nec pertinere ad uitā bene agendā, ſed ſolùm ad uitam: nec corporis bona appellabant bona, ſed neceſſaria: neceſſaria ſcilicet, ad corporis uitam, nō ad uitam beatam, non ad uitam rectam, non ad uitam animæ, non ad uitam moralem. *Enne. 1. lib. 4.* Optimè de his agit Plotinus, tā Platoni addictus ut Platonici cognomentum adeptus ſit, in De beatitudine. Omnia ergo bona eiuſmodi poteſt cognoſcere, uelle, atque operari humana uoluntas, etiā animalis, quæ ſenſum ſequitur, & commodi affectionem: ſufficit enim ad hæc, prudentia quæ de terra eſt, & ſecundum carnem. Dicitur, Illa bona, etiam ſunt moralia. Concedimus quòd ſunt moralia & deliberata, in illis qui illa deliberatè uolunt, aut operantur; ſed hoc nihil refert, quia quoque poſſunt eſſe meritoria. Eadem ipſa opera poſſunt eſſe & conſiderari ut bona naturaliter, ut bona moraliter, ut bona meritoriè: ſed alio, & alio modo regulatur in illis hæc triplex bonitas. Naturalis nanque bonitas actionis corporalis conſideratur ſecundum cōformitatem ad formam quæ eſt principium eius, uel ſecundum conformitatem ad ſenſum cui cōuenit, G ſeu ad corpus ipſum: ſicut homini eſurienti manducatio, homini autē ſitienti potatio naturaliter bona eſt: conuenit. n. ei naturaliter, ipſumq; ſuſtentat, atque delectat: quo fit ut non ſit dubium quin habeat rationem conuenientis & boni, naturaliter. Moralis bonitas actionis cuiuſuis, non ſecundum naturalem formam, nec ſecundum ſenſum, ſed ſecundum rationem & legem regulatur ſemper, & regulanda eſt: ita ut ſæpe contingat actionem aliquā unam, bonam eſſe moraliter, & malam naturaliter, uel è contra. Meritoria autem bonitas actionis ſecundum charitatem regulatur, à qua eſt, & cuius modum obſeruat: nam non eſt meritoria ulla actio corporalis, aut ſpiritalis, niſi fiat in charitate & propter Deum, modo aliquo. Itaque dum quaſi aſcendendo conſideramus has tres bonitates in illis operibus, naturalem, quæ eſt ſecundum ſenſum aut corpus, moralem quæ eſt ſecundum rationem, & meritoriam quæ eſt ſecundum charitatem: tunc profectò trāſimus à genere in genus, à minoriq; in maius: & quidem nullum eſt argumētum, ut ſi homo ſolus in id quod minus eſt poteſt, quoque in id quod maius eſt poſſit. Poteſt homo facere illa opera meritoriè, ſed cum gratia Dei habituali, animæ ſuperaddita: poteſt homo facere illa opera benè moraliter & uirtuoſè, H ſed cum auxilio Dei ſpeciali, poteſt homo facere illa opera bene naturaliter, per ſua naturalia cum ſolo influxu generali. Omnia habent ſuos gradus, ſuaſq; particulares doctrinas. Homo autem poſt lapſum non poteſt exercere aliquem actum ſuarum naturalium potentiarum moralem, deliberatū, meritorium, uirtuoſum, aut non malum, niſi mediante Dei ſpeciali gratia, pertinente ad gratiam redemptionis. *Ad 2. locum.* Ad ſecundum locum quoque reſponſio non minus eſt manifeſta. Similis eſt enim ille locus illi quo Auguſtinus ingenuè dicit, Bona opera hominis, ſi quæ ſunt, ſequuntur iuſtificatum, non præcedunt iuſtificandum: ubi magis clarè de operibus meritoriis uidetur loqui, non de aliis. Sed hæc nihil faciunt contra nos. Auguſtino præbemus nos eſſeclas, atque illi tanquam æquo iudici obtēperamus. Auguſt. autem de homine iuſto diſtinguit manifeſtè, ideſt, de homine habente gratiam, qua iuſtificamur: diſtinguit inquam, de homine iam iuſto tantam gratiam habente qua ordinatur ad gloriam; & de homine credente per fidem initiato ad iuſtitiam, cui adhuc non tanta eſt gratia, quanta ſufficiat ad regnum. *Lib. 1. Queſt. 2. tomo. 4.* Etenim ad Simpli. cum dixiſſet, Incipit autē homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, uel

A uel interna, uel externa admonitione motus ad fidem. Paulò poſt ſic adiecit, Sed in quibuſdam tanta eſt gratia fidei, quanta non ſufficit ad obtinendum regnum cœlorum, ſicut in Catechumenis, ſicut in ipſo Cornelio antequam ſacramentorum participatione incorporaretur Eccleſiæ. In quibuſdam uerò tanta eſt, ut iã corpori Chriſti & ſancto Dei templo deputētur. Infra, Fiunt ergo inchoationes quædam fidei, conceptionibus ſimiles; non tamen ſolùm concipi, ſed etiam naſci opus eſt, ut ad uitam perueniatur æternã. Ecce duo genera hominum gratiam habentium, alterum eorum qui per fidem gratiã recipientes & bonam uitam inchoantes, quaſi concipiuntur ad uitam: alterum eorũ qui maiorem gradum gratiæ habentes non ſolùm intelliguntur quaſi concipiantur, ſed quaſi iam nati, & ad uitam æternam ordinati. In utriſq; concedit Auguſtinus eſſe bona opera, & utrorumq; bona opera in Deum refert principalem auctorem, , & in eius gratiam: conſtat hoc ex Auguſtino, tum in eodem loco ad Simpli. ubi dicit nihil boni fieri à catechumenis citra auxilium gratiæ Dei: tum in De prædeſtinatione ſanctorum, ubi ait, quicquid & antequàm in Chriſtum crederet & cum credidiſſet bene operatus eſt Cornelius, totum Deo dandum eſſe, ne forte quis extollatur. Itaque ſecundum Auguſtinum, per fidem initiatur homo, & quaſi cõcipitur in uia atque uita iuſtitiæ: unde iam tunc inchoatiuè iuſtus eſt, & perinde mox bene operari poteſt; ut Catechumeni, & ut Cornelius antequàm in Chriſtum credidiſſet. Quòd ergo Auguſtinus dicit, Sed abſit ut ſit in aliquo uera uirtus, niſi fuerit iuſtus: de illa uera uirtute loquitur quæ ſic eſt uirtus, ut non ſit uitium, & de illo iuſto qui uel eſt per gratiam gratum facientem iuſtificatus, uel eſt per fidem ad iuſtitiam initiatus. Abſit enim ut dicamus ſecundum Auguſtinum non habuiſſe Cornelium ueram uirtutem antequàm in Chriſtum credidiſſet, eo tempore quo orationes eius & eleemoſynæ aſcenderunt in conſpectum Dei: quando certum eſt ſecundum Auguſtinum non habuiſſe Cornelium tantam gratiam fidei, quãta ſufficiceret ad obtinendum regnum cœlorum. Qui incipit credere, incipit iuſtus eſſe: nam fides eſt initium ſalutis, initium iuſtificationis initiumq; ſpiritualis uitæ, ut infra hoc eodem libro ſuo loco declaratur & ſatis probatur, ſaltem ex Auguſtini ſententia in multis locis, præſertim in De ſpiritu & litera. Sic ergo docet Auguſtinus, quia ſecundum ipſum extra fidem ſeu cognitionem ueri Dei, nulla eſt uirtus quæ non ſit uitium: &

Lib. 1. Cap. 7. tom. 7.

B

De hac re etiam infra præſenti capite ex eodẽ Auguſtino.

Cap. 30. & 31.

rurſus quia qui fidem habet, iam ex ea parte iuſtus eſt, ſaltem inchoatiuè, ſaltem initiatiuè. Non poteſt fides non eſſe iuſtitia, licet aliquando nihil dicatur eſſe & nihil ualeat ad regnum propter abſentiam charitatis, quæ maxima iuſtitia, maximaq; uirtus eſt, forma & ualor omnium uirtutum. Ad tertium locum iam ſatis conſtat reſponſio ex dictis. Intelligitur enim de factis infidelium, quæ ex ſuo genere, obiecto, uel officio bona ſunt, de quibus nullum eſt dubium. Multa enim officia bonarum uirtutum in infidelibus nouimus, quidem ex ſuo genere bona, & pariter ex ſuo genere laudabilia: ſed ea officia bona, Auguſtinus eos infideles bene feciſſe, intrepide negat. Neque regula iuſtitiæ damnat, ſed laudat bona officia ex ſuo genere: reprehendit nihilominus, uituperat, & damnat quencunque defectum circunſtantiæ neceſſariæ bonæ, & quancunque appoſitionẽ circunſtantiæ prohibitæ malæ. Bona ergo officia & bona opera ex ſuo genere operati ſunt infideles, & nunc ſæpè quibus ſunt in locis operantur: ſed bona officia aut bona opera ex omnibus circunſtantiis requiſitis, non operantur, nec unquam operati ſunt infideles, ſecundum Auguſtinum. Manifeſtè ipſe de his agit contra Iulianum Pelagianum, ſibi de bene geſtis quorũdam Romanorum obiicientem, Fabricii, Fabii, Scipionis, Reguli, quos inter Romanos fama prædicabat illuſtriores. Ibi enim frequenter damnat omnia officia quantumuis bona, quæ nullo modo fiunt propter Deum: nec uirtutes à uitiis tantum diſcernit officiis, quantum finibus. Vnde apud infideles multa concedit bona officia, uirtutem uerò nullam: ſcilicet quia officia eiuſmodi non propter eum faciunt, propter quem facere debent. Concedit ergo de illis, quòd naturaliter quæ legis ſunt utcũq; fecerunt, ſcriptum habentes in cordibus opus legis, hactenus, ut aliis non facerent, quod perpeti nollent: hoc tamen peccantes, quòd homines ſine fide, non ad eum finem iſta opera retulerunt, ad quem referre debuerunt. Hæc ille. De factis ergo agebat Auguſtinus, quæ ſecundum officium ſeu genus ſuum, bona erant: non quaſi bona eſſent ex fine etiam & omnibus circunſtantiis, quod certè ad moralem uirtutem eſt neceſſarium. Hanc reſponſionem innuit etiã Auguſtinus in eodem allegato loco, dicens, Quanquam ſi diſcutiatur quo fine fiant, uix inuenitur quam iuſtitiæ debitam laudem defenſionem mereantur. Si autem contendat quiſpiam dicere, apud infideles reperiri rectè facta tum ex officio, tum ex fine & omnibus circunſtantiis, atque hoc eo in loco docuiſſe Auguſtinum:

C

Ad. 3. locum.

Lib. 4. Cap. 3.

D

E num: nos reſpondemus ſecundum eundem
Lib. 4. Auguſtinum contra Iulianum Pelagianum;
Cap. 3. ea uirtuoſè facta Diuino muneri potius,
tom. 7. quàm uoluntati humanæ tribuenda eſſe. Verba eius ſunt hæc. Quanto ergo tolerabilius illas, quas dicis in impiis eſſe uirtutes, diuino muneri potius, quàm eorum tribueres tantum modo uoluntati, &c. Ad quartum locū
Ad 4. locum. Auguſtini, ex aliis dictis eius conſtat quoque reſponſio multiplex. Dicimus ergo primùm, ſicut iam optimè dixit Gregorius Ariminenſis, quòd cum frequenter in præcedentibus proximè capitulis immo in eodem capitulo, ut in noſtro codice, habetur, Auguſtinus dixerit talia infidelium opera, quæ uirtuoſa & laudabilia uidentur, uerè eſſe peccata & punienda; nulli dubium eſſe poteſt, quin intellexerit ipſa non eſſe moraliter bona, ſed eſſe uitioſa & mala moraliter. Præſertim quia ut conſtat ex dictis, ſæpè docuit Auguſtinus ex propoſito, extra cognitionem ueri Dei nullam eſſe uirtutem, quæ non ſit uitium: unde cum negat opera infidelium eſſe bona, non ſolùm negat ea eſſe bona meritoriè, ſed quoque negat ea eſſe bona moraliter, aut moraliter uirtuoſa. Quæ enim moraliter uirtuoſa ſunt, non ſunt uitia: & quæ ſunt uitia, non
F ſunt moraliter uirtuoſa, quantumuis ſint ex ſuo genere, obiecto, uel officio bona. Deinde reſpondemus ſecundò, quòd omnia opera moraliter uirtuoſa, ſcilicet quæ bona ſunt ex genere & omnibus circunſtantiis, talia ſunt quibus ad regnum cælorum perducimur, niſi aliquid nobis deſit, quod aliàs nobis ſit neceſſarium. Omne enim tale opus ſi fieret ab homine habente gratiam gratum facientem, & in tali gratia poſt modum decedente, utique æternæ uitæ præmio præmiaretur: omne enim tale debet fieri aliquo modo propter Deum, formaliter, uirtualiter, actualiter, uel habitualiter: alioquin in Deū nullo modo relatum, quem reſpiceret ultimatè, niſi creaturam? Vel ſaltem omne tale opus refertur in Deum aptitudinaliter, quæ relatio ſecundum ſanctum Thomam ſufficit ei ad meritum, ſi fiat in gratia gratum faciente: non enim ponit ſanctus Thomas medium inter meritum & demeritum in hominibus iuſtis, ob quod in ipſis etiam ipſa bona opera moralia, propter ſuos fines particulares facta, dicit eſſe meritoria. Bona ergo moralia moraliter uirtuoſa, ex eorum genere ſunt, quæ ad regnum perducunt, quæ meritum augent, & maius præmium æternum parant; ipſis nulla ex parte immutatis, ſed per hoc tantum quòd in gratia gratum faciente fiunt: ideo profectò de illis bonis ſunt, de quibus loquitur Auguſtinus, & quæ in Deum auctorem principalem refert per gratiā Saluatoris G
& domini noſtri Ieſu Chriſti. Et ſatis monſtratum eſt, non tribuere Auguſtinum Deo ſolummodo opera noſtra in gratia gratum faciente facta, ſed etiam & multa alia: bonam patientiam hæreticorum, bona opera catechumenorum quando non habent tantā gratiam, quanta ſufficit ad obtinendum regnum cœlorum, atque bona opera Cornelii antequàm in Chriſtum credidiſſet. Nō eſt autem Auguſtinus Auguſtino contrarius: ſed ſibi ſemper idem, eandem ſemper tenet ſententiam. Quòd ſi Auguſtinus Chriſti gratiæ ſolùmodo tribueret bona opera hominis quæ in gratia gratum faciente fiunt, quid ſecundum illum foret dicendum de ultimata diſpoſitione ad gratiam gratum facientem, pro ut tempore uel natura præcedit illam? Quid de fide quam habemus ante charitatem? Quid de pia cogitatione credendorum quam habemus ante fidem? Omnia enim hæc, Auguſtinus refert in gratiam Saluatoris. Videatur ipſe, legatur, & intelligatur. Ad quintum locum ſatis reſpondet ipſe Auguſtinus in ſuis *Ad 5. locum.*
Retractationibus. Recolens enim uerba prædicta inquit, Poteſt quæri cur natura & non gratia poſſumus, dixerim, ſed contra Manichæos, de natura quomodo (alias ſorte, quæſtio) uerſabatur, & utique illud agit gratia ut ſanata natura, quod uitiata non poteſt, poſſit per eum qui uenit quærere & ſaluum facere quod perierat. Ex quo conſtat eum utique intelligere, quòd per naturam quidem poſſumus, ſed non per ſolā naturam: ſcilicet quia per noſtras naturales potentias ſpiritalia diligere ualemus, ſed gratia Saluatoris præueniente, præparante, iuuante. A' nobis enim exit, & non extrinſecus accedit talis dilectio: hoc eſt, in illa dilectione non nos habemus merè paſſiuè, ſed quoque actiuè. Ad ſextum locum, & ad alia duo quæ ſunt contra Fortunatum & contra Fœlicem Manichæum, conſtans etiam eſt reſponſio ex eodem Auguſtino. Ipſe enim in ſuis Retractationibus dicit, In poteſtate hominis eſt mutare uoluntatē, ſed ea poteſtas nulla eſt niſi à Deo detur, de quo dictum eſt, Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Cū enim hoc ſit in poteſtate quodcunque uolumus, facimus, nihil tam in poteſtate quàm ipſa uoluntas: ſed præparatur uoluntas à Domino. Eo modo ergo dat poteſtatem. Hæc ille. Idem in De Spiritu & litera, fatetur quòd in noſtra poteſtate & uolūtate eſt credere, ſimul docens quòd tum ea poteſtas, tum ea uoluntas, à Deo nobis ſint. In noſtra ergo poteſtate eſt malè aut bene uelle, ſed differenter: nam abſque ſpeciali Dei adiutorio malè uelle poſſumus, bene autem uelle

Lib. 1. Cap. 25.

H

Ad 6. locum ad 7. & 8.

Lib. 1. Cap. 22.

Cap. 31. 32. & infra.

A uellé niſi illo ſpecialiter adiuuante non ualemus, ſicut pater per eundem Auguſtinum in *Cap. 47.* De Correctione & gratia, In De uerbis Apo *Serm. 12.* ſtoli, In De Prædeſtinatione Diuina. Verba eius ſunt, Liberum arbitrium ad malum ſufficit, ad bonum autem parum eſt, niſi adiuuetur ab omnipotente bono. Prorſus ſi adiutorium Dei defuerit, nihil boni agere poteris: agis quidem illo non adiuuante, libera uoluntate, ſed malè adhuc idonea eſt uoluntas, quæ uocatur libera & malè agendo fit damnabilis ancilla. Cum dico tibi, ſine adiutorio Dei nihil agis; nihil boni dico, nam ad malè agendum habes ſine adiutorio Dei, liberam uoluntatem. Liberum uerò quod à Deo habemus arbitrium, prono ad nequitiam lapſu fluit, & cum ad uirtutis indolem Dei auxilio deſerente nihil poſsit, ad genus omne peccati idonea fultum uirtute ſubſiſtit. Hæc ille in allegatis locis. *Locus. 9.* Alius locus Auguſtini eſt in De fide *Cap. 14. tom. 4.* & operibus, ubi ait, Cum ergo dicit Apoſtolus, arbitrari ſe, iuſtificari hominem per fidẽ ſine operibus legis: non hoc agit, ut præcepta ac profeſſa fide opera iuſtitiæ contemnantur; ſed ut ſciat ſe quiſque per fidem poſſe iuſtificari, etiam ſi legis opera nõ præceſſerint. Sequuntur enim iuſtificatum, non præcedunt iuſtificandum. Hæc ille. Hæc autem uerba eius ſatis uidẽtur innuere, quòd opera de B quibus loquitur, ſunt utique meritoria, quia ſunt opera quæ iuſtificatum ſequuntur. Verùm hic locus, ut ſuperius diximus, *Ad 9. locum.* reſpondentes ad ſecundum locum, nihil facit contra nos: quia, ut quoque ibidem diximus, iuxta Auguſtini doctrinam, homo incipit iuſtificari, ex quo incipit fidem habere. Vnde etiam mox quodam modo fit potens ad bene operandum, etiam antequàm meritoriè, ideſt, dignè uita æterna operetur: quia ſic meritoriè operari, tribuit Auguſtinus charitati; uel cuidam gratiæ bene operandi, ſequenti ſeu concomitanti charitatem. Sic manifeſtè dixit Auguſtinus ad ſimplicianum, *Lib. 1. Quæſt. 2.* Niſi ergo uocando præcedat miſericordia Dei, nec credere quiſquam poteſt, ut ex hoc incipiat iuſtificari & accipiat facultatem bene operandi. Hæc ille. Ecce ex quo homo uocatus credit, iuſtificari incipit, & facultatem bene operandi accipit. Omnino ſicut Catechumenus iam credens, & adhuc non plenè præteritis uitiis nuncium remittens: uel ſicut iam baptizatus homo, qui in aliquo mortali peccato propter ignorantiam uel propter fragilitatem exiſtens, multa bona facit, etiam propter Deum, ieiunia, eleemoſynas, orationes, quoque Deum orando, ut ipſum fortius moueat, ad bonum, & ab omni peccato liberet. Porrò in De ſpiritu & litera, ita ordinat, Neque enim lex impletur niſi libero arbitrio, ſed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum, C *Cap. 30. tom. 3.* per gratiam, ſanatio animæ abolitione peccati, per animæ ſanitatem, libertas arbitrii, per liberum arbitrium, iuſtitiæ dilectio, per iuſtitiæ dilectionem, legis operatio. Hæc ille. Ecce hic prædicat Auguſtinus alia opera bona hominis quæ non ſolùm ſequuntur fidem, ſed fidem, gratiam contra peccatum, animæ ſanitatem abolitione peccati, libertatem arbitrii, & iuſtitiæ dilectionem. Hæc autem talia opera, ſine dubio ſunt meritoria. Cæterùm ut ſibi ſatisfaciat quiuis lector ex dictis Auguſtini, utq; manifeſtè nouerit hanc fuiſſe doctrinam eius & mentem, legat ipſum ſcribentem ad Simplicianum, in reſponſione ad *Lib. 1. tom. 4.* ſecundam quæſtionem, ſic incipiente, Sed iam ut arbitror tempus eſt ad aliam tranſire quæſtionem, quam ſic propoſuiſti. Ibi enim exaltat ſatis eam gratiã Dei quæ nos præuenit, uocat, & præparat: uocat inquam, iſtos uno modo, alios alio: pulſans, tangens, & præparans, ſed nõ neceſsitans. Vnde quidam conſentiũt uocanti gratiæ, alii non conſentiũt. Ad propoſitũ autem huius diſputationis *Paulò ante finem reſponſionis.* dicit, Præcipitur ut rectè uiuamus; hac utiq; mercede propoſita, ut in æternum beatè uiuere mereamur. Sed quis poteſt rectè uiuere & bene operari, niſi iuſtificatus ex fide? Ec- D ce docet Auguſtinus quòd ſolus iuſtificatus ex fide, rectè uiuere, & bene operari poteſt: Sed profectò conſtans eſt doctrina eius & notiſsima, qua ipſe docuit, quòd homo incipit percipere gratiam Dei, cum incipit credere Deo, quòd incipit iuſtificari, cum incipit credere, & quòd mox iam habet quodammodo facultatem bene operandi, ut Cornelius antequàm in Chriſtum crediſſet, & ut quiuis Catechumenus. Itaque ſententia fuit Auguſtini, quòd ante, ſiue extra fidem ueri Dei, nemo hominum bene aut uirtuosè operari poteſt, nec ſine auxilio gratiæ Saluatoris. Quòd autem Auguſtinus non intelligat hanc doctrinam ſuam ſolummodo de bona operatione meritoria, ut nos communiter loquimur de bona operatione meritoria procedente ex charitate & gratia gratum faciente, ſed etiam de quacunque operatione noſtra morali, deliberata, meritoria, uirtuoſa, uel non mala: ſatis monſtratum eſt in præcedentibus. Ideo hac de re nunc ſatis ſit dictum. Locis enim illis Auguſtini, quæ præ aliis quæ apud illum ſunt ſententiæ orthodoxæ aduerſari uidentur, ſatis niſi fallor, fuit reſponſum, alia uerò, ſi quæ ſunt, iam ſuperius ſunt ſoluta; uel ſaltem ſecundum horum ſolutiones & facilè, & optimè ſolui poſſunt. Quantum enim at-

E tinet ad quartum locum qui non parum qui-
buſdam ·poteſt uideri urgere, bene iam re-
ſponſum eſt: De quo loco etiam non perpe
ram dici poteſt egiſſe in eo Auguſtinum par-
ticulariter ad hominem; ideſt, contra ipſum
Iuliannm, procedendo ex conceſsis ab ipſo
Iuliano, ſicut conſtat intuentibus. Cum enim
Auguſtinus paulò ante peccata eſſe dixiſſet
& damnaret omnia opera deliberata infide-
lium, ex defectu circunſtantiæ nltimi finis ne
ceſſariò apponendæ: cumq; adduxiſſet dictũ
Iuliani quo aiebat quoſdam nominatos à ſe
Romanos, ueras habuiſſe uirtutes, Fabri-
cium, Fabium, Regulum, Scipionem, bo-
nosq; eos fuiſſe, ſed ſteriliter, quia per illa
bona non conſeqnebantur cœlorum regnũ,
nec perdncebantur ad gloriam & ueram bea
titudinem: cum, inquam, Auguſtinus ſic do
cuiſſet ſuam doctrinam, & eam quæ Iuliani
erat, impugnaſſet, arguendo ad hominem ita
illud dixit. Ob quod adiecit ſtatim, Omnia
proinde cætera qnæ uidentur inter homines
habere aliquid laudis, uideantur tibi uirtu-
tes neræ, uideantur opera bona. & ſine ullo
facta peccato. Quod ad me pertinet, hoc
ſcio, quia non ea facit uoluntas bona. Vo-
luntas quippe infidelis atque impia non eſt
bona. Dicantur ſecundum te huiuſmodi uo
lnntates arbores bonæ, ſufficit quòd apud
F Deum ſteriles ſnnt, ac per hoc non bonæ.
Sint inter homines fructuoſæ, inter quos
ſunt & bonæ, te auctore, te laudatore, ſi uis
etiam plantatore, dum tamen illud, uelis no
lis, obtineam, quòd amor mundi, quo quiſ
qne amicus eſt huius mundi, non eſt à Deo:
amorq; fruendi quibuſcunque creaturis ſine
amore Creatoris, non eſt à Deo. Amor an-
tem Dei quo peruenitur ad Deum, non eſt
niſi à Deo Patre per Ieſum Chriſtum cum
Spiritu ſancto. Per hunc amorem Creatoris,
bene quiſque utitur etiam creaturis. Sine hoc
amore Creatoris, nullus qniſquam bene uti
tur creaturis. Hæc ille. Ecce ſecundum Augu
ſtinnm uoluntas infidelis non eſt bona, ne-
que poteſt ullo modo bene uti creaturis; qui
nullo modo Creatorem cognoſcit, aut nullo
modo creaturas in Creatorem refert. Et quæ
extra cognitionem ueri Dei uidentur inter
homines habere aliquid laudis, uidentur uir
tutes ueræ, aut uidentur opera bona & ſine
ullo ſacta peccato, quidem ſecundum ſenten
tiam Auguſtini non ſunt talia, licet ea Iulia-
nus Pelagianus talia eſſe dicat. Fatetur Augu
ſtinus in eo loco paulò ante hæc & illa uerba,
homines infideles aliquando miſereri aliorũ
ex naturali quadam ſympathia ſeu compaſ-
ſione; ſed eam miſericordiam infidelis uolũ
tatis damnat Auguſtinus, & peccatum eſſe
fatetur, propter defectum circunſtantiæ finis G
ultimi: quia certè non regulatur, ſicut regu
landa eſt. Quod uerò Auguſtinus uult, om-
nia bona noſtra opera debere ex charitate na
ſci ut ſint bona & non ſint peccata; nullo mo
do ita intelligit ut damnet omnia opera no-
ſtra extra charitatem & gratiam gratum faciẽ
tem facta, ſed ſic ut declaret ea in Deum ue-
rum debere referri ultimatè aliquo modo,
actualiter, habitualiter, aut uirtualiter. Ip-
ſa enim relatio, ſine dubio eſt aliqualis dile-
ctio. Nec Auguſtinus ſolùm ponit eã Chari-
tatem completam qua quis deſiderat iuſtifi-
cationes Dei; ſed etiam eam charitatem in-
choatam qua quis concupiſcit deſiderare iu-
ſtificationes ipſas: rurſus quoque illam, qua
quis in Deum refert ſua opera. Videatur cir-
ca illud, Concupiuit anima mea deſiderare *Pſal. 118.*
iuſtificationes tuas in omni tempore. ubi *Concio-*
multa dicit quæ ſatis bene notat Magiſter ſen *ne. 8.*
tentiarum. Videmus enim ratione nonnun- *tom. 8.*
quam, quàm utiles ſnnt iuſtificationes Dei; *Lib. 2.*
ſed infirmitate præpediti aliquando non deſi *Diſt. 26.*
deramus. Præuolat ergo intellectus, ſequi-
tur tardus aut nullus effectus. Scimus bonũ,
nec delectat agere: & cupimus, ut delectet.
Sic iſte olim deſiderare concupiſcebat, quæ
bona eſſe cernebat, cupiens eorum habere
delectationem, quorum potuit uidere ratio
nem. Oſtendit itaque quibus quaſi gradibus H
ad eas perueniatur. Prius enim eſt, ut uideã-
tur quàm ſint utiles & honeſtæ, deinde ut
earum deſiderium concupiſcatur, poſtremò,
ut proficiente gratia delectet earum opera-
tio, quarum ſola ratio delectabat. Hunc om
nem gratiarum ordinem diſtinctè aſsignauit
Auguſtinus. Videatur etiam in De Gratia &
libero arbitrio ubi notat quomodo aliquis
extra charitatem numeris omnibus ſuis abſo
lutam, iam quaſi ex charitate inchoata inci- *Cap. 17.*
pit deſiderare Dei inſtificationes. Ibi enim *tom. 7.*
gradus bonæ nolnntatis explicans, & gra-
dus charitatis intelligens, loquitur in hæc
uerba, Qui ergo uult facere Dei mandatum
& non poteſt, iam quidem habet uolun-
tatem bonam, ſed adhnc paruam & inua-
lidam; poterit autem, cum magnam habue-
rit & robuſtam. Quando enim Martyres ma-
gna illa mandata fecerunt, magna utique uo-
luntate, hoc eſt, magna charitate fecerunt, *Lib. 1.*
etc. Ponit ergo Auguſtinus inchoatam & per *Cap. 9.*
fectam fidem, ut conſtat in De prædeſtinatio *tom. 7.*
ne Sanctorum: ponit etiam magnam & par- *Lib. 1.*
uam uoluntatem bonam, ut conſtat in De *Cap. 17.*
Gratia & libero arbitrio: ponitq; tantam *tom. 7.*
gratiam fidei in homine quanta ſufficit ad *Lib. 1.*
obtinendum regnum cœlorum & quanta *Quæſt. 2.*
non ſufficit, nt conſtat. Ad Simpli. ponit, *tom. 4.*
quòd

A quòd extra fidem, ideſt, extra cognitionem ueri Dei, nullam poteſt homo habere uirtutẽ quæ non ſit uitium, nec aliqua bona opera deliberata, quæ non ſint peccata, ut conſtat in multis locis ſuperius adductis: ponit, homo tunc primũ percipere gratiã incipit cũ incipit credere Deum, quòd fides eſt in nobis principium ſalutis & iuſtificationis noſtræ & bene operandi, quodq; ſunt aliquandò etiam in nobis quædam inchoationes fidei non ſufficientes, ut conſtat de omnibus huiuſmodi in De Spiritu & litera, & in aliis allegatis eius locis penè infinitis. Ergo ex his intelligendus eſt Auguſtinus, declarandus, & commendandus. Sed hac de re explicatius aliàs fortaſſe.

Cap. 30. & 31.

Voluit enim Auguſtinus opera bona hominis non præcedere iuſtificandum, ſed ſequi iuſtificatum, ideſt, uel iam plenè iuſtificatum per tantam gratiam fidei quanta ſufficiat ad remiſsionem peccati & ad ingreſſum regni cœlorum: uel ſaltem quantum attinet ad primordia iuſtificatum per tãtam gratiam fidei, quãta non ſufficit ad hæc, ſed iam aliquo modo rudimenta quædam atque initia præbet iuſtificatiõis, ſanctitatis, & renouationis. Quia iuſtitia ortum ducit à fide, cum ſit fides initium iuſtificationis; ut etiam determinat Auguſtinus in De ſpiritu & litera, per multa.

Aug. Cap. 30. uel 31. tom. 3.

H

IGITVR ut plenè noſcamus doctrinam & mentem Auguſtini, adnotemus primùm ex ſuo opere De ſpiritu & litera, fidem eſſe initium ſalutis ac iuſtificationis ſeu iuſtitiæ noſtræ in nobis: Adnotemus ſecundò ex eiuſdem opere ad Simplicianum, hominem percipere gratiam Dei quæ producit bona merita, & quam non præcedunt bona merita, ex quo incipit credere Deo, internis uel externis monitionibus uocatus: Adnotemus tertiò ex eiuſdem opere de prædeſtinatione ſanctorum, quòd bona opera Cornelii & quicquid boni ipſe Cornelius fecit etiam ante quàm in Chriſtum credidiſſet (quando certum eſt ex Auguſtino Cornelium non fuiſſe iuſtificatum à peccatis, nec tantam gratiã habuiſſe quanta ſufficit ad regnum cœlorum obtinendum) Auguſtinus tribuit Deo, & gratiæ Dei per Saluatorem noſtrum, orationes, eleemoſynas, & quicquid aliud boni: Adnotemus quartò ex eiuſdem opere cõtra Iulianum Pelagianum, atque ex ſermone De patientia, quòd ubicunque Auguſtinus uel concedit ſecundum ſuam opinionem, uel ſupponit ſecundum opinionem alienam, eſſe aut fuiſſe uirtutes morales uel moralia quædam opera bona deliberata, eo pacto bona ut omnẽ mali ſocietatem omnino reſpuãt, ſemper hoc tribuit gratiæ Dei per Chriſtum, ut opera talia bona Catechumenorum, hæreticorum, Cornelii ante quàm in Chriſtum crederet, & eas quas Iulianus Pelagianus dicebat in infidelibus fuiſſe uirtutes: Adnotemus quintò ex eodem opere contra Iulianũ Pelagianũ, atq; ex eo quod de Ciuitate Dei inſcribitur, & ex multis aliis ſuperius allegatis, Auguſtinum crediſiſſe & ita docuiſſe ſecundum ſuam opinionem, extra cognitionẽ ueri Dei, non reperiri uirtutes quæ nõ eſſent ex aliqua parte uitia. Sic ut non poſsint ibi ueræ eſſe uirtutes, ubi non eſt uera religio, ſaltem per cognitionem ueri Dei.

B Vbi ſtatim ſupra. Lib. 1. Queſt. 2.

Lib. 1. Cap. 7. tom. 7.

Lib. 4. Cap. 3. tom. 7. Alibi ẽt.

C Vbi ſtatim ſupra. Lib. 19. Cap. 25. tom. 5.

Ex iſtis autem prænotatis conſtat manifeſtè mens Auguſtini, & conſtat ſatis uerus intellectus doctrinæ ſuæ, qua dixit, opera hominis bona ſequi iuſtificatum, non autem præcedere iuſtificandum. Ita enim dixit, intelligendo per iuſtificatum, non ſolùm eum qui iam quantum ſatis eſt iuſtificatus ſit, ſed etiam eum qui iam iam per cognitionem ueri Dei quodammodo iuſtificari incipit; ut quiuis catechumenus, atque ut Cornelius ante quàm crediſiſſet in Chriſtum. Poſuit nanque fidem eſſe initium ſalutis & iuſtificationis, ut conſtat ex notabili primo; poſuit quòd homo incipit percipere gratiam facientem bona merita ex quo incipit credere Deo, ut conſtat ex notabili ſecundo: poſuit quòd extra cognitionẽ ueri Dei, non ſunt talia bona opera moralia deliberata quæ non ſint mala, ut conſtat ex notabili quinto. Deinde conſequenter, ſicut par erat, & conſequens, poſuit concluſionẽ, Opera talia bona, ſequi iuſtificatum, ſaltẽ initiatiuè (ut ſic dicam) per fidem aut cognitionem ueri Dei, non autem præcedere iuſtificandum, ideſt, illum qui neque iuſtificationem nec initium iuſtificationis per fidem aut cognitionem ueri Dei fuerit adeptus.

D

AD plenam, quietãq; cognitionẽ huius ueræ declarationis, animaduertamus quòd Auguſtinus concedit talia bona opera in Catechumenis, in hæreticiſq;; etiam & in Cornelio, antequàm fidem Chriſti habuiſſet. Manifeſtum eſt autem ex Auguſtino, tum quòd non omnes Catechumeni eo ipſo iuſti ſunt, aut iuſtificantur, tum quòd nullus hæreticus iuſtus eſt, aut iuſtificatur, tum quòd nec Cornelius eo tempore iuſtus erat à peccatis, nec tantam gratiam habebat, quanta requiritur & ſufficit ad obtinendum regnum cœlorum. Conſtat etiam de quibuſdam catholicis Chriſtianis iam baptizatis, qui ob infirmitatem aut aliam cauſam in aliquo peccato mortali ſunt, & tamen eo tempore multa talia bona opera faciunt.

QVID multa? Ad Anaſtaſium dicit Auguſtinus, Sine ſpiritu non eſt uoluntas homi

Auguſti. Epiſ. 144.

E nis libera, cùm cupiditatibus uincatur: non
eſt libera ad bonum, niſi liberata fuerit. Non
autem liberatur, niſi per Spiritum ſanctum
diffundatur charitas in cordibus. Non eſt li-
bera uoluntas, niſi eam liberet gratia per le-
gem fidei, ideſt, non eſt libera, ſine fide ope-
rante per dilectionem: & illa ſufficienter &
uerè bona eſt. Non eſt enim fructus bonus,
qui de charitatis radice non ſurgit. Hæc ille.
Ecce uidetur quòd de bonis operibus meri-
toriè agit Auguſtinus, dum illa refert in gra-
tiam ſpecialem, atque in fidem. Reſponde-
mus, Ita quidem dicit hoc loco & in multis
aliis, ut iam conſtat ex dictis: ſed ita dicens,
intelligit quidem de uoluntate bona, de no-
luntate libera, ac de bonis operibus quæ
ſatis ſint: Talia autem non ſunt in nobis ni-
ſi cum fide & charitate, extra quam quæ-
cunque bona in nobis ſint, nobis non ſuffi-
ciunt ad ſalutem, nec ſatis proſunt ad uitam,
ut declarat Apoſtolus ad Corinthios per mul
1. Corint. 13. ta. Si linguis hominum loquar & angelorum
&c. Sed profectò præter hanc uoluntatem
bonam & ſufficientem quæ ſequitur fidem &
charitatem, de qua hic loquitur Auguſtinus,
eſt & alia uoluntas bona non ſufficiens, quæ
tum charitatem, tum fidem aliquo modo an-
tecedit, & quam ipſemet Auguſtinus etiam
F in gratiam Saluatoris refert frequentiſsimè.
Reperitur hæc uoluntas bona inſufficiens, &
antecedens quodam modo fidem tempore
uel natura, dum primùm aliquis audit præ-
dicationem fidei, intelligit illam, & cœlitus
motus uult credere: quia illa uoluntas pro
ut fidem præcedit, quidem bona eſt, ſed non
ſufficit. Reperitur etiam bona uoluntas inſuf
ficiens in hominibus fidelibus, ſed peccatori
bus, qui fidem Chriſti integram ſeruant, om
nia credibilia credentes: ſed aliàs in aliquo
mortali delicto decumbunt, ob fragilitatem,
ignorantiam, aut malitiam: uolentes nihilo-
minus & facientes non nulla bona propter
Deum, etiam pertinentia ad bonum proxi-
mi. Reperta fuit etiam uoluntas bona ſed in
ſufficiens apud Cornelium, quando ante fi-
dem explicitam Saluatoris noſtri, iam orabat
& multas eleemoſynas faciebat: ſed adhuc
non erat tantæ gratiæ ipſius fidei compos,
quanta ad obtinendum regnum cœlorum e-
Mag. ſent. lib. 2. Diſt. 26. Lib. præſenti. Cap. 10. rat neceſſaria. Duplex eſt igitur hominis uo-
luntas bona, altera ſufficiens, altera non ſuf
ficiens: de quibus duabus etiam expreſsè a-
git Magiſter Sententiarum, ut conſtat ex di-
ctis ſuperius. Vtranque tamen uoluntatem
bonam Auguſtinus tribuit noſtri Saluatoris
gratiæ, ut eſt notum per innumera præceden
tia. An illa uoluntas bona ſed non quantum
ſit ſatis, eſt bona ſteriliter? Abſit. Non admit
G tit Auguſtinus cõtra Iulianum Pelagianum,
ut arborem dicamus bonam ſteriliter, ut di- *Lib. 4.*
cebat ipſe Iulianus: Admittit tamen Auguſti *Cap. 3.*
nus ut arborem dicamus bonam inſufficien- *tom. 7.*
ter, qualis erat uoluntas Cornelii, ſeu ipſe
Cornelius tempore illo, quo ante fidem Sal-
uatoris explicitam, aliquo modo credebat,
& faciebat eleemoſynas multas plebi. Con-
ſtant hæc omnia ex præcedentibus, ideo ſer-
monem reprimimus in præſentia. Quare ad-
mittitur uoluntas bona ſed non ſufficiens,
ſi non admittitur uoluntas bona ſed ſterilis?
Admittitur uoluntas bona ſed non ſufficiens;
quia quædam bona ſufficiunt, & quædam nõ
ſufficiunt, ut conſtat. Non admittitur autem
uoluntas bona ſteriliter, quia nullum bonũ
eſt non remuneratum, ſed habent omnia bo
na aliqua præmia.

Ad continuationem præcedentium agitur de bonitate & cauſa moralium uirtutum, ex Platone, Ariſtotele, Seneca, & aliis Philoſophis: tanquam ipſi melius intelligentes, morales uirtutes bona quædam ſimpliciter eſſe dixerint, illasq́; Deo auctori principali, diuinoq́; auxilio tribuerint. In quo etiã oſtẽditur manifeſtè eos cauſam moralium uirtutum eſſe indagatos eamq́; Deum eſſe intellexiſſe.

CAP. XLII.

H NOS ERGO, morales uir-
tutes quæ tales ſint ut om-
nino uitii ſocietatem repel-
lant, bona quædã eſſe ſim-
pliciter dicimus; tamet-
ſi alia maiora bona ſunt in
nobis, quæ meritoria nun-
cupamus. Quia, ut conſtat ex dictis, & ſi bo
na meritoria hominis ſint maiora, non tamẽ
ideo ſtatim faciunt, ut bona moralia non ſint
aut non dicantur bona. Videlicet ſermone
ſimplici, non conditionali, nec reſtricto, nec
diminuto aut diminuente. Vnde quidem iu-
xta diuinas ſcripturas & doctores ſanctos, eas
uirtutes in gratiam Chriſti Saluatoris noſtri
tãquam in cauſam earum principaliter actri
cem referimus, eiq́; illas principaliter & maxi
mè tribuimus. De bonitate autem & cauſa
moralium uirtutum agentibus, placet dicta
Philoſophorum Gentilium qui ſe uitæ magi-
ſtros præbuerunt referre, & in illis manife-
ſtè oſtendere, eos morales uirtutes bona quæ
dam eſſe ſimpliciter aſſeruiſſe, easq́; Deo prin
cipali auctori, fauoriq́; diuino tribuiſſe, tan
quam Dei dona quædam & munera. Fuerũt
autem hi, Socrates, Plato, Ariſtoteles, Se-
neca, atque alii non pauci. Statuamus ergo
ſi placet, id quod apud omnes ratum eſt, at-
que notiſsimum, eos Philoſophos non co-
gnouiſſe

A gnouiſſe alias uirtutes niſi ſolas morales & intellectuales uirtutes acquiſitas, aut etiam uirtutes purgatorias ſeu purgati animi, quæ, iam, non paſsiones animæ ad mediocritatẽ intendunt reducere, ut faciunt uirtutes morales, ſed eas animæ paſsiones extirpare ac funditus euellere, & de quibus multa dixit Plotinus Platonicus. Statuamus ſecundò, quod apud omnes non minus eſt notum, eos Philoſophos nullam aliam cognouiſſe iuſtitiam, niſi quæ eſt ſecundum uirtutem: neque aliam cognouiſſe uirtutem, ſaltem moralem, niſi quæ eſt ſecundum iuſtitiam particularẽ aut legalem. His autem ſuppoſitis, tanquã manifeſtiſsimis ac ueriſsimis, dicta illorum Philoſophorum audiamus: ita tamen ut quicquid illi de uirtutibus dixerint, nos de illis uirtutibus moralibus quas ſolas ipſi nouerunt, intelligamus: & quicquid de uirtute aut iuſtitia, nos ſimiliter alterum pro altero, quaſi idem pro eodem, accipiamus, uirtutem pro iuſtitia, uel iuſtitiam pro uirtute. Vt eo modo & ab eodem bona ſit uirtus, quo & à quo eſt iuſtitia: iuſtitia etiam eo mó do & ab eodem ſit bona, quo & à quo eſt uirtus. *Plato. lib. 31.* Plato igitur ille qui meritò diuini cognomẽtum adeptus eſt, in ſuo opere de Republica, uel de Iuſto, ubi manifeſtè agit de iuſtitia B quæ eſt ſecundum uirtutem, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam; multa de iuſtitia pertractat, definitionem eius, diuiſionem, bonitatem, atque præſtantiam afferens. Inter alia, ut illam in ſuo genere, quaſi in ſuo loco collocaret, poſt eius definitionem quam latè proſecutus fuerat, tria bonorum diuiſit genera: *Tria genera bonorum. Ibidem. Dialo. 2. Primum genus boni.* quoddam uidelicet bonũ quod quidem eligeremus, haud certè quæ ex eo ſequantur cupientes, ſed ipſum bonum gratia ipſius amantes, ut gaudere, & uoluptates quæcunque ſine nocumento ſunt, & quæ in poſterum nihil præter gaudium allatura ſint eas habenti: *Secundũ genus boni.* quoddam autem bonum quod & ipſum gratia ipſius, & eorum quæ ab eo fluunt, amamus, ut ſapere, uidere, ualere: *Tertium genus boni.* quoddã uerò bonũ quod ſui gratia nunquam peteremus, ſed quæſtus & aliorũ quæ ab eis proficiſcuntur gratia, ut malè ualentem curari, medicationemq́; & pecuniariam exercere. Poſt hanc autem diuiſionem bonorum, quæ tanquam ſufficientiſsima per omnia bonorum genera fuit poſita ab antiquis, quaſi omnia contineret ſeu explicaret bona, cunctaq́; bonorum genera: ita quæſiuit Plato, *Vbi ſupra.* In quo'nam iſtorum, inquit, iuſtitiam ponis? Sic autem determinauit conſtanter, Mea quidem, ait, ſententia, in pulcherrimo: quod tam propter ſeipſum, quàm propter ea quæ efficit ab eo qui beatus ſit futurus, expetitur. Ecce in pulcherrimo genere bonorum C ponitur iuſtitia, id eſt uirtus: in eo uidelicet quod & ipſum gratia ipſius, quæ ab eo fluũt, amamus, ut ſapere, uidere, ualere. Quidẽ, ut ibidem exprimit, contra eos qui olim per peram putabant ac docebant, iuſtitiam ſeu uirtutem laborioſi generis bonorum eſſe, quod quidem propter præmia & honores & gloriam ſit expetendum, propter ſeipſum autem tanquam difficile fugiendum. Ita Plato *Lib. 34. Dialog. 1.* docebat olim, & ſunt hæc poſita ſtatim, fermè eadem uerba ſua, ſecundum uerſionem quam nunc habemus uerborum eius Latinam. Idem auctor in ſuo opere de Legibus uel legum latione, ſtatuit primùm, legum latores in condendis legibus non quidem ad bellum aut ad aliquod tale reſpicientes, leges condidiſſe, neque ad unam aliquam particularem uirtutem, præſertim non ad deiectiorem; ſed uniuerſam uirtutem eos reſpexiſſe putandum iudicat, & per ſingulas uirtutum ſpecies, leges quæſiſſe. Vnde cõtra Cliniã Crenſem, in eo quod putabat Clinias ſuum legum latorem, ad bellum, ſeu etiam ad fortitudinem, particularem uirtutem reſpexiſſe, dicit Plato in perſona Athenienſis Hoſpitis, At tuum equidem ingreſſum ad exponendas leges ualde probo, Quòd enim à uirtute feciſti principium, dicens leges uirtutis gratia conditas, rectè quidem aggreſſus D eſſe uideris: quòd autem ad particulam uirtutis & eam minimam reſpexiſſe conditorem legum affirmaſti, haud rectè mihi uiſus es dicere: atq; idcirco longiore poſtea oratione uſus ſum. Quomodo autem te nobis diſtinguere uoluiſſem, ſi uis, tibi dicam. Hæc ille. Clinia uerò dicente, ſeu reſpondente, Volo equidem. ita continuat Plato, Hunc in modum dicere oportebat ò hoſpes, Cretenſium leges non temere omnibus Græcis in primis probantur. Rectè enim poſitæ ſunt, cùm utentes eis beatos efficiãt. Omnia enim bona his porrigunt. Hæc ille. Qui ſtatim iuxta propoſitum noſtrũ manifeſtiſsimè agens, ſic continuat ſermonem, Duplicia uerò bona ſunt, alia humana, diuina alia: dependentq́; à diuinis humana. Si qua uerò ciuitas maiora ſuſcepit, minora quoque poſsidet: ſin autem illis caret, utriſque priuatur. Minorum primum eſt ſanitas, forma ſecũdum, tertium uires ad curſum cæteroſq́; corporis motus, quartum diuitiæ; quæ cæcæ nõ ſunt, ſed acutè cernunt, ſi prudentiam ſequuntur. Quæ quidem prudentia diuinorum bonorũ, dux primus exiſtit. Deinde poſt mentem tẽperatus animi habitus. Ex his duobus cum fortitudine mixtis iuſtitia tertiò emergit, Fortitudo quartum tenet locum. Quæ omnia

E nia humanis illis natura præponuntur. Quare oportet ut legū quoque lator & ipſe hunc ordinem ſequatur, & mandet omnibus, ut ſemper ad hæc ipſa reſpicientes in ſingulis operentur. Humana enim ad diuina, diuina uerò ad mentem principem referenda. Hæc ille. Ecce omnia bona explicat Plato ſecundum ſua genera ualde differentia, ut nos ea ſecundum ipſum ita diuidamus, atque ordinemus, quemadmodum etiam apud ipſum inuenimus diuiſa, atque ordinata.

ORDO BONORVM.

Bona.	
Diuina.	Humana.
Prudentia.	Sanitas.
Temperantia.	Forma.
Iuſtitia.	Vires.
Fortitudo.	Diuitiæ.

Vbi ſupra. Sic Plato nominauit, explicauit, diuiſit, atque ordinauit bona, ut uirtutes morales, Prudentiam, Temperantiam, Iuſtitiam, Fortitudinem appellaret atque eſſe diceret bona, bona, inquam ſimpliciter: nec ſolùm eas ſimpliciter dixit bona, quin etiā ut rem ma-
F gis explicaret, oculiſq; ſubiiceret, eas uirtutes dixit eſſe bona diuina, ne quis auderet dicere, eas uirtutes nō eſſe ſimpliciter bona. Si enim aliqua bona ſimpliciter dicenda ſunt bona, conſtat ex his maximè bona diuina eſſe talia. Vnde fit omnino manifeſtum ſecundum Platonem, uirtutes morales, eſſe ſimpliciter bona, quas exprimit, Prudentiam, Temperantiam, Iuſtitiam, Fortitudinem: quanquam ipſa prudētia, quantum ad ſuum eſſe, intellectualis ſit, non moralis: ob id quòd ad partem rationalem per ſe, pertinet ſubiectiuè, licet ad partem noſtram irrationalem de ſe, & rationalem per participationem, pertineat ordinatiuè. Porrò autem quòd Plato ipſe cognouerit & crediderit hæc bona uirtutum, idest, ipſas uirtutes eſſe in hominibus à Deo Optimo Maximo, conſtat ex multis apud ipſum repertis, apertiſq; locis: eſſe, inquam, in hominibus à Deo, ſpecialiori modo, & magis peculiari, tanquam maiora, melioraq; eius dona. Primum enim quia cùm Plato in *Plato. lib. 8.* Euthyphio uel de Sanctitate, dixiſſet neminem ignorare quæ nobis dat Deus, quia nihil nobis eſt bonum quod ipſe non præbeat: hic in citato opere de legibus fatetur ex- *Lib. 34.* preſsè, uirtutes animi eſſe bona diuina, præ aliis bonis, quæ appellat bona humana. Deinde cum ipſe Plato in Parmenide, de uno rerū omnium principio & de ideis agat, oſtendens G *Lib. 9.* ipſum unum rerum omnium principium eſſe, ſuper omnia, omniaq; ab illo, & quo pacto ipſum ſit extra omnia, & in omnibus, omniaq; ex illo, per illud, atque ad illud, ſit, per omnia ſenſibilia, & ſuper omnia intelligibilia, ſicut ubiq; docet, unum eſſe Deum primum & maximum, qui unus ſecundū ideas quas habet & mundum intelligibilem in mēte ſua, fecit totum mundum ſenſibilem atq; intelligibilem extra ſe: idem Plato in De Natura poſuit quædam eſſe à Deo immediatè ſine alicuius alterius miniſterio, alia uerò eſſe ab illo mediante alio, Vt corpus hominis ab elementis quatuor, naturale ſpeciei temperamentum à cœleſtibus ſphæris, partes animæ quæ trahuntur affectibus, à dæmonibus & animabus ſiderum ſpherarumq; ſuſcepimus, rationem uerò ac mentem noſtri parentis imaginem, ab ipſo mundi totius opifice ſine ullo cœlicolarum aut dæmonum miniſterio. Quamobrem certò conſtat apud Platonem, noſtram rationem & noſtram mentem à Deo eſſe immediatè ac ſine medio, nō alia de quibus ſtatim ex eo diximus, corpus, naturale ſpeciei temperamentum & partes animæ quæ trahuntur affectibus. Idcirco igitur ſecundum ipſum, bona quæ uel ſolùm uel maximè concernunt noſtram rationem H & mentem, potius dicenda ſunt eſſe à Deo ipſo ſpecialiori modo, præ aliis: ut opus quod ſpecialiori modo eſt ſuum, ipſe ſpecialiori modo perficiat, ditet, bonitate augeat uirtuoſumq; reddat. Bona autem rationis & mentis, ſine dubio ſunt uirtutes, quas Plato conſtanter appellat bona diuina, ea uidelicet ratione, quòd maximo ſpecialiorique modo ſunt à Deo, & rationem ac mentem noſtram perficiunt, quod in nobis eſt diuinius, & Deo magis ſimile, magis cognatum, magiſq; amicum. Accedit his quòd Plato in *Lib. 6.* Alcibiade primo, uel de natura hominis, docet prope finem eius operis, id quod melius eſt, idem eſſe & pulchrius, uirtutem meliorem eſſe, magiſq; præſtare quàm prauitas, cōſueuerit, nec poſſe aliquē prauitatē deuitare aut uirtutem acquirere, niſi Deus uoluerit, illumq; eſſe doctorem atque auctorem uirtutum. Similiter & in Alcibiade ſecūdo uel de- *Lib. eodē* uoto, aſſerit per multa Deum nobis eſſe orādum, ſic tamen ut nullo modo ab eo mala, ſed ſolùm bona expectamus: ob quod eo ipſo probat euidenter, prudentes oportere eſſe omnes orantes, omneſq; oraturos, qui *Ibidem, aliquantulum ante finem.* bonum & malum diſtinctè cognoſcant, ut orantes in particulari quicquam à Deo petant. Quo loco manifeſtè aſſerit, quòd ut arbitra-

A arbitratur, in Deo eſt, quæ præcamur, tribuere uel contra. Docet neceſſariam eſſe optimi congitionem ad bene orandum: atque laudat orationem modumq; orandi Lacedæmoniorum quem tam priuatim, quàm publicè ſeruabant orantes Deum, pulchra cũ bonis ſibi tribuere, nec plura illos precari quis audiret. Hancq; orationem ſic gratam dicit Deo eſſe, ut cùm bellum Athenienſes cum Lacedæmoniis ſæpe gererent, ſemper tamen Lacedæmonii de Athenienſibus uictoriam reportarent, Deo ſemper Lacedæmoniis uictoriam tribuente, propter eorum bonam orationem ſibi gratam, ſuper ſacrificia, donaria, & ſumptus ampliſsimos Athenienſium. De pulchro autem Plato, in Phædro,
Lib. 11. Sympoſio, & Hippia diſputat in perſona Socratis. In Hippia, quia Socrates agit aduerſus Hippiam Sophiſtam, qui cum ignoraret, ſe ſcire putabat, quæ ignorantia animum reddit indocilem, quid pulchrum ſit non ſatis docet, ſed quid non ſit oſtendit, & opiniones falſas redarguit: oſtendens contra Sophiſtã quòd non ſolùm ſecundum ſenſum aut opinionem indicandum nobis eſt pulchrum, ut uirgo, aurum, corpore bene ualere, diuitẽ eſſe & honoratũ, ſenem mori, ſepeliri à filiis, ſepeliſſe parentes, ſed magis ſecundum rationem & mentem. Verùm ut licet colligere
B partim ex contextu ipſius Dialogi Hippiæ, partim ex Phædro & Sympoſio, Plato ita Philoſophatur, quia ſicut oportet generaliter particularia ad uniuerſale quod eſt in particularibus, & uniuerſale quod in particularibus ad ipſum quod ſupra ſingula eſt uniuerſale referre, à quo omnia; ſic oportet omnia pulchra ſingularia referre in unam formam communem omnibus pulchris, per cuius participationem ipſa ſint pulchra, ipſam autem formam in unum pulchrum per ſe, à quo ipſa forma omnibus & ſingulis pulchris uelut à ſigillo character imprimatur. Quoniam omnis multitudo ad unũ quod in multitudine, & unũ quod in multitudine, ad unum quod ſupra multitudinem eſt, reducitur, ſeu ſaltẽ neceſſariò reduci debet ſiue multitudo hominum, ſiue, bonorum, ſiue principiorum, ſiue ſapientum, ſiue iuſtorum, ſiue pulchrorum, aut quæuis alia. Quamobrem cùm multa ſint pulchra, oportet ſingula per pulchritudinem communem omnibus, & omnibus inſitam eſſe pulchra: & pulchritudinem quæ in omnibus eſt, ſicut in alio eſt, non in ſeipſa, ſic ab alio, non à ſe pendere. Ideſt, à primo & per ſe pulchro per ſe ſubſiſtente, non in alio, nec ab alio. Et quidem, unum quodq; è ſingulis pulchris, pulchrum hoc Plato uocat; formam in omnibus, pulchritudinẽ: ſpeciem & ideam ſupra omnia, ipſum C pulchrum, ideſt, Deũ. Atque ut omnia dicamus, reputat Plato ĩconueniẽs ſeu abſurdũ, quòd nec pulchrum ſit bonum, nec bonum pulchrum: tandem autem docet pulchrum eſſe gratiam quandam à Deo participatam, quæ animam, per mentem, uiſum, & auditum mouet & allicit. Qua ratione gratia hæc inſit, & quo nomine nuncupanda, inquirit Socrates uel Plato ſub eius perſona, nec tamen ambitioſo Sophiſtæ declarat, quæ Phædro reuelauit, & Agatoni, qui quanuis ignorarent, ſuam tamen ignorantiam agnoſcentes, dociles erant. Itaque ſecundum Platonem, pulchritudo nihil aliud eſt quàm ſummi boni ſplendor, fulgens in his quæ oculis, auribus, mente, percipiuntur, perq; illa ad ipſum bonum, uiſum, auditum, mentemq; conuertens. Quo fit ut pulchritudo ſecundũ ipſum, circulus quidam diuinæ lucis exiſtat, à bono manans, in bono reſidens, per bonũ & ad bonum ſempiternè reflexus. Hoc Socrates myſterium quod à Diotima Sibylla didiciſſe aſſeruit, non Sophiſtis ſed diſcipulis reuelauit. Quid ipſum bonum, ipſum unum rerum omnium principium, actus purus, actus ſequentia cuncta uiuificans: quid ipſum pulchrum, uiuificans actus è primo fonte bonorum effluens. Mentem primò diuinam i- D dearum ordine infinitè decorans, Numina deinde ſequentia mentesq; rationum ſerie complens, Animas tertiò numeroſis diſcurſibus ornans, Naturas quartò ſeminibus, formis quintò materiam. Vnde docuit gratiam ipſam, uidelicet pulchritudinem, tribus animæ uiribus communiter percipi, uiſu, auditu, mente: tribus quoque obiectis earum ineſſe communiter: quapropter addit uoluptates mentis, uiſus, auditusq;, ex eo pulchras eſſe, quòd maximè omnium uoluptatum innoxiæ ſunt & optimæ. Ecce quid eſt pulchritudo apud Platonem, Gratia quædam, quæ animam, per mentem, uiſum, & auditum mouet & allicit: ſeu etiam ut quoque docet, eſt ſplendor ſummi boni, fulgens in his quæ oculis, auribus, mente percipiuntur. Vtque Platonici ipſi explicant, Præparata eſſe oportet omnia ad gratiam diuini fulgoris excipiẽdam, Corpora quidem proportione, quæ ordine, modo, & ſpecie conſtat: Voces, armonia, quæ numeris interualliſq; conficitur: Officia, morum rectitudine ad finem bonum: Diſciplinas, ordine ad obiectum uerum: Animam, puritate per auerſionem ab inferis, & conuerſionem ad ſupera: Mentẽ, per æternum in ipſum bonum, intuitum. Et ut quoque aiunt, Per hæc omnia gradatim diuinæ pulchritudinis radius penetrat. Circa corpus,

Ibidem. Et in Alcibiade primo lib.5. Quod eſt bonum eſt pulchrum: et quod eſt melius, idem & pulchrius.

E corpus, in æqualitate numeroſa refulget, loco motuiq; ſubiecta. Circa uoces, in harmonia, extra certum locum, ſed motu diſperſa. Circa officia diſciplinasq; & animam, in motu quidem, ſed ratione uitali conſiſtens. Circa mentem, ſupra motum, in æterna idearũ ſerie micans. Circa ipſum bonum, ideſt, ipſum Deum, (quem ita appellant Platonici, ad differentiam multorum bonorum ſingularium, quæ appellant, hæc bona, & ad differentiam bonitatis quæ eſt in illis, quam appellant, formam) actus purus, uitam & gratiam omnibus inferens. Sic ergo docuit Plato quid ſit pulchritudo, atque ita oſtendit illam eſſe hominibus à Deo. Quamobrem & ipſe in perſona Socratis orans, aliosq; ita orare docens, in Phædro uel de pulchro, poſtquàm ingenium moresq; Iſocratis laudauit, multa illi bona præſagiens à Deo accipienda, ut Philoſophiam, & quod ad magna bona diuino quodam inſtinctu feratur, ait, O' amice Pan, & alii omnes qui locum hunc colitis dii, date mihi ut pulcher intus efficiar; & quæcũque extrinſecus habeo, intrinſecis ſint amica: diuitem autem ſapientem ſolum exiſtimem; tantum uerò mihi ſit auri, quantum nec ferre, nec ducere queat alius, niſi uir temperans. Ecce quòd ſeſe pulchrum fieri intus, orans petit Plato à Deo: ut pote quòd pul-

Plato. Lib. 26.

Oratio Platonis in perſona Socratis.

F chrum intus fieri aut eſſe, cognoſcebat eſſe donum Dei, gratiam quandam diuinam nobis participatam, & fulgorem ſeu radium diuinæ pulchritudinis, nobis à Deo immiſſum. Quomodo autem uel per quid fiat homo intus pulcher ſecundum ſententiam Platonis, uideat qui uoluerit, apud ipſum. Satis enim conſtat ex dictis eius, tum iam allegatis; tum aliis quæ allegari poſſent, quòd per ſapientiam, ſcientiam, Philoſophiam, conuerſionem mentis in Deum, aſsimilationem ad Deum ipſum, uirtutes, & per uoluptates mentis, uiſus, auditusq;, innoxias ac optimas. Omnia ergo hæc ſunt dona Dei, & quæ à Deo orantes petere magis debemus, tanquam ſpecialia eius munera, ſpecialiter ab eo collata: ſeu tribuenda, aut conferenda. Sic etiam reperimus uel ſemper uel ſæpe Platonem in ſuis factis quoque, quaſi per exemplum, docentem: qui profectò de re aliqua docturus, frequentiſsimè Deum orat, tanquam ab eo petens adiutorium, os, & ſapientiam. In De Republica uel de iuſto, de iuſtitia acturus adhortatur Glauconem ut ad iuſtitiam reſpiciat, ipſumq; Socratem ſequatur iuſtitiam inueſtigantem, Deum ante precatus. Simile inuenimus in De legibus uel legum latione, Et in Hippia Maiori uel de pulchro, Hippiæ die quadam in Philoſtrati ludo multa oſtenſuro, ac Socratem roganti ut ipſe quoque adeſſet, ac alios ſecum duceret, quicunque id genus dicta iudicare ſcirent, Reſpondet Socrates, Fient, inquit, iſta, ſi Deus uoluerit. In De legibus, ſiue legum latione demonſtrat Plato Deum habere perfectiſsimam curam ac prouidentiam rerũ omnium, tum magnarum, tum paruarum, & ſupra omnes has res inferiores, maximè humanarum: In Epinomide peritiam rerum cœleſtium docturum aliquẽ, niſi opem Deus tulerit, negat: qui tamen nullam aliam rerum cœleſtium peritiam habuit aut nouit, niſi naturalem, ut conſtat: ideſt, quam naturali ingenio & naturali lumine intellectus diuinitus adiuto, inuenire potuit, aut inuenit.

Lib. 31. Dialog. 4

Lib. 34. Dialog. 10. Lib. 11.

G

Lib. 34. Dialog. 10.

Lib. 35.

Vtque quàm pauciſsimis uerbis ſummam concludam ex Platone, Platonis ſententia fuit, quam refert Abulenſis in De Optima Politia; quod in minimis etiam rebus debemus inuocare diuinum auxilium. Quantum igitur magis diuinum auxilium inuocare debemus, in rebus magnis, etiam ſecundum ipſum. Eſt autem magnum quid apud Platonẽ, ſecundum uirtutem uiuere quam ipſe nouit; uirtutes ſequi, uirtutes exercere, uirtutes acquirere, tentationes ſuperare, uincere, uitare. Plato in De Repub. Deum, ait, lumen eſſe mentis, non ſecus quàm ſit Sol hic quem uidemus, lumen oculorum corporis, & ut beneficio huius habemus, quòd cernimus; ita beneficio Dei, quòd intelligimus: lumenq; illud ſacrum & diuinum rebus ipſis ueritatem, nobis uerò uim eius percipiendæ tenendæq; largiri, ac eſſe ut ex Platone inquit Gregorius Nazianzenus, ſolem hunc mundi uiſibilis lumen, Deum uerò mundi inuiſibilis. Iuxta quam Platonis doctrinam ualde notandam, ad propoſitum Marſilius Ficinus Florentinus ipſius Platonis interpres & commentator, in Hippiam, uel de pulchro, ſeu honeſto, ad Petrum Medicem ſuæ patriæ patrem, dicit, Sol profectò corpora uiſibilia & oculos uidentes procreat, Oculis, ut uideant, lucidum infundit ſpiritum, corpora ut uideantur, coloribus pingit: Neque tamen proprius oculis radius, propriiue corporibus colores, ad uiſionem perficiendam ſufficiunt, niſi lumen ipſum unum ſupra multa à quo multa & propria lumina oculis & corporibus diſtributa ſunt, adueniat, illuſtret, excitet, atque roboret. Eodem modo primus iſte actus, ideſt, Deus, ſpeciem actumq; rebus ſingulis producendo largitus eſt. Qui ſanè actus cum in ſubiecto patiente ſuſceptus fuerit, debilis eſt, & ad operis executionem impotens. Sed diuini Solis perpetua & inuiſibilis lux, una ſemper omnibus

Abulẽſis ex Plat. fol. 2. col 3.

Generalis ſententia Platonis, de diuino auxilio nobis neceſſario.

H

Lib. 31. Dialo. 6.

Marſilius Ficinus. Lib. 11.

A nibus adſtat, fouet, uiuificat, excitat, complet, & roborat. De quo diuinè Orpheus,

Cuncta fouens, atque ipſe ferens ſuper omnia ſeſe.

Vt eſt actus omnium roboratq́;, bonum dicitur. Vt uiuificat, lenit, mulcet, & excitat, pulchrum. Vt in obiectis quæ noſcenda ſunt, tres illas cognoſcẽtis animæ uires allicit, pulchritudo. Vt in cognoſcente potentia eam applicat cognito, ueritas. Vt bonum eſt, procreat, regit, & complet. Vt pulchrum, illuminat, gratiamq́; infundit. Hæc ille. Ecce quòd actus noſter primus & noſtra uis ſeu potẽtia quam accipimus à Deo ratione creationis, debilis eſt, & impotens ad operis executionem, uidelicet bonam, niſi Deus ipſe opem ferat. Et ſicut non ualemus in potentia propinqua uidere uiſibilia corporalia, niſi Sol hic corporeus ſua ſuppetat corporea luce: Sic non poſſumus in potentia propinqua, mente uidere uiſibilia ſpiritalia, niſi diuini Solis perpetua & inuiſibilis lux adſtet, foueat, uiuificet, excitet, compleat, roboret. Videntur autem hæc manifeſtè docere, diuinum auxilium ſpeciale nobis eſſe neceſſariũ: quod & nos dicimus, & Plato etiam ſatis pulchrè prædicauit, ut Plato ipſe explicat, &

B Platonici omnes commendãt intrepidè. Idẽ Marſilius in ſuis commentariis in apologiam Socratis, iuxta doctrinam Platonis ponens præſidentiam angelorum ſuper homines, quod pertinet ad noſtram cuſtodiam angelorum, & explicans diuinum adiutorium nobis eſſe neceſſariũ ut perueniamus ad noſtrũ finem ultimum nobis conſtitutum, inquit, Verùm præter hæc neceſſe eſt ſuperiorem nobis ſubſtantiam dæmonis præſidere, propterea quòd, ut in Sympoſio legibusq́; probatur, humanum genus ut potè à diuinis maximè diſtans, media quadam natura indiget, qualis eſt dæmonica, quaſi conciliatrice. Neque iniuria diuina prouidentia, ut in Politico Protagoraq́; probatur, dæmones nobis præfecit propinquiores quaſi paſtores, ſiue, ut in Critia dicit, gubernatores. Homo ſiquidem in hac ignorantiæ caligine conſtitutus, innumeriſq́; fortunæ uel malis agitatus, uel diſtractus illecebris, ad conſtitutum ſibi à Deo finem abſq; perpetuo Dei auxilio peruenire non poteſt. Ecce ſecundum doctrinã Marſilii, magni Platonici, iuxtaq́; Platonem, non poteſt homo peruenire ad finem quem ſibi conſtituit Deus, ideſt etiam ad finem quem nouit Plato nobis à Deo conſtitutum, niſi Deo ferente ſuppetias, manumque admouente. Nouit autem Plato, ſolum finem naturalem noſtrum, naturaliter attingibilem; non finem noſtrum ſupernaturalem, aut attingibilem ſupernaturaliter.

Lib. 27. Idem Marſilius.

Non enim habuit ſcientiam ſupernaturalẽ, C ſed naturalem. Marſilius etiam de re huiuſmodi loquebatur ſecũdum Platonem quem exponebat, Latio donabat, & planum ſuis commentariis reddebat. In eodem commentario circa illud Socratis, ſæpè ab eodem repetitum, Hoc equidem unum ſcio, quòd nihil ſcio, docet idem auctor illud dixiſſe Socratem eo, quòd in lumine naturali res ipſas per affirmationis modum neſciebat, ſed tantum per modũ negationis, negationes quaſdam notas: ſciendo magis de rebus quid non ſunt, quàm quid ſunt. Quia uidelicet ſciebat, quòd Deus nõ ſit corpus, potius quàm quid ſit, quòd anima non ſit mortalis, potius quàm quid ſit: quòd bonum abſolutum non hoc eſt, aut illud bonum, potius quàm quid ſit. Quo pacto Socrates & ſciebat, & docebat multa. Porrò quòd Socrates nonnunquam affirmat quædam, & illa quidem magna, fatetur ibidem ipſe doctor; ſed hoc ait feciſſe Socratem, non tanquàm in ſolo naturali lumine, nec tanquam à ſuo dæmone tantum fuiſſet illuminatus, ſed etiam tanquam eſſet iam Deo plenus. Ecce refert in Deum auctorem principalem, & in eius adiutorium, auxilium, ſeu donum, ſcientiam Socratis per modum affirmationis: D cum tamen firmiter credamus omnes, Socratem non habuiſſe ſcientiam infuſam aut diuinitus reuelatam, ſed naturalem, aut naturaliter inuentam, ſeu acquiſitam. Ita ergo melius in Theologia uerſatus eſt Plato quàm hi noſtri doctores neoterici, qui quas nouit uirtutes, ideſt, ſolas morales, aut etiam intellectuales acquiſitas, quas ſolas naturali ingenio, ſtudio & lumine, diuinitus adiuto cognouit, dixit ſimpliciter eſſe bonas & pulchras, ſeu bona quædam & pulchra, bonaq́; diuina; quæ non habet homo niſi à Deo, cum Dei adiutorio, Deiq́; auxilio, & quæ à Deo petenda ſunt, tanquam ab eo promanantia dona & munera. Eandem Philoſophiam obſeruauit Ariſtoteles, de quo conſtat ſatis quãtum ad primum, & ſatis quoque quantum ad ſecundum: quantum ad primum, quia uirtutes huiuſmodi dixit ſimpliciter eſſe bona, ac hominis bona potiſsima: & quantum ad ſecundum, quia eas uirtutes dixit ineſſe homini à Deo, ſiue à Deo ſolo infundente, ſiue à Deo principaliter agente, inſpirante, ducente, gubernante. Quoad primum enim manifeſtum eſt quòd poſtquam Ariſtoteles in ſuis Ethicis paruis & quæ magis ſtudioſorum manibus teruntur, pertractauit opiniones aliorum de fœlicitate hominis, ideſt, de ſummo hominis bono eiusq́; fine ultimo formali: cœpit deinde inueſtigare de illo tantò

Idem auctor.

Ibidem.

Ariſtoteles in eadem doctrina.

Ethic.

E hominis bono ſecundum ſuam propriam ſententiam & definitionem: primùm quidem conditiones quaſdam eius explicando, deinde definitionem ſeu deſcriptionem inueſtigãdo. Determinando autem docet utique fœlicitatem hominis conſiſtere aut debere conſtitui in propria operatione hominis inquantũ homo, quæ eſt ſecundum uirtutem, ſecundum rationem uel cum ratione. Vnde poſtea ſumit occaſionem, ut de uirtute perſcrutetur, dicens, Si autem eſt fœlicitas operatio quædam ſecundum uirtutem perfectam, de uirtute ſcrutandum. Forte enim utique ita & melius de fœlicitate contemplabimur. Atque ut ipſe fatetur, non differt hæc eius ſententia à doctrina Philoſophorum antiquiorum & ſapientum, niſi quòd illi antiqui poſuerunt fœlicitatem hominis in uirtute, ipſe autem Ariſtoteles quaſi eos corrigens, ponit fœlicitatem hominis in operatione uirtutis: concedens & hæc aliquo modo conuenire, quia non eſt operatio uirtutis ſine uirtute, uel ſaltem operatio uirtutis, neceſſariò reſpicit uirtutem. Ecce quemadmodum Ariſtoteles quærendo, inueſtigando, ac determinando de ſummo bono hominis, oſtendit uirtutem operationemq; uirtutis: eaq; talia bona appellauit ſimpliciter hominis bona, F maxima, atque potiſsima. Qui tamen profectò ſolas uirtutes morales & intellectuales acquiſitas cognouit, non alias infuſas, ut nos de infuſis loquimur: ſecundum naturalem ſcientiam ſuam, non ſecundum reuelatam ſcientiam noſtram. Eandem ſecurus repetit ſententiam Ariſtoteles frequentiſsimè in Ethicis ſuis, etiam explicando uirtutes de quibus intelligit, tum morales primùm, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, & multas alias: tum intellectuales, ſapientiam, intellectus, ſcientiam, prudentiam, & artem cum aliis quas nominat. Eodem reſpicit, quòd idem Ariſtoteles in eodem ſuo opere diuidit bona hominis ſecundum tria genera, ſpecies, aut differentias: ut pote quòd quædam ſunt bona hominis externa, ut diuitiæ, honores, amici, & alia huiuſmodi: quædã ſunt bona hominis interna ſecundum corpus, ut robur corporis, pulchritudo, & ſanitas: quædam ſunt bona hominis interna ſecundũ animam, ut uirtutes morales, uirtutesq; intellectuales. Quibus non contentus, addit iuxta antiquam doctrinam ſapientum antiquorum ab omnibus probatam, quòd bona hominis interna ſecundum animam ſunt bona principaliſsima & maxima. Verba eius ſunt ſecundum antiquam uerſionem, Diuiſis itaque bonis tripliciter, Ex his quidem exterius dictis: His autem circa animam, & corpora. Circa animam principaliſsimè dicimus, & maximè bona. Actus autem & operationes animales circa animam ponimus. G Quare bene utique dicetur ſecundum hanc opinionem antiquam, exiſtentem & confeſſam à Philoſophis. Ecce quòd bona hominis ſecundum animam, dicit eſſe principaliſsima & maxima: quæ bona dum explicat, nulla alia memorat quàm ea de quibus agimus, uirtutes tum morales, tum intellectuales acquiſitas ſeu acquiſibiles naturaliter, idest, ſine ulla reuelata ſcientia. Eam ob rẽ ergo manifeſtum eſt quoad primum, quòd eiuſmodi uirtutes & earum opera Ariſtoteles ſimpliciter appellauit uirtutes & bona. In qua re, tanquam notiſsima, haud quaquam ulterius eſt ſermo producendus. Quo ad ſecundum uerò, idest, quòd ea bona ſint dona Dei, & quòd ad illa indigeat homo iuuari à Deo, Deusq; ſit principalis auctor, adiutor, rector, & ductor: utique non minus clarè docet idem Ariſtoteles. Ariſtoteles enim poſtquàm docuit in quo conſiſtit fœlicitas hominis ſecundum doctrinam ſuam, quia in operatione uirtutis, & poſtquàm explicauit, in quo hæc ſua doctrina conuenit cum ſententia antiquorum ſapientum, qui de fœlicitate alio modo docuerunt, quidam eam conſtituentes in uirtute, uidelicet, quòd qualibet H uirtus ſit fœlicitas, uel ſpecialiter uirtus moralis quæ eſt perfectio appetitus rectificati per ratione: quidã in prudentia, quæ eſt perfectio practicæ rationis: quidã in ſapientia, quæ eſt perfectio ſumma rationis ſpeculatiuæ: quidam in fortuna, idest, in externis bonis, aut aliis: Poſtquam, dicimus, ita determinauit, oſtendens in quo ſua ſententia cum aliis conueniat, aut differat, expreſſè quæſiuit de cauſa fœlicitatis, dicens, Vnde & quæritur, Vtrùm eſt diſcibile, uel aliter, qualiter exercitabile, uel ſecundum quandam diuinam prouidentiam, uel propter fortunam aduenit? Ecce inquirendo de cauſa fœlicitatis hominis quam nouit, propoſuit quæſtionem trium membrorum. Primum membrũ ſi attendimus, pertinet ad cauſam humanam: & hoc eſt quod quærit, Vtrùm fœlicitas ſit aliquid diſciplinabile, ſicut ſcientia: uel aſſueſcibile, ſicut uirtus moralis; uel aliqualiter exercitabile, ſicut induſtria artificialium operationum? Secundum membrum pertinet ad cauſam diuinam, & hoc eſt quod quærit, utrùm fœlicitas ſit in nobis ſecundum quandam diuinam particulam, & ſecundum qualemcunque participationem alicuius diuinorum ſuper hominem exiſtentium? Tertium membrum ad cauſam pertinet per accidens, & indeterminatam; & hoc eſt quòd quærit,

Lib. eodem, paulò ante finem.

Lib. 2. 3. 4. 5.

Lib. 6.

Ethic. 1.

Ethic. 1.

A quærit, utrùm fœlicitas adueniat homini
propter fortunam? Poſt hanc autem quæ-
ſtionem trimembrem à ſe motam, ita reſpon
Ibidem. det ad illam. Si quidem igitur & aliud ali-
quod deorum eſt donum hominibus, ratio-
nabile & fœlicitatem, Dei datum eſſe, &
maximè humanorum, quanto optimum.
Sed hoc quidẽ forte alterius erit utique per-
ſcrutationis magis proprium. Hæc ille. Ec-
ce determinando dicit, primùm, quòd ſi ali
quid aliud ex dono deorum, ideſt, ſubſtan-
tiarum ſeparatarum quas antiqui deos uoca-
bant, datur hominibus; rationabile eſt ut fœ-
licitas ſit donum Dei ſupremi, quia ipſa eſt
optimum inter bona humana. Manifeſtum
eſt enim, quòd ad altiorem finem aliquid per
ducitur ab altiori uirtute; ſicut ad altiorem
finem perducit ars militaris; quàm frenofacti
ua. Ob quod rationabile eſt, ut ultimus finis,
fœlicitas uidelicet, proueniat homini ex ſu-
prema omnium uirtute, id eſt, Dei ſummi.
Cæterùm quod à ſubſtantiis ſeparatis aliquid
detur hominibus, euidens fit, ex ipſa conue-
nientia hominum ad ſubſtantias ſeparatas ſe-
cũdum intellectualem uirtutem. Sicut enim
corpora inferiora recipiũt ſuas perfectiones
B à ſuperioribus corporibus, ſic intellectus in-
feriores à ſuperioribus intellectibus. Fuitq;
ſemper apud omnes notiſsimum, ſiue apud
eos qui unum ſolum Deum, ſiue apud eos
qui pluralitatem deorum coluerunt, proue-
nire hominibus à Deo bona: ſic uidimus ſu-
perius docuiſſe Platonem manifeſtè, ſic &
omnes alii docuerunt ſapientes. Vnde Cice-
Cicero in lib. de Amicitia. ro in libro De amicitia dixit, Nihil præſtan-
tius à diis immortalibus hominibus datum
eſt, ſapientia dempta, ipſa amicitia. Ecce
confitetur ſapientiam amicitiamq;, dona eſ-
ſe deorum, ab illisq; in nos defluere. Com-
Commentator Auerroes. mentator etiam in De Cœlo & Mundo ait, ſe
ſe ductum eſſe à Deo in intelligentiam cuiuſ-
dam loci, qui ſibi uidebatur obſcurus. Idẽq;
Ethic. 10. Ariſtoteles in eiſdem ſuis Ethicis expreſsè
docet, Deum habere curam humanorum, ut
putatur & creditur; ipſumq; conferre ſua be
neficia iis hominibus, qui ſuos intellectus
ſuasq; mentes colunt per ſapientiam, perq;
bonam operationem. Verba eius ſunt ſecun
dum uerſionem Argyropili, At uerò qui
mente operatur & eam colit, diſponitur op-
timè. Is & amiciſsimus diis immortalibus
eſt. Nam ſi dii curam humanarum rerum, ut
exiſtimatur, aliquam habent, rationi ſane
conſentaneum fuerit, ipſos eo gaudere quod
eſt optimum maximeq; ſibi cognatum. Hoc
autem fuerit ipſa mens, in eos qui maximè
hoc amant atq; honorant, beneficia uiciſsim
conferre, tanquam curã iis quæ ſibi ſunt cha-
ra, ac diligentiam adhibentes, & rectè beneq; C
agentes. Ecce ſuppoſito, ſicut rei ueritas ha-
bet, quòd Deus habeat curam & prouidentiã
de rebus humanis, infert Ariſtoteles, tum ra-
tionabile eſſe quòd delectetur circa homines
de eo quòd eſt optimum in eis, & quòd eſt co
gnatiſsimum, id eſt, ſimilimũ Deo ipſi; quod
eſt intellectus ſiue mens. Tum quòd Deus ma
ximè benefaciat iis qui amant intellectum &
honorãt, ipſum bonum intellectus omnibus
aliis præferentes. Ita ergo ſecundum hanc pri
mam reſponſionem ſuam, Ariſtoteles agens
de fœlicitate hominis, non de perfecta quam
nos Chriſtiani per fidem nouimus, ſed de illa
quam ipſe in lumine naturali diuinitus adiuto
nouit, & qualis poteſt competere humanæ &
mortali uitæ, ſicut ait, Beatos autem ut homi *Ethic. 1.*
nes, &c. illam fœlicitatem refert in cauſam di-
uinam, id eſt, in ipſum Deum: ſi aliud aliquod
deorum eſt donum hominibus datum. Oſten *Lib. eodẽ.*
dit deinde tolerabile eſſe, ſi quis dicat quòd
fœlicitas ſit à cauſa humana. Quamuis enim
ſit à Deo principaliter, ad hoc tamen homo
aliquid cooperatur: & probat hanc toleran-
tiam ſeu tolerabilem aſſertionem duobus
mediis, quæ non eſt opus modo referre.
Quod autem quiſpiam hanc fœlicitatem ho-
minis referat in ſortunam tãquam in cauſam D
ſuam, aſſerens propter ſortunam beatos ef- *Ibidem.*
fici homines, hoc non patitur Ariſtoteles,
nec iudicat tolerabile. Sed fœlicitatem eam
de qua agebat, qualem qualem, refert in
Deum tanquam in cauſam, uel ſolam immit
tentem, uel cum homine principaliter agen
tem, ducentem, excitantem, illuminantem,
gubernantem, illamq; fœlicitatem dicit eſſe,
optimum quid, diuinum, & beatum, ſiuè *Ibidem.*
à Deo ſolo immittatur, ſiue à Deo principa
liter per hominem tamen cooperantem, aga
tur. De immiſsione enim eius tanti boni
agit in eo loco Ariſtoteles, ut conſtat ex eius
uerbis. Et quantum modo apparet non tan
tum dubitauit Ariſtoteles de hac fœlicitate,
An eſſet à Deo per principalem actionem?
quantum dubitauit de illa, An eſſet à Deo
per puram immiſsionem? Conſtat plenè in-
tuenti. De utroq; ſenſu tamen agit, quia,
ut docet, non refert ad negocium morale,
moralemq; ſcientiam, & doctrinam uirtu-
tum, quòd hæc fœlicitas ſit à Deo altera uia
harum duarum, uel altera: ſiue hoc, ſiue il-
lo modo. Semper enim aſſerit, eſt ſummum
bonum hominis, quod ipſe nouit, maximũ,
diuinum, honorabile, ſuper omnia laudabi *Ariſtoteles ad idẽ*
lia. Nunc autem iam nos ad alia uerba Ari- *in aliis*
ſtotelis tranſeamus. In ſuis Ethicis ad Eude *ſuis Ethi*
mum, aliis à ſuis primis Ethicis quæ ſunt ad *cis.*
Nicomachum, fatetur ingenuè ac docet,

 prin-

E principium conſiliandi & intelligendi eſſe
aliquod intellectiuum principium altius in-
Lib. 7. tellectu noſtro, quod eſt Deus. Verba eius
propè fi- ſunt, de fortuna, ſiue de bona aut ſecunda for
nem. tuna agentis, Quæret forſan quiſpiam, An
tom. 3. fortuna eius ipſius cauſa ſit, ut quid, & quã
do oporteat concupiſcatur, aut ſic omnium
erit: nam & cognoſcendi, conſultandiq́;.
Neque enim conſultans conſultauit, ſed prin
cipium eſt quoddam: neque cogitans cogita
uit, id prius cogitare, atque in infinitum
eiuſmodi fiat progreſsio. Neque igitur con-
ſiderandi iunctum principium, neque conſul
tandi conſilium. Quid igitur aliud niſi fortu
na? Quo circa à fortuna omnia proficiſcun-
tur, & quoddam eſt principium, extra quod
aliud nullum reperiatur. Ipſa autem (quæ-
ritur) cuiuſmodi facultate inſtructa efficere
eiuſmodi queat? Quod perinde eſt, ac ſi prin-
cipium motus in anima quid ſit, inquiratur.
Patet autem ſic eſſe, quemadmodum in uni-
uerſum eſt Deus, & uiciſsim cuncta in illo:
Mouentur enim omnia ab inexiſtente in no-
bis numine. Rationis autem non ratio, ſed
præſtantius quidpiam, eſt principium. Quid
autem ſcientia præſtantius eſt, niſi Deus?
Hæc ille. Ecce ſpecialiter ac expreſsè quæ-
rit Ariſtoteles de principio cognoſcendi, con
F ſultandi, & concupiſcendi in anima, quod,
ubi, & quando oportet; ideſt, ac ſi quæra-
tur, quod eſt principium motus in anima,
quoad huiuſmodi? An ſit fortuna, uel ali-
quid aliud? Determinat autem, quòd tale
principium eſt Deus. Quid manifeſtius po-
tuit docere Ariſtoteles? Non enim agebat de
uniuerſali concurſu cauſæ primæ, qnem ipſe
ut magis uidetur, poſuit neceſſarium, & ſi-
ne quo nihil poterat cauſa ſecunda agere, ef-
ficere, uel operari: ſed ſpecialis erat ſer-
mo de principio in homine, cogitandi,
ſeu cognoſcendi, conſultandi, & concupiſ-
cendi quod, ubi, & quando oportet. De hoc
autem tali modo agens, ſatis manifeſtè de-
terminat, illud principium in homine eſſe
Lib 12. Deum. Mihi, hoc ſufficit. In Metaphyſ. con
T.c. 35. cludit poſt multas ſuas demonſtrationes, Pri
mum ens, Deum uidelicet, eſſe primum mo
uens immobile, ſempiternum, & ſubſtan-
T.c. 36. tiam, & actu ens; quòd mouet ſicut appeti-
bile, & intelligibile, mouens non motum:
T.c. 39. quòd ipſe Deus eſt intelligibilis & intelligẽs,
intellectus & intelligibile, intellectus, a-
ctus, uita optima, & ſempiterna, ſempiter-
num, optimum. Quare, inquit, uita, & du
ratio continua, & æterna exiſtit Deo. Hoc
T.c. 43. enim Deus. Præter uniuerſi ſimplicem latio
nem, qua mouere dicit primam exiſtentem
ſubſtantiam immobilem, ponit alias latio-

nes planetarum ſempiternas, & ſecundum G
numerum earum fatetur eſſe numerum ſub-
ſtantiarum ſeparatarum, ſempiternarum,
immobilium, & ſine magnitudine. Decla-
rat quo modo traditum erat à ſenioribus & *T.c. 50.*
antiquis, has ſubſtantias immateriales & ſe-
paratas, eſſe Deos: ipſe autem non ita, ſed
primum ens ſimpliciter, primum mouens,
primum intelligibile, ac primum principiũ,
appellat Deum: gratia cuius omnes aliæ in-
telligentiæ motrices mouent ſuos orbes, in
telligentes, uolentes, & cupientes mouere
propter mouens immobile, ut aſsimilent ſe
ei in cauſando, & explicent in actu id quod
eſt uirtute in primo mouente. Cum enim di *T.c. 35.*
xiſſet aliquid eſſe quod non motum mouet, *36.37.*
ſempiternum, & ſubſtantia, & actu ens, mo
uens ſicut appetibile, & intelligibile primũ,
dixit nouiſsimè, Ex tali igitur principio de- *T.c. 38.*
pendet cœlum & natura. Deinde autem quæ *T.c. 52.*
rens quali modo natura totius uniuerſi ha-
bet bonum & optimum? Vtrùm ſeparatum
quid & ipſum ſecundum ſe, aut ſecundum or
dinem, aut utroque modo, ſicut exercitus?
Determinat manifeſtè quòd utroque modo
habet natura uniuerſi totius bonum & opti-
mum, ſicut exercitus omnino: quia natura
uniuerſi habet ducem Deum, tanquam bo-
num ſuum ſeparatum in ſeipſo, & habet or- H
dinem partium ſuarum optimè diſpoſitarũ,
in quo ordine magnum totius uniuerſi con-
ſiſtit bonum. Deo ergo tribuit ordinatio-
nem; gubernationem, & prouidentiam par
tium uniuerſi, tanquam optimo duci: non
tamen omnium partium eodem modo,
quia ut declarat, ſingulari quodam modo ha
bet Deus prouidentiam de hominibus, eo
quòd ſunt in uniuerſo ut filii, propter intel-
lectualem hominum naturam. Vnde ſine du-
bio ſecundum Philoſophum non ſolùm in-
fluit Deus in hominibus ſecundum corpora
eorum, quin etiam & maximè ſecundum eo
rum mentes, quantum ad bonos motus ſpi-
ritales, ut declarat in illo allegato loco ſuo-
rum Ethicorum: ipſe facit ut cogitemus, *Ibidem.*
ipſe facit ut conſultemus, ipſe facit ut eliga-
mus. Ipſum igitur Deum poſuit Ariſtoteles
bonum ſeparatum uniuerſi, & ducem eius;
qui eſt uniuerſi principium, ut finis, & ut
quod mouet non motum, non ut materia, *Met. 8.*
nec ut forma informans, ſed ut finis, & ut *T.c. 12. et*
efficiens. Quam ob rem ita concludit, En- *deinde.*
tia uerò nolunt diſponi malè, nec bonũ plu-
ralitas principatuum. Vnus ergo princeps. *Met. 12.*
Sic determinat, quòd eſt unus princeps to- *in fine.*
tius uniuerſi, primum mouens, primum in-
telligibile, primum bonum, finis ultimus, pri
mum principium aliorum à ſe, numerorum,
magni-

A magnitudinum, ſubſtantiarum, ſenſibilium, & inſenſibiliũ, atque ſupremus, perfectusq; dux omnium, quem dicit Deum. Eodem ſpectat quod ipſemet Ariſtoteles, uel potius alius ſub Ariſtotelis nomine, in libello de Mundo (librum enim hunc non eſſe Ariſtot. probât, Petrus Alcyonius in præfatione in eũ, Petrus Victorius in libris lectionũ antiquarũ, & alii) cum multa iam de mundo dixiſſet, & de his quæ in mundo ſunt, ad cauſam ueniens quæ omnia continet, regit, atq; gubernat, ait, *Vltra medium. tom. 3.* Itaque uetus fama eſt, & quidem hæreditaria mortalium omnium, uniuerſa à Deo, & per Deum nobis eſſe cõſtituta. Infra. Deus enim ſine dubio ſeruator omnium eſt, & parens eorum quæ in mundo conficiantur: non quòd labores ſuſtineat, quales animal, quod quidem in opere uerſatur, & deinde labore deficit: ſed quòd uiribus utatur indefeſsis, quarum beneficio aſſequitur, quæ procul etiam mãdata uideantur. *Ibidem.* Idem cum iam de Deo dixiſſet multa & præclara, adiecit, Ad ſummam, Quod in naui gubernator, in curru auriga, in choro præcentor, in ciuitate lex, in exercitu Imperator, hoc idem in mundo eſt Deus: niſi quòd illis ipſis principatus laborioſus, perturbatus & anxius eſt; Deo autem expers omnis mæſtitiæ, laboris, nullamq; corpori afferens imbe- B cillitatem. *Ibidem.* Hæc ille. Qui rurſus non tacuit, quòd cum ſit unus, multis tamen ſignatur nominibus: quippe qui nomina ſortiatur ex ipſis operibus, quibus maximè uiget. *Ibidem.* Infra, Rectè quoq; dicitur ſalutis & libertatis auctor, & (ut generatim rem proponam) cœleſtis, & terrenus, uniuerſæ naturæ, ac fortunæ cognominis eſt: quippe cùm auctor ſit rerum omnium: quapropter quæ in carmine apud Orpheum ſunt, admodum ſcitè referuntur. In- *Ibidem.* fra, Itaque Deus, ut ueteri fama celebratur, cum principium, finem, & media rerum omnium teneat, recta penetrat, ſecundum naturam ingrediens. Ad illum ipſum comes adiũcta eſt ultio, quæ diuinæ legis præuaricatores uindicat; Cuius ſanè, qui beatus & fœlix futurus eſt, iam inde à primis uitæ rudimentis par- *Ibidem.* ticeps fuit. Idem auctor paulò ante dixerat, Deus enim lex eſt, æqualiter in nos fuſa, nec correctionem, nec tranſpoſitionem ullã recipiens, præſtãtior & firmior iis oĩbus, ut exiſtimo, quæ in tabulis deſcriptæ cõtineantur. Ecce ponit hic auctor in omnibus hominibus æqualiter in omnes fuſam, legem Dei quam ob ſuas rationes appellat Deum, quia eſt ab ipſo, quod certè pertinet ad legem naturalem ſcriptam in cordibus: & ſuper hoc ponit Deum, de quo fatetur ingenuè quòd ſit in mundo, quod eſt in naui gubernator, in curru auriga, in choro præcentor, in ciuitate lex, in exercitu Imperator; auctor ſalutis & C libertatis, tenens principium, finem, & media rerum omnium. Quibus additur in ma- *Lib. 2 Cap. 8. tom. 3.* gnis moralibus, quòd Deus bona malaq; meritis diſtribuit; aſſerens Deum malorum curam habere, fas non eſſe. Ex iſtis autem omnibus ſimul collectis, manifeſtè habetur, quòd ſit Deus nobis noſter rector, noſter doctor, noſter excitator, noſter gubernator, noſter auctor, noſterq; adiutor, in bonis & non in malis: quæ ſi attendimus, expreſsè declarant, Deum alio modo nos iuuare ad bonum, quàm concurrat nobiſcum per generalem influxum ad malum; Dicitur enim & eſt gubernator ac ductor noſter ad bona, non eſt autem nec dicitur gubernator aut ductor noſter ad mala: etiam ſecundum Ariſtotelẽ, qui ei ductori auctoriq; bona tribuit, mala autem negat, ſciens utique actionem ſeu generalem influẽtiã cauſæ primæ ſimpliciter eſſe neceſſariã omnibus cauſis ſecundis ad omnem actionem cuiusuis earum, bonã, uel malam. Concinit Seneca in ſuis epiſtolis, *Seneca. Epiſt. 41.* docens quòd prope nobis eſt Deus, nobiſcum, intus, & intra nos, ſacerq; Spiritus bonorum noſtrorũ obſeruator & cuſtos; quòd uir bonus ſine Deo nemo eſt, & quòd non poteſt aliquis ſupra fortunã niſi ab illo adiu- D tus exurgere: quòd ille dat conſilia magnifica, & recta: quòd cœleſtis potentia agitat animam excellentem, moderatum omnia tanquam minora tranſeuntem, quicquid timemus optamusq; ridentem, & quòd non poteſt res tanta ſine adminiculo numinis ſtare. Quid multa? Quo ordine in oratione propria olim apud Gentiles fuit orandum, Mer- *Mercurius. Orpheus Pythagoras.* curius in orationibus ſuis, & in ſuis hymnis Orpheus, & Pythagoras in carminibus aureis docuerunt: quos ſuos Theologos imitatus eſt Plato, & in Phædro ſiue de pulchro orãtem Socratem, introduxit, poſtulantem à Deo internam pulchritudinem, ut iam diximus. Vnde igitur hæc fuit communis doctrina ſapientum antiquorum, uirtutes quas nouerant, à Deo conciliari hominibus; ſicut dona Dei, à Deo expetenda, orandaq;?

MANIFESTE` fatetur Auguſtinus con- *Auguſtinus. Lib. 4. Cap. 3. tom. 7. Pythagoras. Plato.* tra Iulianum Pelagianum, quòd in ſchola Pythagoræ & Platonis, eruditiſsimi atque doctiſsimi uiri multo excellentiore cæteris Philoſophia nobilitati, ueras uirtutes non eſſe dicebant; niſi quæ menti quodammodo imprimuntur à forma illius æternæ immutabilisq; ſubſtantiæ, qui eſt Deus.

Adhuc agitur de moralibus uirtutibus, ac probatur mortales Adæ filios, eas ſine ſpeciali Dei auxilio pertinente ad Seruatorem noſtrum, & ad

eius

E *eius gratiam non poſſe adipiſci. Ponitur, eliditur, & relinquitur error Alberti malè ſupputantis atque enumerantis res agendas, quarum ſcientia deſtituti ſumus propter peccatum Adæ, ſeu quarum ignoratione, eo cauſam præbente, correpti ſumus.* CAP. XLIII.

MORALES ergo uirtutes non poſſumus acquirere mortales Adæ filii, citra auxilium gratiæ Dei ſpeciale, pertinens ad gratiam Saluatoris & Redēptoris noſtri. Quæ ueritas, cum ex multis præcedentibus probatur ſatis, tū quoque ex eo quòd certò nouimus nos delapſos eſſe propter peccatū Adæ in ignorationem rerum agendarum & concupiſcentiam noxiarum, pronitatem ad malum, & difficultatem ad bonum, tanquam eius peccati uel propter illud pœnas grauiſsimas. Conſtat enim nos ab illo peccato, eiuſque pœnis aut ſuppliciis haud quaquam exolui, liberarique poſſe niſi per Chriſtum, qui ſolus Adam poſterior è cœlo cœleſtis, liberat nos ab omnibus malis quæ nobis communicauit conciliauitq; Adam ille prior è terra terreſtris: Cōſtat ſimiliter nos per morales uirtutes ab his malis quodammodo liberari, perq; eas mala
F hæc uincere ac ſuperare, ut per prudentiam, ignorantiam rerum agendarum, & per fortitudinem, temperantiam, ac iuſtitiam, concupiſcentiam noxiarum: Vnde igitur ex his duobus conſtantibus, tanquam ex duabus præmiſsis in forma & figura debita diſpoſitis, ſequitur euidenter quaſi tertium quoddam, ſeu concluſio earum, quòd & morales uirtutes ad Saluatorem noſtrum & gratiam eius pertineant. Veluti ſi quis ita deducat, formetq; argumentum, Per peccatum primi parentis delabimur in ignorationem rerum agendarum & concupiſcentiam noxiarum, tanquam quaſdam pœnas à quibus non poſſumus exolui & quas non poſſumus declinare, niſi per Chriſtum; liberamur autem ab illis ſeu deuitamus illas, per uirtutes morales, ut conſtat: Ergo morales uirtutes habere ſeu adipiſci non ualemus niſi per Chriſtum. Voces ſanctorum ſunt & teſtimonia, quòd per peccatum illud incurrimus ignorantiam rerum agendarum & concupiſcentiam noxiarum, pronitatem ad malum ac difficultatē ad bonum, ut conſtat per Auguſtinum in Enchiridio, In De libero arbitrio, & alibi frequenter. atque per Hugonem à ſancto Victore in De Sacramentis: atque per ſanctum Proſperum in libro ſuo pro prædicatoribus gratiæ cōtra Caſsianum; per Magiſtrum ſententiarum, & per omnes quotquot loquuntur de malis quæ incurrit Adam propter peccatum ſuum, & nos etiam propter illud idē peccatum. Voces quoque diuinarum ſunt ſcripturarum & teſtimonia diuina, quòd à malis Adæ prioris non liberamur, nec ea deuitamus, niſi per gratiam Adæ poſterioris. Eam ob rem igitur & ad Adam poſteriorem Saluatorem noſtrum ſine dubio, pertinent morales uirtutes. Quidam doctor, Albertus nomine, quo demonſtrationes haſce declinaret, aſſeruit quidem homini ex peccato Adæ ignorationem agendorum pertinentiū ad fidem & fidei ſacramenta, conciliari, non autem ignorationem agendorum pertinentium ad uitam moralem, ut moralis eſt præciſè: quemadmodum refert Gregorius Ariminenſis ipſum conceſsiſſe. Quicquid autem ſit de illo, quod ipſe doctor docet, homini ex peccato Adæ conciliari ignorationem agēdorum pertinentium ad fidem & ad fidei ſacramenta, de quo eius dicto modo non agimus: abſq; dubio tamen dicendum eſt, quē libet hominem naturaliter ortum ab Adam ducentem, inq; auras editum, incurrere ex peccato eius ignorationem agendorum pertinentium ad uitam moralem, deliberatam, uirtuoſam, niſi Chriſti gratia ſubueniat. Sic enim certò iudicamus intelligenda eſſe ſanctorum dicta hæc, quòd ignorantia & difficultas ad bonum non ſunt natura iuſtificati hominis, aut primitus ſeu primo tempore bene inſtituti, ſed pœna lapſi & damnati: quòd natura humana duo hæc uitia ex prima ſui corruptione concepit, ignorantiam boni, concupiſcentiam mali, & ſimilia, quæ alia apud ſanctos doctores legimus multa. Vnde igitur nos eodem modo probamus hanc catholicam ueritatem noſtram, ſicut eam ualde bene probauit Gregorius Ariminenſis. Conſtat, inquit, quod ſecundum communem curſum, quilibet homo cū primò uenit ad annos diſcretionis, habet ignorantiam eorum agendorum quæ pertinent ad uitam moralem, ut moralis eſt: indicans frequenter agendum eſſe quod uitandum eſt, & è contra: & taliter agendum eſſe aliquid uel uitandum, qualiter non eſt. Et hoc experientia manifeſtat. Nunc quæro, An ſic ignorare & errare contingat homini ex natura ſua ſecundum ſe, aut ex aliquo uitio uel malo naturæ. Non poteſt dici primū, tum quia ſi hoc eſſet uerum, ſequitur, quòd etiam, ſi homo primus non peccaſſet, filii naſcentes cum ad annos diſcretionis ueniſſent, ſimiliter circa agibilia moralia ignorantiam & errores habuiſſent, quod catholicè dici non poteſt: tum quia ſecundum hoc dictum

Auguſtinus. Cap. 28. Lib. 3. 4. Lib. 1. part. 6. Cap. 13.

G *Cap. 12. Lib. 2. Diſt. 23.*

Albertus.

Gregorius Arimnen. Lib. 2. Diſt. 29. quæſt. 1. Art. 2.

H

Gregorius Ariminen. Vbi ſupra.

A ctum, talis error non eſſet tunc uituperan-
dus in homine, nec per talem ignorantiam fa
ciendo aliquid contra ea quæ fienda ſunt ſe-
cundum legem Dei, ipſe peccaret: & maxi-
me ſi legem nunquam accepiſſet. Quod etiã
non eſt dicendum, cum ſecundum Apoſtolũ,
Qui ſine lege peccauerunt, ſiue lege peri-
bunt. Patet autem conſequentia hæc & falſi-
Auguſt. tas etiam couſequentis per Auguſtinum,
in de lib. Nam ſi uon eſt iſta, inquit ipſe, pœna homi-
arb. nis, ſed uatura: nulla iſta peccata ſunt. Et
Lib. 3. probat, Si enim non receditur ab eo modo
Cap. 29. quo naturaliter factus eſt, ita ut melius eſſe
tom. 1. non poſsit, ea quæ debet facit cùm hoc facit.
Cap. 31. Et ante dicit quòd nullius rei uituperatur ni
ſi uitiũ, omne autem uitium eſt coutra natu
ram cuius eſt uitium. Ex quo ſequitur quòd
nullum exiſtens ſecundum uaturam humanã
qualis ſcilicet inſtituta eſt, uituperari debet
in homine: & per conſequens nec talis error
eſſet uituperãdus. Et hoc appropinquat, im-
mo ſorte intrat errorem Iuliani, qui concu-
piſcentiam & ignorantiã quas quilibet in ſe
habet, dicebat nou eſſe mala aliqua, neque
aliqua uituperabilia. Si dicatur, quòd ſic er-
rare homini contingit ex uitio ſeu aliquo ma
lo, uel huiuſmodi uitium ineſt naturæ ſecun-
B dum ſe, & à prima ſua inſtitutione, uel nou?
Nou poteſt dici quòd ſic, ne cadamus in er-
rorem Manichæorum. Dicẽdum ergo quòd
non ineſt naturæ ex inſtitutione eius prima.
Cum igitur ipſum ſit quoddam malum & pœ
nale naturæ, oportet dicere quòd ex aliqua
culpa proueniat: & conſtat quòd nou ex cul
pa actuali, perſonali, & propria hominis ſic
errantis, cùm nulla alia eius culpa præceſ-
ſerit; igitur ex culpa alicuius alterius cuius
ipſe meritò reus ſit: nec apparet ex cuius cul
pa, uiſi primi hominis. Et ita prædicat do-
ctrina Catholica. Patet ergo propoſitum ui-
delicet quòd quilibet homo naturaliter geni
tus, cõtrahit ex peccato primi parentis igno
rantiam agendorum pertiuentium ad uitam
moralem. Ita probat Gregor. Et quidẽ beue
admodũ ſi rectè atq; ut oportet intelligatur
iſta probatio. Sic enim omnes homines pati-
mur ignorantiam agendorum pertinentiũ ad
moralem uitam, cum ad tempus ſeu annos
diſcretionis peruenimus, Chriſtiani, Iudæi,
Gentiles, Sarraceni, Turcæ, Mauri, cuiuſuis
ſtatus, conditionis, ſexuſq; ſit homo: Cum
tamen uullus homo dum ad tale tempus per
ueniſſet, talem ignorationem paſſus aut paſ-
ſurus fuiſſet, niſi primus noſter parens Adam
peccaſſet. Vnde igitur nobis huiuſmodi igno
Lib. 2. ratio? Tota Schola Chriſtiana conformiter
ſent. docet, quòd durante ſtatu innocentiæ, filii
Diſt. 20. Adæ omnes fuiſſent nati in originali iuſtitia,

ſaltem non per transfuſionem à parentibus, C
ſed per infuſionem à Deo: quodq; in ſtatu in *Vbi ſta-*
nocentiæ, homo quilibet habuiſſet omnes *tim.*
uirtutes Theologicas, omnes intellectuales, *Diſt. 29.*
omneſq; morales quæ uerſantur circa opera
tiões, quales ſunt iuſtitia, liberalitas, & huiuſ
modi, Quicquid eſſet de aliis moralibus quæ
uerſantur circa paſsiones. Vnde igitur nunc
omnes homines contrahunt defectum ho-
rum bonorum ſeu aliquorum, cum ad annos
diſcretionis perueniuut? Profectò ex pecca-
to primi parentis. Aliàs enim niſi Adam pec
caſſet, hominibus hæc mala uon eſſent conci
liata. Quæritur à doctoribus catholicis in *Vbi ſu-*
uniuerſum, de ignoratione ſimpliciter dicta, *pra.*
Vtrùm ignoratio ſit peccatum? Ideſt, An i- *Diſt. 22.*
gnoratio propriè ſit culpa, uel pœna culpæ?
Nullus autem doctorum catholicorum eſt,
qui non aſſerat conſtantiſsimè ignorationẽ
eſſe uel culpam, uel utique culpæ pœnam.
Ignoratio agendorum pertinentium ad mo-
ralem uitam, quid eſt, quæſo, niſi priuatio
ſcientiæ practicæ? Seu magis exactè loquen-
do, Quid eſt, niſi priuatio prudentiæ? Pru-
deutiæ, inquam, quæ ſecundum communi-
ter loqueutes, uulgariter eſt una de quatuor
uirtutibus moralibus, & ſecundum Ariſto-
telem eſt una de quinque uirtutibus iutelle- D
ctualibus quibus nuuquam contingit ani- *Ethic. 6.*
mam dicere falſum: quales ſunt ſapientia, in-
tellectus, ſcientia, prudentia, ars: ideo à
multis dicta moralis uirtus, quia mores diri
git, & bonorum morum eſt mater, auriga,
nutrix, & conſeruatrix. Ergo ab illo omnes
homines uenientes ad annos diſcretiouis,
habent ignorationem agendorũ pertiuen-
tium ad moralem uitam, à quo tunc habent
defectum ſeu inopiam prudentiæ, uirtutis in
tellectualis. Sunt enim idem, talis ignora-
tio, & talis inopia. Eſt autem ſine dubio in
uobis talis inopia, à peccato primi parentis
noſtri, Igitur & talis ignoratio. Quomodo
eſt nobis ab illo peccato? Siue tanquam cul-
pa, ſiue tanquam pœna culpæ: nec refert in
propoſito quo horum modo nobis obrepat,
cùm nos nec culpam, uec pœnam illius pec-
cati ſugere, aut deuitare ualeamus, uiſi Chri
ſtus ſuppetias ferat, niſi præſtò adſit, uiſi ma
num admoueat, niſi nos iuuet, niſi præue-
niat, niſi primùm agat. Videamus ergo de
prudentia, uirtute illa notabili, norma om-
nium moralium operationum ſecundum re-
ctam ratiouem & cum recta ratione, perfe-
ctiuaq; partis intellectus noſtri ratiocinati-
uæ; Vtrùm illa præditi fuerint primi paren-
tes noſtri ante peccatum? Vtrum'ue illam ha
bituri fuerimus omnes eorum filii, niſi inter
ceſsiſſet peccatum? Sine dubio uidetur quòd
ſic.

E ſic. Hactenns nullum uidimus doctorem ca
tholicum qui oppoſitum docuerit. De mo-
ralibus uirtutibus quæ uerſantur circa paſ-
ſiones, quemadmodum eſt fortitudo circa
timores & audacias, dubium uidetur fuiſſe
apud doctores catholicos, An fuiſſent in illo
ſtatu, An non? Quibuſdam dicentibus quòd
illæ uirtutes non fuerunt in eo ſtatu, nec fuiſ
ſent ſi duraret: cuius dicti ratio in eo aſsigna
tur, Quia reſpectu illius actus non oportet
ponere aliquem habitum, reſpectu cuius po
teutia nullam habet indeterminationē & nul
lam patitur difficultatem; Sed in ſtatu inno-
centiæ, appetitus ſenſitiuus nullam habuiſſet
indeterminationem & nullam difficultatem
in appetendo ſecundum rectam rationem,
immo plenè & promptè obediuiſſet rationi:
hoc enim habuit conditio illius ſtatus: ergo
in illo ſtatu non uidētur fuiſſe uirtutes neceſ
ſariæ quæ ordinantur ad moderamen paſsio
num. Niſi forte dicatur, quòd huiuſmodi
uirtutes intrinſecè pertinebant ad rationem
originalis iuſtitiæ, uel formaliter ut ali-
qui putant, uel uirtualiter. Porrò ſi iuxta
hoc diceret aliquis, quòd ſimpliciter in ſta-
tu primo non patiebatur quis difficulta-
tem in operibus quæ ſunt ad alterum, ut ſunt
iuſtitiæ: quaſi ex ſimili ratione non fuiſſent
F tunc neceſſariæ uirtutes morales, quæ uer-
ſantur circa operationes ſeu actiones. Dicen
dum uidetur pro differentia, ſicut quidam
doctor dicit, quòd & ſi in illo ſtatu non pa-
teretur quis difficultatem in operibus quæ
ſunt ad alterum: inerat tamen poſsibilis in-
determinatio, quia licet haberet homo re-
ctitudinem uoluntatis ad Deum & ad pro-
ximum, poterat nihilominus ab ea deficere,
non autem à rectitudine appetitus ſenſitiui,
niſi præcedente defectu rectitudinis uolunta
tis. Quam ob rem ita formant quidam argu-
Durandus in ſententijs Lib. 2. Diſt. 29. quæſt. 2. mentum ad illam partem. Vbi eſt ſolus unus
modus ex natura determinatus, nec eſt poſ-
ſibilis alius, ibi non eſt neceſſarius aliquis ha
bitus: ſed reſpectu paſsionum appetitus ſen
ſitiui fuit unus ſolus modus in ſtatu innocen
tiæ ex natura determinatus, natura dicit idē
auctor, ut inſtituta fuit, nec fuit alius poſsi-
bilis, durante primo ſtatu. Non enim potuit
ferri appetitus ſenſitiuus in ſuum obiectum
niſi ſecundum dictamen rationis: Ergo re-
ſpectu paſsionum non fuit tunc neceſſarius
aliquis habitus. Ita illi dicunt, deducunt,
concludunt & probant de moralibus uirtuti
bus, quæ uerſantur circa paſsiones, definien
tes quòd nulla moralis uirtus circa paſsio-
nes exiſtens, fuiſſet in ſtatu innocētiæ. Quod
maximè aiunt de illis ſpecialius, quorū obie-
cta omnino non fuiſſent, uidelicet de fortitu
dine, quæ cum ſit circa timores, tunc maxi- G
mè non potuiſſet eſſe, quia tunc non fuiſſet
timor. Verùm quicquid ſit, aut quicquid di
catur de uirtutibus moralibus quæ uerſan-
tur circa paſsiones, de illis quæ uerſantur cir
ca operationes non poteſt dubitari, & quic-
quid ſit etiam de iſtis, maximè non poteſt du
bitari de prudentia, quæ eſt recta ſcientia, ſeu
recta ratio agendorum. Fuit igitur pruden-
tia in illo ſtatu, & futura erat illa, ſi duraret
ille. Vtque abundantius agamus, quicquid
dicatur de prudentia ſeu de ſcientia agendo-
rum moralium pertinentium ad bonam ui-
tam moralem, ſiue illa tunc fuerit, ſiue non:
manifeſtum eſt quòd nos propter peccatum
primi parentis patimur hanc ignorationem
agendorum talium, quam omnes incurri-
mus cum ſumus rationis diſcretionisq; com
potes. Rurſusq; manifeſtum eſt, hanc ignora
tionem in nobis uel eſſe culpam, uel eſſe pœ-
nam culpe: pœnam, inquam, culpæ, ideſt
illius primæ culpæ, quæ Adæ fuit actualis, &
noſtra fuit originalis. Idem conſtat omnibus
fidelibus Chriſtianis, de concupiſcentia re-
rum noxiarum, quam etiam contrahimus &
habemus: Non enim extitiſſet illa, niſi fuiſ-
ſet peccatum illud: eſtq; illa in nobis malum H
quoddam, agnatum contra quod totis uiri-
bus pugnamus, qui aut boni ſumus, aut bo
ni eſſe uolumus. Nec poſſumus nos à malis
illius peccati nindicare culpæ aut pœnæ, inq;
libertatem aſſerere, niſi per Saluatorem no-
ſtrum, ut liquidò conſtat. Si autem dixerit *Obiectio. 1.*
quiſpiam, ea mala, eſſe mala naturæ, & illa
habiturum adhuc hominem in puris natura-
libus creatum, ſuisq; puris naturalibus reli-
ctum: Reſpondemus, bene quidem illa ma- *Reſponſio. 1.*
la, eſſe mala naturæ noſtræ humanæ, natura-
lia uidelicet ob naturalem noſtram conſla-
tionem, ipſumq; coagmentum ex corpore &
anima rationali: quæ haberet homo in puris
naturalibus creatus, ſuisq; naturalibus reli-
ctus, ex natura ſua. Licet forte non ita forti
ter, nec ita intenſè, nec ita grauiter, ut gra
ues multiq; auctores dicunt. Verùm nobis
Adæ filiis conciliata ſunt illa mala non quidē
ſolùm ex natura, ſed utique ex culpa: quia
per culpam fuerunt hæc mala in genus huma
num introducta, quod à principio horum
abſq; dubio malorum expers fuit. Quando-
quidem non habuit à primordio homo hæc
mala, ignorationem agendorum moralium,
& concupiſcentiam noxiarum rerum, ſed
dnntaxat poſt peccatum. Atque hæc noſtra
eſt Chriſtiana Philoſophia, quam ſapientes
& prudentes huius ſæculi ignorauerunt: pu-
tantes huiuſcemodi mala nobis ex ſola natu-
ra agnata eſſe, non ex aliqua culpa: quemad-
modum

modum Seneca dicebat de morte, eam non eſſe hominis pœnam ſed naturam affirmans. Pulchrè quæritur à doctoribus noſtris, Vtrùm defectus quos ſentimus in nobis, ſcilicet mors, fames, ſitis, ægritudines, & alia id genus, inſint nobis à natura, an potius ſint nobis pœna alicuius culpæ? Ad quam quæſtionem etiam pulchrè reſpondetur, Primùm quòd mors & cæteri defectus in homine & in brutis cum ſint unius rationis, cauſantur ab eiſdem principiis per ſe, ideſt, à natura:& ſecundum hanc conſiderationē mors in homine eſt natura, non pœna: ſicut & in brutis, quæ etiā ſenio excoquuntur, morbos contrahunt,& morte conficiūtur. Deinde dicitur ad idem argumentum, quòd præter hanc rationem, mors in hominibus priuatim à culpa primorum parentum agnaſcitur non per ſe, ſed ſicut à remouente prohibens: quia peccatum remouit gratiam & originalem iuſtitiam, quæ hominem faciebat immortalem. Sic enim legimus apud Apoſtolum Paulum, Propterea, ſicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Quam ob rem Philoſophi Gentiles conſiderantes hos defectus noſtros ſecūdum noſtra naturalia iuxta primam reſponſionem

Lib. 2. ſent. diſt. 29. et 30. Durādus ibi diſt. 30 queſt. 1.

Iuſtitia orig. hominem immortalē faciebat. Rom. 5.

B quam poſuimus, dixerunt mortem noſtram aliosq; defectus de quibus agimus, nobis ineſſe natura, non pœnæ gratia. Nos autem qui Chriſtianā profitemur Philoſophiam altius ſpeculati defectus huiuſmodi, ſecundum diuinam ſcripturam & fidem noſtram Chriſtianā erroris omnino exortem, iuxta eam quā ſecundo loco poſuimus reſponſionē, dicimus, mortem atque hoſce defectus alios eſſe in nobis Adæ filiis naturam quidem, ſed ſimul & pœnam. Re uera enim, hæc in nobis non fuiſſent, quicquid eſſet de noſtra natura & noſtris naturalibus, niſi peccatum præceſsiſſet. Eodem modo dicendum eſt ſine dubio, de noſtra ignoratione rerum agendarum, & noſtra concupiſcentia noxiarum, de pronitate ad malum, deq; difficultate ad bonum. Quandoquidem in eo ſtatu primæuo, in quo conditus eſt homo, optimè utique inſtitutus, nihil prorſus erat in homine horum malorum: quia non ignorantia rerum agendarum, non concupiſcentia noxiarum, non pronitas ad malum, non difficultas ad bonum, nec aliquod tale. Sed ſine huiuſmodi defectibus, ſine grauedine corporis, & cum omni libertate atque integritate dominioq; mentis & imperio rationis ac uoluntatis, homines ſua habebant & poſsidebant corpora, animas nullo modo aggrauantia, magis quàm ſi animabus ipſis non fuiſſent coniuncta. Vnde ho- C

mo tūc æquè intensè poterat ferri in Deum actibus mentis ſuæ, cognoſcendo, ſperando, diligendo; ac ſi eſſet corporis expers, ſed eſſet ſola anima ſeiuncta à corpore. Mirabilis ualde ille ſtatus, à quo per peccatum cecidimus: & deflenda ualde atque eiulatu proſequenda noſtra miſeria, qua propter peccatum modo ſumus obſepti: habentes ignorationem rerum agendarum, concupiſcentiam noxiarum, pronitatem ad malum, difficultatem ad bonum, mortem ſeu mortalitatem, confligantes cum corruptione, fame, ſiti, ægritudinibus, & aliis id genus malis. Quòd ſi ex hac determinatione nobis obiiciat aliquis, ægritudines corporum à peccato illo primo etiam affluxiſſe, & naturalibus remediis ad gratiam creationis pertinentibus depelli: quaſi idem poſsit dici ſimili modo de ignoratione rerum agendarum & concupiſcentia noxiarum, pronitate ad malum, & difficultate ad bonum: Reſpondemus conſtantiſsimè, Longè abſit hoc à mentibus, cordibus, ſcripturis, & uerbis Chriſtianis: Nullo enim modo conueniunt illa mala ex quibus argumentum deſumitur, cum his malis de quibus concluditur, Tum quidem primùm, quia ægritudines corporum & mala alia ſimilia, ſunt quidem mala particularia aliquorum hominū, & non ſunt communia omnium: cùm multos uideamus homines ſanos, nec repugnet huic ſtatui quòd quiſpiam optima diſpoſitione corporali præditus, toto uitæ ſuæ ſpacio ſanus in hoc ſæculo uiuat, & ſine infirmitate hinc abſcedat, per ſolam conſumptionem humoris radicalis nuncupati, & conſequentem reſtinctum caloris innati, qui eum depaſcitur ſenſimq; imminuit, ut Galenus in libro de Maraſmo atque alibi, & alii teſtantur. Ignoratio autem rerum agendarum, & concupiſcentia noxiarum, & huiuſmodi mala alia, non ſic ſunt particularia aliquorum, ſed ſunt mala communia cunctorum hominum: quia de lege communi omnes hæc mala contrahimus, niſi quis ſpeciali diplomate & priuilegio excipiatur: ſicut Chriſtiparam ſemper uirginem Dominamq; noſtram ſanctiſsimam, exceptam credimus ex priuilegio: Tum deinde ſecūdò quia ægritudines corporum & ſimilia mala, ſunt mala quæ corpus in ipſum deſæuiunt ac debacchantur, & quæ nullo modo mentem malo afficiunt, nec ad corruptelam malitiamq; mentis pertinent, nec beatitudinem hominis in hoc ſæculo & ſtatu auferunt, præpediunt, uel minuunt per ſe, aut directè. Mala autem hæc alia, ignorantia rerum agendarum, concupiſcentia noxiarum, pronitas ad malum, difficultas

Obiectio 2.

Reſponſio. 2.

D

Galenus.

E ficultas ad bonum, & alia id genus, ſunt mala mentis, & quæ ſcientiæ atque charitati repugnant directè. An non eſt malum quoddam, ignorantia rerum agendarum, etiam pertinentium ad moralem uitam? An non eſt malum, concupiſcentia rerum noxiarum? Mala quidem ſunt, & magna mala; uel quia ſunt priuationes ſeu defectus magnorũ bonorum, uel quia ad magna mala nos inſtigãt, uellicant, extimulant, & quodammodo protrudunt, aut inducunt, ſeu pelliciunt: neque dubitauit Auguſtinus hoſce defectus appellare mala, maximè concupiſcentiam rerum noxiarum, contra quam certamen habet, quiſquis bonus eſſe uult. Siue autem hæc dicamus mala eſſe, ſiue non mala, ſed defectus quoſdam, conſtat ea nos habere non ſolùm ex natura, ſed etiam ex culpa, & utiq; in pœnã. Ergo quicquid ſit de aliis malis ſeu defectibus, ægritudinibus corporis, & aliis ſimilibus, longè aliud eſt de his, ignoratione rerum agendarum, concupiſcentia noxiarũ, pronitate ad malum, difficultate ad bonum: quia illa mala ſunt particularia & corporum, hæc uerò ſunt communia & animarum: ob quod illa depellit profligatq; etiam medicus corporalis medicamentis, pharmaciſq; à natura prolatis, arteq; compoſitis: hæc autem naturalibus remediis ſpiritalibus gratiæ cu-

F rat Medicus ſpiritalis, Saluator noſter. Et

Obiectio 3. ſi rurſus quiſpiam obiecerit, de fame, ſiti, & ſimilibus defectibus communibus omnium, quos etiam communes in pœnam habemus, & à quibus per corporalia remedia

Reſponſio 3. liberamur, cibo uidelicet & potu, reſpondemus, quòd etiam ab his malis multum differſit hæc alia de quibus loquimur: quanquam enim utraque ſint mala communia, ea tamen de quibus fit obiectio, ſunt corporis, hæc uerò de quibus diſputamus, ſunt mentis: ea non repugnant ſcientiæ & charitati ut conſtat, quia immo multi ſcientia maximè prædití & ſanctiſsimi, famem & ſitim noluerunt; acceperunt, habuerunt, & paſsi ſunt; ut maiorem tum ſcientiam, tum charitatem acquirerent; hæc autem repugnant, ut eſt

Lib. 3. diſt. 15. notiſsimum. Vtq; etiam tota ſchola Chriſtiana uniformis docet, ex libris ſententiarum ſanctorum & catholicorum doctorum, Saluator noſter accipiens humanam naturam noſtram, accepit ſimul naturales defectus noſtros, non particulares, ſed communes; nec communes omnes, ſed communes non repugnantes ſcientiæ nec charitati. Vnde quidem non accepit corporales ægritudines, quia ſunt defectus particulares: nec accepit ignorationem rerum agendarum, nec concupiſcentiam noxiarum, nec pronitatem ad

malum, nec difficultatem ad bonum, quia G ſcientiæ & charitati repugnabant: ſed accepit mortalitatem, corruptibilitatem, famem, ſitim, quia ſunt defectus communes, nec ſcientiæ, nec charitati repugnantes. Ita omnes doctores catholici docent, & eſt utiq; ueriſsimum. Magna eſt igitur admodum differentia horum defectuum, ad alios defectus: quia hi ſunt grauiſsimi, ob id quòd charitati ſcientiæq; aduerſantur, & ſunt mala animæ propter peccatum in nos delapſa, uel tanquam peccatum, uel tanquam pœna peccati, à qua non nos curat, non repurgat, non liberat, non emundat quiſquam, niſi Saluator noſter. Eo igitur indigemus, uel eius gratia, uel gratiæ eius auxilio, ut uel magis uel minus nos ſubducamus ignorantioni rerum agendarũ, concupiſcentiæ noxiarum, pronitati ad malum, & difficultati ad bonũ: à quibus malis aliquo modo liberamur per prudentiam & alias morales uirtutes, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, & alias. Paulus Apoſtolus, Vas electionis, diuinituſq; edoctus, & optimus orbis magiſter, duas ſolas prudentias poſuit in nobis hominibus, uidelicet prudentiam carnis, & prudentiam ſpiritus, poſiturus ſine dubio tertiam, quartam, quintam, & quotam uel quamlibet aliam, ſi in nobis eſſet alia: nec hoc ſolùm, ſed prudentiam carnis appellauit mortem, prudentiam autẽ ſpiritus appellauit uitam. Verba eius ſunt, Nam prudentia carnis, mors eſt: prudentia autem ſpiritus, uita & pax: quoniam ſapientia carnis, inimica eſt Deo, legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt. Vnde quidem prudentia uirtus intellectualis & uirtutum moralium auriga atque ductrix, ſi non eſt mors, ſi non habet mortem, atque ſi non eſt inimica Deo, pertinet ad prudentiam ſpiritus, & abſque dubio ad Chriſti gratiam. Nunquid negamus mediũ in actionibus hominis aut paſsionibus, inter bonum & malum meritorium, ſeu inter bonum & malum morale? Abſit. Non negamus medium in his rebus, ſed declaramus illud, quod, quantum, uel quale ſit, & à quibus cauſis, uel etiam quomodo: ut declaremus quid poteſt homo ex ſua natura cum ſola gratia creationis, cuiuſmodi eſt generalis influxus Dei, & quid poteſt non niſi cum gratia redemptionis, cuiuſmodi eſt auxilium ſpeciale Dei pertinens ad gratiam Saluatoris noſtri. De hoc autem, magis ſtatim, domino cœptis aſpirante. Nunc enim agimus de ignoratione rerum agendarum & de concupiſcentia noxiarum, atque de prudentia aliiſq; moralibus uirtutibus, quibus ab ipſis malis aliquo modo liberamur; dicimuſq; de

Rom. 8.

H *Ibidem. Rom. 8.*

ipſa

ipſa ignoratione deq; ipſa tali cōcupiſcentia,
quòd re uera ſunt in nobis, quædam peccati
Lib. 2. primi pœna. Mouent quæſtionem doctores,
ſent. diſt. Vtrùm culpa per prius ſit in uoluntate, an
39. in ratione? & eſt hæc quæſtio de defectu ratio
nis practicæ in iudicando, atque de defectu
uoluntatis in eligendo. Nullus eſt autem do
ctor catholicus qui non aſſerat illum defe-
ctum eſſe in nobis quidem uel culpam, uel
Durādus pœnam primæ culpæ. Circa quod Durandus
ubi ſupra exiſtimans illum defectum eſſe in nobis non
quaſt. 1. culpam ſed pœnam, ait, Dicendum ad hoc
quòd defectus rationis practicæ in iudicando
eſt quoddam peccatum, cum ſit carentia de-
bitæ rectitudinis in operatione; ſed hoc ſe-
cundum ſe magis habet rationem peccati na-
turæ, quàm culpæ in moribus. Ecce quòd ip-
ſe defectus habet rationem peccati naturæ,
quod nō fuiſſet niſi præfuiſſet peccatum per-
ſonæ; & de ignoratione in genere iam dixi-
mus ex illo, quod ſit magis pœna culpæ,
Vbi ſu- quàm culpa. Non nullas rationes format idē
pra, diſt. doctor, Albertus nomine, probando quòd
22. q. 3. homo non incurrit ignorantiam agendorum
prædictorum propter peccatum: ſed non cu
ramus de illis, tum quia pugnant cum manife
ſta ueritate ſcripturarum ſanctarum & notiſ-
ſima experientia omnium hominum ad an-
B nos diſcretionis uenientium: tum quia illis
Lib. 2. ſatis iam reſpondit Gregorius Ariminenſis.
diſt. 29. Nec nos modo tantum determinamus qua-
queſt. 1. lis manſit Adam poſt lapſum, quantum qua-
art. 2. le manſit genus humanum in omnibus Adæ
filiis propter Adæ peccatum. Hoc enim no-
bis magis notum eſt. Procedimus autem ex
magis noto, deq; illo agimus.

S. Tho. SANCTVS Thomas mouet quæſtionē,
prima 2. Vtrùm ignorantia ſit peccatum? & determi-
quaſt. 76. nat quòd ſic. Probat determinationē, Quia
art. 2. nihil meretur pœnam, niſi peccatum: ſed i-
gnorantia meretur pœnam, ſecundum illud,
1. Corint. Siquis ignorat, ignorabitur, Ergo ignoran-
14. tia eſt peccatum. Deinde aſsignat differen-
tiam inter neſcire & ignorātiam, per id quòd
neſcire dicit ſimplicem ſcientiæ negationem;
ignorantia uerò importat ſcientiæ priuatio-
nem, dum ſcilicet alicui deeſt ſcientia eorum
quæ aptus natus eſt ſcire. Declarando autem
quæ tenemur ſcire, dicit, Horum autem, id-
eſt, quæ ſumus apti nati ſcire, quædam ali-
quis ſcire tenetur, illa ſcilicet ſine quorum
ſcientia nō poteſt debitum actum rectè exer-
cere. Vnde omnes tenentur ſcire communi-
ter ea, quæ ſunt fidei, & uniuerſalia iuris præ
cepta: ſinguli autem ea, quæ ad eorum ſta-
tum uel officium ſpectant. Quædam uerò
ſunt, quæ & ſi aliquis natus eſt ſcire, non ta-
men ea ſcire tenetur; ſicut theoremata Geo-
metriæ & contingentia particularia, niſi in ca C
ſu. Manifeſtum eſt autem, quòd quicunque
negligit habere uel facere id, quod tenetur ha
bere uel facere, peccat peccato omiſsionis.
Vnde propter negligentiam, ignorantia eo-
rum quæ aliquis ſcire tenetur, eſt peccatum.
Non autem imputatur homini ad negligen-
tiam, ſi neſciat ea, quæ ſcire non poteſt. Vn-
de horum ignoratio inuincibilis dicitur,
quia ſtudio ſuperari non poteſt: & propter
hoc talis ignoratio, cum non ſit uoluntaria,
eo quòd non eſt in poteſtate noſtra eam repel
lere, non eſt peccatum. Ex quo patet, quòd
nulla ignorantia inuincibilis eſt peccatum:
ignorantia autem uincibilis eſt peccatum, ſi
ſit eorum, quæ aliquis ſcire tenetur: non au-
tem ſi ſit eorum, quæ quis ſcire non tenetur.
Hæc ille. Ecce docet quæ ignorantia ſit pec-
catum, & quæ non ſit peccatum, tanquam ali
qua ſit peccatum, per ſe uel per accidens, di-
rectè uel indirectè: ſaltem ut peccati cauſa,
ſaltem etiam ut peccati effectus, pœnaq; pec
cati. Manifeſtè etiam declarat, omnes nos te-
neri ſcire communiter ea, quæ ſunt fidei, &
uniuerſalia iuris præcepta; ſingulos autem
præter hæc, ea quæ ad eorum ſtatum uel offi-
cium ſpectant. Ratio huius obligationis no-
ſtræ eſt, quia ſine horum ſcientia non poſſu-
mus debitum actum rectè exercere. Vnde i- D
gitur paruulis hæc talis ignorantia ſeu potius
ignoratio rerum agendarum, quando ad an-
nos diſcretionis ueniunt? Quidem non ſolùm
à natura, quin etiam & à culpa: quia niſi Adā
peccaſſet, nos hanc ignorantiā minimè pate-
remur. CAIET. mouet quæſtionem, Num *Caietan.*
actus peccati ex ignorantia procedentis, & *prima 2.*
ex ſcientia, ſint eiuſdem ſpeciei, in qua eſſent *quaſt. 76*
ſi fierent ſcienter? Eſt hæc ſatis bona quæſtio, *art. 4.*
& dubium non paruum: maximè cum ſpeci- *Vbi ſup.*
es peccati ſumatur ex per ſe obiecto intento *quaſt. 72*
à peccāte, ut bene determinauit ſanctus Tho *art. 6.*
mas aliàs, & alibi quòd actio hominis habeat *Vbi ſup.*
bonitatem uel malitiam ex obiecto, etiam *quaſt. 18.*
ſpecificam: tanquam obiectum ſit terminus *art. 2.*
actionis, dans ei formam & ſpeciem. Verùm
& ſi quæſtio digna ſit in qua alioqui ſtudii nō
parum & induſtriæ ponatur, longiore tamen
in ea ſermone ſuperſedendum eſſe duximus,
quòd res hic uerba plura minimè exigat, quā
ob rem huic capite coronidem apponimus.

Eliminantur quædam Pelagij & aliorum erro-
res meritò anathemate dirisq; exturbandi. Relin-
quitur opinio illa multorum doctorum catholicorū,
ex qua iam multa recenſuimus, quæ neutiquam pla
cent, nec accipienda arbitramur. Declaratur
hanc tot, tantorumq; doctorum ſententiam ponere
medium in actionibus hominis, quod non ſit meri-

E *tum nec demeritum: atque item aliud, quòd non ſit bonum nec malum moraliter.*

CAP. XLIIII.

PERSISTENDVM igitur nobis eſt in ſententia illa pia ualde, lōgeq́; tutiſsima ueterum ſanctorum omniū calculis approbata, quæ optimè edisſerens, omnes noſtras actiones, omnesq́; noſtras uictorias contra carnem, contra diabolum, & contra mundum, morales deliberatas, meritorias, uirtuoſas, uel non malas; tribuit gratiæ Chriſti Saluatoris noſtri; Ideſt, gratiæ Dei per merita Saluatoris noſtri, nobis gratiam ſuam tribuentis, gratum facientem, aut gratis datam, ſeu gratis nos præuenientis, excitantis, ac præparantis, ſeu fortius iuuantis, quàm agat, faciat'ue per ſuam generalem influentiam pertiuentem ad gratiam creationis: Vt totum hoc demus, totum tribuamus, totumq́; debeamus *1. Corint. 1.* Saluatori noſtro, & eius meritis eiusq́; gratiæ; qui factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, uirtus, ſcientia, bonitas, uia, ueritas, uita, gratia, pax,
F libertas, ſanitas, munditia, fides, ſpes, charitas, pœnitentia, uirtusq́; omnis, noſter Redemptor, uocator, doctor, adiutor, lux, Legislator, iuſtificator, glorificator. Vt *Ibidem & Hie. 9.* (quemadmodum ſcriptum eſt) Qui gloriatur, in domino glorietur. In domino, inquit Apoſtolus, quidem non in ſolo domino Crea- *2. Corint. 10.* tore, ſed etiam in eodem domino Redemptore: ut non ſolùm intelligamus in his bonis generalem influxum pertinētem ad creationem, ſed etiam ſpeciale auxilium gratiæ pertinentis ad redemptionem: quam profectò maximè exaltabat & commendabat Apoſtolus, tanquam minus cognitam & ualde neceſſariam. Gratia enim Creationis nota fuit olim quibuſdam ex Gentibus & fermè omnibus eorum ſapientibus, ſaltem Platonicis & nōnullis aliis, notaq́; erat Iudæis omni- *Geneſ. 1.* bus, propter illud, In principio creauit Deus cœlum & terram. etc. Gratia uerò redemptionis, nec gentibus nec Iudæis ſic nota fuit; ſed eam nitebatur Apoſtolus oſtendere, eamq́, cognitam facere, & introducere apud omnes: ut cunctis nota eſſent quæ Debemus Deo Creatori, quæ etiam Deo Redemptori, gratis facienti ſeu operāti noſtram creationem, ac noſtram redemptionem, noſtramq́; ſalutem in medio terræ. Et ut omnia dicamus, hæc ſentētia ſanctorum doctorum antiquorum eſt, quæ maximè expellit Pelagiū & Pelagianorum iugulum petit; tribuendo uideſicet Chriſti gratiæ, quæ Pelagi- G
us & Pelagiani tribuebant uiribus humanæ naturæ: bonas uirtutes morales, bonasq́; de tentationibus uictorias. Etenim præter gratiam gratum facientem quam dicimus homini neceſſariam ad bonum faciendum, uel malum deuitandum meritoriè, ponimus in homine aliam Chriſti gratiam homini neceſſariam ad bonum faciendum uel malum deuitandum moraliter, deliberatè, uirtuosè aut non malè. Hanc gratiam appellamus gratis datam, ſiue ſit aliquid quod Deus infundat animæ tanquam habitum uel diſpoſitionem, aut formam aliam extrinſecus accedētem ſuperadditam animæ, ſiue ſit motio aliqua Dei quam ipſe per ſe exerceat circa animam, inclinando illam, ſeu fortius mouendo, aut iuuando eius potentias, præueniendo, præparando, aut fortius ſeu abundantius iuuando; Non tamen uim, coactionem, aut neceſsitatem imponendo ſeu inducendo: ſed ſuauiter interius agendo, ſeu operando, ut liberum ſit nobis illi coagere ſeu operari, aut non. De quæ libertate quam relinquit nobis hæc gratia, infra ſuo loco dicūtur multa. Modo enim non agimus de hac noſtra libertate, ſed de gratiæ Chriſti multiplicitate & amplitudine, ualore, extenſio- H
ne, ac neceſsitate & ſuauitate, in quibus declarandis & credendis Pelagius, Pelagianiq́; omnes hallucinati ſunt & defecerunt contra Chriſti gratiæ extenſionem & neceſsitatem. Ergo illos errores damnat abiicitq́; noſtra hæc ſentētia, illos nos in ea damnamus, anathemate confodimus: toto corde uelisq́; & remis (ut dicit ſolet) fugimus. Cæterùm de illa opinione multorum orthodoxæ fidei doctorum & recentiorum, ex qua iam multa retulimus quæ minimè arrindent, ſatis conſtat quid dicamus, quid'ue ſentiamus; Eam quidem non damnamus, eo quòd non paucos habeat catholicos doctores qui eam tueātur, eosq́; neotericos, ſed magis huic ſententiæ noſtræ inhæremus, propter diuinas ſcripturas eam nobis commendantes, ac propter numeroſum catholicorum doctorum cœtum, tum uetuſtiorum tum recentiorum qui eius ſunt aſſertores & propugnatores. Eam ergo abiicimus, hanc uerò accipimus; magisq́; ſequimur hos auctores quàm illos. Habent illi ſuas expoſitiones, quas rectius dixerimus fugas, quæ neque eis ſufficiunt, neque nobis arrident: confugiunt ad influxum generalem, quem certè non negauit Pelagius, confugiunt ad meritum de condigno, ad quod non fugit Auguſtinus; præterea ad bonum ſimpliciter dictum, negantes bonum morale ex omnibus circunſtantiis

A tiis uirtuoſum, dici bonum, & morales uirtutes dici uirtutes, quod minimè neganerunt antiqui doctores: ſimpliciter loquendo nulla dicunt bona opera, quæ non fuerint meritoria; etiam ſi ſint moralia deliberata, non mala, aut etiam ex obiecto & omnibus circunſtantiis neceſſariis moraliter uirtuoſa; quæ Philoſophi naturales, ut conſtat ex dictis eorum allegatis, ſimpliciter appellauerunt bona, maxima, præcipua, diuina; & quos Philoſophos non reprehendunt ſancti doctores noſtri antiqui, in eo quòd ipſa bona, morales uirtutes, intellectuales etiam acquiſitas, & harum uirtutum opera appellarunt ſimpliciter bona aut diuina, ſed in eo quòd illa putabant & dicebant eſſe præcipua & maxima. Alia enim ſunt maiora. Quænam? Bona gratiæ gratum facientis, quæ ſunt bona meritoria: atque bona gloriæ, quæ ſunt bona beatificantia. Sed hæc bona maiora, non prohibent quin alia bona minora, ſint & dicantur bona: Maximè ſi ea bona minora ſiut bona animæ, & pertineāt ad animā, eam, ſeu perficiant; ſicut nō eſt dubinm,

B animam ipſam perfici per morales intellectualesq; uirtutes acquiſitas. Quod dico propter bona corporis, propterq; bona hominis externa, famæ, honoris, fortunæ, propinquorum, amicorum, & aliorum, de quibus longè alia eſt quæſtio: & ſemper fuit longè alia apud antiquos, inter Academicos & Peripateticos. Quicquid enim ſit de hominis bonis externis, internis corporis, ſiue illa ſint aut dicantur ſimpliciter bona hominis, ſiue non: aliud eſt de hominis bonis internis animæ, qualia bona hominis ſunt uirtutes morales intellectualesq; acquiſitæ, atq; harum uirtutū opera, de quibus bonis hominis agimus. Pertinent hæc bona ad animam, quia ſunt bona animæ; ideo igitur ſine dubiò pertinent ad Saluatorem noſtrum, quia ipſe eſt medicus, Creator & bonificator animarum. Pertinent ad Saluatorem noſtrum effectiuè principaliter, quia ipſe eſt cauſa illorum bonorum, tum meritoria, tum effectiua principalis: atq; pertinent ad animam ſubiectiuè, effectiueq; minus principaliter, quia ipſa anima eas uirtutes cum producit minus principaliter & eas in ſeipſa ſuſcipit. Commendamus plurimum hanc conſiderationem uirtutum moralium, ex eo quòd ſunt bona hominis interna animæ, ad animam pertinentia, in anima exiſtentia, & animam perficientia: ſiue in animæ eſſentia primùm, ſiue primùm in potentia, modo non contendimus. Bona talia autem animæ ſimpliciter ſunt & dicuntur bona, licet tamen ſint & dicantur alia animæ bona maiora: quæ quoq; in anima ſunt, & magis ac magis animam ipſam perficiunt. An hæc bona

C non perficiunt animam? An non ſunt animæ bona? An per illa non ſubducit ſe anima ignorationi rerum agendarum? An per illa non deuitat anima, aut ſuperat concupiſcentiam rerum noxiarum? An per illa non eneruatur flacceſcitque in anima, ſeu in nobis illecebra pronitasq; ad malum? An per illa nō emollitur leuiorque redditur in anima ſeu in nobis difficultas ad bonum? Immo quidem. Ergo ab Adam poſteriore de cœlo cœleſti, nobis promanant hæc bona, ſicut ab Adā priore de terra terreſtri, nobis illa mala promanarunt aſperſa'q; ſunt. Ex quibus omnibus iam determinatis, ſi quæritur de poteſtate hominis poſt lapſum ad bonum faciendum & malum deuitandum, ſatis conſtat quid ſit dicendum. Conſtat enim quid poſsit cum ſuis naturalibus & generali influxu pertinente ad gratiā creationis, & quid poſsit cum ſuis naturalibus & non niſi cum ſpeciali auxilio pertinente ad gratiam redemptionis: Conſtatq; pariter quomodo intelligatur, quod de homine, uel de genere humano poſt peccatum dicitur, Manſit ſemiuiuus relictus. Vel, Manſit ſemiuiuum relictum. Semiuiuus enim manſit

D homo propter potentiam facultatem, & aptitudinem quam habet ad bonum, ut dicit Auguſtinus in De quæſtionibus Euangelii, qua de re multa præſenti libro diximus: & propter naturalem hominis iuſtitiam, de qua multa dicturi ſumus. Conſideremus quæſo, quo huiuſmodi quæſtio facilius ediſſeratur & res perceptu facilior ſit, quòd Saluator noſter non poſuit aliam arborem, niſi aut bonam proferentem fructus bonos, aut malam, malos: conſideremus iterum, quòd Apoſtolus eius Paulus non poſuit aliam prudentiam, niſi uel prudentiam Spiritus quæ habet uitam, uel prudentiam carnis quæ habet mortem: conſideremusq; quòd Auguſtinus, Ambroſius & alii doctores ſancti non poſuerunt aliam uoluntatem in homine, niſi uel bonam, uel malam. Et quid multa? Bonam arborem, prudentiam ſpiritus, ac bonam uoluntatem in nobis, tribuerunt Saluatori noſtro principaliter agenti; malam autem arborem, prudentiam carnis, ac malam uoluntatem in nobis, tribuerunt nobis ipſis; Ita ergo & nos docemus. Nunquid ideo in actionibus moralibus noſtris negamus mediū inter meritum & demeritum? Aut inter bonum & malum morale? Abſit. Nihil enim minus agimus quàm ut in re huiuſmodi, hæc media negemus. Eſt in actionibus noſtris medium inter bonum & malum morale, atque eſt in actionibus humanis medium inter bonum & malum demeritorium. Exemplum priori

Part. 4. Lib. 4. & infra.

Matt. 7.

Rom. 8.

Auguſtinus in multis locis.

prioris

E prioris apud omnes eſt in actionibus noſtris non ex deliberatione, ſed ex ſola imaginatione prouenientibus, ut ex imaginatione amouere feſtucam, fricare barbam, & ſimilia: Exemplum autem poſterioris apud Scotum eſt in actionibus noſtris bonis, etiam deliberatis quas exercet uir iuſtus non referendo illas actualiter (ut ſic cum Theologis noſtris dixerim) nec uirtualiter in Deum, quod etiam ſequitur Durandus: tametſi ſanctus Thomas alio pacto doceat, aut uideatur docere: Atque exemplum poſterioris apud omnes doctores catholicos in actionibus noſtris moraliter deliberatis, bonis ex obiecto, fine, & omnibus circunſtantiis, quas exercet homo Deum cognoſcens, mortiferi tamẽ peccati ſordibus fœdatus. Quia uerò hæc diſſertatio de medio inter bonũ & malũ morale, atque etiam de medio inter meritum & demeritum, eſt admodum grauis, & de qua aliqua eſt inter doctores controuerſia; libet in piorũ lectorum gratiam longius in ea ſermonem proferre, ne res ſcitu maximè frugifera, quaſi ſilentio tranſmittatur, & in obſcuro tanquam nullius penſi relinquatur.

S. Tho. prima 2. quæſt. 18. art. 8. QVAERIT doctè more ſuo S. Thomas, Vtrùm aliquis actus ſit indifferens ſecundum ſuam ſpeciem? Reſpondet, quòd ſic, iuxta Auguſtinum in libro de Sermone domini in F monte, dicentem, quædam eſſe facta media, quæ poſſunt bono uel malo animo fieri: de quibus eſt temerarium iudicare. Ex quo Auguſtini dicto, ipſe concludit hoc pacto. Sunt ergo aliqui actus ſecundum ſpeciem ſuam indifferentes. Latius autem diſſerendo inquit, Actus omnis habet ſpeciem ab obiecto, & actus humanus, qui dicitur moralis, habet ab obiecto relato ad principium actuum humanorum, quòd eſt ratio. Vnde ſi obiectum actus includat aliquid quod conueniat ordini rationis, erit actus bonus ſecundum ſuam ſpeciem: ſicut dare eleemoſynam indigenti. Si autem includat aliquid, quod repugnet ordini rationis, erit malus actus ſecundum ſpeciem: ſicut furari, quod eſt, tollere aliena. Contingit autem quòd obiectum actus non includit aliquid pertinens ad ordinem rationis, ſicut leuare feſtucam de terra, ire ad campum, & huiuſmodi: & tales actus ſecundum ſpeciem ſuam ſunt indifferentes. Hæc ille. Quærit etiam, Vtrùm aliquis actus ſit indifferens ſecundum indiuiduum? Reſpondet non dari actum humanum in indiuiduo indifferentem, ſed neceſſe eſſe omnem talem eſſe uel bonum, uel malum. Probat hoc primùm, ex Gregorio in quadam homilia dicente, Otioſum uerbum eſt quod utilitate rectitudinis, aut ratione iuſtæ neceſsitatis, aut piæ utilitatis caret. Sed uerbum otioſum eſt G malum; quia de eo reddent homines rationem in die iudicii. Si autem non caret ratione iuſtæ neceſsitatis, aut piæ utilitatis, eſt bonum aut malum; Pari ergo ratione, & quilibet alius actus uel eſt bonus, uel malus. Nullus ergo indiuidualis actus eſt indifferens. Deinde probat idem ſecundò, dicens, Contingit quandoque aliquem actum eſſe indifferentem ſecundum ſpeciem, qui tamen eſt bonus uel malus in indiuiduo conſideratus. Et hoc ideo, quia actus moralis, ſicut dictum eſt, non ſolùm habet bonitatem ex obiecto, à quo habet ſpeciem: ſed etiam ex circunſtantiis, quæ ſunt quaſi quædam accidentia. Sicut aliquid conuenit indiuiduo ſecundum accidentia indiuidualia, quod non conuenit homini ſecũdum rationem ſpeciei. Et oportet quòd quilibet indiuidualis actus habeat aliquam circunſtantiam, per quam trahatur ad bonum uel malum, ad minus ex parte intentionis finis. Cum enim rationis ſit ordinare, actus à ratione deliberatiua procedens, ſi non ſit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipſo repugnat rationi, & habet rationem mali. Si uerò ordinetur ad debitum finem, conuenit cum ordine rationis: unde, habet rationem boni. Neceſſe eſt autẽ quòd uel ordinetur, uel non ordinetur ad debitum finem. Vnde neceſſe eſt omnem actum hominis à deliberatiua ratione procedentem in indiuiduo conſiderato, bonum eſſe uel malũ. H Si autem non procedit à ratione deliberatiua ſed ex quadam imaginatione, ſicut cùm aliquis fricat barbam, uel mouet manum aut lapidem, (uel forte aliàs, pedem) talis actus non eſt propriè loquendo moralis, uel humanus, cùm hoc habeat actus à ratione: & ſic erit indifferens, quaſi extra genus moralium actuum exiſtens. Hæc ille. Ecce determinat & probat ſanctus Thomas, Primùm, quòd in actibus humanis, multi reperiuntur aut reperiri poſſunt indifferentes ſecundum ſuam ſpeciem, inter bonum & malum: ſed nullus talis ſic reperitur nec reperiri poteſt indifferens ſecundum indiuiduum. Vt neceſſe ſit, omnem actum humanum in ſuo indiuiduo eſſe uel bonum, uel malum. Quantum autem ad meritum, ita dicit ſanctus Thomas, Omnis actus hominis bonus uel malus habet rationem meriti uel demeriti apud Deum, quã tum eſt ex ipſa ratione actus. Ob quod certè niſi obſtet ſtatus malus perſonæ agentis, omnis actus moraliter bonus eſt apud Deum meritorius. Sic generaliter ex mente ſancti Thomæ & doctrina eius, in homine iuſto & quo ad actus humanos non datur medium inter meritum & demeritum, ſicut neque inter bonum

An ſit actus medius inter bonũ & malũ.

Ibidem. Art. 9.

Gregor.

Matt. 12.

prima 2. quæſt. 21. art. 4. ad 3. arg.

A bonum & malum morale: ſed omnis actus humanus in uiro inſto eſt meritorius uel demeritorius, quemadmodum omnis talis eſt moraliter bonus uel malus. Quandoquidem pro huius ſancti anctoris ſententia, ratio boni moralis quantum eſt de ſe, eſt ſufficiens ratio meriti: quam ob rem bonum morale ſi eſt in homine iuſto, eo ipſo eſt iam ex omni parte meritorium; ideſt, tum ex ratione ſui, tum ex parte ſtatus perſonæ agentis. Eſt autem dare medium in actibus humanis inter meritum & demeritum apud Deum. Sed hoc tantum in illis qui peccati mortalis laqueis hærent, & nihilominus bonum morale faciunt.

Scotus Lib. 2. diſt. 41.

SCOTVS nō uulgaris eruditionis Theologus, quærit, Vtrùm aliquis actus poſsit eſſe indifferens? Reſpondendo autem poſt multa dicit, Suut ergo multi actus indifferentes, non tantum ſecundum eſſe qnod habent in ſpecie; ſed etiam ſecundum eſſe quod habent in eſſe morali: & ſunt etiam indifferentes ad bounm meritorium & malum demeritoriū, quia unum indiuiduum poteſt eſſe tale, & aliud tale. Multi etiam ſingulares actus eliciti ſunt indifferentes, qui neque ſunt tales, neque tales. Et non ſolùm actus non humani de qnibus non eſt ſermo, ſicut mouere barbam, leuare feſtucam, & huiuſmodi, quæ B procedunt ex ſola imaginatione, non ex libero arbitrio impellente: ſed etiam de actibus liberè elicitis. Ponit ergo duo, Alterum quòd in actibus humanis eſt dare mediū inter bonum & malnm moraliter: Alterum quòd in actibus humanis eſt dare mediū inter meritum & demeritum, etiam in homine iuſto. Hæc autem, non ſolùm ſecundum ſpeciem,& in communi; ſed etiam ſecundum indiuidnum, & in ſingulari. Probat primum, quia habitus iuſtitiæ generatur ex operibus iuſtis, non iuſtè factis: hic autem non eſt bonus moraliter, quia non ex uirtute. Similiter ſecundo, de actibus elicitis poſt uirtutem; quia non uidetur neceſſarium, ut uoluntas habens uirtutem, ſemper utatur ea neceſſariò: ſed tantum cum occurrit paſsio ita uehemens, quæ rationem, de ſuo gradu deiiceret niſi uirtute utatur. Probat ſecundum, quia meritum uidetur eſſe ex relatione ad finem debitum, quæ relatio eſt ex charitate inexiſtente. Poteſt autem, ut inquit, actus referri ex charitate in finem ultimum, tripliciter. Vno modo actualiter, ſicut cogitans actualiter de fine, diligit illum, & uult aliquid propter illum. Alio modo uirtualiter, ſicut ex cognitione & dilectione finis, deuentum eſt ad uolitionem huius entis ad finem: Tertio modo habitualiter; puta ſi omnis actus referibilis in finem manens cū charitate quæ eſt C principium referendi, dicatur referri habitualiter. Non uidet autem quæ relatio ſufficiat ad meritum, minor quàm ſit relatio uirtualis: nec putat ſufficere habitualem. Vnde omnem actum illum bonum, moralem, deliberatum, putat Scotus eſſe medium inter meritum & demeritum, quem exercet homo iuſtus non referendo illum actualiter nec uirtualiter in Deum: uel quem exercet homo iniuſtus, qnantumuis illum in Deum referat. Alibi etiam uult bonum & malum moraliter ex parte obiecti, carere medio: ex parte uerò circunſtantiæ, habere medium. Ratio primi aſsignatur, quia oportet actum habere obiectum; obiectum antem oportet eſſe uel conueniens actui ſecundum rectam rationem, uel diſconueniens. Ratio uerò ſecundi, Quia ſi quis det eleemoſynam pauperi, non propter finem, de quo non cogitat, nec ſecundum alias circunſtantias, talis actus non eſt bonus moraliter, quia nou debitè circunſtantiis ſeptus, nec malus, quia non propter indebitum finem, puta uanam gloriam, Ergo indifferens, Et priuatiuè tantum malus, non contrariè. Ad idem alibi ponit triplicem actnm, triplicemq; habitum, in actibus & habitibus humanis: uidelicet actum bonum, actum malum priuatiuè, actum malum contrariè: ſimiliter & habitus ortum D habentes ex iſtis actibus. Actum uerò medium, ideſt, actum malum priuatiuè, dicit actum indifferentem: qui actus ideo appellatur malus priuatiuè, quia caret circunſtantia apponenda: ſed ideo non dicitur malus contrariè, quia non habet aliquam circunſtantiam malam appoſitam, nec malum obiectū. Quare ergo non dicitur bonus? Propter defectum bonæ circunſtantiæ. Dicit ſanctus Thomas, actū à ratione deliberatiua promanantem, ſi non ſit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipſo repugnare rationi, & habere rationem mali. Hanc autem doctrinam non admittit Scotus hoc loco, ſed nititur defendere illum talem actum eſſe indifferentem, non malum contrariè, licet tamen malum priuatiuè: quaſi ipſa priuatiua malitia non ponat malitiam contrariam in tali actu, ſed indifferentiam. Durandus de ſancto Portiano mouet duas quæſtiones quo ad propoſitum. Altera eſt, Vtrùm aliqua actio poſsit eſſe indifferens, ita ut nec ſit bona nec mala, bonitate uel malitia morali, quam conſiderat moralis Philoſophus? Altera eſt, Vtrùm aliqua actio poſsit eſſe indifferens, ita ut nec ſit bona, nec mala, bonitate uel malitia meriti uel demeriti uitæ æternæ, quam conſiderat Theologus? Ad priorem quæſtionem reſpondet

Lib. 2. diſt. 7. quæſt. 1.

In Quol. quæſt. 18. art. 1.

Durand. lib. 2. diſt. 40. Ibidem, quæſt. 1. Ibidem. quæſt. 2.

E det cum ſancto Thoma, de medio aut non medio inter bonum & malum morale. Ad poſteriorem autem reſpondet cum Scoto, de medio uel non medio inter meritũ & demeritum. Agit etiam Durandus de actibus hominis qui ex ſola imaginatione proficiſcũtur, An uidelicet ſint intra genus moris, uel extra? Determinando autem dicit, Aliqui actus procedentes ab imaginatione, & præuenientes deliberationem rationis, ſunt tales circa quos ratio debet eſſe peruigil, ne inſurgant: & tales ſunt actus appetitus ſenſitiui circa materiam peccati mortalis. Et reſpectu talium actuum, quantumcunque deliberationem præueniant, poteſt eſſe negligens ratio in reprimendo, & peccare ſaltem uenialiter. Et de his procedit ratio, ſcilicet quòd ſunt aliquo modo in genere moris, nec ſunt indifferentes. Alii autem ſunt circa quos ratio nullo modo tenetur eſſe peruigil, niſi in caſu, ratione alicuius adiuncti, quia obiecta talium ſecundum ſe, non ſunt materia alicuius peccati mortalis uel uenialis, ut leuare feſtucam, uel fricare barbam: & tales actus ut ſic præuenientes, quos non tenetur præuenire ratio, niſi in caſu, ſunt purè extra genus moris, & indifferentes ad bonum & malum. Probat autem quòd actus aliqui procedentes ex imaginatione pertineant ad ge-

F nus moris, Quia ubi inuenitur dominium rationis uel uoluntatis, ibi inuenitur genus moris: ſed dominium rationis uel uoluntatis, inuenitur non ſolũ in actibus qui ſequuntur rationem deliberantem, ſed etiam qui præcedunt, inquantum à ratione præueniri potuerunt: alioquin in ſenſualitate nullum poſſet eſſe peccatum: Ergo actus procedentes à ſola imaginatione, pertinent ad genus moris, quia ſubſunt imperio rationis, inquantum ab ea poſſunt præueniri: Et ſic per conſequens ſunt ſuſceptiui bonitatis, & malitiæ moralis.

Caietan. prima 2. quæſt. 18. art. 8. & 9.

CAIETANVS hæc omnia, eſt ſpeculatus, & defendendo ſanctum Thomam dicit, probatq; contra Scotum, quòd actus humanus carens fine debito, eo ipſo eſt malus contrariè: eiusq; probationes modo omittuntur, quia iam ſuperius ſunt poſitæ. Quibus addit optimè, quòd in materia morali conuertuntur priuatio & contrarium. Sicut enim in naturalibus, priuatio formæ ſubſtantialis nunquam inuenitur niſi adiuncta oppoſitæ formæ ſubſtantiali: ita in moralibus, priuatio ſubſtãtialis bonitatis moralis, nunquam inuenitur niſi adiuncta oppoſitæ bonitati. Sic procedit ad propoſitum, & protendit argumentum ſatis. Declarat propter Durandum, qui actus ſunt uerè ex ſola imagina-

Ibidem.

G tione procedentes, & quomodo ſunt extrà genus moris ſecundum ſanctum Thomam; poſſunt facilè ibi uideri omnia, ideo longiore labore plura de illis referendi ſuperſedemus. Probat etiam contra Scotum quòd aliquis actus ſit ſecundum obiectum indifferẽs, per inductionem: ut leuare feſtucam, ire ad agrum, & ſimilia: qui ſi fiãt deliberatè, actus humani ſunt: & tamen obiecta relata ad rationem nec conuenientiam, nec diſconueniẽtiam important. Volitio enim terminata ad hoc uolitum, puta ire ad agrum, nihil habet ex tali uolito boni uel mali: quoniam tale uolitum nec conſonat, nec diſſonat uolitioni ſecundum rectam rationem, ut de ſe patet. Vnde poteſt & bene & malè indifferenter fieri. Hæc ille. Illam autem quæſtionem, An omnis actus exiſtentis in gratia, ſit meritorius uel demeritorius ratione uitæ æternæ? tangit ipſe auctor eo loci, ubi ſanctus Thomas quærit, Vtrùm actus humanus inquantum eſt bonus uel malus, habeat rationem meriti uel demeriti apud Deum? Quoniam autem difficultas pendet, ut inquit, ex præcepto charitatis, differt illam aliàs determinandam, ubi de his erit ſermo: quo loco etiã proponit ſeſe argumentis Scoti, Durandiq; reſponſurum. In eo uerò loco in quem quæſtionem hanc tranſtulit, ait, Hic tractandum eſſet præmiſſum dubium, De indifferentia a-

Ibidem. *prima 2. quæſt. 21. art. 4.* *Ibidem. quæſt. 100* *Ibidem. art. 10.*

H ctus exiſtentis in charitate, niſi inferius, ex propoſito differendum eſſet id, unde pendet tota uis, An ſcilicet ſub præcepto charitatis claudatur totalitas referibilium? propter quod illhuc uſque differetur. Differt igitur quæſtionem hanc, in Secundam ſecundæ, quæſtione 44. Art. 4. ut notatur in ſuo cõtextu nouæ impreſsionis; Sed ibi non agit de hac re. Alibi autem circa illa uerba ſancti Thomæ, Sic ergo neque natura, neque fides ſine charitate poſſunt producere actum meritorium: ſed charitate ſuperueniẽte actus fidei fit meritorius per charitatem, ſicut & actus naturæ, & naturalis liberi arbitrii. Dicit idem Caietanus, Habes quòd actus naturæ, ut comedere, bibere, dormire, & alia huiuſmodi, & naturalis liberi arbitrii, quo uolumus eſſe beati, & non miſeri, uiuere, & non mori, & cætera, in quantum ſunt uoluntarii & ordinati ad Deum à charitate in habente illam, ſunt meritorii uitæ æternæ. Et ob hoc Apoſtolus mandauit, Siue manducatis, ſiue bibitis, & cætera, omnia in gloriam Dei facite. Atque alibi de hoc præcepto fatetur, quòd in illo impletur, ſiquis diligit Deũ ex toto corde, habens ipſum pro ultimo fine; ac per hoc ſui ipſius, & conſequenter ſuorũ omnium. Vnde concludit, Idcirco non opor

Secunda 2. q. 44. art. 4. *Secunda 2. quæſt. 2 art. 9. ad 1. arg.* *Prima 2. quæſt. 100 art. 10.*

tet

A tet pias mentes ſcrupulo agitari, quomodo præceptum impleant, ut omnia in gloriam Dei faciant. Hæc ille.

QVID de illo actu, quo quis uult dare aut dat eleemoſynam pauperi, non propter finem de quo non cogitat, nec ſecundum alias circunſtantias, non apponens tamen circunſtantiam aliquam malam? Scotus ubi ſupra, dicit illum actum non bonum nec malũ moraliter, ſed indifferentem. Et ut conſtat ex doctrina ſua alibi, docet illum actum eſſe malum non contrariè, ſed priuatiuè. Caietanus dicit illum actum eſſe bonum ſub his uerbis. Quia ſiquis det eleemoſynam pauperi, & non propter malum finem, & nihil cogitet de fine actualiter: non propter hoc agit non propter finem. Quia aut agit propter finem uirtualiter, aut agit propter finem, quod eſt obiectum ipſum. Iam enim dictum eſt, quòd obiectum uoluntatis eſt finis. Dat enim eleemoſynam pauperi, ut det eleemoſynam pauperi. Hoc autem conſtat eſſe bonũ. Hæc ille. Fundamentum Caietani eſt, Quia implicat, dicere actum humanum abſque fine. Addit autem ad propoſitum: Quod ſi aliquæ circunſtantiæ ad actum bonum neceſſariæ omittantur, conſtat actum eſſe malum, & non indifferentem. Hæc ille. De illo autem actu tali, conſtat quid dixerint & Ockam, & Gabriel iuxta eorũ doctrinam ſupra poſitã.

Scotus. lib. 2. diſ. 7. q. 1. In Quol. queſt. 18. art. 1. Caietan. prima 2. queſt. 18. art. 8. & 9.

B CAETERVM de illa quæſtione: de qua Caietanus propoſuit ſe dicturum, An ſcilicet ſub præcepto charitatis claudatur totalitas referibilium? Videat lector quæ ipſe dicit, ubi ſanctus Thomas quærit, Vtrùm omnis actio infidelis ſit peccatum? Hoc autem dicimus, quouſque appareat alia determinatio eius. Gregorius Ariminenſis apud ſimpliciter infideles, ideſt, extra cognitionem ueri Dei, non ponit medium inter meritum & demeritum, ſed omnes eorum actus deliberatos negat eſſe moraliter bonos; omneſq; dãnat, ut iam conſtat ex dictis ſuis ſupra poſitis. Ponit etiam quòd cùm bonitas & malitia priuatiuè opponantur circa ſubiectum debitum, quale non eſt dubium, eſſe actum moralem; neceſſariò ſequitur, non eſt bonum, igitur eſt malum, Cum talis oppoſitionis non ſit medium, in ſubiecto apto nato. Quibus uerbis uidetur negare medium inter bonum & malum morale in actionibus moralibus: ſed ſine dubio intelligitur hoc, in actionibus moralibus deliberatis, ſicut expoſitum eſt in dictis Durandi. Quantum autem ad medium inter meritum & demeritum pertinet, ipſe fatetur ſe ponere tam in Catechumenis quàm in hominibus Chriſtianis in peccato mortali exiſtentibus, & per conſequens charitate illius?

Secunda 2. q. 10. art. 4.

Gregor. Arimin. Lib. 2. diſt. 41. queſt. 1. art. 2.

Supra libro præſenti.

Lib. 2. diſt. 38. 39. &c. queſt. 1. art. 1.

Lib. 2. diſtinc. 29. 31. &c.

la & gratia gratum faciente carentibus, C multos eſſe actus moraliter bonos, licet non meritorios uitæ æternæ. Cæterùm ſi de hominibus iuſtis agimus, & quærimus quid ſentiat Gregorius, magis uidetur dicendum ex ſuis reſponſionibus, quòd opera moraliter bona, in uiris iuſtis, omnia ſunt meritoria: docet enim quòd opera moraliter bona in habẽtibus peccatum mortale ideo non ſunt meritoria, quia non fiunt in gratia. Concedit nũquam quòd bonum morale uerè bonum moraliter, eſt à Deo præmirabile præmio uitæ æternæ: intelligendo bonum morale, ex genere & omnibus circunſtantiis requiſitis ad hoc quòd actus ſit uerè uirtuoſus. Additq; quòd quilibet talis actus ſi fieret ab homine habente gratiam gratum facientem, & in tali gratia poſtmodum decedente, utique æternæ uitæ præmio præmiaretur: Iſtis autem omnibus uiſis, magis uidetur quòd Gregorius Ariminenſis ponendo medium inter meritum & demeritum, magis ſequitur ſanctum Thomam. Ergo & nos ſimiliter ponimus medium, uel ſecundum ſanctum Thomam, uel ſecundum Scotum, uel ſecundum Durandum, uel ſecundum Gregorium. Ponimus ergo medium in noſtris actionibus quod non eſt bonum, nec eſt malum: Ponimusq; medium in noſtris actionibus humanis, ideſt, moralibus, deliberatis, quod non eſt meritum, nec eſt demeritum. D Hoc autem non prohibet, quo minus omnia noſtra opera moralia, deliberata, meritoria, moraliter uirtuoſa, uel non mala, in adiutorium gratiæ Saluatoris noſtri referamus: ideſt, gratiæ gratum facientis habitualis ſuperadditæ, uel gratiæ gratis datæ, alicuius creatæ, uel gratiæ increatæ per ſe mouentis, præuenientis, præparantis, aut fortius iuuantis, ſeu fortius concurrentis, ſicuti iam ſatis eſt dictum atque declaratum.

q. 1. ar. 2. Eſt iſta diſtin. 29. Lib. 2. diſtin. 26. queſt. 1. art. 3.

Ibidẽ reſpondendo ad primam auctoritatẽ Auguſtini contra ſe adductam.

DAMVS igitur medium, ſicut alii doctores catholici cõcedunt; & nemo habet, quid cõtra obgannire poſsit. Hæc igitur ſufficiũt, ſatis enim probant extenſionem gratiæ Chriſti, oſtendendo, declarando, atque demonſtrando effectus multos atque mirabiles gratiæ Chriſtianæ: ſimulq; cõcedendo medium quoddam in actionibus humanis, quod neque ſit meritum, neque demeritum gratiæ aut gloriæ apud Deum, ſicuti omnes doctores tum ſancti, tum catholici ad hancuſque diem conceſſerunt, eodem modo, eiſdemq; fundamentis optimis.

INTER omnes ſcriptores catholicos atq; hæreticos, quos nobis legere contigit, uel quos ab aliis lectos eſſe audiuimus; Lutherus primus idemq; ſolus negauit, omne me-

Lutheri damnã-

E dium omnemq́; actum indifferentē in actionibus humanis: quia damnauit & peccata eſſe dixit omnia & prorſus omnia opera humana hominum in hoc ſæculo. Omnia inquam, & prorſus omnia, quia damnauit & peccata eſſe dixit omnia opera liberi arbitrii ante ſiue extra gratiam facta, ut conſtat in ſuo articulo 36. damnauit & peccata eſſe dixit, nihil, uana, atque falſa, omnia quæ extra charitatem fiunt: damnauit etiam cōtritionem quantumlibet magnam, niſi fiat amore iuſtitiæ, ueluti illam, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſsionem æternæ beatitudinis, & acquiſitionem æternæ damnationis: ut de his omnibus cōſtat in eius articulo 6. damnatq́; omnia opera bona hominum iuſtorum, ut conſtat in eiuſdem articulo 31. in quo dicit, in omni opere bono, iuſtus peccat. Ecce homo ille peccati, & filius perditionis, quiſquis ille fuit, damnat & peccata eſſe dicit omnia opera humana omnium hominum in hoc ſæculo uiuentium, etiam bona & optima opera humana hominum iuſtorum. Sic damnauit omnia ille, operum humanorum maximus damnator, & damnatorum omnium maximè ipſe damnatus. Dixit bonum malum, dum dixit in omni opere bono peccare iuſtum. Væ illi. Non eſt ullo pacto audiendus, nec eius uerbis fides adhibenda. Manichæus eſt, ſeu Manichæū ab Orco reuocat, & nunc denuo in Chriſtianum orbem nititur introducere; tanquam in multis docens, non poſſe hominem in hoc ſæculo non peccare. Optimè dixit diuus Hieronymus in explanatione fidei catholicæ ad Damaſum Papam, Liberum ſic confitemur arbitriū, ut dicamus nos ſemper indigere Dei auxilio: Et tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum uitare non poſſe, quàm illos qui cum Iouiniano aſſerunt hominem non poſſe peccare. Vterque tollit arbitrii libertatem. Nos uerò dicimus hominem ſemper & peccare & non peccare poſſe, ut ſemper nos liberi cōfiteamur eſſe arbitrii. Hæc eſt fides, quam in catholica eccleſia didicimus, & quam ſemper tenuimus. Hæc Hieronymus.

Errantis omnia opera humana, error maximus. *Omnia extra gratiā.* *Omnia extra charitatem.* *Omnia quæ non fiūt amore iuſtitiæ.* *Omnia opera bona hominis iuſti.*

F

Hieronymus. *Magiſt. ſenten. refert et ſeruat. lib. 2 diſ. 28. 36*

Demonſtratur quo primùm tempore homo incipiat percipere gratiam Dei pertinentem ad gratiam redemptionis, eam ſcilicet quam nobis meruit Seruator noſter; quæ Euangelica nuncupatur: ſimulq́ oſtenditur, multa eſſe Dei dona ad gratiam eius pertinentia, & non omnia iuſtificare formaliter a peccatis, ſed gratiam gratum facientem.

Ad hæc agitur de prima gratia, & de ea quæ non prima eſt. CAP. XLV. G

ARDVVM fortaſſe nimiſq́; ſalebroſum olim eſſe potuit ſcire, quo primùm tempore incipiat homo percipere gratiam pertinentem ad redemptionem: quæ gratia oīs, dicitur gratia Chriſti, qui ſolus eſt Redemptor noſter, qui ſolus quantum oportuit omnes homines redemit, atque omnibus numeris abſolutam gratiam redemptionis nobis ſuis meritis adeptus eſt apud Patrem ſuum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis: factusq́; pro nobis ſacrificium, hoſtia, & oblatio, redemptio, propitiatio, iuſtificatio, interficiens inimicitias in ſemetipſo, ut reconciliaret nos Deo: quod & fecit, Exauditus pro ſua reuerentia. Sed iā nunc hoc ſcitu facilè eſt ſiquis conſiderauerit ea quæ ad gratiam Chriſti & redemptionis noſtræ pertinent; quod enim primum illorum omnium homo percipit, illud eſt primum in quo gratia Chriſti eo, ab homine percipitur. Auguſtinus ad Simplician. agens de gratia Euangelica ad redemptionem pertinente, quæ non eſt ex bonis operibus, ſed facit bona opera, inquit ad propoſitum, Incipit autem homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, uel interna uel externa monitione motus ad fidem. Sed intereſt quibus articulis temporum, uel celebrationes (alias forte, celebrationibus) ſacramentorum gratia plenior & euidentior infundatur. Non enim Catechumeni non credunt, aut uerò Cornelius non credebat cum de eleemoſynis & orationibus dignum ſe præberet cui angelus mitteretur, ſed nullo modo iſta operaretur, niſi ante crediſiſſet. Nullo modo autem credidiſſet, niſi uel ſecretis per uiſa mentis aut ſpiritus, uel manifeſtioribus per ſenſus corporis admonitionibus uocaretur. Sed in quibuſdam tanta eſt gratia fidei, quanta non ſufficit ad obtinendum regnum cœlorum, ſicut in Catechumenis, ſicut in ipſo Cornelio antequam ſacramentorum participatione incorporaretur Eccleſiæ. In quibuſdam uerò tanta eſt, ut iam corpori Chriſti & ſancto Dei templo deputentur. Infra paucis interpoſitis, Fiunt ergo inchoationes quædam fidei, conceptionibus ſimiles: non tamen ſolùm concipi, ſed etiam naſci opus eſt, ut ad uitam perueniatur æternam. Nihil horum tamen ſine gratia miſericordiæ Dei, quia & opera ſi qua ſunt bona, conſequuntur, ut dictum eſt, illam gratiam, non præcedunt. Hæc ille. Secundum hanc Augu

Hebr. 5. *Lib. 1. queſt. 2. tom. 4.*

H

ſtini

ſtini doctrinam, tunc incipit homo percipere gratiam Dei, cùm primùm incipit credere Deo: gratiam, inquam, bene operandi, quæ in nobis nobiſcum facit bona opera, interna, uel externa; gratiam qua quaſi concipimur in filios Dei, & naſcimur iuſti, ad uitam æternam ordinati. Alibi tamen idem auctor de gratia Dei agens, altius repetendo, non ſolùm uult nos illam habere dum credimus, uerùm etiam dum quæ credēda ſunt, recto ſeu bono animo cogitamus: ut iam inde homo gratiam Dei habeat, dum credenda cogitat. Etenim in De Prædeſtinatione ſanctorum pertractans illud uerbum Apoſto-
Lib. 1. cap. 2. tom. 7. li, Non quia idonei ſumus cogitare aliquid quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: contra eos qui putabant à nobis hominibus eſſe fidei cœptum, ſed à Deo fidei complementum, dicit ad propoſitum, Attendant hic, & uerba iſta perpendant, qui putant ex nobis eſſe fidei cœptum, & ex Deo eſſe fidei ſupplementum. Quis enim non uideat, prius eſſe cogitare quàm credere? Nullus quippe credit aliquid, niſi prius cogitauerit eſſe credendum. Quamuis enim raptim, quamuis celerrimè credendi uoluntatem quædā cogitationes anteuolent, moxq; illa ita ſequatur, ut quaſi coniunctiſſima comitetur, neceſſe eſt tamen ut omnia quæ cre- B
duntur, præueniente cogitatione credantur: quanquam & ipſum credere, nihil aliud eſt, quàm cum aſſenſione cogitare. Non enim omnis qui cogitat, credit: cum ideo cogitent plerique, ne credant: ſed cogitat omnis qui credit, & credendo cogitat, & cogitando credit. Hæc ille. Ecce ſecundum Auguſtinum prius eſt cogitare, quàm credere: atque hoc ipſum quod eſt prius, ſcilicet cogitare, ut ſimul docet ex Apoſtolo, ad gratiam Dei determinat pertinere. Itaque ſecundum ipſam gratiam Dei, iam percipimus, non ſolùm quando credimus, quin etiam dum credenda cogitamus: utrunque enim Dei donum eſt, credenda credere, credenda cogitare: hoc prius, illud poſterius, tempore, uel natura. Nullus ſapiens quicquam credit, quin prius quod ſibi proponitur credendum cogitet: maximè quia actus credendi de quo agimus, circa Deum & res diuinas, actus uirtutis eſt, moralis, deliberatus, ſecundum electionem, unde & meritorius, atque laudabilis. Porrò neque hoc ſolùm, ſed latius agendo determinat Auguſtinus, ad gratiam Dei pertinere omnes uirtutes quas uel cum fide, uel extra fidem habet homo; quæ ſic ſunt uirtutes, ut non ſint uitia; nanque Iuliano Pelagiano obiicienti quòd Romani quidam famoſi, extra fidem & gratiam Dei, morales habuiſſent uirtutes, reſpondet Auguſtinus contra ipſum eundem Iulianum Pelagianū, Quanto ergo tolerabilius illas, quas dicis in *lib. 4. cap. 3. tom. 7.*
impiis eſſe uirtutes, diuino muneri potius, quàm eorum tribueres tantummodo uoluntati: licet ipſi hoc neſciant, donec ſi ex illo ſunt prædeſtinatorum numero accipiant ſpiritum, qui ex Deo eſt, ut ſciant quæ à Deo donata ſunt eis. Hæc ille. Ecce ad gratiam Dei pertinent & quædam gratiæ Dei ſunt, omnes uirtutes, omniaq; opera uirtutum, quæ homo habet, exercet, aut facit, ſiue intra ſiue extra fidem: dummodo illa talia ſint, quæ ſine culpa, aut uitio facientis hominis fiant: hoc eſt, dummodo illæ uirtutes ſic ſint uirtutes ut non ſint uitia, & illa opera uirtutum ſic ſint uirtuoſa ut omnem uitii miſtionem reſpuant. Quiſquis ergo, ſecundum Auguſtinum, credit, quiſquis credenda piè cogitat, quiſquis uirtuoſè tum ex officio, tū ex fine operatur: quiſquis, inquam, ille ſit hominum, iam gratiam Dei habet, iamq; gratiam Dei percipit: habet præuenientem, atque percipit in effectu: unde & operantem habet, & cooperantem: nam ipſa hominis opera, Dei optimi ſunt dona. Deniq; iuxta ſententiam Auguſtini, iam homo habet Dei gratiam, ex quo habet quicquid uel ad uoluntatem credendi, uel ſimpliciter ad uolun- D
tatem bonā pertinet: quandoquidem iuxta ipſum in De Spiritu & litera, Nemo habet *Cap. 34. tom. 3.*
in poteſtate quid ei ueniat in mentem. Cæterùm quia multa ſunt dona Dei ad gratiam redemptionis pertinentia, hoc eſt, ad gratiam Dei per merita Saluatoris noſtri: manifeſtum eſt tunc primùm aliquem hominem gratiam Dei recipere, cùm primùm aliquod donum eius recipit, ad gratiam ipſius pertinens. Videamus ergo quàm plura ipſa ſunt. Sunt enim multa & multiplicia. Non tamen omnia iuſtificant, ſed ſolùm illud Dei donum formaliter à peccatis iuſtificat; quod ſpecialiter dicitur gratia gratum faciens: donum quidem ſpiritale creatum à ſolo Deo in anima, de quo iam ſupra multa diximus. Mul- *Cap. 37.*
ta nanque eſſe gratiarum genera docet nos Apoſtolus eo loci, ubi de ſpiritalibus agit; dicit enim, Et nemo poteſt dicere, Domi- *1. Corint. 12.*
nus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. Diuiſiones uerò gratiarum ſunt; idem autem Spiritus, Et diuiſiones miniſtrationum ſunt: idem autem dominus, Et diuiſiones operationum ſunt, idem uerò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus, ad utilitatem. Alii quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ: alii autem ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpiritum: alteri fides in eodem ſpiritu: alii gratia

E ſanitatum, in uno ſpiritu: alii operatio uirtutum, alii prophetia, alii diſcretio ſpirituũ, aliĩ genera linguarum, alii interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis pro ut uult. Ecce diuiſiones gratiarum ſunt, & multa atque multiplicia ſunt dona Dei, ad gratiam eius pertinentia: inter quæ ſunt chariſmata meliora in iſto ſæculo, Fides, Spes, Charitas, quæ magis æmulari debemus. Non tamen omne donum Dei ad gratiam eius pertinens, iuſtificat formaliter à peccatis: immo ſunt multa Dei dona eiuſmodi, quæ cum peccato mortali ſtant uel ſtare poſſunt; ob quod certum eſt ea non iuſtificare hominem à peccatis formaliter, nec ſaluare. Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto: Multi tamen in nomine Chriſti prophetantes, ac dæmonia eiicientes, & uirtutes multas facientes, dicturi ſunt, Domine, non ne in nomine tuo prophetauimus & cætera: qui nihilominus regnum cœlorum non intrabunt, ſed abiicientur foras. Habentes quidem nonnulla munera Dei, ſicut filii concubinarũ Abrahæ, & non hæreditatem, non poſſeſſionẽ, quam oẽs & ſoli filii legitimi accipiũt, uelut Iſaac. Satis manifeſtè docuit Auguſtinus in ſuo libello de Patiẽtia, ſæpe homi-

Ibidem et cap. ſequ.

Matth. 7

F nes malos habere nonnulla Dei dona, quibus non iuſtificantur formaliter à peccatis. In eo enim opere cum quodammodo deſcripſiſſet patientiam hominis, quæ recta eſt atque laudabilis, & uocabulo digna uirtutis, cumq; oſtendiſſet de illa quòd Dei donum ſit, nec ex ſolis uiribus habeatur humanis: deuenit tandem ad patientiam eius hominis qui in aliquo ſchiſmate conſtitutus, ne Chriſtum neget, patitur tribulationes, anguſtias, famem, nuditatem, perſecutionem, pericula, carceres, uincula, tormenta, gladium, uel flammas, uel beſtias, uel ipſam crucem timore gehennarum & ignis æterni: atque de homine huiuſmodi aſſerit, quòd nullo modo hæc culpanda ſunt, immo uerò & hæc laudanda patientia eſt. Quærẽs autem, Vtrùm hæc patientia, donum Dei ſit, An uiribus tribuenda ſit uoluntatis humanæ, qua quiſq; ab eccleſia ſeparatus, non pro errore, qui eum ſeparauit, ſed pro ueritate ſacramenti ſeu uerbi, quæ apud eum remanſit, timore pœnarum æternarum, pœnas patitur temporales? Reſpondet, Cauendum eſt enim, ne forte, ſi Dei donum iſtam patientiam dixerimus, hi quibus ineſt, etiam ad regnum Dei pertinere credantur. Si autem donum Dei eſſe ne gauerimus, cogamur fateri, ſine adiutorio & munere Dei in uoluntate hominis eſſe poſſe aliquid boni. Neq; enim hoc non eſt bonum,

Cap. 2. tom. 4.

Cap. 15. & infra.

Cap. 26.

Cap. 27.

Ibidem.

ut credat homo æterno ſupplicio ſe eſſe puniendum, ſi negauerit Chriſtum, ut pro iſta fide qualecunque ſupplicium perferat & contemnat humanum. Proinde ſicut negandum non eſt, etiam hoc eſſe donum Dei, ita intelligẽdum eſt, Alia eſſe Dei dona filiorum illius Hieruſalem, quæ ſurſum libera eſt mater noſtra. Hæc ſunt enim quodammodo hæreditaria, in quibus ſumus hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti. Alia uerò, quæ poſſunt accipere etiam filii concubinarum, quibus Iudæi carnales & ſchiſmatici uel hæretici cõparantur. Quamuis enim ſcriptum ſit, Eiice ancillam & filium eius, neque enim hæres erit filius concubinæ cum filio meo Iſaac; & Abrahæ dixit Deus, In Iſaac uocabitur tibi ſemen: quod ſic eſt Apoſtolus interpretatus, ut diceret, ideſt, non qui filii carnis, hi filii Dei, ſed filii promiſsionis deputantur in ſemine: ut intelligeremus ſemen Abrahæ ſecundum Iſaac propter Chriſtum ad Dei filios pertinere, qui ſunt corpus Chriſti & membra, ideſt, eccleſia Dei una, uera, germana, catholica, tenens piam fidem; non eam quæ per elationem uel timorem, ſed eam quæ per dilectionem operatur: Tamen etiam filios concubinarum, quando à filio ſuo Iſaac diuiſit Abraham, nonnulla eis largitus eſt munera, ne relinquerentur omnino inanes, non ut tenerentur hæredes, ſic enim legimus, Dedit autem Abraham omnẽ cenſum ſuum Iſaac filio ſuo, & filiis concubinarũ ſuarum dedit Abraham munera: & diuiſit eos ab Iſaac filio ſuo. Hæc Auguſtinus. Ecce quoq; mali homines & iniuſti, ut Iudæi, hæretici, atque ſchiſmatici, nonnulla Dei dona habent ad gratiam eius pertinentia, ut filii concubinarum, ſpurii, & non legitimi; quibus tamen non iuſtificantur, non ſaluantur, non admittuntur ad regnum. Donum Dei habebat, quod ſeruauit in ſudario repoſitum ſeruus ille nequam; qui nõ ideo iuſtus erat, ſed potius damnatus fuit, eo quòd illud nõ haberet cum fructu: ideſt, quia non illo bene uſus fuerat. Et certum eſt ex ſcripturis ſanctis, damnari omnes niſi reſipiſcant, quot quot in Chriſtum credẽtes aut quãtumlibet ſperantes mortaliter peccant; ſicut dicit Apoſtolus, Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſsidebunt. Multaq; alia ſimilia, de qnibus ſuo loco. Omnes illi damnantur, niſi eos inuincibilis ignorantia excuſaret: omnes tamẽ illi multa Dei dona habent, de illis quæ ad gratiam redemptionis pertinent. Vocati enim ſunt, credunt, ſperant, & multa bona etiam propter Deum operantur. Itaque multa ſunt dona Dei, quæ nõ iuſtificant formaliter à peccatis: ſed hoc facit ſola gratia gratum faciens; ob quod

G

Cap. 28.

Galat. 4.

Geneſ. 21.

Rom. 9.

H

Gen. 25.

A quod ipſa cum ſit etiam quoddam Dei do-
num, præ omnibus aliis antonomaticè di-
citur gratia: præ omnibus, inquam, aliis hu
ius ſæculi, ſeu in hoc ſæculo habitis. Ob quã
eius ſpecialem prærogatiuam, quia uidelicet
illa omnis & ſola iuſtificat formaliter à pec-
catis, uiuificat, ſanat, & filios regni facit, di
citur prima gratia cum primùm infunditur:
cum tamen illa ſaltem in adultis ſanæ mentis
qui iuſtificantur, non ſit prima gratia Dei,
quia non eſt prima reſpectu gratiarum crea-
tionis, nec eſt prima reſpectu gratiarum re-
demptionis. Præcedit enim ipſam tempore
gratia creationis, quæ nos fecit, & ſuſtentat,
& conſeruat: atque præcedit ipſam tempore
uel natura gratia redemptionis, quæ nos præ
uenit, uocat, excitat, præparat, iuuat. Er-
go illa gratia gratum faciens non eſt prima in
gratiis creationis, nec eſt prima in gratiis re
demptionis, nec eſt prima in præparatione:
ſed ſpecialiter, atque excellenter eſt prima in
iuſtificatione formali à peccatis, & in ado-
ptione formali filiorum adoptiuorum Dei.
Quia ante illam nullus filiorum Adæ, (quan
tumuis alia dona habeat, gratias, aut uirtu-
tes) à peccatis formaliter eſt iuſtus, nec Dei
filius adoptiuus ordinatus ad regnum ſecun-
B dum præſentem iuſtitiam.

Dvo igitur nunc dicimus in fine præſen
tis libri, & pro principio ſeu ad principium
libri ſequentis, Alterum quòd ſicuti gratia
creationis in nobis hominibus multos habet
effectus, ſic & gratia redemptionis multos e-
tiam habet effectus in nobis: Alterum quòd
quemadmodum non omnis effectus gratiæ
creationis uiuificat nos formaliter in eſſe aut
uiuere naturali, eſſentiali, uel ſubſtantiali:
ita non omnis effectus gratiæ redemptionis
uiuificat nos formaliter in eſſe ſpiritali, gra-
to, accepto. Sed quidam effectus utriuſque
gratiæ in ſuo genere, ſunt antecedentes, qui-
dam ſubſequentes, quidam concomitantes;
quidam autem ſine dubio ſunt formaliter ui-
uificantes. De his enim duabus ueritatibus,
meo quidem iudicio, nullus catholicus dubi-
tare poteſt: ſed omnes qui ſanctum Euange-
lium Chriſtianum uerſauerint, ſtatim eas
norunt. Vt ſint quaſi duæ theſes ſeu duo prin
cipia, de primis, quæ nullus Chriſtianus ne-
gare poteſt licitè. Quis enim neſcit multos eſ
ſe effectus gratiæ Chriſtianæ? Aut quis igno-
rat non omnes effectus gratiæ Chriſtianæ ui-
uificare formaliter, aut formaliter à peccatis
Matt. 7. iuſtificare? Non omnis qui dicit, Domine,
domine, intrabit in regnum cœlorum. Ta-
1. Corin. 12. men, Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus,
niſi in Spiritu ſancto. Ergo qui dicit, Domi
ne, domine, iam habet per gratiam Chriſti
illam cognitionem, tanquam gratiæ redem- C
ptionis effectum quendam: non tamen eo ip
ſo intrabit in regnum cœlorum. Ergo neque
eo ipſo iuſtificabitur. Omnis enim iuſtus ad
regnum ordinatur, & ſi ita iuſtus diſceſſerit,
regnum habet. Quandoquidem omnis iuſtus
eſt filius Dei adoptiuus, ut conſtat: omnis *Rom. 8.*
autem Dei filius, eſt hæres Dei, cohæres au-
tem Chriſti. Gratia igitur redemptionis, ha
bet multos effectus, ut conſtat per ſe, & ha-
ctenus probatum eſt per multa. Quos mul-
tos? Illos quos ſuperius memorauimus, pro
bauimusq; ſatis: & forte multos alios, quos
ignoramus. Saltem autem quantum ad pro-
poſitum pertinet, Effectus eius ſunt gratia
gratum faciens, remiſsio peccatorum, iuſti-
ficatio, ſanctificatio, redemptio, quæ ad hæc
diſponunt, quæ ex iſtis ſequuntur: omnis u-
ſus humanus noſtrorum bonorum natura-
lium uel aliorum, quem exercemus uel habe
mus circa uel propter Deum unum uerum ſu
pernaturaliter uel naturaliter cognitum; at-
que etiam omnia noſtra opera humana, uide
licet moraliter deliberata, moraliter uirtuo-
ſa, uel non mala. Aut etiam ſi mauis, effe- D
ctus eius eſt in nobis, quicquid facimus inte-
rius uel exterius moraliter, deliberatè, uirtuo
ſè, uel non malè. Et ut in ſumma ſuppute-
mus breuiſsimè, ampliſsimè, ueriſsimè, cer
tiſsimè, & notiſsimè, ſic compendioſè con-
cludamus, Quicquid poſt peccatum nos ho-
mines in noſtris actionibus deliberatis uir-
tuoſis uel non malis habemus, quod dæmo-
nes non habent nec habere poſſunt in poten
tia propinqua in ſuis, totum habemus per
Chriſti gratiam, tanquam effectum gratiæ
Chriſti: gratiam gratum facientem, bonita-
tem meritoriam, bonitatem moralem, non
malitiam moralem; fidem, ſpem, charitatẽ,
pœnitentiam, obedientiam, prudentiam,
fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam,
quancunque uirtutem aliam: etiam & quem
uis actum deliberatum bonum, uel non malũ
cuiuſuis uirtutis harum, uel cuiuſcunque al-
terius. Bonus enim uſus noſtrarum potentia
rum, aut quorumuis aliorum noſtrorum bo
norum, moralis, deliberatus, eſt opus mora-
liter bonum, actus moraliter bonus, ſeu a-
ctio moraliter bona: Omnis talis eſt aptus
natus uirtutem moralem generare, uel à uir
tute morali generari, ut dictum eſt, ſatisq;
eſt manifeſtum. Omniſq; talis habet illas ma
gnas, præclaraſq; prærogatiuas, quas ſupe-
rius ex aſſertionibus ſancti Thomæ fideliter
poſuimus: rationem rectitudinis, rationem
laudabilis, rationem meriti, & rationem me
riti apud Deum, quantum eſt ex parte ipſius
actus. Nullum talem poſſunt habere dæmo-
nes

E nes poſt caſum, ergo nullum talem poſſumus habere nos homines poſt lapſum, ſine Dei ſpeciali adiutorio. Hæc profectò eſt mihi inuictiſsima demonſtratio, in materia; quia cùm dæmones habeant perfectiora, meliora, altiora & ideo potentiora naturalia, eaq; non imminuta, ſecundum Dionyſium in De diuinis nominibus, & ſecundum ipſam ueritatem: cumq; & ipſi habeant generalem Dei influxum, quo ſuos actus uitales exercent, & malè agunt: utique dum cum ſuis naturalibus perfectioribus & fortioribus atque cũ generali influxu, bonum moraliter uirtuoſum agere non poſſunt: euidentiſsimè oſtenditur, noſtra naturalia cum generali influxu, in nobis ad bonum moraliter uirtuoſum peragendum, non ſufficere. Si non ſufficit generalis influxus cum perfectioribus & fortioribus naturalibus dæmonũ, quo'nam, quæſo, pacto ſufficiet generalis influxus, cum minus perfectis & debilioribus naturalibus hominum? Si hic confugiatur ad obſtinationem illorum, iam ſatis dictum eſt. Si autem dicatur quòd Deus non præſtat illis generalem influxum ad bonas actiones, & quòd illum præſtat illis ad malas; mirabilis talis erit reſponſio, quæ ſine neceſsitate diuinatoriam cogitur inire rationem cum periculo fallendi.

Dionyſius cap. 4.

Lib. preſenti. C

F Non ualet etiam, quia nos non negamus dæmonibus ſolum actum moraliter bonum, ſed negamus illis etiam potentiam ad talem actum. Si autem influxus generalis cum ſuis naturalibus ſufficeret: conſtat quòd dæmones dum haberent influxus ad actionem malam, iam eo ipſo haberent potentiã ad actionem bonam. Si enim quæ ſufficiunt ad malum, ſufficiunt etiam ad bonum, naturalia & generalis influxus, nullo modo poteſt negari, quin ſit in potentia propinqua ad bonum, qui eſt in potentia propinqua ad malum. Ita igitur concedendum eſt aliquod horum, uel dæmones non habere potentiam ad malum; uel ea quæ ad malum ſufficiunt, non ſufficere ad bonum; uel quòd dum habent potentiam ad malum, ſimul habent potentiam ad bonum. Haudquaquam illud affirmare cum liceat, minusq; etiã hoc affirmare ſine errore poſsimus, dãdum eſt neceſſariò medium. Eſt autem medium, huiuſmodi, Quòd ſufficientia ad malum, non ſufficiunt ad bonum. Atque hæc eſt rei ueritas. Itaque ueriſsima, cõpendioſa, & ſufficiens eſt noſtra ſupputatio effectuum gratiæ redemptionis in nobis, pro eius extenſione declaranda. Et conſtat ſic; tum ex hac demonſtratione, tum ex multis iam allegatis, prima ueritas, quam paulò ante propoſuimus. Nunc iam de ſecunda agendum eſt, oſtendendumq; eſt ſpecialiter de fide, quæ ſine ulla differentia eſt effectus gratiæ Chriſti, multa eam eximia, præcipua, præcellentiaq; habere, ac demum eandem, ſi ſola ſit, neutiquam ad iuſtificationem à peccatis adipiſcendam ſufficere. Et ſit hæc ad librum ſequentem introductio, ſicuti eſt libri præſentis ultima concluſio. Ad laudem gloriamq; æternam Domini, eiuſdemq; Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, eiusq; ſanctiſsimæ matris ſemper Virginis. G H

LIBRI PRIMI PARTIS PRIMAE

DE QVADRIPERTITA IVSTITIA FINIS.

R.^MI GASPARIS CASALII EPISCOPI LEIRIENSIS, DE QVADRIPERTITA IVSTITIA

LIBER SECVNDVS PARTIS PRIMAE.

NON OMNEM EFFECTVM GRATIÆ REDEMPTIOnis, ſeu non omnem effectum gratiæ Dei per Chriſtum, iuſtificare hominem à peccatis. De multitudine effectuum gratiæ redemptionis, deq; ordine eorum. Adhæc de iis quæ inter Deum uocantem, eundemq; iuſtificantem media eſſe debent.

CAPVT PRIMVM.

EX iis quibus ſuperioris libri nouiſſima pars abſoluitur, huius nunc libri exordium ducẽdum eſt, ut eadem ueritas & concluſio illius, & huius principium exiſtat: qua quidem ueritate conſtanter dicimus, non om-
B nem effectum gratiæ redemptionis, ſeu gratiæ Dei per Chriſtum Saluatorem noſtrum, iuſtificare hominẽ à peccato. Eſt enim & hoc uerißimum; ſicuti uerum eſt, gratiam redemptionis huiuſmodi multos admodum habere effectus, ualdeq; differentes: ſed ordinatos inuicem omnes ſingulosq; ad noſtram ſalutem & uitam beatam. Egimus hactenus de extenſione gratiæ Chriſti quo ad eius multos effectus in nobis, nunc autem acturi ſumus, domino opem præſtante, de ordine illorum quo ad nos: ideſt, de ordine quo illos nobis communicat Deus, non omnes ſimul, nec confusè, ſed ſuo ordine, ſuoq; tempore, atque alios per alios: ut in communicatione illorum, quidam ſint priores, quidam medii, quidam ultimi; & in ſuo ordine nobis communicentur, ultimi per medios, medii uerò per primos. Ad multitudinem effectuũ gratiæ redemptionis, ſeu gratiæ Chriſti, ſeu gratiæ Dei per Chriſtum uel in Chriſto, pertinet quod dicit Apoſtolus, Benedictus Deus
Epheſ. 1. & Pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate: qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum uoluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo: in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſsionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia & prudentia, ut notum faceret nobis ſacramentũ uoluntatis ſuæ, ſecundum beneplacitum eius, quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in D
Chriſto, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo. In quo etiam & nos ſorte uocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui operatur omnia ſecundum conſilium uoluntatis ſuæ. Deus autem qui diues eſt in miſe- *Epheſ. 2.*
ricordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu, ut oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Gratia enim Saluati eſtis per fidem, & hoc non ex uobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ut nequis glorietur. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. Ad iſtamq; multitudinem effectuum gratiæ Chriſti pertinẽt illa multa & manifeſta, quæ iam in ſuperioribus manifeſtè atque latè poſuimus ex diuinis ſcripturis, ſacris conciliis, & doctoribus ſanctis. Ad ordinem autem horum effectuum ſacrorum pertinet illud Apoſtoli, *Rom. 8.*
Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iuſtificauit; quos autem iu-

 ſtificauit,

E ſtificauit, illos & glorificauit. Ecce ordinē. Quia Deus in Chriſto primùm quidē uocat hominem, mox iuſtificat, deinde quaſi tertio loco glorificat: ut uocatio tempore uel natura præcedat iuſtificationem, iuſtificatio autem tempore uel natura præcedat glorificationem: & ſit uocatio quaſi quædam iuſtificationis præparatio, iuſtificatio uerò ſit qua ſi quædā glorificationis ſeu beatitudinis aut beatificationis inchoatio. Eſt igitur ordo inter effectus gratiæ redēptionis. Verùm quia Deus non omnes iuſtificat, quos uocat: quinimmo multos uocat, quos non iuſtificat: ſicuti ipſe de multis quos uocat cōqueritur,
Mat. 23. dicens, Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub
Rom. 10. alas, & noluiſti? Tota die ex pandi manus meas ad populum non credentem, & contra-
Apoc. 3. dicentem. Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſiquis audierit uocem meā & aperuerit mihi ianuā, intrabo ad illum & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Quia inquam, Deus non omnes iuſtificat, quos uocat: ut etiam conſtat in ſimilitudinibus ſancti Euangelii de uocatis ad nu-
Mat. 22. nuptias, qui neglexerunt uenire, & abierunt: in actis etiam Saluatoris noſtri qui de Iudæis
F uocauit tam multos, & iuſtificauit tam pau-
Pſal. 18. cos: atque in actis Apoſtolorum qui uocaue-
Rom. 10. runt totum Orbem, non tamen omnes obedierunt Euangelio, non omnes uenerunt, non omnes uocati, fuerunt iuſtificati. Opus profectò eſt, ut & hic quæramus ordinem, & uideamus quid medium eſſe debeat inter Deum uocantem, eūdemq; Deum iuſtificantem: ut Deus qui uocat, iuſtificet: ut homo qui uocatur, iuſtificetur: ut homo uocatus qui iam habet illum effectum gratiæ redemptionis nempe uocationem, habeat alium effectum gratiæ redemptionis, nempe iuſtificationem. De hac igitur re diſquirendum eſt. Quid itaque ibi medium eſt, medium'ue eſſe debet? Quod'nam eſt medium ibi requiſitū? Certum eſt utiq; ibi tanquam medium requiri fidem, ut per fidem pateat acceſſus ad hanc
Rom. 5. gratiam Dei, ſiue ad hunc effectum gratiæ redemptionis; ideſt, ad iuſtificationem à peccatis, adoptionem filiorum Dei, ſanctificationem per gratiam gratum facientem, atque remiſsionem peccatorum. Sic enim declarat fermè tota ſcriptura diuina de neceſsitate fidei, ſiue de fide neceſſaria nobis, ad hunc effectum altiſsimum iuſtificationis à
Ioan. 3. peccatis conſequendum. Qui autem non cre-
Marc. 16 dit, iā iudicatus eſt. Qui uerò non crediderit,
Hebr. 11. condemnabitur. Sine fide autem impoſsibile eſt placere Deo. Et multa alia penè infinita.

An ſufficit in hoc meditullio fides, ut ſtatim quiuis credens, iuſtificationem à peccatis aſſequatur, gratiam gratum facientem, & remiſsionem peccatorum? Alia eſt quæſtio. Neceſſariò requiritur fides in hoc medio, ut conſtat: ſed de ſufficientia eius longè aliud eſt iudicium, ut etiam patebit ex ſequētibus. Agamus igitur & oſtendamus in præſenti libro, quòd & ſi fides magna quidem ſit uirtus, magnumq; Dei donum: non tamen ea ſufficit, ut ſtatim quiuis credens iuſtificetur: Non ſufficit inquam, ſi ſola ſit, ſi ſolùm crediderit, ſi Deum ſuper omnia non amauerit, ſi Deo non paruerit; ideſt, ſi ſola fuerit ſine charitate, aut ſine Dei obedientia quæ corde ex ipſo proficiſcatur, ut inter Deum uocantem eundemq; iuſtificantem, non ſufficiat ſi ſola fides medium occupet locum atque intercedat, ſed oporteat, ut aliquid aliud medium ſe præbeat. G

Sed nunquid fides eſt effectus gratiæ redemptionis? Maximè. Nunquid fides debet eſſe medium inter Deum uocātem & Deum iuſtificātem? Vtique. Quomodo igitur non ſufficit? Non omnis effectus gratiæ redemptionis requiſitus in nobis ad iuſtitiam, ſufficit in nobis ad iuſtitiam. Aliud eſt aliquid requiri, & aliud eſt aliquid ſufficere: aliud eſt aliquid eſſe requiſitum, & aliud eſt aliquid eſſe ſufficiens. Multa ſæpè requiruntur ad aliquid, quæ non ſufficiunt ad illud. Sicq; res ha- H
bet in propoſito. Requiritur fides ad iuſtificationem noſtram, ſed non ſufficit ad illam. Non omnis qui dicit mihi, Domine, domi- *Matt. 7.*
ne, intrabit in regnū cœlorum. Inter Deum uocantem eundemq; Deum iuſtificantem à peccatis, ſiue inter Dei uocationem & noſtram à peccatis iuſtificationem, eſt utiq; latitudo magna effectuum gratiæ redemptionis, ad quā non ſufficit explendam ſola fides: tametſi tanta ſit ut omnia credat, & talis quæ montes ipſos transferre poſsit. Bene ſit mihi perſuaſiſsimum nullum eſſe ita ruſticum & uecordem, qui non uideat, non omnem effectum gratiæ redemptionis ſufficere in nobis ad iuſtificationem: quia profectò iam nō ſufficit ipſa uocatio, de qua non eſt dubium, quin ad gratiam redemptionis pertineat tanquam quidam eius effectus. Sed nos modo id de fide oſtendamus, declarantes atq; probantes ſimul eius excellentiam, & eius inſufficientiam. ut quidem fides ſi ſit ſola, non ſufficiant ad iuſtificationem. De fide enim quidam olim malè ſenſerunt, maleq; hodie ſentiunt nonnulli, putantes eam ſolam iuſtificare hominem, ſolam obtinere remiſsionem peccatorum, & iuſtificationem pacis, quicquid ſit de omnibus aliis: in qua quidem do-
ctrina

A ctrina abſque dubio errant, atque aduerſantur diuinæ ſcripturæ noui totius, & ueteris teſtamenti, atque inſuper ipſi fidei Euangelicæ, quæ citra dubium alio modo, & aliud docet, quàm ipſi doceant. Ipſa enim fides, lex fidei, ſanctum Dei Euangelium quod totum uerisſimum credit fides, de quo eſt, circa quod uerſatur, & in quo enutritur, roboratur & gaudet, docet expreſsè inter Deum uocantem, & Deum iuſtificantem hominem adultum, medium requiri ipſum hominem credentem quidem, nō ſolùm autem credentem, ſed & Deum diligentem, peccata odio proſequentem, Deo obtemperantem, & ut neceſſariò ſequitur, fidem, dilectionem Dei, odium peccati, Dei obedientiam, identidem medium intercedere atque occupare locum debere.

De ordine igitur nobis nunc habendus eſt ſermo principaliter in libro præſenti. Non autem de ordine originis in diuinis perſonis reperto; nec de ordine partium uniuerſi inter ſeſe & per reſpectum ad unum uerum Deum, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctū, creatorem factoremq́; omnium, uiſibilium & inuiſibilium: nec de ordine cauſarum ſuperiorum & inferiorum, uniuerſalium & particularium, uel effectuum earum. Denique
B non de ordine creationis, nec de ordine conſeruationis, prouidentiæ aut gubernationis generalis, quem ſeruauit & ſeruat Deus generaliter circa uniuerſum & eius partes. Sed quidem de ordine iuſtificationis hominum, quem ſeruat Deus Optimus Maximus iuſtificando illos, illisq́; communicando gratiam & merita Saluatoris noſtri, atque effectus gratiæ redemptionis: Qui ordo, nullo modo eſt à nobis hominibus, uel iam iuſtis, uel iuſtificandis; uel iuſtis & magis iuſtificandis omittendus, contemnendus, aut negligendus: & ut quoque notum eſt, etiam neque ignorandus. Quo iure enim, quæſo, poterit homo iuſtus aut iuſtificandus contemnere, omittere, negligere, uel etiam ex profeſſo ignorare ordinem iuſtificationis humanæ à Deo, in Chriſto Saluatore noſtro? Quandoquidem hunc ordinem ſi ignoret quiſpiam, aut iniuſtus putabit ſe iuſtum, & ſua falſa cogitatione ſecurus, in ſua iniuſtitia peribit: aut putans ſe non iuſtum, & ordinem iuſtitiæ habendæ ignorans, deſperabit. Non poteſt homo uel iuſtificationem à peccatis inquirere ut habeat, uel inquirere ut illam conſeruet; ſi ignoret ordinem aut iuſtitiæ habendæ, aut iuſtitiæ conſeruandæ. Si non habet homo & uult habere iuſtificationem huiuſmodi, quomodo ad illam perueniet, ſi ignorat ordinem perueniendi ad illam? Quomodo ſe parabit ad illam, iuxta illud, Fili præbe mihi cor tuū? C
Præparate corda ueſtra Domino? Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos? Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis? *Zach. 1.* *Iacob. 4.*
Quomodo impedimenta deponet, paratæ ac oblatæ gratiæ? Aut quomodo deponet obicem? Aut ſi habet homo, & uult iuſtitiam huiuſmodi conſeruare; quo modo illam conſeruabit, ſi ignorat ordinem ipſius iuſtitiæ conſeruandæ, uel non amittendæ? Quæ faciet homo ut illam retineat, ſi ignorat ordinem retinendi? Quæ faciet ut conſeruet, ſi ignorat ordinem conſeruandi? Eſt nobis uia ô fratres Chriſtiani, eſt nobis uia perueniendi ad iuſtitiam, ſeu ad iuſtificationem à peccatis: eſtq́; nobis uia conſeruandæ in nobis iuſtitiæ, atque gratiæ gratum facientis, & charitatis. Omnino ſicut eſt nobis uia perueniēdi ad cœlum, ad regnum, ad hæreditatem, ad gloriam. Non ſolùm uia illuminans, ducens, iuuans, quærens, excitans, præparās, nimirum Saluator noſter qui dicit, Ego ſum uia, ueritas, & uita; Sed etiam uia noſtrarū affectionum, de qua legimus, Viam mandatorum tuorum cucurri; cum dilataſti cor meum. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam uolui. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Beatus uir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in ualle lacrymarum, in loco quem poſuit. Etenim benedictionē dabit legiſlator, ibunt de uirtute in uirtutem; uidebitur Deus Deorum in Sion. Eſt igitur uia perueniendi ad cœlum, & non ſecus eſt uia perueniendi ad iuſtificationem à peccatis, ſine quibus depoſitis atque dimiſsis nemo ingreditur regnum. *Ioan. 10.* *Pſal. 118.* *Matt. 19.* D *Pſal. 83.*
Eſt autem uia recta, eſt uia ordinata, eſt uia habens rectitudinem, habensq́; ordinem. Si cuti quæcunque à Deo ſunt, ordinata ſunt. Habetq́; ipſa uia, infertq́; infallibiliter, tum rectitudinem, tum ordinem. De rectitudine conſtat, quia non uenitur ad bonum niſi per bonum, ad iuſtum niſi per iuſtum, ad ſimile niſi per ſimile; & ſic, nec ad rectum niſi per rectum. De ordine uerò, quia non ita manifeſtum eſt apud omnes: placet modo agere, idq́; intendimus, ut oſtendamus quem ordinem ſeruat altiſsimus communicando nobis effectus gratiæ Chriſti, & quem ordinem ſeruat circa nos uocando, pulſando, excitando, & præparando, ut tandem ueniamus ad iuſtificationem à peccatis.

Non eſt igitur hic ordo ignorandus, ne ignoretur, qui ignorauerit: ſed eſt maximè dignus ſcitu, & maximè inueſtigandus. Pertinet enim ad uiam, qua nobis perueniendū eſt ad iuſtitiam, & remiſsionem peccatorum: ſecundum nanque diuinam ordinationem, &

E non ſecundum noſtram falſam imaginationē uel fictionem, ad iuſtificationem pacis peruenimus. Neque nos aliā nobis poſſumus præfigere uiam, niſi quam habemus à Saluatore noſtro præfixam, qui eſt uia, ueritas, & uita; niſi quam habemus ab ipſo paratam, & ordinatam: qui uenit quærere, & ſaluum facere quod perierat. *Matt. 18* Ex ignorantia enim huius uiæ & ordinis, *Luc. 15. & 19.* multi perierunt olim, & pereunt hodie: errantes in eo, quòd dum ſibi aliquid ſufficere putant, quod re uera non ſufficit, extra iuſtificationem à peccatis manent. Ita uidemus ſemper factum, ab Orbe condito, ut quot quot homines crediderint Deum offendi malè geſtis hominum, cogitationibus, deſideriis, dictis, aut factis aliis: tot ſub quauis lege uiuentes, naturali, Moſis, uel etiam maximè Saluatoris noſtri, crediderint Deum exorabilem atque placabilē, remiſsionem peccatorum noſtrorum eſſe apud ipſum, & Deum nonnullis interpoſitis quibus placabatur, noſtrorum malè factorū nobis ueniam concedere. Hæc fuit fides communis & uera omnium hominum, qui quouis tempore, melius & rectius ueriusq; de Deo Optimo Maximo cogitanerunt: ſicuti F & nos in dictis ac ſententiis eorum facilè uidere poſſumus, de quibus inferius dicuntur nonnulla. *Lib. ſequenti. Cap. 12.* Verùm iu hac uia atque hoc ordine ſic placandi Deum, ut remiſsionem peccatorum ab ipſo Deo obtinerent, multi homines, etiam omni tempore, errauerunt, in lege naturali, in teſtamento ueteri, & in teſtamento nouo: ut etiam inferius declaratur, & oſtenditur, *Vbi ſtatim.* Quia igitur & nunc his noſtris calamitoſis, infœliciſsimisq; temporibus nō nulli ſunt qui in hac uia & hoc ordine perueniendi ad remiſsionem peccatorum, errant, exiſtimantes ſeſe re aliqua una ſola illhuc peruenire, cum tamen ea ſola non ſufficiat: libuit ad ipſos aliàs fratres noſtros Chriſtianos, quorum ſalutem expetimus & uenamur, toto Chriſtiani cordis affectu, noſtrum hoc opus mittere Chriſtianum; Quo id intendimus primùm, propter commune bonum & rem grauiſsimam ac neceſſariam, rectam methodum atque hunc ordinem perueniendi ad iuſtitiam, remiſsionem peccatorum & pacem, oſtendere, declarare, oculisq; ſubiicere ex diuinis ſcripturis & ſanctis doctoribus: ne qui ſe iuſtificari à Deo exoptant, huius rei ignoratione præpediti, iniuſtitiæ uinculis hæreant, ne ſibi pacem, ubi ea non fuerit polliceantur, nec dicant, aliquid ſufficere ubi ea quæ requiruntur, non affuerint. Eſt remiſsio peccatorum apud Deum, per Saluatorem noſtrum, uult; Deus remittere nobis peccata noſtra in Saluatore noſtro, ut ſatis notum eſt. G Sed eſt in hac re modus, eſt uia, eſt ordo, de quo & quem agere ac demonſtrare intendimus. Agentes autem atque demonſtrantes, de duobus principaliter acturi ſumus, domino cœptis aſpirante; alterum eſt, de illis quæ non ſufficiunt; alterum uerò, de iis quæ etiam requiruntur: ut per neceſsitatem quorundam requiſitorum, probemus manifeſtè inſufficientiam aliorum. Tractabimus ſimul nō nihil de numero & nominibus eorum quæ neceſſariò in nobis ad remiſsionem peccatorum parandam atque obtinendam requiruntur. Sed hac de re, magis exactè alibi, ubi de Deo ad iuſtificationem omnium hominum parato, ac de lege diuina quo ad homines iuſtificandos, eſt ſermo. *Part. 2. lib. 1. per totū.*

Oſtenditur fidem ſolam non ſufficere ad iuſtificationem, cum propter multa, tum uerò maximè propter neceſſitatem requiſita charitatis. Ad hæc continuantur præcedentia, & ipſa charitatis neceſſitas oſtenditur, qua è morte in uitam uindicamur.

CAP. II.

SATIS ex iis quæ dicta ſunt eſt demonſtratum, Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, Mediatorem Dei & hominum, meruiſſe nobis à Patre ſuo æterno per ſuā paſsionem, ſuum ſanguinem, ſuamq; mortem, omnem ac totam gratiam diuinam, qua ad iuſtificationem remiſsionemq; peccatorum, ad glorificationem, ad bonam cogitationem, ad bonam uoluntatem, ad bonam uitam, & bonam operationem indigemus. H Pariter quoque ex eiſdem monſtratum eſt, eandem Dei gratiam, (quæ pro ut eſt in Deo, eſt una & ſimpliciſsima) multos & uarios in hominibus edere effectus, quorum neque quilibet hominem reddit gloria dignum, neque quilibet operatur remiſsionem peccatorum: quanquam tamen omnes, generali quodam nomine, gratiæ Dei, iure optimo appellari poſſunt, & appellantur. Neque minus ex dictis conſtare poteſt apud ſapientes, eandem Dei gratiam in ſe unam, & ſimpliciſsimam, pro ut alio, & alio modo operatur in ipſis hominibus, diuerſa ſortiri nomina: ita ut dum nos uocat, uocetur gratia uocans; dum docet, gratia docens; dum illuminat, gratia illuminans; dū præuenit & præparat, gratia præueniens & præparans & operans; dum in nobis nobiſcum aliquid agit, ad quod ipſa ſola prius nos (modo expoſito, & probato) præparauit, gratia cooperans & ſubſequens: dum in nobis producit gratiam gratum facientem, gratia

tia

A tia iuſtificans; dum homines in cœlo glorifi-
cat, gratia beatificans. Vnde ſicut ipſa à par-
ticularibus ſuis effectibus, particularia adi-
piſcitur nomina: ſic eius effectus quamuis
multi & diuerſi, ab eadem una gratia tanquã
à uera & propria eorum cauſa, nomen ſibi
aſciſcuut, omnesq; gratiæ uuncupantur. Nũc
autem ad illapſam infuſamq; iuſtitiam redea-
mus oportet, quam ſuperius gratiam iuſtifi-
cantem, ſeu iuſtitiam gratificantem appella-
uimus, & quæ communiter gratia gratum
faciens uominari ſolet: de hac enim tanquam
de principali effectu gratiæ redemptionis cõ-
municabili hominibus in hoc ſæculo, princi-
paliter dicere noſtra iu præſenti libro inten-
debat oratio: Et quia ſatis de eius (ut ita di-
xerim) quidditate, uecesſitate, utilitate, ef-
ficacia, ſufficientia, & origiue dictum eſt; ne
ceſſarium eſſe duximus ex diuinis ſcripturis
ſanctisq; patribus oſtendere (quæ res momẽ
ti maximi, utilitatem nou modicam allatura
eſt) eam nullo modo in ſola fide conſiſtere,
qua credimus ueritates reuelatas, tametſi ea
fides omnium credibilium integritatem com
prehendat. Eſt hæc doctrina maximè neceſ-
ſaria hoc præſertim tempore, quo uonnulli
ab orthodoxa fide mẽtem detorqueutes, an-
B tiquas & mortuas iam olim, penitusq; dele-
tas hæteſes, in lucẽ uitamq; renocare audẽt,
dicentes per ſolam fidem iuſtificari homines
formaliter à peccatis, quicquid ſit de omni-
bus aliis tebus, uirtutibus, aut operibus.
Qui errot ſi admittatur, breui admodum die
rum curriculo, omnes uirtutes cũctaq; bona
opera radicitus fuuditusq; euerſurus (quod
nemo nõ proſpicit, & ex his quæ infra dicẽtur
apparebit) ullo abſque dubio uidetur. Nul-
lum enim malum morale eſt, quod ſub hoc
errote non decumbat & enutriatur facilimè;
coutra Deum, contra homines, contra iuſti
tiam, contraq; totam honeſtatem. Vtique
fides credendorum, eſt principium & funda-
mentum totius ſalutis & uitæ Chriſtianæ;
Ioan. 3. quia, Qui non credit, iam iudicatus eſt. Qui
Mar. 16. uerò non crediderit, condemnabitur. Opor
Hebr. 11. tet accedentem credere, Sine fide impoſſibi-
le eſt placere Deo. Et alia id genus multa. Ab
ſit autem, ut credat aliquis Chriſtianus iuſti-
ficari homines formaliter à peccatis per ſo-
lam fidem, quantum libet intenſam in quo-
cuuque gradu, aut quantumuis protractam
in quæcunque credibilia: Iuitiat enim Deus
templum ſuum in hominibus per fidem, ſed
minimè illud in illis per ſolam fidem conſum
mat. Monſtratur hæc ueritas catholica pri-
mùm, ex uerbis & geſtis Saluatoris noſtri in
toto Euãgelio ſuo, uerisſimo & ſanctisſimo.
Ipſe enim Magiſter perfectisſimus, tempo-
re quo uitam inter mortales egit, non ſolùm C
uocauit homines ad fidem, ſed ad pœuiten-
tiam, ad ſacramentum, ad legemq; ſuam, ad
ſpem, ad charitatem, & ad uirtutes omnes
alias, quæ in eius lege ſanctisſima continen-
tur (Apoſtoli quoq; eius per orbem diſperſi,
eandem prædicauerunt, atq; eundem modũ
ſeruarunt) quæ Seruatoris noſtri geſta, Euan
geliſtæ grauisſimi ſanctisſimiq;, ne intercide
rent, atque obliuioni traderentur, literarum
longè uerisſimis mandauere monumentis.
Vnde & pro his omnibus iu ſancto Euange-
lio, Dei uocantis habemus præconia: Pro *Ioan. 3.*
fide, Qui non credit, iam iudicatus eſt. Qui *Marc. 16*
uerò non crediderit, condemnabitur. Pro
ſacramento, Niſi quis renatus fuerit ex aqua *Ioan. 3.*
& Spiritu ſancto, nou poteſt uidere regnum
Dei. Pro pœnitentia, Pœnitentiam agite, *Matt. 4.*
appropinquabit enim regnum cœlorum. Pœ *Marci. 1.*
nitemini igitur, & credite Euangelio. Niſi *Luca.*
pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peri-
bitis. Pro lege, Si uis ad uitam ingredi, ſer- *Mat. 19.*
ua mandata. Neque hæc dicta ſunt aut præ-
dicata tanquam ſuperuacanea, aut tanquam
duntaxat ad perfectionem conducentia: ſed
omnino & citra dubiuu, tanquam ad ſalutẽ
neceſſaria. Sic enim hæc præconia ſonant, &
quantum ad adultos peccatores attinet, qui D
bus pœnitentia neceſſaria eſt, eandem neceſ-
ſitatem ſiugnificant. Si ergo hominibus iuſti
ficandis ueceſſarium eſt ad ſalutem & remiſ-
ſiouem peccatorum, conſentire Deo uocan-
ti quo ad omnia neceſſaria ad quæ eos Deus
uocat, ſicut re uera eſt neceſſarium; profectò
non ſufficit couſentire illi uocanti ad fidem
credibilium, ſed etiam opus eſt conſentire illi
uocanti ad pœnitentiam, ad ſacramentum,
ad legem. Quòd ſi nou ſufficit hominibus
ad remisſiouem peccatorum, conſentire
Deo uocanti ad fidem, niſi etiam conſen-
tiant Deo uocanti ad alia neceſſaria: profe-
ctò non ſufficit ſola fides ad iuſtitiam, quan-
doquidem fidem habet, qui Deo ad fidem
uocanti conſentit: ſicut pœnitentiam ha-
bet, qui conſentit Deo uocanti ad pœniten-
tiam: & ſicut charitatem habet, qui conſentit
Deo uocanti ad charitatem, aut ſimilia. Ideo
ſi non ſufficit hominibus ad remisſionem pec
catorum, conſeutire Deo uocanti ad fidem,
nullo modo illis ſufficit ad remisſionem pec-
catorum ſola fides. Fides enim eſt, conſenti-
re Deo ad fidem uocanti: ideſt, Fides eſt, aſ-
ſenſus mentis in ueritates reuelatas, quas ip-
ſe nobis reuelauit, & ad quas nos uocat, ut
eas ueras eſſe credamus. hæc deductio eſt gra
uisſima, & quæ ſatis maniſeſtè probat noſtrã
ueritatem catholicam, quantum ſubiecta
materia patitur euidentes probationes: ſed
quia

E quia infra ſuo loco multa dicuntur, quibus oſtenditur, quid requirat Deus in hominibus iuſtificandis ut eos iuſtificet, quid in iam iuſtis ut in eis iuſtitiam conſeruet, & quid ſit fides qua credibilia credimus & quam Deus à nobis exigit, modo de hac probatione ſatis. Paulus fidei maximus prædicator, hanc ueritatem ad noſtras haſce partes declarauit, cum ad Corinthios ſcribens, fidem à ſpe & charitate diſiunxit,& fidem ſine charitate nihil ualere teſtatus eſt, dicens, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam,factus ſum uelut æs ſonans aut cymbalum tinniēs. Et ſi habuero prophetiam,& nouerim myſteria omnia,& omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero,nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero,nihil mihi prodeſt. Hæc ille. Quam Chriſtianam mentem non permouet protrahitque hic locus manifeſtus Apoſtoli ad noſtram catholicam ueritatem, qua nequaquam ſolam fidem iuſtificationem abſoluere dicimus? Omnes enim qui Paulo, Pauliq; uerbis fidem adhibent, nullo negocio uincit. Hic etenim agit Paulus, de F omni fide, quia dicit, Et ſi habuero omnem fidem; agit de fide etiam ualidiſsima, quia dicit, Etiam ut montes transferam; agit de fide miſericordiſsima, quia dicit, Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: agitq; de fide patientiſsima, quia dicit, Et ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam: ſcilicet uſq; ad martyrium, & incendii cruciatum. Immo ſi hæc Pauli uerba conſideramus, clarè uidemus in illis, Paulum de donis, de gratiis gratis datis, atque de uirtutibus facere ſermonem, deq; omnibus concludere: quòd ſi quiſpiam his omnibus præditus fuerit, & charitatem non habuerit, nihil eſt, & nihil ei prodeſt. Et maximè aduertendum eſt, Paulum de fide loqui, non utcunque, ſed nomine cōmuni & ſub diſtributione uniuerſali notiſsima, cum dicat, Et ſi habuero omnem fidem: qui omnem fidem dicit, nullam fidem excludit. Latius etiam agens, ne error aliquis apud proteruos oriri poſſet; ut in eo loco intelligamus fidem pertinentem ad gratias gratis datas, loquitur de aliis gratiis gratis datis: atq; rurſus ut ibi intelligamus fidem pertinentem ad uirtutes, agit de aliis uirtutibus. Denique, quicquid apud Paulum ſub nomine fidei propriè ſignificatur, totum ibi intelligitur: tum quia tractat de fide nomine cōmuni diſtributo, tum quia procedit communi & miſta doctrina, de uirtutibus, de donis, de gratiisq; datis gratis. Quid concludit de his omnibus? Neque G aliquod horum, neque omnia ſimul, quicquam eſſe aut quicquam prodeſſe ſine charitate. Mirabilis prouidētia altiſsimi, quæ mouit impulitq; ſuum Apoſtolum ad hāc ſuam propriam declarationem apponēdam, ne putaret quiſpiam, Paulum in ſola fide poſuiſſe iuſtificationem aut remiſsionē peccatorum ubi fidem effert, atque commendat, dicens, Iuſtus meus ex fide uiuit. Et ſimilia. Omnem fidem dicit Apoſtolus. Neque poſſumus non intelligere ibi fidem donum aut gratiam gratis datam, propter illud quod ſequitur; Ita ut montes transferam: hoc enim ad gratias gratis datas, ſeu ad dona pertinere uidetur: ſed neque poſſumus non intelligere ibi fidem uirtutem, propter illa quæ in ipſo eodem capite continuato ſermone ſubſequuntur, Ex parte enim cognoſcimus. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Nunc cognoſco ex parte. Nunc autem tria manent, fides &c. hæc nanque ad fidem uirtutem pertinent, qua res diuinas ex parte cognoſcimus, & firmiſsimè credimus. Ergo Paulus in illis uerbis omnem fidem intelligit, ſiue fidem uirtutem, ſiue fidem donum aut gratiam gratis datam: pariter & de omni fide tali teſtatur, eam ſine charitate nihil prodeſſe. H Nulla igitur fides iuſtificat formaliter à peccatis ſine charitate, ſecundum hanc doctrinam Apoſtoli ueriſsimam: perinde autem, nullo modo conſiſtit gratia gratum faciens in ſola fide quæcunque illa ſit. Quomodo probatur hoc? Quia hæc gratia omnino iuſtificat formaliter habentem, quicquid ſit de omnibus aliis: unde & nomen accepit, quo gratia gratum faciens appellatur, gratia iuſtificans, ſeu iuſtitia gratificans, dignificans, uiuificans, eleuansq; & introducens ad regnum. Ideo, non conſiſtit in illo, quod non iuſtificat ſolum, nec ſolum ſaluat. Maximè probatur hæc noſtra ueritas ex hoc Pauli loco ſi eius mentem, ut multi ſancti Patres, uiri grauiſsimi fecerunt percipiamus, uidelicet quaſi illa dona illaſq; uirtutes, de quibus loquitur Apoſtolus, poſsit homo ſine charitate adipiſci, donum linguarum, prophetiam, omnem ſcientiam, omnem fidem, ſummam miſericordiam in proximos uſque ad largitionem omnium facultatum, ſummamq; patientiā ſeu tolerantiam pœnarum pro Chriſto uſque ad martyrium grauiſsimum, quod exuſtione inferatur. Sic enim intelligendo, manifeſta eſt ſententia Pauli, qua omnes ſcire fateriq; compellit, non iuſtificare hæc omnia ſine charitate: ne quis charitatem negligat, neque per quæuis alia ſine charitate ſeſe iuſtificari

Part. 2. lib. 1. per totum.
Ibidem, lib. 2. per totum.
1. Corin. 13.
Rom. 1.
1. Corint. 13.

A ficari putet. Sed ſi locus hic intelligatur, ut quidam innuunt illum eſſe intelligendum; id eſt, quaſi Apoſtolus non per poſsibile, ſed per impoſsibile ſit locutus, ſicut ad Galatas
Galat. 1. per impoſsibile dixit, Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet uobis præter quàm quod euangelizauimus uobis, anathema ſit. Si, inquam, ſic intelligatur locus, ut ſit ſermo per impoſsibile, tanquam non ſit poſsibile, talia dona, taleſq; uirtutes ſine charitate eſſe, multo magis huiuſcemodi ſenſus probat noſtram ſententiam, eam aſtruit & undequaq; confirmat. Quiſquis enim dicit, quòd ſi per impoſsibile omnis fides & omnia illa dona atq; omnes illæ tot, tales, tantæq; uirtutes eſſent ſine charitate, non iuſtificarent, neq; prodeſſent ad ſpiritalem uitam animæ: ſatis declarat, charitatem eſſe ad iuſtitiam formaliter neceſſariam, formaliter, inquam, hoc eſt, non quaſi præuiam diſpoſitionem, neq; quaſi quid concomitans, aut ſubſequẽs iuſtitiam, ſed quaſi forma per ſe iuſtificans, per quam formaliter fit commigratio de non iuſto ad iuſtum. Multo autem melius ueritatem hanc in Apoſtolo Paulo nouerimus, ſi conſiderabimus quæ ipſe in antecedentibus dixit, & ad quod propoſitũ hanc doctrinam huius loci introduxit: non eſt ignotum quantum conducat ualeatq; ad cognitionem alicu-
B ius ueritatis adipiſcendam, antecedentium & ſubſequentium uera intelligentia, & recordatio integra. Oportet igitur ad memoriam reuocare ea de quibus egit Paulus in præcedenti capitulo, & quo modo ſuam doctrinam
1.Cor. 12. eo loci finiuit. Tractauerat enim de ſpiritalibus rebus, & fidem introduxerat, diuiſiones gratiarum, diuiſiones miniſtrationum, diuiſiones operationum, ſermonem ſapientiæ, ſermonem ſcientiæ, fidẽ, gratiam ſanitatum, operationem uirtutum, prophetiam, diſcretionem ſpirituum, genera linguarum, interpretationẽ ſermonum, Quæ omnia operatur unus atque idem Spiritus, diuidens ſingulis pro ut uult: Gradus Eccleſiæ, Apoſtolos, Prophetas, Doctores, uirtutes, gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. Tamen poſt hæc omnia, & poſt cuncta alia quæ ſub his aut cum his eadem ratione intelliguntur, ſubiunxit, dicens, Aemulamini autem chariſmata meliora. Et ad huc excellentiorem uiam uobis demonſtro. Hæc Paulus. Qui oſtendens meliora chariſmata quæ æmulari debemus, atque excellentiorẽ uiam demonſtrans, pergit ad charitatem, oſtendendo eius neceſsitatem, ualorem, bonitatem, & utilitatem atque perfectionem,
1. Cor. 13. ſic differens, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, C
factus ſum uelut æs ſonans aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem ita ut montes tranſferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem ueritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nunquam excidit, ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Cum eſſem paruulus, loquebar ut paruulus, ſapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando autem factus ſum uir, euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem, facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior D
autem horum, eſt charitas. Hæc Paulus dixit, quibus immediatè adiecit, Sectamini charitatem &c. Si ergo Paulo credimus, charita- *1. Cor. 14*
tem æmulari, ſectariq; debemus præ cæteris donis, uirtutibus, aut gratiis gratis datis huius ſæculi; eo quòd illa ſit uia excellentior, & omnia alia ſine ipſa prorſus nihil ualeant, ſiue dona, ſiue uirtutes, ſiue gratiæ gratis datæ. Etenim de omnibus rebus ſpiritalibus agebat Paulus, ut conſtat ex eius cõtextu ſan- *1.Cor. 12.*
cto: omnibus tamen alliis charitatem præpoſuit, neque ſolùm præpoſuit, ſed & omnia alia ſine charitate nihil prodeſſe dixit. Secundum hanc doctrinam pergit Apoſtolus ad Galatas, ubi declarans quæ ualent in Chriſto apud Deum, Circuncifionem abiecit, & præputium; fidemq; per charitatem operantem introducit, dicens, Nam in Chriſto Ieſu, *Galat. 5.*
neque circuncifio aliquid ualet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Ecce quam fidem commendat Paulus ad ſalutem, & quam dicit ualere in Chriſto Ieſu: uidelicet fidem per charitatem operantem, & non aliam, non alio modo, neque aliàs; ut inquam concineret ſuo loco ad Corinthios de quo agimus, Et ſi habuero o- *1. Cor. 13.*
mnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem nõ habuero, nihil ſum. Fides er-

go

A uis ad uitam ingredi ſerua mandata. Neceſſaria quidem eſt fides, ſed etiam neceſſaria eſt obſeruantia legis ad animarum ſalutem, & ad ingreſſum regni: tale eſt hoc uerbum Saluatoris, Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata. quale illud, Qui non credit, iam iudicatus eſt. Qui uerò non crediderit, condemnabitur. & quale illud, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis: & quale illud, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt uidere regnum Dei. Aduertat inſuper, multos catechumenos omnia credibilia credere, antequam conſilium mẽtemq; peccandi abiiciãt; aduertatq; ſchiſmaticos qui puri ſchiſmatici ſunt, fidem integrã habere omniũ credibiliũ, etiã ſi in ſuo ſchiſmate uel ex paſsione alia, uel ex ignorantia perſeuerẽt; aduertat multos catholicos ſæpe ob fragilitatẽ humanæ miſeriæ in crimina incidere mortifera, quibus gratiã gratũ facientẽ perdũt, nihil tamen minus credentes quàm antea, immo pro quocunque fidei articulo paratos eſſe potius mori, quàm eorum aliquem negare. Itaq; nullo modo iuſtificat ſola fides formaliter à peccatis; Ideſt, nullo modo per ſolam fidem ſic aſſequimur apprehendimusq; gratiam Dei increatam remittentem nobis peccata noſtra, ut per ſo-

Ioan. 3. *Marc.* 16 *Matt.* 4. *Luca.* 13. *Ioan.* 3.

B lam fidem formaliter iuſtificemur à peccatis noſtris, & ordinemur ad regnũ. Fides enim abſoluta omnium credibilium, ſi eſt aut cognoſcitur ſola, nihil eſt aliud quàm aſſenſus mentis quo formaliter credimus ſeu iudicamus omnes ueritates reuelatas à Deo, eſſe ueriſsimas, uel habitus quidã inclinans nos ad talem aſſenſum. Talis autem fides ſola & ſi faciat nos Chriſti fideles, ideſt, Chriſtum credẽtes: nullo modo tamen ea ſola facit nos Chriſti iuſtos, ſanctos, aut regni hæredes. Quia ea ſola fides & ſi ſit integra omniũ credibilium, intelligitur tamen ſine charitate, aut ſine dilectione; ſine qua charitate aut dilectione, nullo modo ponitur in homine iuſtitia aut iuſtificatio à peccatis. Fides iuſtificationis rudimenta præbet, Charitas iuſtificationem abſoluit. Dicit ſcriptura ſancta, Iuſtus autem ex fide uiuit; ſed quoque dicit eadem ſcriptura ſancta, Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. Verùm eſt quod iuſtus ex fide uiuit, ſed quoque uerum eſt quòd iuſtus de morte ad uitam transfertur, quoniam diligit: & ſimul uerum eſt quòd qui non diligit, in morte manet. Ergo ſi iuſtitia uel iuſtificatio à peccatis eſt uita quædam animæ, uel includit illam; nullo modo poteſt ipſa iuſtitia uel iuſti-

Abac. 2. *Rom.* 1. *Hebr.* 10. *Galat.* 3. 1. *Ioã.* 3.

ficatio eſſe, aut intelligi, ſine dilectione. Quare ergo dicit Paulus, Iuſtus autem ex fide uiuit? Vt ibi intelligamus nõ fidem ſolam, ſed fidem dilectionem habentem, ſeu fidem quæ cum dilectione eſt. Sic idem Paulus manifeſtè docuit ad Galatas, dicens, Nam in Chriſto Ieſu, neq; circuncifio aliquid ualet, neq; præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Vnde fides quæ charitatem ſeu dilectionem non habet, profectò non ualet in Chriſto Ieſu. Si ergo non ualet in Chriſto, igitur non iuſtificat à peccatis: quia iuſtificatio à peccatis non niſi in Chriſto eſt, nec niſi in Chriſto habetur, aut recipitur. Omnis iuſtus eſt uiuus quoad uitã ſpiritalem animæ, & omnis uiuus quoad eiuſmodi uitam eſt iuſtus: immo etiam eadem re, uel eiſdem rebus fit homo & eſt formaliter iuſtus, atque uiuus. Animam enim iuſtificari, eſt animam ſpiritaliter uiuam fieri: & animam iuſtam eſſe, eſt animam ſpiritaliter uiuere: Omnino ſicut naturaliter habentibus uitam, eſſe & uiuere idem ſunt: ut ſatis bene docuit Ariſtoteles in ſuis libris de Anima, generalem faciens doctrinam de omnibus naturaliter uiuentibus. Si autem idẽ eſt in anima, iuſtam eſſe & ſpiritaliter uiuere: neceſſe eſt ut idem dicamus eſſe principium in anima, & ſpiritalis iuſtificationis, & ſpiritalis uiuificationis.

C

Galat. 5.

Eſt autẽ dilectio ſpiritalis uiuificationis principium, ſicut legimus, & allegauimus iam, Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Ergo & dilectio, principium eſt iuſtificationis. Audemus etiam dicere, & uerè dicimus ex uerbo diui Ioannis, In quocunque priori temporis uel naturæ, quo homo ſine dilectione eſt aut eſſe intelligitur, in eodẽ priori pro ut ſic, intelligitur eſſe mortuus, non uiuus, non iuſtus: etiam quantum uis ponatur aut concedatur habere fidem, uel confidentiam. Veriſsima eſt ſententia Diui Ioannis dicentis, Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Nemo poteſt eſſe aut cogitari iuſtus à peccatis, niſi uel eo ipſo, uel antecedenter ſit aut intelligatur eſſe Deo reconciliatus: hoc enim Deus requirit à nobis ſaltem peccatoribus adultis, ut nobis applicet reconciliationem iam factam per Chriſtum quantum ad ſufficientiam, & ut nobis concedat remiſsionem noſtrorum præteritorum dilictorum: quemadmodum Paulus manifeſtè docuit ſcribens ad Corinthios, & infra oſtenditur ſatis. An poteſt homo in aliquo priori intelligi iuſtus à peccatis, qui in eodem priori uel antecedenter non intelligatur Deo reconciliatus? Ab ſit. Quo-

D

2. *Cor.* 5. *Lib.* 2.

b modo

E modo iuſtus, ſi non Deo reconciliatus? Vt
enim nos Deus iuſtificaret non reputans no-
bis delicta noſtra, poſuit uerbum reconci-
liationis in ſuis Apoſtolis, quos & per Or-
bem miſit, exhortantes nos ut reconcilie-
2. Cor. 5. mur Deo. Ita dicit Paulus, Omnia autem
ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chri-
ſtum, & dedit nobis miniſterium reconcilia-
tionis. Quoniam quidem Deus erat in Chri-
ſto mundum reconcilians ſibi, non reputans
illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis uer-
bum reconciliationis. Pro Chriſto ergo lega-
tione fungimur, tanquam Deo exhortante
per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconci-
liamini Deo. Ecce hoc tantum requirit Deus
à nobis iuſtificandis, nobis remiſsionem pec
catorum conceſſurus, ut nos Deo ipſi recon
ciliemur. Nemo igitur poteſt eſſe aut intel-
ligi iuſtus à peccatis, niſi uel eo ipſo uel ante-
cedenter ſit aut intelligatur Deo reconcilia-
tus. Profectò autem nemo adultus reconci-
liatur Deo, niſi diligat Deum: nemo adultus
antequam Deum diligat, eſt Deo reconcilia-
tus de facto, quantum ad efficaciam, ſiue
efficientiam; cum tamen omnes homines iã
ſint reconciliati Deo per Chriſtum, quantũ
ad ſufficientiam. Mira reconciliatio, quæ
eſſet ſine dilectione. Dilectio uel ſola, uel
principaliter facit reconciliationem. Incipit
F reconciliatio à cognitione, completur indi-
lectione, incipit à fide, completur in chari-
tate. Certum eſt omnem hominem reconci-
liatum Deo, pertinere ad ciuitatem Dei: non
utcunque, ſed ut filium, ut hæredem, hære-
dem Dei, cohæredem autem Chriſti. Ciuita-
Auguſt. tem autem Dei, ut manifeſtè docuit Augu-
lib. 14. ſtinus in De ciuitate Dei, ædificat amor Dei
cap. ult. uſque ad contemptum noſtrum. Ideoq; quiſ-
tom. 5. quis Deo reconciliatus eſt, amorem Dei ha-
bet formalem, uel uirtualem, In De uera &
Cap. 9. falſa pœnitentia, pro abſurdo habet Augu-
et cap. 17 ſtinus, quòd ſine amore Dei, quiſquam con-
ſequatur indulgentiam, ſine quo nullus in-
Lib. 2. uenit gratiam. Et contra Creſconium, cum
cap. 12. dixiſſet, & eleemoſynis, & uerbo ueritatis,
& contritione remitti peccata, ſubdit, Mun-
dantur etiam, ipſa quæ præeminet omnibus
charitate, quæ una ſi adſit, omnia illa rectè
fiunt: ſi autem deſit, illa omnia fruſtra fiunt.
Denique in peccatoribus adultis, manent
peccata ſua, uſque ad primum actum forma-
lem uel uirtualem dilectionis, charitatis in-
fuſæ, uel acquiſitæ: etiam ſi peccatores eiuſ-
modi omnem fidem habeant, donum ſeu gra
tiam gratis datam, aut fidem uirtutem. Non
abiicimus fidem, ſed cum fide, dilectionem
ſeu charitatem prædicamus, & commenda-
mus. Finis legis eſt dilectio, & quodammo
do finis fidei, in hac uita. Ordinatur fides ad G
charitatem, ſicut ordinatur cognitio ad amo
rem. In duobus præceptis charitatis, Tota *Mat. 22*
lex pendet & Prophætæ. In lege autem & Pro
phetis multa ſunt admodum, quæ pertinent
ad cognitionem & fidem. Et nunc quid eſt
Iſrael, quod dominus Deus tuus requirat à
te, niſi quòd diligas eum, & ambules in uiis
eius? Homo ergo ſi iuſtus eſt, ſine dubio &
dilectionem habet; immo etiam, iuſtifica-
tio hominis à peccatis, uel dilectionem in-
cludit, uel dilectionem præſupponit: nec ſo-
lùm dilectionem habet per cõcomitantiam,
aut ſequelam. Antiquiſsima olim fuit hære-
ſis temporibus Apoſtolorum exorta, aſſe-
rens ſolam fidem iuſtificare, ſolamq; ad ſalu-
tem ſufficere: neque deerant qui eidem hære
rent Auguſtini ſæculo. Contra quam ipſe Au *tom. 4.*
guſtinus in De fide & operibus, tempore ſta
tim Apoſtolorum ait, hanc ipſam hæreſim
eadem omnino exordia, quæ in his modo
noſtris aduerſariis, habuiſſe. Nempe dum
non intellectis quibuſdam obſcuris ſenten-
tiis Apoſtoli Pauli; ſcilicet, Lex ſubintrauit, *Rom. 5.*
ut abundaret delictum. Et, Arbitramur ho- *Rom. 3.*
minem iuſtificari per fidem ſine operibus le-
gis: arbitrati quidam ſunt, fidem ſatis eſſe ad
ſalutem ſine aliis operibus bonis, quinimmo
malis nihil obſtantibus. Quã, inquit, ob cau
ſam aliæ Apoſtolicæ epiſtolæ, Petri, Ioãnis, Ia
cobi, & Iudæ, contra hanc maximè dirigunt
intentionem, ut uehementer aſtruant fidem
ſine operibus nihil prodeſſe. Sicut ipſe ait Pau
lus, Fides quæ per dilectionem operatur.
Eandem hæreſim ſecutus eſt Eunomius, de
quo in libro de hæreſibus ita dicit Auguſti- *Auguſt.*
nus, Fertur etiam uſque adeo fuiſſe bonis *cap. 54.*
moribus inimicus, ut aſſeueraret, quòd ni- *tom. 6.*
hil cuique obeſſet quorumlibet perpetratio
ac perſeuerantia peccatorum, ſi huius quæ
ab illo docebatur fidei particeps eſſet. Quia
autem illa hæreſis erat impiiſsima, & peſtem
maximam mortiferamq; inuehebat, omnes
doctores ſancti & catholici qui diuerſis tem-
poribus in Eccleſia Chriſtiana fuerunt, eam
uelis, remiſq; adorti ſunt, nixuq; maximo ſu
ſtulerunt, ut conſtat ſatis ex eorum ſcriptis,
& latè conſtabit inferius, ubi de hominibus *Part. 2.*
non iuſtis iuſtificandis, & de hominibus iam *lib. 1. et 2*
iuſtis in iuſtitia conſeruandis, fuerit ſermo.
Manifeſta eſt ſcriptura ſancta, dicens, Tranſ- *1. Ioan. 3.*
lati ſumus de morte ad uitam, quoniam dili-
gimus fratres. Qui non diligit, manet in mor *1. Pet. 4.*
te. Charitas operit multitudinem peccato-
rum. Et quidem mulier quæ erat in ciuitate
peccatrix, cui dominus peccata dimiſit, fidẽ
pro eo tempore & in illa perſona neceſſariam
habebat, pœnitebat, & lugebat; tamen Sal-
uator

A uator noſter optimè ſciens, ac optimè do-
cens, non eius fidei, nec eius pœnitentiæ in-
teriori, nec eius lacrymis, ſed eius dilectio-
ni tribuit remiſsionem peccatorum, dicens,
Luca. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam di-
lexit multum. Dilectio igitur habet primas,
in iuſtificatione hominis à peccatis: & ſine di
lectione Dei, non fit remiſsio peccati. Ergo,
Non iuſtificat ſola fides. Cyrillus ſuper Ioan-
Ioan. 16. nem in eorum uerborum explicatione, Om-
nem palmitem in me non ferentem fructum,
Lib. 10. tollet eum. ſic inquit, Voluntaria eſt noſtra
Cap. 14. cum Chriſto conglutinatio, & charitate ac
fide perficitur. Et fides quidem in animo no
ſtro conſiſtit, ueram Dei cognitionem effi-
ciens: charitas uerò mandatum eius ſeruare
facit. Qui enim me diligit, is, inquit, man-
data mea ſeruabit. Qui ergo per fidem Chri-
ſto ſolummodo coniunguntur, ſola illi con-
feſsione inhærentes, nec charitatis uimine ſe
colligantes: palmites quidem ſunt, ſed non
fructuoſi. Nam fides abſque operibus, mor-
tua quædam res eſt. Et quidem in fauorem
Prouerb. charitatis ſic legimus, Odium ſuſcitat rixas,
10. & uniuerſa delicta operit charitas. Videamus
quòd utrunque, tum nouum, tum uetus te-
ſtamentum, tribuit charitati, quòd operiat
peccatorũ multitudinem. Sic enim legimus
1. Pet. 4. in prima Canonica Epiſtola Petri, Ante om-
B nia autem, mutuã in uobis metipſis charita-
tem continuam habentes: quia charitas ope
rit multitudinem peccatorum: Et in Prouer
Prouerb. biis, Vniuerſa delicta operit charitas. Perti-
10. nent autem Prouerbia Solomonis, ad uetus
teſtamentum; pertinentq; epiſtolæ Canoni-
cæ Petri, ad nouum. Neque minus commẽ
dat Petrus charitatem, quàm dicens, Ante
omnia autem, mutuam in uobis metipſis
charitatem continuam habentes. Mirabilis
eius locutio, ſeu mirabilis eius modus loquẽ
di. Ante omnia, inquit, habentes charita-
tem, ideſt, ante fidem, ante ſpem, ante uir-
tutes alias, ante opera: quia manifeſtè (quod
adnotatione dignum eſt) dicit, Ante om-
nia. Verùm cùm charitas nullo modo poſsit
eſſe in hoc ſæculo ante fidem, tempore uel
natura, quia fides oſtendit quid ſit diligen-
dum, & nihil uoluntati inſidet, cupiditateq;
inceſsit, quin ſit aliquo modo præcognitum:
conſequens eſt, ut uerbum illud, Ante, non
intelligatur de prioritate temporis uel natu-
ræ, ſed principalitatis. Vt ſic intelligamus,
Ante omnia, hoc eſt, præ cæteris, magis
quàm cuncta alia, principaliter tanquam
maximam uirtutem. Eodem modo docuit
1. Corint. Paulus, demonſtrans excellentioré uiam, &
12. chariſmata meliora, quæ magis debemus æ-
1. Cor. 13 mulari. Nũc autem manent, fides, ſpes, chari
tas, tria hæc: maior autẽ horum eſt charitas. C
Ecce quoque ſecũdum Apoſtolum Paulum,
maior eſt charitas præ fide, præ ſpe, & per
conſequens præ aliis uirtutibus omnibus: ut
rectiſsimè ſecũdum Apoſtolum Petrum, in-
telligamus charitatem ante omnia eſſe no-
bis habendam, ideſt, præ cunctis aliis: tan-
quam maiorem, tanquam excellentiorem,
tanquam formam aliarum uirtutum, dono-
rum, ac gratiarum gratis datarum, cui ſpe-
cialiter tribuitur quòd operit multitudinem
peccatorum. Manifeſtè dicit etiam Apoſto-
lus Ioannes, Tranſlati ſumus de morte ad ui *1. Ioan.*
tam, quoniam diligimus fratres. Et rurſus, *3.*
Qui non diligit, manet in morte. Igitur ſine
dubio dilectio eſt, in qua formaliter uiui-
mus, de morte ad uitam traducimur, uiuifi-
camur. Non ergo uiuificat ſola fides. Quòd
ſi non uiuificat ſola, profectò nec ſola iuſtifi-
cat. Nullum enim intelligimus iuſtum, niſi
quem intelligimus uiuum: nec per aliud in-
telligimus animæ iuſtitiam, & per aliud ani-
mæ uitam ſpiritalem, ſed per unum & idem,
uel per eadem, ſi multa dicantur eſſe. Legi-
mus etiam, Omnis qui natus eſt ex Deo, fa- *1. Ioã. 2.*
cit iuſtitiam. Et iterum, Omnis qui diligit *1. Ioã. 4.*
fratrem ſuum, ex Deo natus eſt. Dilectio er
go prædicatur & cõmendatur à Ioanne Apo
ſtolo, tanquam id quo formaliter naſcimur
ex Deo, & iuſtitiam facimus. Quam ob rem D
& ipſe Ioannes dicit, Omnis qui natus eſt ex
Deo, non facit peccatum, ſeu nõ peccatum,
quia ſemen eius, in ipſo manet, ſeu quia ge-
neratio Dei conſeruat illum, & non poteſt
peccare, quia ex Deo natus eſt, Hoc eſt, Nõ
poteſt peccare, retenta dilectione, Vel, Non
poteſt peccare, ex eo quòd natus eſt ex Deo.
Sicut legimus, Non poteſt arbor bona fru-
ctus malos facere, ideſt, ipſa manente bona:
ſeu quòd idem eſt, in eo quod eſt bona. Quan
doquidem ſi malè agit, iam non eſt bona, ſeu
iam non agit ut bona. Etenim bonum ut bo-
num, non agit malum, ſed bonum: ſicut ma-
lum ut malum, non agit bonum, ſed malum.
Quemadmodum calidum ut calidum, non fa
cit frigidum, ſed calidum: & frigidum ut fri-
gidum, non facit calidum, ſed frigidum. Ita-
que dilectio ſeu charitas maximè prædicãda
eſt neceſſaria ad remisſionem peccatorum.
Ad idem eſt, quòd nunquam intelligitur ho-
mo iuſtus à peccatis, niſi intelligatur ama-
tus à Deo: unde dilectio Dei erga nos, intelli
gitur ut cauſa potisſima uel ratio remisſio-
nis peccatorum noſtrorum. Quod cũ ita ſit,
& cum non quaſi nos prius dilexerimus ip-
ſum, ſed quia ipſe prior dilexit nos: & cùm
idem Saluator noſter dicat, Non uos me ele
giſtis, ſed ego elegi uos: Ipſe tamen dicit, Ip- *Ioan. 16.*

B ſe enim Pater amat uos, quia uos me amaſtis, & credidiſtis quia à Deo exiui. Ecce hoc quod eſt nos diligere Deum, ponit tanquam cauſam uel rationem eius quod eſt, Deū Patrem nos diligere: dixit enim, Ipſe enim Pater amat uos, quia uos me amaſtis, & credidiſtis. Nota ueabū, Quia. Cum tamen Apoſtolus eius Ioanes dicat, Non quaſi uos prius dilexerimus ipſum, ſed quia ipſe prior dilexit nos: & cum ſit certiſsimum, quòd dilectio Dei erga nos, eſt cauſa noſtræ dilectionis erga ipſum. Niſi enim ipſe nobis præſtitiſſet unde ipſum diligamus & ipſam dilectionem, infundendo, ſiue præueniendo, præparando, & iuuando; nunquam nos ipſum diligeremus: Dat autem ipſe nobis hoc quidem ſciens, uolensq; & amans, ſciendo, uolendo, amando: unde primum donum, quod à Deo accipimus, eſt amor internus eius. Ideo enim nobis alia dona præſtat, quia nos amat, præſtat autem nobis quicquid boni, donicq; præſtat, gratis, libens: quam obrem profectò primum eius donum erga nos, eſt eius amor. Quomodo ergo dicit, Ipſe enim Pater amat uos, quia uos me amaſtis, & credidiſtis, quaſi dilectio noſtra ſit cauſa dilectionis ſuæ? Vtique oſtendendo ualorem, dignitatem, atque excellentiam noſtræ dilectionis, quam tamen ipſe amanter
F amansq; uobis præſtat prædictis modis: & ſimul declarando quòd & ſi omnia noſtra bona ab eius amore interno nobis proficiſcantur, uobisq; ueniant ab ipſo tanquam à cauſa prima & potiſsima libera, & noſtra nihilominus dilectio & noſter amor erga ipſum præueniunt multa eius dona, atque quodam modo dilectionem & amorem ſuum, nou ab ſolutè; ſed quantum ad dona illa. Quod nihil aliud eſt dictu, niſi quòd quædam dona Dei præcedunt in nobis alia dona eius, & ſunt quodammodo cauſa, ratio uel diſpoſitio, illorum, uel ad illa. In hoc ſenſu dicit Saluator noſter, Ipſe enim Pater amat uos, quia uos me amaſtis, & credidiſtis: & in hoc etiam
Ioan. 14. ait, Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum. De hac ueritate
Auguſt. Cap. 32. tom. 3. ualde bene loquitur Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium, indicando Deum optimum, hominis uoluntatem bonam præparare adiuuandam, & adiuuare præparatam; quodq; præcedit bona uoluntas hominis multa Dei dona, ſed nou omnia. Inter omnia autem Dei dona, quæ præcedit tempore uel natura, noſtra dilectio erga Deum, abſque dubio eſt remiſsio peccatorum noſtrorum. Sic Saluator noſter nos docuit ſentire, confiteri, & credere, dicens de muliere peccatri-
Luca. 7. ce, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quo loco, non ſuæ fidei, G nec ſuis lacrymis, ſed ſuæ dilectioni tribuit remiſsionem ſuorum peccatorum. Credebat enim ipſa, atque flebat, quæ & diligebat: ſed dominus dilectionem eius potius intuebatur eiusq; rationem habebat, ut ei peccata remitteret. Sic etiam docuerunt nos Apoſtoli Saluatoris noſtri, Petrus, Ioannes, Paulus, Iacobus: ut charitatem prædicaremus magis præ fide ualere ad iuſtificationem noſtram, ad noſtram ſpiritalem uitam animæ, ad noſtram mundationem à peccatis: & utique fidem ſine charitate ad hos mirabiles effectus gratiæ increatæ in nobis non ſufficere, ſecundum Dei legem datam.

VNDE & ſi quiſpiam inſiſtendo dixerit in eo uerbo Apoſtoli, Et ſi habuero omnem *1. Corin. 13.* fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. non intelligi nomine fidei, fidem uirtutem qua credimus uerbo Dei, ſed fidem aliam donum aut gratiam gratis datam, ſeu cōfidentiam ad faciendum miracula: Si quiſpiam, inquam, ita dixerit, nihil facit ad oppoſitum huius noſtræ ueritatis: quia ut uiſum eſt, multa alia loca ſunt diuinarum ſcripturarum quæ ad noſtrā iuſtificationem à peccatis, uitam ſpiritalem & ſalutem: charitatem magis ſuper fidem oſtendunt & prædicant neceſſariam. Scimus enim quoniam tranſlati ſumus de morte ad *1. Ioan. 3* uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non H diligit, manet in morte. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et alia quæ poſui- *1. Pet. 4.* mus. Ex his enim locis concludimus, neceſſitatem charitatis ad noſtram iuſtificationē: quia hic trāslatio noſtra de morte ad uitam, & peccatorum noſtrorum tegumētum, quo fit ut ſub aſpectum non ueniant, ideſt, ut eorum gratia nullo pacto nobis Deus ſuccenſeat; charitati profectò tribuuntur, nou fidei alicui. Non fidei alicui, inquam, quia nec fidei uirtuti; nec fidei dono, nec fidei alicui alteri, quæ intelligatur ſola. Hæc enim eſt prærogatiua charitatis, & magna eius excellentia in diuinis ſcripturis expreſſa & commendata: quòd uos de morte ad uitam trāſfert, & quòd multitudinem peccatorum noſtrorum operit. Ex neceſsitate autem charitatis ad noſtram iuſtificationē à peccatis, probamus euidenter inſufficientiā fidei ad hunc effectum, ſimul & inſufficientiā omniū aliorū quæ à charitate realiter diſtinguuntur: niſi forte gratiæ gratū facientis, ſi à charitate ponatur ſeiuncta, ut quidam ponunt: quia hæc ſi ſola eſſet, ſola ſufficeret, ut omnes concedunt. Ioannes Apoſtolus dixit, Omnis qui *1. Ioan. 5* credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Vt autem oſtenderet fidem ſi ſit ſola

non

A non facere nos natos ex Deo ſufficienter, ſed
imperfectè, & quaſi inchoatè, ſeu quantum
ad effectum ipſius fidei, dixit in fauorem cha
ritatis, oſtendens latè eius prærogatiuam,
1.Ioan.3. Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniã
diligimus fratres. Qui non diligit, manet in
1.Ioan.4 morte. Omnis qui diligit, ex Deo natus eſt.
1.Pet.4. Sicut & diuus Petrus dixit, Charitas operit
Luc.10. multitudinem peccatorum. Apud Lucam
quidam legis peritus dixit ad Saluatorem no
ſtrum, Magiſter, quid faciendo uitam æter-
nam poſſidebo? Saluator reſpondit, In lege
quid ſcriptum eſt, quomodo legis? Legis pe-
Deut.6. ritus dixit, Diliges dominum Deum tuum
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente
tua; & proximum tuum ſicut te ipſum. Et di
xit ei Saluator, Rectè reſpondiſti. Hoc fac,
& uiues. Ecce non dicit Saluator, crede, &
uiues, ſed dicit, Hoc fac, & uiues. Quid eſt,
Hoc fac, & uiues? Dilige dominum Deum
tuũ ex toto corde tuo & ex tota animã tua,
& ex omnibus uiribus tuis, & ex omni men-
te tua; & proximum tuum ſicut te ipſum;
& uiues. Si hoc non feceris, non uiues. Quæ
ſtio enim erat de uita. Ergo qui credit, ſi non
diligit, non uiuit. Non uiuit ſufficienter, non
uiuit gratus, non uiuit iuſtus, non uiuit à pec
B catis liberatus: quia hoc tribuitur charitati,
1.Ioan.3. ſicut legimus, Trãſlati ſumus de morte ad ui-
1.Petri.4 tam, quoniam diligimus fratres. Qui non dili
git, manet in morte. Charitas operit multitu
dinem peccatorum.

MIRABILI quodãmodo Apoſtolus,
ne quis ex uerbis ſuis putaret ſolam fidem iu
ſtificare, quoties de fide & charitate loqui-
tur, charitatem præ fide magis exaltat: aut
certè aliquid ponit, quo ſignificet, minimè iu
Rom.1. ſtificare fidem ſolam. Ad Romanos dicit, Iu-
ſtus autem ex fide uiuit. Sed paulò poſt di-
Rom.3. cit excludi gloriationem hominis iuſtificati
aut iuſtificandi, non per legem factorum,
nec per ſolam fidem, quin potius, Per legem
fidei. Dicit quòd credidit Abraham Deo, &
reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Sed ſimul di-
Rom.4. cit quòd non per legem, promiſsio Abrahæ,
Ibidem. aut ſemini eius ut hæres eſſet mundi, ſed per
iuſtitiam fidei. Sciebat neminem iuſtificari ni
ſi qui Spiritum ſanctum receperit, & tamen
dicebat, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus
noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt no
Rom.8. bis, ſignificans Spiritum ſanctum habitare in
nobis per charitatem, quam nobis diffundit,
ut per illam nos faciat receptacula munda, ſi-
bi apta. Sciebat in lege contineri fidem pro-
pter præcepta quæ lex habet de credendis: &
Rom.13. tamen dixit, Plenitudo ergo legis, eſt dile-
1.Tim.1. ctio. Finis autem præcepti, charitas: de cor
de puro, conſcientia bona, & fide non ficta. C
Dixit quòd tria ſunt, fides, ſpes, charitas: *1.Cor.13.*
ſed declarauit, quòd maior horum, eſt chari-
tas. Ad Galatas commendauit promiſsionẽ *Galat.1.*
& fidem per multa. declarauit nihilominus *2.3.*
non ualere in Chriſto præputium aut circun- *Galat.5.*
ciſionem, ſed fidem quæ per charitatem ope
ratur. Ad Epheſios dixit, Chriſtum habitare
per fidem in cordibus ueſtris. Sed ſimul dixit,
In charitate radicati & fundati, ut poſsitis cõ *Epheſ.3.*
prehendere cum omnibus ſanctis &c. ſigni
ficando quidem non ſolam fidem, ſed charita
tem, aut potius fidem cum charitate ſimul eſ
ſe radicem & fundamẽtum habitationis Chri
ſti in cordibus noſtris. Sicut declarat Auguſti *Auguſt.*
nus, quòd fides quæ per charitatẽ operatur,
eſt quæ poſita in fundamento neminem pe-
rire permittit. Magis ergo commendat Apo
ſtolus non ſolam fidem, ſed legem fidei, iuſti
tiam fidei, charitatem: denique, fidem per
charitatem operantem. Et nos quidem cum
Apoſtolo. Vnde ad Coloſſenſes ait, Super om *Col.3.*
nia charitatem habentes, quæ eſt uinculum
perfectionis. Sic uidemus in diuinis ſcriptu-
ris allegatis quòd per charitatem naſcimur ex
Deo, per charitatem tranſlati ſumus de mor-
te ad uitam, per charitatẽ manemus in Deo
& Deus in nobis, charitas operit multitudi-
nem peccatorum, charitas eſt uinculum per- ¶
fectionis, charitas eſt finis præcepti, charitas
eſt plenitudo legis, in charitate tota lex pen-
det & prophetæ. Quid ergo? Profectò non ſo
lùm ſine charitate non eſt iuſtitia, ſed utique
charitate uiuificamur, charitate iuſtificamur,
charitate in uita Chriſtiana iuſta & ſancta per
ficimur. Itaque cùm Auguſtinus has charita *Auguſt.*
tis prærogatiuas conſideraſſet, confeſſus eſt *Cap.63.*
palàm in De natura & gratia quòd una chari- *tom.7.*
tate quæ diffunditur in cordibus noſtris per
Spiritum ſanctum, iuſti ſunt, quicunque iu-
ſti ſunt. Et in eodem libro conſtanter diſtin- *Ibidem.*
guit gradus iuſtitiæ hominum iuſtorum, ſe- *Cap.70.*
cundum gradus charitatis eorum: de qua ue-
ritate ſua catholica inferius dicuntur multa, *Part.pra*
tum ex ipſo Auguſtino, tum ex diuinis ſcri- *ſenti.*
pturis ſatis manifeſtis. Legimus pro fide, *lib.3.*
Qui credit in filium Dei, habet filium Dei in
ſe. Habitare Deum per fidem in cordibus ue
ſtris. Sed quoque legimus pro charitate, Si *Ioan.14.*
quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit,
& Pater meus diliget eum & ad eum uenie-
mus & manſionem apud eum faciemus. Qui
manet in charitate in Deo manet & Deus in
eo. Legimus, pro fide, Fide purificans cor-
da eorum. Sed quoque legimus pro charita-
te. Charitas operit multitudinem peccato- *1.Pet.4.*
rum. Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniã *Luc.7.*
dilexit multum. Legimus pro fide, Et ſponſa- *Oſeæ.2.*
bo

E bo te mihi in fide. Sed ſimul legimus pro charitate, *Ibidem.* Et ſponſabo te mihi in ſempiternum: & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & in iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus. Et alibi, Ego diligentes me diligo. Vt nihil ualeat, eſſe ſponſam, niſi adſit, eſſe diligentem, eſſe dilectam, eſſe iuſtam. Sicut Apoſtolus dicit, *Col. 3.* charitatem eſſe uinculum perfectionis. Multa igitur habemus in diuinis ſcripturis quæ fidem commendant, multa etiam quæ charitatem: ut ſciamus omnes non fidem ſolam, ſed fidem ſimul & charitatem requiri, illaq; ambo ſimul ſufficere. Vt autem hæc ueritas fiat magis nota omnibus, quæ tamen in G ſe ipſa & in diuinis ſcripturis eſt notiſsima: nunc ſtatuamus duas columnas inuicem oppoſitas, atque in earum altera uerba diuina ad fidem ſpectantia, in altera uerò, quæ ad charitatem pertinent, deſcribamus: ut omnibus ſub uno aſpectu locatis, palamq; expoſitis, hæc noſtra ueritas catholica ſtatim ſe oculis mentiq; obiiciens, perceptu iucundior & facilior exiſtat.

IN PIORVM LECTORVM

GRATIAM AVCTOR DVAS CONSTITVIT COLVMNAS, QVASI HERMAS, & alteram Fidei, alteram Charitati dicat.

PRO FIDE.

A

1. Ioan. 5. OMNIS qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus:
Abac. 2. Rom. 1. ex Deo natus eſt. Iuſtus ex fide viuit. Qui credit
Ioan. in Filium Dei, habet filium Dei in ſe. Credidit
Rom. 4. Geneſ. 15. Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.
Galat. 3. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris.
Iacobi 2. Epheſ. 3. Fide purificans corda eorum. Confide fili; Remit-
Act. 13. Matth. 9. tuntur tibi peccata tua. Fides tua te ſaluam fecit.
Oſeæ 2. Sponſabo te mihi in fide. Fiat tibi ſicut credidiſti;
Matth. 8. Rom. 4. Ideo ex fide, ut ſecundum gratiam firma ſit pro-
miſſio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed
& ei qui ex fide eſt Abraha, qui pater eſt omnium
Rom. 3. noſtrum. Vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui
Rom. 4. eſt ex fide Ieſu Chriſti. Non eſt autem ſcriptum
tantum propter eum, Quia reputatum eſt illi ad
Ibidem. iuſtitiam. Sed & propter nos, quibus reputabitur
credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum
Hebr. 11. dominum noſtrum à mortuis. Eſt autem fides, ſpe-
randarum ſubſtantia rerum, argumentum non ap-
parentium. In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt
ſenes. Sine fide, autem, impoſſibile eſt placere Deo.
Ibidem. Credere enim oportet accedentem ad Deum. Defi-
ciet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Ba-
B rach, Sampſon, Hiephtha, David, Samuel, &
prophetis, qui per fidem uicerunt regna, operati
Ibidem. ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obtura-
uerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, ef-
fugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmi-
tate, fortes facti ſunt in bello, caſtra uerterunt ex-
terorum, acceperunt mulieres de reſurrectione mor-
1. Ioan. 5. tuos ſuos. Hæc eſt uictoria quæ uincit mundum fi-
Rom. 10. des noſtra. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem
Ioan. 3. confeſſio fit ad ſalutem. Qui autem non credit, iam
Marci 16. iudicatus eſt. Qui uerò non crediderit, condem-
nabitur. Arbitramur enim iuſtificari hominem
Rom. 3. per fidem ſine operibus legis. Vnus eſt Deus qui iu-
ſtificat circuncifionem ex fide, & præputium per
Galat. 3. fidem. Omnes enim filij Dei eſtis per fidem quæ eſt
in Chriſto Ieſu. Quicunque enim in Chriſto bapti-
zati eſtis, Chriſtum induiſtis.

PRO CHARITATE.

C

OMNIS qui diligit, ex Deo natus eſt, et cogno 1. Ioan 4.
ſcit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quo-
niam Deus charitas eſt. Nos ſcimus quoniam tran- 1. Ioan. 3.
ſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus
fratres. Qui non diligit, manet in morte. Deus cha 1. Ioan. 4.
ritas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet,
& Deus in eo. Qui autem diligit me, diligetur à Pa Ioan. 14.
tre meo, et ego diligam eum, & manifeſtabo ei me-
ipſum. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: Ibidem.
& Pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, &
manſionem apud eum faciemus. Remittuntur ei pec Lucæ 7.
cata multa, quoniam dilexit multũ. Manete in me,
et ego in vobis. Si quis in me non manſerit, mittetur Ioan. 15.
foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, &
in ignem mittent, & ardet. Manete in dilectione
mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in di-
lectione mea, ſicut & ego præcepta Patris mei ſer-
uaui, & maneo in eius dilectione. Hoc eſt præceptũ Ibidem.
meum, ut diligatis inuicem. Nunc autem manent, 1. Cor. 13.
fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum Ibidem. Ibidem.
eſt charitas. Charitas nunquam excidit. Charitas
non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non
eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, D
non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, con
gaudet autem ueritati, omnia ſuffert, omnia credit,
omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Super omnia autem Coloſſ. 3.
hæc, charitatem habete, quod eſt uinculum perfectio
nis. Ante omnia autem, mutuam in vobis metipſis 1. Petri 4.
charitatem continuam habentes; quia charitas ope
rit multitudinem peccatorum. Vniuerſa delicta ope- Prouer. 10.
rit charitas. Diliges dominum Deum tuum ex toto Matth. 22. Deut. 6.
corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente
tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Se
cundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum Leuit. 19.
tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis, uni- Marci 12.
uerſa lex pendet & prophetæ. Qui enim diligit pro- Rom. 13.
ximum, legem impleuit. Plenitudo ergo legis, eſt Ibidem.
dilectio. Finis autem præcepti, eſt charitas de cor- 1. Timot. 1.
de puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Hoc Matt. 22.
fac, & viues. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iu-
ſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iuſtus
iudex. Non ſolum autem mihi, ſed & iis qui dili- 2. Timot. 4.
gunt aduentum eius. Et nunc Iſrael quid dominus Deut. 10.
Deus tuus petit à te, niſi ut timeas dominum Deum
tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum. Do- Deut. 7.
minus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſto
diens pactum & miſericordiam diligentibus ſe. Con Deut. 30.
ſidera quòd hodie propoſuerim in cõſpectu tuo uitã et
bonũ, & è contrario mortem & malũ; ut diligas do-
minũ Deum tuũ, et ambules in vijs eius, et cuſtodias
mandata illius, ac cæremonias atq; iudicia; et viuas.

E Animus igitur Chriſtianus, catholicus, pius uidens hæc omnia, & diuinas ſcripturas has quidem fidem aſtruentes, illas uerò charitatem aſſerentes, quid precor, faciet? Primùm quidem, nullo modo ſcripturas diuinas negabit: Secundò, nullo pacto ſcripturas diuinas ponet in oppoſitione aliqua: Tertiò, nullo modo res ipſas, fidem & charitatem confundet: Quartò, toto nixu cordis, fidem & charitatem diſtinctas uirtutes ſaluabit, credet, atque commendabit: Quintò, cũ omni diligentia & ſecuritate diuinas ſcripturas de fide & charitate eximiè loquentes conciliabit. Sed quo'nam pacto poſſumus illas diuinas ſcipturas conciliare? Facillimè, Si illos effectus potiſsimos quos è ſcripturis diuinis nonnullas fidei, nonnullas uerò charitati tribuere uidemus, tribuamus plenè admodum fidei & charitati inſimul, non plenè autem inchoatè & quodammodo ex parte, utrique earum uirtutum ſeorſum: Verbi gratia, Diuina ſcriptura tribuit fidei, quòd per illam naſcimur ex Deo, quòd reputatur nobis ad iuſtitiam, quòd iuſtus ex fide uiuit, quòd per fidem habitat Chriſtus in nobis, quòd fide purificantur corda noſtra. Diuina autem ſcriptura eadem tribuit Charitati eoſdem effectus mirabiles, quòd per charitatem ſeu dilectionem naſcimur ex Deo, quòd per
F charitatem transferimur de morte ad uitam, quòd qui non diligit, manet in morte, quòd per charitatem manet Deus in nobis & nos in illo, quòd charitas operit multitudinem peccatorum, quòd charitas eſt uinculum perfectionis, quòd per charitatem ueniunt ad nos Pater & Filius & Spiritus ſanctus, & habitant in nobis, quòd per charitatem remittuntur nobis peccata multa, quoniam diligimus multum. Ita nobis declarant diuina eloquia, quæ ſunt in columna fidei, & quæ ſunt in columna charitatis. Quid ergo dicemus? Cogimur has diuinas ſcripturas conciliare; id autem fieri nequit, niſi dicamus, ſicut ſtatim diximus, hos effectus ad ambarum uirtutum in ſimul abſolutionem pertinere, ad ſingulas uerò ſeorſum quãtum ad initium ſpectat, ſiue ex parte. Altera primordia præbet, Altera ſimul poſita complet. Quæ'nam primordia tribuit? & quæ complet? Alia eſt quæſtio, ſeu aliæ ſunt quæſtiones. Statuamus prius ueritatem hanc de qua agimus, & poſterius de alia dicamus. Clamat prior columna in ueritate pro fide, clamat poſterior in ueritate pro charitate. Ambabus igitur inſimul naſcimur abſolutè admodum ex Deo, ambabus abſolutè iuſtificamur, de morte ad uitam traducimur, repurgamur, emũdamur, uiuimus. Altera uerò ſeorſum, non niſi quantum ad primo ordium ſpectat. G
Hoc pacto debet credere, & loqui omnis Chriſtianus, niſi ad huius, uel illius columnæ diuinas ſcripturas negandas, temerè cogi uelit. Atque hunc dicendi modum docet nos *Galat. 5.*
Apoſtolus, dicens, Nam in Chriſto Ieſu, neque circunciſio aliquid ualet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Et iterum cum dixiſſet, Sectare uerò iuſtitiam. declarando in quibus ea ſit, adiecit, *1.Tim.6 & 2.Timo.2.*
Pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Quæ'nam huiuſcemodi uirtutum initia præbet? Quæ'nam complet, abſoluitq;? Simpliciter, abſolutè atque communiter loquendo, quæ prior ponitur in homine, præbet initia: complet autem, quæ in homine ponitur poſterior. Videmus enim hos effectus altiſsimos hiſce ambabus uirtutibus tribui, & non quidem alteri ſeorſum, ne ſuperfluat altera, quæ etiam prædicatur neceſſaria & utiliſsima: & conuenimus ſicut conueniendum eſt, quòd ambæ ſimul complent, per ſe autem ut ſingulæ atque ſeorſum, non complent, ſed initia præbent. Ex his uerò iam conſequenter eſt dicendum, quòd per priorem quam habet homo, initiatur, per poſteriorem uerò complementum adipiſcitur in requiſitis ad hos effectus mirabiles. Vt ſi ſtante lege Euangelica nobis data, prior ſit & ſola fides in homine, ſine charitate, initia præbet quidem, ſed non complet propter H
charitatem requiſitam: ſi autem per poſsibile uel impoſsibile, prior ſit & ſola charitas in homine, ſine fide, ipſa quoque primordia præbet, non complet, propter fidem neceſſariam. Quòd ſi quiſpiam dixerit, Poteſt eſſe fides ſine charitate, non poteſt autem eſſe charitas ſine fide; Reſpondemus, hoc nihil præbere impedimẽti quo minus noſtra perſiſtat ſententia; tum, quia loquimur per impoſsibile: tum quia quoad rem, omnem affectionem dilectionis circa Deum quã format uir iuſtus in ſua mente, conſcientia, uel uoluntate, quibuſuis uerbis explicetur illa affectio, poteſt formare homo hæreticus in ſe ipſo. Quòd, ſi detur; iam illa dilectio non cõplet, ſed profectò quantum in ea eſt præſtat initia; neque aliud expectat ut ſuum effectũ habeat, niſi integræ fidei poſitionem. In hæretico igitur homine quantum libet diligente expectatur fides, in catholico autem peccatore expectatur charitas. Quæ igitur prior uirtus harum eſt, expectat alteram, & nihil aliud, præter initia, quantum eſt ex parte ſui, præbet. Specialius autem loquendo, dicimus, Secundum naturæ ordinem fidei initium, charitati autem complementum tribui. Probatur hæc doctrina multipliciter. Primò

A mò ex parte naturæ rerum: quia profectò fi-
des pertinet ad intellectum, charitas perti-
net ad uoluntatem: & rurſus pertinet fides
ad cognitionem, pertinet charitas ad amo-
rem. Quo ad naturam rei autem, prior eſt
intellectus quàm uoluntas; quia intellectum
probamus per eam quam noſtri immateria-
litatem uocant; uoluntatem uerò per intel-
lectum: & hoc à priori. Iterumq; prior eſt
cognitio quàm amor; quia poſſumus quidē
cognoſcere & non amare, non poſſumus au-
tem amare quin cognoſcamus. Incognita
enim amare, ſine dubio eſt impoſsibile. Exa
ctiſsima autem ratio eſt, ut poſtquam fides
habeat rationem prioris, per conſequens ha-
beat rationem, initium primordiaque præ-
bentis. Secundò ex conſequenti ad hanc
rationem, quia ex quo fides eſt prima, tum
quia pertinet ad intellectum, tum quia per-
tinet ad cognitionem: ſi fides habuerit ratio-
nem complentis, charitas uel nunquam,
uel rarò habebit effectum ſibi tributum; ſed
iam inueniet illum poſitum per fidem, prius
tempore, uel natura. Tertiò probatur ex uer
bis & modo loquendi diuinarum ſcriptura-
rum; Crebrius enim atque expreſsius ſcri-
ptura diuina hoc tribuit charitati, quàm fi-
1. Ioan. 3. dei. De charitate enim legimus, Tranſlati
B ſumus de morte ad uitam, quoniam diligi-
Luce. 7. mus fratres. Remiſſa ſunt ei peccata multa,
1. Pet. 4. quoniam dilexit multū. Charitas operit mul
Prouerb. titudinem peccatorum. Vniuerſa delicta ope
10. rit charitas. Hoc autem de noſtra tranſlatio
ne de morte ad uitam, de remiſsione pecca-
torum, ac de opertione ſiue occultatione il-
lorum, nunquam in diuinis ſcripturis ſic ex-
preſsè reperitur tributum fidei, ſicut expreſ
sè tribuitur charitati. Conſtat in diuinis elo-
quiis allegatis, in columna charitatis. Maxi-
ma igitur ratio eſt, quòd charitas habeat ra-
tionem complementi. Quartò probatur,
quia fides continetur in lege, ſiue ſit ex lege,
ſiue non ſit ex lege; & de fide eſt etiam ſpecia
le præceptum, ſicut legimus in ueteri teſta-
Deut. 6. mento, Audi Iſrael, Dominus Deus tuus,
Deus unus eſt. Non adorabis Deos alienos.
Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli
Marci. 1. ſeruies. Et in nouo, Pœnitemini, & credite
Matth. Euangelio. Legimus autem expreſsè, quòd
22. in duobus præceptis charitatis, Dei uideli-
cet ac proximi, tota lex pendet & prophetæ:
1. Tim. 1. & ſimul legimus quòd charitas eſt finis præ-
Rom. 13. cepti, & quòd plenitudo legis, eſt dilectio.
Ergo abſque dubio fides etiam ordinatur ad
charitatem, charitas eſt finis eius, charitas
habet rationem complementi, ſeu cōplentis.
VIDEAMVS igitur & cognoſcamus in
charitatis columna, charitatis neceſsitatem

ad hos quos diximus effectus in nobis, ut de C
morte ad uitam transferamur, ut peccata no
ſtra operiantur, ut nobis remittantur, ut Deo
uniamur, ut in Deo maneamus, & Deus in
nobis. Non enim ſunt illa diuina eloquia mē
dacia, non ſunt uana, non ſunt ſuperflua. Vi
ſa autem, cognita, & credita neceſsitate cha
ritatis, ſeu dilectionis Dei, & proximi, quo
ad hos effectus alios gratiæ Chriſti conſequē
dos, neceſſe eſt nos uidere ſimul, cognoſce-
re, & credere inſufficientiam fidei, ad hos
cōſequendos effectus, ſi ipſa fides ſola ſit ſine
charitate. Siquidem ubi charitas ſeu dilectio
eſt neceſſaria, ibi non ſufficit ſola fides: ut
charitatis neceſsitas ſiue exigentia, euiden-
ter ſatis demonſtret fidei ſolius inſufficientiā.
Quis enim, niſi inſanus, poteſt dicere aliquā
rem, uerbi gratia, A. ſufficere ad aliquem
effectum, ad quem requiritur alia res, uerbi
gratia, B. Si A. ſufficit, quo modo B. requiri
tur? Aut ſi B. requiritur, quomodo A. ſuf-
ficit? Ergo quia dilectio requiritur, ut tranſ-
feramur de morte ad uitam, ſicut legimus,
Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniā 1. Ioan. 3.
diligimus fratres. Qui non diligit, manet in
morte. Hoc fac, & uiues. Manifeſtum eſt, Matth.
quòd ad hoc non ſufficit ſola fides: Alia enim 22.
res eſt fides, & alia res eſt charitas. Conſtat
hoc ex Apoſtolo, qui loquens de fide, ſpe, & D
charitate, dicit manifeſtè, Nunc autem ma- 1. Corint.
nent, fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior 13.
autem horum eſt charitas. Quia igitur dile-
ctio ſiue charitas, eſt alia res à fide, ponens
in numero cum ipſa fide, & maior illa, ſicut
dicit Paulus, Nunc autem manent, fides,
ſpes, charitas, tria hæc, maior autem horum
eſt charitas: & quia dilectio eſt nobis neceſſa
ria ut à morte ad uitam transferamur, ſicut
dicit Ioannes, Tranſlati ſumus de morte ad
uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non
diligit, manet in morte: Non poteſt eſſe du-
bium, quin fides ſola ſine dilectione non ſuf-
ficiat ad hunc effectum producendum aut
conſequendum.
INTER Deum igitur uocantem, & Deū
iuſtificantem hominem à peccatis, (in qua iu
ſtificatione neceſſariò intelligitur hominis de
morte ad uitam tranſlatio, & utique uiuifica
tio, ſeu à morte in uitam uindicatio, ipſaq;
liberatio) debet quidem media eſſe fides: ſed
quia ſola fides non ſufficit, ut eſt monſtratū,
debet etiam media eſſe charitas ſiue dilectio,
ut etiam ſatis monſtratum eſt. Non poteſt
intelligi hominis peccatoris iuſtificatio, ſe-
cundum legem Dei nobis datam, quin ſimul
& eo ipſo intelligatur ipſius hominis pecca-
toris à peccatis liberatio, mortis ad uitam
tranſlatio, uiuificatioq;, ut monſtratur etiā

E latè in libro ſequenti. Ad hæc autem neceſſa-
ria eſt charitas ſiue dilectio, ut eius columna
manifeſtè oſtendit: Ergo ad hæc & ad iuſtifi-
cationem, non ſufficit ſola fides, ſed debet
inſuper mediam ſe præbere dilectio: ut fiat
fides quæ per dilectionem operatur, charita
te formata, ex charitate habens quod ſibi ex
ſuo deficit, & cum charitate ſimul ſufficiat.
Fides repurgat intellectum ab ignorantia;
dilectio Dei ſuper omnia conuertit uolunta
tem à bono commutabili, ad bonum incom-
mutabile, & ſic repurgat illam à commuta-
bilium bonorum affectionibus. Hoc autem
modo fit mens ordinata, atque apta quo
ad intellectum, & quo ad affectum; cui Deus
alia ſua dona tribuat, gratiam gratum facien
tem, remiſsionem peccatorum, & ſimilia.
Attendamus naturas rerum, & ex illis manu
ducamur ad cognoſcenda myſteria gratiæ. Fi
des enim quantum eſt ex parte ſui, ſi ſola ſit,
facit hominem cognoſcentem Deum, diligen
da, odio proſequenda, ſperanda, timenda
facienda, uitanda: & nihil aliud facit, quia
ut ſola, ad ſolum intellectum pertinet & ad
eius cognitionem. Spes quantum eſt ex par-
te ſui, ſi ſola ſit, facit hominem ſperantem,
quia pertinet ad uoluntatem, perficiens cir-
ca ſupremum bonum noſtrum, ut illud op-
tet nobis. Charitas autem quantum eſt ex
F parte ſui, facit hominem diligentem Deum
ſuper omnia, & proximum ſicut ſeipſum: &
hoc ptopter ſeipſum; quia aliàs non diligeret
uoluntas Deum ſuper omnia, ſi ipſum pro-
pter aliud diligere. Propter quod unũquod-
Poſter. que tale, & illud magis. Reddit ergo fides ſo-
Ariſt. la, hominem cognoſceutem; Reddit ſpes ſo-
lib. 1. la, hominem ſperantem; Reddit charitas ſo-
cap. 2. la, hominem diligentem: idem eſt enim cha
ritas, quod dilectio. Non eſt autem homo ap-
tus ad iuſtificationem à peccatis, niſi ſit dili-
gens, ut de ſe conſtat. Ergo debet dilectio in
tercedere, mediamq́; ſe præbere. Quidquid
ponatur in homine ante dilectionem Dei, in
illo priori temporis uel naturæ, profectò non
eſt homo ipſe conuerſus ad Deum, ut de ſe eſt
notiſsimum: non eſt inquam, conuerſus ad
Deum, ideſt, non eſt conuerſa ad Deum ip-
ſius hominis uoluntas, quæ non greſsibus cor
poris, ſed ſuis affectionibus conuertitur ad
aliquid: nec omnibus ſuis affectionibus, ſed
ſolis affectionibus amoris, uel dilectionis:
quia immo ſuis affectionibus odii, nullo mo-
do conuertitur, ſed auertitur: ut odium ſit
eius auerſio & fuga, dilectio autem ſit eius cõ
uerſio & proſecutio, ac appropinquatio. Ma
niſeſtum eſt autem quòd dum uoluntas non
eſt ad Deum conuerſa, non eſt capax illius tan
ti Dei beneficii, doni, ac muneris, quod eſt
iuſtificatio à peccatis, gratiæ gratum facien- G
tis, & remiſsionis peccatorum. Sic enim le-
gimus, Conuertimini ad me, & ego conuer- *Zach. 1.*
tar ad uos. Appropinquate Deo, & appro- *Iacob. 4.*
pinquabit uobis. Surge qui dormis, & exur- *Epheſ. 5.*
ge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Igi-
tur inter Deum uocantem & Deum iuſtificã
tem, debet mediam ſe in nobis præbere hæc
conuerſio uoluntatis noſtræ ad Deum, per di
lectionem formalem, uel uirtualem: quam
profectò iam incipit in nos operari Deus, ex
quo nos uocat, mouet, excitat, præparat:
ut ipſa noſtra conuerſio, dum nos ad Deum
conuertimus, magis ſit quidam effectus Dei,
quàm noſter, pertinens etiam ad gratiam re-
demptionis, omnino ſicut & ipſa fides, qua
actu credimus. Vt ſic etiam intelligamus ue-
riſsimum, quod legimus alibi, Deus uirtu- *Pſal. 79.*
tum, conuerte nos. Conuerte uos Deus Sa- *Pſal. 84.*
lutaris noſter. Conuerte nos domine, & con *Thren. 5.*
uertemur. Conuerte me, & conuertam; quia *Hierem.*
poſtquam conuertiſti me, egi pœnitentiam. *31.*
Manifeſtè dicit Apoſtolus. Sectare uerò iuſti *1. Timo.*
tiam. Explicando autem in quibus rebus iu- *6.*
ſtitia conſiſtit, addidit, Pietatem, fidem, cha
ritatem, patientiam, manſuetudinem. Et a-
libi, Sectare uerò iuſtitiam, fidem, ſpem, & *2. Timo.*
charitatem, & pacem cum iis qui &c. Cæte- *2.*
rùm igitur quod paulò ante diximus, Omnẽ
affectionem dilectionis circa Deum, quam H
format uir iuſtus in ſua mente, conſcientia,
uel uoluntate, quibus uis uerbis explicetur,
poteſt formare homo hæreticus in ſeipſo, di-
ctum ſit tantum per modum exempli, aut de
clarationis: Saltem intelligatur quantum ad
intenſionem, ſaltem quantum ad illam dile-
ctionem, qua quis uult in corde ſuo, Deo in
omnibus placere, & in nihilo diſplicere; aut
quo ad illam qua quis uult Deum eſſe Deũ,
ſummum, optimum, maximum, uel ſimi-
lia. Quicquid autem ſit de hoc, hoc unum in
hac re ſingulari eſt notiſsimum, Nulla dile-
ctio Dei reperitur, nec reperiri poteſt in ho-
mine hæretico, ſtante lege diuina nobis data
& pro ut Paulus de charitate loquitur, quæ
ſit aut rectè dicatur charitas. Primùm, quia
charitas, pro ut Paulus de ea loquitur, omnia
credit; ut ipſe declarat ad Corinthios & nul- *1. Corint.*
la dilectio eſt, nec poteſt eſſe in homine hære *13.*
tico, quæ credat omnia credibilia. Si enim
hæreticus crederet omnia, iam non eſſet hæ-
reticus. Secundò, quia charitas nec inflatur,
nec eſt ambitioſa, ut dicit idem Apoſtolus in *Ibidem.*
eodem loco; nullus eſt autem hæreticus qui
non ſit aut ſuperbus, aut ambitioſus, aut ſu-
perbus & ambitioſus ſimul. Vnde omnis hæ-
reſis aſsignatur tanquam mater, ſuperbia,
uel ambitio, uel ſimul ambitio & ſuperbia.
Maxi-

A Maximè quia nullus error eſt aut habetur pro hæreſi formaliter, niſi cui adiuncta eſt cõ tumacia, uel pertinacia. Nemo autem profectò poteſt eſſe uel contumax, uel pertinax in aliquo errore, niſi ipſe uel ſuperbus, uel ambitioſus exiſtat. Qui enim nec ſuperbus, *Auguſt.* nec ambitioſus eſt, dicit ſicut dixit Auguſtinus, Errare poſſum, ſed hæreticus non ero. Planè etiã fatetur Auguſtinus in lib. De Bap. quòd charitas proprium donum eſt unitatis catholicæ, & pacis. quemadmodum etiam *c. multæ. 1. quæſt. 1.* refertur in Decretis.

Dionyſ. Areop. Cap. 2. part. 1. PVLCHRÈ, uerè, ac optimè Dionyſius ille Chriſti glorioſus Martyr, Pauliq; Apoſtoli diſcipulus, in ſuo libro De Eccleſiaſtica Hierarchia, multa dicit, ordine, quibus hanc à nobis iam dictam charitatis prærogatiuam declarat. Fatetur enim primùm, noſtram functionem hoc intendere, & hoc agere, ut ſimiles Deo pro uiribus efficiamur, ipſiq; iungamur. Fatetur ſecundò, quòd ad hoc peruenimus, ſi Dei mandata diligimus, atque operamur. Fatetur tertiò, quòd initium peragendi mandata Dei, noſtræ diuinæ regenerationis, noſtriq; ſtatus diuini, eſt Dei dilectio, qua Deum diligimus. Loquitur enim in hanc ſententiam, Diximus itaque ritè ac piè (quantum ſentio) noſtram hanc functionem hoc intendere, hoc agere, B ut ſimiles Deo pro uiribus efficiamur, ipſiq; iungamur. Hoc autem ita demum potiemur, ſi (ut diuinis monemur eloquiis) auguſtiſſima Dei mãdata diligamus atque operemur. *Ioan. 14.* Seruabit enim (inquit) ſermonem meum, is qui diligit me: & Pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Quod igitur initium eſt reuerendiſſima Dei mandata peragendi? Quod animales habitus noſtros ad alia ſuſcipienda ſacrata eloquia & opera cõmodiſsimè format, quod nobis ut ad cœleſtia præmia ſubuehamur, uiam ſternit, & ſacratiſsimæ, ac penitus diuinæ regenerationis noſtræ traditio. Vt enim *2. Tim. 1* dux ille, & præceptor noſter eximius ait, primus animi ad diuina motus, Dei dilectio eſt. Porrò ſacræ dilectionis ad diuina mandata facienda principalis omnino progreſſus, eſt ſecretiſsima illa, & ineffabilis prorſus operatio, qua diuinus in nobis ſtatus efficitur. Si enim diuinus hic ſtatus diuina natiuitas eſt, nunquam ille aliquid ſciet ex iis quæ à Deo tradita ſunt, neque operabitur, qui neque diuinum hunc ſtatum conſecutus eſt. An uerò nobis quoque ipſis, non dicimus prius eſſe neceſſarium humanæ uitæ ſtatum, ut ſic demum humana poſsimus operari? Quippe quod non eſt, id neque motum ullum, neque ſubſtantiam omnino habet: quod autem quoquo pacto eſt, ea ſolùm & agit & patitur, C quæ ſubſtantiæ ſtatusq; ſui ſunt. Verùm id quidem (reor) perſpicuum eſt. Hæc ille. Ecce dilectio Dei qua Deum diligimus, eſt, quæ nos Deo ſimiles facit, nos Deo iungit, nos Deo regenerat, nos in ſtatu diuino reponit, formaliter: quia profectò hæc facit in nobis dilectio qua Deus nos diligit, ſed effectiuè. Dilectio enim qua nos Deus diligit, eſt in ipſo æterna, infinita, inuariabilis, immutabiliſq; omnino: Sed dilectio qua nos Deum diligimus, eſt in nobis, temporalis, finita, uariabilis, mutabilis: magni tamen ualoris apud Deum, non ex natura rei, ſed ex Dei miſericordia, gratia, & pactione, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Similiter etiam & cum diuo Dionyſio docuit Auguſtinus in De moribus Eccleſiæ catholicæ, tractans illud uerbum Apoſtoli, Nec mors nec uita poterit nos ſeparare à charitate Dei. Ait enim, Charitas Dei hic dicta eſt, uirtus, quæ animi noſtri rectiſsima affectio eſt, quæ coniungit nos Deo, qua eum diligimus. Quibus addit Auguſtinus, quòd charitas eſt ueſtis nuptialis, quæ diuidit inter filios regni, & filios perditionis. Poteſt uideri idem auctor glorioſus in multis locis, præſertim etiam in De ciuitate Dei, atque in De natura & Gratia, ſimiliter & in De perfectione iuſtitiæ: nam ubique multa dicit de laudibus charitatis, & de eius D prærogatiuis, atque excellentiis. Sed de his, non pauca iam diximus ſuperius lib. 1. Ideo ſint modo hæc ſatis. Aſſentiuntur Auguſtino, diuus Bernardus, ſanctus Thomas, Alexander de Ales, ſimul & tota ſchola Chriſtiana, iuxta diuinas ſcripturas. Ibi adduximus multa, multa etiam omiſimus, breuitatis cauſa. Pulchrè uereq; dicit Auguſtinus in De laude charitatis, quòd charitas eſt radix, & uita omnium bonorum: & rurſus, quòd charitas eſt uita morientium. Anſelmus in De Concep. Virgi. fatetur quòd omnis iuſtitia & iniuſtitia eſt formaliter in uoluntate. Cum igitur charitas magis formaliter pertineat ad uoluntatem, quàm fides quæ magis formaliter pertinet ad intellectum: ſequitur conſequenter, quòd iuſtitia ſeu iuſtificare, magis pertinet ad charitatem, quàm ad fidem, formaliter; Vt fides quidem per ſe faciat homines fideles, iuſtos autem non niſi quantum ad initium pertinet. Charitas autem ipſos homines fideles, faciat iuſtos & ſanctos abſolutè ſecundum gradus iuſtitiæ ac ſanctitatis huius ſæculi.

Auguſt. Rom. 8. Cap. 11. — *De ciuit. Dei. li. 15. cap. 18. tom. 5.* — *Lib. 1. cap. 8. & 9.* — *Auguſt.* — *Anſelm. cap. 3.*

MVLTA ſuperius diximus, & multa hic dicimus de laudibus charitatis, ut conſtat. Non tamen abs re, nec ſuperfluè factum eſt: quia tunc de laudibus charitatis agebamus, *Lib. 1. cap. 7. & 8.*

E per comparationem ipſius ad gratiam gratū facientem, uel etiam ad ſeipſam charitatem: nunc uerò de laudibus charitatis agimus, per comparationem ipſius ad fidem.

Agitur de fide quantum ad eius diuiſionem, quidditatem, celſitudinem, ac nobilitatem, naturalem aptitudinem, & utilitatem: oſtenditurq́; uerum eam non ſufficere ad iuſtificationem noſtram à peccatis, ſi ſola exiſtat, niſi acceſſerit charitas, ſi obedientia erga Deum, hoc eſt propoſito parendi ipſi Deo careat. Fit etiam manifeſtum, & probatur quo pacto fides pertineat ad intellectum, non ut abſolute cognitum, ſed ut à uoluntate determinatū; cùm nullus credat niſi uolens. Agitur præterea de obedientia cordis, & uoluntatem pro facto haberi probatur. CAP. III.

Auguſt. lib. 13. cap. 2.

AVGVSTINVS in De Trinitate docuit, fidem quidem in diuinis ſcripturis, & apud doctores graues, duobus modis dici, accipi, & uſurpari principaliter; licet etiam multis aliis intelligi & accipi ualeat, atque accipiatur & intelligatur à non paucis. Vnus modus eſt, ut fides dicatur, quòd credimus, ideſt, enuntiatio ipſa, ſeu ueritas enuntiationis ipſius, cui mente noſtra aſſentimus. F Alius modus eſt, ut fides dicatur quo credimus, ideſt, affectio mentis, ſeu intellectus noſtri, aut, quod idem eſt, iudiciū ipſum uel aſſenſus quo formaliter iudicamus ita eſſe ſicut enuntiatur. Sed uerba Auguſtini referre fuerit operæ precium, Aliud ſunt ea, inquit, quæ creduntur, aliud fides qua creditur. Illa enim in rebus ſunt, quæ uel eſſe, uel fuiſſe, uel futura eſſe creduntur: hæc autem in animo credentis eſt, ei tantum conſpicua cuius eſt: Et tamen nomine fidei cenſetur utrunq;, & illud ſcilicet quod creditur, & id quo creditur. Magiſter uerò ſententiarum inquit, Accipitur autem fides tribus modis, ſcilicet pro eo quo creditur, & eſt uirtus: & pro eo quod creditur, & non eſt uirtus: & pro eo in quod creditur, quod aliud eſt ab eo quo creditur. Quod tertium mēbrum à Magiſtro additum, facilè addi poteſt etiam iuxta Auguſtini doctrinam, ſecūdum multa quæ Auguſt. in aliis locis dicit de fide, & de modis credendi: quia aliud eſt credere Deo, aliud credere Deum, aliud credere in Deum. Accipit etiam Auguſtinus fidem pro confidentia, ut in libro De Spiritu & litera, ſed hoc aliud eſt, de quo modo non agimus, acturi tamen (domino cœptis aſpirante) paulò poſt. Et quidem quòd fides apud antiquos, nonnunquam ac-

Verba Auguſtini.

Magiſt. ſentent. lib. 3. diſt. 23.

G cipiatur pro eo quod creditur, conſtat apud Athanaſium, qui cùm multas propoſuiſſet enuntiationes; ueritatesq́; reuelatas, dixit de illis, Hæc eſt fides catholica, quam niſi quiſque firmiter, fideliterq́; crediderit, ſaluus eſſe non poterit. quo uerbo ipſas enuntiationes reuelatas, ſiue ipſas ueritates in eis enuntiatas, appellauit fidem. Vt ſecundum trimembrem diuiſionem Magiſtri, ipſa fides mentis qua credimus, ſit fides formalis: fides autem quæ creditur, ſit fides obiectiualis: & fides in quod creditur, ſit ſubiectum de quo ueritas fidei enuntiatur. Nos autem modo agimus de fide qua credimus: ideſt, de fide formali, quæ eſt affectio mentis, aſſenſus intellectus, ſeu iudicium intellectuale, quo firmiter iudicamus ita eſſe ſicut doctrina reuelata enuntiat. De hac autem oſtēdere intendimus eius quidditatem, celſitudinem, ac nobilitatem, naturalem aptitudinem, & utilitatem, atque ſimul eius inſufficiētiam ad iuſtificationem noſtram, ſi ipſa ſit ſola, ſi non habeat dilectionem Dei, ſi non habeat propoſitum obediendi Deo. Hæc itaq; fides formalis, quantum ad eius quidditatē, eſt qualitas mentis, qua mens noſtra benè afficitur circa ueritates ſeu enuntiationes reuelatas nobis à Deo, firmiter credendo illas eſſe ueras. Mutatur enim mens noſtra uerè & realiter, dum de non credente fit credens: H mutatur, inquam, & uerè realiterq́; mouetur. Motus autem ipſe aut mutatio non eſt ad ſubſtantiam, quia mens non fit alia: nec eſt ad relationem, quia ad relationem non eſt per ſe motus: nec eſt ad quantitatē continuam aut diſcretam, quia fides non eſt quanta, nec corpus, nec numerus, nec oratio: nec eſt ad ubi ſeu ad locum, quia fides non eſt locus: ergo à ſufficiente diuiſione omnium decem prædicamentorum, motus ille eſt ad qualitatem. Fides ergo eſt qualitas. Eſt autem fides, duplex, dupliciter, aut duobus modis: quia eſt fides actualis, atque eſt fides habitualis. Fides actualis eſt ipſum credere, ſeu eſt actus credendi: fides uerò habitualis, eſt habitus inclinans ad ipſum credendi actum. At quæ eſt ipſa fides habitualis, duplex: quia eſt habitus fidei infuſus à ſolo Deo, nobis ad illum nihil coagentibus, ſed ſolùm ſuſcipientibus, ut eſt fides habitus in puerulis octo dierum baptizatis: & eſt fides habitus acquiſitus, genitus ex frequentatis credēdi actibus. Vnde fides habitus, definitur per habitum, tanquam per genus eius magis propinquum quàm ſit qualitas, quæ eſt genus eius generaliſsimum. Sed quidem fides actualis, ſeu fides actus, uel actus credendi, ſic definitur ab Auguſtino in De prædeſtinatione ſanctorum,

Athanaſius in Symbolo.

Auguſt. lib. 1. cap. 2. tom. 7.

A

rum, Credere eſt, cogitare cum aſſenſione mentis. Ait enim ibi, Nullus quippe credit aliquid, niſi prius cogitauerit eſſe credendũ. Si ergo cogitare bonum, non eſt ex nobis, ut hic Apoſtolus tradit; nec credere: quanquam & ipſum credere nihil eſt aliud, quàm cum aſſenſione mentis cogitare. Et hanc definitionem refert & accipit Magiſter ſententiarum, & cum Magiſtro tota ſchola Chriſtiana ſimul. Huc etiam ſpectat, quòd Auguſtinus definiendo fidem per actum, dicit ſuper Ioannem, Quid eſt fides? Credere quod non uides. Credere autem motus mentis eſt. Sicut & definiendo charitatem per actum, dicit in De doctrina Chriſtiana, Charitatem autem uoco motum animi. Quæ etiam refert Magiſter ſententiarum, explicando ſententiam illorum, qui putabant, uirtutes eſſe bonos motus animi, ſeu bonos liberi arbitrii uſus: cum tamen uirtutes ſint magis habitus quàm actus, & magis per habitum quàm per actum explicari debeant. Itaque de fide loquendo, ſiue pro ut habitus, ſiue pro ut eſt actus, conſtat, fidem quantum ad ſuam quidditatem, eſſe qualitatem quandam ſpiritalem mentis noſtræ, qua aſſentimus, ſeu qua inclinamur aſſentire omnibus enunciationibus ſeu ueritatibus reuelatis.

Magiſt. ſentent. lib. 2. diſt. 26.

Auguſt. tract. 40.

Lib. 3. cap. 10. tom. 3.

Magiſt. lib. 2. diſt. 27.

Fides; quid ſit quantum ad quidditatem.

B

Vnde fides eſt ſcientia quædam, qua actu uel habitu aſſentimus toti doctrinæ reuelatæ: niſi quòd, ſcientia propriè eſt aſſenſus concluſionis, fides autem propriè eſt aſſenſus enũtiationis, ſeu ueritatis reuelatæ, ſiue ſit concluſio aut conſequens, ſiue ſit antecedens, ſiue ſit conſequentia. Sic enim dicit nobis Saluator noſter, Pœnitemini, & credite Euangelio. & ſicut iubemur credere Euangelio, ita iubemur credere omnibus libris teſtamenti noui, ita etiam iubemur credere omnibus libris teſtamenti ueteris. Non enim uoluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed Spiritu ſancto afflati atq; inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. Ob quod omnis ſcriptura ſacra habet eandem auctoritatem, eandem ueritatem, eandem infallibilitatem, & firmitatem. Scientia ergo quædam eſt fides noſtra, niſi quòd eſt quodammodo ſupra ſciẽtiam, includens aſſenſum principiorum, quod pertinet ad intellectum; & includens aſſenſum principiorum & concluſionum, etiam per cauſam altiſsimam, quod pertinet ad ſapientiam: ſed quia eſt de non uiſis, habet obſcuritatem annexam, & ſubordinatur ſcientiæ beatorum. Ex his iam conſtant ſatis fidei huiuſce noſtræ celſitudo, nobilitas, naturalis aptitudo, & utilitas. Celſitudo quidem & nobilitas, ex parte eorum de quibus eſt. Secantur enim ſcientiæ, ſicut & res de quibus ſunt: atque ab illis & à ſuis modis probandi atque à ſuis mediis probatiuis habent ſuas particulares excellentias, celſitudines, nobilitates, quibus ſe inuicem excellunt, aliæ alias.

Fides eſt qualitas ſpiritalis mentis.

Marci 1.

2. Pet. 1.

Fides quodammodo eſt ſcientia noſtra.

Fidei celſitudo & nobilitas oſtẽditur.

Ariſtoteles 1. De anima.

C

Scientia autem hæc noſtra Chriſtiana, fides uidelicet in uerbum Dei, ſiue aſſenſus in diuinitus reuelatam doctrinam, eſt primùm quidem de Deo, & quæ alia tractat aut intendit, omnia in Deum reducit: quia tractat primùm de Deo, ſiue, quod idem eſt, de Creatore, quantum ad ea quæ ſunt ipſius interius, de eius quidditate, ſpiritalitate, unitate, Trinitate, æternitate, infinitate, ſapientia, potentia, bonitate, & aliis diuinis prædicatis: deinde quaſi ſecundò, tractat de Deo in ordinem ad creaturas, ſimulq; de creaturis in ordinem ad ipſum Deum Creatorẽ, quomodo à Deo proceſſerunt, à Deo conſeruantur, ad Deum redeunt aut conuertuntur. Vt ſubiectum ſeu obiectum attributionis in hac beata ſcientia, ſit Deus, & ſubiectum ſeu obiectum adæquationis in ea, ſit totum ens: creator, creatura, ſubſtantia, accidens, abſolutum & reſpectiuum, ſicut eſt à Deo etiã omnis paternitas. Quia de omnibus his habemus reuelatam doctrinam, & uerbum Dei infallibilè, de qua reuelata doctrina, & de quo uerbo Dei infallibili, eſt noſtra fides, & noſter aſſenſus mentis, actus uel habitus, illamq; & illud adæquat: ut de nullo ſit reuelata doctrina, de quo non ſit fides Chriſtiana, nec de aliquo ſit fides huiuſmodi, de quo non ſit reuelata doctrina.

D

Itaque hæc ſcientia, atque hæc uictoria, quæ uincit mundum, fides noſtra, eſt de Deo & de ueritatibus altiſsimis diuinis, immediatè ſubordinata ſcientiæ beatorum, & quæ nouit de rebus inferioribus ſiue creatis, nouit per cauſam altiſsimam: eſt de doctrina reuelata à Deo, & habet medium probandi ſeu probatiuum certiſsimum, & infallibile, diuinam auctoritatem: Ergo hæc eſt magis alta, magis excelſa, magis nobilis, magisq; excellens, præ omnibus quæ in hoc ſæculo habẽtur, aut haberi poſſunt ſcientiæ: nec ſua obſcuritas quam habet annexam, (quia eſt fides, & de non uiſis, ac de multis quæ rationem captũq; humanum excedunt) aufert ſibi, nec auferre poteſt ſuam hanc celſitudinem ac nobilitatẽ, quam habet aliunde, ſicut ſatis conſtat ex iis quæ dicta ſunt. Eſt etiam eius naturalis aptitudo, magna quidem admodum, quia fides huiuſmodi, eſt apta nata generare ſpem & charitatem, tanquam effectus ſuos quoſdam: ſicut bene docet Gloſſa ſuper Matthæũ, quòd fides generat ſpem, ſpes uero charitatem: licet tamen non ſemper hos ſuos effectus generet, nec ſemper illos ſecum habeat, propter

Fidei aptitudo naturalis oſtenditur.

Gloſſa. Matt. 1.

E

pter alias rationes. Quia uerò infra oſtenditur latè quomodo fides hāc aptitudinem ſemper habeat, & quomodo nihilominus his effectibus ſæpe careat, de his modo plura loqui non eſt conſilium. Satis uerò in præſentia ſit oſtendere ex Gloſſa illa, quòd fides quantum eſt ex parte ſua, ſemper habet aptitudinē hāc ualde bonam. Vidit etiam ſanctus Thomas Gloſſam, eamq; non negat, ſed declarat, ut infra conſtabit, ubi oſtendetur quare iuſtificatio ſeu iuſtitia tribuatur fidei, & quo modo fides habet & non habet alias uirtutes connexas ſibi.

S. Thom. Prim. 2. quæſt. 65. art. 4. Lib. præſenti.

Habet ergo fides magnam aptitudinem naturalem: Habetq; etiam profectò magnam utilitatem, fides hæc noſtra Chriſtiana, ut conſtat ex multis, Primùm, ex ſua naturali aptitudine ſtatim oſtenſa: quia non poteſt non eſſe nobis ualde utile, quod eſt aptum natum generare fidem atque charitatem in nobis, niſi aliàs impediantur effectus.

Fidei utilitas oſtenditur.

Secundò, quia fides eſt primum fundamentum in Chriſtiano ædificio, ut conſtat ex diuinis ſcripturis, quia oportet accedentem ad Deū credere, &c. utque confitetur Auguſtinus in De Spiritu & litera.

Hebr. 11. Auguſt. cap. 30. uel 31.

Tertiò, quia per fidem incipimus concipi in Deo quoad uitam ſpiritalem animæ, & iam incipimus pertinere ad religionem: iam non ſumus animales, ignorantes quæ Dei ſunt, ſed incipimus eſſe ſpiri-

F

tales per hanc altiſsimam ſapientiam, ſapientes quæ Dei ſunt ſecundum Spiritum ſanctū eius qui nobis reuelauit. Vnde iam habemus quaſi quandam inchoationem, ſimilem primæ conceptioni: de qua Auguſtinus multa dicit ad Simplicianum, declarans etiam ex Catechumenis, atque ex ipſo Cornelio antequā in Chriſtum crediſſet.

Auguſtinus.

Quartò, quia per fidem habemus poteſtatem fieri filios Dei; ſicut legimus, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

Ioan. 1.

Fides igitur etiam magnam habet utilitatē. Habet itaque fides ut fides eſt ſecundum ſe conſiderata, celſitudinem, nobilitatem, magnam aptitudinem naturalem, magnam utilitatem, & multas alias prærogatiuas non paruas, quas quiuis ſapiens poteſt facilè in memoriam reducere. Sed nunquid ſic habet ſufficientiam, ut ſola iuſtificet hominem à peccatis? Abſit. Quidem qui largitus eſt fidei illas tot, tantas, talesq; excellentias & prærogatiuas, profectò non dedit fidei hanc talē ſufficientiam, Deus uerus: ſed quo ad hoc, uel quo ad hunc effectum iuſtificationis noſtræ, & remiſsionis peccatorum, reliquit illam inſufficientem, licet tamen & quo ad id, multum conducentem, multumq; proficientem: Vt quidem conducat multum fides & proficiat ad iuſtificationem noſtram, ſed non ſufficiat: conducit & proficit propter illas eius dictas, & probatas excellentias, atque prærogatiuas, ſed non ſufficit propter ſuam inſufficientiam. Vnde probatur ſua inſufficientia? Ex multis.

Fides ſola, non habet ſufficiētiam ad iuſtificationem noſtram à peccatis.

G

Oſtenditur inſufficientia fidei ſolius ad iuſtificationem noſtram & remiſsionem peccatorum, ex neceſsitate, excellentia & prærogatiua charitatis neceſſariò requiſitæ ſecūdum legem Dei, ad hunc effectum: quia charitati tribuitur in diuinis ſcripturis tranſlatio noſtra de morte ad uitam, pariter & operimentum noſtrorum peccatorum, ut non uideantur, ideſt, ut non imputentur, ut non puniamur pro illis. Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Charitas operit multitudinem peccatorum.

Oſtenditur inſufficientia fidei, quo ad iuſtificationē. 1.

1. Ioan. 3. 1. Pet. 4. Prouerb.

Agitur ex charitate.

Quia uerò in capite præcedenti probauimus hoc medio & aliis, inſufficientiam fidei quantum ad iuſtificationem à peccatis, ideo modo omittimus ex eodem medio eandem ueritatem iterum aſſerere, ex aliis mediis idem demonſtraturi.

Deinde oſtenditur inſufficientia fidei ad iuſtificationem noſtram à peccatis, remiſsionem peccatorum, & uitam, ac ſalutem, ex neceſsitate obedientiæ noſtræ erga Deum, à Deo ex nobis requiſitæ, ut nos de facto & quantum ad efficaciam ſiue efficientiam iuſtificet à peccatis, uiuificet, ſaluet.

Oſtenditur inſufficientia fidei. 2.

Agitur ex obediētia.

H

Saluator noſter dicit, Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Ecce fidei prærogatiuam, quia cognoſcit & uocat, Domine domine: & ſimul etiam ecce fidei inſufficientiam, quia ad regnum non introducit. Sequitur in uerbis Domini, Sed qui facit uoluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Ecce hæc noſtræ obedientiæ neceſsitas eſt, prærogatiua, & ſufficientia: quia perducit in regnum, quo certè non introducit ſola fides, quæ ſi ſit ſola, nihil aliud habet niſi quòd dicit, Domine domine, cognoſcendo ſcilicet, clamando, inuocando, ſed inſufficienter, ſi non ex obedientiæ dimenſo.

Matt. 7.

Eodem ſpectat quod Saluator noſter rurſus dicit, Qui enim fecerit uoluntatē Dei, hic frater meus & ſoror mea, & mater eſt. Ecce non per ſolam fidem, ſed per obedientiam erga Deum, eſt homo frater aut ſoror Chriſti: per idem ergo & fit iuſtus, ut conſtat. Per idem enim formaliter medium, fit homo iuſtus, & Chriſti frater: quia non intelligitur homo iuſtus, niſi intelligatur Chriſti frater: nec intelligitur homo Chriſti frater, niſi intelligatur iuſtus. Hoc autem, per idem medium formale & reale; quia aliàs poſſent hæc ſeparari, aut ſaltem poſſent ſeparatim intelligi. Quod profectò nequit eſſe, intelligendo

Mar. 3.

A do de tali fratre, de quali hoc in loco Saluator loquitur; de fratre uiuo, obediente. Spectat
Matth. 19. etiam eodem quod Saluator ait, Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Ecce ſola fides non perducit homines in uitam æternã; ſed obſeruatio mandatorum Dei, quæ re uera, obedientia eſt erga Deum, habet hanc prærogatiuam. Paulus concinit eo loco, quo a-
Rom. 3. git de Deo qui iuſtus eſt, & iuſtificat eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti, ibi enim excludit quidem gloriationem hominis, non per legem factorum, nec per ſolam fidem, ut conſtat: ſed utique per legem fidei. De qua lege fidei non poteſt eſſe dubium, quin plus habeat, plus ſit, plus cõtineat & plus ſignificet quàm ſola fides: uidelicet mandata Dei, & obedien
Rom. 2. tiam Chriſtianam. Vnde ait, Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed facto-
1. Corint. 7. res legis iuſtificabuntur. Alibi etiam, Circũciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. Et alibi manife-
Hebr. 5. ſtius, Et quidem cum eſſet filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Vides Apoſtolum Paulum, qui cùm aliàs uerè dixiſſet de Salua-
Timo. 2. tore noſtro, quòd dedit redemptionem ſe-
Hebr. 5. metipſum pro omnibus, & quòd exauditus eſt pro ſua reuerentia, hic in his uerbis aſſe-
B rit, quòd obtemperantibus ſibi factus eſt cauſa ſalutis æternæ: quaſi dicat, Et non aliis. Quia & ſi omnes ſaluos fecerit, quantum ad ſufficientiam, dans ſemetipſum redemptionem pro omnibus: de facto tamen in particulari, quantum ad efficaciam ſiue efficientiam, non præſtat ſalutem aut iuſtificationẽ, niſi ſibi obtemperantibus. Huc ſpectant etiã multa alia quæ omittimus breuitatis cauſa. Ergo fidei inſufficientia ad iuſtificationem noſtram à peccatis, ſatis oſtenditur per neceſſitatem obedientiæ noſtræ erga Deum: cùm nullus iuſtificetur, ſaluetur, uiuificetur, aut glorificetur, niſi obediens ſit, ſaltem niſi propoſitum obediendi habeat. De adultis iuſtificandis eſt ſermo, non de paruulis quibus ſufficit aliena fides, alienaq; obedientia cum ſuſceptione ſacramenti: ut ſic ex toto ſaluetur in altero, qui tantummodo peccauit in altero. Vnde Deus ab illis nullum motum proprium animi ordinatum requirit: ſed contentus eſt, ſi ſacramentum ſuſcipiunt. Nullo ergo modo poteſt dici inter Chriſtianos uiros, qui diuinas ſcripturas nouerunt, ſolam fidem iuſtificare hominem à peccatis: quia ad iuſtificationem noſtram à peccatis, neceſſaria eſt nobis obedientiam erga Saluatorem noſtrũ, ſiue propoſitum obediendi illi, aut, quod idem eſt, propoſitum cauendi in futurum.

Dicit quidem Apoſtolus Ioãnes, Om C
nis qui credit, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, *1. Ioan. 4.*
ex Deo natus eſt. Vt autem oſtenderet fidem non facere homines natos ex Deo, ſi ſit ſola, aut niſi charitatem habeat & obedientiam; dicit, Tranſlati ſumus de morte ad ui- *1. Ioan. 3.*
tam, quoniam diligimus fratres. Qui non di- *1. Ioan. 4.*
ligit, manet in morte; Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt. Omnis qui facit iuſtitiam, *1. Ioan. 2.*
ex ipſo natus eſt. Neceſſaria eſt igitur fides ut naſcamur ex Deo, ſed & neceſſaria quoque eſt charitas ad idem, & neceſſaria eſt obedientia ſiue propoſitum obediendi: iam enim in corde obedit, qui in corde proponit obedire. Itaque obedire oportet ei, qui propter nos factus eſt obediens uſque ad mortem: ut fructum obedientiæ ſuæ conſequamur quantum ſpectat ad iuſtificationem noſtram à peccatis. Anſelmus in ſuo opere celebri, Cur *Anſelm.*
Deus homo. inquirendo & determinãdo qua *lib. 1.*
ratione Deus dimittat peccata hominibus, *cap. 11.*
dicit ad propoſitum, Omnis uoluntas rationalis creaturæ, ſubiecta debet eſſe uoluntati Dei, Hoc eſt debitum quod debet angelus & homo Deo, quod ſoluendo nullus peccat: & quod omnis qui non ſoluit, peccat. Hæc eſt iuſtitia, ſiue rectitudo uoluntatis, quæ iuſtos facit ſiue rectos corde, id eſt, uoluntate. Hic eſt ſolus honor & totus quem debemus Deo, & quem à nobis exigit Deus. Hæc D
ille. Qui in eodem loco per multa, totiſq; uiribus probare intendit, non remitti peccata hominibus, niſi præuia hac obedientia, aut ſubiectione uoluntatis noſtræ, uoluntati diuinæ. Eandem ſententiam aſtruunt omnes doctores ſancti: ſed quia de huiuſmodi ueritate alibi dicuntur multa, modo eam lon- *Part. 2.*
giore ſermone non proſequimur. *lib. 1.*

Qvia uerò diximus, fidem noſtram Chriſtianam, eſſe aſſenſum mentis noſtræ in doctrinam nobis reuelatam à Deo, eſſeq; ideo ſcientiam quandam etc. conſequenter dicimus, ſubiectum fidei, eſſe intellectum, non uoluntatem, nec partem aliquam concupiſcibilem, aut iraſcibilem. An uerò intellectus ſit ſubiectum fidei, ut intellectus abſolutè, uel ut intellectus à uoluntate motus, ad huc
non determinauimus. Videtur autem ma- *Intellectus quomodo ſit ſubiectũ fidei.*
gis intellectum eſſe ſubiectum fidei, non ut abſolutè, ſed ut motum à uoluntate: ob quod actus fidei, uidelicet credere Deo, cum non ſit ab intellectu abſolutè, ſed ſic affecto, exigit neceſſariò intellectum motum à uolun- *Opinio 1. de ſubiecto fidei.*
tate ad talem actum: aliàs non eſſet credere, nec fidei actus. Auguſtinus ita docuit in mul- *Auguſt.*
tis locis. Etenim ſuper Ioannem circa illud *tract. 26.*
Apoſtoli uerbum, Corde creditur ad iuſtitiã. *in princ.*
dicit, Ideo non ſimpliciter Apoſtolus ait, *tom. 9.*
credi-

A eſt intellectus aut ratio abſolutè, ſed ut eſt intellectus motus à uoluntate: quia niſi uoluntas uelit, niſi uolens intellectum determinet, niſi prius aliquo modo bene affecta fuerit circa doctrinam, aut circa narrantem aut dicentem, nunquam intellectus habebit talem actum credendi. Sed de his ſatis.

AD propoſitum redeamus. Habet fides quidem ſuas prærogatiuas multas & magnas, ſicut iam ſaltem ex parte dictum eſt: ſed profectò ſi ſola ſit, iuſtificare à peccatis non poteſt: niſi charitatem & obedientiam erga Deum habeat, modo iam dicto, & declarato, ideſt, niſi Deo obedire proponat, niſi habeat propoſitum obediendi Deo, ſeu cauendi in futurum. Poteſt etiam ex aliis demonſtrari inſufficientia fidei ad iuſtificandũ à peccatis, ſi ſola ſit: ueluti ex pœnitentia, atque ex propoſito recipiendi ſacramentum, quæ etiam ſunt neceſſaria homini iuſtificando adulto, ut iuſtificetur. Quia uerò hæc alibi oſtenduntur eſſe neceſſaria in homine adulto, ut remiſsionem peccatorum conſequatur: nunc de his hæc dixiſſe ſufficiat.

Part. 2. lib. 1.

Vt autem omnibus ex omni parte ſatisfaciamus, placet de iſto propoſito obediendi Deo, ſeu cauendi in futurum, quod diximus neceſſarium homini adulto iuſtificando, ut iuſtificetur, explicare quid Doctores alii catholici ſentiant. B Et quidem, An iſtud propoſitum includatur in pœnitẽtia, ut pertineat ad eius eſſentiam, an ſolùm ad bene eſſe? uel ad connexionem quandam? quæſtio eſt, de qua uaria ſcholaſtici Doctores ſentiunt, ut conſtat ex dictis, opinionibuſq; eorum. Porrò autem, An requiratur ad iuſtificationem peccatoris adulti explicitum, atque formale propoſitum uiuendi ſecundũ mandata Dei, cauendi in futurum, ſe à peccatis abſtinendi? uel an ſufficiat tale propoſitum uirtuale? Alia eſt quæſtio. Doctores ſentiunt propoſitum huiuſmodi eſſe etiã neceſſarium, ut eſt dictum. Et hæc eſt ueritas catholica, quæ modo omnium conſenſum meruit.

Lib. 4. ſentent. diſt. 14.

S. Thomas quærit, Vtrùm ad iuſtificationem impii, requiratur motus liberi arbitrii in peccatum? Reſpondet inter alia. Oportet igitur quòd in iuſtificatione impii, ſit motus liberi arbitrii duplex, Vnus quo per deſiderium tendat in Dei iuſtitiam; & alius, quo deteſtetur peccatum.

S. Tho. Prima 2. quæſt. 113. art. 5.

Adrianus VI. docet emendationis propoſitũ in futurum requiri ad ueram pœnitentiam, ex diſtinctione quadam pœnitentiæ, quam colligit ex uerbis Ambroſii & Gregorii: quia oportet quòd uerè pœnitens oderit diuinam offenſam, ex quo cõſequens eſt, quòd ſaltem implicitè uolit in poſterum peccare.

Adrianus.

Ioannes Gerſon in ſuo opere de regulis moralibus, loquens de iſtis, ait, Mitis eſt opinio pro peccatoribus, dicens ſufficere ad abſolutionis ſacramentalis fructuoſam ſuſceptionem, quòd confeſſus non habeat actuale propoſitũ peccandi. Hoc enim dicunt eſſe, non ponere obicem: ſed alia opinio quòd actuale propoſitũ poſitiuũ non peccãdi in futurũ requiritur, & probabilior, & ſecurior.

Ioannes Gerſon. Part. 2. Alph. 25 G...

C In Cõcilio Florẽtino definitum eſt, ad cordis contritionem pertinere, ut pœnitens doleat de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero.

Cõcilium Florentinum.

Idem habetur in ſancto Concilio Tridentino, quòd ſuſcepturus Baptiſmum, debeat proponere ſe inchoaturum nouam uitam, ſeruaturumq; diuina præcepta.

Cõcilium Tridentinum.

Itaque communis doctrina eſt, quòd iuſtificãdo cum ſacramento ſuſcipiendo in re, neceſſarium eſt propoſitum cauendi in futurum. quanto magis ergo iſtud propoſitum eſt neceſſarium iuſtificando homini adulto, ſine ſacramento in re ſuſcepto, ſed ſolùm in uoto? Prædictus Ioannes Gerſon poſuit in conſolationem peccatorum reſurgentium à peccato tres concluſiones, quas cũ quilibet in ſuo corde uidiſſet ueras, poſſet opinari de ſe, quòd eſſet in gratia Dei: ideſt, ſi ſic dicat uerè Deo in corde ſuo, Domine, pœnitet me ſic uel ſic peccaſſe contra te, propoſitum habeo cauendi peccata, habeo etiam propoſitum integram confeſsionem faciendi omnium commiſſorum. D Sic ipſe docuit in ſuo Tripertito, & ita acceptatur à doctoribus cũ magna auiditate: docet autẽ in hoc, neceſſarium eſſe peccatoribus adultis iuſtificandis propoſitum cauendi in futurum, obediendi Deo, ſeruandi mandata Dei.

Ioannes Gerſ. in Tripertito.

Scotus etiam & ſi aliàs uideatur docuiſſe, quòd ad ſuſceptionem gratiæ cum ſacramento, ſufficit ſi homo ſuſcipit ſacramentum cũ intentione ſuſcipiendi; illud, dummodo non ponat obicem: ideſt, ſi à peccatis ceſſet, ſi non habeat propoſitum peccandi. Alibi tamen docet expreſsè quòd ad ſuſceptionem ſacramenti pœnitentiæ, oportet quòd habeat aliquem de peccatis mœrorem, & propoſitum cauendi in futurum. Vbi ponit quòd ad conſequendum gratiam per ſacramentum pœnitentiæ, requiruntur duo actus interiores reſpectu peccati, unus reſpectu præteriti, uidelicet aliqualis mœror, alius reſpectu futuri, ſcilicet propoſitum cauendi in futurum.

Scotus, lib. 4. diſt. 14. quæſt. ultima. Diſt. 17. quæſt. 1. diſt. 18. Lib. 4. diſt. 14. quæſt. 4.

Eodem pertinet, quòd Ruardus Tapper in Explanatione articulorum uenerandæ facultatis ſacræ theologiæ generalis ſtudii Louanienſis, ita dicit, Ad iuſtificationem ante omnia neceſſaria eſt in adultis fides, qua certò credimus Chriſtum Ieſum Dei Filium nobis propitiatorem à Patre propoſitum eſſe, pro peccatis noſtris in ſanguine ipſius, ſine qua

Ruard. Tapper. tom. 2. art. 8. in principio lib.

E nullis noſtris operibus, nullaq; pœnitentia, iuſtificatio obtineri poteſt: ſicut nec fide ſola ſine pœnitentia & propoſito uiuendi ſecundum mandata Dei. Hæc ille. Sic & omnes alii patres ſentiunt, quantum ad propoſitum bene uiuendi neceſſarium peccatoribus adultis iuſtificandis. Præfatus auctor Ruardus refert ſententiā Gabrielis Bielis, quaſi ipſe Gabriel conſtanter pronuntiet, ſolā criminis deteſtationem ſine omni alio actu, ſufficere ad peccatum delendū. Ponit enim Gabriel quinque actus pœnitentiæ, ut primus ſit, uelle uindicare, ſeu punire peccatum: Secundus, contritio, quæ eſt deteſtatio uel odium peccati, ideſt, nolle peccaſſe: Tertius, triſtitia inde ſuborta in uoluntate, & quandoque dolor in ſenſu uſque ad effuſionem lacrymarum, quæ triſtitia non eſt propriè actus uoluntatis, ſed paſsio conſequens deteſtationem peccati: Quartus, acceptatio huius triſtitiæ & doloris, quæ eſt quædam complacentia qua uult ſequi triſtitiam & dolorem, & complacet ſibi in illis: Quintus, exterior ſatisfactio pœnalis, & acceptatio eius. Deinde pluris ſaciendo ſecundum actum pœnitentiæ præ aliis, dicit, Ad deletionem peccati ſola criminis deteſtatio ſine aliis actibus pœnitentiæ ſufficit debitis uallata circunſtantiis, & nulli alii ſine ea. Hæc ille; Sed per reſpectū ad alios actus pœni-

Gabriel. lib. 4. diſt. 14. quaſt. 1. art. 1. notab. 1.

Ibidem. art. 2. concluſ. 5

F tentiæ, ut declarat: non autem per reſpectū ad propoſitum cauendi, ſeu bene uiuendi in futurum. Immo etiam ipſe maximè & magis probat prædictas ultimas determinationes, tum Ioannis Gerſonis, tum Ioannis Scoti, in quibus declaratur tale propoſitum neceſſarium eſſe peccatoribus adultis iuſtificandis. De hac autem ueritate adhuc magis inferius, ubi magis latè probatur, etiam ex multis aliis. Placet diuus Bernardus qui in ſermone de quatuor modis orandi, non permittit hominibus credere, quòd ſint ſibi remiſſa peccata ſua, niſi cum aliis requiſitis habuerint propoſitum cauendi in futurum.

Ibidem. quaſt. 2. art. 1. notab. 2.

Part. 2. lib. 1. per multa.

Bernar. Verba ſua ponūtur inferius. cap. 8.

CAETERVM quòd dictum eſt ſuperius ex Scoto, ipſum docuiſſe non oportere intellectum moueri à uoluntate ad credendum, ſed ſufficere uoluntatem nō contra mouere: ex relatione Caietani eſt poſitum, ut iam diximus: quia ipſe ita intellexit Scotum, & ita retulit: ſicuti re uera, Scotus ita determinauit. Verùm ut omnia dicamus, Scotus non poſuit hanc determinationem ſimpliciter, ſed ſolùm in caſu quo intellectus haberet fidem infuſam, & poſita fide acquiſita: ut conſtabit ſtatim omnibus, qui apud ipſum uidere uoluerint. In aliis autem caſibus uidetur Scotus conuenire cum communiter loquentibus, licet aliquo modo uideatur habere modum loquendi ſingularem, ſicuti habet non ſemel. Dicit enim ipſe, quòd actus credendi dependet ex duobus, ſcilicet ex habitu inclinante, & præſentia credibilis. Videns autem quòd omnes baptizati accipiunt habitū credendi infuſum, & quòd ſtatim alicui baptizato occurrunt uel occurrere poſſunt apud intellectum multa credibilia quibus non aſſentit: fatetur quòd credibile nunquam eſt ſufficienter præſens apud intellectum, niſi per aliquem doctorem aut reuelatorem cōſtiterit, quòd ſit articulus: & quia uidet non poſſe cōſtare de hoc niſi per fidem acquiſitam ex auditu, qua ſaltem credamus illud eſſe credibile, fatetur quoque & fidē acquiſitam eſſe neceſſariam. Rurſus uidens utranque fidem barum, tum infuſam, tum acquiſitam pertinere ad intellectum, obiicit contra ſe, dicens, Et ſi obiicitur, Ergo aliquis poteſt credere nolens: quæ ſunt in intellectu, præcedunt uelle. Reſpondet autem, quaſi ſequendo communem doctrinam in uerbis ſequentibus, Dico quòd non ſequitur, quia actus credendi dependet ex duobus, ſcilicet habitu inclinante, & credibili præſentato; non quomodocunque, ſed præſentato tanquam credibili: & ſic communiter non præſentatur niſi per doctrinam: Et adhuc, ſi ſic præſentatur, non neceſſariò credit intellectus, ut ſic, credere præcedit uelle:

Scotus.

Lib. 3. diſt. 25. quaſt. 2. vbi ſupra

G

Ibidem. diſt. 25. quaſt. 1. reſpondē do ad primū principale argumentū.

Ibidem, poſt ſolutiones argumentorum in fine totius quaeſtionis.

H quia proponens credibile intellectui, non demonſtrat ita ut cogat intellectum ad aſſentiē dum. Ideo non credit niſi uolens. Quamuis autem uoluntas ſic habeat imperium ſuper actum credendi, non tamen habet imperium ſuper oppoſitum actum, ſtante fide: ut intellectus diſſentiat credibili propoſito, per imperium uoluntatis: ſed ſolùm poteſt impedire intellectum, ne exeat in actum ſuum credendi elicitū circa credibilia propoſita. Hæc Scotus. Sic determinat Scotus, quòd in aliis caſibus nemo poteſt credere niſi uolens, niſi accedente uoluntate. Pro habituum infuſorum inclinatione, uideatur Caietanus ſuper ſanctum Thomam.

Prim. 2. quaſt. 89. art. 6.

QVICQVID autē ſit de Scoto, de quo tamen certum eſt, quod modo ex illo retulimus, in quo uidetur ſentire cum doctoribus communiter loquentibus: ſanctus Thomas nihilominus ita docuit ut diximus, & cum eo ſentit tota ſchola Chriſtiana ſimul; Vt omnes ſine diſcrimine confiteamur, neminem unquam crediddiſſe, aut credere, aut crediturū actu, niſi ipſe credere uelit: ut uoluntas quodam modo, tempore uel natura, præcedat ipſum actum credendi. Non enim actu credimus, niſi uolentes. Quod ad rem pertinet, ſanctus Thomas alibi, docet conſtanter quòd credere ſit actus intellectus aſſentientis ue-ro,

S. Tho. ſecunda 2. quaſt. 4. art. 5.

A ro, ex imperio uoluntatis. Et alibi fatetur, quòd actus uoluntatis præexigitur ad fidem: non tamen actus uoluntatis charitate informatus. Nec loquitur ibi ſanctus Thomas de fide infuſa, quam recipiunt & habent omnes paruuli baptizati ſine ullo præuio actu uoluntatis ſuæ: ſed loquitur de omni fide acquiſita, uel actuali, uel habituali. Denique loquitur, ut conſtat, de omni actu fidei, quicunque ille ſit. Idem docet Auguſtinus in Enchiridio, de fide, ſpe, & charitate: quòd nemo credit, ſperat, aut diligit, niſi uelit, niſi uolens: uidens & confitens quòd ad iſtos actus præcedit quidem uoluntas hominis tẽpore uel natura, ſed utique à Deo mota, præuenta, præparata. Idem docet etiam Hugo à ſancto Victore in ſuis quæſtionibus elucidatoriis ſuper Epiſtolam ad Romanos, omnino cum Auguſtino, de fide, ſpe, & charitate: circa illud, Corde enim creditur ad iuſtitiam. Verba eius ponuntur infra. Et quidem nullo modo poteſt dubitari, quin ita firmiter ſit dicendum, & conſtanter docendum. Experientia enim docet ubique & ſemper & apud omnes, quòd nemo credit niſi nolens, nec ſperat niſi uolens, nec amat niſi uolens in hoc ſæculo: ut quidem uoluntas ſit in ſuo genere, cauſa fidei actualis intellectus. Sic etiam intelligendus eſt Magiſter Sententiarum, & ad hanc, uel ad aliam etiam certam metam reducendus: niſi ipſe in hac materia relinquendus ſit, ſicuti & in nonnullis aliis meritò relinquitur. Et uerè abſque dubio hæc fuit eius mens,

B eiusq; doctrina manifeſta in eadem diſtinctione, paucis admodum uerbis interpoſitis. Fatetur enim ingenuè, ſicut par erat ipſum fateri, bonam cogitationem, bonamq; uoluntatem quandam, præcedere ut credamus: ſed non bonam uoluntatem meritoriam, formatam fide & charitate. Ita ergo docuerunt, Auguſtinus ubique, Magiſter ſententiarum, Hugo à ſancto Victore, ſanctus Thomas, Scotus, tota ſchola doctorum ſcholaſticorum, & tota ſchola doctorum qui poſitiui nuncupantur. Ita etiam docet omnis experientia omnium, & ita probant fermè innumera doctorum teſtimonia, quæ infra ponuntur ſuo loco, ubi probatur, liberè ſeu uoluntariè nos credere dum credimus, non coactè, non neceſſariò. Quod etiam ſatis declarat penè tota ſcriptura diuina. Monet enim nos ut credamus, laudat credentes, uituperatq; non credentes. Signum manifeſtum, quòd poſtquam Deus Optimus Maximus, nos docet, illuminat, excitat, præuenit, præparat: iam eſt in noſtra uoluntate conſentire uel non cõſentire, credere uel non credere. De his autem modo ſatis. Nunc iterum eò unde digreſſa eſt, redeat oratio.

Ibidem Art. 7. ad 5. argum. *Auguſt. cap. 32. tom. 3.* *Hugo de ſancto Victore.* *Rom. 10.* *Part. præſenti.* *Lib. præſenti.* *Magiſt. ſenten. lib. 2. diſt. 26. lit. F.* *Ibidem, lit. G.* *Part. 4. Lib. 1.*

C REQVIRITVR ergo obedientia hominis iuſtificandi inter Deum uocantem, & Deum iuſtificantem, ſicuti de hac re grauiſſima ſatis perſpicuum atque illuſtre habemus exemplum, in iuſtificatione Apoſtoli Pauli. Ibi enim certò nouimus, tum Deum uocantem, tum Deum iuſtificantem, ut notum eſt omnibus. Vocauit enim Deus Saulum poſtea dictum Paulum, modo illo mirabili, de quo legimus in actibus Apoſtolorum: nõ tamen illum ante iuſtificauit, quin prius tempore uel natura Saulus diceret ſaltem corde, ſicut dixit uoce, Domine, quid me uis facere? Cui Dominus, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Ecce in iuſtificatione Pauli, inter Deum uocantem, & Deum iuſtificantem, uidemus Paulum ex corde obedientem, & dicentem, Domine, Quid me uis facere? Ita factum eſt, ut in ipſo exemplo, ſciamus de aliis. Obediẽtia igitur mediare debet, Vt Deo obediamus ut noſtram uolũtatem diuinæ uoluntati obſequentem reddamus. Sic uidemus etiam Deum in ueteri teſtamento ubique obedientiam exegiſſe, ut, ibi, Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & his

D qui cuſtodiunt præcepta eius. Et ibi, Et nũc Iſrael, quid dominus Deus tuus petit à te, niſi ut timeas dominum Deum tuum, & ambules in uiis eius, & diligas eum; ac ſeruias domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: cuſtodiasq; mandata domini, & ceremonias eius, quas ego hodie præcipio tibi, ut bene ſit tibi. Et ibi, Conſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo uitam & bonum, & è contrariò mortem & malum: ut diligas dominum Deum tuum, & ambules in uiis eius, & cuſtodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia: & uiuas: Teſtes inuoco hodie cœlum & terram, quòd propoſuerim uobis uitam & bonum, benedictionẽ & maledictionem. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas, & ſemen tuum: & diligas dominum Deum tuum, atque obedias uoci eius, & illi adhæreas. Et alibi, Si audieris uocem domini Dei tui, & quod rectum eſt, corãm eo feceris, & obedieris mandatis eius, cuſtodierisq; omnia præcepta illius: cunctum languorem quem poſui in Aegypto, non inducam ſuper te. Ego enim ſum dominus Deus ſanator tuus. Et alibi, Nunquid uult Dominus holocauſta & uictimas, & non potius ut obediatur uoci Domini? Melior eſt enim obedientia, quàm uictimæ: & auſcultare, magis quàm offerre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſce-

Act. 9. *Ibidem.* *Deut 7.* *Deut. 10.* *Deut. 30.* *Exod. 15* *1. Reg. 15* *Eccl. 4.* *Oſee. 6.* *Matt. 19*

E lus idololatriæ, nolle acquieſcere. Abraham etiam propter obedientiam accepit repromiſ- *Gene. 22* ſionem benedictionis, ſicut legimus, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, quia *Gene. 26* obediſti uoci meæ. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, eo quòd obedierit Abraham uoci meæ, & cuſtodierit præcepta, & mandata mea, & ceremonias legesq́; meas ſeruauerit. Et ſimilia penè infinita, quæ ha- *Lib. præſenti.* bentur in prophetis, & de quibus paulò poſt nonnulla etiam dicenda uel adducenda ſunt. Obedientiam igitur exegit Deus ſemper & ubique ab hominibus in ueteri teſtamento, ut ipſi eſſent grati Deo, ut eius haberent beneuolentiam & gratiam, ad uitam & ad bona alia, in quibus ſine dubio intelligebantur etiam quædam magna bona ſpiritalia, ut iuſtificatio, gratia gratum faciens, remiſſio pec- *Ezech. 18* catorum. Vt conſtat etiam apud Ezechielē, apud quem dicit Dominus, Si autem impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor. Eodem modo exigit Deus obedientiam ab hominibus iuſtificandis atque ſaluandis in nouo teſtamento: ut conſtat apud Matthæū in locis allegatis paulò ante, capite 7. cap. *Matt. 7.* 11. cap. 19. Et alibi frequentiſſimè. Qui facit uoluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe F intrabit in regnum cœlorum. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego *Matt. 11* reficiā uos. Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde; & inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum *Matt. 19* leue. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata.

NVNQVID inter Deum uocantem & Deum iuſtificantem, ſic debet media ſe præbere obedientia, ut homo uocatus non prius iuſtificetur quàm legem ſeruauerit totam? *Obedientia cordialis ſufficit.* Abſit. Apud Deum qui ſcrutatur corda & renes, cui omne cor patet, & quem nullum latet ſecretum, ſufficit cordis obedientia, qua quis ſeſe Deo ſubiicit, Iam enim ſubinde *Bernardus,* pro facto habetur uoluntas. Diuus Bernardus probat, apud Deum in malis, uolunta- *Epiſt. 77* tem pro facto haberi; iuxta illud, Omnis qui *1. Ioā. 3.* odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et illud, *Matt. 5.* Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eā in corde ſuo. Probat autem ſtatim per hæc, hoc ipſum fieri in bonis, ut iam uoluntas pro facto habeatur. *Voluntas pro facto reputatur, aliquando.* Quandoquidem miſericors & miſerator dominus, promptior eſt ad remunerandum, quàm ad ulciſcendum: quam ob rem apud Deum qui charitas eſt, efficacior inuenitur G uoluntas in bono, quàm in malo. Voluntas igitur pro facto reputatur, quando factum excludit neceſſitas, aut impotentia, aut factum in tempus oportunum differtur. Quòd etiam in bonis uolūtas pro facto reputetur, conſtat ex illo, Sacrificium Deo ſpiritus con- *Pſal. 50.* tribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Et ex illo, Dixi confite- *Pſal. 31.* bor aduerſum me iniuſtitiam meā Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Hoc etiam exponens Auguſtinus, dicit ad propo- *Auguſt.* ſitum, Magna pietas Dei, ut ad ſolam promiſſionem, peccata dimiſerit: nondum pronuntiat ore, & tamen Deus iam audit in corde: quia ipſum dicere, quaſi quoddam pronuntiare eſt. Votum enim pro opere reputa- *Ambroſ. in comm. in Lucā cap. 20.* tur. Ambroſius ſuper Lucam, Petrus doluit, & fleuit, quia errauit homo. Non inuenio quid dixerit, ſcio quòd fleuit. Lacrymas eius lego, ſatisfactionem non lego. Con- *Auguſt. Ioan. 8. tract. 24* cinit Auguſtinus docens in explicat. ſuper Ioannem, quòd homicida eſt, qui fratri ſuo *lib. 19.* mala perſuadet. Et contra Fauſtum, quòd *cap. 23.* occidit, qui ad nocendum mouetur. Et in *Lib. 1. circa principium.* De libero arbitrio, quòd non minus delinquit, cui ſola deeſt facultas. Nec poteſt eſſe dubium quin in quacunque hora ſufficiat cordialis obedientia, ſicut in quacunque hora H ſufficit ad Deum cordialis conuerſio, de qua legimus, Nunquid uoluntatis meæ eſt mors impii, dicit dominus Deus, & non ut con- *Ezech. 18 & 33.* uertatur à uiis ſuis, & uiuat? Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ueſtris: & non erit uobis in ruinam iniquitas. Scindite corda ueſtra, & non ueſtimēta ueſtra. Conuertimini ad me, & ego con- *Ioel. 2.* uertar ad uos. Etiam omnes ſcimus à maxi- *Zacha. 1* mo uſque ad minimum, quòd in quacunque hora, tempore, uel inſtanti conuertitur peccator ad Deum, à Deo ſine dubio ſuſcipitur. Ad propoſitum ueritatis huius, collegit Gra- *Gratian. de pœnit. diſt. 1. à canone. 1. uſq. ad 34. & infra.* tianus multa, quæ facilè legi poſſunt in Decretis: uolens in multis, uoluntatem reputari pro facto, tum in bonis, tum in malis. Itaque poteſt quidem dubitari, Vtrùm bonitas uel malitia prius ſit in actu uoūltatis, uel in actu exteriori? Vtrùm tota bonitas & malitia exterioris actus, dependeat ex bonitate aut malitia uoluntatis? Vtrùm bonitas & *S. Tho. Prima. 2 quæſt. 20. art. 1. 2. 3* malitia ſit eadem exterioris & interioris actus? Vtrùm actus exterior aliquid addat de bonitate & malitia ſupra actum interiorem? Sicuti ſanctus Thomas mouet has prædictas *Scotus. quæſt. 18.* quæſtiones, circa quorum materiam Scotus in Quolib. & Gregorius Ariminenſis in ſen- *Gregor. lib. 2. diſt. 40. 41. 42.* tentiis, non pauca dicunt. Quantum autem pertinet ad hanc noſtram catholicam ueritatem

A tem, iam nullus dubitat quin uoluntas pro facto reputetur apud Deum, qui nouit corda omnium, cui omne cor patet, & quem nullum ſecretum latet, ut iam diximus, eſtq; notiſsimum. De qua etiam ueritate multa tradunt Doctores etiam ſcholaſtici in ſuis libris ſententiarum, oſtendentes atque declarantes, quo modo diuina ſacramenta operantur non ſolùm in re ſuſcepta, ſed etiam dum ſuſcipiuntur in uoto. Non ergo requirit Deus, nec expectat, ut homo uocatus iuſtificandus à peccatis, prius ſeruet in actu exercito, ſiue in exercitio totam legem Dei, aut aliquando illam ſeruauerit, ut ex dictis eſt notum.

Lib. 4. diſt. 4. & diſt. 18.

REQVIRIT autem Deus, & hoc expectat ab homine adulto iuſtificando, ut inter Deum uocantem & Deum iuſtificantem à peccatis, aut peccata condonantem, intercedat, mediumq; ſe præbeat homo Deo obediens, uoluntatem ſuam uoluntati diuinæ conformans, intendens cauere in futurum, habensq; propoſitum cauēdi à peccato. Propoſitum inquam, cauendi, uel formale, ut quaſi tota ſchola Chriſtiana teſtatur; uel ſaltem uirtuale, ut ſimpliciter tota ſchola Chriſtiana credit, nullo doctore excepto. Qui enim requirunt actuale, maximè requirunt uirtuale, ſi non adſit actuale. Virtuale autē B tale, quale reperitur in pœnitentia uel contritione, quæ eſt dolor ſeu odium peccatorum præteritorum, propter Deum, uel etiā in dilectione Dei ſuper omnia. Propoſitum igitur cauendi; ſiue bene uiuendi in futurum ſecundum legem diuinam, requirit & expectat Deus à nobis hominibus adultis iuſtificandis, ut iam ſatis eſt probatum per diuinas ſcripturas, tum noui, tum ueteris teſtamenti. Primùm enim dicit Saluator, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. quod pertinet ad Deum uocantem cum promiſsione bonorum ſuorum. Deinde dicit, Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. quod pertinet ad hominem obedientem ex corde. Poſtremò autem dicit, Et inuenietis requiē animabus ueſtris, quod pertinet ad Deum iuſtificantem & glorificantem. Saluator noſter ordinis auctor & ſeruator maximus, ex ordine dicebat omnia. Hic autē ordo eſt in uerbis eius præallegatis, ut ex illis conſtat: quia primùm dixit uocans, Venite ad me omnes, Secundò dixit quo ad noſtram obedientiam, Tollite iugum meum ſuper uos. Tertiò dixit quo ad iuſtificationē & glorificationem, Et inuenietis requiem animabus ueſtris. Vt media ſit noſtra cordialis obediētia, inter Deum uocantem & Deū

Matt. 11.

iuſtificantem. Ita omnes doctores ſancti C intelligunt iſtud Domini uerbum. Vnde diuus Bernardus in tractatu de diligendo Deo, primùm ponit uerba domini, Tollite iugum meum ſuper uos. ſed ſtatim inquit, ac ſi diceret, Non impono inuitis, ſed uos tollite ſi uultis; Alioquin non requiem, ſed laborē inueniretis animabus ueſtris. Ita dicunt omnes doctores prorſus ſine controuerſia, intelligentes per domini iugum, domini legem: ut neceſſarium ſit hominibus iuſtificandis, ut legē Domini ſibi aſſumant eamq; ſubeant, legi diuinæ ex corde obediendo, aut illi ſe ſubiiciendo, illud menti infixum habendo, ut in futurum à peccatis cauere uelint, uel bene uiuere ad præſcriptum legis Domini.

Bernar. aliquantulum ante finem. tom. 3.

ITA igitur inter Deum uocantem & Deū iuſtificantem, debet medium ſe præbere homo obediens, ſicut & homo credens: quia profectò homo credens, ſi non ſit obediens, non eſt aptus ad iuſtificationē à peccatis. Dæmones enim credunt, & contremiſcunt, & tamen non iuſtificatur. Sic uidemus Deum olim ſemper exegiſſe obedientiam ab hominibus, ut eſſent populus ſanctus, utq; haberent Deum ſpecialiter amicum: dilectionemq; ſuam ad bona ſpecialia ipſis donanda, præſtanda, aut tribuenda. Neque aliud uidemus in ſcripturis diuinis, quod ab hominibus frequentius exigeret Deus, quàm obe- D dientiam erga ſe. Ita exegit ab Adam in ſtatu primo, & quia non obediuit Adam cecidit ipſe, noſq; omnes ſuos poſteros fœdauit, polluit, maculis ſordibusq; reſperſit, peccatores reddidit, mortales effecit, nobis neceſsitatem moriendi concilians, in quo omnes peccauimus. Ita ad Abraham, Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno: ut ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. Et tu ergo cuſtodies pactū meū, & ſemē tuum poſt te in generationibus tuis. Sic ad Iſaac, ſic ad Iacob, Sic etiam à filiis Iſrael, & omni populo obediētiam requiſiuit. Vnde cùm Moſes aſcendiſſet ad Deum, uocauit eum Dominus de monte, & dixit, Hæc dices domui Iacob, & annūtiabis filiis Iſrael, Vos ipſi uidiſtis quæ fecerim Aegyptiis, quo modo portauerim uos ſuper alas aquilarum, & aſſumpſerim mihi. Si ergo audieritis uocē meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis; mea eſt enim omnis terra. Et uos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Hæc ſunt uerba quæ loqueris ad filios Iſrael, Venit Moſes, & conuocatis maioribus natu populi, expoſuit omnes ſermones quos mandauerat

Obedientia ſemper fuit requiſita à Deo. Iacob. 2.

Geneſ. 2. & 3.

Rom. 5.

Geneſ. 17.

Ibidem.

Exod. 19.

E dauerat ei dominus. Reſponditq; omnis populus ſimul, Cuncta quæ locutus eſt dominus, faciemus. Iterum, Locutusq; eſt domi- *Exod.20* nus cunctos ſermones hos, Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Non habebis deos alienos coràm me. Non facies tibi ſculptile. Ego ſum dominus Deus tuus, fortis, Zelotes, uiſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciens miſericordiam in millia his qui diligunt, & cuſtodiunt præcepta mea. Non aſſumes nomen domini Dei tui in uanum. Memento ut diem Sabbati ſanctifices. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Non cõcupiſces domũ proximi tui: nec deſiderabis uxorem eius, nou ſeruũ, non ancillã, non bouem, non aſinum, nec oĩa quæ illius ſunt. Ecce rurſus obedientiam requirit, & manda- *Deut.4.* ta proponit, atque explicat. Iterum, Et nũc Iſrael audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te: faciens ea, uiuas, & ingrediens poſſideas terram, quam dominus Deus patrum ueſtrorum daturus eſt uobis. Scitis quòd docuerim uos præcepta atque iuſtitias, ſicut mandauit mihi dominus Deus meus: ſic fa- F cietis ea in terra quam poſſeſſuri eſtis, & implebitis opere. Hæc eſt enim ueſtra ſapientia, & intellectus coràm populis, ut audientes uniuerſis præcepta hæc, dicant, En populus ſapiens, & intelligens, gens magna. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut dominus Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, ut habeat ceremonias, iuſtaq; iudicia, & uniuerſam legem quam ego proponam hodie ante oculos ueſtros? Cuſtodi igitur temetipſum, & animam tuam ſollicitè, Ne obliuiſcaris uerborum quæ uiderunt oculi tui, & ne excidant de *Ibidem paulò poſt* corde tuo cũctis diebus uitæ tuæ. Locutusq; eſt dominus ad uos de medio ignis, uocem uerborum eius audiuiſtis, & formam penitus non uidiſtis. Et oſtendit uobis pactum ſuum, quod præcepit ut faceretis, & decem uerba quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis. Mihiq; mandauit in illo tempore, ut docerem uos ceremonias, & iudicia quæ facere deberetis in terra quam poſſeſſuri eſtis. Cuſto- *Ibidem poſt.* dite igitur ſollicitè animas ueſtras. Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo, quòd Dominus ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius. Cuſtodi præcepta eius, atque mandata, quæ ego præcipio *Deut. 6.* tibi, ut bene ſit tibi. Iterum, Hæc ſunt præcepta, ceremoniæ, atque iudicia, quæ mandauit dominus Deus ueſter, ut docerem uos, G & faciatis ea in terra, ad quam tranſgredimini poſſidendam, ut timeas dominum Deum tuum, & cuſtodias omnia mandata & præcepta eius. Cuſtodi præcepta domini Dei tui, *Ibidem.* ac teſtimonia & ceremonias, quas præcepit tibi: & fac quod placitum eſt & bonum in conſpectu Domini, & bene ſit tibi: & ingreſſus poſſideas terram optimam, de qua iurauit Dominus patribus tuis. Præcepitq; nobis *Ibidem.* Dominus ut faciamus omnia legitima hæc, & timeamus dominum Deum noſtrum, ut bene ſit nobis cunctis diebus uitæ noſtræ, ſicut eſt hodie. Eritq; noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coràm Domino Deo noſtro, ſicut mandauit nobis. Iterum, Et ſcies quia Dominus *Deut.7.* Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & his qui cuſtodiunt præcepta eius, in mille generationes: & reddens odientibus ſe ſtatim, ita ut diſperdat eos, & ultra non differat, protinus eis reſtituens quod merentur. Cuſtodi ergo præcepta, & ceremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie, ut facias. Si poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & dominus Deus tuus pactum tibi & miſericordiã, quam iurauit patribus tuis; & diliget te, ac multi- H plicabit. Iterum, Et nunc Iſrael quid Domi- *Deut.10.* nus Deus tuus petit à te, niſi ut timeas dominum Deum tuum, & ambules in uiis eius, & diligas eum: ac ſeruias domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: cuſtodiasq; mandata domini, & ceremonias eius, quas ego hodie præcipio tibi, ut bene ſit tibi. Iterum, Hodie Dominus Deus tuus præce- *Deut.26* pit tibi ut facias mandata hæc atque iudicia, ut cuſtodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegiſti hodie, ut ſit tibi Deus, & ambules in uiis eius, ut cuſtodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. En dominus elegit te hodie: ut ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, & cuſtodias omnia præcepta illius: & faciet te excelſiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam ſuam: ut ſis populus ſanctus domini Dei tui, ſicut locutus eſt. Iterum, Conſidera quòd hodie propoſuerim in *Deut.30.* conſpectu tuo uitam & bonum, & è contrario mortem & malum: ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in uiis eius, & cuſtodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia: & uiuas, atque multiplicet te, benedicatq; tibi in terra ad quam ingrederis poſſidendam. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas, & *Ibidem.*

ſemen

A ſemen tuum : & diligas Dominum Deum
tuum , atque obedias uoci eius , & illi adhæ-
reas . Ita ſemper & ubique requirit dominus
ab hominibus obedientiam , ut ipſe ſit Deus
eorum , & ipſi ſint populus eius ſanctus , ut-
que illis ſpecialia beneficia tribuat , & ut illos
ſpecialius diligat , ad bona maiora , atque al-
tiora : in quibus non eſt dubiũ intellecta ſuiſ-
ſe olim bona etiam ſpiritalia , atque æterna :
& ſi frequẽtiſsimè de temporalibus fuerit ſer
mo expreſſus . In tantum autem dominus ex
preſsè petebat obedientiam , ut expreſsè ma
Deut. 27 lediceret non obedientibus . Dicit enim , Ma
ledictus qui non permanet in ſermonibus le-
gis huius , nec eos opere perficit . Ob quod
etiam contra eos qui ei non obediebant , &
tamen ei holocauſtomata atque uictimas of-
Hiere. 7. ferebant, dicit Deus, Holocauſtomata ueſtra
addite uictimis ueſtris , & comedite carnes :
quia non ſum locutus cum patribus ueſtris ,
& non præcepi eis in die qua eduxi eos de ter
ra Aegypti de uerbo holocauſtomatum & ui-
ctimarum . Sed hoc uerbum præcepi eis , di-
cens , Audite uocem meam , & ero uobis
Deus , & uos eritis mihi populus : & ambula
te in omni uia quam mandaui uobis, ut bene
ſit uobis . Et non audierunt , nec inclinaue-
runt aurem ſuam : ſed abierunt in uoluptati-
bus & in prauitate cordis ſui mali . Eodem
B etiam pertinet , quòd cùm Deus ab homini-
bus exigeret & obedientiã & uictimas , plus
tamen ac per prius obedientiam requirebat ,
ut conſtat apud Hieremiam in uerbis ſtatim
Eſaia. 1. allegatis, & apud Eſaiam, in uerbis etiam ma
1. Reg. 15 nifeſtis . Latius agens , dixit alius , Nunquid
uult dominus holocauſta & uictimas , & non
potius ut obediatur uoci domini ? Melior eſt
enim obedientia quã uictimæ ; & auſcultare,
magis quàm offerre adipem arietum: quoniã
quaſi peccatum ariolandi eſt , repugnare : &
quaſi ſcelus idololatriæ , nolle acquieſcere .
Eccl. 4. Alibi etiam , Cuſtodi pedem tuum , ingredi-
ens domum Dei ; & appropinqua, ut audias .
Multo enim melior eſt obedientia , quàm ſtul
torum uictimæ, qui neſciunt quid mali faciũt.
Oſea. 6. Alibi , Quia miſericordiam uolui , & non ſa-
crificium : & ſcientiam Dei , pluſquam holo-
cauſta. Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſsi ſunt
pactum meum , ibi præuaricati ſunt in me.
Eccl. 1. Alibi , Timor domini , ſcientiæ religioſitas:
Religioſitas cuſtodiet & iuſtificabit cor. Ti-
mor domini expellit peccatum: nam qui ſine
timore eſt , non poterit iuſtificari , Sic requi
rit dominus ſuam obedientiam , ſuum amo-
rem , ſuum timorem : non ſemel, ſed frequen
tiſsimè , Ad quid ? Quidem ad beneficia tem-
poralia , etiamq́; ad beneficia ſpiritalia conſe
quenda: maximè autem, ad maiora . Conſtat
ex prædictis ita fuiſſe olim in ueteri teſtamen C
to , ut obedientia eſſet requiſita tanquam me
dium ad prædicta bona: ad illas promiſsiones
obtinendas bonorum temporalium , bono-
rumq́; ſpiritalium in illis temporalibus intel
lectorum : inſuperq́; ut Deus ſpeciali modo
eſſet Deus illorum hominum, ut illos ſpecia-
liter diligeret, ut ſpecialiter illis benefaceret:
ad bonum corporum, ad bonum animarum,
ad quas ſemper magis reſpexit Deus. Ita legi
mus in Geneſi , Exodo , Deuteronomio , in
libris Regum , in Eccleſiaſte , in Oſea .

EODEMQ. modo legimus in Nouo te-
ſtamento de obedientia noſtra erga Deum re
quiſita à nobis hominibus adultis à Deo , ut
Deus ipſe ſit nobis Deus ſpeciali modo , ut
nos ſpeciali modo diligat , ut nos à peccatis
iuſtificet , ut nos de facto & in ſpeciali ſaluet
quantum ad efficaciam ſiue efficientiam , qui
iam omnes & ſingulos ſaluos fecit quantum
ad ſufficientiam . Obedientia igitur noſtra
ex corde debet mediam ſe præbere, ut à Deo
iuſtificemur . Adeo ut manifeſtè dicat Apo-
ſtolus de Saluatore noſtro , Factus eſt omni- *Hebr. 5.*
bus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æter-
næ . De obtemperantibus ſiue obedientibus
profectò loquitur ibi , non de aliis . Multa iã
diximus ad hanc ueritatem obfirmandam ex
nouo teſtamento , tum ex uerbis manifeſtis
Saluatoris noſtri , tum ex uerbis Pauli Apo- D
ſtoli eius apertiſsimis : quæ referre modo ſu-
perſedemus, quia ea repetere iterum, non eſt
opus . In hoc capite ſunt poſita, facileq́; uide
ri poſſunt . Sufficit nunc nobis , & debet qui-
dem ſufficere omnibus , illa regula Apoſtoli
ad Romanos, quia ipſe in Spiritu Dei loquẽs,
totum negocium ſeruorum Dei à ſeruis dia-
boli diſtinguit per obedientiam cordis diſcre
tam: ut obedientia diaboli faciat peccatores,
obedientia uerò Dei faciat iuſtos . Dicit nan
que expreſsè , An neſcitis , quoniam cui exhi *Rom. 6.*
betis uos ſeruos ad obediendum , ſerui eſtis
eius cui obeditis : ſiue peccati ad mortem, ſi-
ue obeditionis ad iuſtitiam . Ecce , obedien-
tia eſt, quæ totum iſtud negocium diſtinguit,
atque determinat . Proponit nanque Apoſto
lus quoddam per ſe notum , dicens, Cui exhi
betis uos ſeruos ad obediendum , ſerui eſtis
eius cui obediſtis . Etenim apud omnes na-
tiones notum eſt, hominem quemuis eſſe ſer
uum eius cui obedit : Sicut etiam legimus ,
Qui facit peccatum , ſeruus eſt peccati . Con
cludit autem hoc eſſe uerum , Siue homo ſit
ſeruus peccati , obediendo illi ad mortem :
ideſt cuius ſeruitus ducit ad mortem gehen-
næ : Siue ſit ſeruus obedientiæ, ad iuſtitiam :
ideſt, ad iuſtitiam in hoc ſæculo obtinendam,
& in futuro uitam æternam poſsidendã. Qui
dem

E dem ſi millies, aut ſi infinities hæc uerba Apoſtoli in quo nobis loquitur Chriſtus, ſemper hanc ueritatem reperiemus, ut totum iſtud negocium peccatorum hominum & iuſtorũ, filiorum gehennæ, & filiorum regni, ſeruorum peccati & ſeruorum Dei, diuidat obedientia. Vt ſi quis obedit obeditioni, eſt ſeruus obeditionis ad iuſtitiam: ſi autem quis obedit peccato, eſt ſeruus peccati ad mortẽ. Quid clarius unquam dici potuit? Obedientia igitur mala, eſt medium ad mortem, obediẽtia bona, eſt medium ad iuſtitiam. Ita prædicauit Apoſtolus, & ita credidit: nos etiam ita credimus, & ita prædicamus. Ad iuſtitiã ergo debet mediam ſe præbere obedientia.

Rom.6. Ibidem. Iterum dicit Apoſtolus, Gratias autem Deo quòd fuiſtis ſerui peccati. quaſi dicat, Sed modo non eſtis. quia gratiæ non ſunt agendæ de peccati commiſsione, ſed de peccati dimiſsione. Vnde poſtquam dixit, Gratias autem Deo quòd fuiſtis ſerui peccati. declarando modum quo iam non erant ſerui peccati, modum quo ſeruitutem peccati reliquerant & fugerant, dixit ſtatim, *Rom. 6. Ibidem.* Obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi eſtis. Ecce, obedientia tranſtulit, ſeu tra- F duxit Romanos illos olim à ſeruitute peccati ad iuſtitiam, à ſeruis peccati ad ſeruos iuſtitiæ: ſicut paulò poſt eiſdem dicit Apoſtolus, *Rom.6. Ibidem.* Nunc uerò liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem, finem uerò uitam æternam. Neceſſaria eſt igitur obedientia in hoc tranſitu, & ad hunc tranſitum: ut nullus intelligatur ſeruus Dei uel filius Dei adoptiuus, niſi intelligatur obediens Deo, obediens iuſtitiæ, obediens obeditioni. Qualis obedientia? Vtique efficax, ut explicatur in illo uerbo, Obediſtis. *Obedientia requiſita, qualis eſſe debet.* Voluntaria ſiue ex corde, quod explicatur in illo uerbo, Ex corde. Diſcreta, ut explicatur in illo uerbo, In eam formam doctrinæ in quam traditi eſtis. ideſt, catholicæ, Chriſtianæq;, per Saluatorem noſtrum, & Apoſtolos eius prædicatæ. Obedientia enim noſtra erga Deum, debet eſſe ſecundum legem Dei, quæ certè lex eſt & dicitur Dei uoluntas ſigni: eo uidelicet, quia eſt ſignum infallibile diuinæ uoluntatis. Quã ob cauſam alia fuit olim obedientia neceſſaria, alia eſt modo: quia olim debuit eſſe ſecundum legem ueterem, legem Moſis, teſtamentum uetus, legemq; factorum: nunc autem debet eſſe ſecundum legem nouam, legem Chriſti, teſtamentum nouum, legem fidei, legemq; Spiritus, Euangelium ſalutis. Neceſſe eſt enim ut tranſlato ſacerdotio, legis tranſlatio fiat. Obedientia autem debet eſſe ſecundum legem, quæ obtinet, ut eſt notum. Obtinet autem nunc lex fidei, lex Euangelica. G

Obedientia igitur eſt medium nobis hominibus ad ſalutem, ad iuſtitiam, ad remiſsionem peccatorum: ut fugiamus ſeruitutem peccati, & ueniamus ad ſeruitutẽ Dei: Obedientia uerò, ſecundum ſanctum Dei Euangelium, Ad eandem ueritatem eſt manifeſta demonſtratio ex altitudine, excellentia, & qualitate ſancti Euangelii. Euangelium nanque eſt quidem ſalutis, iuſtitiæ, pacisq; cum Deo: omnibus utiq;, Iudæo primùm, & Græco. Prodeſt autem Euangeliũ hominibus, non auditum ſolùm, ſed receptum: multi enim Euangelium audierunt, quibus Euangelium non profuit, quia illud non receperunt. Receptum ergo prodeſt Euangelium, non receptum, non prodeſt. Vt autem proſit receptum, debet recipi totum: quia neque prodeſt ſi partim recipiatur, & partim amittatur. Non poteſt autem totum Euangelium recipi, niſi interueniat obedientia. Monſtratur hæc ueritas manifeſtè hoc pacto, Sanctum Dei Euangelium continet quidem tanquam partes quaſdam ſui, hiſtoriam, doctrinas, promiſsiones, præcepta, conſilia: ut contineat utiq;, credibilia ſiue credenda, & præcepta. Nemo eſt qui non uideat H contineri hæc omnia in ſancto Dei Euangelio. At uerò certè ſicut ſanctum Euangeliũ non niſi fide recipitur quantum ad hiſtoriã, doctrinam, promiſsionem, & omnia credibilia: ſic ſanctum Dei Euangelium non niſi obedientia recipitur quantum ad præcepta, nec ut ſic, eſt receptibile alio modo. Euangelium igitur recipitur quantum ad credibilia, per fidem: & qui credit, iam eo ipſo, Euangelium quantum ad credibilia recipit, credens illud eſſe uerum. Quantum autem ad præcepta, quomodo poteſt unquam recipi ab homine adulto, niſi per obedientiam? parendum eſt enim præceptis obedientiam exigentibus, quemadmodum credibilibus credendum eſt, quæ exigunt fidem. Hæc eſt harum rerum natura, ut per ſe conſtat omnibus. Quamuis aliquis crdat diuina præcepta eſſe, tum uera, tum bona, non ea recipit, niſi illis ſe ſubiiciat, niſi illis ex corde obediat, niſi in ſuo corde proponat illis obedire, pro uiribus ſuis & Dei accedente auxilio. Ita igitur iam nunc formemus deductionem demonſtratiuam in materia, Euangelium ſalutis & iuſtitiæ non prodeſt hominibus ad ſalutem & iuſtitiam, niſi ab ipſis recipiatur totum, Euangelium ſalutis & iuſtitiæ continet præcepta diuina tanquam partem ſuam non paruam, ſecundum quam non poteſt recipi, niſi per obedientiam: ergo ut Euãgelium ſalutis & iuſtitiæ recipiatur totum, &

A & proficiat, neceſſaria eſt obedientia. Ideo
Rom.6. dicit Apoſtolus, Gratias autem Deo, quòd
fuiſtis ſerui peccati. Subintellige, Et iam non
eſtis. Quare iam non ſunt? Obediſtis autem
ex corde, in eam formam doctrinæ in quam
traditi eſtis. Obedientia fuit medium, ut hic
Rom.6 exprimitur. Sequitur etiam, Liberati autem
ſtatim. à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Quomo-
do iſtud eſſet conſequens, ut liberati à pecca
to, ſerui iuſtitiæ efficiantur: niſi quia obe-
dientia iuſtitiæ ſeu obeditionis, quæ facit iu-
ſtitiæ, ſeu obeditionis ſeruos, liberat ab obe
dientia peccati, quæ ſeruos peccati facit? Vi-
des quiſquis es lector Chriſtiane, duas obe-
dientias oppoſitas, de quibus agit Apoſto-
lus in eo loco ad Romanos: alteram peccati,
quæ facit ſeruos peccati ad mortem, alteram
obeditionis, ſiue doctrinæ Euangelicæ, quæ
facit ſeruos iuſtitiæ ad iuſtitiam & uitam. Tol
le obedientiam peccati, nullus erit ſeruus
peccati. Simili modo, Tolle obedientiam iu
ſtitiæ ſiue doctrinæ Euangelicæ, nullus erit
ſeruus iuſtitiæ. Quia conſtanter, generali-
Rom.6. ter, & uerè dicit Apoſtolus, Serui eſtis eius
cui obeditis. Obedientia facit ſeruitutem.
Obediẽtia peccati conſtituit ſeruos peccati.
Obedientia iuſtitiæ, cõſtituit ſeruos iuſtitiæ.
Hæc eſt prædicatio Apoſtoli, manifeſta, ue-
ra, diuina; totis uiribus prædicanda, & to-
to corde credenda. Eodem modo, Obedien
B tia Dei, facit ſeruos Dei; Obedientia Euan-
gelii, facit ſeruos Euangelii. Propter uerbũ
Apoſtoli generale, Serui eſtis eius cui obedi-
tis. Ergo obedientia eſt medium, uel de
pertinentibus ad medium, quo homines ef-
ficiuntur Dei ſerui, ſeruiq; iuſtitiæ: & ut ta-
lis debet prædicari neceſſaria à Chriſtianis
prædicatoribus, ſimul cum fide & dilectio-
ne. Quia qui non eſt ſeruus Dei, aut qui non
eſt ſeruus iuſtitiæ, non eſt filius Dei adopti-
uus, non eſt iuſtus, non eſt ſanctus, non ha-
bet locũ in regno, ubi habitat & regnat iuſti
tia. Vbi ſum ego, inquit Saluator noſter, il-
Ioan.12. lhic & miniſter meus erit. Euge ſerue bone &
fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra mul-
ta te conſtituam, intra in gaudium domini
Geneſ.18. tui. Ita & iuſti uiri ſerui Dei appellantur,
19. Abraham, Moſes, Iob, Dauid, Symeon.
Iob. 2. Et de Saluatore noſtro legimus, In ſcientia
Pſal.118. ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos mul-
Ezec.34 tos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Ec-
Luca.2. ce Saluator noſter, dicitur iuſtificare ſeruos
Eſaia.53 Dei, eorumq; iniquitates portare. Vt ſine
dubio intelligamus, eum iuſtificare illos qui
Deo obediunt, qui omnes & ſoli ſunt ſerui
Dei: cùm obedientia faciat ſeruos, iuxta
doctrinam Apoſtoli iam allegatam ſtatim.
Chriſtus igitur iuſtificat ſeruos dei, ut palàm
dicit Deus per Eſaiam, etiam eò loco quo a- C
gebat de paſsione & morte Saluatoris noſtri,
atque de fructu ipſius quantum ad efficaciam
ſiue efficientiam. Quid eſt autem eum iuſti-
ficare ſeruos Dei? Eſt ſine dubio, eum iuſti-
ficare obedientes Deo: quia Dei obedientia
facit Dei ſeruos, ut conſtat ex dictis Apoſto-
li. Vide quàm eleganter doctrina Apoſtoli
Pauli cõueniat cũ doctrina Prophetæ Eſaiæ:
non ſolùm in hoc loco ad Romanos, ex quo
hactenus egimus, ſed etiam & ad Hebræos.
Vide quòd ſicut de Saluatore noſtro dixit
Deus per Eſaiam, Iuſtificabit ipſe iuſtus ſer- *Eſaia.53*
uos meos multos, & iniquitates eorum ipſe
portabit: Sic de Saluatore noſtro dixit Deus *Hebr.5*
per Paulum, Factus eſt omnibus obtem-
perantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Ec-
ce eandem doctrinam prædicant Prophe-
tæ & Apoſtoli, prius illi, poſterius hi, E-
ſaias, Paulus. Omnes conformiter dicunt,
neceſſariam eſſe obedientiam erga Deum ho
minibus iuſtificandis aut ſaluandis. Iuſtificat
enim Chriſtus ſeruos Dei, ut dicit Eſaias Pro
pheta: Saluat autem Chriſtus obtemperan-
tes Deo, ut dicit Paulus Apoſtolus. Obe-
dientia uerò facit ſeruos, obedientia facit ob-
temperantes, ut de ſe eſt notum, & conſtat
ex dictis Apoſtoli iam ſæpe in hoc capite alle-
gatis. Serui eſtis eius cui obeditis.

QVOTQVOT igitur uolunt iuſtificari, D
aut ſaluari per Chriſtum, neceſſe eſt ut obe-
dientiam neceſſariam confiteantur: immo
neceſſe eſt ut obedientiam habeãt erga Deũ,
qua ſint ſerui Dei, qua ſint Deo obtemperan
tes. Quia ſeruos Dei iuſtificat Chriſtus, ob-
temperantes Deo ſaluat. De hac obedientia
infra latius, ubi reſpondetur ad obiectiones *Part.*
Caluini. Nunc dicta ſufficiunt, quia ſunt pro *præſenti.*
fectò manifeſta, ſunt maximè efficacia, ſuntq; *lib. 3.*
demonſtratiua: quantum præſens materia *cap. 17.*
patitur demonſtrationem. Sufficiunt uerba *& infra.*
Apoſtoli adducta, inter quæ ea nõ parum cõ-
ſideranda ſunt, quibus ipſe & de Saluatore
noſtro, & de nobis ipſis dixit, Et quidem cum
eſſet Filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt,
obedientiam, & conſummatus, factus eſt om *Heb.9.*
nibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æ-
ternæ. Ibi enim manifeſtè diſſerit de noſtra
obedientia neceſſaria nobis ad ſalutem æter-
nam conſequendam in Chriſto. Simile quo-
que illud eſt, & ualde manifeſtum, quòd cùm
Apoſtolus ita nos inſtituiſſet, ut haberemus
fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine *Heb. 10.*
Chriſti, non dixit quòd accedamus cum ſola
fide aut ſola confidentia, Sed dixit, Acceda-
mus cum uero corde in plenitudine fidei, a-
ſperſi à conſcientia mala, & abluti corpus a-
qua munda, teneamus fidei noſtræ confeſsio

e nem

E nem indeclinabilem: fidelis enim eſt qui repromiſit. Ecce quomodo uult nos accedere, ut accipiamus promiſsionem hæreditatis, iuſtitiæ, ac gloriæ, in ſanguine Chriſti. Quo modo? Cum uero corde, in plenitudine fidei, aſperſi à conſcientia mala, abluti corpus aqua munda. Eodē ſpectat, quòd cùm paulò poſt
Heb. 10. in eodem propoſito dixiſſet, Nolite itaque amittere confidentiam ueſtram, quæ magnā habet remunerationem. Dixit ſtatim neritatem hanc explicando, Patientia enim uobis neceſſaria eſt, ut uoluntatem Dei facientes, reportetis promiſsionem. Ecce non reportamus promiſsionem, niſi facientes uoluntatem Dei: & talis eſſe debet noſtra confidentia, ut remunerationem habeat, & ut ei falſum ſubeſſe non poſsit.

Oſtenditur, Gratiam gratum facientem ſeu iuſtitiam gratificantem, aut gratiam iuſtificantem, qua iuſtificatur homo formaliter à peccatis, non conſiſtere in ſola confidentia qua quis maximè fidit diuinis promiſsionibus, ualidè credendo eas eſſe ueras.

CAP. IIII.

CVM hac noſtra tempeſtate nonnulli ſint, qui dæmonis
F technis excæcati, indefeſſo ſtudio nixuq; uias Domini rectas peruertere non deſinunt, & Chriſtianas animas ad gehennam protrahere conantur, ſeiungentes fidem diuinarum narrationum à fide diuinarum promiſsionnm, illam appellantes fidem hiſtoricam, hanc uerò confidentiam, atqne in hac (quam uocant confidentiam) iuſtificationem, & remiſsionem peccatorum conſtituentes: placet hac de re priuatim agere, deq; hac confidentia ex ordine oſtendere nonnulla; primùm quòd eadem eſt fides habitualis infuſa qua diuinas narrationes credimus, & qua diuinis promiſsionibus fidimus, ſecundum quod & ſi fides qua diuinis promiſsionibus fidimus, eſſet diſtincta à fide qua diuinas narrationes credimus, adhuc nequaquam iu ea ſola conſiſteret infuſa iuſtitia, aut gratia gratum faciens. Quantum ad primnm, quòd eadem ſit fides habitualis infuſa, qua diuinas narrationes credimus, & qua dininis promiſsionibus fidimus, ueritas adeo manifeſta eſt, ut nunquam putem eam poſſe uocari in dubium, alioqui qui hac de re ambiget, ſimul dubitare de cœlo poterit an moueatur? aut de terra, an ſit grauis? Probat enim Paulns ſcribens ad Hebræos hanc ueritatem, ita expreſſè, ut nullum penitùs relinquat dubitandi locum: ibi nanque de fide acturus & quantum
ad actnm credendi narrationes, & quantum G
ad actum fidendi promiſsionibus; eiuſq; neceſsitatem & utilitatem oſtenſurus, fidem ipſam prius definit, dicens, Eſt autem fides *Heb. 11.*
ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Ecce quemadmodum definiuit fidem in principio, tanquam quid uniuocum, quod prius eſt definiendū quàm diuidendum; nō tanquam quid æquiuocum quod è contra prius diuidendum quàm definiendum eſt. Definita autē fide, ſtatim continuat ſermonem, tam ad actus credendi, quàm ad actus confidendi; id eſt, tam circa narrationes, quàm circa promiſsiones, procedendo de fide, dicens, In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. Fide, intelligimus aptata eſſe ſæcula uerbo Dei, ut ex inuiſibilibus uiſibilia fierent. Fide, plurimam hoſtiam Abel quàm Cain, obtulit Deo, per quam teſtimonium cōſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimoniū perhibēte muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide, Enoch translatus eſt ne nideret mortem, & non inneniebatur, quia trāſtulit illnm Deus: ante translationem enim, teſtimonium habuit placuiſſe Deo. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inqui- H
rentibus ſe remunerator ſit. Fide, Noe reſponſo accepto deiis, quæ adhuc nō uidebantur, metuens aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mundum: & iuſtitiæ, quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus. Fide, qui uocatur Abraham, obediuit, in locum exire qnem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, neſciens qno iret. Fide, demoratus eſt in terra repromiſsionis tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſsionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & couditor Deus. Fide, & ipſa Sarra ſterilis uirtutem in conceptione ſeminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit eſſe eum qui repromiſerat &c. In his profectò uidemus Apoſtolum Paulum uni & eidem fidei, quam una defiuitione definierat, attribuere utrunq; actum: illum ſcilicet quo credimus diuinas narrationes, atque illum quo confidimus de diuinis promiſsionibus. Quo modo attribuit illi fidei, actum qno credimus diuinas narratioues? Quia dicit, Fide, intelligimus aptata eſſe ſæcula uerbo Dei, nt ex inuiſibilibus uiſibilia fierent. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt. Et ſimilia. Hæc enim non ſunt promiſsioues, ſed narrationes rerum geſtarum ad hiſtoriam pertinentes, atque declarationes diuinarum per-

A perfectionum, quæ pertinent ad doctrinam
& cognitionem eorum quæ ſunt & ab æter-
no fuerunt, quale eſt, Deum eſſe. Credere
enim de Deo, quòd eſt, & quòd ſuo uerbo
aptauit ſæcula, quando ex nihilo, In Princi-
Geneſ. 1. pio creauit Deus cœlum, & terram; fecit lu-
cem, & diuiſit lucem à tenebris; fecit firma-
mentum in medio aquarum, diuidens aquas
ab aquis, congregauit aquas quæ ſub cœlo
ſunt in locum unum, & apparuit arida; fecit
terram germinare herbam uirentē & facien
tem ſemen, lignumq; pomiferum faciens fru
ctum iuxta genus ſuum; fecit luminaria in fir
mamento cœli diuidentia diem & noctem,
in ſigna & tempora, & dies & annos; fecit
producere aquas reptile animæ uiuentis &
uolatile ſuper terram, creauit cete grandia,
& omnem animam uiuentem atque motabi-
lem quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas,
& omne uolatile ſecundum genus ſuum; fe-
cit terram producere animam uiuentem in
genere ſuo, iumenta & reptilia & beſtias ter-
ræ ſecundū ſpecies ſuas; fecit beſtias terræ iu-
xta ſpecies ſuas, & iumēta & omne reptile ter
ræ, creauit hominē ad imaginē & ſimilitudi-
nē ſuam, maſculū & feminā creauit eos; per-
Geneſ. 2. fecit cœlum & terrā & omnē ornatum eorū;
B compleuit die ſeptimo opus ſuum quod fece
rat, & requieuit die ſeptimo ab uniuerſo ope
re quod patrarat; poſuit hominem in paradi-
ſum uoluptatis, ut operaretur & cuſtodiret il
lam: Credere inquam, hæc & ſimilia, utique
eſt credere aptata eſſe ſæcula uerbo Dei, ut
ex inuiſibilibus uiſibilia fierent, atque ad hi-
ſtoriam pertinet, & ad fidem rerum geſtarū.
Videmus autem, quòd Apoſtolus intelligen
tiam & credulitatem horum, illi eidem fidei
tribuit, quam ſtatim definierat, & de qua age
bat. Dicit enim, Fide, intelligimus aptata
eſſe ſæcula uerbo Dei, ut ex inuiſibilibus, uiſi
bilia fierent. Qua fide? Ea omnino quam
ſtatim definiuit, dicens, Eſt autem fides, ſpe
randarum ſubſtantia rerum, argumentum
non apparentium: de hac enim agebat & nō
de alia. Ergo manifeſtum eſt, Paulum illi fi-
dei tribuere actum quo credimus narratio-
nes diuinitus reuelatas pertinentes ad rerū
geſtarum hiſtoriam. Sed quomodo attribuit
illi eidem fidei, actum quo diuinas promiſſio
nes de futuro credimus, ſeu quo de illis ſpem
habemus, illisq; fidimus? Quia dicit, Sine
fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Cre
dere enim oportet accedentē ad Deum quia
eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Fi-
de, Noe reſponſo accepto de iis quæ adhuc
non uidebantur, metuens, aptauit arcam in
ſalutem domus ſuæ. Fide, & ipſa Sarra ſteri-
lis uirtutem in conceptione ſeminis accepit,
etiam præter tempus ætatis; quoniam fidelē C
credidit eſſe eū, qui repromiſerat. Fide, ob-
tulit Abraham Iſaac, cū tentaretur, & unige-
nitū offerebat in quo ſuſceperat repromiſſio-
nes: ad quē dictum eſt, in Iſaac uocabitur tibi
ſemen: arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare
potens eſt Deus. Fide, Moſes grandis factus,
negauit ſe eſſe filiū filiæ Pharaonis, aſpiciebat
enim in remunerationē. et ſic de multis aliis.
Qui per fidem uicerunt regna, operati ſunt iu
ſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones. In his.n.
& multis ſimilibus, de actu credendi loquitur
Paulus, quo in diuinas promiſſiōes tēdimus
illis fidentes, ſic etiam ut illarum percipienda
rum gratia, multa & magna & grauia fecerint
olim ſancti patres & paſſi fuerint: atque hunc
eundem actum in eandē quoq; fidem refert,
de qua agebat. In quam fidem? Procul du-
bio, in eam quam in principio totius capitis
definiuit, dicens, Eſt autem fides, ſperan-
darum ſubſtantia rerum, argumentum non
apparentium: de hac enim ſermo Apoſtoli
erat in toto illo capite, quam non alia de cau
ſa ſtatim in principio capitis definiuit, niſi ut
illam in ſequentibus intelligendo commen-
daret. Scilicet, tam in actu credendi diui-
nas narrationes, exemplo eorum, qui eas D
crediderunt: quàm in actu confidendi de di-
uinis promiſſionibus, exemplo eorum, qui
de illis confiderunt. Ergo una fides eſt, &
una uirtus, quam Apoſtolus hoc loco defi-
nit, & cui utrunque actum attribuit, tum
illum quo diuinas narrationes geſtarum re-
rum & doctrinas diuinarum perfectionum
credimus, tum illum quo de diuinis promiſ-
ſionibus confidimus. Declaratur etiam hoc
ita eſſe, quòd cùm Paulus fidem prædicaſſet
neceſſariam dicens, Sine fide autem impoſ-
ſibile eſt placere Deo: ſic ſubiunxit, credere
enim oportet accedentem ad Deum, quia
eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Ec-
ce quam fidem prædicat Paulus neceſſariam,
accedentibus ad Deum. Quam? Qua cre-
dant de Deo, quia eſt, quod certè pertinet
ad cognitionem diuinarum perfectionum in
ſe: & qua credant de Deo, quia inquirentibus
ſe remunerator eſt; quod pertinet ad cogni-
tionem diuinarū promiſſionum quoad nos.
In his, duo actus explicantur in hominibus
eſſe neceſſarii, alter circa diuinas perfectio-
nes, alter circa diuinas promiſſiones, utrun-
que explicat Apoſtolus per credere, dicens,
Credere enim oportet accedentem ad Deum
quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit:
atque utrunque refert in unam fidem dicens,
Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo.
Vna eſt ergo & eadem fides, quæ credit Deū
eſſe, & quæ credit Deum inquirentium ſe, eſſe

E remuneratorem: quæ credit diuinas narrationes rerũ geſtarum & diuinarum perfectionũ, & quæ credit diuinas promisſiones: quæ diuinas promisſiones ueras eſſe credit, & quæ illis quas credit, fidit. Idem eſt enim credere, quod confidere, ſicut conſtat, & ſicut paulò poſt oſtendetur. Vt autem hæc clariora fiant, quæ utiq; ſunt uerisſima, aliter procedamus ad idem, oſtendẽtes unam eſſe habitualẽ uirtutem infuſam, quæ nobis hominibus datur à Deo, ad credendum quæ ipſe nobis narrat, præterita, præſentia, atque futura, & ad fidendum eius promisſis. Habitus in uniuerſum diſtinguũtur per actus, actus autem per obiecta: neque posſumus hanc regulam generaliſſimam infringere, neque aliam ualidiorem ad oſtendendam differentiam habituum comminiſci, mente'ue concipere ualemus. Huic aptatur alia per conſequens non minus clara, ut citra errorem identitatem quam uocant habitus, per identitatem actus & obiecti probemus. Ita fit, ut in cognoſcenda identitate, aut differentia habituum; ſimilitudinem, aut disſimilitudinem; ſuperioritatem, aut inferioritatem; proportionem, aut diſparitatem, ad obiecta recurramus eorum, tanquam metrum, menſuram, & primum regulatiuum: ut per obiecta, iſta omnia iudicemus, ut ſi ſunt idem, eundem actum, & idem actus eundem habitum cauſent, ſi ſimilia, ſimiles, ſi disſimilia, disſimiles, ſi ſuperiora, ſuperiores, ſi proportionata, proportionatos, ſi diſparata, diſparatos &c. Ad obiecta autem recurrẽtes quæ ad habitus cognoſcendos deſeruiunt, formalia obiecta quærimus, non materialia: quia ſola formalis ratio cognoſcendi, in obiecto uariat ſpeciem in cognitione, ſi eſt uaria, & non materialis. Eiuſdem enim ſpeciei eſt cognitio albi intuitiua ſenſitiua, quando cognoſco album, lignum, ferrum, papyrum, parietem, hominem, uel equum, ſi ſolùm album reſpicimus in quantum album: quæ tamen uaria eſt in ſpecie à uiſione nigri, quanquam illud nigrum quantum ad materiale, eiuſdem ſpeci ſit cum eadem re alba. Vnde ſæpe uariæ ſunt ſcientiæ de eiſdem rebus, ſub alia & alia ratione conſideratis: quemadmodum eadem oratio ſecundum rationem congrui pertinet ad grammaticum, ſecundum rationem ornatus, ad Rhetorem, ſecundum rationem ueri aut falſi ad Logicum: etiam Philoſophus & Aſtrologus de aſtris tractant, ſed uariat ſcientia aſtrologiæ propter aliam rationem ſub qua cõſiderat ſpeculaturq; aſtra. Obiecta ergo formalia conſideranda ſunt; quando ad diſtinctionem ſpecificam actuum & habituum uel eorundem ſpecificam identitatem, obiecta conſideramus. At uerò, G nullus non nouit Chriſtianus, formale obiectum Chriſtianæ fidei qua credimus Deum, eſſe ueritatem reuelatam ab ipſo Deo; ſiue ueritas talis præteritum, ſiue futurũ reſpiciat, ſiue præſens; ſiue ſit rerum geſtarum, ſiue ſit futurorum, ſiue æternorum, ſiue temporalium, ſiue humanorum, ſiue diuinorum. Nihil enim horum refert, quia ſolum obiectum formale reſpicimus, quod eſt, ueritas reuelata diuinitus. Quicquid tale eſt, ad unam fidẽ pertinet Chriſtianam, quæ omnia diuinitus reuelata reſpicit, & ad omnia inclinat, præbetq; facilitatem, de qua Paulus ad Epheſios ait, Vnus Dominus, una Fides, unum Baptiſma, unus Deus & pater omnium. Vna (inquit) fides. Quo modo poteſt eſſe una fides, quæ tam uaria reſpicit credibilia? de creatore, de creatura, de Deo, de angelis, de hominibus, de cœlo, de terra, de inferno, de præteritis, de præſentibus, de futuris? Quia fides reſpicit id quod formale eſt in omnibus quæ credit, quod eſt eſſe reuelatum, & quod uniforme eſt, in omnibus in quibus eſt. omnia enim reuelata ſunt reuelata, omnia innituntur medio infallibili, quod eſt, auctoritas diuina. Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non præteribunt. Simile eſt omnino de habitu charitatis infuſo, qui unus & idem exiſtens, Deum diligit & proximum propter Deum, creatorem ſcilicet & creaturas: neq; uariatur dum proximum propter Deũ diligimus; quia dum proximum propter Deum diligimus, Deum ipſum magis diligimus: & ſic non uariatur eius formale obiectum quod eſt Deus, & per inde nequaquam uariatur ipſe habitus. Vnus ergo eſt habitus fidei infuſus in quouis Chriſtiano credente circa omnes ueritates reuelatas à Deo, quia una eſt ratio formalis obiectiua tendendi in omnes, ſcilicet eſſe reuelatum: quod reuelatum eſt à Deo, credimus fide Chriſtiana, quod non eſt reuelatum à Deo, nullo modo credimus tali fide. Aut, quæſo, nunquid nõ eſt eadem fides Chriſtiana, qua credimus hãc ueritatem eorum, quæ præterita ſunt, In principio creauit Deus cœlum & terram? & qua credimus hanc ueritatem præſentis rei, nempe quòd Deus eſt trinus & unus? & qua credimus hanc ueritatem futuræ, Antichriſtus erit? Maximè. Vna enim eſt & eadem fides habitualis infuſa pro omnibus his, neque poteſt maior ignoratio dari quàm quæ contrarium dixerit. Hæc autem cum ſint tam uaria enuntiabilia, quia aliud præteritum, aliud præſens, aliud futurum, aliud res æternas, aliud res temporales reſpicit, quid eſt in cauſa, ut ea omnia unum habeant habitum fidei,

Auguſt. in Enchiridio, cap. 8. tom. 3.

F

Epheſ. 4.

H

A dei, quo credentur? Quidem, quia in una ratione formali obiectiua conueniunt. Quænã illa eſt? Proculdubio eſt, eſſe reuelatum: hæc eſt ratio potiſsima, & unica; quam ſi tollimus, nullam aliam reperiemus. Ergo in omnibus enuntiabilibus erit idem iudicium, in quibus fuerit eadẽ formalis ratio obiectiua; nõ profectò, non eſt maior ratio de his quàm de illis, quàm de unis quàm de aliis, quàm de quibuſdam, quàm de omnibus. Sic autem manet conſequens, quòd una eſt fides habitualis infuſa circa omnia enuntiabilia diuinitus reuelata, ſiue ad futurũ, ſiue ad præſens, ſiue ad præteritũ, ſiue ad res diuinas, ſiue ad res humanas, ſiue ad æternas, ſiue ad temporales pertineant. Cùm uerò diuinæ promiſsiones, ſint quædam enuntiabilia diuinitus reuelata, conſtat eandem eſſe fidem habitualem infuſam de illis, quæ eſt de cæteris aliis enuntiabilibus diuinitus reuelatis. Vel detur ratio, quæ eneruare ualeat inuictiſsimam hanc demonſtrationem, & probet contrarium: quam, certò nouimus, dari non poſſe. Aut ergo diuinæ promiſsiones non ſunt enuntiabilia diuinitus reuelata, aut ſi ſunt, ut re uera ſunt: illæ ad eundem habitum fidei pertinent, ad quem pertinent alia diuinitus reuelata enuntiabilia. Eligant aduerſarii, quod horum maluerint. Vel ipſi ſe damnent, uel ipſi ſe emendent: ipſis datur optio, ut ſuam ipſorum mentem pandant. Eandem noſtram ueritatem alio etiã pacto ediſſeramus. Si eſſet aliquis habitus infuſus ad confidendum diuinis promiſsionibus, diſtinctus ab habitu infuſo quo alia enũtiabilia diuinitus reuelata credimus, ille profectò nõ ad gratias gratis datas, ſed ad uirtutes pertineret. Eſſet enim habitus pertinens ad mentẽ bene inſtitutam, ſeu, quod idem eſt, pertinens ad bonam inſtitutionem mentis: quæ niſi diuinis promiſsionibus abſq; dubio fidat, nullo modo bene inſtituta eſſe poteſt. Eſſet etiam, quædam æqualitas uitæ undiq; conſonans rationi: ſine qua humana uita nequit habere æqualitatem rationi conformem. Eſſetq; bona qualitas mentis qua rectè uiuitur, qua nemo malè utitur. Hæc autem adducuntur definitiones uirtutis, ſicut & multæ aliæ, quæ cum iſtis coincidunt, quantum ſpectat ad propoſitum: Quam ob rem ſi ille habitus eſſet ſeiunctus à fide, qua credimus diuinas hiſtorias diuinasq; doctrinas alias; utique quoque eſſet diſtincta uirtus. Immo eſſet diſtincta uirtus theologica, Deum habens pro obiecto & fine non minus quàm charitas, aut ſpes, aut fides qua credimus Deum per ſuas hiſtorias nobis loquentem, narrantem aut docentem. Hoc autem non poteſt admitti in Eccleſia Chriſtiana, neque in Chriſtiana ſchola: repugnat nanque dictis Apoſtolorum, & Apoſtolicorum uirorum. Tum quia Paulus nõ poſuit niſi tres uirtutes theologicas, nominando eas ſuis propriis nominibus, easq; enumerando, dicens, Nunc autẽ manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas. Tum quia ſapientes qui hactenus fuerunt Chriſtiani, aut Ethnici, nunquam poſuerunt nouam uirtutem diſtinctam ab aliis, niſi noua neceſsitate cogente: quæ profectò non cogit in hac materia, ut ſtatim apparebit. Quæſo, ſi hæc cõfidentia eſt alia uirtus diſtincta, tam utilis, tamq; neceſsaria, ut prædicant adiuerſarii, quomodo illam non nouit Paulus? Aut ſi illam nouit, quomodo nos de illa non admonuit? præſertim tunc, cum nobis demonſtraret uiam excellentiorem? cum hortaretur nos, æmulari chariſmata meliora? cum exponeret & proponeret diuiſiones gratiarũ, diuiſiones miniſtrationũ, diuiſiones operationũ, quæ operatur unus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis pro ut uult, ſapientiam, ſcientiam, fidem, gratiam, ſanitatum, operationem uirtutum, prophetiam, diſcretionem ſpirituũ, genera linguarum, interpretationem ſermonum, gradus Eccleſiæ, Apoſtolos, Prophetas, Doctores, uirtutes, gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum? Quando propoſuit loqui de ſpiritalibus, ſpiritalia declarauit, & excellentiorem uiam demonſtrauit? Vbi erat tunc hæc confidentia? Aut quomodo illam nõ poſuit Apoſtolus intra uiam excellentiorem? Procedẽs enim ad demonſtrandam excellẽtiorem uiã, tres uirtutes in ſumma collegit, fidẽ, ſpem, charitatem; & præ cæteris charitatem exaltauit, dicens, Nunc autem manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas. Hæc eſt uia excellentior, quam in ſpiritalibus demonſtrat Apoſtolus: ſed in hac uia excellentiori minimè ponitur hæc cõfidentia qua de diuinis promiſsionibus confidimus, ſi ea à fide qua alia credibilia credimus, diſtinguitur. Quare? Quia Paulus hic, ſolas tres uirtutes ponit, fidem, ſpem, charitatem. Quid hic reſpondere poſſunt aduerſarii? Nunquid, dicent Paulum in hoc loco, non fidem, qua alia credibilia credimus, ſed cõfidentiam, qua de diuinis promiſsionibus confidimus, intellexiſſe nomine fidei? Si ita dicunt, ipſi ſe damnant, & duplici gladio ſe iugulant; primo, quia ab illa excellentiori uia excludunt fidem, qua diuinas narrationes & diuinas doctrinas de ipſo Deo cognoſcimus, de qua certiſsimum eſt, ibi loqui Apoſtolum.

Marginalia: B; C; D; *1. Cor. 13.*; *1. Cor. 12.*; *Auguſt. in de ſpiritu et anima, cap. 4.*; *Auguſt. in de quãtitate animæ.*; *Auguſt. in de lib. arbit.*

E ſtolum, propter ea quæ dicit, Ex parte enim cognoſcimus, Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte; tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum: ſecundò, quia ſi Paulus ibi nomine fidei, intelligit hanc confidentiam de diuinis promiſsionibus, cum ibi quoque Paulus expreſsè dicat, charitatē eſſe maiorem illa & perfectiorem, & quæ ipſi fidei & ſpei conciliat ualorem, manifeſtum eſt, non poſſe ipſam confidentiam iuſtificare ſolam. Non prodeſt igitur aduerſariis huiuſmodi reſponſio, niſi ad hoc tantum, quod ipſi per eam ſe produnt, ſe damnant, & propriam coguntur mutare ſententiam; ut iam nobiſcum fateantur, nullo modo diſtingui ſecundum habitum eam fidem qua diuinis promiſsionibus fidimus, à fide habituali qua alia credibilia credimus. Quatenus una ſit fides habitualis omnium enunciabilium diuinitus reuelatorum, ſicut una eſt ſpes, una charitas, unum baptiſma, unus Deus: & quæ nomine fidei intelligatur, dum Paulus dicit, Nunc autem manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas. Huc etiam ſpectat, quòd omnis & tota ſchola ſapientum, ibi ſemper poſuit unam & eandem uirtutem, ubi una & eadem eſt difficultas operandi bonas operationes, aut uincendi ſeu moderan-

F di paſsiones. Vnde quia eadem eſt difficultas uincendi aut ordinandi paſsiones uenereas, ponitur una uirtus caſtitas: quia eadem eſt difficultas uincendi, aut ordinandi timores mortis, ponitur una uirtus fortitudo: quia eadem eſt difficultas uincendi aut ordinandi delectabilia guſtus; ponitur una uirtus abſtinentia; quia eadem eſt difficultas uincendi aut ordinandi appetitum uindictæ, datur una uirtus patientia. Et ſic de aliis omnibus. Quod non parum cognoſcitur in eo, quòd, quia eadem eſt difficultas rationis dictandi recte in omni materia moralium uirtutum, una ſola ponitur uirtus prudentia, quæ omnia reſpicit, omniaq; ordinat, omnes affectiones, omnesq; paſsiones ad mediocritatem rationis reducendo, ut fiat quod oportet, quando oportet, propter quod oportet, &c. Hæc eſt regula totius moralis ſcientiæ, in qua tota fundatur moralis doctrina, de unitate, paucitate, aut multitudine moralium uirtutum, aut etiam intellectualium aſsignandarum: neque nos mortales ſi ſapienter loquimur, his de rebus aliter loqui poſſumus. Ad propoſitum autem loquentes ſecundum hanc doctrinam, tam ueram, quàm communem; quia eadem eſt difficultas ex parte humanarum mentium, credere Deo narranti, credere Deo docenti, aut credere Deo promittenti;

G nullo modo eſt ponenda alia uirtus qua credamus Deo promittenti, diſtincta ab illa qua credimus Deo narranti, aut docenti. An nō eſt eadem difficultas, fidere Deo promittenti, & credere Deum narrantem aut docentē? Immo eadem eſt difficultas. Tum quia non minus ſunt remota à noſtris ſenſibus, narrationes & doctrinæ, quas nobis narrat, & quas nos docet Deus, quàm promiſsiones quas nobis promittit: neque magis propinquæ nobis ſunt hæ quàm illæ. Rationi etiam noſtræ naturali pro hoc ſtatu, neque magis, neque minus repugnare uidetur alterum quàm alterum; cum tamen, neutrum horum rationi repugnet, neque illi ſit contrarium, ſed ualde conſona omnia. Tum quia pro omnibus reuelatis enuntiabilibus, narrationibus, doctrinis, promiſsionibus, uno & eodem principio probatiuo diuino nitimur, ſcilicet diuinæ auctoritati: hoc eſt enim uuum, quo ſolo nobis probantur, & nos probamus omnia enuntiabilia diuinitus reuelata, narrationes, doctrinas, promiſsiones. Tum quia eadem eſt noſtra intellectualis potentia, qua de Deo confidimus promittente, & qua Deum credimus narrantem, atque docentem: idem eſt enim intellectus, quo ſic confidimus, & ſic credimus. Ergo quia eadem eſt potentia quæ confidit & credit, eadem eſt difficultas ex par-

H te promiſsionum & ex parte credibilium aliorum, atque idem eſt penitus principium quo probantur hæc omnia: profectò euidenter ſequitur, quòd una ſola ſit uirtus neceſſaria pro omnibus his, & non multæ. Maximè cōcludit hæc demonſtratio, quia nos homines penitus eodem modo afficimur circa Deum & non alio, dum Deo promittenti fidimus, & dum Deo narranti, aut docenti credimus. Etenim prorſus eadem eſt affectio intellectus, eademq; uoluntatis. Quandoquidem, credere Deo narranti aut docenti, utique eſt mente aſſentire dictis Dei narrantis aut docentis, & iudicare illa uera eſſe: confidere autem de Deo promittente, quoque idem eſt omnino, quia eſt mente aſſentire dictis Dei promittētis, & iudicare illa eſſe uera. Verè, quodlibet horum eſt credere, atque quodlibet horum eſt confidere: quodlibet horum eſt fides, & quodlibet horum eſt confidentia: & quantum ad hoc, binomius eſt quilibet talis aſſenſus. Procul dubio hæc eſt euidētia rerum quas in nobis experimur, noſtrarum affectionum, & modorum mentalium quibus per noſtras affectioues mentales intra mentem afficimur: Qui hoc negauerit, neget ſimiliter omne aliud quod nos experimur in nobis, negetq; omnia alia experimenta quæ de nobis, deq; noſtris rebus aut corpo-

A corporalibus, aut ſpiritalibus habemus. Si
mente aſſentio dictis Dei mihi promittentis
aliquid, eiusq́; dicta in mente mea uera eſſe
iudico, quibus ſeu per quæ ille eam rem mihi
promittit: utique dum ſic mente aſſentio
menteq́; iudico, uerè credo & uerè confido,
atque ipſa eadem affectio mentis, ipſe aſſen-
ſus, & ipſum iudicium, uerè eſt fides, & ue-
rè eſt confidentia. Rurſus ſi mente aſſentio
dictis Dei narrantis, aut docentis aliquid, &
eius talia dicta in mente mea uera eſſe exiſti-
mo, per quæ ille aliquid narrat, aut docet;
profectò dum ſic mente aſſentio & mente iu-
dico, uerè credo & uerè confido, ipſaq́; affe-
ctio mentis, ipſe aſſenſus, & ipſum iudicium,
uerè eſt fides & uerè eſt confidentia. Neque
poteſt aliqua ratio aſsignari in hoc ſæculo, ob
quam hæc talis affectio mentis, non debeat
dici fides & confidentia: ſiue Deus mihi nar-
ret aliquid quod ad præteritum pertineat, ut
dicendo, In principio creauit Deus cœlum
& terrã. Siue Deus me doceat aliquid quod
præſens ſit, ut dicendo, Deus eſt trinus & u-
nus: ſiue Deus mihi promittat aliquid ſutu-
rum, dicendo, Ego dabo tibi gloriam. Si cre-
do, pariter confido; quia credendo aſſentio
mente & iudico uerum eſſe quod Deus mihi
dicit: atque iterum, ſi confido, pariter cre-
do: quia confidendo aſſentio mente uerum
B eſſe quod Deus mihi dicit. Deniq́; quod lo-
cutio Dei ſit de præterito, aut de præſenti,
aut de futuro, de per accidens eſt quantum
ad hoc: & non uariat menti inſidentem ho-
minis credentis aut cõfidentis affectionem,
neque modum afficiẽdi ponit aut parit diuer
ſum. Quandoquidem in enuntiabilibus Chri
ſtianæ fidei, non reſpicimus principaliter
tempora quæ de per accidens important, ſed
ueritatem attendimus, quam habent per ſe
& infallibiliter. Quo ſæpe factum eſt, ut non
mutata fide, mutata ſint enuntiabilia fidei,
à futuro in præteritum. Nam, quæſo, nun-
quid nõ eſt eadem fides noſtra & antiquorũ?
Immo eadem. Verè enim Abraham, pater
fidei noſtræ appellatur, profectò etiam in il-
lis quæ tunc Abraham credebat futura, &
quæ nos nunc credimus iam facta: credebat
enim ille tunc Meſsiam ex ſuo ſemine uentu-
rum eſſe in mundum, quem nos nunc credi-
mus iam ueniſſe: quia idem Saluator qui eo
tempore erat promiſſus, hoc tempore eſt ex-
hibitus. Vbi uenit plenitudo temporis, miſit
Deus filium ſuum in mundum, Et uerbum
caro factum eſt. Itaque mutatũ eſt enuntiabi
le illud quod dicebat, Chriſtus uenturus eſt
ſaluare mundum, in hoc quod dicit, Chri-
ſtus iam uenit ſaluare mundum: illud crede-
bat olim Abraham, & non hoc: nos uerò

modo hoc credimus, non illud. Tamen una C
eſt fides noſtra & antiquorum, immo eadem
eſt: atque nos quantum ad fidem uerè dici-
mur filii Abrahæ, ſcilicet ſuccedentes ei in ea
dem fide ſecundum promiſsionem, ideſt, in
fide promiſsionis, In ſemine tuo benedicen-
tur omnes gentes. Quomodo eſt eadem fi-
des noſtra & Abrahæ, cùm nos omnino cre-
damus præteritum, quod Abraham omnino
credebat futurum? Cumq́; nos negemus fu-
turum, quod Abraham negabat præteritum?
Quomodo oſtenditur hac fides eſſe eadem,
quæ ita uidetur eſſe diuerſa? Oſtenditur qui-
dem, tum quia fides principaliter conſiderat
ueritatem rei, quam enuntiabile importat
per ſe, non tempus quod importat ſolùm
per accidens: tum quia eodem modo peni-
tus afficiebatur olim Abrahã erga dicta Dei
promittentis ſibi de futuro, Chriſtum uen-
turum eſſe; quo nos modo afficimur erga
dicta Dei narrantis atque docentis de præte-
rito, Chriſtum iam ueniſſe. Quomodo affi-
ciebatur olim Abraham circa illa dicta Dei
de futuro? Certè non aliter quàm mente aſ-
ſentiendo dictis Dei, menteq́; iudicando ea
eſſe uera: ille aſſenſus fuit eius fides, illaq́;,
eius confidentia, de qua dicitur, Credidit *Geneſ. 15*
Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſti- *Rom. 4.*
tiam. Quomodo afficimur nos modo circa
eadem dicta Dei de præterito? Quidem non D
aliter quàm mente aſſentiendo dictis Dei, at-
que mente iudicando ea uera eſſe: hic aſſen-
ſus eſt noſtra fides, eſtq́; noſtra confidentia,
de qua ſcriptum eſt, Qui non credit iam iudi- *Ioan. 3.*
catus eſt, Qui uerò non crediderit, condem- *Mar. 16*
nabitur. Et ſimilia. Quia ergo Abraham ean
dem rem ſimplicem credebat quam nos cre-
dimus, ideſt Chriſtum, & quia eodem mo-
do afficiebatur erga Deum reuelantem ſibi
Chriſtum de futuro, quo nos afficimur erga
Deum reuelantem nobis Chriſtum de præte
rito, dicitur, & patrem eum fidei noſtræ eſ-
ſe, & fidem eandem noſtram habuiſſe. Siue
ergo Deus nobis loquatur de præterito, ſiue
de præſenti, ſiue de futuro, ſiue narrando,
ſiue docendo, ſiue promittendo, ſiue per in-
ternam, ſiue per externam reuelationem,
ſiue per ſe, ſiue per aliam: ſi dictis eius men-
te aſſentimus iudicando ea uera eſſe, uerè
eodem modo afficimur erga ipſum, de ipſo
confidimus, & ipſum credimus. Quæ ueri-
tas, etiam declaratur in rebus humanis: nam
& in his quoque uidemus, quòd eodem mo-
do afficimur erga aliquem hominem, quan-
do eius narrationibus aut eius promiſsis mẽ
te aſſentimus. Igitur, quia eadem eſt mens
quæ credit & confidit, eadem eſt potentia
qua credimus & confidimus, eadem eſt diffi-
cultas

E cultas in credendo & in confidendo, & idem eſt modus quo afficimur credentes aut confidentes, circa narrationes, circa doctrinas, & circa promiſsiones Dei, circa præterita, circa præſentia, circa futura: non poteſt eſſe dubium, quin una ſola uirtus ponenda ſit pro his omnibus, & nequaquam plures; ſicut non plures prudentias, ſed unam prudentiã ponimus, propter rationem aſsignatam. Vna eſt erga fides omnium credibilium, præteritorum, præſentium, futurorum, narrantium, docentium, promittentium: Vnus dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & Pater omnium. Alia quæ hoc capite dicenda erant, in ſequens reiiciuntur. Optimè dicit Auguſtinus in Enchiridio, Eſt etiam fides (Cap. 8. tom. 3.) & præteritarum rerum, & præſentium, & futurarum. Credimus enim mortuum Chriſtum, quod iam præteriit; Credimus ſedere ad dexteram Patris, quod nunc eſt; Credimus uenturum ad iudicandum, quod futurum eſt.

Oſtenditur, proſequendo præcedentia, fidem, ſeu confidentiam diuinarum promiſſionum non eſſe aliam uirtutem habitualem infuſam à fide ſeu confidentia aliorum diuinorum credibilium: atque monſtratur, quòd et ſi diſtincta eſſet, nullo modo tamẽ in ea ſola conſiſteret infuſa iuſtitia. Declaratur quid F *ſit confidentia, prout à fide diſtinguitur.* CAP. V.

VNA eſt ergo fides habitualis infuſa, quam nobis præſtat Deus cœlitus pro omnibus credibilibus diuinitus reuelatis, ſicut una eſt ſpes pro omnibus bonis cœli ſperandis, & ſicut eſt una charitas pro Deo & pro omnibus proximis diligendis. De qua ueritate, quia multa dicta ſunt, modo ſatis. Vnum tamen in hac re adnotandum eſſe duximus, quod in hac materia ualde dignum eſſe obſeruatione conſtat, contra eos qui cum hallucinentur, alios quoque in errorem perducunt, diſtinguentes fidem promiſsionum, à fide aliorum credibilium. Illud eſt, quòd ſicut hi ponunt duas fides, ambasq; uirtutes, alteram quoad promiſsiones, alteram quoad alia credibilia: alius mane ueniet, qui pari facilitate, eadéq; temeritate ponat tres, unam circa promiſsiones, aliam circa narrationes rerum geſtarũ, tertiam circa doctrinam diuinarum perfectionum quæ ſunt ad intra, & rerum agendarum. Si autem hic admittatur, alius exurget ſtatim qui ponat quatuor fides in Eccleſia Chriſtiana eſſe diſtinctas, ſecundum habitus uirtutum, diſtinguendo eam fidem quæ ponitur circa doctrinam, in duas: ſcilicet in fidem quæ G eſt circa doctrinam diuinarum perfectionum tantum, & in fidem quæ eſt circa doctrinam agendorum aut fugiendorum in operationibus & paſsionibus humanis. Quòd ſi hic admiſſus fuerit, alius erit qui aſſerat eadem nugacitate quinque fides habituales infuſas ponendas fore, diuidendo illam fidem quæ ponitur circa narrationes rerum geſtarum, in duas idest, in fidem quæ credat res factas à Deo, ut eſt illud, In principio creauit Deus cœlum & terram; & in aliam fidem quæ credat res factas ab homine, ut eſt illud, Abrahã genuit Iſaac. Si hic admittatur, eadem falſitate & procacitate alius dicet, ſex eſſe fides uirtutes: diuidetq; eam quæ dicitur eſſe circa res factas à Deo, in duas; dicendo aliam eſſe fidẽ quæ credit res factas à Deo per ſolam diuinitatem, & aliam quæ credit res factas à Deo per humanitatem aſſumptã. Si hic ſemel admiſſus ſit, alius ueniet noui aliud aduehens, & poſt hunc alii alia afferentes, quouſque tot dicantur eſſe fides habituales infuſæ, quot ſunt ipſa credibilia fidei: neque his deerunt garrulitates, quibus ſua commenta tueri uideantur, & ſimplices fallant animas. Obuiã ergo eundum eſt his malis, & credendum firmiter, unam ſolam eſſe fidem uirtutem habitualem infuſam circa omnia Chriſtianæ fidei credibilia, diuinitus reuelata; idest, circa narrationes, circa doctrinas, circa promiſsiones H & circa quæcunque alia, præterita, præſentia, & futura. Vnus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & pater omnium, una ſpes, una charitas. De ſecundo ergo iam nũc agendum eſt, quod in præcedenti capite fuit propoſitum, idest, quòd & ſi fides qua diuinas promiſsiones credimus, à fide qua credimus alia credibilia diſtincta eſſet, nullo in ea infuſa iuſtitia conſiſteret: quod quantum poſſibile fuerit, paucis concludemus. Oſtenditur enim ueritas huiuſmodi tum quia ſi fides diuinarum promiſsionum diſtincta eſſet à fide aliorum credibilium, narrationum, aut doctrinarum, nihilominus ea ad res ſpiritales pertineret; eſſet enim ipſa in ſe res ſpiritalis in anima exiſtens, animam ordinans, circa ſpiritalia uerſans, & ad ſpiritalia tendens. Paulus autem ad Corinthios de ſpiritalibus agens, ſpiritalia diſtinguens, atque excellentiorem uiam demonſtrans; nulli rei ſpiritali ſine charitate tribuit ualorem, quemadmodum in præcedentibns uiſum eſt. Tum quia (Cap. 16.) quicquid ipſa fides diuinarum promiſsionũ ſit, conſtat quòd ſi ea per poſsibile uel impoſſibile eſſet ſine charitate, nequaquam ſine charitate iuſtificaret, neque remiſsionem peccatorum obtineret. Sic clamat tota ſcriptura, Chari-

A Charitas operit multitudinem peccatorum.
Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniã
diligimus fratres. Qui non diligit, manet in
morte. Finis legis, eſt dilectio. Et ſimilia mul
ta. At iuſtitia infuſa de qua agimus, quæ dici
tur gratia gratum faciens, iuſtitia gratificans,
aut gratia iuſtificans, omnino iuſtificat ha-
bentem, etiam ſi ſola imaginetur eſſe: & ſi per
impoſsibile ſola foret, utique iuſtificaret ſo-
la. Secundum nomen ſuum, ita & laus ſua,
& nalor ſuus in fines terræ in cœlo, & in ſæcu
la ſæculorum. Tum quia ſi fides qua credimus
diuinas promiſsiones, ponitur diſtincta à fi-
de qua credimus alia credibilia, narrationes,
aut doctrinas diuinitus reuelatas; quæro de
illa, an dicatur pertinere ad gratias gratis da
tas? an ad uirtutes? Si ad gratias pertinet gra
tis datas, manifeſtum eſt, illum ſtultiſsimum
hominum eſſe, qui aſſerit in ea ſola couſiſtere
infuſam iuſtitiam. Quandoquidem omnis gra
tia gratis data cum peccato mortali ſtare po-
teſt, quod penitus repugnat infuſæ iuſtitiæ,
de qua tractamus. Si autem dicatur pertine-
re ad uirtutes, etiam ſic dicentes, repugnan-
tia dicunt; quia in uniuerſum nulla eſt uirtus,
quæ ſi per poſsibile uel impoſsibile, ſine cha-
ritate eſſet, ſine charitate iuſtificaret. Immo
nulla eſt nirtus, nullum donum, nulla gratia
gratis data, quæ in hoc ſæculo ſiue charitate
iuſtificet formaliter à peccatis, ſi per poſsibi
B le nel impoſsibile ſine charitate foret. Ita di-
cit ſcriptura. Generaliter enim dicit Paulus,
1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & angelorum,
charitatem autem non habeam, factus ſum
nelut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et
ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria
omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero
omnem fidem ita ut montes transferam, cha
ritatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi
diſtribuero in cibos pauperum omnes facul-
tates meas, & ſi tradidero corpus meum ita
ut ardeam, charitatem autem non habuero,
nihil mihi prodeſt. In his determinat Paulus
hanc ueritatem manifeſtê, quia & uirtutes &
dona ſine charitate nihil prodeſſe aſſerit; ſed
ne quis ſugiat hanc auctoritatem Pauli, de-
clinando ad falſas expoſitiones, audiamus
ſcripturam clarius & generalius dicentem,
1. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte. Secundum
hanc ſacram auctoritatem, ſiue quis confi-
dat, ſiue credat diuinas promiſsiones, diui-
nas narrationes, diuinasq; doctrinas, ſiue
uirtutes habeat quaſcunque quotcunque,
qualeſcunque, dona, aut gratias gratis da-
tas; ſi non diligit, in morte manet. Sic enim
ſcriptum eſt uniuerſaliter, Qui non diligit,
manet in morte. Cui concordat eadem ſcri-
Ibidem. ptura dicens, Tranſlati ſumus de morte ad
uitam, quoniam diligimus fratres. Iterum, C
Charitas operit multitudinem peccatorum.
Et alia. Quid ergo? Profectò & ſi fides qua di
uinis promiſsionibus fidimus, diſtincta eſſet
à fide qua alia credibilia credimus, nullo mo
do in ea ſola conſiſteret infuſa iuſtitia, quæ
eſt gratia gratum faciens, iuſtitia gratificans,
aut gratia iuſtificans: quia neceſſaria eſt cha-
ritas, quæ utique alia uirtus diſtincta eſt à
quacunque fide, aut confidentia, aliam po-
tentiam perficit, & alio modo. Omnis euim
fides, omniſq; confidentia, ſiue narrationũ,
ſiue doctrinarum, ſiue promiſsionum, perti
net ad intellectum, illumq; perficit, & illum
inclinat ad ſuum proprium actum; qui eſt,
aſſentire ſeu iudicare ita eſſe, ſicut narratio-
nes, doctrinæ, aut promiſsiones enuntiant.
Charitatem autem, nemo non nouit ad uo-
luntatem pertinere, uoluntatem perficere,
uoluntatemq; ad ſuum proprium actum in-
clinare: qui eſt, amare, diligere, & per affe-
ctionem amoris in rem aliquam ferri. Sed in-
tellectum & uoluntatem, quis non uidet di-
ſtinctas eſſe potentias in anima humana? Vel,
quæſo, affectionem fidei aut confidentiæ, &
affectionem charitatis, quis non experitur di
ſtinctas eſſe affectiones in mente? Quanquã
enim nunquam amemus, niſi quod aliquo
modo cognoſcimus: ſæpè tamen cognoſci-
mus, ſæpeq; credimus, quod non amamus.
Neque rarò uenit uſu, ut aliquos homines D
quos non diligimus, ueraces eſſe credamus,
& eorum promiſsis fidamus, eorumq; dicta
alia, narrantia ant docentia, uera eſſe creda-
mus. Atque dæmones credunt & contremi- *Iacobi 2.*
ſcunt. Nunquid amant? Abſit. Superbia eo-
rum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Non
poteſt ergo confidentia diuinarum promiſ-
ſionum iuſtificare ſola, & iam ſi illa à fide nar
rationum & doctrinarum ponatur diſtincta:
ex quo fit conſequens, ut in ea ſola non con-
ſiſtat infuſa iuſtitia. Maior enim eſt charitas,
& penitus neceſſaria, ſic etiam neceſſaria, ut
quicquid per poſsibile uel impoſsibile in hoc
ſæculo ſiue charitate eſſet, ſine charitate non
iuſtificaret: ſtante ſcilicet Dei lege poſita,
quæ uitam & remiſsionem peccatorum cha-
ritati tribuit, ut ſatis conſtat in eius locis alle
gatis. Agamus aliter eadem de re & ob maio
rem declarationem, eam confidentiam aduer
ſariorum, quam ipſi appellant fidem promiſ
ſionum & à fide narrationum & doctrinarũ,
ſeiungunt, ponamus in aliquo ordine, de-
muſq; illi locum. Eſt'ne ponenda inter gra-
tias gratis datas, an inter uirtutes? Non ar-
bitror aduerſarios ita excæcatos, peruicaces,
aut obſtinatos eſſe, ut eam quam ſic exaltãt,
inter gratias gratis datas locent; tũ quia om-

E nis gratia eiuſmodi, cum mortali peccato. ſtare poteſt; quod omne ſecundum eorum doctrinam, tali confidentiæ repugnat, & per il lam expellitur, & remittitur, abiiciturq; ut contrarium; Tum quia ſi illa confidentia diſtincta eſſet, & quantumcunque diſtincta, ad uirtutes tamen animæ pertineret, quia uerſaretur circa operationes animæ, ordinando il lam circa diuinas promiſsiones, faciendoq; ut illis aſſentiret, eaſq; ueras iudicaret. Quod certè eſt opus uirtutis, rationi confor miſsimum, ſicut aſſentire diuinis narrationibus diuiniſq; doctrinis, eaſq; iudicare ueras in mente, eſt opus uirtutis, conformiſsimũ rationi, neceſſarium ad bonam uitam, lauda bile, & meritorium. Ponatur ergo illa confi dentia inter uirtutes, ibiq; locetur. Cum aũ tem confidentia diuinarum narrationum & diuinarum doctrinarum, ſit maior uirtus quàm illa, uel ſaltem non minor: profectò magis debet iuſtificare, aut ſaltem non minus. Maximè, quia ambæ pertinent ad intellectum, ambæq; illum eodem modo afficiũt, ut fuit oſtenſum, & conſtat per ea quæ nos in tra noſtras mentes experimur. Itaque ſi fides diuinarum promiſsionum ſola iuſtificat, quoque fides diuinarum narrationum & diuinarum doctrinarum ſola iuſtificat: uel ſi hæc nõ iuſtificat ſola; neque illa iuſtificat ſola. Cur?
F Quia ambæ ſunt uirtutes, & hæc eſt maior uirtus quàm illa, uel non eſt minor. Porrò quòd fides, qua diuinas narrationes & diuinas doctrinas fortiter credimus, ſit uirtus, nemo poteſt dubitare: pertinet enim ad intellectũ & ordinat operationes eius, inclinando illum ut aſſentiat narrationibus & doctrinis diuinis, eaſq; ueras iudicet. Quæ ſi non eſt uirtus, Conſtanter dico, nulla alia eſt uirtus: de nulla enim alia uirtute maior ratio eſt ut uirtus dicatur, quàm de hac. Virtus ergo eſt, hoc eſt notum, in probanda uerò re admodũ nota tempus fruſtra non teramus. Sed quòd hæc fides, uel maior uirtus eſt uel non minor illa, (& ſi hoc quoque non ſit obſcurum) aliquatenus probare oportet. Mihi ad hanc rem duæ rationes ſufficiunt, quæ me (ingenuè fateor) permouent. Altera eſt, quia fides narrationum & doctrinarum diuinarum, plura reſpicit, altiores ueritates cõtinet, difficilioreſq;, quàm fides diuinarum promiſſionum: docet enim, Deum eſſe trinum & unum, Deum creaſſe mundum ex nihilo, uerum filium Dei factum eſſe hominem, & in ueritate noſtræ humanitatis aſſumptæ, ſubiiſſe flagella, & acerbiſsimam crucis paſſionem, propter nos homines ut nobis ſalutem pareret, oſtendit omnia quæ agenda & quæ deuitanda ſunt, multaq; alia dicit; & tandem circa cuncta hæc ordinat noſtrum intellectum, ut omnia cognoſcat, omnibuſq; aſſentiat, iudicando omnia eſſe uera ſine hæſitatione ulla. Fides uerò promiſsionum, de paucisſimis eſt deq; facillimis, reſpectu horum. Sic fit, ut quemadmodum inter poten tias cognitiuas ea nobilior iudicatur, quæ plures rerum differentias demonſtrat: ita inter uirtutes ordinantes aliquam potentiam cognitiuam, illa maior excellentiorq; iudicetur, quæ illam ordinat circa plura, eaq; altiora. Quòd circa plura ordinet fides narrationum & doctrinarum intellectum, quàm fides promiſsionum, manifeſtum eſt, propter multitudinem eorum quæ narrat & docet: ſed quòd & altiores ueritates reſpiciat, non eſt minus euidens. Etenim altiores ueritates ſunt, Deum eſſe trinum & unum, Deum creaſ ſe mundum ex nihilo, filium Dei factum eſſe hominem & ſimilia, quæ pertinent ad fidem narrationum & doctrinarum: quàm Deum daturum eſſe gratiam ſuſcipienti ſacramentum, aut beatificaturum eſſe iuſtos per claram ſui aſpectus uiſionem, & ſimilia, quæ pertinent ad fidem promiſsionum. Difficiliores ſunt etiam illæ ueritates, his, & obſcuriores quoad nos, hoc in ſtatu: nanque & Gentiles quaſi umbram harum ueritatum habentes, per ſuos ritus & reſipiſcentiam, credebant propitiari ſibi ſuos falſos deos, & lætam uitam apud eos ſperabant, ut ſui referunt, etiam Plato in libris de Republica: ſed ad alias ueritates, tanquam ad ſublimiores & difficiliores, neque per umbram poſſunt uenire homines, niſi per reuelatam doctrinam, per inſpirationes, per motiones, aut ſimilia. Quanquam in libris Platonis Platonicorũq;, nonnulla reperiuntur, per quæ ipſi aliquam mente concepiſſe umbrã Trinitatis dici poſſunt: (qua de re Auguſtinus Steuchus uir doctiſsimus pulchrè ſcripſit in libris De perenni Philoſophia, ut alios omittam) ea enim, ſi qua ſunt, id genus auctores è ſacræ paginæ libris hauſiſſe, uel è Sibyllarum quæ circumferuntur Græcis carminibus, in quibus profectò multa continentur mirabilia, ſumpſiſſe uidentur. Non dubium quin per reuelationem. Maior ergo eſt uirtus, fides diuinarum narrationum & diuinarum doctrinarum, uel non minor, quàm fides diuinarum promiſſionum, ſicut per hanc primam rationem oſtenditur. Altera ratio eſt eodem ſpectans, quia ea fides eſt quaſi fundamentum & principium probatiuum huius, in qua hæc fundatur, & per quam quodammodo probatur, in qua ſuſtentatur, & uiget. Fides nanque promiſsionum Chriſti, à fide narrationum & doctrinarum eius dependet, per eam uigorem

G (right margin, top) · H (right margin, beside "credebant propitiari")

A gorem adipiſcitur, & ſi amiſſa fuerit, facilè recuperatur. Credimus enim promiſsiones Chriſti, quia credimus eum ueracem infallibiliter, credimus autem eum infallibiliter ueracem, quia credimus eum eſſe uerum Deû, qui neque fallere neque falli poteſt. Hæc eſt ratio credendi eius promiſsiones, quæ eas probat, & in fide hominum ſuſtentat, atque ſine qua fides promiſsionum peribit. At profectò, credere Chriſtum eſſe uerum Deum, ad fidem narrationum & doctrinarum pertinet: hoc enim iam nunc non eſt promiſsio, ſed eſt narratio uel doctrina ſanctarum ſcripturarum Noui Teſtamenti. Quia, cum ueniſſet plenitudo temporis, miſit Deus filiû ſuum in mundum, factum ex muliere, Et uerbum caro factum eſt. Quiſquis hoc crediderit, per hanc fidem, quaſi per primum principium, ad fidem promiſsionum eius ueniet, illam probabit, in eaq; defixus perſtabit: & ſi à fide promiſsionum exciderit, per hanc facilimè ad illam reducetur. Neque poteſt aliquis prudenter ſtare in fide promiſsionû, niſi prius in hac mãſerit: prius eſt enim, Chriſtum eſſe filium Dei, quàm Chriſtum ueras promiſsiones nobis promittere. Omnino ſicut in uniuerſum, prius eſt perſona quàm operatio perſonæ, ubi poteſt eſſe prius & poſterius: hoc ultimum addidit, ut ſalua ſit no-

B ſtra oratio à diuinis operationibus interius, ubi non prius eſt pater quàm generet filium, neque prius ſunt Pater & filius quàm ſpirent Spiritum ſanctum: ſed omnia ibi ſunt æterna, in quibus nulla poteſt eſſe prioritas aut poſteritas, niſi originis. Ergo fides narrationum & doctrinarum, eſt cauſa & principium fidei promiſsionum, & cum ſint in eadem anima, & pertineant ad eandem potentiam, manifeſtum eſt uel maiorem eſſe uirtutem quàm illa ſit, uel ſaltem non minorem. Nunquam enim principiatum excedit principium, neque cauſatum cauſam. Quòd ſi dixerint aduerſarii, ambas eas fides infuſas eſſe, atque ideo alteram non cauſari ab altera. Reſpondemus, Id nullius penſi haberi. Nam & ſi ambæ ſint infuſæ, ambæ tamen in ſuis gradibus infunduntur; & ſi diſtinctæ ſunt, aut ſunt æquales omnino, aut inæquales? Si ſunt inæquales, oſtenſum eſt quæ debeat præcedere, per demonſtrationes adductas; neque poteſt melius ad regulam aptari earum præcedentia inter ſeſe, quàm per ea quæ adduximus. Si ſunt æquales, etiam hoc eſt, quod ſaltem nos probare nitebamur; cum tamen ſit certum, duas uirtutes ad eandem potentiam pertinentes & ſecundum eundem modum & per eandem originem, non dari æquales. Quandoquidem ſi duæ uirtutes diſtinctæ ſunt, al-

C terius & alterius ſpeciei ſunt: maximè ſi ambæ ſunt infuſæ, aut ambæ acquiſitæ. Species autem, ſunt ſicut numeri. Neque poteſt quod alterius ſpeciei eſt, æquale eſſe: ſed uel eſt maius, uel eſt minus: uel eſt magis perfectum, uel eſt minus perfectum. Hæc eſt regula quæ nunquam erroris ſocietatem patitur. Ad propoſitum igitur. Cùm fides narrationum & doctrinarum, uel maior uirtus ſit, uel non minor quàm fides promiſsionû: utique ſi hæc iuſtificat ſola, & illa quoque iuſtificat ſola; uel ſi illa non ſola iuſtificat, neque hæc ſola iuſtificat. Quia quod eſt maius uel æquale in perfectione, uel maiorem uel æqualem uim habet in iuſtificatione: neque poteſt habere maiorem uim in iuſtificatione, quod non eſt maius in perfectione. Deus enim in ſuis donis, quod maius eſt, magis acceptat: quod æquale eſt, æqualiter: quod uerò minus eſt, minus. Nouit dominus ſua dona, uolendoq; facit illa; quod magis amat, maius facit: quia amando, producit: quod autem magis amat, profectò magis acceptat. Ergo ſicut fides narrationum & doctrinarum non iuſtificat ſola, ut fuit monſtratum, & ut quoque iſti concedunt; ita modo probatur euidẽter per idem, quòd neque ſola iuſtificat fides promiſsionum. Quia fides promiſsionum D

non eſt maior, neque perfectior, quàm fides narrationum & doctrinarum, neque quicquam ea præcellentius continet. Non poteſt ergo confidentia promiſsionum iuſtificare ſola. Tum quia ſine charitate non fit remiſsio peccatorum, neque formalis iuſtificatio à peccatis: tum quia neque fides narrationum & doctrinarum ſola iuſtificat, quæ utique uel eſt maior, perfectior, & nobilior, uel ſaltem non minor. De quibus duabus rationibus ſatis dictum eſt. Sed poteſt adhuc hæc ueritas ex eo probari quoque euidẽter, quòd Paulus ad Hebræos ait, Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Hic nanque manifeſtè do- *Heb. 11.*
cet, fidem eſſe neceſſariam homini accedenti ad Deum, id eſt, Omni homini iuſtificando, omniq; iuſto huius ſæculi. Quam fidem autem intelligat, ſtatim declarat, dicens, Credere enim oportet accedẽtem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Ecce fides neceſſaria, uidelicet credere de Deo, Quia eſt. Sed profectò credere de Deo, quia eſt, non pertinet ad fidem promiſsionû; pertinet autem ad fidem narrationum aut doctrinarum. Dicere enim, quia eſt, nullo modo eſt promiſsio, ſed eſt narratio uel doctrina. Verba illa Dei, quibus inquit, Ego ſum qui ſum. Ego Deus, & non mutor. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt. & multa ſimilia quæ declarant Deum eſſe, &

E pertinent ad fidem, qua credimus de Deo,
Quia eſt, non promittunt, ſed uel narrant,
uel docent. Tamen Paulus hanc fidem prædicat neceſſariam omnibus hominibus accedentibus ad Deum, iuſtificandis, aut iuſtificatis. Vnde ſecundum hunc Pauli locum ſi per poſsibile uel impoſsibile, homo aliquis haberet omnem & totam fidem promiſsionum, & non haberet hanc fidem narrationũ aut doctrinarum, nullo modo iuſtificaretur, neque remiſsionem peccatorum aſſequeretur. Hoc eſt quod Paulus hic dicit, Credere enim oportet accedentem ad Deum, Quia eſt. Quomodo poteſt ergo dici, quòd ſola fides promiſsionum iuſtificat, ſi ea ſi ſola eſſet, non iuſtificaret? Aut ſi illa etiam ſola iuſtificaret, ſi ſola eſſet: quomodo uerum eſt, quod Paulus prædicat, Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt? Quia hæc fides, aut credulitas, non eſt promiſsionis, ſed eſt narrationis, aut doctrinæ. Paulum ſequimur, alios qui ſecus docent, auerſamur, & deuitamus tanquam extraneos, & Paulo atque omnibus Chriſtianis contrarios. Non conuenit eorum prædicatio cum prædicatione Pauli, cum illi aliud euangelizent, ne orthodoxam fidem ſequantur. An negamus ul-
F lam eſſe confidentiam, diſtinctam realiter à fide qua formaliter credimus? Abſit. Sed dicimus omnium ueritatum reuelatarum nobis à Deo, unam eſſe fidem, ſiue ſit ueritas de præterito, ſiue de præſenti, ſiue de futuro, ſiue ad narrationem, ſiue ad doctrinam, ſiue ad promiſsionem pertineat. Et addimus, nullam talem fidem, minorem, æqualem, aut maiorem, aut aliquid aliud, ſine dilectione iuſtificare: neque cõfidentia aliqua, ſiqua ſit ab eadem fide realiter diſtincta. Secundum eos qui Latini ſermonis rationem perſpectam habent, & nominum uerborũq; ſignificationes & proprietates obſeruant, Fides quæ Græcè πίστις dicitur, conſtantia promiſſorum, auctoritas dictorum eſt, & conuentorum conſtantia & ueritas: ſic dicta, te-
Cicero. ſte Cicerone, quia fiat quod dictum eſt. Et
Lib. 1. ſicut tradunt, duæ ſyllabæ ſonant, cum dici-
Offic. tur fides; prima ſyllaba factum, ſecunda dictum ſignificat. Idem pro Lent. fidem pro promiſsione, & quaſi ſponſione poſuit. Et ut quoque tradunt, Fides, eſt firma opinio.
Cicero. Fundamentum autem iuſtitiæ eſt fides, ideſt
In para. dictorum conuentorumq; conſtantia & ueritas: Ex quo credamus quia fiat quod dictum
Tuſcul. eſt, appellatam fidem. Fidentiam autem ip-
lib. 1. ſe auctor, ſcribit, partem eſſe fortitudinis per quam magnis & honeſtis in rebus, mul-
Tuſcul. tum ipſe animus in ſe fiduciæ cum certa ſpe
lib. 4. collocauit. Alibi. Et ſi fidentia, ideſt, firma

animi confiſio, ſcientia quædam eſt, & opi- G
nio grauis, non temere aſſentiens: metus *1. De in-*
quoque eſt diffidentia expectati & impenden *uent.*
tis mali. Alibi etiam prorſus idem. Fiducia, idem penè eſt quod fidentia, hoc eſt certa quædam opinio & ſpes de ſe uel de alio concepta. Credo autem, ſeu Græcè, πιστεύω idem ſignificat, quod, fidem habeo, fidem adhibeo, fidem tribuo, auctoritatem tribuo, auctoritatem & fidem adiungo, mihi perſuadeo, tribuo, committo, concredo, concipio. Fido autem, ſeu Græcè θαῤῥῶ πέποιθα, confido, fidem habeo, credo, ſpem pono. Secundum autem eos qui ſcientificè agẽtes, explicatius res ſuis nominibus ſignificant, nominaq; rebus imponunt propria quibus res ipſas intelligunt, & ſeſe loquentes declarant, Verbum, Credo, idem ſignificat quod, Cogito cum aſſenſione mentis, Et credere, nihil eſt aliud, quàm (ut optimè definiuit
Auguſtinus in De prædeſtinatione ſanctorũ) *Cap. 2.*
cum aſſenſione mentis cogitare: quod profe *tom. 7.*
ctò iam tota ſchola Chriſtiana probauit, ac- *Lib. 2.*
ceptauit, eoq; utitur. Fides etiam & ſi à no- *diſt. 26.*
ſtris multifariam multiſq; modis accipiatur, ut infra magis oſtenditur, tamen propriè
agendo ſolis tribus accipitur in Chriſtiana H
ſchola, aliis omiſsis tanquam non neceſſariis, *Lib. 3.*
& minus conducentibus: Ii autem tres ſunt, *ſent.*
ideſt, pro eo quo creditur, & eſt uirtus; & *diſt. 23.*
pro eo quod creditur, & non eſt uirtus; &
pro eo in quod creditur, quod aliud eſt ab eo *Auguſt.*
quo creditur. Vnde Auguſtinus in De Trini- *lib. 13.*
tate inquit, aliud ſunt ea quæ credũtur, *cap. 2.*
aliud fides qua creditur. Illa enim in rebus ſunt, quæ uel eſſe, uel fuiſſe, uel futura eſſe creduntur: hæc autem in animo credentis eſt, ei tantum conſpicua cuius eſt: & tamen nomine fidei cenſetur utrunque, & illud ſcilicet quod creditur, & id quo creditur. Et quidem de ipſis ueritatibus fidei quæ creduntur, dixit Athanaſius in Symbolo, Hæc eſt fides catholica, quam niſi quiſque firmiter fideliterq; crediderit, ſaluus eſſe non poterit. Neque multum eſt quod Deus ipſe, dicatur fides noſtra, in quem credimus: ſicut idem Deus, dicitur ſpes noſtra, in quẽ ſperamus. Sed de his ſatis. Nouit etiam Auguſtinus ac-
cipi quoque fidem pro eo quod eſt, ſeruare *In de ſpi-*
promiſſum: ſed ea fides, proprium iam no- *ritu &*
men habet, appellaturq; fidelitas: ut ex eo *lit.*
etiam hoc modo dicamur, quando quod pro *cap. 31.*
mittimus, ſeruamus. Hinc eſt quòd, inter credere Deo, credere Deum, & credere in Deum, eccleſiaſtici omnes hoc intereſſe pu-
tant; quòd credere Deum, eſt credere Deũ *Lib. 3.*
eſſe; credere Deo, eſt fidem habere Deo, ſi- *ſent.*
ue uerbis eius; credere in Deum, eſt fide bo *diſt. 23.*

na ſe

A na ſe conijcere in Deum per amorem, ſeu cũ amore. Etiam apud Ariſtotelem, Credere, eſt per intellectũ aſſentire alicui propoſitioni, ſeu enuntiationi: aut putare, ſeu iudicare illam eſſe ueram. Non poſuit ipſe fidem
Ethic.6. pertinere ad intellectum tanquam uirtutem ſeu habitum quo ſemper contingit dicere uerum, quia non nouit aliam fidem niſi humanam, quæ idem eſt quod opinio, ſuſpicio, aut exiſtimatio: ſed non dubium quin indicauerit fidem pertinere ad intellectum, ut con-
Ethic. 7. ſtat ex multis eius dictis. Sic enim manifeſtè docet, agens de illis qui credunt nihil minus quibus opinantur, quàm alteri quibus ſciũt: erat ſermo de illis qui per opinionem, & de illis qui per ſcientiam exiſtimant aut iudicant aliquid eſſe uerum. Ita enim exiſtimare aut iudicare, appellauit credere. Atque rurſus a-
Ethi. 10. libi docet, Deum habere curam aliquam humanarum rerum, ut putatur, & creditur: idem ſentiens eſſe putari & credi, atque è con
S. Tho. ſecunda ſecundæ. quæſt.129 art.6. tra ſimiliter putare & credere. Fiducia etiam ſecundum ſanctum Thomam, hoc principaliter ſignificare uidetur, quòd aliquis ſpem concipiat ex hoc quod credit uerbis alicuius auxilium promittentis. Sed quia fides dicitur etiam opinio uehemens, contingit autem aliquid uehementer opinari, non ſolùm ex eo quo eſt ab alio dictum, ſed etiam ex hoc quod
B eſt in alio conſideratum; inde eſt ſecundum eundem doctorem ſanctum, quòd fiducia etiam poteſt dici qua aliquis ſpem alicuius rei concipit ex aliquo conſiderato; uel in ſeipſo, ut ſi quis uidens ſe ſanum, confidens ſe uicturum diu; uel in alio, ut cùm aliquis conſiderans amicum ſuum eſſe potentem, fiduciam habet adiuuari ab eo. Aſſerit quòd magnanimitas propriè eſt circa ſpem alicuius ardui, quod fiducia importat quoddam robur ſpei proueniens ex aliqua conſideratione quæ facit uehementem opinionem de bono aſſequendo: & perinde determinat, quòd fiducia ad magnanimitatem pertinet; quia ma-
Ibidem. art.5. gnanimitas, ut ait, conuenit cum fortitudine in quantum confirmat animum circa aliquid arduum; idest, in maximis bonis ſperã-
Ibidem. art. 6. dis uel adipiſcendis. Tandẽ determinat quòd fiducia importat quẽdam modum ſpei, quòd
Ad 3. argumẽtum. fiducia eſt ſpes roborata ex aliqua firma opinione, quòd eſt modus adhibitus affectioni, & quòd poteſt nominare conditionem uirtutis; ſed non determinatur ad ſpeciem uirtutis, nec poteſt propriè loquendo nominare aliquam uirtutem, quia non habet propriam
Ibidem. art .4. materiam. Dixerat enim iam ſupra id quod eſt ueriſsimum, ad ſpecialem uirtutem pertinere quod modum rationis in aliqua determinata materia ponat. Sic etiam in ſancto E-

uangelio reperimus fidem donum Dei perti- C nentem ad uirtutes, ut ibi, Pœnitemini igi- *Marc.1.* tur & credite Euangelio. Et ibi, Prædicate *Mar.16* Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui uerò non crediderit, condemnabitur. Atque reperimus fide donum Dei pertinentem ad gratias gratis datas, ut ibi, Si habueritis fidem ſicut *Matt.17* granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi *Luca.17* hinc & illhuc, & tranſibit, & nihil impoſsibile erit uobis. Et ibi, Si habueritis fidem & *Mat.21* non hæſitaueritis, non ſolùm de ficulnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare, fiet. Hanc differentiam notauit ſatis bene Alfonſus, Epiſcopus Abulen *Mat.17* ſis, uir doctiſsimus, cognomento Toſtatus, *Quæſt. 165.* ſuper Matthæum circa illud, Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis. Eodem modo re- *Hebr.11.* perimus apud Apoſtolum Paulum, de fide do *1. Cor.12* no pertinente ad uirtutes dicentem. Sine fide, autem, impoſsibile eſt placere Deo. Et de fide dono pertinente ad gratias gratis datas, Alteri fides, in eodem ſpiritu. Non enim hoc loco poſſumus intelligere fidem uirtutem, quæ profectò eſt in omnibus, qui ſunt de Eccleſia. Ergo non negamus uarias eſſe ſignificationes huius nominis, fides: nec negamus aliquam eſſe confidentiam, quæ aliquo modo, uel etiam realiter diſtinguatur à fide, ſiue uirtus ſit, ſiue donum, ſiue modus D uirtutis, ſiue ad intellectum pertineat, ſiue ad uoluntatem. Sed conſtanter dicimus, Nulla fides, nulla fiducia, nulla confidentia ſine charitate iuſtificat formaliter à peccatis. Manifeſta eſt, & ueriſsima diuina ſcriptura dicens, Tranſlati ſumus de morte ad uitã, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, ma- *1. Ioan.3* net in morte. Charitas operit multitudinem peccatorum. Similiter & conſtanter aſſerimus, Vna eſt fides Chriſtiana omnium ueritatum reuelatarũ, de præterito, præſenti, & futuro: ſiue ueritas ipſa ſit narratiua, ſiue doctrinalis, ſiue promiſsiua, aut promiſſoria.

VNA eſt fides Chriſtiana, in diuina reuelatione, diuinaq; auctoritate fundata. Quia ſic legimus, Vnus Deus, Vna fides, unum baptiſma. In quo tamen ſenſu dicitur una fi- *Epheſ.4* des, cùm fides dicatur multis modis, & ſit de multis credibilibus? Ad hanc quæſtionẽ ſic optimè reſpondet Magiſter ſententiarum, *Magiſt.* Cumq; diuerſis modis dicatur fides, fatendũ *lib. 3.* eſt tamen unam eſſe fidem, ut ait Apoſtolus, *diſt. 23.* Vnus dominus, una fides. Siue enim fides accipiatur pro eo quod creditur, ſiue pro eo quo creditur, rectè dicitur fides una. Si enim pro eo quod creditur accipiatur, ex hac intelligentia dicitur una fides, quia idem iubemur credere, & unum idemq; eſt quod creditur à cunctis

E cunctis fidelibus, Vnde fides catholica dici-
tur, ideſt, uniuerſalis. Si uerò accipiatur fi-
des pro eo quo creditur, ea ratione una dici-
tur eſſe fides, non quia ſit una numero in om
nibus, ſed genere, ideſt, ſimilitudine. Vnde
August. Auguſtinus in De Trinitate, Fides (quam
lib. 13. qui habent, fideles uocantur, & qui non ha-
cap. 2. bent, infideles) communis eſt omnibus fide-
libus; ſicut pluribus hominibus una facies
communis eſſe dicitur, cum tamen ſinguli
ſuas habeant. Non enim fides numero eſt u-
na, ſed genere: quæ cum ſit in uno, eſt & in
aliis, non ipſa ſed ſimilis: & propter ſimilitu
dinem magis unam dicimus eſſe, quàm mul-
tas. Sicut idem uolentium, dicitur una uolun
tas, cum tamen cuique ſit ſua uoluntas: &
duorum ſimillimorum dicitur facies una.
Hæc ille. Quilibet ergo fidelis habet fidem
ſuam in ſuo corde, ut ſic fides ſit multiplex ex
parte ſubiecti, pro ut eſt in multis: ſed profe
ctò una tantum, immo eadem numero eſt fi
des omnium fidelium ex parte obiecti, quia
eadem numero ſunt obiecta credita ab omni
bus fidelibus. Vna ergo ſic eſt & eadem nu-
mero ex parte obiecti, omnia credibilia cer-
nens, omniaq; credens diuinitus reuelata no
bis: narrationes, doctrinas, promiſsiones;
F omnes denique diuinas enuntiationes nobis
reuelatas. Non poteſt ipſa diuidi, quantum
ad obiectum. Siue autem conſideretur ut di
uiſa, ſiue conſideretur ut integra, nullo mo-
do ipſa ſola iuſtificat nos à peccatis. Conſtat
hæc ueritas ex dictis.

*Oſtenditur, nullo modo poſſe excuſari aduerſa-
rios fingentes, ponenteſq́; iuſtitiam in ſola fide aut
in ſola confidentia, & continuantur præcedentia.*

CAP. VI.

SI ERGO diuinas ſcriptu-
ras conſulimus, illæ proſe-
ctò quemadmodum in fide
ponunt initium iuſtitiæ &
ſalutis, ut per illam (quaſi
embriones in utero) ſpirita
liter cõcipiamur: ita in cha
ritate ponunt iuſtitiæ & ſalutis cõplementũ,
ut per eã (ſicut per naturalẽ animã rationalẽ
ſtatuto tempore uiuificatur embrio) ſpirita
liter uiuificemur, animemur, ſimus, & ui-
uamus. Sic docet diuina ſcriptura in multis,
quorum iam non nulla poſuimus. Ante o-
1. Pet. 4. mnia autẽ, mutuam in uobis met ipſis Cha-
ritatem continuam habentes; quia Charitas
1. Ioan. 3. operit multitudinem peccatorum. Nos ſci
mus quoniam tranſlati ſumus de morte ad
Ibidem. uitam, quoniam diligimus fratres. Qui nõ
Cap. 2. diligit, manet in morte. Qui diligit fratrem
ſuum in lumine manet. Qui enim diligit G
proximum, legem impleuit. Nam, non a- *Rom. 13.*
dulterabis, non occides, non furaberis,
non falſum teſtimonium dices. Non concu-
piſces, & ſi quod eſt aliud mandatum: in hoc
uerbo inſtauratur. Diliges proximum tuum
ſicut teipſum. Dilectio proximi, malum nõ
operatur. Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. *Galat. 5.*
Omnis enim lex in uno ſermone impletur.
Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Quẽ-
admodum & Saluator noſter poſtquam de
præcepto dilectionis Dei atque de præcepto
dilectionis proximi diſſeruit, ſtatim adiecit,
In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet *Mat. 22*
& prophetæ. Sicut & apud Ioannem maniſe-
ſtè dixit, Qui autem diligit me, diligetur à *Ioan. 14.*
Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſta-
bo ei meipſum. Et alibi etiam legimus, Qui
manet in charitate, in Deo manet: & Deus *1. Ioan. 4.*
in eo. Atque multa alia quæ iam poſuimus
ex Apoſtolo Paulo de rebus ſpiritalibus agen *1. Cor. 13.*
te, excellentioremq́; uiam nobis oſtendente:
quo loco, omne ſpiritale eſſe, & omnem ſpi-
ritalem ualorem charitati tribuit, & charita
tem ſuper omnes alias res ſpiritales quæ in
hac mortali uita habemus, aut habere uale-
mus ſecundum legem datam, extulit. Super
gratias gratis datas, ſuper uirtutes, & ſuper H
cuncta dona alia. Manifeſta eſt in ſanctis ſcri-
pturis prærogatiua Charitatis, & ſimul no-
tum eſt eam eſſe ad iuſtificationem hominis
prorſus neceſſariam: Quomodo ergo potue-
runt ſic decipi aduerſarii, ut per ſolam fidem,
aut per ſolam confidentiam dicant iuſtificari
homines, quicquid ſit de omnibus aliis? Vbi
eſſet tunc, hæc charitatis prærogatiua, Cha-
ritas operit multitudinem peccatorũ. Tranſ-
lati ſumus de morte ad uitam, quoniam di-
ligimus fratres? Qui non diligit, manet in
morte? Si uerum eſt quod dicit ſcriptura ſan-
cta, Qui non diligit manet in morte. Quo-
modo uerum eſt quod dicit aduerſarius, fidẽ,
aut confidentiam ſolam iuſtificare? Aut ſi ue-
rum eſt ſolam fidem aut ſolam confidentiam
iuſtificare; quomodo uerum eſt quòd, Qui
non diligit, manet in morte? Iuſtificare enim,
eſt uiuificare; & iuſtitia, eſt uita: de uita nan-
que animæ agimus ſpiritali, quando de iuſti-
ficatione eius à peccatis loquimur. Quomo-
do igitur potuerunt ſic decipi? Nunquid
quia putauerunt fidem aut confidentiam eſſe
non poſſeſsione charitate? Aut quia idem exi
ſtimant eſſe realiter fidem, confidentiam,
charitatem, credere, confidere, diligere?
Secundum horum concedere non poſſunt,
quia quicquid ſit de fide & confidentia, ſiue
realiter idem ſint, ſiue realiter diſtinguantur;
ſine dubio charitas ab utroq; illorum, eſt rea
liter

A liter diſtincta: ſiue confidentia ad intellectum, ſiue ad uoluntatem pertinere dicatur. De hoc tamen magis infra. Dabunt ergo primum horum duorum, dicentes ſe ita dicere, arbitrantes fidem ant confidentiam ſine charitate eſſe non poſſe: hæc enim uidetur eſſe eorum reſponſio, niſi peius ſapientes ſicut diuinas ſcripturas negant, ſic experientias negauerint humanas alio modo deformiori. Hæc eorum reſponſio nullo modo eos ſaluat, Primùm, quia notum eſt in diuina ſcriptura, poſſe eſſe omnem fidem, omnemq́; confidentiam ſine charitate: atque hoc, & quantum ad actum, & quantum ad habitum: quemadmodum etiam & per ſanctos patres, & per ſanctas œcumenicas Synodos determinatum eſt. Deinde quia quicquid ſit de facto, nos latius agentes, ut obſtruantur ora loquentium iniqua, quærimus de iure ſecundum diuinas ſcripturas, Si per poſsibile uel impoſsibile fides aut confidentia ſine charitate eſſet, An ſine charitate iuſtificaret? In hoc eſt totius diſputationis ſumma. Dicant ergo aduerſarii in ſuis conſcientiis, quid ſentiant de hac quæſtione. Si iuſtificare negauerint, Ergo principaliter iuſtificat charitas: & nullo modo poteſt dici ſolam fidem aut ſolam confidentiam iuſtificare, poſtquam conceditur quòd ſi ſine charitate eſſet, ſine charitate non iuſtificaret. Itaque ſic reſpondentes, totam quæſtionem ſecundum noſtram ſententiam determinant, & neceſſariò propriam mutare coguntur: ut iam deinceps nullo modo iuſtificationem peccatoris, ſoli fidei aut ſoli confidentiæ tribuant. Si autem ita inſanire uelint, ut eam iuſtificare affirment, hoc ipſo manifeſtè ſe produnt, & iam clarius contra legem Dei aut contra prærogatiuam charitatis blaſphemare non poſſunt. Blaſphemant primùm cõtra Dei legem, quæ (ut conſtat ex Apoſtolo ad Corinthios) omnia Dei dona quæ in hoc ſæculo habentur aut haberi poſſunt, ſine charitate, mortua eſſe & nihil prodeſſe aſſerit: quaſcunque gratias gratis datas, & quaſcunque uirtutes. Blaſphemant ſecundò contra Dei legem, quæ charitatem prædicat tanquam eam uirtutem per quam remittuntur formaliter peccata, ſine qua homo manet in morte, & per quã transfertur de morte ad uitam. Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Et alia multa. Significatur enim charitas in his tanquam ea forma per quam homo formaliter, ſpiritaliter uiuificatur, & de morte ad uitam transfertur, atque remiſsionem obtinet peccatorum. Vnde & charitas, tale à multis ſæculis nomen obtinuit, quo dicitur uita ſpiritalis animæ, & forma omnium aliarum uirtutum: non quòd aliis uirtutis formam largiatur, ipſiq́; ſe indat tanquam forma materiæ, ſed quia illis ſpiritalem uitam & ualorem præſtat eaſq́; ordinat in finẽ ultimum. Quicquid ſine charitate intelligitur eſſe, profectò intelligitur ut non diligens; At ſcriptura ſancta dicit, Qui non diligit, manet in morte. Blaſphemant tertiò contra doctrinam Pauli, qui definiendo eã rem quæ ualet apud Deum, Ait, Fides quæ per charitatem operatur: in qua definitione ſi aduertimus, primùm & quaſi loco generis dicit Apoſtolus, Fides: deinde quaſi loco differẽtiæ dicit, Quæ per charitatem operatur. Sic enim ſemper intelligimus, ut in omnibus diffinitionibus, ſiue quid rei, ſiue quid nominis, etiam & in omnibus deſcriptionibus, quod ponitur primo loco, accipimus tanquã genus, quod uerò ſecundo loco & deinceps, accipimus tanquã differentiam. Differentia autem, quia accipitur à forma uel à quaſi forma, præſtantior eſt in definitione, quàm genus quod accipitur à materia uel à quaſi materia. Sic ergo, in illa definitione quam affert Apoſtolus rei, quæ ualet in Chriſto Ieſu, principale & formale eſt illud quod ſecũdo loco dicitur, Quæ per charitatẽ operatur: nõ illud quod primo loco ponitur, Fides. Quia quod ponitur primo loco, eſt quaſi genus, quod uerò ſecundo loco, eſt quaſi differentia & forma: ſicut in definitione hominis quæ eſt, Animal rationale. Illud quod ponitur primo loco, eſt genus & minus principale, quod autem ſecundo, eſt differẽtia & magis principale. Itaque quemadmodum non intelligitur homo quantũcunque intelligatur animal, niſi intelligatur rationale: ita non intelligitur res ualens in Chriſto Ieſu ad uitam, quantumcunque intelligatur fides, niſi intelligatur quæ per charitatem operatur. Blaſphemant quartò contra totam diuinam ſcripturam, quia ponentes iuſtitiã uiuificantem in ſola fide aut confidentia, quicquid ſit de charitate, ſiue ſit cum fide aut confidentia, ſiue non, eo ipſo neceſſariò coguntur ponere perfectionem uiuificantis iuſtitiæ in ſola fide, aut in ſola confidentia, quicquid de charitate ſit. Quandoquidem in uniuerſum non poſſumus conſiderare perfectionẽ alicuius rei in aliquo eſſe, niſi per formam quæ dat illud eſſe tali rei. Verbi gratia, non poſſumus cõſiderare perfectionem hominis in eſſe albo, niſi per albedinem, quæ dat homini eſſe album: non poſſumus conſiderare perfectionem hominis in eſſe nigro, niſi per nigredinem quæ dat homini eſſe nigrum. Et ſic de aliis omnibus. Sic Ergo, Si ſola fides aut ſola confidentia dat homini eſſe uiuũ ſpiri-

Marginalia: Lib. præſenti. — B — 1. Ioan. 3 — C — Galat. 5. — D

E ſpiritaliter, quicquid ſit de charitate, non poſſumus conſiderare perfectionem hominis in illo eſſe, niſi per fidem aut confidentiam quæ illud eſſe præſtat homini. Qui autem ita docent, cum tota ſcriptura ſancta Dei pugnant, quæ perfectionem hominis in uita ſpiritali animæ & iuſtitia, in charitate & in perfectione charitatis conſtituit: Ad charitatem ordinatur tota lex, & ſecundum prædicationem Sal
Mat. 22 uatoris noſtri, In duobus præceptis charitatis uniuerſa pendet, & Prophetæ. Qui diligit
Rom. 13. proximum, legem impleuit. Pleuitudo er-
Deut. 10. go legis, eſt dilectio. Et nunc Iſrael quid eſt quod dominus Deus tuus requirit à te, niſi ut diligas eum, & ambules in uiis eius, & cuſtodias mandata ac ceremonias illius. Secundum gradus charitatis regulamus perfectionem uirorum iuſtorum, incipientium, proficientium, & perfectorum, & ſecundum illā magis in Deum transformantur quàm per quamcunque uirtutem aliam, aut gratiam gratis datam, aut donum. Nam per amorem, eſt amans in re amata, & transformatur in illam, modo quodam ſpeciali & altiſsimo: ſi-
Matt. 6. cut Saluator noſter ait, Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum: id eſt, per amorem. Vnde uiri ſancti & docti nō ſunt dedignati ſic dicere, Anima plus eſt ubi amat, quàm ubi animat: Auguſtinus, Bernardus, & alii multi. Ideo per charitatem magis transformatur,
F magisq; ad priſtinam ſuam rectitudinem reuertitur anima; quia diligendo Deum, à peccato auertitur, & ad Deum conuertitur, iuſtitiam amat, Deo hæret, & unus ſpiritus fit cùm eo. Ignem charitatis uenit dominus mittere in terram, & quid uult niſi ut ardeat? Legem amoris dedit, & manifeſtè dixit, In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Quod uerbum tale eſt, ac ſi diceret, In hoc cognoſcent omnes, quia ſancti eſtis, quia iuſti eſtis, & quia perfecti eſtis, ſi inuicem habueritis dilectionem. Huc ſpectat, quod ipſe de dilectione quaſi de ſingulari mandato, & quaſi nullum aliud dediſſet mandatum, ait, Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos: cum enim multa mandata dederit, unum illorum ſuum appellans, ſatis declarauit omnia alia ad illud referri, ab illo manare, uel in illo compleri. Quam ob rem Paulus Apoſtolus Chriſti, & in quo loquebatur
Rom. 13. Chriſtus, manifeſtè inquit, Qui diligit proximum, legem impleuit. & beatus Gregorius, Quicquid præcipitur, in ſola charitate ſoli
1. Cor. 12 datur. Atque Paulus iterum, quando ad Corinthios ſcribens, res ſpiritales declarauit, diuiſiones gratiarum, diuiſiones miniſtrationum, diuiſiones operationum, uirtutes, dona, & gratias gratis datas: & cùm excellen- G
tiorem uiam demonſtrauit, atque chariſmata meliora: profectò charitatem ſuper omnia extulit euexitq;. Tandem poſt declarationē *1. Cor. 13.*
ſpiritalium chariſmatum ita concludit, Sectamini charitatem. Ne autem in hoc parcè uideretur locutus, latius uberiusq; de charitate prædicauit, dicens, Finis præcepti, chari-
tas. Ad charitatem ergo tanquam ad finem, *1. Tim. 1.*
ordinantur omnia quæ ſunt in lege, narrationes, doctrinæ, promiſsiones, ſacramenta, præcepta, conſilia, & ſi quæ ſunt alia: quemadmodum ex his allegatis ſcripturis, atque ex multis aliis quæ allegari poſſent, ſatis conſtat. Charitas autem ordinat nos noſtrumq; affectum in Deum Optimum Maximum, uiuificat noſmetipſos, de morte ad uitam transfert, & in Deum transformat, Tranſlati ſu- *1. Ioan. 3.*
mus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. *1. Petri. 4*
Charitas operit multitudinem peccatorum. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Qui hæret Deo, unus ſpiritus fit cum eo. Cum uerò ad charitatem ordinetur tota lex, totumq; quod lege continetur, & cùm ipſa potiſsimè nos ordinet in Deum, ut ſcripturæ ſanctæ declarant: manifeſtum eſt, non poſſe conſiderari perfectionem iuſtitiæ huius uitæ, niſi ſecundum conſiderationem charitatis. Immo quoque manifeſtum eſt, debere regulari perfectionem iuſtitiæ & uitæ H
Chriſtianæ, ex perfectione charitatis: ut tantum aliquis magis uel minus dicatur & ſit perfectus iuſtus, quantum magis uel minus charitatis habuerit. Quia ad ipſam ordinantur quæ ſunt in lege, & ipſa nos ordinat componitq; perfectius in Deum. Quomodo probatur omnia quæ ſunt in lege, ordinari ad charitatē? Quia ſcriptura ſancta dicit, Finis legis eſt dilectio. Qui diligit proximum, legē impleuit, Et alia quæ poſuimus. Quomodo probatur, charitatē perfectius ordinare nos in Deū. Ex eodem fundamento. Cum enim charitas ſit finis, & cum ad charitatem ordinentur omnia quæ ſunt in lege: manifeſtum eſt, charitatem perfectius nos ordinare in Deum, præ cæteris aliis omnibus. Quid nanque nos poterit in Deum ordinare perfectius, quàm illud ad quod ordinatur tota lex Dei? Quia ergo ad charitatem ordinantur omnia, tanquam ad finem; & quia charitas perfectius nos ordinat in Deum & proximum præ cæteris aliis: fit notum per conſequens, quòd ſecundum perfectionem charitatis debet regulari perfectio Chriſtianæ iuſtitiæ in hoc ſæculo. Ex hoc autem ſequitur euidenter, quòd nullo modo poteſt iuſtitia Chriſtiana excludere à ſua ratione formali charitatem; ſed quòd

A quòd Chriſtiana iuſtitia uel in charitate con-
ſiſtit, uel charitatem includit. Quomodo
probatur hæc ſequela? Quia in uniuerſum,
non conſideratur perfectio alicuius rei in ali-
quo eſſe, niſi ſecundum perfectionem formæ
quæ dat illud eſſe tali rei, ſicut iam propoſui-
mus, monſtrauimusq́; in exemplis notiſsi-
mis, de perfecto albo, & de perfecto nigro.
Vnde quemadmodnm nihil eſt perfectè al-
bum, niſi per eam formam per quam eſt al-
bum: & quemadmodum nihil eſt perfectè ni-
grum, niſi per formam per quam eſt nigrum:
ita nemo eſt perfectè iuſtus, niſi per formam
per quam eſt iuſtus. Itaque ſi homo per cha-
ritatem in iuſtitia perficitur, ſine dnbio per
charitatem iuſtificatur: & ſicut ſine charita-
te non poteſt in iuſtitia perfici, ſic ſine chari-
tate non poteſt iuſtificari. Rurſusq́; ſicut ſi-
ne charitate nõ poteſt intelligi in iuſtitia per
fectus, ſic ſine charitate non poteſt intelligi
iuſtus. Si ergo aduerſarii uolunt ſingere bla-
ſphemias multas, magnas & graues, dum
quærimus ab eis, ſi per poſsibile uel impoſsi
bile fides aut confidẽtia ſine charitate foret,
an ſine charitate iuſtificaret? oportet eos re-
ſpondere, quòd non. Tunc antem conſe-
quenter tenentur dicere, quòd quando fides
aut confidentia cum charitate eſt; nequaquã
ſola fides aut ſola confidentia iuſtificat, ſed
magis charitas. Quia ſi ſola fides aut ſola con
B fidentia per poſsibile uel impoſsibile ſine cha
ritate eſſet, nullo modo ſine charitate iuſtifi-
caret. Sed nunc, nobis dicant aduerſarii; quæ
fides aut confidentia eſt illa, quam commen-
dant, dum dicunt, ſolam fidem aut ſolam con
fidentiam iuſtificare? Si dicunt eam eſſe fidem
aut confidentiam quæ per charitatem opera-
tur, ut declinent præcedentes blaſphemias
contra eos adductas: Reſpondemus, Illam
non eſſe ſolam fidem, neque eſſe ſolam con-
fidentiam; quia ſi fides aut confidentia & cha
ritas ſunt, iam multa ſunt quæ ſunt, & non
unum eſt quod eſt. Fides enim eſt in intelle-
ctu & perficit illum, charitas autem eſt in uo
luntate & perficit uoluntatem: uidelicet ut
ea qua formaliter Deum ſuper omnia dili-
gimus, & proximum ſicut nos metipſos pro-
pter Deum. Ergo nullo modo poteſt dici in-
ter fideles Chriſtianos, ſolam fidem aut ſo-
lam confidentiam iuſtificare formaliter à pec
catis: eſt enim huiuſmodi aſſertio omnino
falſa, & contra totam ſcripturam diuinam.
Conſtat per diuinas ſcripturas, alium effe-
ctum gratiæ Chriſti eſſe fidem aut confiden-
tiam, alium uerò ſpem, alium charitatem:
& conſtat eodem modo per eaſdem ſcriptu-
ras Dei, neque ſolam fidem, neque ſolam con
fidentiam ſine charitate iuſtificare, nec ſolam
fidem aut ſolam confidentiam ſine charitate C
iuſtificaturam, ſi à charitate abduceretur.
Hæc eſt prærogatiua, & præcellentia chari-
tatis inter omnes uirtutes, inter omnia do-
na, inter omnes gratias gratis datas: quia
charitas eſt finis legis, ſacramentorum, præ-
ceptorum, conſiliorum, narrationum, do-
ctrinarum, promiſsionum, uirtutum, ope-
rumq́;. Rurſus etiam & quodammodo cha-
ritas eſt finis ipſius fidei in hoc ſæculo. Ad
hoc enim nobis mortalibus præſtat Deus fi-
dem & doctrinam fidei, ut cognoſcamus &
ſciamus, quid uelle, quid proſequi, quid fu-
gere, quid amare, & quid odiſſe debemus.
Si autem fides aut confidentia nou iuſtifica-
ret à peccatis ſi ſine craritate eſſet, conſtat,
non habere ſolam fidem, nec ſolam confiden
tiam, completam rationem iuſtitiæ, ſed cha-
ritatem complere, & facere quaſi formaliter
iuſtitiæ ſeu iuſtificationis rationem. Fides iu-
ſtificat qnodammodo intellectum, charitas
autem iuſtificat affectum ſeu uoluntatem:
ſed remiſsio peccatorum non datur nobis à
Deo quantumuis habeamus intellectum iu-
ſtificatum per fidem, niſi quodammodo etiã
prius tempore uel natura habeamus uolun-
tatem iuſtificatam per charitatem. Charitas
eſt maxima uirtutum, & charitas habet pri-
mitiam in remiſsione peccatorum. Vt enim
iam docuimus, credebat quidem quantum
ſatis erat pro illo tempore, & in ſua perſona, D
mulier illa quæ erat in Ciuitate peccatrix, cui
dominus condonauit peccata: nec ſolùm cre-
debat, ſed pœnitebat, & flebat: Non tamen
dominus, eius fidei, pœnitentiæ, aut lacry-
mis, ſed eius dilectioni tribuit peccatorum
remiſsionem, dicens, Remittuntur ei pecca- *Luca. 7*
ta multa, quoniam dilexit multum.

AD confirmationem quartæ rationis ſu-
pra poſitæ, dicit Apoſtolus manifeſtè, ſuper *Col. 3.*
omnia autem hæc, charitatem habete, quod
eſt uinculum perfectionis. Ecce charitas eſt
uinculum perfectionis. Cuius perfectionis?
Non dubium quin Chriſtianæ. Igitur chari-
tas pertinet per ſe ad Chriſtianam perfectio-
nem. Ergo per conſequens, & per ea quæ con
ſtant ex dictis, etiam pertinet ad Chriſtianã
uitam, iuſtam, ſanctam. Rurſus autem quæ-
ſo, quid multa? Charitas pertinet ad Chri-
ſtianam perfectionem, quia de illa dicit Apo-
ſtolus Paulus, quòd eſt uinculum perfectio- *Col. 3.*
nis. Et charitas etiam pertinet ad Chriſtia-
nam uitam, quia de illa dicit Apoſtolus Ioan *1. Ioan. 3.*
nes, Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quo
niam diligimus fratres. Qui non diligit, ma-
net in morte. Igitur ſine dubio, charitas per-
tinet ad iuſtitiam. Non enim eſt Chriſtiana ui
ta, & maximè non eſt Chriſtiana perfectio,

E ſine iuſtitia. Charitas ergo per quam Chriſtianè uiuimus & per quam in Chriſtiana uita perficimur, ad iuſtitiam pertinet.

Refertur, eliditur & relinquitur recèns exorta quorundam ſententia qua magno cum errore aſſeritur, Iuſtificari hominem, & Deo reconciliari, ſeu remiſſionem peccatorum aſſequi, per ſolam fidem aut confidentiam, qua quis maximè intrepideq́; credit ſe de facto & ſatis à peccatis iuſtificatum eſſe per Chriſtum Saluatorem noſtrum, aut ſe gratiam adepturum cum ſacramento, propter promiſſionem ſacramenti. Oſtenditur fidem non eſſe ſpem, neque charitatem, neque neceſſariò parere ſpem, aut charitatem, neque habere ſpem & charitatem uirtutes ſibi neceſſariò connexas.

CAP. VII.

SVPERIORIBVS annis, quidam, antiquam hæreſim iam olim damnatam ac reiectam ſuſcitauerunt, in quę ætatis noſtræ homines effuderunt, dicentes, per ſolam fidem iuſtificari homines, gratiamq́; & remiſsionem peccatorum adipiſci, quicquid ſit de omnibus aliis: hac etiam appendice errorem augentes, Neque per ſacramenta, neque per quæuis bona ope-
F ra homines accipere gratiam aut iuſtificationem, ſed ſolius fidei munere: & nulla mala opera à Deo eiusq́; gratia nos ſeiungere, præter ſolam infidelitatem, uel fidei abrogationem. Hæc eadem hæreſis uelis remiſq́; fugienda, olim & Diui Auguſtini ſæculo uiguit, quin etiam & antea, ſicut idem Auguſtinus refert, (*Auguſt. tom. 4.*) Dicit enim in libro De fide & operibus, Tempore ſtatim Apoſtolorum hanc ipſam hæreſim eadem omnino exordia, quæ in his noſtris nunc aduerſariis, habuiſſe; Nempè dum non intellectis, inquit, quibuſdam obſcuris ſententiis Apoſtoli Pauli; ſcilicet, Lex ſubintrauit, ut abundaret delictum: (*Rom. 5*) Et, Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis. (*Rom. 3.*) arbitrati quidam ſunt fidem ſatis eſſe ad ſalutem ſine aliis operibus bonis, quinimmo, malis nihil obſtantibus. Quam (inquit) ob cauſam aliæ Apoſtolicæ Epiſtolæ Petri, Ioannis, Iacobi, & Iudæ contra hanc maximè diriguntur intentionem, ut uehementer aſtruant, fidem ſine operibus nihil prodeſſe. Sicut ipſe ait Paulus, Fides quæ per dilectionem operatur. (*Galat. 5.*) Et in libro de hæreſibus, ad Quod uult Deum, ſic refert idem Auguſtinus de Eunomio, (*Cap. 54. tom. 6.*) Fertur etiam uſque adeo fuiſſe bonis moribus inimicus, ut aſſeueraret, quòd nihil cuiq; obeſſet quorumlibet perpetratio ac perſeuerantia peccato-

G rum, ſi huius quæ ab illo docebatur fidei particeps eſſet. Atque in quendam Pſalmum, eorum hæreticorum uerba inducit, (*Pſal. 31. tom. 8.*) miſericordiam Dei peccatoribus ſic promittentium, ut in quibuſlibet peccatis perſeuerantibus, tantùm credentibus, quia Deus liberat, Deus ignoſcit, paratam eſſe dicerent: ita ut nemo eſſet periturus filiorum iniquorum. Quibus reſpondet, quòd Deus ille iuſtus, cui cantatur miſericordia & iudicium, damnabit hominem malè de ſe præſumentem, & ad interitum ſuum, miſericordia Dei ipſius abutentem. Hanc eandem hæreſim, contra quam uerbi Dei gladium omnes olim ſæculi illius doctores ſancti diſtrinxerunt, eamq́; perfoderunt atque internecioni dederunt, noſtra hac ætate ab inferis & orco reuocauit impius ille Hæreſiarcha Martinus Luther, ut multis in locis operũ ipſius eſt manifeſtum, (*Art. 1. 10. 11. 12. 13. 15.*) ut aſſertionibus ſuis ad Leonem per multa, in De libertate Chriſtiana, in Expoſitione epiſtolæ ad Galatas, in lib. de Captiuitate Babylonica, in de Votis monaſticis, in ſermone aduerſus Carolſtadium. In ſuis quidem articulis ad Leonem, docet, ſolam fidem iuſtificare, ac dum quis fortiter credit, ſe cum ſacramento gratiam conſecuturum, ipſa ſua fide qua ita credit, iuſtificari, quicquid ſit de omnibus aliis: & ſententiam dicentem, Sacramenta dare gratiam, dicit eſſe hæreticam.
H In de Libertate Chriſtiana ait, ſolam fidem ſufficere ad ſalutem, opera nullo modo iuſtificare: atque eum qui habet fidem, docet, liberum eſſe ab omnibus præceptis legis, neque ullis indigere operibus ut ſaluus ſit, ſed ſola, inquit, fides hæc omnia largitur abundè. In expoſitione epiſtolæ ad Galatas, Sola, inquit, fides neceſſaria eſt, cætera omnia opera liberrima, neque præcepta, neque prohibita. In de captiuitate Babylonica, Per ſolam fidem poſſumus cum Deo agere, opera ille nihil curat, neque illis indiget: atque in eodem opere infert, nulla peccata poſſe hominem damnare, & ſi uelit, niſi ſolam incredulitatem. In De uotis monaſticis, Fides & opera quàm longiſsimè inter ſe diſtant, & contrariantur, ut non poſsint opera abſque fidei iactura doceri: nam Euangelium pugnat cum lege. In ſermone aduerſus Carolſtadium, Nullum eſt peccatum, niſi incredulitas, nulla iuſtitia niſi fides. Hæc Lutherus pernicioſè uomuit, docuitq́;. In quibus nemo non uidet, eum ab Eunomio antiquiſſimo hæretico non deuiaſſe; niſi quòd fortaſſis adiecit, proficiendo in peius. Eandem hæreſim aſſeruerunt cum Luthero diſcipuli eius, & tenent adhuc nonnulli, illamq́; ita neſcio quibus uerbis ſuis inuoluunt, obſcuramq́;

A ramq; reddunt, ut difficillimum propè ſit il-
lam apud ipſos percipere aut eos in ipſa in-
telligere. Quod ea fortaſſe de cauſa factum
eſt, quia peruerſam ſententiã, à manifeſta ue
ritate uicti, mutare uolunt: aut quia pudet
eos huiuſcemodi fœditatem, manifeſtis pro-
ferre uerbis; aut quia intelligi nolunt, ne in-
tellecti impugnẽtur apertius, atque facilius.
Vt autem iam collegit Reuerendus magiſter
Dominicus à Soto Dominicus à Soto, uir doctiſsimus, in ſuo
lib.2. opere De natura & gratia: ponitur & expli-
cap. 5. catur ſatis eorum hæretica ſententia ſeptem
Explicatio erroris Lutheri per conclusiones. concluſionibus, Prima eſt, Sola fide per Chri
ſtum ſeruatorem noſtrum iuſtificamur. Se-
cunda eſt, Iuſtificari trifariam dicitur; Quan
doq; enim uſurpatur de eo, quod eſt com-
probari, aut iudicari, eſſe iuſtum. Secundo
modo accipitur pro eo, quod eſt, ex iniuſto
Concl.1. iuſtum fieri: & tertio modo pro eo, quod eſt,
Concl. 2. iuſtitiam iſti augeri. Tertia eſt, Cum dicitur,
Aduerſariorum. ſola nos fide iuſtificari, id ſentiendum eſt, tam
de ſecundo, quàm de tertio modo iuſtifica-
Concl. 3. tionis: ita ut tam acquiſitio, quàm augmen-
Aduerſariorum. tum iuſtitiæ, ſoli tribuatur fidei: cui addunt
quòd ſi opera bona illius qui iam iuſtificatus
eſt, dicuntur aliquo modo ipſum iuſtificare,
id, inquiunt, duntaxat eſt in prima uſurpatio
ne iuſtificationis: ideſt, quòd iuſtus per ſua
opera pronuntiatur à Deo iuſtus, quia ope-
ra ſua reputantur ab eo iuſta, & commendan
B tur, tanquam fidei teſtimonia. Qui etiam in
tantum opera quantumuis bona à iuſtifica-
tione excludunt, ut ea omnia mala eſſe dicãt,
& peccata: quemadmodum manifeſtè habe-
Concl. 4. aduerſariorum. tur inter Lutheri articulos. Quarta eſt, No-
men fidei tripliciter accipitur, primo modo
de fide hiſtoriæ, ſecundo de fide promiſsio-
Concl. 5. aduerſariorum. nis, & tertio de fide miraculorum. Quinta
eſt, Cum docemus, inquiunt, ſola nos fide
iuſtificari, non intelligimus de fide hiſtoriæ,
qua credimus, ueram eſſe ſcripturam, ſed de
fide, hoc eſt fiducia, qua quiſque fidere de-
bet promiſsionibus Dei, de remiſsione pec-
Concl. 6. aduerſariorum. catorum per Chriſtum facienda. Sexta eſt,
Fides (aiunt) qua iuſtificamur, non eſt fidu-
cia ſola in genere, qua confidimus, Deum
paratum eſſe reconciliare uniuerſos per Chri
ſtum, ſi ſua duritia, & culpa non obſtiterint:
Sed eſt fides & fiducia qua quiſque in particu-
lari, & abſq; ulla conditione firmiter credit,
certoq; confidit, nunc in facto ſibi remitti
Concl. 7. aduerſ. peccata à Deo gratis per Chriſtum. Septima
eſt, Tametſi fides hiſtoriæ reliquæ Euange-
lii, quæ donum etiam Dei eſt, manere utiq;
poſsit abſq; ſpe & charitate, fides tamen fir-
ma remiſsionis peccatorum eſſe neutiquam
ſine illis poteſt: ſed ſunt (ut inquiunt) indi-
uidui comites, illa tamen hiſtorica abſq; cha

ritate non eſt propriè fides. Ecce quæ ipſi C
aduerſarii docent hac de re, quantum perti-
net ad iuſtificandos homines, & ad iuſtifi-
cationem in illis augendam. Satis manifeſtè
dicunt iuſtificari homines à peccatis per ſo-
lam fidem, & per qualem fidem: quia uide-
licet per ſolam fidem qua quiſque priuatim,
& abſque ulla conditione, firmiter credit, cer
toq; cõfidit, nũc in facto ſibi remitti peccata
à Deo gratis per Chriſtum. Vt aũt eorum co
gnoſcatur ſententia, id maximè etiã animad-
uertẽdum eſt, quòd dũ aiunt, ſola fide nos iu
ſtificari, nõ intelligunt actum illum & noſtrũ
aſſenſum fidei, eſſe aliquo modo meritum
aut cauſam iuſtificationis: immo neque di-
ſpoſitionem, aut præparationem eſſe nolũt,
ſed quandam quaſi manum quendam'ue un-
cum, quo apprehendamus miſericordiam
Dei, per hoc ſolum, quod eſt aſſenſus quo cre
dimus Deum eſſe ueracem & fidelem ſponſo
rem. Quaſi quidem, Octaua concluſio eorũ *Concl. 8.*
ſit hæc, Per hanc fidem formaliter iuſtificatur *aduerſ.*
homo à peccatis, ita ut inter Deum iuſtifican
tem & hominem iuſtificandum, uel iuſtifica-
tum, nihil medium accedat, quo formaliter
iuſtificetur homo, præter hanc ſolam fidem.
Apprehendere nanque homines iuſtitiam
Dei, ipſis idẽ eſt, quod credere, aſſenſumq;
& fidem præbere fideli Deo promittenti ſalu
tem; & illo ſolo actu aiunt recipere nos gra-
tiam, miſericordiam, & iuſtitiam Dei; poſt D
gratiam uerò continuò ſequi infuſionem cha
ritatis. Sic uidetur Lutherus docuiſſe in ſuis
articulis ad Leonem, multis in locis; ſicut in
De libertate Chriſtiana, dixit una ſola re opus
eſſe ad uitam, & iuſtitiam, nempè uerbo Dei,
iuxta illud, Non in ſolo pane uiuit homo, ſed
in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Et
in Pſalmo, Miſit uerbum ſuum, & ſanauit
eos. Atque hoc uerbum eſt, ait, promiſsio
Euangelica. Cum autem uerbum, inquit, &
promiſsio, ſola fide per intellectum apprehẽ
datur, ille ſolus aſſenſus apprehendit miſeri-
cordiam: quam poſtea conſequitur charitas,
& opera. Idem docent Lutheri aſſeclæ in con
feſsione Auguſtana, In cuius apologia Me- *Art. 5.*
lancthon, inquit, Non ſolùm laudatur fides,
quaſi ſit principium iuſtificationis, ut aduer
ſarii dicunt, ſed nos ſic de fide ſentimus, quòd
propriè ac uerè ipſa fide propter Chriſtum iu
ſti reputemur. Iterum, Sola, inquit, fide in
Chriſtum non per dilectionem aut opera cõ-
ſequimur remiſsionem peccatorum: & ſi di-
lectio ſequitur fidem. Infra, Sola fide appre-
hendimus miſericordiam: quia illa accipit
promiſsionẽ, qua Deus pollicitus eſt, quòd
propter Chriſtum uelit propitius eſſe creden
tibus in eum. Infra, Quia promiſsio non po

g 2 teſt,

E teſt, inquit, accipi niſi fide. Sic Bucerus in
Bucerus. ſua concordia Controuerſiarum, exponens
libellum imperatorium, Ait fidem, ut fides
eſt, ut aſſenſio eſt Euangelii, fidem ipſam ſo-
lam; hoc eſt, primo & per ſe eſſe ſolidam ple
namq́; cauſam receptiuam primum gratiæ at
que adoptionis Dei, & principis iuſtificatio-
nis: ideſt, qua ex iniuſtis efficimur iuſti: de-
inde ſequitur charitas, ad operandum iuſta.
Ita hi docent hæretici etiam his periculoſiſsi-
mis temporibus iuxta illam antiquiſsimam
hæreſim, quã refert Auguſtinus tenuiſſe præ
dicaſſeq́; Eunomium: unde hi non ſolùm Lu
therum imitantur, ſed & Eunomium Luthe
ro antiquiorem, olimq́; iam damnatum, Sic
eorum uerba ſonant, quæ ſtatim poſuimus:
& non eſt dubium, quin ex uerbis in ordina-
tè prolatis incurratur hæreſis, ut notauit
Hieronymus. Liberè loquantur philoſophi,
nobis autem ad certam metam loqui fas eſt,
ut docuit Auguſtinus. Docuerunt igitur hi
primùm quòd ſola fides iuſtificat, ut uidetur
oſtendi ex dictis eorum: ſed uidentes poſtea
tanquam à manifeſta ueritate uicti, fidem ca
tholicam etiam integram omnium credibi-
lium non ſufficere ad iuſtitiam, cœperunt illã
appellare fidem hiſtoriæ, effingentes fidem
quæ iuſtificat non eſſe niſi illam, quam Deo
habemus pollicenti remiſsionem peccatorũ
per Chriſtum. Deinde quia neque illam fidẽ
F ſatis eſſe intellexerunt, commenti ſunt aliam
fidem ſpecialem quam recenter dicunt iuſtifi
care ſolam: ideſt, fidem & fiduciam qua quiſ-
que priuatim, & abſque ulla conditione fir-
miter credit, certoque confidit, nunc in fa-
cto ſibi remitti peccata à Deo gratis per
Chriſtum: de qua dictum eſt in ſecunda par-
te ſextæ eorum concluſionis, paulò ante poſi
tæ. Sed tandem conuicti uidelicet, quòd po
teſt quis certò credere ſe eſſe in gratia, qua ta
men uana ſua credulitate decipiatur, cogita-
uerunt adtexere rationi fidei, ſpem quoque
& charitatem, quin etiam & opera. Etenim
Caluinus quidam ex ipſis, in libro de Inſtitu.
Relig. Chriſtianam fidem ſic definiuit, quòd
ſit diuinæ erga nos beneuolentiæ firma, cer-
taq́; cognitio. quæ gratiæ in Chriſto promiſ-
ſionis ueritate reuelatur mentibus noſtris, &
cordibus obſignatur. Quaſi quòd fides & mẽ
tibus, id eſt, intellectibus: & cordibus, id eſt,
uoluntatibus obſignetur. In apologia confeſ
Art. 5. ſionis Auguſtanæ ita habetur, Omnes perter
refactæ mẽtes, ſciant ſe debere credere, quòd
certò donetur ipſis remiſsio peccatorum pro
pter Chriſtum, non propter ipſorum merita,
aut dignitatem. Hi omnes certò conſequun
tur remiſsionem peccatorum. Et cum hoc
modo conſolamur nos promiſsione ſeu Euan
gelio, & erigimus nos fide, ſimul datur no- G
bis Spiritus ſanctus. Philippus, ex eiſdem hæ
reticis, eadem uerba repetit in apologia. Sed
proximè ante ait, quòd fides quæ iuſtificat nõ
eſt tantũ notitia hiſtoriæ, ſed eſt aſſentiri pro-
miſsioni Dei. Subiungit autem, Et ne quis
ſuſpicetur, tantùm notitiam eſſe, addemus
amplius, eſt uelle, & accipere oblatam pro-
miſsionem remiſsionis peccatorum, & iuſtifi
cationis. Bucerus in ſuis nuper concordan-
tiis innouat eadem uerba. Ecce ſecundum ho
rum perniciosam ſententiam, uelle & accipe-
re promiſsionem, includuntur in ratione fi-
dei. Quæſtio erat apud illos, Per quid recipi-
mus beneficium iuſtificationis à Deo nobis
promiſſum? Reſpondent, Per ſolam fidem.
Sed dum hanc fidem qualis ſit inſtamus inqui
rere, reſpondent, quòd ſit non ſolùm aſſentiri
promiſsioni Dei promittẽtis nobis gratis re
miſsionem peccatorum, ſed & uelle, & acci-
pere oblatam promiſsionem. Qui autem ita
reſpondent, profectò eo ipſo dicunt quòd re-
cipimus iuſtificationem, per hoc quòd pro-
miſsioni Dei aſſentimus, atque oblatam pro-
miſsionem uolumus, & recipimus. Hæc eo-
rum reſponſio, omnem inuoluit obſcurita-
tem, & tandem diffinit idem per idem: aſſe-
rens quòd recipimus iuſtificationẽ, per hoc,
quòd aſſentimus promiſsioni, uolumus, &
acceptamus oblatam promiſsionem. Si quæ- H
rimus, non'ne luculentius foret dicendum, il
lud nos beneficium accipere actu, quo per ſpe
ciale auxilium Dei credimus Deum eſſe, & re
muneratorẽ eſſe, unà cum actu ſpei quo nos
per idem auxilium erigimus, atque actu cha-
ritatis quo nos erratorum pœnitet, adhibito
ſacramento, uel baptiſmi, ſi ab infidelitate cõ
uertimur, uel pœnitentiæ, ſi relapſi reſipiſci-
mus? Reſpondent, Omnes hos actus com-
plectimur nomine fidei. Tanquam ſit, Noua *Concl. 9.*
eorum concluſio, Fides complectitur etiam *aduerſ.*
actum ſpei, quo nos erigimus, & actum cha-
ritatis, quo noſtra errata odimus, cum pro-
poſito ſuſcipiendi ſacramentum: ſimul & actũ
quo credimus Deum eſſe, & remuneratorem
eſſe. Cæterùm quia oportet nos reſpondere *Reſponſio*
omnibus his aſſertionibus aduerſariorum, *nes.*
Dicimus ad primam. Illa propoſitio in ea for *Ad con-*
ma uerborum, eſt falſiſsima, & turpiſsima hæ *cluſ. 1.*
reſis quæ in Eccleſia Chriſtiana introduci po
tuit, contra bonos mores hominum. Eſt fal-
ſiſsima, quia hoc quod dicitur, ſola fides, no
minat ſolam fidem, nec aliquid niſi fidem ſo-
lam ſupponit: fides autem ſi ſit ſine charitate,
nullo modo iuſtificare poteſt à peccatis, nec
uitam habet, nec dignificat ad regnum. Et iã
ſatis monſtratum eſt, quòd non poteſt eſſe
aut intelligi homo uiuus aut Deo reconcilia-
tus

A tus ſine charitate, & per inde nec iuſtus aut iuſtificatus à peccatis. 1.Ioan.3. Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. 1.Pet.4. Qui non diligit, manet in morte. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et multa alia.

Atq; hæc eorum prima aſſertio repugnat eorundem nonæ aſſertioni: Si enim nomine fidei complectuntur etiam actum ſpei, & actũ charitatis: quo modo aiunt ſolam fidem iuſtificare? Fides nanque quæ actum ſpei & actum charitatis includit, non eſt ſola fides, ut conſtat de ſe, & conſtabit magis ex dicendis. *Ad concluſ.2.* Dicimus ad ſecundam. Iuſtificari dicitur illis tribus modis, quos explicant: ſed non ſolis illis, quia immo iuſtificari etiam dicitur alio *Lib. præſenti.* modo, de quo infra multa dicuntur. Iuſtificatur enim homo quodammodo, dum iuſtus oſtenditur, aut prædicatur; iuſtificatur, dum de non iuſto fit iuſtus, per ſuſceptionem gratiæ gratum facientis habitualis: iuſtificatur, dum de iuſto fit magis iuſtus, per eiuſdem gratiæ augmentum: iuſtificatur etiam, dum uirtutes acquirit, & iuſta operatur iuſtè. *Ad concluſ.3.* Dicimus ad tertiam. Ita intelligendo primam concluſionem, falſiſsima eſt illa: atque ſi illi ita intelligunt ſuam primam concluſionẽ, nos quoque in eodem ſenſu illam negamus, & damnamus. Non enim per ſolam fidem fit homo de non iuſto iuſtus, nec per ſolam fidem fit homo de iuſto magis iuſtus: ſed per gratiam B gratum facientem iuſtificatur homo & magis iuſtificatur formaliter à peccatis, nec poteſt ſola fides iuſtificare aut magis iuſtificare hominem à peccatis ſine charitate. *1.Ioan.3.* Translati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. Charitas operit multitudinem peccatorum. *Ad concluſ.4.* Dicimus ad quartam. Accipitur bene quidẽ nomẽ fidei trib. illis modis; pro fide hiſtoriæ, pro fide promiſsionis, pro fide miraculorum: ſed profectò fides hiſtoriæ & fides promiſsionis diuinæ, una ſunt fides. Quæcunq; enĩ Deus dicit, ſunt utiq; diuina credibilia, ſiue dicat narrando, ſiue docendo, ſiue præcipiendo, ſiue conſulendo, ſiue promittendo, ſiue de præterito, ſiue de præſenti, ſiue de futuro: & circa omnia illa eſt una fides, unus habitus, una uirtus, ut iam ſatis conſtat ex dictis. Omnia nanque ea credimus, quia ſunt diuinitus reuelata, & ſub hac ratione formali: unde in omnibus illis unum eſt obiectum formale, unaq; materia; & ideo non eſt circa illa niſi *Epheſ.4.* una uirtus, unus habitus. Vnus dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & Pater omnium. Sic etiam potuerunt notare & aduertere, qui ita fidem, uel acceptiones fidei diuiſerunt, quòd nomen fidei aliquando inter ſapientes accipitur pro fide humana, qua aliquis ex aliquo quod uidet aut audit in C ſe uel in alio, fortiter credit aliquid, non euidenter, ſed obſcurè. Non eſt dubium quin ipſa fortis opinio, ex auctoritate dicentis & uoluntate credentis concepta, dicatur fides: humana uidelicet, ſi auctoritas eſt humana, uel ſi ex coniecturis naſcitur humanis. Credere nanque dicuntur, qui ita exiſtimant. Fides ergo ibi eſt, fidentia, aut fiducia. Humana, quia per medium humanum fallibile, & cui poteſt ſubeſſe falſum. Omitto, quòd alii etiam accipiunt aliis modis nomẽ fidei: quia ii magis ſunt ad propoſitum, & propius accedunt ad propriam nominis fidei ſignificationem. Dicimus ad quintam. *Ad concluſ.5.* Falſa eſt ipſa propoſitio, de quauis illarum fide ſola intelligatur: nulla enim ſola fides iuſtificat, ſiue ſit hiſtoriæ, ſiue ſit promiſsionis: ſed in hoc eſt etiam falſa hæc aſſertio eorum peculiariter, quia ſupponit, aſſerit, indicat, aut innuit, aliã eſſe fidem hiſtoriæ, aliam promiſsionis, quod oſtenſum eſt, eſſe falſum. Vna eſt enim fides, omnium diuinorum credibilium. Et ea ſine charitate non iuſtificat. Siue diſtinguatur fides hiſtoriæ à fide promiſsionis, ſiue non: ſemper uera eſt ſcriptura ſancta, dicens, Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniã diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Charitas operit multitudinem peccatorum. D *Ad concluſ.6.* Dicimus ad ſextam, Ea ipſorum propoſitio, in quantum dicit in prima parte ſui, non iuſtificari nos homines per ſolam fiduciam in genere qua confidimus, Deum paratum eſſe reconciliare uniuerſos per Chriſtum, ſi duritia, & culpa non obſtiterint, eſt ueriſsima, iuſta, ſancta, & catholica: ſed in quantum dicit in ſecunda parte ſui, iuſtificari nos per eam fidem & fiduciam ſolam qua quiſque priuatim & abſque ulla conditione firmiter credit, certoq; confidit, nunc in facto ſibi remitti peccata à Deo gratis per Chriſtum, eſt falſiſsima, impia, & hæretica. Eſt falſa, quia ut iam ſæpè dictum eſt, nulla fides aut confidentia iuſtificat ſola à peccatis, ſine charitate. Maximè autem eſt falſa, quia omnis talis fides aut confidentia, ſeu fiducia quam homines ſecundum legem communem uiuentes ſic in particulari habent de ſua iuſtificatione, eſt fides, confidentia, ſeu fiducia humana, non fides diuina: eſt enim talis, ut per coniecturas habeatur fallibiles, & cui poteſt ſubeſſe falſum. Poteſt nanque concedi aliquem hominem ita de ſe fortiter credere, & in eo decipi. Porrò quòd huiuſmodi fides ſit humana, & non diuina, infra oſtenditur manifeſtè. *Lib. præſenti.* Dicimus ad ſeptimam, *Ad concluſ.7.* Quòd fides hiſtoriæ, eſt donum Dei, & quòd manere poſsit abſque ſpe & charitate, Admitti-

E mittimus, quia uera ſunt: ſed quod ea fides abſque charitate nô eſt propriè fides, non ad mittimus: niſi forte ita intelligatur, quòd eſt fides mortua, & quòd non habet ualorem ad gratiam, aut gloriam. Quid eſt propriè, ſi non eſt propriè fides? Ad quod genus rerum pertinebit in eſſe rei? Et, Ad quod genus aſſenſuum pertinebit in eſſe notitiæ iudicatiuæ? Quod autem docet illa propoſitio, fidem firmam remiſsionis peccatorum, eſſe neutiquam poſſe, ſine illis uirtutibus, ſpe & charitate, atque has uirtutes eſſe eius fidei indiuiduos commites, nos negamus cum omni conſtantia. Primùm quia nulla fides eſt aut confidentia, quæ quantum ad eſſe rei, & ſecundum legem communem, non poſſit eſſe ſine charitate: poteſt enim contingere ut homo nihil minus credens aut confidens ignorãter ſed culpabiliter incidat in aliquod mortale delictum, cuius gratia charitatem perdat, cum omni fide ac fiducia manens. Si quis opulentus copiisq; & re domeſtica affluens, uiderit fratrem ſuum egenum atque inopem, & nullam ex eius calamitate miſericordiam conceperit, quo'nam, quæſo, pacto charitas Dei manebit in illo? Poteſt autẽ homo ſic miſericordiæ exors eſſe ex ignoratione, non tamen abſque culpæ nota. Deinde quia ſi aliqua fides debuiſſet habere ſpẽ
F atque charitatem ſibi adnexas, tanquam comites indiuiduos, maximè eſſet illa fides Euangelica, qua aſſentimus omnibus ueritatibus contentis in ſancto Euangelio, quàm hæc qua fortiter credimus, nos eſſe iuſtos, remiſsionem peccatorum, de facto habere, & gratos eſſe Deo. Cur hoc? Tum quia illa fides eſt fides diuina, & hæc fides eſt fides humana: illaq; uniuerſalis, hæc particularis: unde illa magis nobilis eſt, magis alta, magisq; excellens: Tum quia illa fides uniuerſalis qua credimus totum Euangeliũ, eſt quæ nobis oſtendit omnia bona Dei, ſuas perfectiones, ſuas narrationes, ſuas doctrinas, ſuasq; promiſsiones ampliſsimas & ueriſsimas, quas omnes citra cunctationem credit. Quam ob rem hæc magis eſt apta nata parere in nobis ſpẽ atq; charitatem, quàm fides illa ſeu fiducia particularis, quæ non ea bona oſtendit, ſed ſolùm credit ſe eſſe iuſtã, ſanctam, & Deo gratam. De hoc tamen infra magis dicendum eſt, quando oſtendetur maiorem eſſe rationem de illa fide uniuerſali quàm de hac ipſa particulari quòd alias uirtutes haberet ſibi connexas, & quòd tandem illas ſibi connexas non habet. Dicimus ad octauam. Errat quidem ita dicens; quia fides non iuſtificat neque iuſtificare poteſt de lege communi, ſine charitate, ut iam ſæpe

Lib. præſenti.

Ad concluſ. 8.

fuit ſatis monſtratum. Errat ſecundò, quia G inter fidem quantumuis credentem aut confidentem, & Deum effectiuè peccata condonantem aut remittentem, medium ſe præbet utique illud aliud Dei donum mirabile, quod eſt gratia gratum faciens; qua formaliter ſumus grati Deo, & iuſti à peccatis, ſicut homo formaliter eſt albus albedine. Itemque media accedit charitas ut conſtat ex dictis. Vnde fides ipſa non eſt qua formaliter à peccatis iuſtificamur, ſed eſt qua formaliter ad iuſtificationem formalem diſponimur: neque illa ſola diſponit, ut infra monſtratur, ſed pars eſt diſpoſitionis. Dicimus ad nonam, Non minus non ad mittimus hãc doctrinam in re ſic grauiſsima. Fides, re uera, ſecundum rem, pertinet ad intellectum; ſpes autem & charitas ſecundum rem, pertinent ad uoluntatem: Suntq; fides & charitas ſecundum rem, duæ uirtutes diſtinctæ in obiecto formali, & in ſubiecto primo atque modis longè differentibus afficiunt mentem; fides quantum ad iudicium, charitas quantum ad amorem; fides circa uerum, charitas circa bonum. Quomodo igitur poteſt fieri, ut propriè loquendo, fides complectatur ſuo ſolo nomine actum ſpei, & actum charitatis? Propriè loquendo non poteſt fieri. Si autem impropria ſit locutio, improprietates non cadunt ſub arte, nec ſub ſcientia; ſicut neque H accidentia, nec indiuidua, uariabilia, & corruptibilia. Rurſus ſi dicentes ſolam fidem iuſtificare, intelligunt fidem, actum quo credimus Deum eſſe ac remuneratorem eſſe, actum ſpei, & actum charitatis: ad quid fidẽ per ambages obſcuriſsimas, nubes mentibus offundentes, definiunt? Dicant ſe loqui de fide quæ per charitatem operatur, quam Apoſtolus ad Galatas, dicit ualere in Chriſto, & nulla erit controuerſia: nanque & nos talem fidem ſatis eſſe ad ſalutem credimus, & confitemur, aſſerentes cum Auguſtino, quòd talis fides poſita in fundamento, neminem perire permittit. Ad quid ergo res, diſputationesq; grauiſsimas inuoluunt nominibus, aut uerbis obſcuriſsimis? Fides eſt fides, ſpes eſt ſpes, charitas eſt charitas: tria hæc, ut expresè dicit Apoſtolus, oſtendendo uiã excellentiorem: Maior autem horum, eſt charitas. Similiter, Actus fidei, eſt actus fidei, actus ſpei, eſt actus ſpei, actus charitatis, eſt actus charitatis. Habet enim diſtincta uirtus diſtinctum opus & diſtinctum officium: ſicut in uniuerſum, diſtinctus habitus habet diſtinctum actum. Eſt enim quælibet uirtus, habitus quidam: neque eſt ulla uirtus quæ non ſit habitus, moralis uel intellectualis. Non admittimus ergo quod

Part. 2. Lib. 1. per mul.

Ad concluſ. 9.

Galat. 5.

1. Cor. 13.

A quod dicunt, fidem ſolam iuſtificare, & po-
ſtea de hac falſitate conuicti, dicunt ſeſe no-
mine fidei complecti etiam actum ſpei, a-
ctumq; charitatis. Iam enim non eſt ſola fi-
des, quæ actum ſpei & actum charitatis com
plectitur. Maximè quia fides non eſt per eſ-
ſentiam, nec quo ad eſſe rei, ſpes aut chari-
tas; ſed ab illis realiter diſtinguitur, & cum il
lis ponit in numerum, ſicut dicit Apoſtolus,
Tria hæc: fides, ſpes, charitas. Præſertim e-
tiam, quia fides non habet neceſſariò conne-
xas ſibi ſpem & charitatem, neque illas gi-
gnit aut cauſat neceſſariò, quantum ad eſſe
earum uirtutum perfectum, completum, ſuf
ficiens, efficax, ut ſtatim probatur manife-
ſtè. Nec fides eſt uoluntas ſeu uolitio, qua
uolumus recipere gratiam oblatam nobis à
Deo, ſeu promiſſam, quia fides eſt habitus
quo inclinamur ad aſſentiendum omnibus
ueritatibus reuelatis, uel etiam eſt actus quo
actualiter ueritatibus reuelatis aut ueritati
reuelatæ aſſentimus in noſtra mente, firman
do iudicium intellectus, iudicandoq; firmi-
ter ita eſſe, ſicut enuntiat reuelata enuntia-
tio, affirmatiuè uel negatiuè: Volitio autẽ
qua uolumus recipere gratiam oblatam ſeu
promiſſam, utique eſt aliud quo ad rem. Cæ
terùm mirum eſt quomodo aduerſarii uerita
tis (Lutheranos dico) è mala ſententia in pe
B iores delapſi ſunt. Primùm enim dicebant
iuſtificari homines per fidem, non adhiben-
do differentiam: Poſtea dixerunt, iuſtificari
homines per fidem, non hiſtoricam, ſed pro
miſsionis. Nunc dicunt iuſtificari homines
per fidem, non illam, aut hanc, ſed per fidẽ
qua quiſque credat firmiter peccata ſibi eſ-
ſe dimiſſa, de facto, efficaciter, aut efficien
ter. Blaſphemia eſt illa inaudita: tum quia
quoties in diuinis ſcripturis iuſtificatio tri-
buitur fidei, non coarctatur fides pro aliquo
articulo in particulari, ſed fidei promittitur
in uniuerſum, pro ut complectitur omnia
credibilia: Tum quia fides qua homo aliquis
fortiter credit de facto & efficaciter, ſeu effi-
cienter, peccata ſua ſibi eſſe dimiſſa, non eſt
diuina ſed humana, & talis cui poteſt ſubeſſe
falſum, nec catholica ſed particularis, ut in-
fra oſtenditur: niſi quis hac de re ſpecialem
habeat reuelationem diuinam. Adhæc quia
quando Apoſtolus uidetur tribuere iuſtifica
tionem alicui fidei particulari de aliquo arti-
culo, magis eam tribuit fidei qua credimus
reſurrectionem Saluatoris noſtri, ſicut legi-
Rom. 4. mus, Traditus eſt propter delicta noſtra, &
reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.
Vel etiam magis eam tribuit fidei qua credi-
mus Ieſum eſſe Chriſtum filium Dei. ſicut
Ephes. 2. ſcriptum eſt, Omnes filii Dei eſtis per fidem
in Chriſto Ieſu. Omnis qui credit, quoniam C
Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Sed ne- *1. Ioan. 5.*
que huic fidei Apoſtolus unquam tribuit iu-
ſtificationem, niſi ea talis ſit, aut tali modo
formata, ut ſecum habeat dilectionem: ut ui
delicet ſit fides, quæ per charitatem opera- *Galat. 5.*
tur. De qua re, quia iam multa diximus, mo
do ſatis. Manifeſtè dicit Apoſtolus Ioannes, *1. Ioan. 3.*
Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniã
diligimus fratres. Qui non diligit, manet in
morte. Omnis qui diligit fratrem ſuum, ex *1. Ioan. 4.*
Deo natus eſt. Et Apoſtolus Petrus, Cha- *1. Pet. 4.*
ritas operit multitudinem peccatorum. Ad
charitatem ergo magis recurrendum eſt pro
animæ uita, ad charitatemq; magis pro ani-
mæ ſalute, & pro animæ iuſtitia. Porrò quòd
maximè errent hi in eo, quòd aſſerunt iuſtifi
cari homines per ſolam fidem illam, qua for-
titer credunt ſe iuſtificari aut iuſtos eſſe de fa
cto, efficaciter ſeu efficienter per Chriſtum,
excludendo à iuſtificatione formali omne a-
liud, & fidem quancunque aliam, & aſſeren-
do, nihil aliud medium accedere inter Deum
iuſtificantem & hominem iuſtificandum, ſeu
iuſtificatum, præter fidem illam talem uel
confidentiam: oſtenditur manifeſtè in ſequen
tibus. Maximè enim hoc tribuitur gratiæ gra
tum facienti, maximeq; tribuitur charitati,
ut ſatis conſtat ex dictis: & profectò maxi-
mè tribuitur etiam non abs re, obedientiæ
noſtræ erga Deum, ſeu illi noſtræ affectioni D
qua noſtram uoluntatem Dei uoluntati ſubii
cimus. Hanc enim noſtram obedientiam cõ-
mendando dicit Saluator noſter, Non omnis *Matt. 7.*
qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in
regnum cœlorum; ſed qui facit uoluntatem
Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in re
gnum cœlorum. Qui enim fecerit uolunta- *Marci 3.*
tem Dei; hic frater meus & ſoror mea, & ma
ter eſt. Ecce obedientia noſtra erga Deum
uocantem & docentem & præcipientem, fra
tres Chriſti nos facit, atque utique in regnũ
cœlorum introducit: ergo & ipſa maximè
iuſtificat formaliter. Optimè dixit diuus An *Anſelm.*
ſelmus in ſuo opere, Cur Deus homo. Om- *Lib. 1.*
nis, inquit, uoluntas rationalis creaturæ, ſu *Cap. 11.*
biecta debet eſſe uoluntati Dei. Hoc eſt de-
bitum quod debet angelus & homo Deo,
quod ſoluendo nullus peccat: & quod omnis
qui non ſoluit, peccat. Hæc eſt iuſtitia ſiue
rectitudo uoluntatis, quæ iuſtos facit ſiue re-
ctos corde, ideſt, uoluntate. Hic eſt ſolus ho
nor & totus quem debemus Deo, & quem
à nobis exigit Deus.

Fides non eſt ſpes nec charitas: quia
immo fides generat ſpem, & ſpes generat
charitatem; ut bene dicit Gloſſa quædam ſu *Gloſſa.*
per Matthæum: ex quo etiam euidenter ſe- *Mat. 1.*
quitur

E quitur, quòd fides non habet connexas ſibi neceſſariò uirtutes illas, ſpem & charitatem: quia generans, eſt prius generato, & poteſt eſſe ſine eo: ut bene deduxit ſanctus Thomas. *S.Tho. Prima 2. quaſt.65. art.4.* Itaque igitur credat firmiter omnis Chriſtianus, quòd nulla fides aut confidentia poteſt iuſtificare ſola. credat firmiter omnis Chriſtianus quòd nulla fides aut confidentia ſola, eſt per eſſentiam ſpes & charitas. credat firmiter omnis Chriſtianus, quòd nulla fides aut confidentia ſola, habet ſpem & charitatem, uirtutes ſibi ipſi fidei aut confidentiæ ſoli neceſſariò connexas. Hæ ſunt tres ueritates Chriſtianæ, quibus totis uiribus debet aſſentire in ſuo corde omnis animus Chriſtianus. Quantum ſpectat ad primam ueritatem harum, iã multa dicta ſunt, quibus illa ſatis probata eſt: ad ſecundam autem & tertiam, & ſi ipſæ iam ſatis conſtent, tum per ſe, tum ex dictis etiam, multa etiam dicenda ſunt, quibus magis conſtabunt & demonſtrabuntur manifeſtè.

Haec ergo eſt differentia hoc in loco inter nos catholicos qui doctrinam ſanctæ Eccleſiæ tum catholicam ſeu uniuerſalem, tum antiquam ſequimur, & inter eos qui Lutheri ſententiam tum particularem, tum nouam ſequuntur. Hi dicunt iuſtificari hominem adultum formaliter ea fide aut confi-
F dentia ſola, qua quiſque in particulari & abſque ulla conditione firmiter credit, certoq́; confidit, nunc in facto ſibi remitti peccata à Deo gratis per Chriſtum: ita ut hic actus & aſſenſus fidei aut confidentiæ, non ſit aliquo modo meritum aut cauſa iuſtificationis, nec diſpoſitio nec præparatio ad iuſtificationem, ſed ſit quaſi manus uel uncus, quo apprehendimus miſericordiam Dei per hoc ſolum, quod eſt aſſenſus quo credimus Deum eſſe ueracem & fidelem ſponſorem: tanquam iſta fides ſola, ut eſt aſſenſio Euangelii, ſeu Dei promittentis, primò & per ſe ſit ſolida, plenaq́; cauſa receptiua primùm gratiæ atque adoptionis Dei, & principis iuſtificationis; ideſt, qua ex iniuſtis efficimur iuſti; & deinde ſequatur charitas ad operandum iuſta. Ecce qualem hi fingunt fidem aut confidentiam iuſtificantem, eam uidelicet qua quis in particulari & abſque ulla conditione firmiter credit aut confidit, nunc in facto ſibi remitti peccata à Deo gratis per Chriſtũ: & ecce ſimul quomodo hanc talem fidem aut confidentiam exaltant, qualem honorẽ, qualemq́; prærogatiuam ei tribuunt: ut dicant hanc ſolam eſſe primò & per ſe ſolidam plenamq; cauſam receptiuam primùm gratiæ atque adoptionis Dei, & principis iuſtificationis, qua ex iniuſtis efficimur iuſti: quic-
G quid ſit de omnibus aliis antecedentibus, ſuccedentibus, aut cõcomitantibus. Hæc eſt doctrina iſtorum, quidem particularis, quia recedit à doctrina uniuerſali doctorum Chriſtianorum: & utique noua, quia à tempore Lutheri habuit ortum, & nunquam antea. Alii enim qui Auguſtini ſæculo, & ante illa tempora putauerunt fidem iuſtificare ſolam, non hoc dixerunt de fide aut confidentia qua homo fortiter credit aut confidit nunc in facto ſibi remitti peccata à Deo per Chriſtum, ut hi dicunt: ſed hoc dixerunt de fide ſancti Euangelii, qua credimus totum Dei Euangelium, & quam hi modo hiſtoricam nuncupant. Vnde hic horum error, diſtinctus eſt ab errore illorum; particularis, & nouus. Nos autem tam contra illum errorem antiquiorem, quàm contra hunc recentiorem, ſic dicimus conſtanter ſecundum ueritatem Euangelicam, Nulla fides aut confidentia ſola habet talem prærogatiuam, ut ſola ſit primò & per ſe ſola plenaq́; cauſa receptiua primũ gratiæ atque adoptionis Dei, & principis iuſtificationis, qua ex iniuſtis efficimur iuſti: ſiue illa fides aut confidentia ſit qua credimus totum Dei Euangelium, ſiue qua fortiter credit quiſpiam certoq́; confidit, nunc in facto ſibi remitti peccata à Deo gratis per Chriſtum. Huiuſmodi nanque talis prærogatiua, ſecundum ueritatem infallibilem Euan- H
gelii, eſt prærogatiua charitatis, ſiue gratiæ gratum facientis: & non fidei, niſi talis ſit fides quæ per charitatem operatur, quam maximè commendat Apoſtolus ad Galatas. *Galat.5.* Et quòd hæc ſit prærogatiua charitatis, ſatis conſtat ex dictis. Per charitatem, ſi diligimus, diligimur à Deo, ſicut legimus, Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo. *Ioan.14.* Per charitatem, ſi diligimus, Deus diligit nos & uenit ad nos & manet in nobis. ſicut ſcriptum eſt, Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum *Ibidem.* ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Per charitatem naſcimur ex Deo, Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt. *1.Ioan.4.* Per charitatem unimur Deo, manemus in Deo, & Deus manet in nobis. Deus charitas eſt: *Ibidem.* & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Per charitatem transferimur de morte ad uitam. Tranſlati ſumus de morte ad uitam, *1.Ioan.3.* quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Per charitatem operiuntur peccata noſtra, ut non ueniant ſub aſpectum, ideſt, ut non imputentur nobis. Charitas operit multitudinem peccatorum. *1.Petri.4.* Ergo hæc eſt prærogatiua charitatis, non alicuius ſolius fidei, nec alicuius ſolius confidentiæ. In duobus præceptis charitatis

tota

A tota lex pendet & prophetæ, ſicut Saluator
Mat. 22 noſter declarat, omnis fides, omnis confidentia, & quicquid aliud in lege & prophetis habemus: Ergo ſine charitate de illis quæ ſunt in lege aut prophetis nihil habemus ualidum, nihil ſanctum, nihil iuſtum. Quia ad charitatem ordinantur omnia, & à charitate omnia pendent: ob quod ſine charitate quicquid eſt, in ordinatum eſt, ſine fine, ſine perfectione, ſine eſſe ordinato. Secundum hanc
Luca 7. prærogatiuam charitatis dixit Saluator de muliere antea peccatrice, Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Non dixit, quia multum credidit, Non dixit, quia multum confidit, Non dixit, quia lacrymas fudit: ſed dixit, Quia multum dilexit. Dilectio igitur ſeu charitas, habet hanc prærogatiuam. Charitas operit multitudinem peccatorum. Vniuerſa delicta operit charitas. Charitas eſt uinculum perfectionis.

1. Pet. 4. *Prou. 10.* *Col. 3.*

Demonſtratur, maximè eos hallucinari, qui dicunt, iuſtificari hominem formaliter à peccatis ſuis, per eam fidem ſolam aut confidentiam qua intrepide credit confiditq́; ſe de facto quantum ad efficaciam quam uocant, ſeu efficientiam iuſtificatum eſſe per Chriſtum Saluatorem noſtrum, uel ſe gratiam Dei ſuſcepturum cum ſacramento quod uult ſuſcipere, quaſi ea ſola fides aut confidentia ſit gratia
B *gratum faciens, cui ſoli, quicquid ipſa ſit, tribuimus formalem hominis iuſtificationem eiuſmodi. Oſtenditur præterea fidem illam ſecundum legem communem, humanam eſſe non diuinam: particularem, & non catholicam, nec euangelicam.*

CAP. VIII.

Errant igitur grauiſſimè, qui dicunt iuſtificari homines à peccatis formaliter per ſolam fidē qua credimus ueritates reuelatas, etiam ſi ipſa fides ſit integra omnium credibiliū, narrationum & promiſsionum: quia gratia gratum faciens, cui formalis noſtra iuſtificatio à peccatis tribuitur, non conſiſtit in ſola fide. Errant etiam magis grauiter qui fidem diuinarum promiſsionum à fide diuinarum narrationum diſtinguunt, & per eam fidem aut confidentiam, formaliter iuſtificari hominē aſſerunt, qua fortiter credimus & confidimus diuinas promiſsiones eſſe ueriſsimas, quaſi gratia gratum faciens conſiſtat in ea ſola fide aut confidentia. De quibus duobus erroribus & contra eos, dictum eſt ſatis in præcedentibus. Errant maximè & ſuper omnes alios illorum prædictorum errorum, qui dicunt iuſtificari hominem formaliter à peccatis per eam fidem ſolam aut confidentiam, C
qua quis fortiter credit, aut confidit ſe de facto, quantum ad efficaciam ſeu efficientiam, iuſtificatum eſſe per Chriſtum Saluatorem noſtrum, uel ſe gratiam Dei ſuſcepturum cū ſacramento quod uult recipere: quaſi ea ſola fides aut confidentia, ſit gratia gratum faciēs cui ſoli, quicquid ipſa ſit, tribuimus formalem hominis iuſtificationem eiuſmodi. Hic error eiſdem mediis fit apertus quibus duo errores præcedentes oſtenſi ſunt eſſe errores: nulla enim fides aut confidentia ſola, quæcunque illa ſit, parua aut magna, nec etiam ſi montes transferat, poteſt ſola iuſtificare formaliter à peccato, quinimmo nullius penſi etiam & mortua eſt, atque adeo pro nihilo habetur, ſi ſine charitate ſit, aut ſine charitate eſſe intelligatur. Ita nanque teſtantur manifeſtè duo illi Apoſtoli domini, *1. Cor. 13.*
Paulus & Iacobus: cum quibus duobus Apo *Iacobi 2*
ſtolis Ioannes etiam tanquam tertius docet, *1. Ioan. 3.*
dicens, Nos ſcimus quoniam translati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Oſtēditur autem hic error eſſe maior præ aliis, quia fides qua credimus omnia credibilia, tum narrationum, tum promiſsionum, & fides etiam qua credimus diuinas promiſsiones eſſe ueriſsimas, eſt fides diuina quæ medio infallibili nititur, ut pote diuina autoritate, & cui fidei ob id non poteſt ullo modo D
ſubeſſe falſum: Fides uerò qua quis fortiter credit, aut confidit ſe de facto, quantum ad efficaciam ſeu efficientiam, iuſtificatum eſſe per Chriſtum Saluatorem noſtrum, uel ſe gratiam Dei ſuſcepturum cum ſacramento quod uult ſuſcipere; eſt (ſecundum communem legem loquendo) fides humana, quæ ex aliqua parte coniecturis humanis innititur, & cui ob id, falſum poteſt ſubeſſe. Maior igitur error eſt hanc magnam admodum prærogatiuam tribuere fidei humanæ fallibili, quod ipſa ſola iuſtificet formaliter à peccatis, quàm hanc talem ac tantam prærogatiuam tribuere fidei infallibili diuinæ. Videmus omnes maximè euidentem perſpicuamq́; eſſe hanc deductionem, ſed quoque uidemus omnes ſupereſſe probandum, eam talem fidem (de lege communi Dei) eſſe humanam & fallibilem, qua quis fortiter credit & confidit ſe de facto & quantum ad efficaciam ſiue efficientiam, iuſtificatum eſſe à peccatis per Chriſtum Saluatorem noſtrum, uel ſe gratiā Dei ſuſcepturum cum ſacramento quod uult ſuſcipere. De hac enim ueritate, quæ & ipſa eſt euidentiſsima, hactenus nihil eſt dictū: ſed eſt illa in ſe ueriſsima, quamuis non ſit

E adhuc à nobis probata. In probatione igi-
tur huius ueritatis, præſens conſiſtit nego-
tium: unde huiuſmodi ueritatem iam nos
nunc probare oportet, primùm de fide Sal-
uatoris noſtri, ſecundò de fide ſacramenti e-
ius. Agamus ergo & oſtendamus quoad pri-
mum, eam fidem eſſe humanam & fallibilem
qua quis ſecundum communem legem ui-
uens fortiter credit ſe de facto quantum ad
efficientiam ſiue efficaciam iuſtificatum eſſe
à peccatis ſuis per Chriſtum Saluatorem no-
ſtrum, per ſuam paſsionem, mortem, & re-
ſurrectionem. Monſtratur autem hæc ueri-
tas manifeſtè in eo quòd ſicut Saluator no-
ſter quantum ad ſufficientiam, iam nos om-
nes ſatis redemit, ſaluauit, Deo reconcilia-
uit, & iuſtificauit, ipſe ſolus per ſuam uitã,
paſsionem, mortem, & reſurrectionem, o-
mnino ſine nobis in ea re aliquid cooperanti-
bus: ſic quantum ad efficaciam, ſiue efficien
tiam. neminem noſtrum de facto iuſtificat ni
ſi eos omnes ſoloſq; homines qui de facto ei
obtemperant, & Deo Patri ſuo reconcilian-
tur. Vtrunque horum declarat diuina ſcri-
ptura multis in locis, ex quibus nonnulla mo
do referre libet, quantum ſatis eſt in præſen-
tia: aliàs enim cũ ex profeſſo hæc res agitur,
Part. 2. penè infinita referuntur. De ſalute noſtra,
Lib. 1. redemptione, reconciliatione, & iuſtifica-
per totũ. tione iam facta per Saluatorem noſtrum,
F quoad omnes, quantum ad ſufficientiam, di-
Rom. 3. cit ſcriptura, Omnes enim peccauerunt, &
egent gloria Dei: Iuſtificati gratis per gra-
tiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in
Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propi-
tiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad o-
ſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſsionẽ
Rom. 5. præcedentium delictorum. Igitur ſicut per
unius delictum, in omnes homines in con-
demnationem: ſic & per unius iuſtitiam,
in omnes homines in iuſtificationem uitæ.
Rom. 4. Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & re-
ſurrexit propter iuſtificationem noſtram.
2. Cor. 5. Charitas enim Chriſti urget nos, æſtimantes
hoc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus
eſt, ergo omnes mortui ſunt: & pro omni-
bus mortuus eſt Chriſtus, ut & qui uiuunt,
iam non ſibi uiuant, ſed ei qui pro ipſis mor-
Ibidem. tuus eſt, & reſurrexit. Omnia autem ex Deo,
qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, &
dedit nobis miniſterium reconciliationis.
Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mun
dum reconcilians ſibi, non reputans illis de-
licta ipſorum, & poſuit in nobis uerbum re-
1. Tim. 2. conciliationis. Vnus enim Deus, unus &
mediator Dei & hominum, homo Chriſtus
Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum
Heb. 13. pro omnibus. Quorum enim animalium in-
fertur ſanguis pro peccato in ſancta per pon- G
tificem, horum corpora cremantur extra ca-
ſtra. Propter quod & Ieſus, ut ſanctificaret
per ſuum ſanguinem populum, extra portam
paſſus eſt. Neque per ſanguinem hircorum *Heb. 9.*
aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem
introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptio-
ne inuenta. Qui in diebus carnis ſuæ, preces, *Hebr. 5.*
ſupplicationeſq; ad eum qui poſsit illum ſal-
uum facere à morte, cum clamore ualido &
lacrymis offerens exauditus eſt pro ſua reue-
rentia. Sed ſiquis peccauerit, aduocatum ha- *1. Ioan. 2.*
bemus apud Patrẽ, Ieſum Chriſtum iuſtum,
& ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. nõ
pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro to-
tius mundi. Ecce uidemus manifeſtè in his
diuinis ſcripturis, Saluatorem noſtrum iam
redemiſſe omnes nos, iam nos ſaluaſſe, iam
nos Deo reconciliaſſe, & iam nos iuſtificaſſe
omnes filios Adæ quantum ad ſufficientiam,
per ſuam ſanctiſsimam uitam, mortem ac
reſurrectionem: unde ſine dubio tenemur o-
mnes credere, iam nos omnes redemptos
eſſe quantum oportuit, ſaluatos, reconcilia-
tos, iuſtificatos, & hæc fides eſt diuina, cui
nullo modo falſum ſubeſſe poteſt. De ſalute
autem noſtra, redemptione, reconciliatio-
ne, iuſtificationeq; de facto, & quantum ad
efficaciam ſiue efficientiam: quid dicit eadẽ
ſcriptura diuina? Qui autem non credit, iam *Ioan. 3.*
iudicatus eſt. Qui crediderit & baptizatus *Marc. 16*
fuerit, ſaluus erit: qui uerò non crediderit, H
condemnabitur. Tranſlati ſumus de morte *1. Ioan. 3.*
ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui
non diligit, manet in morte. Qui diligit me,
diligetur à Patre meo. Si quis diligit me,
ſermonem meum ſeruabit: & Pater meus
diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſio-
nem apud eum faciemus. Si uis ad uitam in- *Matt. 19*
gredi, ſerua mandata. Pœnitentiam agite, *Matt. 4.*
appropinquauit enim regnum cœlorum. Si *Lucæ 13.*
non pœnitentiam habueritis, omnes ſimul
peribitis. Pœnitentiam (inquit) agite, & ba *Act. 2.*
ptizetur unuſquiſque ueſtrum in nomine Ie-
ſu Chriſti in remiſsionem peccatorum ueſtro
rum: & accipietis donum Spiritus ſancti. Pœ *Act. 3.*
nitemini igitur & conuertimini, ut delean-
tur peccata ueſtra. Non enim auditores le- *Rom. 2.*
gis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis
iuſtificabuntur. Circunciſio nihil eſt, & præ- *1. Cor. 7.*
putiũ nihil eſt, ſed obſeruatio mãdatorũ Dei.
Nã in Chriſto Ieſu, neq; Circũciſio aliquid ua *Galat. 5.*
let, neq; præputiũ, ſed fides quæ per charitatẽ
operatur. Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſiquis *Apoc. 3.*
audierit uocem meam, & aperuerit mihi ia-
nuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo,
& ipſe mecum. Appropinquate Deo, & ap- *Iacobi 4.*
propinquabit uobis. Conuertimini ad me, *Zach. 1.*
&

A *Ezec. 18.* & ego conuertar ad uos. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: uita uiuet, & non morietur. *Ioan. 3.* Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. *Heb. 5.* Et quidem cum eſſet Filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchiſedec. Ecce ſecundum has diuinas ſcripturas maniſeſtas, non promittitur nobis hominibus ſalus, redemptio, reconciliatio, inſtificatioq́; de facto, quantum ad efficaciam ſiue efficientiam, niſi credentibus, diligentibus, pœnitentibus, ſacramentum uolentibus, Chriſto obtemperantibus, mãdata eins cuſtodientibus, ſaltem mandata eius cuſtodire proponentibus formaliter uel uirtualiter. Manifeſta ſunt hæc omnia. Ergo nullus homo in eo prudenter agens, poteſt de ſe eredere quòd de facto quantum ad efficaciam, ſiue efficientiam iuſtus eſt & remiſſionem peccatorum ſuorum habet, niſi de ſe aliquo modo credat quòd credit, diligit, pœnitet, obtemperatq́; Deo: neque poteſt de ſe habere aliam fidem, qnòd de facto iuſtus B eſt quantum ad efficaciam & efficientiam, niſi talem, qualem fidem de ſe habet, quòd eſt credens, diligens, pœnitens, Deo obtemperans. Quia Deus omnibus & ſolis credentibus, diligentibus, pœnitentibus, & ſibi obtemperantibus promittit iuſtificationem de facto, efficaciter, ſiue efficienter. Vnde ſi quis prudenter diſcurrat probando ſé ſibi iuſtum, non poteſt alio pacto prudenter diſcurrere niſi ſic proponendo, Deus omnibus & ſolis credentibus, diligentibus, pœnitentibus, ac ſibi obtemperantibus promittit iuſtificationem à peccatis de facto & efficienter ſiue efficaciter: ſic ſubſumendo, Ego ſum credens, diligens, pœnitens, ac Deo obtemperans: ſic concludendo, Igitur ego de facto, efficaciter ſiuè efficienter habeo iuſtificationem à peccatis. Infallibilis eſt hæc conſequentia, quia infallibilis eſt promiſsio diuina. Quia autem aſſenſus concluſionis ſequitur aſſenſum debilioris partis præmiſſarum, cum non poſsit effectus excedere ſuam cauſam, manifeſtum eſt, quòd non poſſum prudenter agendo, maiori aſſenſu mentis de me credere quòd iuſtificationem à peccatis habeo de facto ac efficienter, quàm ſit aſſenſus quo de me eredo quòd ſum credens, diligens, pœnitens, Deo obtemperans, quæ pars eſt præmiſſarum debilior. Quæſo autem, ſtante lege Dei communi, homo communiter uiuẽs & ſine ſpeciali Dei reuelatione, qnomodo C poteſt de ſe credere aut ullo modo cognoſcere, quòd eſt credens, diligens, pœnitens, Deo obtemperans, niſi quodam mentis aſſenſu habito per quaſdam coniecturas ex his quæ homo ipſe in ſe uidet, tali, quali poteſt ſubeſſe falſum? Attendat hæc quiuis homo ſapiens, & iudicet. Hæretici & ſchiſmatici firmiter credunt ſe eſſe credentes, diligentes, pœnitentes, & Deo obtemperantes, cum tamen nihil minus ſint. Quia ergo nullus homo communiter uiuens, poteſt habere aliam fidem niſi humanam & fallibilem, cui poteſt ſubeſſe falſum, de ſe quòd ſit eredens, pœnitens, diligens, & Deo obtemperans, per conſeqnens non poteſt habere aliam fidem niſi humanam & fallibilem cui poteſt ſubeſſe falſum, de ſe quòd habet iuſtificationẽ à peccatis de facto, efficaciter, ſiue efficienter. Omnibus enim & ſolis credentibus, diligentibus, pœnitentibus, & ſibi obtemperantibus promittit Deus iuſtificationem à peccatis de facto, quantum ad efficientiam, ſiue efficaciam. Itaque fides qua homo credit de ſe ipſo quòd de facto, efficaciter, ſiue efficiẽter habet iuſtificationem à peccatis per Saluatorem noſtrum, fides humana eſt, quæ coniecturis humanis innititur, & cui falſum poteſt ſubeſſe: ſicut falſum ſubeſt fidei, qua D hæretici & ſchiſmatici de ſeipſis tantundem credunt. Porrò quantum ad ſecundum, de illa fide ſacramenti qua quis fortiter credit ſe cnm ſacramento ſuſcepturum gratiam Dei propter promiſsionem ſacramenti, quid dicendum eſt? Simili modo ſic conſtanter dicimus, Ea eſt fides humana, habita ex coniecturis, cui etiam poteſt ſubeſſe falſum. Non enim promittit ſacramentũ ſimpliciter omnibus ſe ſumentibus gratiam, ſed omnibus & ſolis diſpoſitis: quia quidem non promittit gratiam fictis, ſeu fictè ſumentibus, ſed aliis. Quibus aliis? Omnibus & ſolis credentibus, diligentibus, pœnitentibus, Deo obtemperantibus. Hoc etiam probant diuinæ ſcripturæ adductæ. Ergo nemo poteſt habere aliam fidem de ſe, quòd cum ſacramento gratiam ſuſcipiet, niſi qualem habet de ſe, quòd credit, diligit, pœnitet, Deo obtemperat. Qualis eſt antem hæc iſta fides? Sine dubio eſt per coniecturas, reducitur ad fidẽ humanam, & falſum ei poteſt ſubeſſe. Diuina fides eſt, credere quòd ſacramentum nouæ legis dat gratiam omnibus & ſolis ſumentibus non fictis: ſed quòd homo ſumpturus aut ſuſcipiens ſacramentum, credat de ſe, quòd non eſt fictus, ideſt, quòd non ponit obicem ſacramento, nec effectui ſacramenti, proculdubio eſt fides humana, cui poteſt ſu-

E beſſe falſum. Sic enim credunt de ſeipſis, hæretici & ſchiſmatici. Conſtanter igitur concludamus, omnem eam fidem aut confidentiam, eſſe humanam & cui poteſt ſubeſſe falſum, qua homo ſine ſpeciali reuelatione Dei credit ſe iuſtificatum eſſe formaliter à peccatis per Saluatorem noſtrum de facto, quantum ad efficaciam ſiue efficientiam uel etiam qua credit ſe cum ſacramento gratiam ſuſcepturum. Non poteſt eſſe dubia hæc ueritas, apud Chriſtianos uiros doctos. Præ cæteris ergo maior error eſt eorum, qui dicunt eam fidem iuſtificare ſolam, & in ea ſola ponnut hominis iuſtificationem formalem. Semper hic locuti ſumus de lege communi, quia ſi Deus reuelaret alicui, ſpeciali modo, peccata ſua ſibi eſſe dimiſſa, aut illum hominem iuſtum eſſe à peccatis: iam homo ille de ea re, id eſt, de ſua iuſtificatione haberet nel fidem diuinam, uel claram ſcientiam, ſecundum quòd Deus Optimus illi reuelaret. Sic Maria Magdalena habuit diuinam fidem de remiſſione ſuorum peccatorum, propter il-

Luca 7. lud uerbum Domini, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Sic etiã

Matt. 9. & paralyticus, propter illud, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Sed hæc alia ſunt, & à propoſito aliena: quando de lege communi agimus, & de illis quæ homines ſecun-

F dum legem communem habent, aut habere

Part. 4. Lib. 2. per mul. poſſunt. De his tamen magis aliàs. Interim tenendum eſt quod dicimus & nullo modo dubitandum, diuinam fidem eſſe qua credimus nos iam redemptos eſſe per Saluatorem noſtrum, ſaluos, reconciliatos, & iuſtificatos quantum ad ſufficientiam: ſed humanam fidem eſſe qua credimus nos ſaluos eſſe per Saluatorem noſtrum, reconciliatos, & iuſtificatos de facto & quantum ad efficaciam ſiue efficientiam, uel etiam qua credimus nos cum ſacramento gratiam ſuſcepturos. Quam ob rem hæc humana fides huiuſmodi, quæ ut conſtat, per quaſdam coniecturas habetur, quibus nos homines de nobis credimus, quòd credentes ſumus, diligentes, pœnitentes, & Deo obedientes, non poteſt ſola iuſtificare nos formaliter à peccatis: per conſequens neque ipſa eſt realiter gratia gratum faciens, quia gratiæ gratum facientis quælibet pars, etiam minimus gradus, iuſtificat, mũdat, dignum reddit, & eleuat animam, atque filiam regni facit formaliter, Quod etiã magis eſt, & uerißimum, non ſolùm hæc fides humana non iuſtificat formaliter, ut conſtat ex dictis: quin immo neque ipſa ſola diſponit hominem ultimatè, ſufficienter, aut concomitanter ad iuſtificationẽ à peccatis, nec ad gratiam gratum facientem, quæ ſola à peccatis formaliter iuſtificat. De hac autem G

Part. 2. Lib. 1. per multa præſertim. Cap. 64.

ueritate, multa admodum inferius dicuntur. Animaduertamus igitur quæſo, & intelligamus modnm diuinarum promiſsionum, poſtquam ſatis intelligimus firmitatem illarum, qnia ſunt omnes infallibiles, quibus Deus Optimus Maximus nobis hominibus promittit ſuam gratiam gratum facientem, iuſtificationem à peccatis, remiſsionem peccatorum, & gloriam. Modus enim earum eſt, Quia non promittit hoc Deus omnibus hominibus ſimpliciter, ſed utique omnibus & ſolis hominibus uel hoc uel eo pacto affectis, Ideſt, Non hominibus ſimpliciter, ſed hominibus, credentibus omnia credibilia, hominibns pœnitentibus de omnibus peccatis ſuis hominibus bonam uitam futuram proponentibus formaliter uel uirtualiter, hominibns ſacramentum ſuſcipientibus in re uel in uoto, hominibus ſe deligentibus, hominibus ſibi obtemperantibus. Conſtat hoc ex diuinis ſcripturis hic pridem allegatis, & conſtabit magis in ſequẽ- *Vbi ſup.* tibus. Ergo non hominibus ſimpliciter, ſed his affectionibus; id eſt, non hominibus ſimpliciter, ſed hominibus ſic affectis promittit Deus ſuam gratiam iuſtificantem, remiſsionem peccatorum, & regnum. Sic autem manifeſtum eſt, quòd non poteſt homo mortalis ſecundum legem communem, maiorem exiſtimationẽ aut fiduciam habere de ſe prudenter procedendo, quòd habeat iuſtificatio- H nem, quàm habeat exiſtimationem aut fiduciam de ſe quòd habet has affectiones. Quam ergo fidem habet homo de ſe, quòd has affectiones habet? Vtique non aliam, quàm humanam. Dixerit fortaſsis quiſpiam, Homo uidet in ſe per euidentiam affectiones huiuſmodi, quia uidet ſe credere, ſe pœnitere, ſe ſacramentum uelle, ſe bonam uitam futuram proponere: Ergo uidetur quòd de huiuſmodi affectionibus habet homo euidentiam, nõ humanam fidem. Reſpondemus, Quando homo habet has affectiones, bene quidem uidet eas in ſeipſo euidenter: ſed an illas affectiones habeat tales, quales Deus ab homine iuſtificando requirit, profectò non poteſt cognoſcere homo mortalis niſi fide aut fiducia humana, habita per coniecturas. Quales requirit à nobis iuſtificãdis Deus, has affectiones? Vt plenè credamus omnia credibilia, integrè odio proſequamur omnia crimina, rectè proponamus bonam uitã futuram, ipſum diligamus ſuper omnia: plenam ut habeamus fidẽ omnium credibilium, integram pœnitẽtiam criminum, rectum propoſitum bene uiuendi, & dilectionem qua Deum ſuper omnia diligamus. Tales affectiones à nobis iuſtificandis

dis

A dis requirit Deus, ut infra affatim demonſtra
Part.2. tur. Nunc uerò manifeſtum eſt, quòd non po
Lib.1. teſt homo mortalis prudenter agens, iudicare ſuam fidem eſſe plenam omnium credibilium, ſuam pœnitentiam eſſe integram omnium criminum, ſuum propoſitum bene uiuēdi eſſe rectum, aut ſuam dilectionem Dei, eſſe ſuper omnia, niſi fide quadam humana, opinione, fidentia, aut fiducia, concepta per argumentum deductum ex illis quæ in ſe uidet deductione quadā fallibili, cui poteſt ſubeſſe falſum. Sic multi hæretici ac ſchiſmatici uident quidem in ſe ſuam fidem, ſuam pœnitentiam, ſuum propoſitum bene niuendi, & ſuam dilectionē Dei: ſed falluntur in eo quòd credunt ſuam fidem eſſe plenam, ſuam pœnitentiam eſſe integram, ſuum propoſitū bene uiuēdi eſſe rectum, ſuam dilectionē Dei, eſſe ſuper oīa. Non poteſt igitur homo mortalis cognoſcere de ſeipſo quòd habet tales affectiones, qualibus Deus promittit iuſtificationem à peccatis, remiſsionem peccatorum, & gloriam, niſi fide quadam humana, atque fallibili. Ergo neque poteſt cognoſcere de ſe ipſo quod iuſtus eſt, aut gratiam, & remiſsionem peccatorum habet, niſi fide eadem, ſeu ſimili. Modus itaque diuinarum promiſsionum, maximè eſt attendendus, quæ non hominibus ſimpliciter, ſed hominibus hoc uel
B illo modo affectis promittunt gratiam Dei gratum faciētem, iuſtificationem à peccatis, remiſsionem peccatorum, regnum cœlorū. Apertè dixit Saluator noſter, A' diebus Ioannis Baptiſtæ uſque nunc, regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Non aptatur ergo homo ad regnum, per hoc ſolū quòd firmiter credit ſe eſſe iuſtificatum. Ita enim credere, quæ'nam eſt uiolentia? Si autem homo non aptatur ad regnum per hoc ſolum, Ergo neque per hoc ſolum iuſtificatur. Per id nanque homo ad regnum aptatur, per quod à peccatis iuſtificatur: & è contra etiā, per idem homo à peccatis iuſtificatur, per quod ad regnum cœlorum aptatur. Certum eſt de fide diuina, quòd nullus homo eſt iuſtificatus à peccatis qui hæret culpabiliter alicui peccato mortali, præterito, præſenti, aut futuro: quia peccata noſtra diuidunt inter nos & Deum noſtrum. Spiritus ſanctus diſciplinæ fugit fictum, nec habitat in corpore ſubdito peccatis. Qui in uno deliquerit, factus eſt omnium reus. Cum enim auerterit ſe iuſtus
Ezec.18. à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis, in iniuſtitia quam operatus eſt, morietur. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Nos autem mortales non poſſumus iudicare de nobis ipſis, quòd nulli peccato mortali hæremus culpabiliter præterito, præſenti, aut futuro, niſi fide quadam humana, aut fiducia. Delicta, Quis intelligit? Satis latè mon- C
Pſal.18. ſtrauit Hieronymus aduerſus Pelagianos,
Hieron. lib.1. tom.2. per diuinas ſcripturas manifeſtas errorem & ignorantiam eſſe peccatum. Adducit legem præcipientem offerri munus pro peccato ex ignoratione commiſſo, Habacuc orantem pro ignorationibus, & Ezechielem agentem de uictimus offerendis pro peccatis omniū: in quo per errorem, aut ignorationem peccauerunt: oſtendens per multa, quòd ſæpe peccata per ignorationem fiunt, quæ nihilo minus ad pœnam imputantur, & puniuntur. Vnde ad finem eius libri, oſtendens, poſſe peccare homines ex ignoratione, nec poſſe homines cognoſcere ſe eſſe iuſtos ullo modo, niſi forte fide quadam, fidentia, aut fiducia humana, Dicit, Hieremias loquitur ad Deū, Scio domine, quia non eſt hominis uia eius: nec uiri eſt ut ambulet & dirigat greſſus ſuos. Ideoque prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud. In Prouerbiis legimus, Eſt uia quæ uidetur recta eſſe apud homines, & nouiſsima eius ueniunt in profundum inferni. Ecce & hic manifeſtè ignoratio condemnatur, cùm aliud putat homo, & ſub ſpecie ueritatis ad īferna delabitur. Multæ, inquit, cogitationes in corde hominis: ſed non tamen illius uoluntas, quæ incerta & fluctuans atque mutabilis eſt, ſed Dei conſi- D
lium obtinet. Quis, inquit, gloriabitur caſtū ſe habere cor? Et quis confidet mundum ſe eſſe à peccatis? Dulcis eſt enim homini panis mendacii, & poſtea implebitur os eius calculo. A' domino greſſus hominis diriguntur: mortalis autem quomodo ſcire poterit uias ſuas? Omnis uir uidetur ſibi iuſtus, ſed corrigit corda omniū Deus. Filius malus iuſtū ſe facit, & nō leuat exitū ſuū. Filius malus excelſos habet oculos, & palpebris ſuis eleuatur. Eſt enim iuſtus, qui perit in iuſtitia ſua. Vnde dicitur ad eum, Ne ſis iuſtus multum, nec quaſi per ignorantiam quæras ſuperflua, ne forte obſtupeſcas. Quæcunque enim laborauerit homo ut requirat, non inueniet. Si dixerit ſapiens ſe intelligere, reperire non poterit. Cor enim filiorum hominum repletū eſt malitia. Hæc ille, ex diuinis ſcripturis manifeſtis: Optimè dicit, Mortalis autem, quomodo ſcire poterit uias ſuas? Omnis uir uidetur ſibi iuſtus, ſed corrigit corda omnium Deus. Filius malus iuſtum ſe facit. Dulcis eſt enim homini, panis mendacii, Et alia. Quæ profectò ſatis demonſtrant, non poſſe nos mortales de nobis cognoſcere, nos eſſe iuſtos fide infallibili diuina. Qua ergo fide hoc poſſumus? Fallibili fide, aut opinione humana. Hæc igitur non poteſt iuſtificare

E per ſe ſolā. Neque eſt prætereundum quòd fides ea qua quis de ſeipſo fortiter credit ſe eſſe iuſtum, non eſt fides catholica: quia de illo non ita omnes credunt Chriſtiani, qui omnes ſine dubio habent eandem fidem catholicam. Abſurdiſsimum eſt igitur illi ſoli fidei tribuere iuſtificationem, cùm ea fides ſine dubio non ſit catholica. An eſt illa fides catholica? Abſit. Catholica enim fides, eſt uniuerſalis ex parte obiecti, quod certè omnes Chriſtiani eodem modo credunt, firmiſsimè, ac ſine hæſitatione ulla. Vniuerſalis, inquam, ex parte obiecti: non ſolùm quia fides catholica eſt de omni ueritate diuinitus reuelata, eo quia reuelata: ſed etiam quia omnia credibilia per fidem catholicam ſunt eadem apud omnes Chriſtianos, & in quibus omnes Chriſtiani conuenimus, eadem credentes omnes, eadem certitudine, eademq́; animi firmitate. Vnde fides catholica non ſolùm eſt una in omnibus Chriſtianis, quia eſt ſimilis omnino in ſingulis; ſed etiam eſt una in omnibus ſubiectis, quia eſt de eiſdem obiectis, eadem ſunt credibilia reſpectu omnium credentium, idem ſunt articuli fidei, idem eſt Euangelium, eadem doctrina Euangelica. Fides autē qua homo mortalis firmiter credit aut confidit de ſeipſo, quòd in facto iuſtus eſt, & remiſsionem peccatorum habet à Deo per

F Chriſtum, non eſt talis fides: quia obiectū eius non eſt ita credibile uniuerſaliter ab omnibus Chriſtianis, ſicut ab omnibus eſt credibile omne obiectū fidei catholicæ. De omni proximo Chriſtiano tenemur bene ſentire, beneq́; exiſtimare ac iudicare, niſi admodum conſtet de eius iniquitate & iniuſtitia: ſed de nullo mortali homine uiuente tenemur credere tanta firmitate eum eſſe iuſtum, etiam ſi uideatur iuſtiſsimus, quanta firmitate tenemur credere articulos fidei, aut etiam minimum illorum. Si autem de aliquo mortali ita firmiter crediderimus, quòd ſit iuſtus, ſicut credimus articulos fidei: quātuncunque ita firmiter id credamus, niſi adſit ſpecialis Dei reuelatio, ipſa talis fides noſtra non diuina erit nec catholica, ſed humana, particularis, & cui poteſt ſubeſſe falſum. Ergo fides qua quiſque firmiter credit de ſeipſo, quòd eſt iuſtus à peccatis, etiam ſi aliquando ſit aut poſsit eſſe uera, nunquam tamen eſt catholica. Cum igitur hæc fides non ſit diuina, ſed humana, non catholica, ſed particularis: profectò maximè errant, qui dicunt per eam ſolam iuſtificari hominem à peccatis ſuis. Si enim aliqua fides ſola, talem hanc ac tantam prærogatiuam haberet; maximè fides diuina & catholica, illam prærogatiuam habere deberet. Nulla tamen fides ſola, fidentia, fiducia, aut confidentia habet

G talem prærogatiuam, ut ſatis monſtratum eſt. Immo etiam quòd magis eſt, Fides hæc de qua agimus, qua quis fortiter credit de ſeipſo quòd iuſtificatus eſt à peccatis de facto, efficaciter ſeu efficienter, non eſt fides diuina, ſed humana: nec eſt fides catholica ſeu uniuerſalis, ſed particularis: ut ſatis conſtat ex dictis. Maximè ergo errant, qui huic ſoli fidei tribuunt remiſsionem peccatorum, ſeu iuſtificationem hominis à peccatis: quàm qui hoc tribuunt fidei diuinæ & catholicæ ſeu uniuerſali, qua homo credit omnia credibilia. Si enim hoc alicui fidei ſoli tribuendum eſſet, magis tribueretur huic fidei, quàm illi: quia hæc eſt fides diuina, illa eſt fides humana: hæc eſt catholica ſeu uniuerſalis, illa particularis: hæc eſt cui non poteſt ſubeſſe falſum, quia habetur per diuinam reuelationem & innititur diuinæ auctoritati, medio quidem infallibili, illa uerò eſt cui poteſt ſubeſſe falſum, quia habetur per coniecturas humanas, uel pendet ſaltem ab illis, quibus homo iudicat de ſeipſo quòd ſufficienter credit, ſperat, diligit Deum, & obtemperat illi, pœnitet, ſacramentum rectè uult, bonā uitam rectè proponit. Maximè quoque errant ita dicentes: & illi fidei ſoli tale munus tribuentes, in eo quòd à iuſtificatione hominis formali excludunt omne aliud, etiam

H fidem hiſtoricam & aliorum credibilium, ſpem, charitatem, pœnitentiam, obedientiam erga Deum, gratiam gratum facientem. Primùm quidem quia in omnibus epiſtolis Canonicis Petri, Pauli, & aliorum Apoſtolorum Domini, in quibus fit mentio de fide, quòd iuſtificat, uel ad iuſtificationem hominis diſponat aut pertineat, non agitur de fide ſeu confidentia tali, ſed de fide diuinorum credibilium, narrationum, promiſsionum, ſeu doctrinarum reuelatarum, ideſt, de fide catholica, uniuerſali ex parte obiecti, ut conſtat ex illis epiſtolis Canonicis. Deinde quia ſæpiſsimè reperimus in diuinis ſcripturis iuſtitiam, iuſtificationem, ſalutem animarum, remiſsionemq́; peccatorum alteri fidei tribuit, ideſt, illi qua credimus Sanctum Dei Euangelium, Saluatorem noſtrum eſſe uerum Filium Dei, uerumq́; Meſsiam olim in lege promiſſum, redemptionem noſtram olim faciendam & modo factam in ipſo, aut ſimilia. Huc etenim ſpectat quod Saluator *Ioan. 16.* noſter ait, Ipſe enim Pater amat uos, quia uos me amaſtis, & credidiſtis quia à Deo exiui. Ibi enim explicans ea quibus nos Pater amat, non ponit fidem qua credimus nos iuſtos eſſe, ſed fidem qua credimus ipſum à Deo exiſſe. Ad hoc eſt etiam quod Ioannes *1. Ioan. 5.* inquit,

A inquit, Qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Ecce explicans fidem qua ex Deo naſcimur, non ponit fidem qua firmiter credimus nos eſſe iuſtos, ſed fidem qua credimus Ieſum eſſe Chriſtum. Huc ſpectat iterum fides illa Abrahæ ſæpiſsimè prædicata, laudata & commendata ab Apoſtolo Paulo ad Romanos, ad Galatas, ad Hebræos, quæ ipſi Abrahæ ad iuſtitiam reputata eſt, & per quam promiſsiones ipſas conſecutus eſt. Non enim illa fides fuit qua Abraham fortiter credidit ſe eſſe iuſtum aut iuſti-
Gen.15. ficatum à peccatis, ſed fuit fides qua fortiter credidit uerbis Dei dicētis ſibi, quòd habitu-
Gen.17. rus erat hæredem qui egrederetur de utero ſuo, & de multiplicatione ſeminis eius ſicut multiplicatæ ſunt ſtellæ cœli, quòd hæres eſſet mundi, & de benedictione omnium gen-
Gen.15. tium in ſemine ſuo. Sic enim legimus, Statimque ſermo domini factus eſt ad eum, dicens, Nam erit hic hæres tuus, ſed qui egredietur de utero tuo ipſum habebis hæredem. Eduxitq́; eum foras, & ait illi. Suſpice cœlum, & numera ſtellas ſi potes. Et dixit ei, Sic erit ſemen tuum. Sequitur autem ſtatim ad propoſitum, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Atque hanc
Rom.4. fidem profectò retulit Apoſtolus, oſtendens fidem qua iuſtificatus eſt Abraham adhuc in præputio, credens huiuſmodi promiſsioni-
B bus Dei, non infirmatus in fide, nec conſiderans corpus ſuum emortuum cum iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam uuluam Sarræ, in promiſsione Dei non hæſitans diffidentia, ſed confortatus fide, dans gloriam Deo: pleniſsimè ſciens, quia quæcunque promiſit Deus, potens eſt & facere. Quæ cum ita retuliſſet Apoſtolus, intulit ſtatim, Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Quo loco exprimit Apoſtolus hoc ſcriptum eſſe non ſolùm propter Abraham, ſed & propter nos ipſos, ut firmiter credamus quòd & nobis reputabitur ad iuſtitiam, credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominum noſtrum à mortuis. Dicit etiam, Non eſt autem ſcriptum tantum propter ipſum, Quia reputatum eſt illi ad iuſtitiam, ſed propter nos, quibus reputabitur credentibus in eū qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominum noſtrum à mortuis, qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Ecce reputatur nobis ad iuſtitiam ſi credimus in eum qui ſuſcitauit à mortuis Saluatorem noſtrū, ſi credimus ipſum Saluatorem noſtrum propter noſtra delicta traditū fuiſſe, & propter noſtram iuſtificationem reſurrexiſſe: & nullam mentionem facit hic Apoſtolus de fide aut confidentia qua quis fortiter credit ſe iuſtum eſſe aut iuſtificari à peccatis de facto, ef- C
ficaciter aut efficienter. Simile uel idem habetur ad Galatas & ad Hebræos, ubi agit Apo- Galat.3.
ſtolus de fide Abrahæ, quam exaltat & commendat. Heb.11. Eodem pertinet quòd dum Apoſtolus declarat fidem qua Abel teſtimonium ſuæ iuſtitiæ conſecutus eſt, non dicit eam fidem eſſe qua Abel credidit ſe eſſe iuſtum, ſed eam fidē qua plurimam hoſtiā Abel quàm Cain, obtulit. Similiter & Philippus aperiens, os Act.8.
ſuum, & incipiens à ſcriptura Eſaiæ, Euange- Eſa.53.
lizauit Eunucho, Ieſum: Et dum iter agerēt inciderunt in quandam aquam; dicenteq́; Eunucho, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? reſpondenteq́; Philippo, Si credis ex toto corde, licet. Tandem, cùm ultimò reſpondiſſet Eunuchus, dicens, Credo Filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum. quaſi hæc fides eſſet quam requirebat Philippus, ſtatim baptizauit Eunuchum. Ecce & hic prædicatur & accipitur fides Eunuchi, non qua credidit ſe eſſe iuſtum, ſed qua credidit Ieſum Chriſtum eſſe Dei Filium. Saluator noſter cum prædicaret Euangelium regni Dei, dicens, Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnum Dei: adiecit ſtatim, Pœnitemi- Marc.1.
ni, & credite Euangelio. Ecce ad iuſtitiam & ſalutem hominum exigebat Saluator noſter fidem, non qua homines crederent ſeſe de facto iuſtos, efficaciter ſeu efficienter, ſed qua D
crederēt ſanctum Dei Euangelium. Et dum mitteret Apoſtolos ſuos per totum Orbem, Mar.16.
ſimiliter dixit, Euntes in mundum uniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur. Ecce & hic fidem totius Euangelii requirit ab hominibus iuſtificandis ſaluandisque, non fidem ſuæ iuſtitiæ eorum propriæ de facto. Ait enim, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur. Quid crediturì erant homines ad ſalutem & iuſtitiam? Euangelium profectò. Sic enim dixerat Saluator noſter in uerbis ſtatim præcedentibus, Prædicate Euangelium omni creaturæ. Et mox ſequitur pro fide Euangelii de quo erat ſermo, neceſſaria ad iuſtitiam & ſalutem, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui uerò non crediderit, condemnabitur. Ergo maximus error eſt, fidem Euangelii à iuſtitia ſecludere, & ſolam fidem aut ſolam confidentiam qua quis fortiter credat remiſſa eſſe ſibi ſua peccata de facto, pro iuſtitia prædicare. Maximè errant etiam illi qui ita docent, in eo quod aiunt inter Deum iuſtificantem & hominem iuſtificandum aut iuſtificatum nihil medium

E medium accedere præter ſolam eam fidem aut confidentiam hominis iuſtificandi aut iuſtificati, quam ſolam prædicant neceſſariam & ſufficientem ad formalem iuſtitiam: quaſi illa confidentia ſola iuſtificet formaliter ſiue informatiue, ſicut Deus optimus ſolus iuſtificat efficienter ſiue effectiuè. Mira talis confidentia, ſuperbiſsima, & infœliciſsima, quæ tam audacter quàm mendaciter omnes uirtutes excludit à formali iuſtificatione hominis, fidem Euangelii, ſpem, charitatem, pœnitentiam, obediētiam erga Deū, ac alias, & ſe ſolam exaltat neceſſariam & ſufficientem pro formali iuſtitia. Si ita eſſet, ubi lex, ubi obedientia legis Euangelicæ, ubi fides, ubi ſpes, charitas, ubi pœnitentia, ubi bona uita? Confidat unuſquiſque fortiter ſibi eſſe ſua peccata iam dimiſſa de facto, efficaciter ſiue efficienter: & tunc uuncium remittat ſingulis, & abeant omnia. Doctrina quæ ſic docet, non eſt Euangelica. Doctrina enim Euangelica prædicat fidem, ſpē, charitatem, pœnitentiam, ac obedientiam erga Deum, in remiſsionem peccatorum: ſacramenta Euangelica, & bonam uitam. Hæc eſt prædicatio Apoſtolorum & uirorum Apoſtolicorum, non illa alia uanæ illius confidentiæ. Si nihil medium accedit inter Deum iuſtificantem & hominem iuſtificandum ſiue iuſtificatum, præter illam ſolam confidentiam qua homo fortiter confidit ſibi eſſe ſua F peccata de facto & in particulari condonata aut ſeſe iuſtum eſſe à peccatis ſuis de facto & in particulari; quid de fide, quid de ſpe, quid de charitate, quid de pœnitentia præteritorum peccatorum à ſe factorum, quid de obedientia erga Deum ſecundum Dei ſanctum Euangelium? Quid ſi homo ita fortiter confidens de ſua iuſtitia, nihil horum habeat? Quid ſi non integrè credat omnia credibilia, ſi non firmiter ſperet aut non diligat Deum ſuper omnia, aut non plenè pœniteat de omnibus peccatis ſuis, aut ſacramentum nolit, aut ſuam uoluntatem, Dei uoluntati non ſubiiciat? Reſpondebunt fortaſsis ſicut reſpondent, hanc confidentiam habere connexas ſibi neceſſariò alias uirtutes, tanquam indiuiduos comites. Hanc autem maximè falſam imaginationem illorum, duobus modis elidimus: Primùm, quia nullo pacto dici poteſt hanc confidentiam habere ſibi neceſſariò cōnexas alias uirtutes, ut oſtenditur in capitulo ſequenti. Secundò, quia quicquid ſit de illa connexione, adhuc oportet eos reſpondere nobis, & dicere quid eſſet de illa confidentia ſi per poſsibile aut impoſsibile ſola foret ſine fide, ſpe, charitate, pœnitentia, aut obedientia, ſtante Dei lege nobis data? An in tali caſu iuſtificaret ſola? Si dixerit quòd G non, iam eo ipſo ſeipſos damnāt: quia ſi tunc non iuſtificaret formaliter ſola, ſequitur euidenter quòd nec modo ſola formaliter iuſtificat. Aut oſtendant quomodo ſi modo ſola formaliter iuſtificat, tunc ſola formaliter non iuſtificaret. Si autem dixerint quòd ſic, & quod tūc iuſtificaret formaliter ſola, & quod nunc ſola iuſtificat formaliter: nullus error alius poteſt eſſe hoc errore intollerabilior, nec pernicioſior, neque damnabilior. Vtpote quòd error hic aſſerat huiuſmodi confidentiam eſſe totam noſtram formalem iuſtitiam, & ſine hac confidentia, nihil eſſe in nobis formalis iuſtitiæ, quicquid ſit de aliis omnibus: deſtruit enim quantum eſt de ſe, omnes uirtutes, omneſq; bonos modos uiuendi. Quid multa? Omnes uirtutes pertinent quodammodo ad formalem noſtram iuſtitiā, ut monſtratur ex diuinis ſcripturis inferius: *Lib. præſenti.* & nulli uni uirtuti, dono, aut formæ nobis inhærenti ita tribuitur, quòd formaliter tranſferat à peccatis ad iuſtitiam uel à morte ad uitam, ſicut gratiæ gratum facienti uel charitati, ut monſtratum eſt ex diuinis ſcripturis ſuperius. De charitate enim ſcriptum eſt, *Lib. præſenti.* Remiſſa ſunt ei pecca multa, quoniam dilexit multum. Tranſlati ſumus de morte ad *Luc. 7.* uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non *1. Ioan. 3.* diligit, manet in morte. Omnis qui diligit *1. Ioan. 4.* fratrem ſuum; ex Deo natus eſt. Charitas *1. Petri. 4.* operit multitudinem peccatorum. Vniuerſa delicta operit charitas. Quam ob rem *Prou. 10.* H profectò ſine charitate, quicquid ſit de omnibus aliis, fide, ſpe, pœnitentia, aut confidentia quauis, nō intelligūtur homo de morte ad uitam tranſlatus, nec eſt in uita, ſed in morte poſitus, nec intelligitur peccata operta, ſed manifeſta, & imputata. Manifeſtè dicit Saluator, Remiſſa ſunt ei peccata *Luc. 7.* multa, quoniam dilexit multum: dilectioni tribuens peccatorum remiſsionem, non confidentiæ: & manifeſtè dicit Apoſtolus eius quem ipſe diligebat, Qui non diligit, manet in morte. Et alia quæ ſtatim poſuimus. *1. Ioan. 3.* Si ergo, ei qui diligit iam peccata eo ipſo dimiſſa ſunt: uidelicet, quia diligit: ut dicit Saluator: atque ſi ille qui non diligit, adhuc in morte manet, ut dicit Ioannes Apoſtolus Saluatoris: manifeſtum eſt per conſequens, magis pertinere formaliter ad charitatem hunc tranſitum, quo homo de non iuſto fit iuſtus, & de morte ad uitam transfertur, quàm ad fidem illam uel confidentiam. Charitas ergo in hoc habet primatum, ut qui charitatem habet, iuſtus ſit; qui autem charitatem non habet, non ſit iuſtus. Vnde quidam ex noſtris doctoribus catholicis, uidentes

dentes

A dentes hanc prærogatiuam charitatis in diuinis ſcripturis expreſſam, dixerunt charitatem non diſtingui realiter à gratia gratum faciente: & eſt hæc hodie opinio magis communis, & quæ magis à quamplurimis fouetur aſſeritutque. Videmus Saluatorem noſtrum manifeſtè indicaſſe, dilectionem ſeu charitatem eſſe cauſam remiſsionis peccatorum, dicentē, Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Non eſt charitas uel dilectio cauſa efficiens huius rei, quia talis cauſa eius rei, eſt ipſe Deus ſolus: nec charitas eſt huius rei cauſa finalis, quia talis cauſa huius rei, eſt ſola bonitas diuina, propter quam ſolam Deus agit, quicquid agit: nec charitas, eſt huius rei cauſa materialis, quia talis cauſa huius rei, eſt anima habens charitatem, tanquam ſubiectum eius, & non poſſumus aſsignare aliam cauſam materialem charitatis niſi eius ſubiectum & quæ ad diſpoſitionem ſubiecti pertinent. Supereſt igitur, ut conſtanter & uerè dicamus, charitatem ſeu dilectionem, eſſe huius rei cauſam formalem: non quaſi charitas ipſam remiſsionem peccatorum informet, ſed quia ipſa peccata formaliter expellit, ſicut lux formaliter expellit tenebras uel umbram. Expreſſè legimus, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Qui non habet charitatē, nihil habet. Vbi charitas & amor, ibi Deus. Ergo inter Deum iuſtificantem & hominem iuſtificandum aut iuſtificatum, mediam ſe præbere debet charitas ſeu dilectio neceſſariò, ſecundum Dei legem nobis datam: & niſi id agere intelligatur charitas, nullo modo poteſt intelligi homo de morte ad uitam tranſlatus, nec ex Deo natus, nec à peccatis iuſtificatus, quicquid ſit de fide, confidentia, ſpe, pœnitentia, uel quauis uirtute alia. Ita probant ſatis hæc diuina eloquia adducta, quæ quo ad hominis iuſtificationem, magis præ aliis omnibus exaltant charitatem: ſicut Apoſtolus Paulus quando excellentiorem uiā demonſtrauit, & chariſmata meliora quæ magis æmulari debemus, tria explicauit, fidem, ſpem, charitatem, & præ aliis magis charitatem exaltauit: nec fidei ualorem tribuit in Christo, niſi fides talis ſit, quæ per charitatem operatur. Itaque maximè errant illi non prædicatores ſed adulatores illius fidei ſeu confidentiæ, qui dicunt iuſtificari hominem per fidem aut confidentiam qua ſortiter credit aut confidit dimiſſa eſſe ſibi peccata ſua de facto, efficaciter ſiue efficienter, docentes eam fidem aut cōfidentiam talem, ſolam neceſſariam eſſe, & ſolam ſufficere ad iuſtificationem hominis formalem. Errant grauiſſimè illi ita dicentes, Quia profectò illa talis

Luca 7.

1. Ioan. 4.

B

1. Cor. 12.

1. Cor. 13.

Galat. 5.

fides aut confidentia fortis, nullo modo ſola C ſufficit ad noſtram iuſtitiam formalem, ut ſatis monſtratum eſt; nec eſt neceſſaria ad noſtram formalem iuſtitiam huiuſmodi, ut ſatis monſtratum erit: de eius fidei non neceſsitate poſtea locuturi ſumus, ſed de eius fidei nō ſufficientia modo loquimur. Non ſufficit ergo ad iuſtitiam formalem hominis & remiſſionem peccatorum, illa fides aut confidentia ſola qua quis ſortiter credit aut confidit remiſſa eſſe ſibi peccata ſua de facto & priuatim, ut quæ dicta ſunt ſatis probant. Et quidem talis fides aut confidentia reperitur non rarò apud hæreticos, apud ſchiſmaticos, atque apud multos alios, credentes ſortiter & confidentes remiſſa eſſe ſibi de facto & priuatim peccata ſua, in quibus profectò non eſt iuſtitia, nec eſt peccatorum remiſsio talis de facto, efficaciter ſiue efficienter, quæ tamen eſt iā facta quoad omnes ſufficienter.

Part. 2. Lib. 1. Part. 4. Lib. 2. Et deinde. Et cap. præſenti. paulò poſt

ORATOS uelim omnes lectores ut attendant, quòd in homine firmiter, ſine ulla ſpeciali reuelatione Dei, credente de ſe in particulari, pecca ſua ſibi eſſe remiſſa à Deo per Chriſtum, ſeu per paſsionem & merita Chriſti, de facto & quantum ad efficaciam ſiue efficientiam, illa talis fides non eſt uniuerſalis, nec eſt diuina, nec eſt euangelica: & tunc uidebunt manifeſtè manifeſtum errorem huiuſcemodi recentiorum prædicatorum, qui de tali fide non uniuerſali, nec diuina, nec euangelica, talia falsò iactitant, & inaniter garriunt. Non eſt illa fides uniuerſalis ſeu catholica, quia non omnes habemus talem fidem, ut conſtat: nec omnes id firmiter credimus de ipſo homine, quòd ipſe ſic firmiter credit de ſeipſo: licet omnes forte bene præſumamus de illo. Non eſt illa fides diuina: quia non habetur per auctoritatem diuinam: quia ut ſupponitur, ille homo nō habet ſpecialem reuelationem de illo quod ſic de ſe firmiter credit: nec generalis reuelatio Dei declarat aut dicit hoc de aliquo homine, qui nunc ſit in mundo. Non eſt illa fides euangelica, quia non eſt de aliqua ueritate, quæ ſit in Euangelio: nec ſanctum Euangelium dicit peccata dimitti aut dimiſſa eſſe de facto in particulari & quantum ad efficaciam ſiue efficientiam aliquibus perſonis in particulari, niſi de illis paucis de quibus hoc declarat, aut quos iuſtos appellat, ſeu plenos gratia, uel Deo gratos ſeu acceptos. Ergo illa fides non eſt catholica, non eſt diuina, non eſt euangelica. Maximè igitur errāt, qui illi perperā talem prærogatiuam tribuunt: quam profectò quantū eſt de ſe à charitate maxima uatum, ſubtrahunt, & illi uanæ fidei aut confidentiæ quam ex ſuo libito fingunt & exaltant, præſtant:

D

E dominam exuentes, & ſeruam ueſtientes. Eſt enim charitas domina, & quæuis alia uirtus uera, nedum ficta, eſt ſerua. Ex charitate to-
Mat. 22 ta lex pendet & prophetæ. charitas ordinat omnia alia, & ad charitatem ordinantur omnia. Charitas regnare debet, & ſuper cunctas alias uirtutes excellenter excellentius prædicari: talem enim prærogatiuam ei dedit Deus, talem nobilitatem, excellentiam, utilitatem, ſanctitatem, nouitatem, iuſtitiam, & perfectionem, ut ſatis conſtat ex dictis.

ERRANT etiam grauiſsimè, quia rem maximè non neceſſariam, dicunt maximè neceſſariam: Dicunt iuſtificari hominem per eam fidem aut confidentiam ſolã, qua quis in particulari, & abſque ulla conditione firmiter credit, certoq; confidit, nunc in facto ſibi remitti peccata à Deo gratis per Chriſtũ: atque dicunt ipſam talem rem, fidem aut confidentiam ſolam, primò & per ſe eſſe ſolidam plenamq; cauſam receptiuam primum gratiæ atque adoptionis Dei, & principis iuſtificationis, qua ex iniuſtis efficimur iuſti. Sic prædicando, iam dicunt ipſam talem fidem aut confidentiam eſſe homini maximè neceſſariam ad iuſtificationem, ad adoptionem in filium Dei, ad ſalutem. Eſt autem hæc talis
F fides aut confidentia, res quædam maximè non neceſſaria homini ad hoc: quia eſt maximè non neceſſaria non iuſto ut iuſtificetur, & eſt maximè non neceſſaria iuſto ut in iuſtitia conſeruetur. Non enim requirit Deus ab hominibus iuſtificãdis aut iã iuſtis, ut aliquis eorum in particulari, & abſque ulla conditione firmiter credat, certoq; confidat, nunc in facto ſibi remitti peccata à Deo per Chriſtũ: ſed licet nobis de hoc opinari, & hoc de nobis ſub quadã formidine iudicare: Niſi Deus alicui ſpecialiter reuelaſſet remitti aut remiſſa eſſe ſibi peccata ſua, ſicut reuelauit mulieri illi peccatrici, atque Paralytico, de quibus
Luce 7. habemus apud Lucam & apud Matthæum:
Matt. 9. quia qui talem reuelationem haberet, ſciens illam eſſe à Deo, teneretur profectò ita credere firmiter, abſque ulla conditione, aut formidine de oppoſito: ſicuti tenemur credere omnes diuinas reuelationes, quas ſcimus aut credimus eſſe diuinas. Alii uerò qui non habemus talem reuelationem in ſpeciali, non tenemur talem fidem aut confidentiam in nobis formare, ſed poſſumus de hoc ſubdubitare aut opinari, ut dictum eſt. Et ſancti uiri ſecundum communem uitam uiuentes, qui de hoc non habuerunt ſpecialem reuelationem: non ita firmiter crediderunt de facto & in particulari remiſſa eſſe ſibi peccata ſua à Deo per Chriſtum; ſed de hoc ſubdubitauerunt, aut hoc de ſe cum quadam formi- G
dine crediderunt, uel iudicauerunt. Conſtat de hoc, in dictis & confeſsionibus ſuis. Sicuti & ſanctus Iob ad exemplum noſtrum dicit, *Iob. 9.*
Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Ecce uiri iuſti & ſimplices ignorant ſe ſimplices aut iuſtos eſſe. Igitur non tenetur firmiter credere remiſſa eſſe ſibi peccata ſua. Paulus etiam non dicit, Qui ſe firmi- *1. Cor. 10.*
ter & pro certo credit ſtare, uideat ne cadet: ſed dicit, Qui ſe putat ſtare: & cætera. Significans nos non teneri firmiter de nobis credere quòd ſtamus, ſed quòd hoc de nobis putare poſſumus. Alibi etiam legimus, Sunt iu- *Eccl. 9.*
ſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo utrùm amore, an odio dignus ſit. quod uerbum omnes ſacri interpretes intelligunt de amore Dei, & quantum ad noſtram iuſtitiam finalem, & quantum ad noſtram iuſtitiam præſentem. Vt cùm nemo hoc ſciat, omnes poſsimus de hoc ſubdubitare, aut ſaltem iudicare cum formidine. Olim nominabat Pelagius multas perſonas ſanctas, etiam dominam noſtram ſanctiſsimam, de quibus dicebat quòd ſine ulla peccati labe uitam hanc tranſegiſſent.
Refert hoc Auguſtinus in libro de natura & *Auguſt.*
gratia, & reſpondet, quòd excepta domina *cap. 36.*
noſtra, ſi omnes illos ſanctos & ſanctas cùm *tom. 7.*
uitam hac uiuerent, congregare poſſemus, & interrogare, utrùm eſſent ſine peccato? magis putare debemus illos reſponſuros cũ diuo Ioanne, Sic dixerimus quia peccatum nõ *1. Ioan. 1.*
habemus nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Commemorabat Pelagius perſonas iuſtas, Abel, Enoch, Melchiſedech, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Ieſu Nanæ, Phineem, Samuel, Nathan, Heliam, Heliſeum, Micheam, Danielem, Ananiam, Azariam, Miſaelem Ezechielẽ, Mardocheum, Simeonem, Ioſeph cui deſponſata erat uirgo Maria domina noſtra, Ioannem, Delboram, Annam Samuelis matrem, Iudith, Heſter, alteram Annam filiam Phanuel, Elizabet & dominam noſtram Matrem Saluatoris noſtri. De omnibus iſtis (excepta domina noſtra) uiuentibus in hoc ſæculo, credit Auguſtinus quòd ſi interrogati fuiſſent, utrùm ſine peccato eſſent? reſpondiſſent, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus. Similiter de omnibus iſtis (excepta ſanctiſsima domina noſtra) uiuẽtibus in hoc ſæculo & ſpecialem reuelationem nõ habentibus, credendum eſt quòd ſi interrogati fuiſſent, utrùm in particulari firmiter, certoq; & abſque ulla conditione crederent remiſſa eſſe ſibi in facto peccata ſua à Deo gratis propter Chriſtum? reſpondiſſent, Sunt iuſti,

A iuſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo utrùm amore, an odio dignus ſit. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Non eſt ergo neceſſarium homini ad iuſtificationem ſuam à peccatis, ut ſic firmiter credat in particulari de facto remitti ſibi ſua peccata: ſed poteſt de hoc ſubdubitare aut cum formidine iudicare, propter aliquas cõſiderationes. Errant igitur hi noui prædicatores in eo, quòd rem non neceſſariam dicũt maximè & ſolam neceſſariam per ſe & primò. Adhoc autem etiam, inferius dicuntur multa ad modum, & ex profeſſo.

Eccl. 9. *Iob 9.* *Part. 4.* *Lib. 2.*

ERRANT etiam grauiſsimè in eo, quòd putant & dicunt Deum ſpondere aut promittere hominibus iuſtificationẽ à peccatis alio modo per Chriſtum, quàm Deus hoc ſpondeat aut promittat. Obligant enim omnem iuſtificatum aut iuſtificandum hominem, in particulari, certoq; confidere, nunc in facto ſibi remitti peccata à Deo gratis per Chriſtum, & per hanc ſolam fidem aut confidentiam dicunt iuſtificari hominem & gratiam remiſsionis peccatorum ſuorum aſſequi: qua ſi Deus abſque ulla conditione promittat hominibus gratis per Chriſtum hanc gratiam remiſsionis peccatorum & ſalutis ſine ullo reſpectu alio, & nihil aliud exigat ab illis iuſtificandis, niſi ut firmiter certoq; credãt hãc promiſsionem de facto in particulari compleri in ipſis. Hoc autem non eſt ita, & ſi ita eſſet, hi ſic prædicantes, profectò benedicerent. Adeo autem res ita non habet, ut oppoſitum ex diametro uerius ſit. Deus enim non promittit hominibus ſimpliciter, & abſque ulla conditione remiſsionem peccatorũ gratis per Chriſtum: ſed quidem gratis per Chriſtum promittit remiſsionem peccatorum & ſalutem hominibus ſic uel ſic affectis, in Chriſtum credentibus, Chriſto obtemperantibus, pœnitentibus, diligentibus. Et quidem quòd in Chriſtum credentibus, conſtat de ſe, & omnes concedimus ſine controuerſia: Quòd Chriſto obtemperantibus, declarat & probat Apoſtolus ſua auctoritate diuina ad Hebræos, Et quidem cum eſſet Filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam; & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ: Quòd pœnitentibus, conſtat etiam ex multis, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Si non pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. Sic oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hieroſolyma. Qui diſsimulas peccata hominum, propter pœnitentiam. Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur unuſquiſque ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorum ueſtrorum. Pœnitemini igitur & conuertimini, ut deleantur peccata ueſtra. Memor eſto itaque unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: ſin autem, ueniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuũ de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris: Quòd diligentibus, Qui diligit me, diligetur à Patre meo. Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Charitas operit multitudinem peccatorum. Ergo Deus non hominibus ſimpliciter, ſed hominibus, ſic uel ſic affectis promittit remiſsionem peccatorum, iuſtificationem, & ſalutem gratis per Chriſtum: Ideo igitur abſque dubio, ſub conditione harum affectionum fit hominibus à Deo hæc promiſsio. Alia dona multa, aliaq; munera promittit nobis Deus gratis per Chriſtum, abſque ulla conditione ſeu dependentia ab operibus, affectionibus noſtris: ſed iſtud donum ſuum, iſtud munus eius, remiſſionem peccatorum, iuſtificationem noſtrã & ſalutem, non promittit nobis Deus, niſi ſic dependẽter ab huiuſmodi noſtris affectionibus. Quæ ueritas & ſi ſatis conſtet, tum per ſe ex diuina ſcriptura, tum ex dictis: abũdantius tamen magis oſtenditur inferius, ſuo loco. Malè igitur putant iſti Deum promittere nobis hominibus hoc donum ſuum gratis per Chriſtum abſque ulla conditione, & abſque ulla dependentia à noſtris affectionibus: quia immo oppoſitum eſt uerum, ut conſtat ex dictis, & ex dicendis conſtabit magis. Aut oſtendant hi, ubi, quando, aut quomodo promittit Deus iſtud donum hominibus, non ſic dependenter ab his prædictis affectionibus eorum: quod ipſi nuſquam & nũquam oſtendent, ſicut nec oſtendere poſſunt. Sed de his, plura aliàs.

Heb. 5. *Matt. 4.* *Luce 13.* *Luce 24.* — B — C *Act. 2.* *Sap. 11.* *Act. 3.* *Apoc. 2.* *Ioan. 14.* *1. Ioan 3.* *1. Pet. 4.* — D *Part. 2.* *Lib. 1.* *quaſi per totum.* *Vbi ſtati.*

DICENT fortaſsis hi, quaſi obiicientes nobis, Si Deus promittit hoc bonum nobis dependenter à noſtris affectionibus ſeu operibus, & non aliàs; quomodo dat nobis hoc bonum gratis per Chriſtum? Reſpondemus, Optima eſt quæſtio. Inquirenda eſt ueritas, deq; ea interrogandum; ſed non eſt ueritas neganda, nec obnubilanda, nec poſthabenda. Dum Deus nobis hominibus modo præſtat iſtud beneficium, remiſsionem peccatorum & iuſtificationem, reſpicit quidem ad Saluatorem noſtrum per quem hoc nobis præſtat: & quoque reſpicit fœdus quod pepigit nobiſcum hominibus iuſtificandis aut in iuſtitia conſeruandis, ad ſuam legem de hoc,

E & ad ſuum pactum & teſtamentum ſuo ſanguine confirmatum, atque ad conditiones ſuas in eo poſitas, ſi has affectiones habemus, aut non: ut ſi habuerimus affectiones requiſitas præſtet, ſi autem non habuerimus non præſtet. Semper autem gratis præſtat, tum per reſpectum ad Saluatorem noſtrum, tum per reſpectum ad contractum de hoc initum, & conditiones requiſitas. Per reſpectum ad Saluatorem noſtrum, quia & ſi hoc debeatur ei, ut Pater ignoſcat cui Filius uult ignoſci, & gratia conferatur cui Saluator quã tum ad efficaciam ſiue efficientiam applicat ſua merita: tamen Deus omnino gratis præſtat, quia non coactus, ſed ultrò, libenter, & non propter bonum ſuum, ſed propter bonum noſtrum. Per reſpectum etiam ad cõtractum initum nobiſcum, quia & ſi nos habeamus omnes affectiones requiſitas, illæ tamen non ſunt condignæ ad tantum bonum: unde etiam illis poſitis, gratis nobis præſtat Deus illud bonum tantum. Gratis etiam tunc præſtat, quia ultrò lubenter, propter bonum noſtrum, non propter bonum ſuum, non coactus ſed beneficus. Gratis etiã, quia per ſuum contractum non obligatur Deus nobis, cùm ipſe ſit infinitus, creator & dominus: unde & reſcindere poteſt contractũ quoties noluerit, tollere, aut immutare, abſque alicuius iniuria. Gratis etiam præſtat, quia illas affectiones requiſitas quas habe-
F mus in iuſtificandi, non habemus niſi per gratiam ſuam præuenientem, præparantem, & iuuantem: unde illæ quoque pertinent ad gratiam eius, qui dat unam gratiam, pro alia ſua gratia præexiſtente. Sic determinat
August. Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium, de
Cap. 32. clarando quomodò uoluntas noſtra præcedit aliqua Dei dona, ſed non omnia: & alibi etiam declarando quomodo uita æterna datur hominibus per reſpectum ad bona ſua merita, quamuis ipſa uita æterna, re uera, ſit quædam gratia. Concordat omnia per hoc, quòd & ipſa bona merita, bona uoluntas, ac bona affectio noſtra, gratia ſunt quædam: & ſic habemus in iſtis omnibus, quòd datur una gratia, pro alia: gratia ſequens, pro gratia præcedente: gratia iuſtificans, pro gratia præparante: gratia glorificans ſeu beatificans, pro gratia iuſtificante. Sic ſanctus
S. Tho. Thomas iuxta diuinas ſcripturas manifeſtas,
Amos. 4. Præpara te in occurſum Dei tui, Iſrael; Præ-
1. Reg. 8. parate corda ueſtra domino. Omnis qui au-
Ioan. 6. diuit à Patre, & didicit, uenit ad me. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem pecca-
Zach. 1. ti mei. Conuertimini ad me, & ego conuer-
Iacob 4. tar ad uos. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Surge qui dormis: & exur- G
ge à mortuis & illuminabit te Chriſtus. fate- *Ephes. 5.*
tur ſecundum Auguſtinum & omnes alios *Prima 2.*
doctores tum ſanctos, tum catholicos, quòd *queſt. 112.*
ut nobis gratiam gratum facientem habitua- *art. 2.*
lem & remiſsionem peccatorum noſtrorum præſtet Deus de facto, & in particulari, re-
quirit à nobis in nobis aliquam præparatio- *Ibidem.*
nem, uidelicet aliquas affectiones noſtras bo- *queſ. 113.*
nas, ut motum liberi arbitrii in Deum per *Art. 4.*
fidem, motumq; liberi arbitrii in peccatum *et 5.*
per odium, & deſiderium ſeu propoſitum *Ibidem.*
tendendi in iuſtitiam. Determinat autem ſe- *queſ. 112.*
cundum eãdem ueritatem catholicam, quòd *Art. 3.*
homini quantumuis præparato ad gratiam, non neceſſariò nec ex neceſsitate, ſed gratis
ac liberè datur à Deo gratia gratum faciens *Hier. 18.*
& peccatorum remiſsio. Homo comparatur ad Deum, ſicut lutum ad figulum. Sed lutum non ex neceſsitate accipit formam à figulo, quamuis ſit præparatum; Ergo nec
homo recipit ex neceſsitate gratiam à Deo, *Altiſio.*
quamuis ſe præparet. Guil. Altiſiod. puta- *i ſumma.*
uit hanc conſequentiam eſſe neceſſariam; *ubi ſup.*
Homo facit quod in ſe eſt, ergo Deus dat illi gratiam: ſed nunc non curamus de eius diſputatione, aut determinatione. Quicquid faciat homo, patiatur aut habeat, gratis ei præſtat Deus gratiam per Chriſtum: etiam habens reſpectum ad Chriſtum & ad eius me-
rita, etiam habens reſpectum ad contractũ H
ſuum nobiſcum, & ad bonas diſpoſitiones *Lib. præ*
quas habemus. Sed de his nũc hactenus dixiſ- *ſenti.*
ſe ſufficiat, nunc enim nõ plura dicimus: cùm
paulò poſt dicantur etiam nonnulla ad pro- *Part. 2.*
poſitum: & inferius declaretur ac probetur *Lib. 1.*
quòd nonnulla bona ſua præſtat nobis Deus dependenter ab operibus ſeu affectionibus noſtris, quædam uerò non: Sufficit in præſentia quod dictum eſt, quia uerum eſt: & quia ueritas hæc eſt catholica & communis omnibus: communiſsima, & antiquiſsima.

AD propoſitum redeamus huius rei grauiſsimæ. Quid in præſentia dicunt hi recentes prædicatores? An promittit Deus gratiã per Chriſtum omnibus hominibus ſimpliciter, quantum ad remiſsionem peccatorum & iuſtificationem? An non promittit hoc per Chriſtum hominibus ſimpliciter, ſed hominibus ſic uel ſic affectis? Si dixerint primum, id eſt, quòd hominibus ſimpliciter, ſine aliquo reſpectu ad aliquam affectionem eorum quã habere debeant: manifeſtus eſt eorum error, manifeſtaq; eſt eorum impietas, quæ pugnat contra omnes ſcripturas ſanctas paulò ante allegatas, quibus manifeſtè probatur, Deum non promittere hoc hominibus ſimpliciter, ſed hominibus ſic & ſic affectis. Si autem di-

xerint

A xerint ſecundum, ſicut re uera, dicere debēt: manifeſtum eſt quòd ipſa promiſsio reſoluitur in conditionalem, & nō eſt promiſsio abſoluta. ſi enim Rex aliquis promitteret omnibus hominibus albis ſui regni centū aureos, manifeſtum eſt quòd hæc promiſsio & ſi nihil aliud haberet, in conditionalem reſoluitur, & uerè conditionalis eſt: & nullus homo ipſius regni haberet ius ad illos centum aureos in uirtute illius promiſsionis, niſi eſſet albus: nec poſſet fortiter credere quòd illos aureos in uirtute illius promiſsionis accepturus erat, niſi ex quo ſe putaret aut iudicaret albū. Quia promiſsio illa non erat facta, niſi omnibus & ſolis albis. ſimile eſt in propoſito, Quia Deus promittit remiſsionem peccatorum & iuſtificationem non hominibus ſimpliciter, ſed hominibus ſic & ſic affectis, credentibus totum Euangelium, pœnitentibus, obtemperantibusq́; ſibi, & diligentibus: Vnde hæc promiſsio in conditionalem reſoluitur, & conditionalis eſt: & nemo prudens poteſt de ſe credere quòd promiſsum huius promiſsionis accipiet, niſi ſecundum quòd de ſe credit, quòd huius promiſsionis conditionalis conditionem habet. Quomodo igitur uolunt hi prædicatores quòd homo aliquis prudens in uirtute promiſsionis cōditionalis credat firmiter & certò abſque ulla conditione

B uel reſpectu ad conditionem promiſsionis, quòd habebit promiſſum? Error eſt hic intolerabilis, & doctrina præter modum uana, quæ pugnat cum toto Euangelio, cum tota prudentia naturali, & cum omni ſcientia hactenus inuenta. Ad diuinas promiſsiones nobis hominibus à Deo factas, nobis reſpiciendum eſt, ad earum uerba, earum formam, earumq́; naturam: & ſic nobis eſt credendum de illis confidendum, prædicandumq́; cum omni firmitate. De hoc autem, ideſt, de huiuſmodi diuinis promiſsionibus, alias magis: quia inferius agimus de propoſito, oſtēdentes diuinas promiſsiones de noſtra iuſtificatione à peccatis, atque de noſtra glorificatione, ſecundum quod nobis eſt manifeſtum ex lege Dei, eſſe conditionales, & quodammodo dependētes ab operibus ſeu affectionibus noſtris prædictis. De his enim tanquam de rebus omni tempore magni momenti, præſertim hoc ſæculo periculis multis referto, agimus latiſsimè in ſecunda parte; declarando legem Dei quo ad nos homines non iuſtos iuſtificandos, & legem Dei quo ad nos homines iam iuſtos in iuſtitia conſeruandos. De quibus etiam in hoc eodem libro paulò poſt dicuntur nonnulla, quantum pro maiori declaratione huius noſtræ ueritatis præſentis uiſum eſt eſſe neceſſarium.

Vbi ſup.

Lib. 1. & 2. per mul.

C Errant etiam iſti prædicatores grauiſsimè, in eo quòd totam iuſtitiam formalem fidelium Dei, ponūt in fide quæ non facit fideles Dei, nec eſt pars eius fidei quæ fideles Dei facit. Fides enim, quæ facit fideles, eſt una ex parte obiecti, quia unum & idem eſt obiectum, quod creditur ab omnibus: Vnde quia obiectum eſt unum, ideſt, Euangelium, ſeu ueritas reuelata à Deo, hæc fides dicitur & eſt una: quia uerò illud unum & idem obiectum creditur ab omnibus, fides ipſa dicitur & eſt uniuerſalis, ſeu catholica. Vt una & eadem ſit, quia eadem ſunt credibilia quæ ab omnibus fidelibus fide catholica creduntur: & uniuerſalis, reſpectu totius multitudinis hominum, qui eadem credibilia credunt. Habet unuſquiſque credentium fidem ſuam priuatim in ſuo intellectu, qua corde credit ad iuſtitiam: quia nemo poteſt credere per fidem quæ ſit in alio, ſicut nemo poteſt uidere per uidendi facultatem quæ in oculo alieno exiſtat. Et ſecundum rationem hanc, fides numero augetur in credentibus: ut tot ſint fides particulares numero, quot ſunt ſubiecta in quibus habentur; nempe quot ſunt credentes: cùm unuſquiſque credat per fidem quam realiter habet apud ſe, numero diſtinctam ab alia qua credit alius. Quantumuis autem multiplicetur fides nu-

D mero ex hac ratione, hæ tamen omnes particulares credentium, habent inter ſeſe ſimilitudinem maximam, ſicut notitia quam habet Petrus de aliquo obiecto, eſt maximè ſimilis notitiæ quam habet Paulus de eodem obiecto: & quidem omnes fides huiuſmodi, per aggregationē ſpeciei ſunt una fides, ſicut omnes homines aggregatione ſpeciei ſunt unus homo. Non tamen fides Chriſtiana dicitur una in omnibus credētibus ſolùm ex iſta ratione prædicta, uidelicet aggregatione ſpeciei & ſimilitudine maxima: ſed etiam profectò dicitur una, ſpeciali ratione quadā, uidelicet quia & ſi multæ ſint fides particulares multorum hominum particularium, omnes tamen habent unum & idem obiectum. Quamobrem hæc reduplicatiua eſt uera, Omnes hæ fides particulares quantum ad obiectum ſunt idem. Quandoquidem idem eſt obiectum omnium illarum, quia omnes terminum eundem ſortiuntur, nempe idem Euangelium, eaſdemq́; ueritates reuelatas. Magiſter ſententiarum dicit, Cumq́; diuerſis modis dicatur fides, fatendum eſt tamen unam eſſe fidem, ut ait Apoſtolus, Vnus dominus, una fides. Siue enim fides accipiatur pro eo quod creditur, ſiue pro eo quo creditur, rectè dicitur fides una. Si enim pro eo quod creditur accipiatur, ex hac intelligētia, dici-

Magiſt. Lib. 3. Diſt. 23.

E dicitur una fides, quia idem iubemur credere, & unum idemq; eſt quod creditur à cunctis fidelibus. Vnde fides catholica dicitur, ideſt, uniuerſalis. Si uerò accipiatur fides pro eo quo creditur, ea ratione una dicitur eſſe fides, non quia ſit una numero in omnibus, ſed genere, ideſt, ſimilitudine. Vnde Auguſtinus in De Trinitate, Fides (quam qui habent, fideles uocantur: & qui non habent, infideles.) communis eſt omnibus fidelibus: ſicut pluribus hominibus una facies communis eſſe dicitur, cum tamen ſingulis ſuas habeant. Non enim fides numero eſt una, ſed genere: quæ cum ſit in uno, eſt & in aliis, non ipſa, ſed ſimilis. Et propter ſimilitudinem magis unam dicimus eſſe, quàm multas. Sicut idem uolentium, dicitur una uoluntas, cum tamen cuique ſit ſua uoluntas: & duorum ſimillimorum dicitur facies una. Hæc ille. Ecce omnes fides omnium fidelium, quibus ipſi credunt & quibus dicuntur fideles, dicuntur una propter ſimilitudinem, dicuntur una ſpecie, propter aggregationem indiuiduorum in ipſa, & dicuntur hæc una quãtum idem obiectum, quia in omnibus eſt de eodem obiecto: ideſt, de eiſdem credibilibus. Atque talis omnino eſt omnis pars eius ſecundum ſuam proportionem, quemadmodum ita ſe habet pars ad partem, ſicut totum ad totum. Hæc autem fides quam hi prædicant,

Auguſt. Lib.13. Cap.2. in princ. — *Ariſtot. Ethic.1.*

F qua homo aliquis credit de ſeipſo quòd remittuntur aut dimiſſa ſunt ſibi peccata ſua, & de qua iam multa diximus, non eſt fides catholica, nec eſt pars eius; quia non omnes catholici ita firmiter credunt de ipſa, nec id pro certo habent, ut conſtat: quam ob rem, non eſt catholica. Ergo grauiter errant in hoc, quòd fidei non catholicæ, tribuunt totam iuſtitiam catholicorum. An forte hi ut faciant eiuſmodi fidem uniuerſalem ſeu catholicã, dicunt teneri omnem hominem firmiter & abſque conditione credere de omni homine aut de omni qui ſe profitetur Chriſtianum, quòd remiſſa ſunt ei peccata ſua in facto? Si id negant, igitur fides qua aliquis ita credit de ſeipſo, non eſt catholica; quia nec omnes ita credunt, nec omnes ita credere tenentur. Si affirmant, Quidem ualde graue & ualde falſum eſt hoc. Quia nemo ita firmiter & abſque ulla conditione, tenetur credere de omnibus qui ſe dicunt Chriſtianos, quòd ſunt iuſti à peccatis: Et ſi aliquis ita crediderit de omnibus, certum eſt quòd huic tali fidei poteſt ſubeſſe falſum, ut conſtat. Fides autem cui poteſt ſubeſſe falſum, non eſt diuina. Igitur non tenemur ad illam ex præcepto fidei. Male ergò dicunt.

ERRANT etiam hi prædicatores grauiſſimè, G in eo quòd omnibus Chriſtianis præcipiunt aliquid, cuius oppoſitum diuina ſcriptura conſulit. Præcipiunt enim omnibus Chriſtianis, ut quilibet de ſe firmiter & pro certo, abſque ulla conditione credat, in facto remittit aut remiſſa eſſe ſibi peccata ſua: & declarant omnes teneri ad hoc, ſi iuſtificationem adipiſci uelint, quia in hac ſola fide iuſtificationem conſtituunt. Scriptura autem diuina conſulit omnibus non habentibus ſpecialem reuelationem, quod de hac re ſemper ſint pauidi, ſemperq; timeant, tametſi aliàs condonata eſſe ſibi peccata opinentur. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. *Prou.28.* De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. *Eccl.5.* Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud. *Hier.17.* Eſt uia quæ uidetur homini iuſta, nouiſſima autem eius ad mortem deducunt. *Prou.16.* Et illa etiam quæ paulò ante memorauimus. Cum autem ſcriptura ſancta conſulat debere homines ſemper eſſe pauidos, ſemper timere, ſemper Deum orare & deprecari, & hi præcipiant omnibus hominibus ut quilibet firmiter, certoq; credat abſque ulla conditione ſibi remitti peccata, peccata ſua, ſeq; ſanctitatem, iuſtitiam, remiſſionemq; peccatorum habere: manifeſtum eſt quòd hi præcipiunt contra id, quod ſancta ſcriptura conſulit. Maximè igitur errant. Porrò quòd nemo tenetur credere firmiter aut pro certo abſque formidine, remiſſa eſſe aut remitti ſibi H in facto peccata ſua, niſi de hoc habeat ſpecialem reuelationem, infra oſtenditur latiſſimè ſuo priuatim loco, ideoq; quæ dicta ſunt, in præſentia ſufficiant. *Part.4. Lib.2. per totũ.*

ERRANT etiam iterum contra fidem catholicam, non ſolùm illi, hanc fidem illorum non catholicam præponendo, de quo errore iam dictum eſt, ſed etiam contra prærogatiuas quas diuina ſcriptura particularibus fidei catholicæ articulis tribuit. Verbi gratia, Quaſi fidei qua credimus, Filium Dei paſſum fuiſſe propter delicta noſtra, tribuat remiſſionem peccatorum, & fidei qua credimus Filium Dei reſurrexiſſe propter iuſtificationem noſtram, tribuat iuſtificationem. *Rom.4.* dicit ſcriptura, Traditus eſt propter delicta, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã. Quaſi fidei qua confitemur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe, tribuat quòd ex Deo ſumus, & fidei qua confitemur quoniam Ieſus eſt Filius Dei, tribuat quòd Deus in nobis manet & nos in Deo manemus, & fidei qua credimus, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, tribuat quòd ex Deo nati ſumus. dicit, Omnis ſpiritus *1.Ioan.4.* qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe, ex Deo eſt. Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt Filius Dei, Deus in

eo

A eo manet, & ipſe in Deo. Omnis qui credit
Ibidem. quoniã Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt.
Cap. eod. Quaſi omnis fides qua credimus Deo narran
Ibidem. ti aut promittenti pertineat faciatq; ad iuſti-
Cap. 5. ficationem noſtram. dicit de Abraham cre-
dente Deo dicenti ſibi de donatione ac multi
Gen. 15. plicatione ſeminis ſui, Credidit Abrahã Deo
& reputatum eſt illi ad iuſtitiam. quod uer-
Rom. 4. bum refert Apoſtolus ad Romanos, aſſerens
non eſſe ſcriptum tantùm propter ipſum A-
braham quia reputatum eſt illi ad iuſtitiam:
ſed & propter nos, quibus reputabitur cre-
dentibus in eum, qui ſuſcitauit Ieſum Chri-
ſtum dominum noſtrum à mortuis. Et multa alia. Hi autem prædicatores grauiſsimè errantes, omnem aliam fidem excludunt à iuſtificatione noſtra præter hanc ſolam qua quis firmiter credat & certò quòd in facto re miſſa ſunt aut remittuntur ſibi peccata ſua: & in hac ſola ponunt totam ſummam iuſtificationis noſtræ: contra Paulum, contra Ioannem, contra totam ſcripturam diuinã, tum noui, tum ueteris teſtamenti.

Errant etiam grauiſsimè contra diuinas ſcripturas declarantes, quòd gratia gratum faciens, ſiue per imputationem ſiue per infuſionem, non communicatur homini peccatori quoad hunc effectum remiſsionis peccatorum, quin ipſe prius tempore uel natura cõuertatur ad Deum in corde ſuo, & auer-
B tatur à malo. Hoc enim certiſsimum eſt, Primùm ex ſcriptura dicente in perſona Dei,
Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad
Iacobi 4. uos. Appropinquate Deo, & appropinqua-
Ephes. 5. bit uobis. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Et multa alia. Secundò ex ipſa natura rei, & ratione manifeſta. Nanque gratia gratum faciens diuina, quæ nos facit gratos Deo & filios regni, peccata noſtra expellit & nos ſanctificat, eſt quidem in uiris iuſtis, quam diu ipſi ſunt conuerſi ad Deum, bonum incommutabile: Si autem homo ipſe auertatur à Deo, bono incommutabili, & conuertatur ad creaturam, bonum commutabile, ſtatim gratia ipſa gratificans fugit & relinquit ipſum, iam non gratum, iam non amicum, iam non iu-
Ezec. 18. ſtum, ſicut legimus, Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquid uiuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur; in præuaricatione qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur. Hinc fit euidens, quòd gratia illa gratificans, quæ hominẽ ipſum fugit ſtatim quòd ipſe à Deo ſe auertit & ad peccatum ſe conuertit, non ueniet ad hominem ipſum quam diu ipſe fic fuerit à Deo auerſus, & ad peccatum con- C
uerſus. Oportet igitur quòd homo ipſe prius tempore uel natura à peccato auertatur, & ad Deum conuertatur; adiutorio tamen gratiæ Dei præuenientis ac præparantis, uocantis & pulſantis, ſicut qui ſtat ad oſtium & pul *Apoc. 3.*
ſat ut ſibi aperiatur. Errant igitur hi prædicatores in eo quòd obligant homines firmiter & pro certo abſque ulla conditione credere, condonata eſſe aut condonari ſibi à Deo per Chriſtum peccata ſua, & per hanc talem fidem dicunt eos iuſtificari, quicquid ſit de omnibus aliis: quaſi non ſit neceſſariò præmittenda hæc conuerſio peccatoris ad Deũ, ut iuſtificetur. Quaſi etiam ſi homo ſit ad peccatum conuerſus, ſtatim iuſtus ſit, non obſtante ipſa conuerſione ad peccatum, ſi firmiter & abſque ulla conditione certò credat remiſſa eſſe aut remitti ſibi peccata ſua à Deo gratis per Chriſtum. Hac uerò, tum ſaiſitatate, tum in pietate, quæ maior?

Si autem ab hac demonſtratione, tanquã à manifeſta ueritate uicti, hi noui prædicatores dixerint talem fidem aut confidentiam non ualere aut non ſufficere alicui ad iuſtificationem à peccatis, niſi peccator prius tempore uel ſaltè natura ſeſe à peccato auertat, & ad Deum conuertat: tunc alius ſermo eſt, alia oratio, alia doctrina, quæ neceſſariò cogit eos mutare ſententiam, & alio modo docere. D

Si enim præmittenda eſt illa talis peccatoris à peccato auerſio, & ad Deum conuerſio, tempore uel natura: quærimus nos, Aut illa non præmiſſa, ualet & ſufficit illa talis fides aut confidentia ad iuſtificationem hominis firmiter & pro certo credentis abſque ulla conditione remiſſa eſſe aut remitti ſibi à Deo peccata ſua gratis per Chriſtum? Aut non ualet, nec ſufficit? Si dixerint quòd ualet & ſufficit, iam dicunt contra ſcripturas & manifeſtas demonſtrationes, quæ aſſerunt probantq; illam conuerſionem eſſe aliquo modo præmittendam, tempore uel natura, ſaltem in genere cauſæ materialis, ſicut præcedit formam in materia, diſpoſitio materiæ. Si dixerint quòd non ualet nec ſufficit, Ergo illi poteſt ſubeſſe falſum, cum per illam poſſit homo firmiter credere peccata ſua ſibi remitti aut remiſſa eſſe, quando peccata ſua nõ ſibi remittuntur, ob defectum auerſionis à peccato & conuerſionis ad Deum. At uerò nemo non uidet grauiſsimum eſſe errorem ſi quis ponat totam iuſtitiam aut totam ſummam iuſtificationis Chriſtianæ in ea fide aut confidentia ſola cui poteſt ſubeſſe falſum. Iterum, ſi non ualet nec ſufficit, Ergo præmittenda eſt in peccatore iuſtificando adulto,

E to, auerſio à peccato, & rurſus conuerſio ad Deum. Si autem præmittenda eſt, quomodo poteſt homo prudens firmiter & certò credere aut confidere, remitti ſibi peccata ſua de facto, nulla habita conſideratione illius auerſionis & conuerſionis ante requiſitæ? & quam ſi non habeat, non ſufficit ſibi ita credere? Deinde, quia ſi ante requiritur talis conuerſio hominis ad Deum, ut iuſtificetur homo peccator, ut re uera ante requiritur, ſicut conſtat ex dictis: profectò altius conſiderandum eſt, qualem oporteat eſſe talem conuerſionem peccatoris adulti iuſtificandi ad Deum. Eſt enim conuerſio illa, motus quidam ſpiritalis noſtræ mentis per aliquam affectionem: quia profectò mouetur mens noſtra quando ad Deum conuertitur, & de non conuerſa fit conuerſa. Mouetur autem non motu corporis, ad quantitatem, uel ad ubi: ſed motu affectionis, ad qualitatem, ſecundum affectionem. Hic eſt uerè motus liberi arbitrii à Deo præuenti, præparati, & adiuti, de quo certum eſt quòd debet eſſe multiplex, ideſt, ſecundum multiplicem affectionem animæ: quia debet eſſe motus liberi arbitrii in Deum per fidem Euangelii, per dilectionem Dei ſuper omnia formalem uel uirtualem, per pœnitentiam formalem uel uirtualem etiam, per propoſitum bene uiuendi in futurum ſeu mox cauendi, per uoluntatem recipiendi ſacramentum. Nunc
F ex propoſito ſolùm nitimur oſtendere, præmittendam eſſe ad noſtram iuſtificationem, noſtram à peccato auerſionem, & noſtram ad Deum conuerſionem, motumq; talem noſtri liberi arbitrii per affectionē: Quia de multiplicitate aut ſimplicitate huius motus, & quod debet eſſe per plures affectiones mētis, non per unā ſolam: per quot, per quas, oſtenditur & declaratur infra ſuo loco, affatī, ex diuinis ſcripturis & ſanctis doctoribus; eam ob rem modo hac de re plura afferre ſuperſedemus.

Bernar. DIVVS Bernardus permittit quidem hominibus quòd poſt peccatum poſſint certò credere dimiſſa eſſe ſibi peccata ſua, & ſeſe iam gratiam hanc Dei conſecutos: ſed non ob id ſolùm quòd firmiter credant & certò abſque ulla conditione confidant, peccata ſua ſibi remitti aut remiſſa eſſe gratis à Deo per Chriſtum. Quomodo igitur? Si recogitant an nos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ſi à peccatis reſiliunt, ſi cauere in futurum proponunt, ſi ſurgunt deſiderio ſupernorū, ſi à terrenis uoluptatibus corpus eleuant, ut iam non feratur anima concupiſcentiis eius, ſed magis illa regat illud, & ferat quo non uult, ſi ambulant, quæ retro ſunt obliuiſcen-

G tes, & ad ea quæ ante ſunt ſe extendunt deſiderio & propoſito proficiendi. Verba eius ſunt in ſermone quodam, Hinc illud eſt quòd Maria Magdalene, quanquam non minus humilis hæmorrhiſſa illa, non ſic tamen uerebatur accedere, ſed rigat lacrymis pedes, capillis tergit, ungit unguento, oſculatur ore deuoto. Vnde ſatis liquet, quòd omnino iam propoſuerat in corde ſuo à peccato deinceps abſtinere: & quaſi profluuium ſtabat. Quòd ſi iam conſecutus es & tu, primùm eſt ut ipſi domino in oratione loquens, recogites annos tuos in amaritudine animæ tuæ. De hinc poſtquam in lamentis pœnitentiæ aliquandiu perſeuerans, hilaritatem quandam & fiduciam conceperis indulgentiæ, accede iam ad poſtulationes: ut ſecurè tanquam receptus in gratiam domini, tibi & conſeruis tuis audeas petere quod oportet. At fortaſſis requiras, unde aut quo modo noſſe poteris, utrùm hanc conſecutus ſis indulgentiam, Sic nimirum conſeruandæ humilitatis gratia, diuina ſolet pietas ordinare; ut quanto quis plus proficit, eo minus ſe reputet profeciſſe. Nam & uſque ad ſupremum exercitii ſpiritualis gradum, ſi quis eo uſque peruenerit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur, ut uix ſibi primum uideatur adeptus.
H Attamen ſcio quòd hodie lectum ſit in Euangelio, dixerat Ieſus paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua: & reputatum eſt ei ad blaſphemiam. At ille, cui nimirum cogitatio hominis cōfitetur, Quid, inquit, cogitatis mala in cordibus ueſtris? [illegible]emare me blaſphematis, & quaſi ad ex[illegible]um uim uiſibilis curationis uirtutem mihi inuiſibilem uſurpare. Sed ego uos potius blaſphemos eſſe conuinco, ſigno probans uiſ[illegible] inuiſibilem poteſtatem. Vt ſciatis (inquit) quia poteſtatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata, Tunc ait paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & ambula. Et tu ergo ſi iam ſurgis deſiderio ſupernorum, ſi grabatum tollis, corpus ſcilicet à terrenis eleuans uoluptatibus, ut iam non feratur anima concupiſcentiis eius, ſed magis ipſa, ut dignum eſt, regat illud; & ferat quo non uult, ſi demum ambulas, quæ retro ſunt obliuiſcens, & ad ea quæ ante ſunt te extendens deſiderio & propoſito proficiendi, curatum te eſſe non dubites. Hæc Bernardus. Ecce quomodo diuus Bernardus permittit hominibus non dubitare dimitti aut dimiſſa eſſe ſibi peccata ſua; ideſt, præmiſſis tot conditionibus, conſideratiſq; tot affectionibus, & non aliàs. Hæc ſunt uerba ſanctorum, & non illa horum nouorum prædicatorum: ſanctos doctores uolumus, nouos hos prædicatores

Eſt ſermo de quatuor modis orandi.

Matt. 9.

tores

A tores fugimus, fugiendosq; ab omnibus prædicamus.

Vnde quidem ipſe ſanctus doctor, Bernardus glorioſus, multa dicit, quibus declarat quo homines poſſunt licitè, & magis debent de ſuo eorum ſtatu, ideſt, de iuſtificatione à peccatis, ſiue de remiſsione ſuorum peccatorum, pauidi eſſe, timere, ac ſubdubitare quodam modo, & pro illa orare. Ita enim docet in ſtatim allegatis uerbis ſuis, dicens, *Bernar.* *Vbi ſup.* Sic nimirum conſeruandæ humilitatis gratia, diuina ſolet pietas ordinare, ut quanto quis plus proficit, eo minus ſe reputet profeciſſe. Nam & uſque ad ſupremum exercitii ſpiritalis gradum, ſi quis eo uſque peruenerit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur, ut uix ſibi primum uideatur adeptus. *Epiſ. 42. qua eſt ad Henricũ Senonen. Epiſcopũ.* Alibi etiam in eadem ſententia, inquit, Beatus nempe homo, qui ſemper eſt pauidus. Et infra, Prauum eſt cor hominis & imperſcrutabile, ita ut nemo ſciat quæ ſunt in homine, niſi ſpiritus hominis qui in eo eſt, *Prou. 28.* ſed nec ipſe plenè. Nam cùm Apoſtolus diceret, Mihi pro minimo eſt ut à uobis iudicer, aut ab humano die; adiecit, Sed nec ego *1. Cor. 4.* meipſum iudico. Quare? Quoniam non poſſum, ait, ratam uel ipſe de me proferre ſententiam. Ego enim nihil mihi conſcius ſum; non tamen in hoc iuſtificatus ſum. Non ex toto credo me uel ipſi conſcientiæ meæ, quippe cum ne ipſa quidem queat me comprehẽ-

B dere totum. Nec poteſt iudicare de toto, qui totum non audit. Qui autem iudicat me, dominus eſt. Dominus, inquit, cuius utique ſcientiam non effugit, ſententia non ſubterfugit, etiam quod propriam latet conſcientiam. Audit Deus in corde cogitantis, quod *Ibidem. paulò poſt* non audit uel ipſe qui cogitat. Infra, Contremiſco totus tuam domine Ieſu, quantillo poſſum intuitu conſiderans maieſtatem, præſertim cum recordor in quantis ipſius aliquãdo contemptor extiterim. Sed & nunc cum iam à facie maieſtatis fugi ad genua pietatis, quid amplius facio? Vereor ne qui aliquando contrarius extiti maieſtati, & nunc ingratus pietati inueniar. Quid enim ſi ceſſant manus, & non ceſſet pectus? Quid ſi os iam ſilet, nec dum cor quieſcit? Si ſinguli illiciti motus animi mei, ſingula ſunt quædam in te Deus cõuicia: ut puta iracundiæ motus, in manſuetudinem, inuidiæ, in charitatem, infrugalitatem, luxuriæ, turpitudinis, in caſtitatem; & innumera his ſimilia quæ de cœnoſo lacu prurientis pectoris mei etiam nunc inceſſanter ebulliunt, inundantes & impingentes in ſerenitatem præfulgentis uultus tui: quid magnum feci, ſolos cohibere artus, actus corrigere? Si has atque huiuſmodi, quas foris licet uacans, intus actitare non ceſſo, iniquitates obſeruaueris, ò domine quis ſuſtinebit? An forte iam non ago illa, ſed patior? C Aguntur quidem in me, ſed à me non aguntur, ſi non conſentio. Sanè ſi mei non fuerint dominata, tunc immaculatus ero; & immaculatus coràm eo, ſi non ſolùm caruero, ſed & ſi obſeruauero me ab iniquitate mea. Mea dixerim, non quia facio, ſed quia ſuſtineo. Corpus geſto mortis, carnemq; peccati: ſufficit interim mihi, ſi non regnet peccatum in meo mortali corpore. Sic corpus crimini non reputatur, nec quod habitat in eo peccatum: ſi tamen non delector, ſi tamen non exhibeo membra mea arma iniquitati. Pro hac orabit ò miſericors, quiuis etiam ſanctus, in tempore opportuno: ſupplex nimirum quòd malum ſentiat: & nihilominus ſanctus, dum non conſentiat. Supplex pro periculo, ſanctus pro uirtute. Sanctus planè atque beatus, qui condelectatus legi ſecundum interiorem hominem, de malo quod ita ineſſe corpori ſentit, ut niſi pariter cum corpore carere non poſsit, meritò ſeſe conſolatur, & ait, Iam non ego operor illud, ſed *Rom. 7.* quod habitat in me peccatum. Veruntamen delicta, quis intelligit? Nam ſi poſſem dicere cum Paulo, quod quidem longe eſt à me, Nihil mihi conſcius ſum: non tamen in hoc eſſe iuſtificatum oportet me gloriari. Nõ enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat. Si applauſerit D mihi iuſtitiam humanus dies, pro minimo habeo, quia ille lucet tantum in facie. Homo enim uidet in facie, Deus autem intuetur cor. Propter hoc Hieremias non ſatis popularibus ſententiis uelut quibuſdam humani diei radiis mouebatur, ſed fidenter loque *Hier. 17.* batur Deo, Diem hominis non concupiui, tu ſcis. Si meus mihi arriſerit dies; Neque meipſum, inquit, iudico: quia nec ipſe me ſatis intelligo. Hæc ille. Sed & de re huiuſmodi latius ualde inferius, ubi de cognitione uel *Part. 4. Lib. 3.* nõ cognitione gratiæ in hoc ſæculo fit ſermo longus admodum, certus, & ualde clarus, quantum materia ſubiecta patitur claritatẽ in hac uita mortali.

Qvid ergo dicimus de illa fide uel confidentia qua quiſque in particulari & abſque ulla conditione firmiter credit, certoq; confidit, nunc in facto ſibi remitti peccata à Deo gratis per Chriſtum? quam hi recentes prædicatores ſic exaltant, ut dicant eam ſolam eſſe neceſſariam ſufficereq; hominibus ad iuſtificationem pacis ac remiſsionem peccatorum: quaſi inter Deum iuſtificantem & hominem iuſtificatum aut iuſtificandum nihil aliud intercedere debeat ſecundũ legem Dei,

E quàm illa ſola fides, aut confidentia? Dicimus primùm, eiuſmodi fidem aut confidentiam nullo modo ſufficere homini iuſtificando, ut iuſtificetur; nec ſufficere homini iam iuſto, ut in iuſtitia conſeruetur. Dicimus ſecundò, talem fidem aut confidentiam, nullo modo requiri in homine iuſtificando uel in iuſtitia conſeruando. Dicimus tertiò, illam fidem aut confidentiam in ea forma in qua prædicatur, non ſolùm non ſufficere nulloq; pacto requiri, ſed profectò nec licere. Hæ ſunt tres propoſitiones uériſsimæ, certæ, atque catholicæ, ab omnibus catholicis explicitè uel implicitè credendæ. Prima probatur per ea multa, quibus iam ſatis monſtratum eſt, inter Deum uocantem & Deum iuſtificantem hominem adultum à peccatis, debere medium accedere, hominem credentem omnia credibilia, diligentem Deum ſuper omnia, obedientẽ ex corde Deo: idest, debere mediam ſe præbere fidem in ſanctum Dei Euangelium, dilectionem Dei ſuper omnia ſiue charitatem, obedientiam ex corde erga Deum, ſiue propoſitum cauendi in futurum, aut bene uiuẽdi, auerſionem à peccato, & cõuerſionem ad Deum Optimum. Vbi enim hæc requiruntur, certum eſt non ſufficere illam ſolam fidem. Secunda ueritas harum probatur, per ea quæ legimus, Beatus uir, qui ſemper eſt pauidus. De propitiato peccato, noli eſſe ſine metu. Etiam ſi ſimplex

F fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Sunt iuſti & ſapientes, & tamen neſcit homo, utrùm amore uel odio dignus ſit. Eſt uia quæ uidetur homini recta, & noniſsima eius ad infernum deducunt. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed nec in hoc iuſtificatus ſum. Delicta, quis intelligit? Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? Ab occultis meis munda me domine. Ignorantias meas ne memineris. Ex his igitur probatur hæc ueritas ſecunda, & per multa tam ſuperius poſita. Ex quo enim diuina ſcriptura laudat eos, qui de ſuo ſtatu ſunt pauidi; & conſulit eis, ne ſint ſine metu de propitiato peccato: atque prædicat noſtram generalem ignorantiam de noſtra ſimplicitate, ſanctitate, aut iuſtitia, etiam in uiris iuſtis ac ſapientibus, Signum eſt manifeſtum, demonſtratioq; inuictiſsima, hanc ſic firmam confidentiam aut fidem, non eſſe hominibus neceſſariam ad iuſtitiam. Si autem non eſt neceſſaria, ut profectò non eſt neceſſaria: per conſequens nec eſt requiſita, nec requiritur. Si enim eſſet requiſita, eſſet neceſſaria. Non eſt autem neceſſaria, Ergo non eſt requiſita: Tertia propoſitio monſtratur etiam ſatis & conſtat ex iam dictis. Quandoquidem illa fides aut confidentia in ea forma in qua prædicatur, eſt quidem ſuperbiſsima, & pariter imprudentiſsima. G Quam ob rem utique illa in ea forma non eſt licita. Eſt autem ſuperbiſsima in ea forma in qua prædicatur, quia omnia alia à ſe excludit à iuſtitia ſeu iuſtificatione hominis formali, fidem Euangelicam, dilectionem Dei ſuper omnia, obedientiam erga Deum, pœnitentiam; denique excludit fidem, ſpem, charitatem, uirtutes theologicas; obedientiam, pœnitentiam, & omnes alias uirtutes Euangelicas: atque ſe ſolã credit & prædicat requiri & ſufficere ad iuſtificationem & iuſtitiam formalem hominis. Igitur illa eſt ſuperbiſsima; Quia omnia alia excludit, & ſe ſolam commendat, non ſolùm quaſi maiorem & nobiliorem, ſed etiam tanquam ſolam, tanquam ſolam requiſitam, tanquam ſolam neceſſariam, tanquam ſolam ſufficientem. Mirabilis talis ſuperbia, contra totam ſcripturam diuinam, tum noui, tum ueteris teſtamenti: contra omnes Apoſtolos, Euangeliſtas, Prophetas, doctores ſanctos: ex quibus omnibus conſtant ſatis, neceſsitas, utilitas, & prærogatiuæ multæ fidei Euangelicæ hiſtoriæ, ſpei, charitatis, obedientiæ, pœnitentiæque. Eſt etiam illa confidentia imprudentiſsima in ea forma; quia cum non habeat homo promiſsionem aliquam diuinam de ſua iuſtificatione uel iuſtitia abſolutam, ſed ſolùm conditionales multas: H illa imprudentiſsima confidentia certò & firmiter confidit de ſua iuſtificatione ſine ulla conditione aut reſpectu ad conditionem conditionalis promiſsionis, tanquam ſit promiſsio abſoluta, cum non ſit abſoluta promiſsio, ſed conditioni iuncta, ut conſtat ex dictis, & conſtabit magis ſine latius ex dicendis. *Ex dicendis.* An non licet homini unquam credere firmiter ſe eſſe iuſtum à peccatis, ſaltem à mortalibus? *Lib. præſenti.* Quidem in ea forma nunquam licet, ut ex dictis patet: quia eſt illa fides ſiue confidentia & ſuperba & imprudentiſsima. An licet in alia forma? Vtique licet. In qua forma licet? Habendo reſpectum ad diuinas promiſſiones conditionales, & ad conditiones quas requirunt. Etenim omnes tenemur firmiter credere fide diuina, cui non poteſt ſubeſſe falſum, tam de nobis ipſis quàm de aliis, omnes Adæ filios de facto iuſtos eſſe aut iuſtificari quotquot habent eas conditiones quas diuina promiſsio ſiue diuina lex conditionalis ad id requirit in nobis. hoc conſtat, quia omnes tenemur tali fide credere Deum ueracem in omnibus dictis ſuis pertinentibus ad doctrinam, promiſſiones, & cunctis aliis. Adhibito autem diligenti in nobis de nobis examine, dum quis ſeipſum probat & ad iudicium

A dicium rationis ac legis trahit, licet unicui-
que iudicare de ſe, prudenter tamen proce-
dendo cum examine & diſcretione, quòd eas
conditiones requiſitas habet, uel non habet.
Si enim hoc non liceret nobis, non diceret
1. Cor. 11. Paulus Apoſtolus, Probet autem ſeipſum ho
mo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat.
1. Ioan. 4. nec diceret Apoſtolus Ioannes, Nolite om-
ni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex
Deo ſint, quoniam multi pſeudoprophetæ
exierunt in mundum. Ecce committitur no
bis, adhibitis his quæ ad rem ipſam adhibe
ri debent, probatio tum noſtri, tum ſpirituũ.
Licet ergo nobis iudicare de nobis bene uel
malè, pro ut in nobis inuenerimus: dummo
do prudenter agamus, cum prudentia intuen
tes, diſcurrentes, & concludentes. Mox ue
rò prout quis cum prudentia de ſe iudicaue-
rit quòd cõditiones à Deo requiſitas habeat,
poteſt etiam iudicare de ſeipſo quòd iuſtus,
ſit: ſi certò, certò, ſi cum formidine, cum
formidine. Firmæ enim præſtant diuinæ pro
miſsiones, iuxta ſuas conditiones, & ex par
te illarum nullus eſt defectus, nec poteſt eſſe.

Errant igitur hi noui prædicatores,
cum in multis aliis quæ iam poſuimus, tum
quia rem non ſufficientem, dicũt ſufficientẽ,
tum quia rem nõ neceſſariam, exiſtimant ne
H ceſſariam: & in re illicita, ſuperbiſsima, &
B imprudentiſsima conſtituunt per ſe totam
iuſtitiam hominum iuſtorum, uirorum fide-
lium, filiorum Dei adoptiuorum. Nulla au-
tem maior inſania eſſe poteſt. Mira eſt talis
iuſtitia huiuſmodi recentium prædicatorũ,
quæ in lege Dei non eſt ſufficiens, non eſt ne-
ceſſaria, non eſt requiſita; ſed eſt illicita,
ſuperba, imprudens. Quid ſentiemus de illis,
qui talem ſibi iuſtitiam comminiſcuntur ef-
finguntq́;? Cæci ſunt abſque dubio, & duces
cæcorum. Errant ipſi & aliis errandi anſam
præbent. Atque eſt hic eorum error contra
Chriſti gratiam, ideſt, contra ordinem gra-
tiæ ipſius quem ſeruat Deus communican-
do nobis illam, ſeu effectus illius.

Errant adhuc grauiſsimè in eo quòd
totam iuſtitiam Chriſtianam formalem ho-
minum Chriſtianorũm ponunt atque conſti-
tuunt in quadam ſola cogitatione hominis
reflexa, qua homo reflectendo aciem men-
tis ſuæ ſupra, ſeu ad ſeipſum, cogitat cum aſ-
ſenſu mentis ſe iuſtum eſſe aut iuſtificatum.
August. Credere nanque, eſt cum aſſenſu mentis co-
Lib. 1. gitare. ut bene dicit Auguſtinus in De Præ-
Cap. 2. deſtinatione, & cum eo Magiſter ſententia-
tom. 7. rum, & cum his duobus atque cum uerita-
Magiſt. te quam habent, tota Schola Chriſtiana, nul
Lib. 2. lo doctore excepto. Ob quod certè fides qua
Diſt. 26. quis in particulari & abſque ulla conditione
firmiter credit nunc in facto ſibi remitti pec- C
cata à Deo gratis per Chriſtum; in qua fide *S. Tho.*
ipſi ponunt totam hominis formalem iuſti- *ſecũda 2.*
tiam, nihil eſt aliud quàm cogitatio qua ho- *quæſ. 2.*
mo ipſe cogitat cum aſſenſu firmo ſuæ men- *Art. 1.*
tis nũc in facto ſibi remitti peccata ſua à Deo
per Chriſtum. Hæc autem talis cogitatio ho
minis, profectò eſt reflexa ſui ipſius homi-
nis ſupra ſeipſum, ut conſtat: quia per illam
cogitat cum aſſenſu mentis, ſe iuſtum eſſe,
aut ſe iuſtificari, aut ſibi peccata remitti: un-
de ipſa cogitatio habet ipſum hominem pro
obiecto, & ad illum terminatur. Eſt igitur
reflexa. Non quaſi ſit cogitatio cogitationis
ipſius, nec quaſi ſit cogitatio cogitationis
alterius: ſed quia eſt cogitatio ipſius homi-
nis, qui cogitat: quia homo cogitans cogi-
tat ſeipſum, uel aliquid circa ſeipſum, uel ali
quid de ſeipſo, uel aliquid in ſeipſo. Equi-
dem neſcio quæ'nam res hac ipſa magis ab-
ſurda unquam ſic fingi potuerit contra ueri-
tatem diuinarum ſcripturarum, quæ nullo
modo conſtituunt totam iuſtitiam formalẽ
hominis Chriſtiani in talibus cogitationibus
reflexis, ſed potius in actibus hominis dire-
ctis, quibus homo in Deum optimum ten-
dit, ipſum & ſuas ueritates reuelatas cum aſ-
ſenſione firma mentis cogitando, ipſum ex
toto corde diligendo, ei ex toto corde obe- I
diendo, propter ipſum à malo declinando & D
bonum faciendo. Quibus actibus directis, ip
ſe Chriſtianus iuſtus eſt formaliter ſine du-
bio, etiam ſi ſe non cogitet iuſtum, etiam ſi
ſupra ſe nullam talem cogitationem habeat,
qua ſe cum aſſenſu mentis iuſtum cogitet, e-
tiam ſi nullam talem cogitationem reflexam
formet de ſeipſo. Vtiq; Apoſtolus non talia *1. Cor. 4.*
de ſe cogitabat, cum diceret, Sed neque me
ipſum iudico. qui tamen eo tempore etiam
iuſtus erat, in anteriora ſe extendens per dire
ctas cogitationes, uolitiones, operationes;
Chriſtum ſciens, & illum crucifixum, cui di-
xerat, Domine, quid me uis facere? cui in- *Act. 9.*
ſuper nocte ac die in ſpiritu ſuo ſeruiebat.
Publicanus etiam deſcendit in domum ſuam
iuſtificatus: non quia ſe iuſtum cogitauit, ſed
quia ſe peccatorem agnouit, quia de ſe pec-
catore doluit, quia ſe peccatorem confeſſus
eſt, & ueniam humiliter poſtulauit. Vt ſcia-
mus nullam aliam cogitationem reflexam à
nobis exigere Deum, niſi qua nos peccato-
res cogitemus; ſicut Dauid, Peccatum meũ *Pſal. 50.*
contra me eſt ſemper. Delictum meum co-
gnitum tibi feci, & iniuſtitiã meam non ab-
ſcondi. Dixi, confitebor aduerſum me iniu-
ſtitiam meam domino: & tu remiſiſti impie-
tatem peccati mei. Sicut etiam Ezechias,
Recogitabo tibi oẽs dies meos in amaritudi

B ſtę animæ meæ. Cogitatio autem reflexa quâ nos firmiter cum aſſenſu mentis cogitemus iuſtos eſſe, iuſtificari aut nobis peccata remitti in facto, nec eſt à nobis requiſita, nec eſt nobis prohibita ſi cum diſcretione habeatur, ut conſtat ex dictis.

ERRANT igitur ii noui prædicatores gratiæ contra gratiam, in multis. Radix autem errorum ipſorum, ſi non eſt malitia, hoc unum uidetur eſſe, quia non aduertũt, quòd licet promiſsio redemptionis futuræ in Chriſto: omnium hominum in communi olim facta, fuerit abſoluta, quantum ad ſufficientiã, promiſsio tamen iuſtificationis ſingulorũ hominũ in particulari, eſt conditionalis, ſiue cõditioni iũcta, quantum ad efficiẽtiam ſiue efficaciam, ut conſtat, omnino ſicut conditionalis eſt promiſsio diuina glorificationis hominum, quicunque illi ſint. Si enim hóc animaduerterent, nunquam in hos inciderent errores: qui & fœdiſsimi ſunt, & prorſus nulla præſeferunt ex parte ueritatis effigiem. Cognouiſſent enim eo ipſo ex terminis, promiſsionem conditionalem, ut credatur quidem, requirere fidem, quia non niſi fide creditur; ſed ut impleatur, requirere expletam conditionem, quam ſupponit. Tunc autem non ad ſolam promiſsionẽ quaſi abſolutam F inſpicerent, ſed etiam ad conditionem ſuppoſitam: ex eo uerò iam uiderent quid à nobis iuſtificandis requirat Deus, quia non ſolam fidem nec ſolam confidentiam, ſed fidẽ, dilectionem, obedientiam, ut eſt demonſtratum. ſed his de rebus inferius multo plura ſcribentur à nobis.

VELLEM ego audire ab his neotericis concionatoribus quid'nam reſpondeant, aut quid reſponſuri ſint in hac facti ſpecie, quam modo proponimus. Quidam homo odium erga fratrem ſuum concepit, iniquo & exulcerato animo præditus eſt, adeo ut nullam intentatam relinquat ad cædem uſque nocendi uiam, ut fratribus Ioſeph uſuuenit qui eum immeritum odio proſequebantur. Alius inuidiæ furiis exagitatus, occidit fratrem ſuũ, ſicut Cain occidit Abel. Alius habet concubinam uxorem fratris ſui, ſicut Herodes. Alius occiſo domino proprio, habet hæreditatem alienam, ſicut agricolæ illi homicidæ. Omnes hi quaſi cũ ipſis bene ſit actum, maximè oblectantur in rebus peſsimis, nec peccatis ſuis nuncium remittunt, aut ea abiicere in animos induxerunt: quilibet tamen firmiter credit de facto remiſſa eſſe, ſiue remitti ſibi à Deo peccata ſua per Chriſtum, traditum propter delicta noſtra, & reſuſcitatum propter
Rom.4. iuſtificationem noſtram. Quid de his ſentiemus? An ſufficit eis ad iuſtitiam, iuſtificationem, aut remiſsionem peccatorum, illa quia G præditi ſunt fides firma? Si dixerint ſufficere, O' cœlum, ò terra, ò Spiritus cœlorum, ò homines terræ; ubi lex Dei, ubi uita hominum, ubi ſanctitas, ubi pietas, ubi modeſtia, ubi præconia Prophetarum, ubi uoces Euangeliſtarum, ubi rerum facies, ubi pudor? Perierunt omnia in huiuſmodi reſponſione. Nec aliud ibi remanet niſi frons præfricta, nec ullus ordo, ſed ſempiternus horror. Si dixerint eiuſmodi homines tali affectu præditos, non poſſe ita credere, Dicimus quòd immo poſſunt, tum quia, licet impoſsibile ſit iuſtos eſſe aut iuſtificari qui tales ſunt; multi ſunt tamen qui impoſsibilia credunt, ut conſtat de Iudæis & Sarracenis qui non ſolùm non credunt Deum trinum in perſonis, ſed etiam credunt Deum non eſſe trinum in perſonis, cum ſit prorſus impoſſibile, Deum nõ eſſe trinum in perſonis: Tum quia & ſi ſit impoſsibile credere impoſsibilia manifeſta, apud hominem ſanæ mentis: ualde nihilominus eſt poſsibile credere impoſsibilia delibuta coloribus poſſibilium. Ac etiam quia quòd Deus iuſtificet homines ira affectos, eſt quidem impoſsibile ſecundum Dei legem datam & ſecundum eius poteſtatem ſua lege ordinatam; ſed non eſt impoſsibile ſecundum poteſtatem Dei abſolutam, quæ eſt ſuper omnem legem. Poſsibile eſt enim Deum non obſtantibus quibuſcunque aliis rebus, illis hominibus ſuam gratiam iuſtificantem infundere, illis peccata nõ imputare, illos ad regnum ordinare. Accedit eò quòd etſi eſſet ſimpliciter impoſsibile, eos homines firmiter credere, ſe iuſtos eſſe, aut ſe iuſtificari: nos facimus locutionem laxiorem, ut loquamur etiam per poſsibile uel impoſsibile. Stante Dei lege data, quid ſi illi homines firmiter crederẽt ſe iuſtificari à Deo per Chriſtum, etiam in illa diſpoſitione? Si ita affirment, circumſtant abſurda de quibus diximus. Si uerò negent quaſi aliquid deſit, quærimus, Quid'nam deficiat? Et quicquid aſsignetur, ſequitur, quòd iam nunc non ſufficit illa ſola fides, ſed requiritur illud, quod ſi deficeret, illa ſola fides non iuſtificaret. Illud eſt profectò de quo nos loquimur, & de quo conſtanter atque uerè prædicamus, quod etiam medium eſſe debet inter Deum uocantem & Deum iuſtificantem. Quæratur ergo quid illud ſit, & ſine dubio reperietur eſſe id quod nos dicimus, ſecundum diuinas ſcripturas.

H

ERRANT igitur hi grauiſsimè, in eo quod abſolutè, & nulla habita ratione legis Dei, pœnitentiæ, Dei & proximi dilectioni, uel erga Deum obedientiæ, ſolam illam fidẽ aut confidentiam prædicãt neceſſariam, inq́;

ea

A ea ſola formalem omnem iuſtitiam conſtituunt, perq́; eam ſolam pollicentur hominibus ſecuritatē ſuæ iuſtificationis à peccatis, qua quis fortiter ac firmiter credit & confidit ſe iuſtum eſſe aut iuſtificari de facto, & in particulari à Deo per merita Saluatoris noſtri. quicquid ſit de omnibus aliis. Errant, inquā, quia cùm iſta ſecuritas ſit reprehenſibilis, ipſi adulterantes uerbum Dei, ipſam prædicāt, ipſam commendant, ipſam exaltant, ipſam ad totam formalem iuſtitiam hominis ſuffice re dicunt. Reprehenſibilis ergo eſt talis prædicatio illorum, & reprehenſibilis eſt ſecuri-
Quæ ſecuritas ſit reprehenſibilis. tas. Cōceditur enim bonis & malis ex æquo, modo credant firmiter ſe iuſtos: nullo habito reſpectu ad pœnitentiam, ad obediētiam, ad charitatem, ad odium malæ uitæ præteritæ, uel ad propoſitum bonæ uitæ futuræ. Contra talem ſecuritatem, atque contra prædica-
Eccl. 8. tores talis ſecuritatis, prædicabat Eccleſiaſtes dicens, Sunt impii qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant, ſed & hoc uaniſsimū iudico. Ecce talem ſecuritatem damnat, & inter uanitates refert, optimus ille concio-
3. Reg. 20. nator. Quemadmodum & alibi legimus, Nō glorietur accinctus, æque, ut diſcinctus.

Errant etiam grauiſsimè in eo quòd homini cuiuis, etiam peſsimè uiuenti, uel ei qui peſsimè uixit, & nullum reſpectum ad ſuam malam uitam præteritam habet, dicūt,
B Firmiter crede te eſſe iuſtū à peccatis in ſanguine ac meritis Chriſti, & eſto ſecurus, tanquam ipſa ſola fides firma habeat uel faciat iu
Quæ ſecuritas bona ſit. ſtitiam, uel obtineat ueniam. Securitatem enim, ſi diuinas ſcripturas & ſanctos doctores inſpicimus, non illa fides aut confidentia facit, ſed quatuor inducunt: uidelicet, puritas conſcientiæ, diuturnitas pœnitentiæ, contemptus boni labilis, integer amor inter
Bernard. ni & æterni boni. Vnde Bernardus, O' uita à peccato ſecura, ubi abſque formidine, & ex-
Gregor. cipitur cum deuotione. Gregorius, In pœnitente cum longa mœroris anxietate fuerit formido conſumpta, quædam iam de præ-
Gregor. ſumptione ueniæ ſecuritas naſcitur. Gregorius, Mira ſecuritas cordis, aliena non quære
Auguſt. re. Auguſtinus, Nemo ſecurus in his bonis, quæ poteſt inuitus amittere. Qui bona tranſitoria contemnit, mala pœnæ tranſitoria non metuit.

Errant grauiſsimè illi in eo quòd dū dicunt iuſtificari homines formaliter per eā ſolam fidem aut confidentiam qua quis fortiter credit ſe iuſtum eſſe uel iuſtificari à Deo de facto per merita Chriſti, quicquid ſit de omnibus aliis; totam fiduciam ſuam extra Chriſtum ponunt in illa fide, aut confidentia, ad nihil aliud reſpicientes. Quaſi dicant cuili bet peccatori, Crede firmiter te iuſtum eſſe C uel iuſtificari de facto à Deo per Chriſtum, & habe fiduciam de illa fide, quia illa ſola iuſtificat formaliter, & illa ſola impetrat, obtinet, &
In quo ſit fiducia hæreticorum. habet ueniam peccatorū. Quā ob rem ſi animaduertimus, id liquido in hac doctrina inuenimus, fiduciam illorum in ſola fide conſiſtere, extra Chriſtum, id eſt, præter Chriſtum; hoc eſt, omiſſo Chriſto: uidelicet, præter quam quòd etiam in Chriſto: tanquam tota eorum fiducia in ſolo Chriſto primum, & deinde in ſola illa fide, qua quis fortiter credit ſe iuſtum eſſe uel iuſtificari de facto à Deo per Chriſtum, conſiſtat. Eſt autem illa eorum prædicatio, contra prædicationem Apoſtolorum, ac Prophetarum; & eſt illa fiducia contra fiduciam iuſtorum; ſaltem magna ex parte. Placet igitur hoc loco ponere ex oppoſito fiduciam noſtram catholicorum Chriſtianorum, & illam explicare atque probare per diuinas ſcripturas: ut propoſita & probata noſtra fiducia uera, impugnetur & deſtruatur illorum fiducia falſa.

Nos ergo ueri & catholici Chriſtiani; *Fiducia catholicorum primum eſt in Chriſto* Primùm quidem conſtituimus noſtram fiduciam in Chriſto Saluatore noſtro, & in ſui ſanguinis ſacratiſsimi effuſione. Sicut legimus, Habentes itaque fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti: quam initiauit nobis uiam nouam & uiuentem per uelamen, id eſt, carnem ſuam, & ſacerdotem ma- *Heb. 10.* D gnum ſuper domum Dei, & cætera. Qui dedit redemptionē ſemetipſum pro omnibus. *1. Tim. 2.* Exauditus eſt pro ſua reuerentia. Quoniam *Hebr. 5.* quidem Deus erat in Chriſto mundum recō *2. Cor. 5.* cilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorū. Aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum *1. Ioan. 2.* Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mūdi. Primùm igi *Fiducia catholicorum, ubi.* tur, principaliter, & maximè, totam noſtrā fiduciam in Chriſto & eius ſanguine conſti- *Auguſt.* tuimus: & cum Auguſtino ita dicimus ſinguli, Omnis nanque ſpes, & totius fiduciæ certitudo mihi eſt in pretioſo ſanguine eius, qui effuſus eſt propter nos, & propter noſtrā ſalutem, etc. Deinde quaſi ſecundariò, & minus principaliter, tanquam quodammodo in cauſa ſine qua non dicta, ponimus fiduciā noſtram in illis rebus, operibus, ſiue affectionibus noſtris, in quibus Deus uult tali modo nos habere fiduciam, & quibus promittit ueniam, uitam, atque ſalutem. Verbi gratia, in Dei timore, in cordis puritate, in oris confeſsione, in eleemoſynarum elargitione, in fide, ſpe, charitate, obedientia Dei, pœnitentia peccatorum. Legimus nanque de Dei timore, Eſt uia quæ uidetur homi *Prou. 14.* ni

E ni iuſta: nouiſsima autem eius deducunt ad mortem. In timore domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit ſpes. Timor domini fons uitæ, ut declinet à ruina mortis. Legimus de cordis puritate, Chariſsimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad dominum. Legimus de oris confeſſione, Si iniquitatem, quæ eſt in manu tua, abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia, tunc leuare poteris faciem tuam abſque macula, & eris ſtabilis, & non timebis. Miſeriæ quoque obliuiſceris, & quaſi aquarum quæ præterierunt recordaberis. Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad ueſperam: & cum te conſumptum putaueris, orieris ut Lucifer. Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies. Ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Dic tu prior iniquitates tuas, ut iuſtificeris. Iuſtus in principio accuſator eſt ſui. Legimus de eleemoſynarum elargitione, Fiducia magna eleemoſynæ coràm ſummo Deo erit. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis. De fide autem, ſpe, charitate, obedientia, & pœnitentia, multa etiam legimus ad idem: quorum multorum ea non pauca ſufficiunt quæ in præcedentibus hactenus poſuimus. Ecce igitur primùm & principaliter locamus noſtram fiduciam in Chriſto & eius ſanguine: mox uerò & minus principaliter ponimus fiduciam in illis rebus ſiue operibus uel affectionibus, per quas nobis Saluator noſter promittit ueniam, tanquam per cauſas ſine quibus non. Verùm & hic fiducia quæ in his rebus, operibus, uel affectionibus ponitur, tota etiam in Saluatorē noſtrū refertur: quia ipſe gratis illis ualorē præſtat, gratis illas affectiones acceptat, gratis nobis tribuit unde ipſas affectiones bonas aut bona opera habeamus, quia generaliter & ſine inſtantia, non niſi in ipſo & per ipſum nos quicquam boni facere, uelle, aut cogitare ualemus, ut ſupra monſtratum eſt. Eam ob rem iure optimo, dicimus ſicut iam diximus cum Auguſtino, Omnis nanque ſpes, & tota fiduciæ certitudo mihi eſt in precioſo ſanguine eius, qui effuſus eſt propter nos, & propter noſtram ſalutem. Ab ipſo nanque effuſo ſanguine ſacratiſsimo, ueniunt nobis bona omnia, omniſq; & totus ualor ipſorum bonorum. Sed ſunt illæ bonæ affectiones tanquam cauſa ſine qua non, ueniæ, atque ſalutis, & iuſtificationis à peccato. Vnde quibus Deus peccatoribus adultis in ſanguine Chri-

1. Ioan. 3. *Iob 11.* *Rom. 10.* *Tobia 4.* F

Tota fiducia catholicorū in Chriſtum refertur.

Lib. 1. per totū. Auguſt.

ſti uult peccata dimittere, prius tempore uel natura illis in ſanguine Chriſti illas bonas affectiones inſpirat, præparat, præſtat. Ita confido principaliter de Sole, quòd me illuminabit: & minus principaliter atque tanquam de cauſa ſine qua non, confido de apertione feneſtræ. Si autem ſolus Sol mihi aperiret feneſtrā, ſicut ſolus poteſt me illuminare, tota fiducia illuminationis meæ referretur in Solem, etiam illa, quā habeo de feneſtræ apertione. Simili modo eſt in propoſito. Hæc profectò, eſt doctrina Apoſtoli, qui poſtquam excitauit nos ad habendum fiduciam in ſanguine Chriſti, proferens illa uerba quæ paulò ante poſuimus, Habentes ita fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti: quam initiauit nobis uiam nouam & uiuentem per uelamen, ideſt, carnē ſuam, & ſacerdotem magnum ſuper domum Dei. Ne quis pro ſuo libito formaret in ſe fiduciam uanam & infructuoſam, reprehenſibilem aut damnoſam: inſtituens nos atque docens, quomodo debeamus concipere fiduciam, de Deo confidere, & ad Deum accedere, dixit ſtatim. Accedamus cum uero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeſsionem indeclinabilem; fidelis enim eſt qui repromiſit: & conſideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum. Ecce quomodo fundat in nobis Apoſtolus fiduciam in ſanguine Chriſti, & quo modo uult nos confidere, & cum fiducia accedere: Si accedimus cum uero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, abluti corpus aqua munda, conſiderantes inuicem in prouocationem charitatis & bonorū operū. Dixit quidē Apoſtolus, Fidelis enim eſt qui repromiſit. Sed oſtendens quibus repromiſit, præmiſit, Accedamus cum uero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus fidei noſtræ confeſsionem indeclinabilem. Tanquam, re uera, hæc intrent pactum promiſsionis diuinæ, quod ſemper ſeruat Deus ſeruantibus idem pactum. Ergo niſi accedamus uero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, abluti corpus aqua munda, & tenentes fidei noſtræ confeſsionem indeclinabilem, non poſſumus habere fiduciam prudentem aut utilem de remiſsione peccatorum noſtrorum in ſanguine Chriſti. Hæc eſt doctrina Apoſtoli Pauli, Apoſtolorum omniū, & Prophetarum: quæ tum in nouo, tum in ueteri teſtamento continetur, explicaturq; ſatis. Simile quid dixit Apoſtolus paulò poſt in eodem capite. Cum enim

G *Heb. 10.* *Ibidem. Heb. 10.* H *Hebr. 10.*

A enim ita docuiſſet, Nolite itaque amittere
confidentiam ueſtram, quæ magnam habet
remunerationem. ne quis uanam quandam
confidentiam in ſeipſo formaret, per quam
ſolam ſeſe iuſtum eſſe, aut iuſtificari putaret,
adiecit ſtatim, nullo uerbo interpoſito, Pa-
tientia enim nobis neceſſaria eſt, ut uolunta-
tem Dei facientes, reportetis promiſsionẽ.
Ecce non reportamus promiſsionem ſolum
modo credentes aut confidentes nos iuſtos
iam per Chriſtum; ſed uoluntatem Dei fa-
cientes, noſtram uoluntatem ſuæ uoluntati
conformantes. Manifeſta ſatis ſunt hæc Apo-
ſtoli uerba.

VANA eſt igitur illa fides aut cõfidentia,
non neceſſaria, & ſuperba atque imprudens,
quam illi noui prædicatores & Chriſtianæ ui
tæ ac religionis deſtructores exaltant, & cõ-
mendant: ut abundè eſt oſtenſum. Nullum
habet fundamentum in ſcripturis ſacris nec
in doctoribus ſanctis: immo profectò cum
omnibus illis pugnat, & omnibus repugnat:
quemadmodum præſens hic liber, de ordine
harum rerum ſacrarum inter ſe demonſtrat,
uocationis diuinæ, iuſtificationis, glorifi-
cationis. Probamus igitur & magnopere
laudamus determinationem illam facultatis *Facultas Theologica Louanię. in ſua cõfeſſione. Art. 9.*
theologicæ uniuerſitatis Louanienſis, qua
ita dicit in ſuis articulis circa dogmata eccle-
ſiaſtica. Fides, inquit, qua quis firmiter cre-
dit & certò ſtatuit propter Chriſtum ſibi re-
miſſa eſſe peccata, ſeq; poſſeſſurum uitam
B æternam, nullum habet in ſcripturis teſtimo-
nium, imo iiſdem aduerſatur, etiam ſi fir-
ma & certa ſpe expectare debemus in hac
quidem uita, per ſacramentum baptiſmi &
pœnitentiæ, peccatorum remiſsionem, in ſæ
culo autem futuro uitam æternam. Hæc ibi.
Illa enim fides non ſolùm nullum habet in
ſcripturis ſanctis teſtimonium, ſed potius
omnibus ſcripturis ſanctis & noui & ueteris
teſtamenti repugnat, eo modo intellecta &
explicata, quo illi noui prædicatores illam
intelligunt, & declarant. Quis modus ille eſt?
Quem iam ex uerbis eorum explicauimus.
Dicunt enim neceſſarium eſſe cuilibet homi
ni ad ſalutem & remiſsionem peccatorum,
ut firmiter credat remiſſa eſſe ſibi peccata ſua
de facto & in particulari à Deo per Chriſtũ,
& ut ita firmiter credat abſque ulla conditio
ne uel reſpectu ad diſpoſitionem ſuam, ope-
ra, aut legem, aut quoduis aliud: & per hãc
ſolam fidem dicunt, hominem iuſtificari for-
maliter, tanquam per illam ſolam conſequa-
tur remiſsionem peccatorum, adoptionem
filiorum Dei, ac ius ad regnum, quicquid
ſit de omnibus aliis. Contra hanc talem fi-
dem ſic abſolutè requiſitam, & contra illam
ſic inaniter ſuperbeq; exaltatam, nos nunc C
agimus, & egit facultas theologica Louaniẽ.
iam dudum. Etenim neque illa eſt neceſſaria,
neq; illa eſt ita ſola iuſtificans: & in unoquo-
que horum repugnat ſcripturæ ſacræ: Ideſt,
& in eo quòd ponitur neceſſaria, & in eo
quòd ponitur ſola ſufficere, aut ſola facere iu
ſtificationem uel iuſtitiam formalem. Nihil
nanque horum habet. Et mirum eſt, quo-
modo illi noui prædicatores potuerunt talia
prædicare, aut talia cogitare de fide illa: cùm
ipſi nihil uelint credere niſi quæ ſcriptura di-
cit planè, & diuina ſcriptura nihil prorſus di
cat de mea iuſtificatione in particulari & de
facto, ſicut nec de aliquo homine qui modo
eſt in hoc ſæculo.

MARTINVS Bucerus defendens illam
ſuam, & aliorum quorundam nouorum præ
dicatorum uanam fidem, agens contra Pi-
ghium inquit, Quamuis ſcriptura nec mei,
nec tui ſpeciatim meminerit, Chriſtus tamẽ
iuſsit prædicari Euãgelium ſuum omni crea
turæ, & ſalutem promiſit omni credenti, &
in ſuum nomen baptizato. Præcepit Apoſto
lis, ut ſibi omnes gentes diſcipulos facerent,
& docerent baptizatos quæcunque ipſis mã
daſſet. Et tamen Pighius audet ſubſannare
hanc piam & catholicam doctrinam, qua do
cemus oportere unumquenque perſuaſum
habere, & ſibi peccata propter Chriſtum re
miſſa eſſe, & uitam æternam donatam. Et
quid credet, te obſecro, quiſquis ullum Chri
ſti ſenſum habes, ſi non credet ſe habere per D
Chriſtum remiſsionem peccatorum, gratiã
Patris, ſe filium & hæredem Dei factum?

RESPONDEMVS, Quot quot ſen-
ſum Chriſti habemus, firmiter credimus
& nullo modo dubitamus, per paſsionem
Chriſti, eſſe nos liberatos à peccato quantũ
ad ſufficientiam: ſicut legimus, Dilexit nos, *Apoc. 1.*
& lauit nos à peccatis noſtris in ſãguine ſuo.
Credimus, per paſsionem Chriſti nos eſſe li
beratos à poteſtate diaboli, quantum opor-
tuit ſatis'ue fit: ſicut dixit dominus, Nunc *Ioan. 12.*
princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego
ſi exaltatus fuerò à terra, omnia traham ad
meipſum. Credimus per paſsionem Chriſti,
homines eſſe liberatos à pœna peccati quan-
tum ſatis ſit: ſicut legimus, Verè languores *Eſa. 53.*
noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe por
tauit. Credimus per paſsionem Chriſti, nos
eſſe Deo reconciliatos quantum opus e-
rat: ſicut legimus, Reconciliati ſumus Deo *Rom. 6.*
per mortem filii eius. Credimus Chriſtum
ſua paſsione aperuiſſe nobis ianuam cœli
quantum oportuit: ſicut legimus, Habemus *Heb. 10.*
fiduciam in introitum ſanctorum, ſcilicet cœ
leſtium, in ſanguine Chriſti. Hæc enim om-
nes

E nes credimus, omneſq; confitemur, quia ſunt uera, pia, ſancta, catholica, neque ullo modo de his dubitamus, aut diſputamus. Eſt autem noſtra quæſtio, importantiſsima diſputatio de modo, quo hæc bona iam facta, quantum ad ſufficientiam, applicantur in particulari nobis hominibus, quantum ad efficaciam ſiue ſufficientiam: de modo, inquam, ideſt, de ordine quem ſeruat Deus Optimus communicando nobis bona huiuſmodi Saluatoris noſtri, remiſsionem peccatorum, iuſtificationem à peccatis, ſalutem, ingreſſum regni. Dicunt illi noui prædicatores ſecundum nouam eorum imaginationem, nouũq; commentum, per ſolam fidem aut confidentiam qua quis fortiter credit aut confidit, remiſſa eſſe ſibi de facto & in particulari peccata ſua per Chriſtum de facto, & in particulari, nullo alio habito reſpectu ad legem, pœnitentiam, aut ſimilia. Nos autem catholici ſecundum antiquam fidem & ueram Eccleſiæ Chriſtianæ, dicimus illa bona accedere nobis per fidem Chriſti integram, ſpem, charitatem, obedientiam, pœnitentiam, ſacramentum in re uel in uoto ſuſceptum, & propoſitum cauendi à peccato, formale, actuale, uel uirtuale. Et hæc noſtra ueritas eſt quam explicat Apoſtolus, dicens, Haben-
F tes itaque frarres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis uiam nouam & uiuentem per uelamen, ideſt, carnem ſuam, & ſacerdotem magnum ſuper domum Dei, accedamus cum uero corde in plenitudine fidei, aſperſi corde à conſcientia mala, & abluti corde aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeſsionem indeclinabilem: fidelis enim eſt, qui repromiſit.

Oſtenditur, ſi verum, ſit aliquam fidem ſolam poſſe habere connexas ſpem, & charitatem, virtutes Theologicas, tanquam indiuiduos comites, potius eas connexas, habituram fidem qua credimus totum Euangeliũ, quàm fidẽ illam qua quis fortiter credit, aut fidit, de ſeipſo, quòd iuſtus ſit à peccatis. Monſtratur neque illam fidem Euangelicam habere ſpem & charitatem, virtutes connexas ſibi neceſſariò, quantum ad eſſe abſolutum, ſufficiens, aut efficax, ſeu perfectum, illarum uirtutum: Reſpondeturq́; argumentis aduerſariorum, & oſtenditur atque impugnatur error eorum: & declaratur quare aliquis retrahatur à ſtudio conſequendæ rei quam naturaliter optat. CAP. IX.

EST igitur error contra totã Philoſophiam humanarum rerum atque diuinarum, dicere quòd fides ſecundum rem ſit ſpes & charitas, uel includat actũm ſpei & actũ charitatis: omnes enim hæ uirtutes differunt obiecto, actu, & habitu, fides, ſpes, charitas. Atque licet ſpes & charitas non differant ſubiecto primo, quia ambæ pertinent ad uoluntatem: tamen ſpes & charitas, ſimul differunt ſubiecto primo à fide, quia fides pertinet ad intellectum. Intolerabilis ergo error eſt, aſſerere quòd fides ſecundum rem ſit ſpes & charitas, aut includat actum ſpei & actum charitatis. Conſtat hoc, apud omnes ſapientes: qui in una anima rationali & ſpiritali ſubſtantia ponunt intellectum & uoluntatem, potentias ſuas naturales ac diſtinctas uel re uel ratione, diſtinctos actus realiter, & diſtinctos habitus, circa diſtincta obiecta. Sed profectò non minor error eſt, dicere quòd ea fides qua quis fortiter credit ſe in facto iuſtum eſſe ac remiſſionem peccatorum habere à Deo per Chriſtum, habet connexas ſibi illas uirtutes theologicas, ſpem & charitatem, non autem illa fides Euangelica qua firmiter credimus uerum eſſe totum Euangelium: ut aduerſarii aſ- H
ſeuerant, in illa ſeptima aſſertione quam ſuperius poſuimus. Cõtra quem errorem duo *Cap. 6.*
nobis modo oſtẽdenda ſunt, Primũ quòd ſi altera fides harum duarum, connexas haberet illas uirtutes, ſpem, & charitatem, magis eſſet fides Euangelica qua firmiter credimus totum Euangelium eſſe uerum, quàm ea fides qua quis firmiter credit ſe eſſe iuſtum. Secundum, quòd neque illa fides Euangelica habet illas uirtutes theologicas cõnexas ſibi quantum ad eſſe completum earum uirtutum, ſed poteſt eſſe, ſine illis in ſuo earum eſſe completo, maximè ſine charitate. Oſtẽditur primum, Primò quia illa fides qua firmiter credimus totum Euangelium, (quam, uerbi gratia, in hoc capite appellemus, A. ob differentiam eius qua quis fortiter credit ſe eſſe iuſtum, & quam ſimili modo hic appellemus, B.) eſt fides ſine dubio diuina, habẽs firmitatem ex Deo reuelante, cui nullo modo poteſt ſubeſſe falſum: atque eſt fides catholica, cuius obiectum eſt firmiter credibile ab omnibus hominibus, & firmiter creditum ab omnibus Chriſtianis: Fides autem. B. non eſt fides diuina nec catholica, ſed eſt fides humana & particularis. Vt omnia hæc iam monſtrata fuere in præcedentibus. Magis ergo uidetur rationabile, ſi illam connexionem uirtutũ ſpei & charitatis tribuamus fidei,

A fidei, A. quàm fidei, B. Deinde quia generaliter & quoad omnes, fidei A. promittitur ſalus manifeſtè in ſancto Euangelio, ſicut legimus, Euntes in mundum uniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & Baptizatus fuerit, ſaluus erit. Quo loco, per uerbum, Crediderit, ſine dubio intelligimus fidem qua credimus totum Euangelium; propter uerba immediatè præcedentia, Prædicate Euangelium omni creaturæ. Cum enim dixiſſet dominus, Prædicate Euangelium omni creaturæ, adiecit ſtatim, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui crediderit, uidelicet Euangelio, de quo erat ſermo. Ergo & huic fidei maximè tribuendum eſt, quòd habeat connexas alias uirtutes theologicas. Tertiò quia fides, A. eſt fides quã definiuit Apoſtolus ad Hebræos, dicens, Eſt autem fides, ſperandarũ ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium: atque hæc fides eſt qua Chriſtiani fideles ſumus, uel boni, uel mali, & qua initiamur ad uitam & ſalutẽ: qua credimus aptata eſſe ſæcula uerbo Dei, & qua credimus de Deo, quia eſt, & quòd inquirentibus ſe remunerator ſit: qua etiam prodimus ex ignorantia ad ſcientiam, ex incredulitate ad credulitatem, è tenebris ad lucem: & qua iam in-

Mar.16.

Heb.11.

B cipimus pertinere quodammodo ad nouam creaturam, ſapientes quæ Dei ſunt, quæ non ſapit animalis homo. Ergo uidetur quòd hæc fides magis debeat habere talem prærogatiuam de connexione uirtutum, præ aliis quæ habentur. Tandem quia hæc fides, A. cum ſit fides qua firmiter credimus omnia credibilia, totum Euangelium, totam ſcripturam ſanctam, & totam doctrinam reuelatam generaliter, ipſa eſt quæ nobis cum omni firmitate oſtendit Deum, perfectiones eius, ſpiritalitatem, ſapientiam, bonitatem infinitatem, æternitatem, ueritatem, clementiam, miſericordiam, potentiam, & ſimilia: beneficia etiam ſua erga nos, creationem, conſeruationem, prouidentiam, redemptionem, electionem, prædeſtinationem, uocationem, præparationem, iuſtificationem, glorificationem; ſuam doctrinam, ſuas narrationes, ſua præcepta, ſua conſilia, ſuas promiſsiones, magnas ualde, ac ueriſsimas, de noſtra uocatione, præparatione, iuſtificatione, glorificatione & noſtro adiutorio. Hæc omnia oſtendit nobis fides, A. non fides, B. Vnde apparet quòd magis fides, A. quàm fides, B. ſit apta nata parere & nutrire in nobis ſpem & charitatẽ, ut poſtquam credimus, ſperemus promiſſa, & diligamus promittentem. Confirmari maximè poteſt hæc deductio quantum ad ho-

minem, ex eo quòd Bucerus cum uideatur C uelle perſuadere, quòd etiam ſi ſpes & charitas requirerentur ad conſequẽdam gratiã, & ſint uirtutes diſtinctæ, omnes tamen ſunt connexæ, fides, ſpes, charitas, ut ſicut non poſſunt eſſe, ſpes & charitas, ſine fide, ſic non poſsit eſſe fides ſine ſpe & charitate, uno ſolo & tali exemplo utitur teſte, quod à ſuo ſuſcepit magiſtro in de Captiuitate Babylonica, Cogitemus, inquit, hominem ſanæ mentis & fame grauiter laborantem, & huic mortem metuenti, aduenire qui eum ad aliquod paratum, lautumq́; conuiuium uocet, ſitq́; ille cui miſer fidem indubitatò accommodet, Poſsit'ne, inquit, huiuſmodi famelicus non ſtatim illa fide fiduciam deſiderati cibi concipere: ac quàm poſsit properè ad cõuiuium illud accurrere, ſimulq́; & conuiuatorem illum toto corde amare, & colere, cu pereq́; illi qua poſſet re gratificari? Humiliter proponas, inquit, animo alicui ex periculoſo morbo laboranti, & extrema expectãti adeſſe medicum, qui certiſsimam ſalutem promittat: Ita, inquit, qui fidem habet Euangelio non poteſt non certò ſperare oblatam ſalutem, eiuſq́; omnia mandata perficere, ac deinque toto ſe pectore ad ipſum conuertere. Quis enim, inquit, non in ſeipſo experitur, ſe non poſſe non amare, & colere eũ, D quem non dubitat ingentia ſibi bona pollice ri, & certiſſimè præſtaturum? eiuſq́; etiam conſilia atque præcepta ſe cupide ſequi, quẽ non dubitet ſibi uera, & ſalutaria conſulere, atque præcipere? Ecce hoc exemplum, ipſe putat irrefragabile. Hoc autem exemplum ſine dubio agit de fide, A. & non de fide, B. Quia de fide agit quam habet homo, qui fidẽ habet Euangelio: conſtat hoc ex uerbis manifeſtis in exemplo poſitis, & conſtat quoque non minus ex eo, quòd fides quam habemus Euangelio, quæ eſt fides, A. ipſa eſt fides, quæ nobis oſtendit Deum, bona Dei, & ſuas promiſsiones. Ergo illi qui fidei, connexionem ſpei & charitatis neceſſariò tribuunt, fidem, A. & non fidem B. in eo intelligunt: fidem qua credimus Euangelium, non fidem qua ſolummodo credimus nos eſſe iuſtos: de illa enim non de hac ipſa, maiorem eſſe rationem uiderunt. Ergo ſimpliciter loquendo, de fide, A. maior uidetur eſſe ratio, quàm de fide, B. ut ſuperius propoſuimus. Quantum autem ad ſecundum, ideſt, quod neque fides, A. habet connexas ſibi neceſſariò ſpem & charitatem, profectò non minus eſt manifeſtum. Etenim & ſi intellectus atque uoluntas potentiæ ſint eiuſdem animæ rationalis, ſpiritalis & indiuiſibilis, ita tamen inter ſe ordinatæ ſunt potentiæ illæ eiuſ-

A tate, Neque illa ſeptima concluſio tribuit fidei connexionem ſpei & charitatis, niſi illi fidei qua quis fortiter credit, ſe eſſe iuſtum à Deo per Chriſtū: ut conſtat ex eorum uerbis, quæ in illa ſatis explicantur. Noſtri ergo nobiſcum ſunt, aduerſarii in hac parte nobiſcum conſentiunt, ueritas ſtat à nobis, & quotidiana experientia eorum qui nihil minus credentes, ex ignorantia imputabili, aut ex fragilitate mortaliter peccant; Vera eſt igitur noſtra determinatio, quæ in ſequentibus latius declaratur, & monſtratur. Supereſt, ut ad exempla quæ adducunt hominis ſanæ mentis, fame grauiter laborantis, & mortem metuentis, atque hominis ex periculoſo morbo laborantis, & extrema expectantis, qui oblatis ſibi ſaturitate & ſalute, dum credunt, ſtatim & promittentem amant, & promiſſa bona ſperant, atque promittenti parent, obediuntq́; , & præcepta eius pro conſequenda ſaturitate & ſalute obſeruant, & faciunt. Dicimus ad hæc primùm, quòd hæc, re uera, ita ſe habent, quando homo efficaciter uult ſaturitatem, & ſalutem ſibi oblatam: amor enim efficax alicuius finis, & nota media diligit & proſequitur, atque promittentem illum finem amat, illiq́; obtemperat, ut obtineat, quod optat. Vnde ſi aduerſarii nobis dederint, quòd quis ita efficaciter uelit bona ſpiritalia animæ, ſicut alius efficaciter uult bona corporalia corpo-

B ris: nos illis pari modo dabimus, quòd utique credentes ſimili modo promiſſa ſperabunt, promittentem amabunt, & promittentis obſeruabunt præcepta, gratiæ obtinendæ ſaturitatis, & ſalutis. Sed, proh dolor, non tot ſunt qui efficaciter uolunt bona ſpiritalia & æterna, quot ſunt qui efficaciter uolunt bona corporalia & temporalia. Deficiunt ergo exempla, ſi non adſit efficax amor bonorum promiſſorum. Dicimus ſecundò, quòd difficultas cognita in mediis, facit remitti efficacem amorem finis: multi enim ſunt qui ab efficaci amore finis deſiſtunt, eo tantum quòd media quibus illhuc ueniēdum eſt, difficultatem habent, & aſpera uidentur, dura, aut difficilia. Etiam in corporalibus, & temporalibus, quæ ſæpe auidius appetuntur. Reperiri enim poteſt infirmus laborans in extremis, cupidiſſimus etiam uitæ, cui tamen ſi medicus tali conditione offerret ſalutem, ut permitteret ſecari abſcindiq́; crus, aut eam adaperiri corporis partem, qua poſſet ueſicæ lapillus extrahi, aut aliquid huiuſmodi terribilium perpeteretur; uitam quidem prius repudiaret. Sic de Mario legitur, qui obligato crure, iuſſus alterum extendere, Non eſt, inquit, tanto dolore digna ſalus. Neque in hiſce modo terrificis curationibus, ſed & in affectionibus leuioribus compertmus homines, qui pro comperto cum habeant, mortem ſibi ſuis ſe uoluptatibus conſciſcere, nihilo magis cohibentur. Ita planè de fide nos experientia docet, nimirum quòd licet Chriſtiani homines firmam fidem habeant bonitatis diuinæ, futurorumq́; bonorum, & malorum; tamen uel quia anguſta ſibi apparet pietatis, & religionis ianua, aſperaq́; & accliuis ſemita, uel quia laqueis ſæculi huius irretiti ſunt, & cupiditatibus implexi, non ſe ita inde extricant, ut ſequantur quod optimum iudicant. Sed more incontinentium, bona uident, & probant, à paſſione tamen uicti, deteriora ſequuntur. Plutarchus in ſuis moralibus, poſtquā quæſiuit. Cur homines nō eodem modo uolunt & quærunt ſalutem animi, quo uolunt & quærunt ſalutem corporis? Optimè docet in cauſa eſſe, quòd dum languorem contrahit corpus ſolum, ſana manet pars altior, quæ nouit & præcipit quærendam eſſe corporis ſanitatem: dum autem languet animus, ea pars languet primùm, quæ ſanitatem debebat inquirere, uelle, deq́; ea ſatagere. Itaque certiſſimum eſt, nos homines multa concupiſcere naturaliter, multaq́; naturaliter uelle quæ adipiſci nolumus earum rerum difficultate perterriti, quibus opus eſt ad ea adipiſcē- *Plutarc.* C

D da quæ naturaliter concupiſcimus, aut uolumus. Sic omnes naturà beatitudinem ipſam optamus, atque ad eam natura procliues ſumus: omnes naturaliter longum uitæ progreſſum, rerumq́; ſcientiam expetimus, multaq́; alia quorū nobis natura deſiderium iniecit atque indidit. Cognitis autē iis rebus quibus ad beatitudinem perducimur, ad ſcientiam, & ad longam uitam, de iis nō curamus, propter eā quæ ipſis ieſt difficultatē: Quo fit ut multi non perueniant ad beatitudinē, ſed damnentur ad æternam miſeriam: multi longæ uitæ curriculū non abſoluant, ſed moriantur citius, & quidam interimant ſemetipſos: multi etiam non adipiſcantur rerum ſcientiā ſed ſemper ignorationis tenebris offundantur. Vnde hoc uſuuenit? Profectò uel quia non amamus, non concupiſcimus, aut ipſas res ſatis non expetimus; uel quia & ſi illas res ſimpliciter conſideratas ſatis diligimus, ab amore tamen earum magno abducimur, propter difficultatem quæ eum qui ad illas peruenire conatur circūſtat moleſteq́; angit, ſed hac de re magis in ſequentibus. Interim nobis ſufficit experientia manifeſta, qua experimur omnes, primùm, non nos ſtatim uelle ſeu amare omnia bona noſtra quæ intelligimus: ſed ſæpiſsimè nos talia bona noſtra in-

E intelligere, & non ſtatim illa uelle aut amare. Secundò, dum uolumus aliquem finem, non nos ſtatim uelle ea quæ neceſſariò ad eũ finem conſequendum requiruntur niſi admodum finem illum uelimus & expetamus: præſertim ſi res illæ ſint difficiles, ſeu difficultatibus obſtructæ. Sic noſtra experientia manifeſta, nos docet. Quotus quiſque eſt, qui beatitudinẽ natura ſuadente non deſideret? longum uitæ curſum, rerum ſcientiam non cupiat, ſibiq́; optet? Maxima, fuit ſemper apud omnes ſapientes, & quaſi principium primum apud omnes notiſsimum atque receptum, à quo Ariſtoteles omnium ſuorum librorum Metaphyſ. principium ſumpſit, Omnes homines natura appetunt ſcire. Seu, ut alii uerterunt, Omnes homines natura ſcire deſiderant. Ex quo inſito humanis mentibus deſiderio, inquit Iulianus Iuriſconſultus, Et ſi alterum pedem in ſepulchro haberẽ adhuc diſcere quidem uellem. Maxima, etiam fuit apud omnes ſapientes, non abſimilis, à qua Academicus ille Marcus Tullius Cicero, cum uellet in Hortenſio dialogo ab aliqua re certa de qua nullus ambigeret, ſumere ſuæ diſputationis exordium, ita (quod & Auguſtinus retulit in de Trinitate) inchoauit, Beati certè omnes eſſe uolumus. Maxima, quoque eſt non minus nota, ſi ita dicamus, Omnes uiuere optamus. Vnde etiam Auguſtinus ubi ſupra, dixit, Cum ergo beati eſſe omnes homines uolunt, ſi uerè uolunt, profectò & eſſe immortales uolunt. tum quia mortuus ut mortuus non eſt nec pôt eſſe beatus,

F tum quia uelle beatitudinem, includit uelle immortalitatem. Eſt beatitudo, ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus: autem mors, malum quoddam, profectò illi tanto bono oppoſitum: nulloq́; modo reperitur beatitudo, ubi non reperitur uita; nec poteſt beatè uiuere, quod non uiuit. Vita ergo præſupponitur ad beatitudinem, & beatitudo uitam includit, aut ſaltem ſine ulla dubitatione, beatitudo uitam præſupponit. Et conſtat quàm amabilis, quamq́; amata, dilecta & optata eſt uita, apud omnes. Veriſsimæ igitur ſunt hæ maximæ, & notiſsimæ, Omnes homines natura ſcire deſiderãt. Beati certè omnes eſſe uolumus. Omnes uiuere optamus. Vt bene iudicauerit Ariſtoteles, mortem eſſe ultimum terribilium. Sũtq́; per conſequens hæc tria, nobis naturaliter deſiderabilia, deſiderataq́;, Scientia, Beatitudo, & Vita: in quorum deſiderio, omnes naturaliter connenimus, & naturaliter afficimur. Quare igitur non omnes ad hæc bona nobis naturaliter optata peruenimus? Quare non omnes pro illis conſequendis laboramus? Propter prædictam cauſam. Aut quia non ſatis hæc bona uolumus ſed inefficaci quodam erga illa deſiderio afficimur: aut quia & ſi hæc bona expetimus deſiderio efficaci & abſoluto ipſa bona intuentes, ab ipſis tamen abducimur frigetq́; mox deſiderium, cùm mente reputamus difficultates laboresq́; ipſos quos exãthlare deuorareq́; oportet, ſi ad bona illa peruenire nitamur. Aut certè ideo ad hæc optata bona quidam non perueniunt, uel quia ipſi media ignorant, quibus ad bona pergere oportet, aut quia ipſa media eos non oblectant, ipſiſq́; ea non arrident. Sic Auguſtinus reſpondet in de peccatorum meritis & remiſsione, oſtendendo quare homines quibus, cum adiutorio gratiæ integrum eſt non peccare, & tamen peccant: Docet enim quòd uel ideo quia quod bonum eſt ignoratur, uel quia quod bonum eſt non delectat. Sanctus Thomas in ſuis Cõmentariis in libros Metaphyſ. Ariſtotelis, probat tribus rationibus, omnibus hominibus naturaliter ſciendi deſiderium ineſſe. Prima, quia unaquæque res naturaliter appetit perfectionem ſui, unde materia naturaliter appetit formam: & ſcientia, ut conſtat, eſt perfectio intellectus. Secunda, quia quælibet res naturalem inclinationem habet ad ſuam propriam operationem, ſicut calidum ad calefaciendum, & graue ad deorſum prolabendum; propria autem operatio hominis inquantum homo, eſt intelligere. Tertia, quia unicuique rei deſiderabile eſt, ut ſuo principio coniungatur: in hoc enim unius cuiuſque perfectio conſiſtit: Subſtantiis autem ſeparatis, quæ ſunt principia intellectus humani, & ad quæ intellectus humanus ſe habet ut imperfectum ad perfectum, non cõiungitur homo niſi per intellectum. Vnde & in hoc ultima hominis fœlicitas cõſiſtit. Ideo homo naturaliter deſiderat ſcientiam. Reſpondendo autem obiectioni quæ contra ipſum formari poterat, dicit ad propoſitum, Nec obſtat ſi aliqui homines ſcientiæ hoc ſtudium non impendant, cum frequenter qui finem aliquem deſiderant, à proſecutione finis ex aliqua cauſa retrahantur, uel propter difficultatem perueniendi, uel propter alias occupationes. Sic etiam licet omnes homines ſcientiam deſiderent, non tamen omnes ſcientiæ ſtudium impendunt: quia ab aliis detinentur, uel à uoluptatibus, uel à neceſsitatibus uitæ præſentis, uel etiam propter pigritiam uitant laborem addiſcendi. Hæc ille. Ecce quàm multa ſunt, propter quæ homines à ſtudio conſequendæ rei quam naturaliter amant, retrahuntur, deficiunt, & cadunt: difficultas in perueniendo, aliæ occupationes,

Ariſtot. Meta. 1. in princ. — *l. Apud Iulianum ff. de fideic. libert.* — *Cicero in Hortẽſio.* — *Auguſt. Lib. 13. cap. 4. tom. 3.* — *Auguſt. Ibidem. Lib. 13. Cap. 8.* — *Ariſtot. Ethic. 3.* — *Tria à nobis naturaliter deſiderãtur*

G *Quare homo retrahatur à ſtudio conſequẽdæ rei quã naturaliter concupiſcit.* — *Auguſt. tom. 7.* — *S. Tho. in comm. Ariſtot. Vbi ſup.* — H — *Ibidem.*

A pationes, uoluptas, neceſsitas præſentis uitæ, ignorantia, pigritia, uel etiam alia id genus. Similiter reſpondent doctores Theologi ſcholaſtici in ſuis ſententiis, oſtendendo propter quid quidam homines ad beatitudinem non perueniunt, quam omnes homines naturaliter appetimus: quia uidelicet difficultas eſt in mediis, quibus, nobis in beatitudinem perueniendum eſt. Ad propoſitum igitur redeamus. Nulla fides aut confidentia ſola, habet connexas ſibi neceſſariò alias uirtutes theologicas, ſpem, charitatem: quia profectò neque ex inſtitutione aliqua diuina poſitiua, neque ex naturali concomitantia, hoc eſt quantum adeſſe completum earum uirtutum, ſicut iam explicuimus. Pertinet enim fides ad intellectum, ut conſtat: quia credere, eſt cum aſſenſu mentis cogitare, ſicut definiuit Auguſtinus in De Prædeſtinatione ſanctorum, & in potentiis animæ prior intelligitur eſſe intellectus quàm uoluntas. Intellectus nanque oſtendit uoluntati bonũ & malum, & quid ipſa uelle aut nolle debeat, amore uel odio proſequi, ſperare, refugere, ſeu timere, nec poteſt uoluntas noſtra habere actum ſuum formalem elicitum, ſine præuio actu elicito formali intellectus noſtri, cũ non poſsit ferri elicitiuè in incognitum: rurſus uoluntas eſt in nobis appetitus intelle-

Lib. 4. Diſt. 49.

Auguſt. Cap. 2. tom. 7.

B ctualis, ſicut unaquæq; potentia cognitiua habet ſuam potentiam appetitiuam ſibi proportione congruentem ad appetendum bonum quod ipſa cognitiua nouit, & eſt ipſa appetitiua propter ipſam cognitiuam ſeu apprehenſiuam, atque propter eius operationem ſiue apprehenſionem, ut apprehenſionibus bonorum hæreamus: iterumq; uoluntatem probamus in nobis per intellectum, non autem è contra, intellectum per uoluntatem, ut inferius affatim conſtabit. Pertinet igitur fides ad intellectũ; in potentiis animæ prior eſt intellectus quàm uolũtas; intellectus uerſatur circa uerum, & uoluntas circa bonum; obiecta ſunt diſtincta formaliter: ergo prius poteſt actuari & habituari potentia quæ eſt prior, & habet obiectum diſtinctum. Poteſt igitur prius credere intellectus, quàm amet uoluntas, prius quàm uoluntas uelit, & prius quàm optet, aut concupiſcat, ſaltem efficaciter: & per conſequens nulla eſt naturalis ſequela aut concomitantia, qua fides habeat neceſſariò connexas ſibi ſpem & charitatem, quæ pertinent ad uoluntatem circa bonum. Neque eſt aliqua diuina inſtitutio poſitiua, qua Deus omnibus & ſingulis hominibus credentibus promittat ſtatim alias uirtutes, theologicas, aut morales: nec hoc promittit Deus alicui fidei ſoli, aut alicui ſo-

Part. 3.

li confidentiæ. Si enim aliqua fides ſola, talem haberet prærogatiuam, maximè hoc haberet ea fides qua fortiter credimus totum ſanctum Dei Euangelium, & non illa qua quis fortiter credit ſe eſſe iuſtum de facto, à peccatis: magis nanque exaltatur in diuinis ſcripturis illa fides quàm hæc, ut conſtat ex dictis. Sed neque illa, hoc habet: ita conſtat ex præcedẽtibus, & latius conſtabit ex ſequẽtibus. Maximè ergo errant, qui noſtris temporibus, ſolita temeritate eò dementiæ proueheuntur, ut dicant, eam fidem qua quis fortiter credit ſe eſſe iuſtum à peccatis de facto, habere ſibi neceſſariò connexas uirtutes, ſpem, & charitatem, tanquam indiuiduos comites. Vnde huic fidei aut confidentiæ, talis, tantaq; prærogatiua? Si rei ipſius naturam intuemur, nihil eſt ex quo illi fidei talem aut tantam prærogatiuam tribuamus: eſt enim hæc fides, qua quis de ſe ita credit, particularis: & nihil aliud oſtendit, nec aliud habet pro obiecto, niſi ipſum hominem in quo eſt, eſſe iuſtum à peccatis de facto. Quantum eſt de ſe, non oſtendit iſtud bonum tanquam recipiendum, ſed tanquam iam receptum, non tanquam futurum ſed tanquam præſens, non tanquam promiſſum, ſed tanquam exhibitum: nec oſtendit Deum ſperandum ſeu amandum, iudicaturum, aut glorificaturum; ſed tantùm credit, tantumq; o- D ſtendit eum in quo eſt eſſe iuſtũ. Nihil aliud oſtendit, & prorſus nihil promittit, quia ut talis eſt, nihil aliud cognoſcit. Quid ergo illi & lanto conuinio promiſſo? Vel, Quid illi & lautum conuiuium aut ſalutem promittenti? Non cognoſcit quicquam horum hæc fides, niſi quaſi emendicato à fide qua credimus Euangelium, accipiat. Non ergo erigit hæc fides magis nos in ſpem & amorem Dei, quàm cognitio beneficii recepti erigat nos in ſpem & amorem benefacientis: id eſt, ſi aduertimus, ſi attendimus, ſi ſecundum rationem agimus, aut ducimur: ut diligamus benefactorem, & ſperemus in eum qui aliàs benefecit nobis. Sed uidemus homines ſæpè facere contrarium. Non eſt igitur in re huiuſmodi naturalis connexio, ut qui certò credit aut ſcit ſeſe beneficium aliquod ab aliquo recepiſſe, ſtatim neceſſariò erigatur in ſpem & amorem eius qui benefecit illi. Experientia in re huiuſmodi optimum ſuppeditat iudicium, ipſa indicet, ipſa diſcernat: aut etiam quiuis ſapiens, qui ſecundum experientiam iudicare nouerit. Nec habet hæc fides neceſſariò connexas ſibi alias uirtutes, ſpem & charitatem, ex diuina pactione poſitiua. Talis enim diuina pactio ſi creditur eſſe de re aliqua, etiam parua, aut minima, ex aliquo conſtare

E ſtare debet, quod fidem faciat, aut probationem ſufficientem: uidelicet ex diuina ſcriptura, ex miraculo, ex determinatione Eccleſiæ, aut ex doctrina ſanctorum doctorum. Alioquin, ſi non conſtet de illa pactione poſitiua Dei nobiſcum, ex aliquo horum: nullo modo eam prædicare, aut commendare ualemus: quia non eſt nobis liberum diuinas pactiones fingere, aut illas fictas à nobis, pro ut nobis libuerit exaltare. Si huiuſmodi commentis hominum daretur locus, quis finis eſſet, terminus, aut numerus diuinarum pactionum poſitiuarum? Aut quis non fingeret iniquus, tales pactiones auribus incundas hominum, & frenum laxantes uitiis? Non conſtat autem ex aliquo horum prædicatorum de aliqua tali pactione diuina poſitiua, qua Deus promittat ſpem & charitatẽ fidei illi aut confidentiæ, qua quis fortiter credat aut confidat remiſsa eſſe ſibi de facto peccata ſua, efficaciter ſiue efficienter, & in particulari. Aut oſtendant aduerſarii, huius fidei ſeu confidentiæ prædicatores, ex quo principio probatiuo prædictorum probari ualeat talis diuina pactio. Scimus autem eos oſtendere hoc non poſſe. Si uerò non poſſunt, ut non poſſunt, taceant. Multi ſunt qui fortiter credunt & confidunt, remiſſa eſſe ſibi de facto peccata ſua, quibus tamen peccata ſua non ſunt de facto remiſſa: ſicut eſt uidere

F apud hæreticos, apud ſchiſmaticos, & apud multos alios, qui ita de ſe credunt, & bonum quod in ſe credunt, in ſe non habent, remiſſionem uidelicet peccatorum ſuorum. An eſt apud hæreticos uel ſchiſmaticos charitas, de qua agimus; qua transferimur de morte ad uitam, ſeu quæ operit multitudinem peccatorum? Abſit. Eſt autem apud multos eorum talis fides aut confidentia, qua fortiter credunt aut confidunt remiſſa eſſe ſibi de facto peccata ſua. Non habet ergo talis fides aut confidentia, connexam ſibi charitatem neceſſariò. Poſtquam rem iſtam omni cum diligentia conſpicati ſumus, nihil inuenimus unde hic error ortum habere potuerit, niſi dicamus ductum ex errore alio præcedenti eorundem falſorum prædicatorum, quem iam eliminauimus, quo illi dicebant hanc ſolam fidem talem aut confidentiam, ſufficere ad iuſtitiam & remiſsionem peccatorum: ex illo enim errore præcedẽte, ſequitur hic alius eorum error, quo aiunt eam fidem aut confidentiam ſolam, habere ſecum neceſſariò ſpem & charitatem, tanquam indiuiduos comites. Rectè arbitrantes in hoc ſolo, non eſſe iuſtitiam nec peccatorum remiſsionem, niſi cum ſpe & charitate: ſed grauiſsimè errantes in eo quòd aſſerunt ſuam hanc confidentiam aut fidem ſolam pertinere ad iuſtitiam formaliter ſiue ſecundum formalitatem, fidẽ G autem Euangelii, ſpem & charitatem non pertinere ad iuſtitiam formaliter ſeu ſecundum formalitatem, ſed ſolùm concomitanter ſeu ſecundum concomitantiam. Illum alium eorum errorem quo docent fidem aut confidentiam ſolam pertinere ad iuſtitiam formalem, ſolam neceſſariam eſſe & ſolam ſufficere, iam ſuperius eliſimus, hunc autem errorem quo inquiunt huiuſmodi eorum fidem aut confidentiam habere neceſſariò connexas ſibi uirtutes alias, ſpem & charitatem, tanquam comites indiuiduos, modo demoliendum ſuſcipimus. Nihil eſt unde talis concomitantia neceſſaria probetur, & conſtat quòd ſæpe eſt illa eorum fides aut confidentia ſine ſpe, aut ſine charitate, ut frequenter reperitur apud hæreticos, ſchiſmaticos, & multos alios, de ſua iuſtitia plurimum credentes, plurimumq; & fortiter confidentes, & fortiter iudicantes remiſſa eſſe ſibi peccata ſua, quibus tamen peccata ſua non ſunt remiſſa, nec ipſi charitatem habent, qualis eſt ipſa charitas de qua agimus, quæ transfert de morte ad uitam, & quæ operit multitudinem peccatorum. *1.Ioan.3.* *1.Pet.4.*

QVANTVM pertinet ad allegatum articulum Pariſienſem, aduertendum uidetur, ſententiam ſancti Thomæ fuiſſe olim eſſeq; modo in contrarium: ſenſit enim idem auctor glorioſus, quòd immo ſtante ſcientia in intellectu, non poteſt uoluntas uelle oppoſitum: id eſt, ſi ſcientia ſtat in habitu & in actu, in uniuerſali, & in particulari. Scotus autem tenuit oppoſitam ſententiam, & impugnat doctorem ſanctum ex multis, præſertim ex dicto articulo. Porrò Caietanus ſuper Thomam ſequitur ipſum, non admittit articulum, & reſpondet ad omnes rationes Scoti. Quicquid autem de hoc articulo ſit, de quo infra latius agitur: certum eſt quòd fides ut fides eſt in ſuo eſſe naturali, & ſecundum naturam ſuam, atque eſſentiam propriam, non habet connexas ſibi neceſſariò alias uirtutes theologicas, ſpem & charitatem in ſuo earum eſſe abſoluto. Certumq; eſt etiam quòd & ſi uoluntas ſtante ſcientia completa apud intellectum, non poteſt uelle oppoſitum, poteſt tamen ſtante eadem ſcientia apud intellectum ſuſpendere actum ſuum, & non uelle ac non eligere quod intellectus dictat uolendum aut eligendum. In hac ueritate conueniunt omnes, ſanctus Thomas & Scotus & omnes alii propter libertatem uoluntatis quoad omnem electionem, & hæc ueritas ſufficit in præſentia. Sed & hac de re magis infra. Bene dicit Gloſſa quædam in Matthæum

S.Tho. Prim. 2. quæſ.77. Art.2. H *Scotus. Lib.3. diſt.36.* *Caietan. Prima 2. ubi ſup. et ſecũda 2. quæſt.14. Art.1. Infra lib. præſenti.* *Gloſſa Matt.1.*

A Matthæum, quòd fides generat ſpem, ſpes
S.Tho. uerò charitatem: ex quo uerbo ſanctus Tho
Prim. 2. mas concludit, fidem non habere ſibi charita
quaſt.65. tem neceſſariò connexam, dicens, Generans
Art.4. eſt prius generato, & poteſt eſſe ſine eo: er-
go fides poteſt eſſe ſine ſpe, & ſpes ſine chari
Lib.præ- tate. De hoc autem infra magis, etiam ex ſan
ſenti. cto Thoma.

S.Tho. ITAQVE ſanctus Thomas conſtanter
Prima 2. determinauit, id quod etiam profectò uerũ
quaſt.10. eſt, uoluntatem noſtram ad multa moueri
Art.1. naturaliter: uidelicet ad ultimum finem, ſum
mum bonum, beatitudinem, cognitionem
ueri, eſſe, uiuere, & huiuſmodi alia. Sed iam
Vbi ſup. conſtat ex dictis eius, quare multi excidunt
paulò an- à proſecutione ſeu ſtudio harum rerum con-
te. ſequendarum. Auguſtinus etiam in De libe-
Auguſt. ro arbitrio, fatetur, de bona uoluntate agẽs,
Lib. 1. in noſtra uoluntate eſſe conſtitutum ut hoc
cap.12. uel fruamur uel careamus tanto & tam uero
tom.1. bono. Additq́; quòd nil tam in uoluntate,
Ibidem. quàm ipſa uoluntas ſita eſt. Quam ſententiã
Lib.1.c.9. ipſe in ſuis retractationibus repetit, & Magi-
tom.1. ſter etiam ſententiarũ aliàs. Dixerat etiam,
Magiſt. homines uoluntate mereri uitam beatam,
lib.2. diſ. uoluntate etiam & miſeram: omnemq́; ho-
25.41. minem uelle atque optare uitam beatam.
De libero Tunc ſic mouit quæſtionem, Cur igitur eam
arbitrio. non adipiſcuntur omnes? Quomodo enim
Lib.1. uoluntate quiſquam miſeram uitam patitur,
cap.14. cum omnino nemo uelit miſerè uiuere? Aut
tom.1. quomodo uoluntate beatam uitam conſequi
B tur homo, cum tam multi miſeri ſint, & bea
ti omnes eſſe uelint? An eò euenit, quòd a-
liud eſt uelle bene aut malè, aliud mereri ali
quid per bonam uel malam uoluntatẽ? Nam
illi qui beati ſunt, quos etiam bonos eſſe o-
portet, non propterea ſunt beati, quia bea-
tè uiuere uoluerunt; nam hoc uolunt etiam
mali: Sed quia rectè uiuere uolunt, quod
mali nolunt. Quam ob rem nihil mirum eſt,
quòd miſeri homines non adipiſcuntur quod
uolunt, ideſt, beatam uitam. Illud enim cui
comes eſt, & ſine quo ea nemo dignus eſt,
nemoq́; aſſequitur, rectè ſcilicet uiuere, non
itidem uolunt. Hæc ille. Ecce omnes homi-
nes uolunt beatam uitam, non tamen omnes
conſequuntur illam: quia non omnes uolunt
illud, per quod ad beatam uitam peruenitur.
Ideſt, quia non omnes uolunt rectè uiuere,
quo medio nobis ad beatam uitam eſt perue
niendum. Simile quiddam habemus iterum
Vbi ſup. apud Auguſtinum in De Trinitate.
Lib.13.
cap.4.& *Ex præcedenti instituto adhuc demonſtratur fi-*
cap.5. *dem non habere neceſſariò ſibi annexam charitatẽ:*
& 6. *Præterea homines ſine titubatione fidem adhibentes*
diuinis promiſſis de refectione, ſalute, & beatitudine
animarum, non ſtatim erigi componiq́; ad effica- C
cem dilectionem Dei ſuper omnia, nec ad abſolutum
immenſi boni nobis promiſſi amorem: id uerò acci-
dere, propter difficultatem qua ipſum promiſſum in-
uoluitur. Declaratur quænam ſit hæc difficultas, &
unde accedat. Demum agitur de modo quo nobis
iuſtitia & uita æterna promittuntur.

CAP. X.

FIDES igitur qua omni ab-
legata titubatione credi-
mus, diuinum promiſſum
de bonis ſpiritalibus ani-
mæ, uita, ſalute, ſaturita-
te, iuſtificatione, remiſsio-
ne peccatorum, immuta-
tione noſtra, glorificationeq́; æterna; non
ſtatim excitat nos, componit erigitq́; neceſ-
ſariò ad dilectionem efficacem Dei ſuper o-
mnia, nec ad amorem abſolutum illius tan-
ti boni promiſsi, ſeu illorum tantorum, tot,
taliumq́; bonorum promiſſorum: Sed ut con
ſtat, ſæpe quæ diuinitus nobis promiſſa ſunt,
inconcuſſa fide credimus, etiam eo tempo-
re, quo nec Deum ſuper omnia, nec bona il-
la ſpiritalia quantum ſatis ſit diligimus. Hu-
ius ueritatis demonſtratio manifeſta eſt, mul
torum fidelium creberrima experientia: qui
cùm huiuſcemodi bonorum diuinas pollici- D
tationes qua decet fide ueras eſſe exiſtimẽt,
uſque adeo ut prius uitam hanc mortalem
contemnant quàm ex illis ore aut corde ip-
ſo quampiam negent: non tamen ſtatim Deũ
abſolutè ſuper omnia diligunt, non ſtatim ad
illum omninò ſe conuertunt, eiq́; quantum
oportuit obediunt: Quin potius diuina beni
gnitate confiſi, diem diffundunt, reſipiſcen-
tiamq́; ipſam procraſtinant; paratum ipſis
conuiuium ſpiritale, ipſamq́; ſalutem anima-
rum hodie non expetunt, cras aduenturi &
pœnitentiam differendo. Scientes omnino
& certò credentes, feræ pœnitentiæ, ſeu
quod idem eſt, feræ conuerſioni ad Deum,
ſemper eſſe locum apud diuinam miſericor
diam; eò quòd ſera pœnitentia, tametſi ſæ-
pè repræhendatur, nunquam tamen abdica-
tur, nunquam repellitur, nunquàm à regno
excluditur, aut mittitur in tenebras exterio
res. Quia nolo mortem morientis, dicit do- *Ezec. 18.*
minus Deus: reuertimini, & uiuite. Con- *Zach. 1.*
uertimini ad me, ait dominus exercituum; &
conuertar ad uos, dicit dominus exercituũ.
Multi etiam qui diuinas pollicitationes de
huiuſmodi bonis ſpiritalibus credunt firmiſ-
ſimè, uſque adeo, ut potius præſentem hanc
uitam quàm illorum fidem abiiciendam cor-
deq́; ex ipſo ablegandam putent, atque ideo
mortem ultrò, ſubire uelint; non tamen ſta-
tim

E tim abſoluto ingentiq; bonorum illorum ſpiritalium ſibi promiſſorum amore corripiuntur æſtuant'ue, ſed terrenis bonis, uoluptatibusq; irretiti & quodam quaſi luto hærentes, terrenorum magis, corporeorum ſenſibiliumq; deſiderio extimulantur & capiuntur, atque ad ea tota mente & animi propenſione feruntur: Siquidem ſi ſtatim ad amorē dilectionemq; Dei & bonorum ſpiritalium abſolutum raperentur, profectò ſtatim uelis remiſq; (ut dicitur) proq; uiribus eniterentur, ut Deum bonaq; illa ſpiritalia ſibi promiſſa aſſequerentur, poſsiderent, illiſq; fruerentur. Amor enim ſeu deſiderium admodū efficax alicuius boni, increati uel creati, æterni uel temporalis, delectabilis, utilis, aut honeſti, omnes aduocat comparatq; uires, ut quod expetit conſequatur. Ita natura comparatum eſt; Hæc eſt amoris admodum efficacis innata uis atque immota conſuetudo: nulli occulta, ſed omnibus notiſsima ſapientibus, quicunque hi ſint, cuius'uis ordinis, fortunæ, dogmati'cuicunque legiq; addicti. Semper in his de efficaci dilectiōe ſiue amore Dei & bonorū ſpiritalium locuti ſumus, ut conſtat, & declaratum eſſe uolumus; quia de inefficaci dilectione, inefficaciq; amore, forte aliud eſt iudicium. Fortaſsis enim dum Deum Optimum Maximum, infinitum & æternum per fidem cognoſcimus, promit-
F tentem nobis hominibus uitam, ſalutemq; ſpiritalem animarum noſtrarum, remiſsionem peccatorum, lautiſsimum conuiuium, & ueram beatitudinem æternam, omnibus affluentem bonis, & mali omnino exortem: ſi illi tanto, hæc tanta nobis promittenti firmiter credimus, hac cognitione & fide actu exiſtente, ad inefficacem amorem tanti Dei, & tantorum bonorum ſpiritalium quaſi neceſſariò quodammodo rapimur. Sed quicquid ſit hac de re, de qua infra dicuntur multa; & ſi hæc fides inconcuſſa diuinarum pollicitationum pariat neceſſariò inefficacem amorē Dei promittentis, tantorumq;, & talium bonorum promiſſorum, non tamen parit neceſſariò charitatem, nec obedientiam agendorum. Etenim amor non habet rationem charitatis uirtutis, nec nomen, niſi ſit efficax, niſi ſit firmus, niſi ſit fixus: qui pœnitus ſub amati uoluntate, lege, & obedientia uiuat, atque contriatur. Nec eſt amor efficax, ſi uires ſuas non exerat & re ipſa quantum uires patiuntur, ut conſequatur amatū maximè enitatur. Itaque inefficax amor Dei, non eſt charitas uirtus, de qua agimus, quia eo ſine dubio præditi ſunt & non charitate, qui Deum cognitum uellè quodam diligūt, illi tamen haudquaquā morem gerunt, obe-

Part. 3.

diuntq; , ſed eſt ille amor inefficax, quoddā G rudimentum primordiumq; charitatis, ſicut quoque eſt quoddam rudimentum efficacis amoris. Amor enim inefficax Dei, adhuc nō deſiderat iuſtificationes diuinas, quod profectò facit charitas; ſed iam quodam modo cōcupiſcit deſiderare illas, quod eſt quoddam charitatis initium. Quare non excitat ſtatim firma fides diuinarum promiſsionum, in nobis efficacem amorem Dei promittentis, bonorumq; tantorum ſpiritaliū promiſſorum? Primùm quidem quia uoluntas noſtra humana ſuapte natura eſt libera, reſpectu omnis amoris efficacis huius uitæ: nec ad aliquem amorem efficacem neceſſariò compellitur ex natura, niſi circa Deum clarè uiſum. Etenim citra Deum uiſum clarè, quicquid boni intelligat, aut cognoſcat, aut credat intellectus, nullam uim, coactionem, uiolentiam, aut neceſsitatem infert uoluntati, ut illud bonum amet efficaciter. Talis eſt natura rei, ut infra ſuo loco per diuinas ſcripturas, ſanctos doctores, & manifeſtas rationes affatim oſtenditur. Deinde quia diuina promiſsio quæ nobis hominibus promittit illa magna bona ſpiritalia, iuſtificationem, uitam & ſalutem ſpiritalem animarum, lautiſsimum ſpiritale conuiuium, & ueram beatitudinem æternam, utique inuoluit cum his bonis promiſsis, nō nulla nobis hominibus huius ſæculi, & huius H ſtatus naturæ lapſæ difficilia. (Difficultas enī medii, retrahit nos ab amore efficaci rei quā naturaliter appetimus, ut in ſuperiore capite dictum eſt, & ſatis demonſtratū) Sed quænam difficilia? ſeu quam difficultatem inuoluit? Pœnitentiam, quod eſt odium omnium præteritorum criminum, quamuis delectabilium: dilectionem Dei ſuper omnia, & proximi ſicut noſtri met: obedientiam erga Deum, quæ eſt obſeruantia, ſeu propoſitum obſeruandæ legis diuinæ. Si enim hæc præuia ſint, & non ſine his, promittit nobis Deus Optimus Maximus, iuſtificationem, remiſsionem peccatorum, lautum conuiuium, uitam, ſalutem, refectionem ſpiritalem, & beatitudinem: ſic nanque conſtat ex diuinis promiſsis, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. *Mat. 19.*
Si non pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. *Luca 13.* Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, *Ioan. 15.* & ad eum ueniemus, & manſionem apud eū faciemus. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. *Mat. 19.* Et ſimilia. Quale illud eſt ueteris teſtamenti. Si autem impius egerit pœnitentiam *Ezec. 18.* ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: uita uiuet, & non morie-

A morietur. His autem, non poteſt eſſe dubium, quin ſit magna difficultas aduolnta quo ad nos homines, pro hoc ſtatu naturæ corruptæ: quæ ut corrupta, prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua, ex quo omnis caro corrupit uiam ſuam. Difficile eſt nobis mortalibus deponere, odiſſeq; omnia noſtra crimina præterita, quod pœnitentiæ munus eſt; quia immo hæc eſt pœnitentia corde ex ipſo ſuborta, odiſſe omnia crimina, etiam ſenſus maximè oblectantia. Difficile eſt & accliue nobis mortalibus, diligere Deum ſuper omnia, & proximum, ſicut nos metipſos etiam nobis iniurium inſenſumque. Atque rurſus difficile eſt nobis mortalibus obſeruare diuinam legem, mandata affirmatiua, mandataq; negatiua, declinando à malo, & faciendo bonum. Verum quidem eſt, hanc eſſe cœli uiam, iuſtitiæ, uitæ ac ſalutis ſpiritalis, ſecundum diuinas pollicitationes: ſed quoque uerum eſt, hanc ipſam uiam difficultatibus obſtructam eſſe, cum uerè accliuis ſit & ſalebroſa. Saluator noſter hoc docuit manifeſtè, qui cum de quodā præcepto legis ſuæ, principio & radice aliorum multorum ageret, dicens, Omnia ergo quæcunque uultis ut faciant nobis homines, & nos facite illis: Hæc eſt enim lex & prophetæ. Adiecit ſtatim, Intrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt, qui intrant per eam. Quā *Matt. 7.*

B anguſta porta & arcta uia eſt, quæ ducit ad uitam; & pauci ſunt, qui inueniant eam. Hæc Saluator noſter dixit expreſsè, uerus Dei filius, uerus Deus, & uerus homo: in quem credimus, quem adoramus, quem colimus: in quo ſaluati, & liberati ſumus. Ergo uia hæc cœli, quæ uel eſt obſeruantia mandatorum, uel eam comprehendit, ſaltem in uoto, ſine dubio eſt difficilis. Cur? nimirum quia anguſta & arcta ſit. Via enim non corporalis ſed ſpiritalis, qualis eſt uia uitæ æternæ; nulla alia de cauſa anguſta & arcta dicitur, niſi ob eas quibus obſidetur difficultates: Alioquin cùm ſpiritalis ſit, ſi difficultatis expers exiſtat, quo'nam pacto anguſta arctaq; eſſet?: Anguſta eſt ergo, arcta, difficilis. Eſt autem maximè euidens, ab ea quam continet difficultate, difficilem & haberi & dici: Nihil eſt enim difficile ſine difficultate, ſicut in uniuerſum nihil eſt album ſine albedine. Ergo quia Saluator noſter dum nobis maxima bona ſpiritalia promittit, iuſtificationem, remiſsionem peccatorum, uitam, ſalutem, inſtaurationem ſpiritalem animarum, & beatitudinem, difficultatem quandam inuoluit, ſcilicet in uia qua nos pergere adq; eiuſmodi magna bona peruenire uult. Quo fit ut ſæpè nos

homines fragiles & ad bona temporalia, corporalia, & delectabilia ſenſus, procliues proniique, promiſsiones eius firmiter credentes, non exurgamus in amorem efficacem eius, nec bonorum illorum magnorum ſpiritaliū cupido nos inceſſat. Sicut enim ſuccenditur uoluntas ad amorem boni promiſsi, propter eius bonitatem & magnitudinem: ita propter rei difficultatem flacceſcit, conſidet, friget, abducitur, reſilitq; & à cœptis deſiſtit. Hæc eſt igitur ratio moralis potiſsima, cur nos mortales cognoſcentes diuinas promiſsiones magnorum bonorum ſpiritalium, illaſq; credentes firmiſsimè, non ſtatim exurgimus rapimurq; in amorem efficacem Dei promittentis, boniq; promiſsi. Occurrit nobis ſtatim, noſq; præpedit difficultas perueniendi ad illa bona. Hanc rationem adduxerunt patres ſcholaſtici in ſuis ſententiis; determinantes, cur nos homines, qui naturaliter beatitudinem amamus, non omnes illam admodum expetamus nec ad eam conſequendam omnes perrumpamus difficultates, & obnixè laboremus. Nimirum id uſu uenire dicē tes, quòd impedita & difficultatibus obſtructa ſit uia quæ ad eam perducit. Cæterùm ſi quærat quiſpiam, Quæ'nam difficultas ſit in lege diuina? ad clariorem eorum quæ dicta ſunt explicationem, reſpondemus hoc pacto, Non introduxit Saluator noſter aliquas nouas difficultates in legē ſuā Euangelicā ſanctiſsimā, quia ipſe optimus legiſlator præter præcepta credibilium fidei, hoc eſt, præter præceptum de fide, præceptaq; Euangelicorum ſacramentorū neceſſariò ſumēdorum, nulla alia præcepta poſuit, niſi ea quæ de iure legeq; naturali erant. Sola enim præcepta naturalia ſtatuit, niſi quòd illa declarauit quantum ad aliqua, quæ uel propria erant obſcuritate obducta, uel potius ex praua hominum conſuetudine obſcuritatem cōtraxerant, omnia autem legalia ueteris teſtamenti, tum ceremonialia, tum iudicialia, diſſoluit, & abiecit. Quia neceſſe erat, ut tranſlato ſacerdotio, & legis poſitiuæ tranſlatio fieret: maximè cùm illa poſitiua lex antiqua grauiſsima eſſet, & magis ſtatui ſeruorum ueteris teſtamenti, quàm filiorum noui, quadraret. Ideo igitur lex Euangelica Saluatoris noſtri, pro ut præcipit facienda uel uitanda opera, interna uel externa; nullam aliam difficultatem habet, niſi quam habet lex naturalis. Quæ difficultas eſt illa? Eſt quidem difficultas in inuentione eorum quæ media requiruntur ad operationem moralem uirtuoſam, quia difficile eſt in rebus agēdis aut deuitandis, inuenire medium rationis, ut fiat quod oportet, ubi & quando oportet, & pro- C *Lib. 4. Diſt. 49.* D *Abulenſis ſuper Matt. Cap. 7. quaeſ. 27.* *Difficul. 1. in obſeruantia legis Euangelicæ.*

E pter quod oportet, ſecundum omnes circum ſtantias ad operationem moralem uirtuoſam requiſitas: ſicut è diuerſo ideo facillimũ eſt peccare, quia ex defectu cuiuſuis circunſtantiæ fit malum Vnde nulla difficultas obſiſtit quo minus facilis inuentu ſit uia peccandi, aut malè faciendi, quia non eſt aliquis modus certus requiſitus, operandi, ad malè agendum: ſed qualitercunque uelimus, poſſumus malum patrare, agere, uel operari. Optimè dixit Ariſtoteles in ſuis Ethicis, Quòd peccare contingit infinitis modis, bene autẽ agere ſolùm uno modo, cuius rei exemplum eſt admodum appoſitum de ſagittariis ad ſcopum oculos conlimantibus quia difficile eſt eũ excuſſa ſagitta cõfodere, ab eo uerò errare procliue eſt: ob id ſcilicet, quòd ad figendum ſagitta ſignum, una ſola uia exiſtat, ad aberrandum autem, ſunt infinitæ. Secundum hãc ueram doctrinam moralem, dixit diuus Dionyſius in ſuo libro de Diuinis nominibus, Bonum ex una & tota cauſa; malum ex multis, particularibusq; proficiſcitur defectibus. Reſtat igitur ut malum infirmitas ſit, atque à bono defectio. Bonorum cauſa una eſt, & ſi bono malum contrarium, mali cauſæ ſunt plurimæ: non tamen efficientes, malorum rationes atque uirtutes, ſed impotentia & infirmitas, & diſsimilium incongrua permiſtio. Neque uerò immobilia & eodem modo ſe ſemper habentia, mala ſunt, ſed infinita,

Lib. 2.

Cap. 4.
Part. 3.

Ibidem.

F & indeterminata, & in aliis aliter peruagantia, & ipſis quoque infinitis. Vnde tandem paulò poſt cum dixiſſet, neminem in malum intuentem, agere quod operatur, ſed nos mala aggredi appetitu boni, ſic concludit, Itaque malum eſt præter uiam, præter intentionem, præter naturam, præter cauſam, præter initium, præter finem, præter diffinitionem, præter uoluntatem, præter ſubſtantiam. Eſt igitur malũ priuatio & defectio, infirmitas, inconuenientia atque fruſtratio, deſtinatione, pulchritudine, uita, ſenſu, ratione, perfectione, ac ſede & cauſa priuatum, indefinitum, infœcundum, otioſum, imbecillum, inordinatum, diſsimile, infinitum, tenebroſum, carensq; ſubſtãtia, & ipſum nullo modo, nuſquam & nihil exiſtens. Hæc ille. Ecce quàm difficile eſt inuenire bonum in operationibus & actibus humanis, ob tantam talemq; amplitudinem mali: & propter ſimilitudinem quam ſæpe cum bono habet malum, ob quam ſæpe malum fit gratia boni. Eſt etiam alia difficultas non parua in operatione, officioq; uirtutum, quæ non iam in inuentione boni, ſed in proſecutione uerſatur: hoc eſt, propter delectationem uitiorum quæ in extremis, tanquam dextra ſiniſtraq; exiſtunt, delectationem proponendo.

Difficul. 2 in obſeruantia legis Euangelicæ.

G Inclinatio enim naturæ noſtræ deprauatæ, ſequentis ſeu appetentis citra habenas delectabilia ſenſus, propter eam quam uocant noſtri ſenſualitatem uiuaciſsimam, importunam, & uehementem, cæcam, & ſolum modo bonũ commodi reſpicientem, eſt ſemper ad aliquod extremum, in omnibus actionibus & paſsionibus: cui inclinationi ſenſualitatis, repugnat uirtus moralis, quia omnis talis eſt circa medium, uel rationis, uel rei. Nec aliud officium eſt moralium uirtutum, quàm affectiones animæ concupiſcentis aut iraſcentis ad mediocritatem reducere, modumq; & temperamentem adhibere concupiſcentiis, delectationibus excandeſcentiis, gaudiis, & ſimilibus. Eſt quidem uirtus moralis primùm propter ipſas operationes ſeu actiones uirtuoſas, quia eſt habitus operatiuus: ſed quia propter uoluptatem mala operamur, & propter triſtitiam à bonis recedimus, tranſuerſiq; agimur, quia inſuper omnis affectus, omniſque actionis comes eſt uoluptas aut dolor, neceſſe eſt ut moralis uirtus ob id ipſum etiam circa uoluptates doloresq; uerſetur. Scilicet ut uoluptates & triſtitias ad mediocritatem reducendo, ſecundum medium, uirtuosè operemur. Vnde Ariſtoteles de uirtutibus moralibus agens, bene dixit. Supponitur ergo uirtus eſſe talis circa uoluntates & triſtitias optimorum operatiua. *Ethic. 2.*

H Officium ergo moralis uirtutis eſt, circa medium uerſari, & contra, inclinationem ſenſualitatis uoluptates atque triſtitias ad mediocritatem reducere, in quibus ſenſualitas, quantum in ſe eſt, nullum uult medium, Ideo igitur operari ſecundum uirtutem, tametſi in omnibus rebus & actionibus operationibus' ue, medium eſſet cognitum, eſſet difficile: propter difficultates obſiſtentiæ ad naturalem inclinationem, naturæ corruptæ ac deprauatæ, ſiue ſenſualitatis. Ex oppoſito etiam conſtat, quia ex hac uia facillimum eſt peccare, nec habet aliquam difficultatem operari malum, cum ſit ſecundum inclinationem naturæ corruptæ, & iuxta pondus ſenſualitatis. Habent peccata delectationem annexam, ideo nihil facilius quàm peccare; & nihil difficilius quàm ſecundum uirtutem agere, quia uirtus delectationes & triſtitias temperat, atque ad mediocritatem reducit. Has ergo duas difficultas habet lex naturalis, quas ſimul habet lex Euangelica: Alteram in inueniendo medium operationis uirtuoſæ, ut cognoſcatur quod oportet, quando & ubi oportet, & propter quod oportet ſecundum omnes circunſtantias operis uirtuoſi, ne dũ bonum intendimus, malum faciamus: Alteram

A teram in proſequendo ipſum opus exercendoq; uirtutem, ut uirtuoſè agentes delectationes & triſtitias ſenſualitatis ſuperemus, ne ab illis uicti, ad uitia, uel delectationes ſectando, uel triſtitias fugiendo, declinemus. Ita quia diuina promiſsio qua Deus Optimus nobis bona ſpiritalia magna promittit, has duas difficultates inuoluit, quia illa magna bona non promittuntur, niſi iis qui diuinam legem ſeruauerint, aut ſeruare propoſuerint. hinc eſt quòd non ſtatim atque diuinam promiſsionem firmiter credimus, ad efficacem amorem illorum bonorum magnorum ſurgimus. Optimè dicit Gregorius in Ezechielem, Quamuis charitas ſit lata, tamē per anguſta & ardua homines ducit à terra; ſatis anguſtum eſt omnia dimittere, unum ſolum diligere, proſpera non ambire, aduerſa non timere. Ambroſius etiam optimè dixit, Rara quamuis excelſa uirtus, præſentia commutat futuris. Nos quoque experimur quàm difficillimum eſſe ab omnibus peccatis ceſſare, omnia peccata odiſſe, Deum ſuper omnia uel intenſiuè (noſtrorum uerbis utar) uel appreciatiuè diligere, & proximū amare ſicut noſmetipſos, etiam proximum

Matt. 11. nobis iniurium atque infeſtum nosque malis afficientem. Hæc uera cum ſint, quo'nam modo igitur lex ipſa Euangelica, dicitur iugum ſuaue, & onus leue? Primùm ratione

B legis Moſis, quam patres noſtri non potuerunt portare: quia ſupra præcepta legis naturalis, addebat penè infinita præcepta legalia, ceremonialia, iudicialiaq;. Deinde propter magnitudinem, multitudinem, & nobilitatem bonorum quæ promittit ſuis obſeruatoribus: ſupra legem Moſis, quæ plura præcipiens; minora bona, paucioraq; promittebat; hoc eſt, temporalia, Bona terræ comedetis. Et ſimilia. Lex autem Euangelica de ſpiritalibus agit, atque de æternis, iuſtificationem promittit, remiſsionem peccatorū; uitam, ſalutem, refectionemq; ſpiritalem, & uitam æternam: refertum eſt ſanctū Euangeliū huiuſcemodi diuinis promiſsionibus.

Homi. 37 Bene dicit diuus Gregorius, Si cōſideremus fratres chariſsimi, quæ & quāta ſunt quæ nobis promittūtur in cœlis; uileſcūt animo omnia quæ habentur in terris. Tertiò propter adiutorium diuinæ gratiæ. Fluit enim nunc abundantius diuina gratia tempore paſsionis exhibitæ, quàm olim tempore paſsionis præuiſæ: magis nunc tempore gratiæ & filiorū, quàm olim tempore timoris, ſeruitutis, ſeruorum.

Philip. 4. Omnia poſſum, in eo qui me confor
1. Cor. 10. tat. Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſsitis ſuſtinere. Spiritus adiuuat infirmitatem

C noſtram; nam quid oremus ſicut oportet, ne ſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. Hic autem eo quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium, Vnde & ſaluare in perpetuū poteſt accedentes per ipſum ad Deum, ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus & excelſior cœlis factus. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Quartò quia modo exēpla habemus efficaciſsima, ad proſequendas uirtutes contra uitia, quorum maximum eſt Saluatoris noſtri, qui penitus uicit mundum, & pœnas ſuſtinuit grauiſsimas, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis: Apoſtolorum etiam & Apoſtolicorum uirorum, qui pro ipſo paſsi ſunt acerbiſsimos dolores. Ad propoſitum igitur redeundo, Diuina promiſsio & nobis magna bona promittit, & ſimul difficultatem nobis inuoluit; dum promittit nobis magna bona, allicit nos ad illorum bonorum amorem: dum autem inuoluit nobis difficultatem, à proſecutione deterret. Ideoq; non ad amorem efficacem, ſed bene quidem ad inefficacem promiſſorū excitat: excitat, inquam, credentes, intelligentes, aduertentes: de illis enim qui aut nō

D credunt, aut non intelligunt, aut non aduertunt, aliud eſt iudicium. Vnde munus concionatorum Euangelicorum non paruum eſſe debet his temporibus, perſuadendo hominibus pro uiribus, ut ſicut nos delectat magnitudo præmiorum promiſſorum, ita non nos deterreat certamen laborum. Valde eſt hoc commune inter nos homines, ut illud quod naturaliter deſideramus, īefficaciter uelimus, nō aliunde quàm propter laborem qui in uia conſequendi illud bonum naturaliter deſideratum, ſe ſe offert. Omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, quia ſcientia eſt perfectio quædam animæ quam magis habet, qui magis ab ignorātia, quæ malum eſt quoddam mentis, recedit. Sed heu quàm multi ſunt, qui ſcientiam, magnum mentis bonum, inefficaciter, magis quàm efficaciter nolunt? Eo tantum, quòd paranda adipiſcendaq; ſciētia, labor ſe offert, & difficultas ſuſtinendi, exuperandiq; oblatos labores ſe obtrudit: negocium, exhibēt & moleſtiam, uigiliæ, ſtudiū, & alia quæ ſapientiæ ſtudioſos comitantur uexantq; dum impeditam diſcendi uiā emetiūtur, metamq; ad ipſam perreptant. Natura nobis hominibus inſitum eſt, beatitudinem expetere, beneq; uiuere ſecundum uirtutem: ſcilicet ſecūdum partem noſtram ſuperiorē,

Rom. 8.
Heb. 7.
Matt. 11.
Ioan. 16.
Meta. 1.

E nobiliorem, perfectiorem, quæ eſt indita mẽti ratio. *Ethic. 1.* Omnes enim tam naturaliter, quàm cõmuniter, beatitudinis appetitu ducimur. Ratio ſemper precatur optima. Vtq; manifeſtè dicit Apoſtolus, *Rom. 7.* Velle bonum adiacet mihi. Appetitus autem hic naturalis horũ tantorum bonorum, non efficacem, ſed inefficacem parit in nobis amorem illorum: alioquin ſi efficacem pareret, omnes quantum in nobis eſſet pro acquirenda uirtute ac beatitudine niteremur, & nihil quod ad id conduceret, nobis poſsibile, intẽtatũ relinqueremus. Hæc (ut iam diximus) eſt natura, naturaliſq; conditio amoris efficacis: quibus adeſt, uigilias laboreſq; imperat, ſuadet conciliatq; amantibus, ut rem amatam quantum fieri poteſt aſſequi eaq; potiri detur. Hic enim amor efficax eſt, de quo legimus, *Cant. 8.* Fortis ut mors, dilectio. Sed quare hic naturalis appetitus illorum bonorum, non generat in nobis efficacem amorem illorum? Ob duas rationes ſuperius adductas, expreſſaſq;: primùm quia ad omnem amorem elicitum, efficacem, ſumus liberi in hoc ſæculo: Deinde quia ad adipiſcenda hæc, ſe ſe obtrudit difficultas, eademq; moleſtam ſe exhibet dum perquiritur medium à uirtute requiſitum in omnibus operationibus aut paſsionibus humanis, ut fiat quod oportet, quãdo & ubi oportet, propter quod oportet: nihiloq; magis ſeiungi- F tur ab actione aut proſecutione operis uirtuoſi, inuento & cognito medio, propter delectationes aut triſtitias uitiorum extremorum. An habet fides aliquo mõ connexas ſibi alias uirtutes Theologicas? *Cap. 41.* Infra paulò poſt dicitur, atq; oſtenditur quõ habeat aut nõ habeat. Nunc principaliter agimus, oſtendẽdo quæ ſit difficultas hominibus Chriſtianis perueniẽdi ad bona ſpiritalia nobis promiſſa, ad iuſtificationem, ſcilicet & glorificationem, remiſsionem peccatorum, & beatitudinem. Difficultas certè eorum quæ ad hæc aſſequenda requirũtur, abducit retrahitq; nos mortales à ſtudio conquirendæ rei quam naturaliter deſideramus, appetimus, amamus, aut uolumus, ut ſatis iam eſt oſtẽſum: *Cap. præcedenti.* Sed quòd eſt difficultas in iis quibus nobis Chriſtianis perueniendum eſt ad ſalutem animæ, & lautum animæ conuiuiũ nobis promiſſum, nunc principaliter oſtendimus: ſimul oſtendentes, quæ ſit ipſa difficultas. Eſt autem difficultas nobis in mediis quibus nobis perueniendum eſt ad ſalutem, uitam, & ſaturitatem ſpiritalem, ex malis conſequentibus naturam noſtram humanam corruptam: id eſt, ex ignoratione rerum agendarum, ex concupiſcentia noxiarum, ex pronitate ſenſualitatis noſtræ ad malum, atque ex tarditate noſtra ad bonũ. Ignoratio noſtra naturalis nobis poſt G peccatum, facit ut ignoremus quæ agere debemus: & pronitas noſtra ad malum, facit ut grauiores, ſegnioreſq; ſimus ad bonum, etiam nobis cognitum. *Media quibus nobis ueniẽdũ eſt ad iuſtitiam, remiſſionem peccatorum, et gloriã.* Media autem quibus nobis eſt ueniendum ad iuſtitiam, remiſſionem peccatorum & gloriam, ſunt fides integra omnium credibilium, pœnitentia completa omnium noſtrorum criminum, ſacramentum ſuſceptum in re uel in uoto, propoſitum bene uiuendi in futurum, ſeu quod idẽ eſt, obedientia noſtra erga Deum. Hæc ſunt media, quibus nobis ad iuſtitiam, remiſsionem peccatorum ac beatitudinem eſt ueniendum, ut infra oſtenditur ſuo loco: *Lib. 2. per mul.* quoad peccatores adultos ſanæ mentis, qui iam ſuæ uoluntatis arbitri conſtituti ſunt. Et in his mediis obſeruandis, faciendiſq;, magna nobis profectò eſt difficultas: magna, inquam, & duplex. *Duplex difficultas noſtra ad hæc media.* Quia eſt nobis difficultas ad hæc, tũ ex parte intellectus, tum ex parte affectus: quarum utraque difficultatum eſt nobis ex parte noſtra. Eſt nobis ex parte noſtra difficultas, ex parte intellectus ad credẽdum omnia credibilia, *Difficultas ex parte intellectus.* ob id quod multa illorum ſunt de rebus ſeu ueritatibus altiſsimis, notis ualde quoad ſe, & minus notis quoad nos, ob defectum noſtri luminis naturalis non pertinentis ad illas: Eſtq́ue nobis ex parte noſtra H difficultas ex parte affectus, *Difficultas ex parte affectus.* hoc eſt, ex parte uoluntatis ad odio proſequendum omnia crimina, ad obediendum Deo in omnibus, & ad diligẽdum Deum ſuper omnia, propter partem noſtram inferiorẽ, ſenſus corruptos, & ſenſualitatem, quæ eſt in nobis, languor naturæ, tyrannus mentis, lex membrorum, lex peccati, ſtimulus carnis, angelus Satanæ, fomes peccati. Eſt igitur nobis impedimento ad credendũ omnia credibilia, noſtra ignoratio, noſtri luminis naturalis exilitas, intellectuſq; tenuitas, qui ſe habet ad ea quæ ſunt manifeſtiſsima naturæ, *Meta. 2.* ſicut oculus noctuæ ad lumen Solis. Rurſuſq; eſt nobis impedimento ad auerſandum omnia crimina, atque ad diligendum Deum ſuper omnia, illiq́ue ac legi ſuæ obediendum, noſtra pronitas ad malum, natura deprauata ſeu ſenſus corruptus, fomes peccati, tyrannus mentis, languor naturæ, & lex peccati, quæ eſt in membris noſtris, fragilitas noſtra & corruptibilitas. Vbi ergo tot, talia, tantaq; impedimenta exiſtunt ad hæc media proſequẽda, neceſſe eſt ſit quoque difficultas non parua in illis mediis proſequendis. De difficultate igitur quæ eſt quoad nos circa media quibus nobis perueniendum eſt ad iuſtitiam, remiſsionem peccatorum & gloriam, dictum eſt ſatis: ſatiſq; iam de ea ex dictis conſtat conſiderantibus omnia,

A nia, ſicuti ipſa ſunt conſideranda, noſtra ignoratio, paruitas luminis naturalis, tenuitas noſtri ingenii, pronitas ad malum, ſenſus corruptus ſeu ſenſualitas, languor naturæ, lex peccati quæ eſt in membris noſtris, tyrannus mentis, fomes peccati, affectio commodi, amor proprius, dependentia noſtri intellectus in ſua cognitione à noſtris ſenſibus & rebus ſenſibilibus. Ex quibus profectò impedimentis, ſequitur naturaliter in nobis difficultas ad uerum cognoſcendum, ad omnia peccata auerſandum, ad Deum ſuper omnia diligendum, ad illi obediendum, ad malum deuitandum, ad bonum intelligendum, eligendum, proſequendum, faciendum, aut operandum. Vnde nobis hæc difficultas? Vnde nobis hæc impedimenta? Niſi enim impedimenta huiuſmodi eſſent, hæc difficultas non exiſteret. Quæ difficultas poteſt eſſe in agendo, intelligendo, uolendo, eligendo, aut operando, ubi nullum fuerit impedimentum, nulla reſiſtentia, nulla contrarietas? Aut quomodo non erit difficultas in agendo, intelligendo, uolendo, eligendo, aut operãdo, ubi hæc impedimenta extiterint, aut aliquod horum? Eſt igitur nobis hæc difficultas, unde nobis ſunt hæc impedimenta. Vnde nobis talia impedimenta? Quidem ſine dubio ex malo originis. Non ſic fuit primitus condita natura

B noſtra, nec tunc in principio habuit impedimenta: ſed potius bene inſtituta cum fuiſſet, per peccatum quod fecit, facta eſt ipſa qualis *Magiſt. lib.2.ſen. Diſt.25.* modo eſt, corruptibilis, mortalis, ſpoliata gratuitis, uulnerata in naturalibus, infirma, ignorans, ſibi ipſi contraria, prona ad malũ, tarda ad bonum, corrupta ſenſibus in bona ſenſibilia tendentibus, nec expectantibus iudicium rationis aut imperium uolũtatis, nec eis ad nutum obtemperantibus. Vt iam non ſit facile ſed difficile, partem noſtram ſuperiorem ſeu rationalem, per ſe dominari parti noſtri inferiori, ſeu irrationali per ſe & rationali per participationem: niſi adiutorium gratiæ Saluatoris noſtri faciat facile, quod ſine illo *Per mul.* eſt difficile, ne dicam impoſsibile. Diximus enim iam ſuperius, quantum indigemus adiutorio Dei Optimi ad bonum benefaciendum, & ad malum bene uitandum. Nunc dictum ſit de difficultate quam habemus circa media, quibus nobis eſt ueniendum ad iuſtitiam, remiſsionem peccatorum, beatitudinem, ad ſalutem & lautum conuiuium promiſſum: & unde hanc grauiſsimã habemus difficultatem, non ex natura bene inſtituta, quam bene recteq; inſtituit Deus, ſed ex uitio, ſeu peccato quod fecit homo. Si autem quærat quiſpiam, Quomodo uobis difficile exiſtat, peccata ſuper omnia odio, & Deum ſuper omnia amore proſequi, quæ nobis uidentur eſſe naturalia: Reſpondemus, hæc profectò nobis eſſe naturalia, & ſimul nobis eſſe difficilia: eſſeq; unde in his quoad nos in hoc ſtatu uideamus naturæ procliuitatem, pariter & difficultatem. Procliuitatem enim uidemus manifeſtè ex parte animæ & rationis quæ ſemper precatur appetitq; optima: *Ethic.1.* difficultatem autẽ uidemus manifeſtè ex parte corporis & ſenſus corrupti, qui ſemper tẽdit in ſenſibilia, delectabilia carnis, aut utilia: ſiue etiam, quod idem eſt, ex ſenſualitate & lege peccati quæ eſt in membris noſtris. Idem nanque eſt ſenſualitas, & ſenſus corruptus: ut communiter docent doctores ſcho- *Lib.2.* laſtici in ſuis ſententiis, ſine controuerſia.

C

PORRO quòd promiſsio facta nobis à Deo de refectione ſpiritali animarum noſtrarum, comprehendat obſeruantiam legis Dei & obedientiam noſtram erga ipſum, conſtat ex manifeſtis uerbis Saluatoris noſtri, quibus ait, *Matt.7.* Qui facit uoluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Venite ad me omnes qui laborati & *Matt.11.* onerati eſtis; & ego reficiam uos. Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde; & inuenietis *Matt.19.* requiem animabus ueſtris. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Et multa

D alia, ex quibus inferius ponuntur plura. *Part.2.* Modo hæc ſufficiant. Satis enim oſtenditur *Lib.1.* inferius, *per totũ.* quæ ſit lex Dei quo ad iuſtificãdos & glorificandos nos homines: & quomodo intelligendus eſt contractus eius initus nobiſcum de iuſtificatione noſtra à peccatis, ac de noſtra glorificatione. *Lib.præſenti.* De qua re etiam paulò poſt dicuntur nonnulla. Nunc hoc ſolum agimus, ut oſtendamus ea per quæ nobis Deus promittit refectionem ſalutemq; ſpiritalem noſtrarum animarum, eſſe nobis difficilia in hoc ſtatu naturæ corruptæ, quod certè quantum credimus, iam ſatis oſtenſum eſt. Promittit enim uitam ſpiritalem animæ, iuſtificationemq; à peccatis per conuerſionem noſtram ad ipſum, per fidem totius Euangelii, per dilectionem ſui ſuper omnia, & per noſtram obedientiam erga ipſum, ut ſatis monſtratum eſt in præcedentibus: & hæc ſunt nobis difficilia, ut etiam iam ſatis eſt oſtenſum. Sunt autem hæc nobis difficilia, ſed non impoſsibilia: ſunt nobis difficilia propter noſtram corruptionem & fragilitatem, ſed non ſunt nobis impoſsibilia diuino adiutorio accedente, quæ profectò ſine adiutorio Dei eſſent nobis non ſolùm difficilia, ſed & impoſſibilia. Apud Matthæum dixit Saluator no- *Matt.19.* ſter, Diues difficilè intrabit in regnum cœlorum. Facilius eſt camelum per foramen a-

cus

E cus tranſire, quàm diuitem intrare in regnũ
cœlorum. Tunc mirati diſcipuli dixerunt,
Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Ad hæc Salua-
tor reſpondit, Apud homines hoc impoſsibi
le eſt, apud Deum autem, omnia poſsibilia
ſunt. Sic uſu uenit in his & quo ad hæc de qui
bus agimus. Sine adiutorio Dei ſunt nobis
difficilia, immo & impoſsibilia: ſed cũ Dei
adiutorio iam non ſunt nobis impoſsibilia,
immo nec difficilia. Eſt enim modus in Dei
adiutorio, quo fiunt hæc nobis non ſolùm
poſsibilia, ſed & facilia, ſuauia, leuia, dul-
cia. Quomodo? Si adſit charitas, Si adſit di-
lectio Dei ſuper omnia. Sicut enim omnia
poſsibilia ſunt credenti; Sic omnia mandata
Dei ſuauia ſunt diligenti. Itaque circa man-
data Dei uidemus ex una parte difficultatem
& impoſsibilitatem, ex altera autem facilita
tem & ſuauitatem: difficultatem impoſsibili
tatemq́; ex parte naturæ noſtræ corruptæ, fa
cilitatem & ſuauitatem ex parte Dei iuuan-
tis, præparantis, facientisq́; ut nos faciamus,
& dantis nobis amorem ſuum. Auguſtinus
Auguſt. in De natura & gratia dicit, Valde autem bo
cap.69. na ſunt præcepta ſi legitimè his utamur. Eo
tom.7. quippe ipſo quo firmiſsimè creditur, Deum
iuſtum & bonum, impoſsibilia non potuiſſe
præcipere, hinc admonemur, & in facilibus
quid agamus, & in difficilibus quid petamus:
*Mat.*11 Omnia quippe fiũt facilia charitati, cui Chri
ſti ſarcina leuis eſt, aut ea una eſt ſarcina ipſa
1. Ioan.5. quæ leuis eſt. Secundum hoc dictum eſt, Et
præcepta eius grauia non ſunt, & cui grauia
F ſunt, is conſideret non potuiſſe diuinitus di-
ci grauia non ſunt; niſi quia poteſt eſſe cordis
affectus cui grauia non ſunt: & petat quo de
ſtituitur, ut impleat quod iubetur. Et quod
Deut. 30. dicitur ad Iſrael in Deuteronomio, ſi piè, ſi
ſanctè, ſi ſpiritaliter intelligatur, hoc idem ſi
gnificat; quia utique cùm hoc teſtimonium
Rom. 10. commemoraſſet Apoſtolus, Prope eſt uer-
bum in ore tuo, & in corde tuo: quod hic ha
bet, in manibus tuis: in corde enim ſunt ſpi-
ritales manus, hoc eſt, inquit, uerbum fi-
dei quod prædicamus. Conuerſus ergo quiſ
que, ſicut ibi præcipitur, ad dominum Deũ
ſuum ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua,
mandatum Dei non habebit graue. Quomo
do eſt enim graue, cum ſit dilectionis manda
tum? Aut enim quiſque non diligit, & ideo
graue eſt: aut diligit, & graue eſſe nõ poteſt.
Deut.30. Diligit autem, ſi quod illhic admonetur Iſ-
rael, conuerſus fuerit ad dominum Deum
ſuum ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua.
Ioan. 13. Mandatum, inquit, nouum do uobis, ut uos
inuicem diligatis. Et qui diligit proximum,
legem impleuit. Et plenitudo legis charitas.
Secundum hoc & illud dictum eſt, Si ambula
rent ſemitas bonas, inueniſſent utique ſemi- G
tas iuſtitiæ leues. Quomodo ergo dicitur,
Propter uerba labiorum tuorum, ego cuſto *Pſal. 16.*
diui uias duras, niſi quia utrũque uerum eſt?
Duræ ſunt timori, leues amori.

Ponuntur, & eliduntur potiſſima argumenta, qui bus auctores aut defenſores ſententiæ pridem relatæ nitebantur probari, per ſolam fidem diuinarum promiſſionum communicari ſeu aptari hominibus beneficium reconciliationis cum Deo, iuſtificationem à peccatis, remiſſionemq́; peccatorum. Atque dicun tur nonnulla de noſtra obedientia & bona uolunta te neceſſaria. CAP. XI.

SENTENTIAE pridem re
latæ auctores, propugna-
toresq́; primùm coaceruãt *Argu. 1.*
omnia loca diuinarum ſcri-
pturarum, uel multa ex ip
ſis, quibus fides, ſeu uir-
tus fidei exaltatur & prædi *Rom. 1.*
tur; qualia illa ſunt, Iuſtus autem ex fide ui- *Abac. 2.*
uit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſal- *Hebr. 10.*
uus erit. Qui uerò non crediderit, condem- *Galat. 3.*
nabitur. Corde creditur ad iuſtitiam. Credi- *Mar. 6.*
dit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad *Rom. 10.*
iuſtitiam. Fides tua te ſaluam fecit, uade in *Rom 4.*
pace. Confide fili, remittuntur tibi peccata *Gen. 15.*
tua. Sicut credidiſti, fiat tibi. Fide purificans *Mat. 9.*
corda eorum. Domine, oculi tui reſpiciunt *Mat. 8.*
fidem. Iuſtificati ergo gratis per fidem, pacẽ *Act. 15.*
habemus. Iuſtificans eum qui eſt ex fide. Hæc *Hier. 5.*
omnia quaſi firmas copias in unum compu- *Rom. 5.*
lit Lutherus in ſnis articulis, quo probaret fi- *Rom. 3.*
dem ſolam iuſtificare: arguens quòd cùm fi- *Art. 1. 10.*
des iuſtificet, dum firmiter uerbum promiſſo *11. 12. 13.*
rium Dei credimus, quo nobis Deus promit *14. 15.*
tit ſuam gratiam & ueniam, ea ſola fide iuſtifi H
camur, atque per eam ſolam nobis gratia Dei
communicatur. Nos autem primùm reſpon *Reſponſio*
demus, ea loca diuinæ ſcripturæ multaq́; alia *ad prim.*
ſimilia quæ adduci poſſent, non loqui de ſola
fide, ſed de fide: unde cum de fide agant, non
poſſumus ex illis concludere pro ſola fide. Si-
cut rationes quæ demonſtrant hominem eſſe
ſenſitiunm, nequaquam illud demonſtrant de
ſolo homine: ſed fallacia eſt & defectus mani-
feſtus, quoties ita conflatur argumentum.
Secundò quia & ſi Apoſtolus aliquando illud
de ſola fide dixiſſet, quod tamen non dixit: e-
uidens erat illud non fore intelligendum de ſo
la fide, excludendo ſpem aut charitatem ſeu
dilectionem, ſed ſolummodo excludendo o-
pera legalia. Ea enim erant quæ Apoſtolus à
iuſtificatione excludere uolebat, de factoque
excludebat, non ſpem, nec charitatem, non
dilectionem, non pœnitentiam, non legem ſi
dei.

A dei. Cõſtat hoc in epiſtolis ſuis ad Romanos, ad Galatas, ad Hebræos, in quibus fermè idẽ argumentum eſt. Sermones autem, iuxta materiam. Tertiò quia idem Apoſtolus agens de iuſtificatione quæ eſt gratis à Deo per gratiã eius in ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti;
Rom.3. excludendo gloriationem Iudæorum quam habebant in operibus legis, dixit, Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non, ſed per legem fidei. Ecce non iuſtificatur homo, nec excluditur gloriatio Iudæorum per ſolam fidem; ſed bene quidem profectò per legem fidei, quæ fidem habet, ſpem, charitatem, operaq́; bona, naturalium præceptorum, in qua iuſti ſunt olim patres, quibus non fuit data lex Moſis. Quartò quia Apoſtolus agẽs de fide eo loco quo excellentiorem uiam & chariſmata meliora oſtendebat, fidemq́; diſtinguebat à
1.Cor.13. ſpe & charitate, ſic docuit, Et ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Quomodo igitur potuit, ſpem & charitatem excludendo, ſoli fidei iuſtificationem tribuere, qui aſſerit fidem ſine charitate nihil eſſe, aut nihil ualere? Quintò quia dum Apoſtolus fidem aut ualorem fidei exaltat ſu per circunciſionem & præputium, ſeu ſuper
B ualorem circunciſionis & præputii, nequaquam ſolam fidem, ſed fidem cum charitate
Galat.5. intelligit: ait enim, Nam in Chriſto Ieſu, neque circunciſio aliquid ualet, neque præputium, ſed fides, quæ per charitatem operatur. Sextò non poteſt excludi charitas à formali ratione iuſtificationis, ſiue ab illis rebus per quas nobis iuſtificatio præſtatur, quia idẽ Spiritus diuinus qui Paulum docebat, idem
1.Ioan.2. dicebat, Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt uſque adhuc. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, &
1.Ioan.3. ſcandalum in eo non eſt. Iterum, Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad uitã, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit,
1.Ioan.4. manet in morte. Rurſus, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Ecce qui diligit, de morte ad uitam transfertur; qui uerò non diligit, in morte manet. Quomodo poteſt ergo dilectio à iuſtificatione, uita, ſaluteq́; ſpiritali animarum ſecludi? Cũ igitur iuſtificatio fidei tribuitur, nullo modo tunc charitas ſecluditur; ſed ibi potius & magis, charitas intelligitur, ſimul & ſpes. Hæc quo ad primum hoc argumentum eorũ ſufficiant, de quo in præſentia plura loqui non eſt conſilium, quia infra ſuis locis ad omnes illas auctoritates allegatas reſpondetur
Arg.2. ſingillatim. Secundum hæreticorum huiuſmodi, argumentum idem agens, ex eo eſt quòd Apoſtolus ait, Ideo ex fide, ut ſecun- C
Rom.4. dum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini. ex quo concludere nituntur, quòd iuſtificatio ſit ex ſola fide. Reſpondemus, Eſt ua- *Reſpon.2.*
lida ſatis reſponſio ad hoc argumentum, ea multimembris, qua iam primũ illud deiectũ ſoloq́; æquatum eſt: tota enim huc conducit, huic demoliendo aptiſſima eſt, ideoq́; huc impulſa cenſeatur. Deinde quidem dicimus mirum eſſe, eos qui hæc effutiunt, locum hunc Apoſtoli ad peruerſam eã ſententiam aſtruendam afferre auſos eſſe: cum hic locus oppidò quàm apertè clareq́; oſtendat, longè aliam eſſe mentem ac ſententiam Pauli, quã ea ſit, quæ illi ab ipſis non ſine errore tribuitur. Quandoquidem ipſi uolunt ex hoc iuſtitiam ſeu iuſtificationem ſoli fidei tribuere, excludentes ſpem, & charitatem: Paulus autem nihil tale uult, ſed in hoc loco à iuſtitia ſeu iuſtificatione ſolùm opera excludit legalia, cæremonialia, iudicialiaq́ue; hoc eſt legem Moſis eiuſq́; obſeruantiam. Sic enim declarant tum præcedentia, tum ſequentia uerba diuina. Studium Pauli erat in ea epiſtola à iuſtitia operum legalium, ad iuſtitiam fidei reuocare Iudæos, ab eiſq́; auferre gloriationem quam ex eo habebant, quòd legem obſeruabant, putantes ſeſe per legis obſeruantiam iuſtificari coràm Deo: qui error eorum eos neceſſariò in alterum duorum im- D
pellebat, uel quòd fidẽ iuſtitiamq́; fidei abiicerent ſeu negligerent, uel quòd obſeruantiam legis & eius iuſtitiam cum fide ac iuſtitia fidei retinerent, aut retinere uellent. Quorum duorum utrunque impedimento eſt Chriſtianæ Religioni, ſimul & ſaluti animarum, ut latiſſimè per multa probauit idẽ Apoſtolus. Hinc ergo eſt quòd tantopere nixus eſt Apoſtolus oſtendere, non per opera legis Moſis, ſed per fidem iuſtificari coràm Deo homines: non excludens tamen ſpem, & multo magis nec charitatem. Huius ſignũ eſt euidentiſſimum, quòd ſermonem incipiens Apoſtolus, legemq́; factorum excludens, non ſolam fidem, immo nec fidem, ſed legem fidei introduxit, ut iam annotauimus: quæ lex fidei, certè aliquid aliud includit, quàm ſolam fidem. Vt autem Apoſtolus efficeret, quod nitebatur efficere, iuſtitiam fidei introducere, iuſtitiamq́; legis ſeu operum legalium abiicere: ab eo quidem fecit exordium, quod etiam apud Iudæos erat notiſſimum, Iuſtus autem ex fide uiuit: quod *Abac.2.*
uerbum tanquam manifeſtum & efficaciſſimum, ſemper retulit, quoties de hac ueritate ex profeſſo & data opera fecit ſermonẽ; *Rom.1.*
ad Romanos, ad Galatas, ad Hebræos. Qui *Galat.3.*
dem per locum ab auctoritate diuina, agens *Heb.10.*
pri-

primùm: Deinde uerò ab exemplo dedu-
cens, iuſtificationem Abrahæ duxit in conſe
quentiam, qui cùm multos annos ante legẽ
Moſis fuerit, non per obſeruantiam ipſius le
gis, ſed per fidem & obedientiam erga Deum
Gen.15. iuſtificatus eſt: ſic enim legimus, Credidit
Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſti-
tiam. Hoc autem ideo afferens ut Iudæos
commoueret, qui gloriantes ſe patrem ha-
bere Abraham, modum quo Abraham iuſti-
ficatus eſt à Deo ſectarentur, ad fidem po-
tius quàm opera legalia aſpicientes: quæ le-
galia multo poſt iuſtificationem Abrahæ ex-
ordium habuerunt. Ad quod etiam non ta-
cet iuſtificationem patrum aliorum ſancto-
rum, qui olim fuerunt ante legem: de qui-
bus conſtat, quòd non per opera legis iuſti-
ficati ſunt: nec per ſolam fidem, ſed per fi-
dem, ſpem, charitatem, obedientiam. Pro-
Rom.3. pter quod dicit, Arbitramur enim iuſtifica-
ri hominem per fidem ſine operibus legis.
Galat.2. Iterum, Scientes autem quòd non iuſtifica-
tur homo ex operibus legis niſi per fidem Ie
ſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus,
ut iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex ope
ribus legis. Propter quod ex operibus legis
non iuſtificatur omnis caro. Secundum idem
propoſitum ſuum, continuat Apoſtolus o-
ſtendendo iuſtificationem fieri per fidem,
non per legẽ Moſis: quod & facit multis mo
F dis, optimas rationes adducendo, Tum quia
cùm Deus unus ſit omnium hominum, om-
nium nationum; unus modus dari debet,
quo apud Deum iuſtificentur omnes; qui
modus cum non poſſit eſſe ex lege, ob id
quòd lex tantummodo Iudæis data eſt; ſit
conſequens, ut ſit ex fide, quæ omnibus ho-
minibus uel eſt, uel eſſe debet, uel poteſt eſſe
Rom.3. communis. Ideo ait, An Iudæorum Deus
tantum? Non'ne & Gentium? Immo & Gẽ
tium, quoniam quidem unus eſt Deus qui
iuſtificat circunciſionem ex fide, & præpu-
Rom.4. tium per fidem. Sicut & Dauid dicit beati-
tudinem hominis, cui Deus accepto fert iu
Pſal.31. ſtitiam ſine operibus, Beati quorum remiſ-
ſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt pec
cata. Beatus uir, cui non imputauit domi-
nus peccatum. Beatitudo ergo hæc, in cir-
cunciſione tantùm manet, an etiam in præ-
putio? Dicimus enim quia reputata eſt Abra
hæ fides ad iuſtitiam. Quomodo ergo reputa
ta eſt; in circunciſione, an in præputio? Nõ
in circunciſione, ſed in præputio. Tum quia
Rom.4. ut inquit, & eſt notum omnibus, Non enim
per legem, promiſſio Abrahæ, aut ſemini e-
ius ut hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fi-
dei. Ecce alia ratio euidentiſſima, quia pro-
Gen.15. miſſio facta Abrahæ ut qui egrederetur de u-
tero ſuo, haberet hæredem, & quòd multipli G
caret Deus ſemẽ eius ſicut ſtellas cœli: quòd *Gen.17.*
ipſe & ſemen ſuum poſt eum acciperet ter-
ram peregrinationis ſuæ in poſſeſsionem æ-
ternam, & quòd multiplicandus erat nimis,
futuruſq; pater multarum gentium: atque *Gen.22.*
tandem, quòd in ſemine ſuo benedicerentur
omnes gentes terræ: quia promiſsio, inquã,
hæc facta Abrahæ, non eſt illi facta per legẽ,
nec per iuſtitiam legis, cum fuerit multo tem
pore ante legem: ſed fuit illi facta per fidem,
ſeu per iuſtitiam fidei. Vnde ſi promiſsio nõ
per legem ſed per iuſtitiam fidei facta eſt A-
brahæ, ut re uera ita eſt, ſequitur quòd non
per legẽ, ſed per iuſtitiam fidei, accipitur hæ-
reditas promiſſa, & benedictio: ut non ſo-
lùm qui ex lege eſt & ex genere Abrahæ ſecũ-
dum carnem, ſed omnis qui filius ſit Abra-
hæ ſecundum ſpiritum, ideſt, qui fidem ha-
buerit Abrahæ, accipiat hæreditatem. Quia
promiſsio hæditatis non eſt ex lege, ſed ex fi-
de: ideo non debent in illa hæreditate promiſ
ſa ſuccedere qui ex lege filii ſunt, ſed qui ex fi
de, uel ex iuſtitia fidei: ut hæreditas per ean
dem rationem nunc ſit data, per quam olim
fuit promiſſa: hoc eſt, per fidei iuſtitiam. Vn-
de ait, ſi enim qui ex lege, hæredes ſunt: ex
inanita eſt fides, abolita eſt promiſsio. Qua
re exinanita eſt fides, & quare abolita eſt pro
miſsio; ſi qui ex lege, hæredes ſunt? Quia ut
dicit diuus Hieronymus, ſi ſoli circunciſi hæ H
redes ſunt: non impleuit Deus promiſſum
Abrahæ, ut pater eſſet multarum gentium;
& ſi ita eſt, iam uidebitur Deo ſine cauſa cre
didiſſe. Hæc ille. Quare exinanita eſt fides,
ſi qui ex lege, ideſt, ex operibus uel obſer-
uantia legis, ſunt hæredes? Quia nullus ni-
teretur ad fidem, ſed omnes ad legem: &
quicquid eſſet de fide, omnes currerent ad le
gem, ut omnes acciperent hæreditatem. Qua
re abolita eſt promiſsio, ſi qui ex lege, hære
des ſunt? Quia tunc hæreditas non reddere-
tur habito reſpectu ad promiſsionem, ſed ha
bito reſpectu ad aliud: hoc eſt, ad legis ob-
ſeruantiam. Ergo quia lex nec fidem exinani
tam, nec promiſsionem abolitam facere po-
teſt: ſequitur quòd nec lex, nec obſeruantia
legis, poteſt hominibus præſtare hæredita-
tem: & per conſequens, nec iuſtitia legis.
Aliud ergo eſt quærendum, quo hæreditatẽ
conſequamur. Quid eſt illud? Iuſtitia fidei,
per quam facta eſt promiſsio hæreditatis. Ec
ce quòd Apoſtolus non loquitur de ſola fide,
ſed uel de lege fidei, per quam excluditur glo
riatio Iudæorum, uel de iuſtitia fidei per quã
facta eſt promiſsio, ut hæredes ſimus: nec
excludit à iuſtificatione fidem, ſpem aut cha
ritatem, quæ omni tempore fuerunt in om-
nibus

A nibus iuſtis, ſed ſolam legem Moſis poſt multa tempora, & poſt multos homines iuſtos, hominibus datam. Ad hanc eandem ueritatem, quo magis excluderet gloriationem Iudæorum, putãtium uel garrientium ſe per ſolam legem, hoc eſt, ex operibus legis iuſtificari apud Deum, dixit ſtatim. Lex enim irã *Rom. 4.* operatur. Sicut alibi ait, Occaſione autem *Rom. 7.* accepta, peccatum per mandatum, operatũ eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem uiuebam ſine lege aliquando. Sed cum ueniſſet mandatum, peccatum reuixit. Et *1. Cor. 15.* alibi, Virtus uerò peccati, lex. Ecce quantum abeſt, quòd lex iuſtificet, & quòd afferat uerè aliquis per legem, ſiue per obſeruantiam legis iuſtificari homines, aut hæreditatem accipere, uel benedictionem: quippe quæ lex, per occaſionem tamen, iram operatur, peccatum reuiuiſcere facit, & uirtus peccati eſt. Sic ergo in ea Epiſtola ab obſeruantia legis dimouendo Iudæos, eosq; mittendo ad fidem, probat Apoſtolus non poſſe iuſtificari homines per legem Moſis, primùm auctoritate ſcripturæ ſanctæ; ſecundò ab exemplo iuſtificationis Abrahæ: tertiò quia iuſtificatio per iuſtitiam fidei, cum magis ſit communis, magis eſt Deo conue-B niens: quartò quia promiſsio hæreditatis nõ eſt ex lege, ſed per fidei iuſtitiã: quintò quia lex nec fidem exinanitam, nec promiſsionem abolitam facit: ſextò quia & ſi per occaſionem, lex tamen iram operatur. Quid abiicit Apoſtolus per hæc? Iuſtitiam legis, quæ non poteſt homines iuſtificare corãm Deo à peccatis, nec poteſt hominibus hæreditatẽ præſtare, aut benedictionem. Quid per hæc introducit? Legem fidei; per quam ſemper iuſtificati ſunt iuſti ante legem; iuſtitiamq; fidei, per quam Abrahæ facta eſt promiſsio hæreditatis. Nunquid per hæc, legem deſtrue-*Rom. 3.* bat? Abſit. Sed legem ſtatuebat. Finis enim *Rom. 10.* legis Chriſtus. Itaque lex, pædagogus no-*Galat. 3.* ſter fuit in Chriſto, ut ex fide iuſtificemur. At ubi uenit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. Non deſtruit legem, qui prædicat finem atque perfectionem legis: ſed magis legem ſtatuit, finem perfectionemq; eius prædicando: uim, ualorem, efficaciam, uirtutem, officiumq; oſtendens: quòd per legem co-*Rom. 3.* gnitio peccati, quòd propter tranſgreſsio-*Galat. 3.* nem poſita eſt, quòd non eſt poſita iuſto, *1. Tim. 1.* ſed iniuſtis, & non ſubditis, impiis & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, maſculorum concubitoribus; plagiariis, mendacibus, & periuris, et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati Dei. Duo igitur Apoſto-C ſtolus docet in his, Alterum, quòd non ideo data eſt lex Moſi ut homines per illã uel per eius obſeruantiam hæredes fierent, uel hæreditatem acciperent, nec ut Abraham per illam multarum gentium pater fieret: quia hæc iam Abrahæ gratis à Deo & multo tempore ante legem promiſſa erant: Alterum quòd ideo lex Moſi data eſt, ut ea peccatum oſtendente, homines per legem peccatum cognoſcentes continerentur à malis. Propter tranſ-*Galat. 3.* greſsionem poſita eſt lex. Hoc eſt, ne tranſgreſsio fieret naturalis legis & bonorum operum, cognito peccato: ideſt, ne homines ex ignorantia culpabiliter peccarent contra legem naturalem, & uirtutum: declinantes ad cultum falſorum Deorum, aut ad uitia. Poſt hæc autem omnia, in eodemq; propoſito defixus, poſuit Apoſtolus hæc uerba, ex qui-*Rom. 4.* bus agimus, Ideo ex fide, ut ſecundum gratiam firma ſit promiſsio omni ſemini: non ei qui ex lege eſt ſolùm, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ: qui pater eſt omnium noſtrum, ſicut ſcriptum eſt, Quia patrem multarum *Gen. 17.* gentium poſui te ante Deum, cui credidiſti. Hæc eſt alia ratio qua diſtinctè probat Apoſtolus non iuſtificari homines ex lege, ſed ex fide: ſcilicet ut firma ſit promiſsio gratis & ſecundum gratiam diuinam facta omni ſemini D Abrahæ de hæreditate poſsidenda, & de magna gloria Abrahæ, quòd pater eſſet multarum gentium: Nam ſi ex lege eſſent homines hæredes, & ex lege iuſtificarentur, hæreditatemq; ac poſſeſsionem acciperent: ſequitur quòd ſoli obſeruatores legis, hæredes eſſent, ſoliq; illi tales computarentur in ſemine Abrahæ, & ſoli illi haberent, ſeu acciperent hæreditatem: Si autem ita eſſet, iam non cõſiſteret firma promiſsio Dei gratis & gratia facta Abrahæ & omni ſemini ſuo, de hæreditate poſsidenda: quia qui illi ſuccederent in fide, filii eius ſecundum ſpiritum, hæredes non eſſent niſi legem Moſis obſeruaſſent. Non conſiſteret illa promiſsio firma, quia magis de filiis Abrahæ ſecundum ſpiritum & fidem intelligitur: nec conſiſteret, quia tunc Abraham non diceretur nec eſſet pater multarum gentium, ſed tantùm illius gentis quæ legem obſeruaret. Vnde & promiſsio Dei abolita, infirmaq; foret, & magnus ille pater fidei noſtræ Abraham, magna gloria careret. Quid ergo? Ideo ex fide, non ex lege, hæredes ſunt homines Abrahæ ad promiſsam hæreditatem: ut firma ſit promiſsio, ſecundum gratiam Dei, & non ex pacto operum legalium legis Moſis, facta omni ſemini Abrahæ: non ei qui ex lege eſt ſolùm, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ: illi ſcilicet quod eſt ſemen

E Abrahæ ſecundum ſpiritum, accipiens, te-
nensq́; fidem Abrahæ de hæreditate poſsiden
da, quæ reputata eſt Abrahæ ad iuſtitiam.
Aduerſantur ergo uerba hæc Apoſtoli iis qui
putant iuſtificari homines & hæredes fieri re
gni, ex operibus legis Moſis, ſine fide Salua-
toris noſtri Ieſu Chriſti: aduerſanturq́; etiã
iis qui fidem Saluatoris recipientes, uolunt
ſimul ſeruare legalia antiquæ legis, quaſi ea
ad iuſtificationem & ad poſsidendam hæredi
tatem ſiut neceſſaria. Quandoquidem con-
tra eos omnes ſolos loquebatur Apoſtolus
eo tempore, illisq́; in uerbis. Non autem no
bis aduerſantur, qui fidem Saluatoris noſtri
ex corde accipimus, & illam principium atq;
fundamentum totius Chriſtianæ religionis
eſſe credimus, coufitemurq́;; uec uobis qui
omnia legalia antiquæ legis, tum ceremouia
lia, tum iudicialia abiicimus tanquam iam
mortifera. Sed potius nobis opitulantur hæc
Rom.3. uerba Apoſtoli, qui ſicut ille docuit, toto
corde credimus iuſtificari homines à Deo
gratis ex gratia, non per legem factorum il-
lorum legalium, ſed per legem fidei. Atque
proculdubio opitulantur nobis hæc uerba
Rom.4. Apoſtoli, qui, ſicut ille docuit, toto corde cre
dimus, quòd non per legem, ſed per iuſti-
tiam fidei, facta eſt promiſsio Abrahæ & ſe-
mini eius, ut hæres eſſet mundi. Nobis etiã
F adſtipulantur hæc uerba Apoſtoli, qui ſecun-
dum Apoſtolum ex toto corde credimus,
quòd ſicut non per legem, ſed per iuſtitiam
fidei facta eſt promiſsio, ut ſemen Abrahæ ſit
hæres: ita non per legem, ſed per iuſtitiam
fidei fit de facto, ut ſemẽ Abrahæ accipiat hæ
reditatem. Neque enim per aliud aliquis hæ
reditatem accipit, niſi per id quo hæres fa-
ctus eſt: ſi etiam hæreditas per iuſtitiam fi-
dei fuit olim ex gratia gratis promiſſa, con-
ſequens eſt, ut ipſa eadem hæreditas per iu-
ſtitiam fidei ex gratia gratis ſit nunc tradita.
Per quid ergo facta fuit promiſsio Abrahæ,
Rom.4. aut ſemini eius ut hæres eſſet mundi? Per iu
ſtitiam, inquit Apoſtolus, fidei. Ergo per
iuſtitiam fidei accepit Abraham, & accipit ſe
men eius hæreditatem. Hæc eſt noſtra fides
catholica, Apoſtolica, diuina. Quicquid er
go eſt iuſtitia fidei, illud eſt per quod nobis
hominibus modo hæreditas præſtatur; quia
iuſtitia fidei eſt, per quod nobis hominibus
hæreditas olim promittebatur. Profectò au
tem iuſtitia fidei, non eſt ſola fides, ſed ali-
quid aliud includit, quod non eſt fides ſola.
Quæ eſt iuſtitia fidei? Fides, ſpes, charitas,
obedientiaq́; erga Deum: ſecundum quòd
fides ipſa docet, imperat, & quodammodo
originem præſtat. Non ergo ſola fides hære-
ditatem accipit, ſed iuſtitia fidei: perinde nec
ſola fides iuſtificat, ſed fidei iuſtitia: nec lex G
factorum legalium, nec ſola fides, ſed lex fi-
dei. Promiſſa erat hæreditas Abrahæ & ſe-
mini eius, ex bonitate Dei, miſericordia, &
liberalitate: ſed nihilominus lex Dei iuſtifi-
candorum filiorum Abrahæ adultorum, ali-
quid aliud requirebat ultra fidem, nec tamen
promiſsionem Dei infringebat. Dicebat e-
nim Deus illis peccatoribus, quod & nunc
dicit nobis, Conuertimini ad me, & ego con *Zach.1.*
uertar ad uos. Atque modum huius conuer
ſionis declarabat, dicens, Si autem impius e- *Ezec.18.*
gerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis
quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præ-
cepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam;
uita uiuet, & non morietur. Omnium ini-
quitatum eius quas operatus eſt, non recor-
dabor in iuſtitia ſua quam operatus eſt, ui-
uet. Nunquid hæc lex diuina noſtræ iuſtifica
tionis, erat tuuc contra diuinam promiſsio-
nem? Nuuquid hæc lex iuſtificationis, exige
bat ſolam fidẽ in filiis Abrahæ iuſtificandis?
Abſit. Nou abolebat nec infringebat iſta lex
iuſtificationis, diuinam promiſsionem: ſed
illam quoad ſpiritalia declarabat, & confir-
mabat. Nec hæc lex exigebat ſolam fidem in
filiis Abrahæ iuſtificandis, ſed etiam pœni-
tentiam ab omnibus peccatis eorum, & obe
dientiam erga Deum quoad omnia mandata
eius. Pulchrè dixit Alexander de Ales, cum H
ſic loqueretur, Illa auctoritas Prophetæ,
Conuertimini ad me, &c. nou importat ali-
quod debitum, ſcilicet quòd ſi homo faciat
quod in ſe eſt, quod ei debeatur gratia: ſed
ſolùm eſt declaratio diuinæ bonitatis, & libe
ralitatis; Quia ſua liberalitas tanta eſt, quòd
non negabit ſe, ſi aliquis faciat quod in ſe eſt,
etiam ſi ſit exiſteus iu peccato mortali; ſed
non erit propter ea quæ facit, ſed propter li-
beralitatem dantis. Hæc ille. Cæterùm quod
dicit Apoſtolus, Ideo ex fide, ut ſecundum
gratiam firma ſit promiſsio omui ſemini. nul
lo modo facit contra nos, qui ex toto corde
credimus iuſtificari uos homines gratis per
gratiam Dei propter merita Saluatoris: ut ſic
in ſemine Abrahæ, ideſt, in Saluatore noſtro,
ſit nobis benedictio, ſalus, redemptio, uo-
catio, iuſtificatio, glorificatio, fides, ſpes,
charitas, omnisq́; uirtus: & iu eodem Salua
tore noſtro impleatur in nobis diuina pro-
miſsio, eo modo quo ipſe uult: Videlicet ſi-
cut dicit idem Apoſtolus, Et quidem cum eſ *Heb.5.*
ſet Filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt,
obedientiam, & conſummatus, factus eſt om
nibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æ-
ternæ. Firmam credimus promiſsionem ſe-
cundum gratiam Saluatoris, & fidem eius
prædicamus primùm, ſpem atque charita-
tem:

A tem: obedientiam ipſius, bonam uitam, & bona opera ſecundum illam: ſicuti ipſe uerè eſt Saluator, qui uult credi, & uerè eſt legiſlator qui uult obediri, ſperari, amari. Iudæos impetebat Apoſtolus in illo uerbo, tũ in eo quod quidam fidem Saluatoris non recipiebant, putantes iuſtificari homines per ſola legis opera, & non curantes de fide: tum etiam in eo, quòd quidam & ſi fidem Saluatoris recipiebant, opera tamen legis iudicabant ad iuſtitiam neceſſaria, uolentes ſeruare Euangelium cum lege ſimul. Maximè arguebat eos, qui putabant homines abſque ſi de Saluatoris Abrahæ promiſsi, poſſe conſequi benedictionem Abrahæ in ſemine ſuo, idest, in Saluatore noſtro promiſſam, hoc eſt, propter ſolam legem, ſiue propter ſolam legis obſeruantiam, uel opera: quaſi ſoli illi eſſent hæredes promiſsionis Abrahæ factæ, qui ex lege aut præputio forent, & legẽ Moſis obſeruarent. Hos ergo maximè arguebat Apoſtolus, unde & ſimul dixit, Si enim qui ex lege, hæredes ſunt; exinanita eſt fides, abolita eſt promiſsio. Non patiebatur enim, ut quis putaret, ſeſe conſequiant habere iuſtitiam, ſeu quod idem eſt, benedictionem Abrahæ promiſſam, abſque fide Saluatoris Abrahæ promiſsi, in eo uerbo, In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes. Conſiderabat Apoſtolus diuinas promiſsiones benedictio- *Rom. 4.*

B nis Abrahæ abſolutè & ſimpliciter factas, ante legem Moſis, & abſque ulla dependentia conditionali expreſſa ab illa: uolebatque conſequentiam ipſarum promiſsionum diuinarum pendere non ex Moſis lege, ſed ex fide, ex lege fidei, iuſtitiaque fidei Chriſtianæ, ſeu ex fide Saluatoris olim promiſsi. Ex qua fide Saluatoris promiſsi olim? Ex illa fide eius, quæ per charitatem operatur: ſicut ipſe declarat ad Galatas. Dixit non nunquam Auguſtinus opera non ſolùm legalia, ut ceremonialia & iudicialia, quin etiam & moralia legis naturalis, excludi à iuſtificatione: ſed declarando ſeipſum, ut pote quòd hoc dixerit de operibus quæ fidem & gratiam Chriſtianam præcedunt aut extra illam ſunt, non de aliis quæ gratiam hanc ſequuntur; cõfitetur expreſsè in Hypognoſt. quòd ex operibus ſeu per opera quæ ſequuntur fidem & gratiam Chriſtianã & ad quæ Deus nos præparat, aptatque ut nos faciamus, iuſtificati ſunt, iuſtificantur, & iuſtificabuntur homines Dei. Verba Auguſtini ponuntur inferius. Itaq; eſt rei ueritas ſecundum quam dixit Apoſtolus, Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. Nã

Galat. 5.
Auguſt. Lib. 3. tom. 7.
Part. præ ſenti. Lib. 3.
Rom. 2.
1. Cor. 7.

in Chriſto Ieſu, neque circunciſio aliquid na- C let, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Aliud argumẽtum eorum eſt ex illo uerbo Domini ad paralyticum, Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Ex hoc enim uerbo perperam intellecto, perperam concludunt ſufficere ſolam fidem aut confidẽtiam ad remiſsionem peccatorum: quia in hoc uerbo, Saluator noſter, ſolam fidem exegit, aut confidentiam. Nos reſpondemus, Primùm quòd nulla fides aut confidentia ad hoc ſufficit, niſi talis ſit quæ charitatem habeat: quia potius charitas eſt, cui tribuitur noſtra translatio de morte ad uitam, & quod multitudinem peccatorum operiat, ut conſtat ex dictis. Secundò quod eo modo quo hi dicũt, ſolam fidem aut confidentiam requiri & ſufficere ad remiſsionem peccatorum, propter illud uerbum, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. tenentur dicere ſimiliter ſolam charitatem requiri & ſufficere ad peccatorũ remiſsionem, propter illud uerbum Domini, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Ambo enim hæc uerba, ſunt Saluatoris noſtri: illud apud Matthæum, hoc apud Lucam. Niſi quòd Saluator noſter expreſsius agens, in hoc uerbo apud Lucam poſuit dilectionem tanquam cauſam remiſsionis peccatorum, dicens, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. Adnotẽt hi illud uerbum, Quoniam. & uideant quòd D iungitur præcedenter illi uerbo, Dilexit. Tanquam dicat Dominus, Quoniam, propterea, quòd, quia, dilexit multum, remittuntur ei peccata multa. In illis autem uerbis, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. non ſic ponitur aliqua nota, quæ explicet aut aliquo modo inſinuet eam confidentiam eſſe remiſſionis peccatorum cauſam. Vnde quidem magis neceſſaria & magis ſufficiens debet iudicari dilectio ſiue charitas, quàm illa cõfidentia, ad peccatorum remiſsionem. Tertiò quia forte paralyticus ille nõ habebat talem fidem de Saluatore noſtro, qualem illo tempore neceſſe erat ei habere ad remiſsionem peccatorum obtinendam: ideo Saluator remiſſurus ipſi peccata, exigit ab ipſo fidem eo tempore neceſſariam, ut crederet uidelicet dictis Saluatoris, etiam ſi de rebus altiſsimis. Quartò quia magna res eſt & abſcondita nobis, quòd uel alicui uel nobis remittantur peccata: & talis res, qualem non poteſt facere nec nuntiare factam, niſi ſolus Deus, uel aliquis habens diuinam auctoritatem. Ideo igitur quia Saluator dicturus erat paralytico, Remittuntur tibi peccata tua. præmiſit dicens, Confide fili. Ne paralyticus haberet hoc dictum pro ridiculo, ne intra ſe murmuraret, ſicuti quidã

Galat. 5.
Arg. 3.
Matt. 9.
Luca 7.

E de ſcribis audientes uerbum Domini, de remiſſione peccatorum murmurauerunt, intra ſe dicentes, Hic blaſphemat. Itaque ne paralyticus diffideret aut dubitaret de uerbo inſolito, ſed ut crederet, ſicuti Dauid credidit Natan prophetæ dicenti, Deus trãſtulit à te peccatum tuum. præmiſit dicens, Confide fili, ne ſis uerbo huic incredulus, Remittuntur tibi peccata tua. Quintò et ſi ex hoc uerbo ſciamus, quid ab iſto paralytico Saluator exegit, non tamen ſcimus quæ in eo latentia cognouit, uidit, ſciuit: quia re uera, ipſe cognoſcebat omnia cordis ſecreta, & non niſi hoc requiſiuit, quaſi omnia alia requiſita adeſſent. Sextò quia Saluator noſter, uerus Deus & uerus homo, mediator Dei & hominum, quo ad remittendum peccata hominibus, habuit & habet poteſtatem tum auctoritatis, tũ excellentiæ: ob quam potuit ſacramenta contra peccatum inſtituere, effectum ſacramenti ſine ſacramento præſtare, atque remiſſionẽ peccatorum ſine ulla præuia aut concomitante diſpoſitione concedere. Iccirco à quodam facto ſuo particulari, nõ poteſt trahi argumẽtum ad legem eius communem, quam nobiſcum ſtatuit quoad remittẽda nobis peccata: nec ad nos ſacerdotes, qui quoad hoc, ſolam poteſtatem miniſterialem dictam habemus,

F qua nihil aliud poſſumus, niſi remittere remittenda, & retinere retinenda, ſeruatis ſeruandis. Ergo quoad peccata remittenda, non ad factum particulare, quod fortaſsis Deus aliquando fecit, ſed ad ſuam legem quam de hoc nobiſcum ſtatuit, debemus reſpicere. Lex autem Dei quoad homines non iuſtos iuſtificandos, ſeu quoad remiſſionem peccatorum hominibus concedendam, partim declarata eſt in præcedentibus, partim declaratur in ſequentibus capitibus libri præſentis; omninò autem, quantum poſsibile eſt declarari iuxta poſsibilitatem aut fragilitatem noſtram, oſtẽditur ſatis ſuo loco. *Part.2. Lib.1. quaſi per totum.*

RECENTIORES hi concionatores, concedunt iuſtificationem à peccatis & glorificationem noſtram à Deo, pertinere quidem ad hæreditatem & benedictionẽ gratis à Deo promiſſam Abrahæ: quod profectò eſt uerisſimum, & nos toto corde credimus, plenoq; ore confitemur. Ipſi ſtante hac ueritate, non habent pro inconuenienti quòd hæreditas & iuſtificatio à peccatis dentur nobis, per fidem aut confidentiam ſolam: Nos autem ſimili modo ſtante hac ueritate, non habemus pro inconuenienti quòd hæreditas & iuſtificatio à peccatis dentur nobis, per legem fidei, aut per iuſtitiam fidei, aut per charitatem, aut per pœnitentiam, aut per obedientiam erga Deum, ſaltem in uoto, ſaltem in propoſito.

G Habemus profectò multas rationes grauisſimas, ex quibus ſat ſit unam atque alteram tertiam'ue ad ſummum adducere potiores. Prima eſt, quia ſicut fides eſt donum Dei, & ideo quod per illud nobis datur, non infringit nec infirmat promiſſionem gratis factam: ſic hæc alia ſunt dona Dei, lex fidei, iuſtitia fidei, charitas, pœnitentia, obedientia: & ideo quod per iſta dona Dei nobis datur, non infringit promiſſionem gratis factam, nec illam infirmat. Secunda, quia ſicut hæc bona, lex fidei, iuſtitia fidei, charitas, pœnitentia, obedientia, pendent à nobis, quia nemo adultus habet legem fidei, iuſtitiam fidei, charitatem, pœnitentiam, obedientiam, niſi uelit. Sic profectò & non minus pendet à nobis adultis noſtra fides, & noſtra confidentia: quia in uniuerſum nemo poteſt credere aut confidere niſi uolens, ut probatum eſt, & conſtat per ſe. *Lib. præſenti. Cap.2.* Tertia eſt, quia ſicut habemus diuinas ſcripturas, quæ hoc uidentur tribuere fidei aut confidentiæ: ita profectò habemus diuinas ſcripturas clariores, quæ hoc clarius tribuunt legi fidei, iuſtitiæ fidei, charitati, pœnitentiæ, obedientiæ: quas diuinas ſcripturas iam adduximus, ad hanc noſtram ueritatem probandam. *Lib.præſ. Cap.1.2. & deinde.* Sic enim legimus pro his, Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non, ſed per legem fidei. *Rom.3.* Non enim per legem, promiſsio Abrahæ, aut ſemini eius ut hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei. *Rom.4.*

H Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. *1.Ioan.3.* Charitas operit multitudinem peccatorum. *1.Pet.4.* Qui diligit me, diligetur à Patre meo. *Ioan.14.* Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *Luca 7.* Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. *Matt.4.* Pœnitemini igitur & conuertimini, ut deleantur peccata ueſtra. *Act.3.* Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. *Luca 13.* Qui diſsimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *Sap.11.* Et quidem cum eſſet Filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam; & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. *Heb.5.* Ergo non habent hi concionatores ex hoc loco nec ex aliquo alio, quod uobis obtrudant, aut in quo contra nos obganniant noſq; laceſſant.

DICEBAT Pelagius olim, obtinere nos homines à Deo, remiſſionem peccatorum, ſanctificationem, iuſtificationem, glorificationem, per noſtra bona opera, per pœnitentiam, per charitatem, per fidem, per noſtram bonam uoluntatem: qua credere uolumus uocati & in fide edocti, diligere, pœnitere, operari. Oppoſuit autem ſe Auguſtinus,

A nus, Pelagio. Non quantum ad ipſas enuntiationes, quia utique ueræ erant: ſed quantum ad modum docendi, in quo eas ſic dicebat Pelagius. *Error Pelagij.* Modus enim Pelagii erat, quia ſic docens, dicebat, poſſe nos homines per noſtrum liberum arbitrium ex noſtris naturalibus, uelle credere, credere, ſperare, diligere, pœnitere, obedire, operariq́;, ſine adiutorio gratiæ Chriſti: ſuppoſita tamen lege, ſeu gratia legis, quæ oſtendit credenda, ſperanda, diligenda, pœnitenda, facienda, uitanda. Hic *Auguſt. contra Pelagium.* fuit error Pelagii in hac parte: contra quem & ad gratiam Chriſti eiusq́; extenſionem declarandam, atque commendandam, probauit Auguſtinus nihil horum poſſe noſtrum liberum arbitrium ſolũ ex ſuis naturalibus; poſſe tamen hæc omnia cum adiutorio gratiæ Chriſti, quæ præueniens nos, efficit ſuauiter ut cogitemus, uelimus, operemurq́; bonum, ut credamus, ut ſperemus, ut diligamus, ut pœnitentiam agamus, ut obediamus, ut bonum bene faciamus, ut malum bene declinemus, uitemus, aut uincamus. Poſſumus uidere de hac re, multa apud Auguſtinũ in multis locis: peculiariter in lib. expoſi. in epiſtolã ad Romanos: *Expoſ. 60 61. 62.* in ſuis retractationibus, ubi in eo ſe retractauit quòd aliquãdo minùs aduertens, putauit poſſe nos ex noſtris uiribus *Lib. 1. cap. 23. tom. 1.* B credere, audita prædicatione ſancti Euangelii, & in aliis ſeſe declarauit: in De prædeſtinatione ſanctorum, ubi omnia hæc refert: *Lib. 1. Cap. 3.* in De gratia & libero arbitrio, ubi ſimiliter explicat hæc bona, fidem, charitatem, conuerſionem noſtrã in Deum, & multa alia eſſe in nobis per liberum arbitrium, ſed gratia Chriſti præcedente, præparante, principaliterq́; agente. *Cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7 uſque ad 19. incluſiuè.* & in Hypognoſt. ex quo opere ſuo iã ſuperius multa eius dicta poſuimus. Sic autẽ declarando, id eſt, dando primum locũ gratiæ Chriſti in his omnibus, principalem, & maximum; Cõcedebat Auguſtinus, id quod & ipſe per diuinas ſcripturas probat etiam, hæc omnia eſſe in nobis per noſtrum liberũ arbitrium, nobis uolentibus, nobis conſentientibus, nobis coagentibus. An dum ſic docebat Auguſtinus, aliquid contra gratiam Chriſti dicebat, aut contra benedictionem in Chriſto promiſſam Abrahæ & ſemini eius? Abſit. Cur non? Quia cùm nos hæc bona nõ habeamus, niſi per gratiam Chriſti principaliter agentem, gratis & liberè; iam profectò hæc bona pertinent in nobis ad gratiam Chriſti, & ad benedictionem nobis gratis in ipſo promiſſam. Non eſt autem contra gratiam Chriſti, quod pertinet ad gratiam Chriſti: nec eſt contra benedictionem promiſſam, quod pertinet ad benedictionem promiſſam: nec eſt contra promiſſionem, quod pertinet ad promiſſionem. Quidem mirabilis illa pro- C miſsio, mirabilis illa benedictio promiſſa, mirabilis & Chriſti gratia, utiq; cuncta hæc bona continent, & ad omnia hæc bona ſe ſe extendunt: noſtram uocationem, præparationem, noſtrum adiutorium ad bonum, noſtrũ bonum cogitare, bonum uelle, bonum operari, noſtrum credere, noſtrum ſperare, noſtrum diligere, noſtrum pœnitere, noſtrum obedire, noſtrum conuerti; noſtram bonam cogitationem, noſtrum bonum uelle, fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, obedientiã, conuerſionem, remiſſionem peccatorũ, ſanctificationem, iuſtificationem, glorificationem. Qui non ita intelligit gratiam Chriſti, aut promiſſionem Abrahæ, aut benedictionẽ promiſſam, utique non rectè intelligit: Qui uerò ita intelligit ut eſt declaratum, & eſt intelligendum, profectò rectè intelligit. Qui autem ſic rectè intelligit, iam uidet quòd dũ dicimus remiſſionem, peccatorum, iuſtificationem, aut glorificationem præſtari nobis à Deo per noſtram fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, conuerſionem, obedientiam, nihil aliud dicimus uiſi, quòd Deus Optimus Maximus præſtat nobis quoſdã effectus gratiæ Chriſti, promiſſionis Abrahæ, aut benedi- D ctionis promiſſæ, per alios effectus eiuſdem gratiæ, eiuſdem promiſſionis, eiuſdem benedictionis. Hæc eſt rei ueritas & fides Chriſtiana catholica, contra quam nuſquam & nunquam præualebunt portæ inferi. Longè ſint à perſonis & regionibus Chriſtianis, qui alio modo ſentiunt, aut docent: Vel conuertãtur, quod magis optamus, eoque nomine Deum corde ex ipſo oramus, uel anathema ſint: uel *Part. præſenti.* certè abſcindantur, ne nos conturbent. De extenſione gratiæ Chriſti, dictum eſt ſatis: de *Lib. 1. per totum.* extenſione autem promiſſionis Abrahæ, ſeu benedictionis omnium gẽtium promiſſæ, in- *Part. 2.* ferius dicuntur multa. Dixit dominus Deus *Lib. 1. per multa.* Abrahæ, Patrem multarum gẽtium poſui te. *Gen. 17.* quod uerbum diuinum refert Apoſtolus ad *Rom. 4.* Romanos. In hoc uerbo Dei nouit Auguſtinus in De prædeſtinatione ſanctorum, Deũ *Auguſt. Li. 1. c. 10. tom. 7.* promiſiſſe Abrahæ filios ex gẽtibus, qui fidei eius ueſtigia ſectarentur, cultum Dei & bona opera, ſicuti ipſe Abraham. Ex quo uerbo ita deducit Auguſtinus in eodem loco, *Ibidem.* Promiſit autem filios Abrahæ, quòd eſſe non poſſunt, ſi nõ habeant fidem. Ergo ipſe donat & fidẽ. Sic & nos dicimus, Promiſit autem Deus filios Abrahæ cultores Dei & obediẽtes Deo, ſanctos & iuſtos & conuerſos ad Deum, quia aliàs non erat gloria Abrahæ habere filios rebelles Deo, idololatras, inobediẽtes: ſed illud illi eſſe non poterant, ſi non haberent fidem, obedientiam Deo, cultum Dei, & conuerſio-

nem

E nem ad Deum: Ergo ipſe Deus donat & fidē, obedientiam, cultum, conuerſionem huiuſmodi: ipſe donat hæc, & ad eius promiſſionē pertinent hæc omnia. Quare ergo dixit Apoſtolus, Ideo ex fide, ut ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini, nō ei qui ex lege eſt ſolùm. quaſi non explicans aliud requiſitum, præter fidem? Quia per fidem in eo loco non intelligebat ſolam fidem, ſed quidem intelligebat iuſtitiam fidei: ſicut ſtatim paulò ante dixerat, Non enim per legem, promiſſio Abrahæ, aut ſemini eius ut hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei. Id eſt, intelligebat Apoſtolus fidem talem, qualem Abraham habebat, & in qua filii ſibi promiſſi eum imitarentur; fidem quæ per charitatem operatur, ut declarat ad Galatas: fidem Dei cultricem, Deoq; obedientem; nō ad modum fidei Moſis, quæ tenebatur ad omnia præcepta moralia & ſuper hæc ad omnia legalia, ceremonialia, atq; iudicialia: ſed ad modum fidei Abrahæ quæ (eo tēpore quo Deus promiſit Abrahæ, quòd futurus erat pater multarum gentium) ad nullum prorſus legis Moſis tenebatur præceptū aliud, niſi ad ſola præcepta moralia quæ erant legis naturalis: Intelligebat ergo Apoſtolus fidem, id eſt, iuſtitiam fidei, *Rom. 4.* ut ibi declarat: & intelligebat fidem, id eſt, F legem fidei per quam excluditur gloriatio Iudæorum, ut paulò ante declarauerat. Hoc eſt, *Rom. 3.* intelligebat fidem; & quæ ſequuntur fidem gratiamque Chriſtianam: de quibus declarat ſanctum Dei Euangelium, quòd ad iuſtificationem noſtram à peccatis & ad noſtram glorificationem requiruntur.

OMNES concedimus remiſsionem peccatorum & iuſtificationem noſtram à peccatis pertinere ad gratiam Saluatoris noſtri, ad benedictionem omniū gentium promiſſam Abrahæ in ſemine ſuo, quod eſt Chriſtus, & ad alias promiſsiones diuinas ſimiles Abrahæ factas, quòd hæres eſſet mundi futurusq; pater multarum gentium, & cætera. Hactenus conuenimus omnes, & nulla eſt differentia. Modo dicunt hi recentes concionatores, huiuſcemodi gratiam remiſsionis peccatorum, communicari per fidem Saluatoris, & nos etiam hoc concedimus. Addunt ipſi quòd cōmunicatur nobis per ſolam fidem. Hoc nos negamus, Quandoquidem non per fidem ſolam, ſed per fidem, dilectionem Dei, pœnitentiam, & obedientiam erga Deum. In hoc ſtat noſtra differentia. Dicunt hi contra nos, quòd ſi ex noſtris his affectionibus aut per illas communicatur nobis hæc gratia, iam non eſt gratia, iam non datur ex promiſsione. Reſpondemus nos negando hanc conſequentiam, Quia immo gratia eſt, ad promiſsionem & promiſſam benedictionem pertinet, G & nobis gratis datur: ad quam promiſsionē & promiſſam benedictionem pertinent etiā hæ affectiones in nobis, & gratis Deus facit in nobis per Chriſtum, ut nos in nobis iſtas affectiones formemus, illaſq; habeamus, uocando, præueniendo, excitando, præparando, illuminando, iuuando, faciendo, gratis ut nos uelimus, credamus, ſperemus, diligamus, pœnitentiam agamus, obediamus, ſicuti ſæpè dictum eſt. Hanc reſponſionem tenentur hi accipere à nobis, tum propter multa alia, tum quia hanc & non aliam poſſunt ipſi nobis dare, dum contra id quod concedunt, formauerimus argumentum. Concedunt ipſi hanc gratiam remiſsionis peccatorum ac iuſtificationis à peccatis, cōmunicari nobis per fidē qua credimus aut confidimus, & non aliàs. credentibus aut confidentibus, & non aliis. Contra hoc ſic formatur argumentum. Hæc fides aut confidentia, eſt affectio quædam hominis credentis aut cōfidētis, quam nemo habet niſi uolens, niſi ſua uoluntate uelit credere aut confidere, ut conſtat. Ergo hæc gratia ſeu eius communicatio nobis facta, pendet ab hac affectione, & à uoluntate propria qua quis uult credere aut confidere, & per hæc communicatur homini, & non alio modo. Ergo iam non eſt gratia, iam non datur ex promiſsione. Quid ad H hæc? quid hic ipſi nobis reſpondebunt? Nunquid negabunt, hanc gratiam, eſſe gratiam, quia ſic pendet à noſtra affectione, & à noſtra uoluntate? nunquid negabunt eam ad benedictionem promiſſam pertinere? nunquid negabunt eam ex promiſsione, & gratis nobis dari? Abſit. Quid ergo hic dicere aut poſſunt, aut debent? Hanc gratiam quidem nihilominus gratiam eſſe, ad benedictionem promiſſam pertinere, ex promiſsione & gratis dari: nec eſſe inconueniens nec obſtare quòd ab hac noſtra affectione & ab hac noſtra uoluntate pendeat quodammodo minus principaliter, & per hæc nobis communicetur: quia & hæc affectio qua credimus aut confidimus, bonaq; uoluntas noſtra, qua uolumus credere aut confidere, ad eandem benedictionem promiſſam pertinent, gratia quædam ſunt, ex promiſsione & gratis nobis donantur à Deo per Chriſti gratiam præuenientem, excitantem, præparantem, iuuantem. Optima eſt reſponſio. Sed & nos quoque eodem modo optimè reſpondemus de illis affectionibus, quas nouimus requiſitas. Omnis enim ſunt effectus gratiæ redemptionis in nobis, ut iam ſatis conſtat ex dictis, quibus ſatis oſtendimus extenſionem gratiæ Chriſti, ſiue gratiam redēptionis per Chri-

A Chriſtum. Vnde ex hac noſtra doctrina ca-
tholica, qua declaramus quæ media eſſe de-
bent inter Deum uocantem, & Deum iuſti-
ficantem, nihil aliud habetur, niſi quod una
gratia datur nobis pro aliis gratiis, unus effe-
ctus gratiæ redemptionis pro aliis effectibus
eiuſdem gratiæ: ideſt, ille effectus qui eſt iu-
ſtificatio à peccatis, & remiſsio peccatorum
pro aliis effectibus qui ſunt, fides, charitas,
obedientia, & ſimilia. Reperitur enim hic
gratia iuſtificationis, pro gratia præparatio-
nis, ſiue gratia iuſtificans, pro gratia præue-
niente aut præparante: quemadmodum ali-
bi reperitur gratia glorificationis, pro gra-
tia iuſtificationis, ſeu gratia glorificans pro
gratia iuſtificante. Eſt nanque ordo in com-
municandis nobis effectibus gratiæ redem-
ptionis, ut iam ſatis monſtratum eſt.

Apud nonnullos doctores ſanctos repe-
ritur hoc uerbum, ut impius ueniens ad Chri
ſtum etiam ſola fide iuſtificetur: ut eſt apud
Ambroſ. Ambroſiũ in ſuis commentariis circa illud,
Rom. 4. Ei uerò qui non operatur, credenti autem in
eum qui iuſtificat impium, reputatur fides
eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gra-
tiæ Dei. Sicut & Dauid dicit beatitudinẽ ho-
minis, cui Deus accepto ſert iuſtitiã ſine ope
Pſal. 31. ribus. Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates.
& quorum tecta ſunt peccata, & cætera. Ve-
rùm nunquam fuit mens doctorum ſancto-
rum, Ambroſii, uel alicuius aliorũ, per illud
uerbum, Sola. excludere opera ſequentia ho-
B minem iuſtificatum: ſed ea tantùm quæ præ-
cedunt iuſtificandum. Id eſt, opera pœniten-
tiæ, ut ibidem declarat Ambroſius. uel aliqua
alia externa. Vt ſola fide, id eſt, ſine labore &
aliqua obſeruatione legis ſcriptæ uel natura-
lis præcedente, nulla ab his requiſita pœniten
tiæ opera, niſi tantum ut credant, iuſtificẽtur
impii. Neque fuit unquam mens doctorum
illorum per illud uerbum, Sola. excludere di-
lectionem Dei, pœnitentiam interiorẽ quæ
eſt odium peccati, aut obediẽtiam erga Deũ.
Vt enim conſtat ex dictis manifeſtis diuinarũ
ſcripturarum, inter Deum uocantem & Deũ
iuſtificantem, debet medium ſe præbere ho-
mo credens, Deum diligens, peccata fugiens,
Deo in corde obediens. Et in hanc ueritatem
tum catholicam, tum manifeſtam, conuene-
runt ſemper omnes ſancti doctores, nullo ex
cepto: manifeſtaturq́ue hæc eorum ſententia
Part. 2. ex uerbis ipſorum, ubi de illis quæ Deus re-
Lib. 1. quirit in homine nõ iuſto iuſtificando, eſt ſer-
mo. Porrò etiam quòd homines iã iuſti quo-
Lib. præ- dam modo iuſtificantur per bona opera bo-
ſents. narum uirtutum, quòd neceſſaria eſt homi-
& cap. 17 nibus iuſtitia operum ſaltem inchoata, ad in-
& infra. greſſum regni, & quòd neceſſaria ſunt bona
opera in hominibus iam iuſtis ut in iuſtitia C
conſeruentur, oſtenditur aliàs ex diuinis ſcri- *Part. 2.*
pturis & omnium doctorum ſanctorum con *Lib. 2.*
formi doctrina. Ita igitur intelligunt illi do- *per mul.*
ctores ſancti, dum dicunt, peccatores uenien
tes ad Chriſtum, iuſtificari ſola fide: ut illud
uerbum, Sola. excludat legem factorũ & ope
ra illius, etiam bona opera quæcunque præce
dentia: ac ſi nihil boni antea operati eſſent,
ſed quantũuis mali feciſſent. Non autem ut
excludat legem fidei. Lex enim fidei iuſtificat,
ut dicit Apoſtolus ad Romanos. Vt ſit ſenſus *Rom. 3.*
illorum doctorum, Sola fide iuſtificatur pec-
cator ueniens ad Chriſtum. id eſt, ſola lege fi-
dei: non lege factorum, nec lege naturali: ſed
lege fidei, de qua infra oſtẽditur, quæ ſit, quæ *Lib. ſeq.*
contineat, cur ita appelletur. Sola igitur fides *Cap. 17.*
iuſtificat. id eſt, Sola lex fidei, Solum Euange-
lium ſalutis iuſtificat uenientes ad Chriſtum
Saluatorem noſtrum: non alia lex, non alia
opera quæ ante præceſſerint. Euangelium au
tem iuſtificat receptum totum & non aliàs,
recipitur uerò per fidem & obedientiam: er-
go neceſſaria eſt obedientia, ſicut neceſſaria
eſt fides, ut Euangelium recipiamus, ut per
Euangelium iuſtificemur. Hæc ſatis monſtra *Lib. præſ.*
ta ſunt, ideo modo de his ſatis. Idem diuus *Cap. 3.*
Ambroſius ſignificans atque profitens obe- *Ambroſ.*
dientiam nobis eſſe neceſſariam erga Deum, *pro obe-*
circa illud, Neſcitis quia cui exhibetis uos ſer *dientia*
uos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obedi *Dei.*
tis? &c. dicit, Nunc ne aliud profitẽtes, aliud *Rom. 6.*
faciamus, & cùm Dei ſerui dicimur, geſtis ſer D
ui diaboli inueniamur, præmonet & denũtiat
eius nos ſeruos eſſe, cuius & uoluntatem ex-
plemus operibus: & nõ parum obeſſe Deum
confiteri dominum, & actibus diabolo ſamu
lari. Nam hoc olim Deus denotat & accuſat, *Eſaiæ 19.*
dicens, Plebs hæc labiis me honorat, cor au-
tem eorum longè eſt à me. Et dominus ait in
Euangelio, Nemo poteſt duobus dominis *Lucæ 16.*
ſeruire. Et in lege dictum eſt, Deus non deri-
detur. Eius enim dicimur ſerui, cui obedi-
mus. Et quia iuſtum eſt obedire Chriſto, ipſe
enim iuſtitia eſt, & quæ præcepit, iuſta ſunt:
idcirco dicit, ſeruos nos factos iuſtitiæ ex cor
de, non ex lege, ut profeſſio noſtra, animi iu-
dicio promatur. Per naturam enim inducti
ſumus ad fidem, non per legem, in qua forma
doctrinæ Dei imperio facti ſumus, qui finxit
naturam. In natura enim habemus ut cogno
ſcamus à quo, & per quem, & in quo ſumus
creati. Forma ergo doctrinæ eſt, in quam tra
didit nos creator naturaliter. hoc eſt quod ſu
pra dixit, Ipſi ſibi ſunt lex, dum uident natu
ræ ſuæ eſſe quòd credunt; ut quod Iudæis lex
& prophetæ prædicarunt de Chriſto, hoc gen
tiles ex corde confiteãtur. Hinc gratias refert
domi-

E domino, quia cum eſſemus ſerui peccati, obe
diuimus ex corde credentes in Chriſtum, ut
ſeruiremus Deo, non per legem Moſis, ſed
per legem naturæ. Hæc ille. Et circa illud, Hu
manum dico propter infirmitatem carnis ue
ſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra ueſtra
ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquita-
tatem, ita nũc exhibete membra ueſtra ſerui-
re iuſtitiæ in ſanctificationem. dicit iterum,
Vt occaſionem nobis auferret timoris acce-
dendi ad fidem, quæ quaſi importabilis nobis
& aſpera uideretur, ea menſura nos Deo ſer-
uire præcepit, qua prius famulabamur diabo
lo: Cum utiq; propenſius deberemus ſeruire
Deo quàm diabolo: quippe cum hic ſalus, il-
lhic damnatio operetur. Medicus tamẽ ſpiri
talis non plus à nobis exigit, ne dum præce-
pta quaſi grauia fugeremus, perpendentes in
firmitatem noſtram, maneremns in morte.
Vnde dominus, Tollite, inquit, iugum meũ
ſuper uos, quia ſuaue eſt, & onus meum leue.
Hæc ille. Itaq; docet manifeſtè quòd ut efficia
mur ſerui Dei, non ſat ſit credere tantùm, ſed
oporteat Deo ex corde obedire: ut ſic obe-
diendo migremus è ſeruitute diaboli, & ſer-
ui Dei euadamus, quos ſeruos Dei ſolos iu-
Eſaiæ 53. ſtificat Chriſtus, ut declarat Eſaias. Deinde
ſimul docet, quòd poſtquã per fidem ac obe-
dientiam cordis, ſerui Dei effecti fuerimus &
F per hæc remiſſionem peccatorum ac iuſtifica
tionem aſſecuti fuerimus, debemus item ſer-
uire iuſtitiæ in opere, & exercitio, ut peccatũ
fugiamus, utq; ſanctitatem acquiramus ma-
iorem. Hæc eſt doctrina Ambroſii, & hæc eſt
doctrina omnium ſanctorum doctorum iux-
ta diuinas ſcripturas: nullusq; ſanctus doctor
eſt, qui non ita doceat. Eodem pertinent il-
Ambr. la auctoris Ambroſii, iuxta illud, Conſumma
iterum. tus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi
Hebr. 5. cauſa ſalutis æternæ. Oſtendit, inquit, quan-
tum lucrum ſit eius paſſio, quæ omnibus cre-
dentibus ſufficit ad ſalutem ſempiternam. Igi
tur ſi obedientia Filii, cauſa eſt ſalutis huma
næ, quanta nobis neceſſitas eſt obedire Deo,
ut digni inueniamur eius ſalutis, quam no-
bis per filium proprium donauit? Ecce ne-
ceſſaria eſt nobis obediẽtia Dei qua Deo obe
Rom. 4. diamus, ad ſalutem. Traditus eſt filius Dei
propter delicta noſtra, & reſurrexit propter
iuſtificationem noſtram. Operatus eſt ſalutẽ
in medio terræ, obtulit eandem ſalutem no-
2. Cor. 5. bis per Apoſtolos ſuos quos legatos ſuos mi
ſit per orbem, ponens in illis uerbum recon-
ciliationis per Chriſtum: exigit autem ut nos
Deo reconciliemur credentes & obedientes,
per fidem & obedientiam. Fuit offenſa per
inobedientiam, non fit reconciliatio niſi in-
terueniat obedientia.

QVI ponunt iuſtificationem pacis in ſo- G
la fide, utique dicunt, pax, pax, & non eſt
pax. Nato domino, Angeli pacis annuntia-
uerunt pacem, quam facturus erat dominus
interficiens inimicitias in ſemetipſo. Pacem
autem annuntiauerunt Angeli hominibus nõ
ſolùm credentibus, ſed utique bonæ uolun-
tatis. Dixerunt enim, Gloria in altiſsimis *Lucæ 2.*
Deo, & in terra pax hominibus bonæ uolun
tatis. Non eſt autem bona uoluntas in homi
nibus quouſque ipſa quæ fuit à Deo auerſa &
ad peccatum conuerſa, ſit à peccato auerſa &
ad Deum conuerſa: quouſque illa quæ erat
ſerua peccati, fiat ſerua Dei. Alioquin quo-
modo fiet bona permanens in offenſa Dei,
in peccato, in malitia, in malo? Debet igi-
tur fieri Dei ſerua, quod utique non fit niſi
per obedientiam. Serui eſtis cui obeditis. *Rom. 6.*
Fiat ergo Dei ſerua, & erit uoluntas bona.
Fiat autem Deo obediens, & erit Dei ſerua.
Obediens uerò erit non niſi per obedientiã;
ſicut non eſt album niſi per albedinem; ne-
que calidum, niſi per calorem.

*Adhuc præcedentia pertractantur, & declaran
tur quædam uerba Apoſtoli, magni momenti: oſten-
diturq; quo pacto Apoſtolus ſecludat abſtrahatq; o-
pera legis, a iuſtificatione Chriſtiana, & quo pacto
minimè ſecludat. Præcipuè uerò oſtenditur, iuſtitiã* H
*Abrahæ qua iuſtus erat apud Deum, & promiſſio-
nem diuinam Abrahæ factam, nec à lege Moſis nec
ab eius obſeruantia pendere potuiſſe: promiſſionẽq;
illam non ſub conditione, ſed abſolutã fuiſſe, tametſi
promiſſio legis Moſis, conditione non caruerit: Oſten
ditur præterea quomodo conſequamur promiſſionem
Abrahæ, ſeu benedictionem nobis in ſemine eius pro
miſſam.* CAP. XII.

DVo hæc igitur probauit A-
poſtolus ad Romanos & ad
Galatas; Alterum quòd iu
ſtitia Abrahæ qua iuſtus fu-
it iuſtusq; prædicatur fuiſſe
apud Deum, non pende-
bat à lege Moſis, nec ab e-
ius obſeruantia: Alterum quòd promiſsio
Abrahæ facta à Deo de eo quòd hæres eſſet
mundi, & de eo quòd futurus erat pater mul
tarum gentium, & de eo quòd filium ſuſce-
pturus erat ex Sarra, & quòd in ſemine eiùs eſ
ſent benedicendæ omnes gentes, non pende-
bat à lege Moſis, nec conditionalis fuit, ſed
abſoluta: nec promiſsio Abrahæ talem habe
bat conditionem, ut in ſemine Abrahæ bene
dicerentur omnes gentes, Si tamen ſeruarent
Moſis legem, nec Deus dans legem filiis Iſ-
rael, promiſit ſeſe ſeruaturum aut completu
rum eis promiſsionem factam Abrahæ de be
nedi-

A nedictione omnium gentium in ſemine ſuo, ſi tamen illi aut gentes benedicendæ obſeruarent legem Moſis. Primum horum probat Apoſtolus, tum ex uerbis, quia ſcriptum eſt, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiã: tum ex tempore, quia multo tempore ante iuſtus fuit Abrahã, quã Moſi data eſſet lex, tum quia Abrahæ reputata eſt fides eius ad iuſtitiam, non in circunciſione, ſed in præputio, Vt ſit pater omniũ credentium per præputium, ut reputetur & illis ad iuſtitiam; & ſit pater circunciſionis, non iis tantùm qui ſunt ex circunciſione, ſed iis qui ſectantur ueſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. Secundum probat, quia, ut inquit, Non enim per legem, promiſsio Abrahæ, aut ſemini eius ut hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei; Ideſt, Quia ipſa promiſsio non continet conditionem legis obſeruandæ, nec facta fuit ratione alicuius operis legalis legis Moſis, quod Abraham fecerit, feciſſet tunc, aut poſtea facturus fuiſſet: ſed ex Dei gratia, miſericordia, clementia, bonitate, & benignitate. Deinde ſecundò probat hoc ſecundum, dicens, Si enim qui ex lege, hæredes ſunt: exinanita eſt fides, abolita eſt promiſsio. Hoc eſt, Si qui ex lege ſunt, hæredes ſunt promiſsionis Abrahæ, ſeu benedictionis Abrahæ promiſſæ; exinanita eſt fides, extincta; & ad nihilum redacta, quia ſola lex con B ſtitueret hæredem benedictionis: atque abolita eſt promiſsio, quia obſeruantia legis ſeu lex & opera legis, darẽt benedictionem, non ipſa antiqua promiſsio; nec gratia promiſsionis, ſed obſequium legis. Dicit, Si enim qui ex lege, hæredes ſunt, ad quid fides, quæ olim reputata eſt Abrahæ ad iuſtitiam? quid de promiſsione factã Abrahæ? Quaſi dicat, iam non proſunt, iam receſſerunt ab uſu, iam nihil ualent, iam uigore eorum nihil fit; ſi lex conſtituit hæredes, & ſoli qui legem obſeruant, accipiunt benedictionem Abrahæ & ſemini eius, totiq; mundo promiſſam. Non eſt autem dicendum quòd fides exinanita ſit, nec promiſsio abolita: ergo nec dicendum eſt, quòd qui ex lege ſunt, hæredes ſunt, nec quòd lex hæredem conſtituat. Tertiò, quia ſi lex conſtituit hæredes promiſsionis Abrahæ, benedictionis, hæreditatis, & regni: imminuta profectò eſſet gloria Abrahæ, honor, & exiſtimatio, quam habet ex eo quòd poſitus eſt pater multarum Gentium. Quandoquidem, ſi lex conſtituit hæredes & omnes ac ſoli hæredes ſunt Abrahæ in ſuis promiſsionibus, iam Abraham non eſſet pater multarum gentium ſed tantùm Iudæorum & eorum qui ad legis obſeruantiam ueniſſent; quia ii omnes conſtituerent unum populum

Gen.15. *Rom.4.* *Galat.3.* *Rom.4.* *Rom.4.* *Gen.17.*

& unam gentem, circunciſionem tantùm & non præputium. Sic autem imminuta eſſet gloria Abrahæ. Quartò probat, quia lex operatur iram. Quod autem iram operatur, nõ poteſt conſtituere hæredem benedictionis, amicitiæ, & pacis. Operatur autem lex iram, ut ipſe Apoſtolus explicat, ſiue per occaſionem, ſiue quia omnes concludit ſub peccato ob eius grauitatem: cum eius ſubditi non poſſent illam portare, tanquam onus graue & importabile, & illa deteſtetur obſeruatores ſuos qui non ſecerint omnia quæ ipſa præcipit: ſiue quia lex, quantum eſt de ſe, nihil aliud facit niſi quod decet & præcipit, & homines magis nitimur in uetitum ſemper, cupimuſque negata: ſiue quia poſita lege, iam nemo poteſt allegare ignorantiam, quæ ipſum excuſet. Quia ergo lex operatur iram, licet lex ſit ſancta, & mandatum ſanctum, iuſtum & bonum: conſtat, non poſſe ſolam legem cõſtituere hæredes benedictionis. Quintò, quia ſi promiſsio diuina facta Abrahæ de hæreditate mundi & benedictione omnium, penderet à lege, & à legis obſeruantia, non eſſet firma: utpote quòd lex, omnes ſuas promiſsiones habet ſub conditione, & dependẽtes à bonis hominum operibus, & bona eorum uita: nec lex obligabat niſi filios Iſrael, nec bona promittebat niſi ſuis obſeruatoribus: Cum autem promiſsio ſit firma, & facta etiam omni ſemini: non debet pendere ab operibus incertis hominum, nec à lege unius gentis Iſraelitarum: ſed firma eſt per gratiam Dei, & ex fide ſeu, quod idẽ eſt, ex lege fidei, non ex lege factorum: ut etiam hoc modo comprehendat eos qui ſunt ex circunciſione, atque eos qui ſunt ex præputio. Sextò, quia lex poſt quadringentos & triginta annos facta, non debet euacuare promiſsionẽ Abrahæ: euacuaret autem ſi quod Deus antea ex gratia promiſit Abrahæ, & ſemini eius, & omnibus gentibus; poſtea promitteret aut daret hominibus non niſi ex operibus legis. Quis enim homo fidelis, illud quod dudum amico ſuo gratis dedit, poſtea facere poteſt mercedem futuri miniſterii? quanto magis nec Deus ita fecit, nec Deum ita facere decuit? Hoc nanque eſſet exinanire fidem, abolere promiſsionem, ſi poſt tot annos, patribus defunctis, Deus promitteret filiis ex legis obſeruantia, quod patribus promiſerat ex gratia. Ergo promiſsio facta olim Abrahæ, ſemini eius, & omnibus gentibus, hæreditatis & benedictionis, non pendet ex lege poſtea data Moſi pro filiis Iſrael, nec ab ipſius legis obſeruãtia: pendet autem à Deo, ab eius gratia, ab eius ordinatione, ab eius obedientia, ſicut ipſe diſpoſuit, à lege fidei,

C D

o non

E non à lege factorum. Omnes has rationes ſex poſuit Apoſtolus in uerbis manifeſtis, dicit enim, Non enim per legem, promiſsio Abrahæ, ut hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiā fidei. Si enim qui ex lege, hæredes ſunt: exinanita eſt fides, abolita eſt promiſsio. Lex enim iram operatur, Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. Ideo ex fide, ut ſecundum gratiam firma ſit promiſsio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolùm, ſed et ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrum, ſicut ſcriptum eſt, Quia patrem multarum gentium poſui te ante Deum, cui credidiſti, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones, & ſemini eius. Nõ dicit, Et ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno. Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtamentum confirmatum à Deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad euacuandam promiſsionem. Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſsione. Abrahæ autē per repromiſsionem donauit Deus. Hæc Apoſtolus. Qui propter aſsignatas rationes, declarat ſatis, promiſsionem olim factam Abrahæ & ſemini eius & omnibus gentibus de benedictione in Chriſto, & de hæreditate mundi, non pendere à lege Moſis, nec pertinere ad ſolam circuncisionem, ſed etiam ad præputium: nec ad ſolos eos qui ſunt ex Abraham ſecundum carnem, ſed etiam ad eos

Rom. 4. *Gen. 17.* *Galat. 3.*

F qui ſunt ex Abraham ſecundum ſpiritum, ſecundum promiſsionem, ſpem, fidemq; pro miſsionis. Ad iſtosq; uel ſolùm, uel maximè. Vt profectò ad conſequendam hæreditatē ac benedictionem Abrahæ promiſſam & ſemini eius, nihil profit alicui quòd ſit de ſemine Abrahæ ſecundum eius carnem, niſi ſit ipſe de ſemine Abrahæ ſecundum fidem: profit autem multum ſi ſit de ſemine Abrahæ ſecundum fidem, etiam ſi non ſit de ſemine Abrahæ ſecundum carnem: ſi quis ſit ſucceſſor eius fidei, etiam ſi non ſit ſucceſſor eius carnis. Vt potius dicatur Abraham pater multarum gentium ſecundum fidem, quàm ſecundum carnem: & magis hoc pertineat ad gloriam Abrahæ, atque eius honorem. Nec ſubticuit, ſed ſatis manifeſtè dixit Apoſtolus, quomodo conſequimur aut conſequi poſſumus promiſsionem diuinam factam Abrahæ ex gratia: quia uidelicet non per legem factorum datam Moſi, ſed per legem fidei quā ſeruauit Abraham, Deo credens, Deoque obediens: per fidem, patientiam, & obedientiam erga Deum. Verba eius ſunt, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionē quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus pro

Rom. 3.

G pitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non, ſed per legem fidei. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Cupimus autem unumquemq; ueſtrū eandem oſtentare ſolicitudinem, ad expletionem ſpei uſque in finem, ut non ſegnes efficiamini, uerùm imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promiſsiones Abrahæ. Patientia enim uobis neceſſaria eſt, ut uoluntatem Dei facientes, reportetis promiſsionē. Ecce dicit quòd per fidem, per legē fidei, per patientiam, & per obedientiam erga Deum, reportamus promiſsionē Abrahæ factam, in Saluatore noſtro. Sicut idem Apoſtolus iterum dicit, Et quidem cum eſſet filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam, & cõ ſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Vt dum Apoſtolus dicit, nos conſequi promiſsionem, aut iuſtitiam, aut hæreditatem, aut benedictionem promiſſam per fidem, intelligamus ſine dubio fidem quæ operatur per charitatē, quemadmodum alibi dicit, Nam in Chriſto Ieſu, neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Et alibi, Circuncisio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei.

Rom. 5. *Hebr. 6.* *Heb. 10.* *Heb. 5.* *Galat. 5.* *1. Cor. 7.*

H Promiſsio igitur Abrahæ facta, quòd hæres eſſet mundi, & de benedictione omnium gentium in ſemine eius, non pendet ex lege Moſis, ſed ex gratia Dei: non ex lege factorū, ſed ex lege fidei; non ex præputio aut ex circuncisione, ſed ex fide quæ per charitatē operatur, ex patientia, & obſeruatione mandatorum Dei, & ex obedientia erga Deum, id eſt, non conſequimur ipſam promiſsionem niſi per fidem, per legē fidei, per gratiā, per patientiam, per obedientiā. Cæterū qui uidere uoluerit quòd promiſsio Abrahæ de hæreditate aut benedictione capienda, non pendet ex lege Moſis, aduertat primùm quòd promiſsio facta Abrahæ de huiuſmodi rebus, hæreditate & promiſsione, non fuit conditionalis, ſed abſoluta: & aduertat ſecundò quòd promiſsiones legis, non erant expreſsè de eo de quo erat promiſsio Abrahæ, ſed de rebus aliis, & utique conditionales, non abſolutæ: quodq; non decebat Deum idem promittere poſtea filiis ex ſeruitio, quod antea promiſerat Abrahæ & ſemini eius ex gratia. Tunc quiuis uidebit differentiam, & intelliget Apoſtolum Paulum. Bene ſatis locutus eſt Rupertus Abbas, oſtendendo, promiſsiones legis cum conditione, promiſsionem autem Abrahæ & Dauidi abſque conditione, factas fuiſſe: & quid ſit quod Apoſtolus ait, Si enim, qui ex lege

Rupertus Abbas.

A lege, hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt repromiſsio. Ipſe enim doctor in ſuo opere De uictoria uerbi Dei, de re huiuſmodi agens, ita inquit. Ad hunc ſenſum pertinet illud Apoſtoli ad Romanos, Non enim per legem promiſsio Abrahæ aut ſemini eius, ut hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei. Si enim ii qui ad legem pertinent, hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſsio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. Ideo ex fide, ut ſecundum gratiam firma ſit promiſsio omni ſemini Abrahæ, non ei qui ex lege eſt ſolùm, ſed ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui eſt pater omnium noſtrum, ſicut ſcriptum eſt, Quia patrem multarum gentium poſui te ante Deum, cui credidiſti. Cum hæc dicit, re uera Deum iuſtificat in ſermonibus eius, ut apud illos quibus legẽ dedit, uel qui ex lege ſunt, non quaſi debitor teneatur, uincatq; cum iudicatur. Apud illos autem qui ex fide ſunt Abrahæ, debitor fuiſſe non negetur. Lex nanque tota conditionalis eſt, & ſub conditione dari cœpit in monte Synai, menſe tertio egreſsionis filiorum Iſrael de terra Aegyptii, præmiſſo namq; hoc, Vos ipſi uidiſtis quæ fecerim Aegyptiis, quomodo portauerim uos ſuper alas aquilarum. Statim mandata & legem daturus ſic incipit, Si ergo audieritis uocem meam, & cuB ſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea eſt enim omnis terra, & uos eritis mihi regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Sub hoc tenore conditionis, tota lex procedit. Si, inquit, poſtquam audieritis hæc iudicia, & cuſtodieritis ea, & feceritis, cuſtodiet & dominus Deus tuus pactum tibi, & miſericordiam quam iurauit patribus tuis &c. Cum ergo tanta multitudo eorum qui ex lege ſunt, uel eſſe uolunt, excluditur, ut nõ ſint in peculium domino iuxta præſcriptam ſponſionem eius, nunquid propter hoc in iudicium uocandus eſt Deus? Iudicetur quidem, quoniam & ipſe præſtò eſt, dicẽs in Eſaia, Quis eſt qui iudicetur mecum? Veniat, iudicetur inquam, ſed ſtatim uincit, quia uidelicet illi non cuſtodierunt quod in conditione poſitum fuit, id eſt, non audierunt uocem eius, non cuſtodierunt pactum eius, imo omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Atque hoc modo lex iram operatur, dum in iudicio recitat illud, quod in cõditione poſuit Deus: proinde melius quòd abſque conditione facta promiſsio, & cum iuramento firmata eſt repromiſsio. Nõ enim dixit Deus ad Abraham, Si hoc uel illud feceris, ſi ſic uel ſic ambulaueris, ſi hæc uel illa mãdata mea cuſtodieris, in ſemine tuo benedicentur omnes gentes: ſed abſque ulla (ut iam C dictum eſt) conditione, & omnino futurorum obſeruationes ſilẽtio inuoluens, Per memetipſum, inquit, iuraui, quia feciſti rẽ hanc, & non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi, & benedicentur in ſemine tuo omnes gẽtes terræ, quoniam obediſti uoci meæ. Hinc Apoſtolus ad Romanos, Vbi (inquit) non eſt lex, nec præuaricatio. Quo modo enim propter aliquam iniquitatis abundantiam, uel ipſi Abrahæ, uel poſteris eius ſubtrahere poſſet tanquam præuaricatoribus iuſtitia Dei, quod tali pacto promiſit? Non fuit ibi lex, id eſt, conditio de futura obſeruatione cuiuſquam mandati, & idcirco nec præuaricatio nominari poſſet in aliquo peccato, per quam liceret Deo (quoniam uerax eſt) mutare uerbum ſuæ promiſsionis. Libet intueri etiam illud, quàm ſapienter, quàm uerè loco memorato Apoſtolus dixerit, Si enim qui ex lege, hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. Quod eſt dicere, Si ob meritum ſuſceptæ legis, factum eſſe putas, ut in ſemine Abrahæ, quod eſt Chriſtus, benedicentur omnes gentes, cum ante datam legẽ quadringentos & triginta annos promiſſio præceſſerit, nonne mutabilem facis Deũ, & immutatorem promiſſi ſui? Magna quippe mutabilitas, grandis immutatio eſt, illud poſt tantos annos proponere pro mercede fu D turi ſeruitii, quod prius cum iuramento gratis promiſit: præſertim cũ ſic promiſiſſe, iam dediſſe fuerit. Et quis unquam homo fidelis, illud quod dudum amico ſuo gratis dedit, poſtea facere poteſt mercedem futuri ſeruitii? Quanto magis nec Deus ita fecit, nec Deum ita facere decuit: Hoc namq; eſſet exinanire fidem, abolere promiſſionem, ſi poſt annos, patribus defunctis, ita loqueretur ad filios, dicens, Si ergo audieritis uocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, complebo promiſſiones meas, ut in ſemine Abrahæ benedicãtur omnes gentes. Quod uidelicet unicum ſemen Chriſtus eſt. Non conueniret, non congrueret; imo indecẽs eſſet Deo ueraci, qui ſicut alia ſcriptura teſtatur, Semel loquitur, & ſecundo idipſum non repetiuit, non immutauit; ſed aliud dixit, aliud ſuperaddidit; Si audieritis uocem meam, & cuſtodieritis pactũ meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, dabo uobis terram fluẽtem lac & mel, cuſtodiam uobis pactum meum & miſericordiam, quam iuraui patribus ueſtris: quam utique ſi non cuſtodiero præuaricantibus uobis, nihilominus tamen cuſtodiam patribus ueſtris quibus iuraui, & omnibus gentibus ſiue populis, qui ex illorum fide ſunt uel erũt: quia non uobis ſolùm, ſed & omnibus gentibus

Lib. 4. Cap. 19. et cap. 20.

Rom. 4.

Tota lex eſt conditionalis.

Deut. 7.

Pſal. 52.

Promiſſio Abrahæ abſque cõditione.

Ibidem. Cap. 20.

Rom. 4.

E bus benedictionem promiſi in ſemine eius. Idem eſt in Dauid. Similiter namq; hoc eſſet exinanire fidem, abolere promiſſionem, ſi *Pſal. 88.* quod promiſerat, & iurauerat ex gratia, per legẽ deſtrueret propter ſubrepentia delicta. Quod quia non fecit, ſed fidelis permanſit in omnibus uerbis ſuis, ſemel, inquiens, iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar? Semẽ eius in æternum manebit. Ergo iuſtificatur in ſermonibus ſuis, & uincit dum iudicatur, quia mutabilitatis non poteſt argui. Hæc ille. Cõſtat etiam legem totam fuiſſe conditionalem, ſimul & promiſſiones eius cõditionales fuiſſe, non ſolùm ex ipſarum promiſſionum forma, de qua iam ſatis dictum eſt: quia & ex Do- *Hiere. 18.* mini apud Hieremiam declaratione, Sic enim legimus dixiſſe dominum, repẽte loquar aduerſus gentem & aduerſus regnum, ut eradicem & deſtruam & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo quod locutus ſum aduerſum eam, agam & ego pœnitẽtiam ſuper malo quod cogitaui ut facerẽ ei. Et ſubitò loquar de gente & de regno, ut ædificem & plantem illud: Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat uocem meam, pœnitentiam agam ſuper bono quod locutus ſum, ut facerem ei. Promiſſio autem diuina facta Abrahæ de benedictione omnium Gentiũ in ſemine eius, id eſt, in Saluatore noſtro,
F non fuit conditionalis, ſed abſoluta: ideoque profectò non dependens à lege Moſis, ſed à gratia Dei quæ facta eſt ad Abraham. Ob quod etiam non obſtantibus peccatis noſtris & totius mundi, impleta eſt iam quantum ad ſufficientiam, quoad omnes; & impletur quotidie ex gratia Dei quantum ad efficaciã, ſiue efficientiam, quo ad aliquos. De re huiuſmodi autem magis ſtatim, ſufficit interim quod dictum eſt de modo quo ſinguli conſequimur aut reportamus promiſsionẽ in no- *Abulenſ.* bis, ſeu benedictionem promiſſam. Abulenſis, uir inſignis, & ueritatum diuinarum ſecundum diuinas ſcripturas maximus certè uel ſaltem magnus indagator, in ſuis commẽ- *2. Paralip. 6.* tariis in libros Paralipomenon quæſiuit, An ſolis ambulantibus corãm eo Deus ſeruet pa- *Quæſt. 9.* ctum & miſericordiam? Vt autem reſponderet, notat quidem, quòd ſi pactum initum inter Deum & aliquem eſt conditionale, Deus pactum ſeruat, ſi conditio impletur; ſed pactum non cuſtodit, ſi non impletur conditio. Si autem pactum ſit ſine conditione expreſſa uel ſubintellecta, neceſſe eſt quòd compleatur, ſiue ille cui promittitur ſit malus, ſiue bonus. Quo loco bene quoque notat, quòd cõmuniter quando Deus promittit bona alicui uel comminatur mala, licet nulla conditio apponatur, intelligitur, ſi permanſerit in il-

lo ſtatu: & probat hanc ueritatem, tũ ex uer- G bis domini apud Hieremiã modo allegatis, *Hiere. 18.* tum ex aliis locis diuinarum ſcripturarũ. In ſuis commẽtariis in Ioſue, quærit idẽ auctor, *Ioſue 5.* An Deus uiolauerit pactum ſuum, ſcilicet quod promiſit introducere Iudæos in terram *Quæſ. 51.* Chanaam, & occidit in deſerto? Dicit autem ad quæſtionem ſic motam, Reſpõdetur quòd pactum Dei de beneficiis conferendis & pœnis infligendis, quãquam ſimpliciter proponatur, intelligitur cum conditione, ſcilicet ſi res manſerit in eodem ſtatu bonitatis aut prauitatis, in quo fit comminatio malorum aut promiſſio bonorum. Mutato autem ſtatu rerum, mutatur diuina promiſſio. Per hanc annotationem reſpondet ad quæſtionem, quam mouit: & hoc probauit, tum ex illis uerbis, Loquẽs locutus ſum, ut domus tua & domus *1. Reg. 2.* patris tui miniſtraret in conſpectu meo, in ſempiternum. Nunc autem dicit dominus, abſit hoc à me. Sed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum; & qui contemnunt me, erunt ignobiles. Tum ex aliis paulò ante allegatis, *Hiere. 18.* Repente loquar aduerſus gẽtem & aduerſus regnum, &c. Quantum uerò facit magis ad propoſitum promiſsionis Abrahæ abſolutæ, dicit, In his autem quæ prænunciãtur futura, non pertinentia ad aliquid iſtorum, nũquam intelligitur conditio: ſed immutabiliter proueniũt, ut dicta ſunt: ſicut prædicitur H quòd Virgo concipiet, Vel quòd ueniet Saluator, & ſimilia. Dicitq; ibi, quòd rem huiuſmodi magis declarauit Deuteronomii. 18. cum agebatur de Prophetia ſecundum prædeſtinationem certam, uel ſecundum præſentẽ iuſtitiam aut iniquitatem. Ecce igitur etiam ſecundum hunc doctorem, promiſſio Abrahæ facta de Saluatore uenturo, promiſſio quidem fuit: ſed per modum narrationis rei futuræ: non per modum promiſſionis dependentis à futuris operibus hominum, bonis, uel malis. Quod, re uera, manifeſtè conſtat ex ipſa promiſſione, uerbis eius, & modo quo facta eſt. Promiſſiones autem legis, certè om- *Gen. 22.* nes ſunt conditionales: quia uidelicet fiebant ipſis hominibus, utique ſi legem ſeruaſſent: ut conſtat ex ipſa Lege, Pſalmis, & Prophetis. Dicit ergo Rupertus & bene, quòd Saluator promiſſus Abrahæ abſolutè, & promiſſio abſoluta benedictionis omnium gentium in ſemine Abrahæ, Saluatore noſtro, non pendebant à lege Moſis, nec ab eius conditionibus. Quia certè non fuit poſtea promiſſum ſub cõditione, quòd prius fuerat promiſſum abſolutè: Hæc eſt doctrina Ruperti, & profectò ueriſſima doctrina Apoſtoli Pauli: de qua etiam in ſequentibus dicuntur multa. Interim ualde aduertendum eſt, promiſsiones il-

las

A las Abrahæ factas à Deo fuiſſe quidem abſolutas, & non dependentes ab hominum operibus futuris, ut conſtat ex ipſis promiſsionibus: totam autem legem, ideſt, omnes alias promiſsiones legis, eſſe conditionales, ut quoque eſt notum ex ipſis met promiſsionibus, Cuſtodi præcepta domini Dei tui, ac teſtimonia & ceremonias quas præcepit tibi, & fac quod placitum eſt & bonum in conſpectu domini, ut bene ſit tibi, & ingreſſus poſsideas terram optimam, de qua iurauit dominus patribus tuis, ut deleret omnes inimicos tuos corã te, ſicut locutus eſt. Infra, Præcepitq́; nobis dominus, ut faciamus omnia legitima hæc, & timeamus dominum Deum noſtrum, ut bene ſit nobis cunctis diebus uitæ noſtræ, ſicut eſt hodie. Eritq́; noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præcepta eius corám domino Deo noſtro, ſicut mandauit nobis. Et ſcies quia dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & his qui cuſtodiunt præcepta eius in mille generationes: & reddens odientibus ſe ſtatim, ita ut diſperdat eos & ultra non differat, protinus eis reſtituens quòd merentur. Cuſtodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie, ut facias. Si poſtquam audieris hæc iudicia cuſtodieris ea & feceris, cu B ſtodiet & dominus Deus tuus pactum tibi, & miſericordiam quã iurauit patribus tuis, & diliget te ac multiplicabit, benedicetq́ue fructui uentris tui, & fructui terræ tuæ, &c. Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Si autem audieris uocem domini Dei tui, ut facias atque cuſtodias omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus quæ uerſantur in terra; uenientq́ue ſuper te uniuerſæ benedictiones iſtæ, & appræhendent te, ſi tamen præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, &c. Quod ſi audire nolueris uocem domini Dei tui, ut cuſtodias & facias omnia mandata eius & cæremonias quas ego præcipio tibi hodie, uenient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, &cæt. Prorſus idem ſermo de promiſsionibus legis ſub conditione, continuatur in ſequentibus capitibus, 29. & 30. in uerbis manifeſtis: ita ut inter ipſas benedictiones, ſeu promiſsiões legis, ſic habeatur, Suſcitabit te dominus ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi, ſi cuſtodieris mandata domini Dei tui, & ambulaueris in uiis eius. Vniuerſa igitur promiſsio legis Moſis, ſub conditione fuit poſita; id eſt, pro ſolis ipſius legis obſeruatoribus: promiſ C ſio autem diuina facta Abrahæ, non ſic eſt cõditionalis, ſed abſoluta. Quomodo autẽ particulares homines ueniant ad illam, aut illam conſequantur, paulò poſt declaratur, & probatur magis.

Deut. 6. — *Ibidem.* — *Deut. 7.* — *Deut. 27* — *Deut. 28.* — *Ibidem.* — *Deut. 28.*

Continuantur præcedentia, & declarantur illa uerba Deut. 7. Si poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris: cuſtodiet & dominus Deus tuus pactum tibi, & miſericordiam quam iurauit patribus tuis. Oſtenditurq́; ex illis uerbis domini, non repugnare immo rectè hoc habere, aliquid eſſe ex miſericordia & gratia, & poni tamen in pactum ut quodammodo ab operibus hominum pendeat.

CAP. XIII.

LEGIMVS quidem, Et ſcies quia dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligẽtibus ſe, & his qui cuſtodiunt præcepta eius in mille generationes & reddens odientibus ſe ſtatim, ita ut diſperdat eos & ultra non differat, protinus eis reſtituens quod merentur. Cuſtodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie, ut facias. Si poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea, & feceris: D cuſtodiet & dominus Deus tuus pactum tibi, & miſericordiam quam iurauit patribus tuis. Ex his uerbis ſi quis malè ſentiens contra dicta in præcedenti capite uoluerit inferre, quòd immo benedictio abſolutè promiſſa patribus, fuit poſtea deducta in pactum legis, propter illud uerbum, Si poſtquam audieris hæc iudicia cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & dominus Deus tuus pactum tibi, & miſericordiam quam iurauit patribus tuis. quaſi intelligatur miſericordia, pro benedictione promiſſa. Nos ei reſpondemus, quòd illa uerba nihil faciunt contra noſtra dicta præcedentia; & ímo bene ĩtellecta, magis probãt aſſerũtq́; noſtram ueram & catholicã determinationẽ. Abrahæ quidem dictæ ſunt promiſsiones abſolutæ, nõ dependentes ab operibus hominũ futuris; & multæ utique, non una tantummodo: de terra promiſsionis poſsidenda, de multiplicatione ſeminis ſui, quòd poſsideret ſemen ſuum portas inimicorum ſuorum. de benedictione omnium gentium in ſemine eius, quòd pater eſſet multarum gentium, & quòd hæres eſſet mundi. Omnem terram quam cõſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo uſque in ſempiternum, faciamq́; ſemẽ tuum ſicut puluerem terræ. Qui egredietur de utero tuo, ipſum habebis hæredem. Suſpice cœlum, & numera

Deut. 7. — *Galat. 3.* — *Abraha multæ promiſſiones abſolutæ.* — *Gen. 13.*

E ra ſtellas ſi potes, Sic erit ſemen tuum. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Semini tuo dabo terram hanc, à fluuio Aegypti uſque ad fluuium magnum Eu-
Gen. 22. phratem, Cinæos &c. Per me metipſum iuraui, dicit dominus: quia feciſti hanc rem: & non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & uelut harenam quæ eſt in litore maris. Poſsidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti uoci meæ. Eæ ſunt promiſsiones Abrahæ, quæ profectò abſolutè uidentur. Quidem Deus pactum fœdusque quoddam iniuit cum Abraham pro ſe & ſemine ſuo, uidelicet pactum ſeu fœdus circuncisionis, in quo conuentio facta eſt inter Deum & Abraham, ut Deus multiplicaret ſemen Abrahæ, & Abraham ſuſciperet circuncisionem, quia præcipiebatur à Deo, & omnia alia præcepta Dei: & in quo pacto uidentur poni etiam promiſsiones non nullæ præcedentium, quod pater futurus eſſet Abraham multarum gentium,
Gen. 17. & de terra promiſsionis; ſicut legimus, Ego dominus omnipotens. Ambula coràm me, & eſto perfectus. Ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te uehementer nimis. Ego ſum, & ponam pactum meum
F tecum; erisq; pater multarum gentium. Nec ultra uocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium conſtitui te. Faciamq; te creſcere uehementiſsimè, & ponam te in gentibus: regesq; ex te egredientur, & ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, ut ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Daboq; tibi & ſemini tuo poſt te, terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaam in poſſeſsionem æternam, eroq; Deus eorum. Et tu ergo cuſtodi pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis; hoc eſt pactum meum quod obſeruabitis inter me & uos, & ſemen tuũ poſt te. Circuncidetur ex uobis omne maſculinũ, & circuncidetis carnem præputii ueſtri, ut ſit in ſignum fœderis inter me & uos. &c. Verùm quicquid ſit de hoc, ſiue promiſsiones huius pacti ſint
Notabilia, admodum bona. conditionales, ſiue non: diſtinguendum eſt in promiſsionibus Abrahæ, Tum, quia illæ multæ fuerunt, non una: Tum, quia promiſsio de benedictione omnium gentium in ſemine Abrahæ, Saluatore noſtro, tunc uenturo, qui nunc iam uenit, abſoluta fuit omnino, nec unquam fuit poſita in conditione ſeruandæ legis, nec in pacto Domini cum Abraham, nec in pactis Dei cum filiis Iſrael: Tum, quia con-

G ditio hæc ſeruandæ legis Dei, quantum ad circuncisionem Abrahæ, & quantum ad ſeruandã legalia Moſis, ut populus ille eſſet domini, nullo modo fuit obligationi adnexa niſi uſquequo ueniret ſemen Abrahæ, in quo promiſſa erat benedictio, ſicut dicit Apoſtolus, *Galat. 3.*
Quid igitur lex? Propter tranſgreſsionem poſita eſt, donec ueniret ſemen cui promiſerat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Vnde & circuncisio Abrahæ & legalia Moſis, ceſſauerunt utiq;: & nunc, non modo non ſunt utilia, ſed ſunt mortifera. Cæterùm igitur reſpondendo ad obiectionem, dicendum eſt quòd illa uerba allegata quibus deducitur in pactum ſeruandæ legis Moſis, miſericordia promiſſa patribus, non intelliguntur de promiſsione Saluatoris aut de promiſsione benedictionis omnium gentium in ipſo: ſed intelliguntur de alia promiſsione domini facta Abrahæ: uel etiam de promiſsione Abrahæ facta; quæ poſita eſt etiam in eo loco in quo agitur de pacto circũciſionis. Vt intelligamus eam promiſsionem terræ illius, poſitam eſſe prius ſub conditione ſeruandi pacti domini cum Abraham, & poſitam eſſe poſterius ſub conditione ſeruandi pacti domini cum filiis Iſrael, per Moſen: de qua promiſsione habetur etiam ante hæc omnia, in aliis uerbis allega-
tis, Leua oculos tuos, & uide à loco in quo *Gen. 13.*
nunc es ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidentem. Omnem terram H
quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo uſque in ſempiternum, faciamque ſemen tuum ſicut puluerem terræ. Nunquid dominus quod antea abſolutè promiſerat, poſtea ſub conditione ſeruandi pacti aut ſeruandæ legis promiſit? Quidem ne hoc dicamus; dicendum uidetur, uel quòd illa promiſsio dum primùm facta fuit, habuit conditionem ſubintellectam, quam poſtea habuit expreſſam: uel quòd dum poſtea dominus id ipſum promiſit, non illud in pactum poſuit, ſed iam factam promiſsionem narrauit. Quod horum duorum magis uidetur dicendum? Magis dicendum uidetur quòd illa promiſsio prius habuit conditionem ſubintellectam, quam poſtea profectò habuit expreſſam. Intelliguntur ergo illa uerba de ea Dei miſericordia qua Deus Optimus promiſit Abrahæ atque patribus aliis eam terram Chanaã
in poſſeſsionem, quam habebat ipſe Abrahã *Deut. 6.*
in peregrinationem. Conſtat hoc, Primùm, quia ſimiliter legimus antecedenter, Cuſtodi præcepta domini Dei tui, ac teſtimonia & ceremonias quas præcepit tibi, & fac quod placitum eſt & bonum in conſpectu domini, ut bene ſit tibi: & ingreſſus poſsideas terram optimam, de qua iurauit dominus patribus tuis,

A tuis, ut deleret inimicos tuos coràm te & cætera. Et ſic etiam legimus conſequenter ſeu
Deu.27. ſubſequenter, Cumq; tranſieris Iordanem in terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, ut poſsis in eis ſcribere omnia uerba legis huius, Iordane tranſmiſſo, ut introeas terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, ſicut iurauit patribus tuis. Ita dicitur in allegatis uer-
Deut.7. bis, Si poſt quàm audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & dominus Deus tuus pactum tibi, & miſericordiam quam iurauit patribus tuis. Vt intelligamus eam miſericordiam patribus iuratam, & filiis poſtea ſub conditione ſeruandæ legis poſitam ſeu enuntiatam, de terra promiſſa eſſe intelligendam. Conſtat hoc etiam ſecundò, ex his uerbis, Et miſericordiam quam iurauit patribus tuis. Nam eo tempore, non ſic erat patribus iurata benedictio omnium gentiũ, ſicut patribus iurata erat, promiſſa terra, ſeu promiſsio de illa: quandoquidem eo tempore, quantũ ex diuinis ſcripturis cõſtat, ſicut etiã in Matthæũ optimè notauit D. Hieronymus, ad Abrahã ſolùm facta erat de Chriſto repromiſsio: terra autem promiſſionis, multis utiq; etiã iã tunc promiſsa fuerat. Vnde quod dicitur, Et miſericordiã quam iurauit patrib.
B tuis. quia nõ de patre in ſingulari ſed de patribus in plurali loquitur, certũ eſt quòd non de benedictione omnium gentium in Saluatore noſtro, ſed de terra Chanaam intelligitur: Vel profectò de aliqua alia promiſsione ſeu re promiſſa, ſimili, Id eſt, uel de poſſeſsione terræ illius, uel de habitatione longa, aut permanente, fœlici, ac nobili, in ipſa: de qua habitatione, alibi quoque fit mẽtio, quando iterum de obſeruantia mandatorum legis factus fuit
Deu.30. ſermo. Sic enim & ibi legimus, Reuertetur enim dominus, ut gaudeat ſuper te in omnibus bonis, ſicut gauiſus eſt in patribus tuis; ſi tamen audieris uocem domini Dei tui, & cuſtodieris præcepta eius & ceremonias quæ in hac lege ſcripta ſunt, & reuertaris ad dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul
Ibidem. poſitum. &cæt. Infra ad propoſitum magis, Elige ergo uitam, ut & tu uiuas, & ſemen tuum, & diligas dominum Deum tuum, atque obedias uoci eius, & illi adhæreas (ipſe eſt enim uita tua & longitudo dierum tuorum) ut habites in terra pro qua iurauit dominus patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob, ut daret eam illis. Ecce & hic promittitur filiis Iſrael ſub conditione ſeruandæ legis Moſis, habitatio terræ illius quam Deus iu-

rauit ſe ſe daturum patribus: tanquam diſtin- C
ctum ſit, Deum illis illam terram in poſſeſſionem dare, & illos in terra illa iam poſſeſſa conſeruare, eosq; in illa ab omnibus aliis defendere. Itaque illa miſericordia Dei in illo uerbo de quo agimus, intellecta, non eſt benedictio omnium gentium in ſemine Abrahæ, nec promiſsio ipſius benedictionis; quia hæc promiſsio tanti boni fuit utique abſoluta ſemper, & nunquam fuit poſita in pactum ſeruandæ uel non ſeruandæ legis. Sed illa miſericordia intelligitur de terra Chanaam promiſſa patribus, ſiue quantum ad poſſeſsionẽ, ſiue quantum ad habitationem permanentẽ in illa: uel intelligatur de quauis alia, quia ad propoſitum non refert, dummodo non dicatur eam intelligi de promiſſa benedictione omnium, quæ utique abſolutè promiſſa fuit, & non fuit ultra in pactum ſeruandæ legis poſita. Quinimmo ubi magis abundauit iniquitas, ibi magis abundauit gratia Dei: ob quam, Vbi uenit plenitudo temporis, miſit
Deus filium ſuum in mundum, factum ex mu *Galat.4.*
liere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erãt
redimeret; ut adoptionem filiorum recipe- *2.Cor.5.*
remus, mundum reconcilians ſibi in ipſo, nõ
reputans illis delicta ipſorum. Qui, cùm ini- *Rom.5.*
mici eſſemus, uidelicet omnes: quia, Omnes *Rom.3.*
declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Non *Pſal.5.9.*
eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. *13.19.*
recõciliauit nos in dilecto filio ſuo, qui factus D
eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnẽ. Terra *Rom.1.*
autem illa promiſsionis, promiſſa quidẽ fuit Abrahæ & ſemini ſuo poſt ipſum, Iſaac etiam & Iacob; ſed ſub cõditione ſeruandi pacti, ſub
cõditione ſeruãdæ legis. Bene uidit Abulẽſis, *Abulenſ.*
quòd promiſsio terræ illius facta fuit Abrahæ, *ſuper Ge-*
quando uenit de Aram, ut patet Gen.13. ſed po *neſim.*
ſtea fuit poſita in pactum, & cõfirmata in cer *Cap.15.*
to ſigno, ut conſtat Gen.15. & nos quoque bene uidemus omnes, quòd poſt multos annos poſita fuit iterum in fœdere ſeruandæ legis & ſub ea conditione, ut claret Deut. 7. & 30. Ergo promiſsio facta Abrahæ de terra illa,
quæ habetur primò in his uerbis, Leua ocu- *Gen.13.*
los tuos in directum, & uide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem & Meridiem, ad Oriẽtem & Occidentem: Omnem terram quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo uſque in ſempiternum. conditionalis fuit, & non abſoluta: licet tamen in ipſis uerbis non appareat, nec ſit poſita cõditio expreſſa; fuit. n.
tacita, uel ſubintellecta. De hoc Abulenſis ſu *Abulenſ.*
per Geneſim ita dicit, notando, declarandoq; *Gen.13.*
illud uerbum, Vſque in ſempiternum. Non *Poſt.quaſ.*
fuit impletum, quia nunc non morantur Iu- *834.*
dæi in terra illa, ſed magis Arabes & Iſmaelitæ, & aliæ uariæ nationes Paganorum: & cau

ſa

E ſa fuit, quia promiſsio iſta fuit conditionalis, ſicut cõmuniter omnes aliæ factæ Iudæis de temporalibus proſperitatibus, quæ intelligebantur, ſcilicet, ſi ſeruarent mandata mea, de quo Leuitici, 26. & Deut. 28. & 29 & 30. c. Vel quia accipitur hic, Sempiternum, pro magno tempore, & non propriè pro aliquo interminabili: ſic dicitur circuncisio duratura in æternum, ut patet infra, 17. c. ſed non durauit in æternum, quia per Euangelicam legem abolita eſt. Sic etiam dicitur de ſeruo, qui manſurus erat in æternũm apud dominũ ſuum, ut patet Exodi. 21. c. tamen ſolùm manebat uſque ad iubileum, ſcilicet ad quinquaginta annos, & aliquando ad minus, ut patet, Leuit. 25. c. Hæc Abulenſis. Auguſtinus in De Ciuitate Dei, ait hoc ſic ad literam uerum eſſe, quia licet Iudæi de ciuitate Hieruſalem expulſi ſunt, tamen habitant in locis Paleſtinæ, ſatis circa Hieruſalem, & ibi morabuntur uſque ad finem ſæculi. Abulenſis autem ſuper Geneſim poſtquàm retulit hanc ſententiam Auguſtini, ita ſubiunxit, Sed hoc iam non eſt ut Auguſtinus putauit. Tempore Auguſtini, Hebræi non intrabant Hieruſalem, quia Imperator Aelius Adrianus dedit Hieruſalem Chriſtianis, habitandam, & inhibuit ne quis Iudæus ſub pœna capitis Hieroſolymam ingrederetur. Manſerunt tamen deſiderio terræ illius, quidam Iudæi uſque ad tempora Auguſtini; ſed poſtea bellis fortiſsimis omnes inde expulſi ſunt. Putauerat autem Auguſtinus, quòd in terra illa mãſuri erant uſque ad finem ſæculi, tamen non fuit ſic factum. Hæc Abulenſis. Igitur in illo uerbo, Et miſericordiam quam iurauit patribus tuis, per miſericordiam illam iuratam patribus, intelligimus terram promiſsionis, ſeu promiſsionem de illa. Quid, ſi in illo uerbo dicatur intelligi principaliter gloria, & minus principaliter illa terra? Si ita dicatur, hoc ualde probat propoſitum noſtrum: cùm illa miſericordia ponatur in pacto & conditione ſeruandæ legis Dei, non autem promittatur ſimpliciter & abſolutè, & cum ad illam non peruenirent illi homines per ſolam fidem aut confidentiam, ſed per legis Dei obſeruantiã. Si autem dixerit quiſpiam in illo uerbo, per miſericordiam iuratam patribus, intelligi Saluatorem noſtrum tunc uenturum qui modo iam uenit, uel benedictionem omnium gentium in illo: ille quiſquis fuerit ita dicens, repugnat diuinis promiſsionibus factis Abrahæ abſolutè, & repugnat Apoſtolo Paulo in multis locis, præſertim in epiſtola ſua ad Galatas. Probat enim Apoſtolus ibi manifeſtè per multa, benedictionem omnium gentium promiſſam prius Abrahæ abſolutè in ſemine

Auguſt. Lib. 16. Cap. 22. tom. 5.
Abulenſ. Gen. 15.
F

G ſuo, non fuiſſe poſtea poſitam in pactum ſeruandæ legis Moſis; aſſerens legem illam poſitam eſſe propter tranſgreſsionem, donec ueniret ſemen in quo repromiſſa erat benedictio. Quòd autem illud ſemen benedictiſsimum iam uenit propter nos homines & propter noſtram ſalutem, conſtat ſatis ex toto teſtamento nouo, nec dubitat aliquis Chriſtianus. Quòd uerò iam benedictæ ſunt omnes gentes in illo, quantum oportuit redemptæ, atque reconciliatæ, & quòd multi benedicũtur quotidie quantum ad efficaciam ſiue efficientiam, ſimul & de modo quo ad hanc benedictionem peruenimus aut peruenire debemus quantum ad illam partem ſeu effectũ eius, qui ẽ iuſtificatio à peccatis de facto, multa dicuntur in ſequentibus, in quibus omnia hæc exactiſsimè declarantur. Bene igitur notauit Rupertus Abbas, totam legem poſitam eſſe in conditione, ſeu, quod idem eſt, omnes promiſsiones legis poſitas eſſe in conditione ſeruandæ legis: promiſsiones autem Abrahæ de Saluatore noſtro tunc uenturo, & de benedictione omnium gentium in illo, nõ ſic eſſe conditionales, ſed abſolutas. Quamobrem profectò in illo uerbo de quo agimus ex Deuteronomio, per illud uerbum, Miſericordiam pro qua iurauit dominus Deus patribus ueſtris. nomine miſericordiæ, aliquid aliud intelligitur, non illa talis promiſsio abſoluta Abrahæ. Quid aliud? Vel quòd eſſet populus peculiaris Dei, uel de terra promiſsionis habenda aut longo tempore poſsidenda, aut aliquod huiuſmodi. Magna enim miſericordia Dei fuit, & pro tali habita & cognita ab omnibus qui nouerũt rem, quòd Deus Optimus dederit populo Iudæorum terram illam deſiderabilem, fluentem lac & mel: præſertim quòd illam dediſſet illi tali modo, eiiciendo gentes & plantando illum, tanquam uineam ſuam electam, in tot miraculis; uictoriis, & fauoribus. Quod uidens Dauid & memorans illam magnam Dei miſericordiã iuratam patribus in teſtamento illo ſuo antiquo, dicit, Confitemini domino, & inuocate nomen eius; annuntiate inter gentes opera eius. Cantate ei, & pſallite ei, narrate omnia mirabilia eius. Laudamini in nomine ſancto eius, lætetur cor quærentium dominum. Quærite dominum, & confirmamini: quærite faciem eius ſemper. Mementote mirabilium eius quæ fecit, prodigia eius, & iudicia oris eius. Semen Abraham, ſerui eius, filii Iacob electi eius. Ipſe dominus Deus noſter, in uniuerſa terra iudicia eius. Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui, uerbi quod mandauit in mille generationes. Quod diſpoſuit ad Abraham, & iuramenti ſui ad Iſaac. Et ſtatuit

Galat. 3.
H
Pſal. 104
2. Par. 16.
Eſaie 12.
Gen. 12.

tuit

A tuit illud Iacob in præceptum, & Iſrael in teſtamentum æternum. Dicens, Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis ueſtræ. Cum eſſent numero breui, pauciſsimi, & incolæ eius. Et pertranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Hæc il- *Ezec. 36* le. Simile quid ponitur apud Ezechielem, Et Spiritum meum ponam in medio ueſtri: & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus ueſtris: & eritis mihi in populum, & ego ero uobis in Deum.

ITAQVE igitur promiſsio Abrahæ de benedictione omniũ gentium in ſemine ſuo, ideſt, de redemptione totius generis humani in Saluatore noſtro, nunquam fuit ſub conditione, nec unquam fuit poſita in pacto aut conditione ſeruandæ legis, aut quorumuis bonorum faciendorũ ab hominibus: ſed fuit utique abſoluta, non dependens quantum ad eſſe, nec quantum ad accidens, nec per ſe nec per accidens, nec immediatè nec mediatè, nec directè nec indirectè, nec modo aliquo alio, à bona uita, merito, bono opere, bona diſpoſitione, aut bona præparatione, aut bona uoluntate hominum. Quia immo omnia hæc bona & ſimilia, maiora aut minora, B ueniunt nobis ab illa, ut conſtat ex dictis. Sed *Lib. 1. per totum.* pendebat ſolùm à diuina uoluntate illa abſoluta promiſsio mirabilis, quæ ita uolebat abſolutè, quicquid eſſet de omnibus aliis: ſicut *Ioan. 3.* legimus apud Ioannem, Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret. & apud Paulum, Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos Deus, miſit Filium ſuum. & cætera. Væ nobis ſi illa promiſſio fuiſſet olim poſita in pacto aut cõditione ſeruandæ legis, aut bene uiuendi. Quam firmitatem tunc habuiſſet, quãdo talis fuit ſemper uita noſtra hominum, quaſi proficiens in malum, & in peius? Si autem aliquis non rationabiliter loquendo, ſed ex proteruia, & peruicacia dixerit, illam promiſsionem mirabilem, fuiſſe ſub cõditione etiam, poſitam in pacto ſeruandæ legis, & intelligi per illud uerbum, Et miſericordiam pro qua iurauit patribus tuis. Quiſquis ille fuerit ita dicens, hic quidem ſciat ſe toto, quod dicitur, cœlo errare, ipſiq; ueritati uim inferre, quod ſatis ex dictis conſtat. Dicit etiam, quòd nihil facit ad propoſitum, Quia ſi illa promiſsio benedictionis aut redemptionis olim fuit poſita in pacto ſeruãdæ legis: non multum eſt, quòd conſecutio ipſius benedictionis quoque ponatur in pacto legis ſeruandæ. Qui ergo ita C dixerint, nihil prorſus facient, niſi quod falſum dicent, & cum tota ueritate pugnabunt.

QVICQVID autem in illo uerbo Deuteronomii intelligatur, nomine miſericordiæ, quidem pro nobis facit in præſentia illud uerbum. Videmus enim in illo, quòd miſericordia uerè dicitur, id quod in conditione ſeruandæ legis ponitur: utique ut uerè miſericordia ſit & uera gratia, id quod Deus nobis ſub conditione aut pacto ſeruandæ uel ſeruatæ legis promittit uel præſtat. Sic enim legimus, Si poſtquam audieris hæc iudicia, *Deut. 7.* cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & dominus Deus tuus tibi pactũ & miſericordiam, quam iurauit patribus tuis. Ecce miſericordia eſt, in pacto ſeruandæ legis ponitur, & pro ſeruata lege promittitur: Nec dubium eſt, quin illa Dei miſericordia, ſimul eſſet Dei gratia. Ergo in lege Dei reperitur, idque in uerbis manifeſtis, gratiam & miſericordiã in pacto ſeruandæ legis promitti, & pro lege ſeruata etiam ex pacto dari. Vnde igitur hoc, non repugnat miſericordiæ, & per conſequẽs nec repugnat gratiæ: quia re uera, miſericordia, eſt gratia, & gratia Dei erga nos, etiam eſt quædam miſericordia. Quare non repugnat miſericordiæ nec gratiæ quòd in pacto ſeruandæ legis promittatur, & quòd pro ſeruata lege ex pacto donetur? Quia Deus ipſe præſtabat olim & præſtat modo, unde homines pactum Dei implerent, & impleant: ob quod D certè dum homines pactum Dei implent, ibi ipſa impletio eſt miſericordia Dei alia; ut detur una miſericordia pro alia miſericordia: id eſt, miſericordia promiſſa, pro illa miſericordia quæ eſt legis Dei obſeruantia. Manifeſtè de hac ueritate dicit dominus apud Ezechie- *Ezec. 36.* lem, Et dabo uobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio ueſtri: & auferam cor lapideum de carne ueſtra, & dabo uobis cor carneum. Et Spiritum meum ponam in medio ueſtri; & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus ueſtris; & eritis mihi in populum, & ego ero uobis in Deum. Ecce obſeruantiam legis Dei dat dominus ſicuti primam gratiã ſuam, dicens, Et Spiritum meum ponam in medio ueſtri, & faciam ut in præceptis meis ambuletis, &c. miſericordiam autem ſuam aliam ſicut gratiam ſuam ſecundam dat per hanc primam, dicens, Et habitabitis in terra quam dedi patribus ueſtris, & eritis mihi in populum, & ego ero uobis in Deum. Simili modo ſe habent res in nouo teſtamento. Promittit enim nobis Deus gratiam glorificantem per gratiam iuſtificantem, & promittit gratiam iuſti-

E iuſtificantem per gratiam præuenientem ac
præparantem: id eſt, gloriam per iuſtificatio-
nem ſeu iuſtitiam, iuſtitiam autem per præpa
rationem, fidem, charitatem, obedientiam,
conuerſionem ad ipſum, &c. Ita enim legi-
mus, Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mã
Mat. 19. data. Pœnitemini igitur, & credite Euange-
Marc. 1. lio. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus
Mar. 16. erit, qui uerò non crediderit, condemnabi-
Ioan. 3. tur. Qui autem non credit, iam iudicatus eſt.
Matt. 4. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim re-
Luca 7. gnum cœlorum. Remiſſa ſunt ei peccata mul
Mat 7. ta, quoniam dilexit multum. Qui fecerit uo-
luntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intra
bit in regnum cœlorum. Charitas operit mul
1. Pet. 4. titudinem peccatorum. Cõuertimini ad me,
Zach. 1. & ego cõuertar ad uos. Tollite iugum meum
Matt. 11. ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum &
humilis corde: & inuenietis requiem anima-
bus ueſtris. Et alia penè infinita loca diuina-
rum ſcripturarum, quæ hoc ipſum docent ma-
nifeſtè.

Rom. 11. QVOMODO igitur dicit Apoſtolus? Si
autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin
gratia iam non eſt gratia? Intelligenda eſt di-
uina ſcriptura & maximè credenda, ſed nullo
modo neganda. Hæc eſt autem uera intelligen
tia huius loci ſacri atque ueriſsimi. Quia non
negat Apoſtolus dari gratiam pro operibus
ſimpliciter, ſed negat toto conatu dari gratiã
F ex operibus quæ nõ ſunt ex gratia: Vt doceat
ſicut docet ubiq; quòd quæ opera bona ſunt,
illa ex gratia Dei ſunt per Chriſtum, & quòd
ſine Chriſto, ſine gratia eius, aut ſine benedi-
ctione uel redẽptione in ipſo promiſſa Abra-
hæ & ſemini eius, nulla bona opera nos homi
nes habere ualemus, ex quibus nobis gratia
Dei debeatur aut detur. Ad hoc probandum,
Rom. 4. docendum ac ſuadendum, introduxit ſeu alle-
Galat. 3. gauit benedictionem omnium gentium in
Chriſto promiſſam Abrahæ & ſemini eius: ad
quod etiam declarauit bona quæ habemus
Rom. 5. per Chriſtum, & ſimul mala quæ habemus ex
Rom. 7. Adam: addens his, quòd per Chriſtum habe-
1. Cor. 15. mus uictoriam contra carnem, contra diabo
lum, contra mundum, contra mortẽ: & quòd
Epheſ. 2. per Chriſtum habemus fidem, bona opera,
2. Cor. 3. bonum cogitare, uelle, ac perficere ſeu opera
Philip. 2. ri. Quouſque quaſi in ſumma, ſed compendio
ſiſsimè determinauit quòd in maſſa perditio-
1. Cor. 4. nis filiorum Adæ, gratia eſt quæ principaliter
diſcernit bonos à malis, non ſola natura. Vn-
de ait, Quis enim te diſcernit? Quid autem ha
bes quod non accepiſti? Si autem accepiſti,
quid gloriaris, quaſi non acceperis? Docuit
ergo Apoſtolus in illo uerbo allegato, id
quod declarauit in his aliis uerbis allegatis,
non dari gratiam ex operibus bonis quæ non
ſint ex gratia Chriſti, ſed potius nos habere G
bona opera per Chriſti gratiam. Agebat enim
contra eos qui putabant, ſeruandam eſſe le-
gem cum Euangelio, maximè autem contra
eos qui putabant ſe iuſtificari ex operibus le-
gis, etiam ſi Chriſtum non reciperent: contra
eos qui putabant ſe ſuis uiribus implere bona
opera legis, & ſic iuſtificari, aut ideo ſibi gra-
tiam Euangelii deberi. Declarando enim qua
re Iſrael in legem iuſtitiæ non peruenit, cum
tamen ſectaretur legem iuſtitiæ, dicit, Quia
non ex fide, ſed quaſi ex operibus. Et contra *Rom. 9.*
eos qui habebãt quidem æmulationem Dei,
ſed non ſecundum ſcientiam, inquit, Ignoran *Rom. 10.*
tes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſta
tuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Ecce con
tra quos docet Apoſtolus & contra quos cla-
mat, gratiam Chriſti, gratiam Euangelii, gra-
tiam Chriſtianam, gratiam olim promiſſam
non dari ex operibus quæ non ſint ex ipſa, ſed
potius ex ipſa eſſe omnia bona opera, bonum
cogitare, bonum uelle, bonum operari. Augu
ſtinus ad Simplicianum, declarando intentio- *Auguſt.*
nem Apoſtoli in epiſtola ad Romanos, & pari *Lib. 1.*
ter oſtendendo contra quos agebat Apoſto- *quæſt. 2.*
lus in ea epiſtola, dicit, Hæc eſt autem (uideli- *tom. 4.*
cet intentio Apoſtoli) ut de operum meritis
nemo glorietur, de quibus audebant Iſraelitæ
gloriari, quòd datæ ſibi legi ſeruiſſent, & ex
hoc Euangelicam gratiam tanquam debitam
meritis ſuis percepiſſent, quia legi ſeruiebãt; H
unde nolebant eandem gratiam dari gẽtibus
tanquam indignis, niſi Iudaica ſacramenta ſu
ſciperent. Quæ orta quæſtio, in Apoſtolorum *Act. 15.*
Actibus ſoluitur. Non enim intelligebant,
quia eo ipſo quod gratia eſt Euangelica, ope-
ribus non debetur; Alioquin gratia iam non *Rom. 11.*
eſt gratia. Et multis locis hoc ſæpe teſtatur
fides, (aliàs, fidei,) gratiam præponens operi-
bus, non ut opera extinguat, ſed ut oſtendat,
non eſſe opera præcedentia gratiam, ſed con-
ſequentia: ut ſcilicet non ſe quis arbitretur
ideo percepiſſe gratiam, quia bene operatus
eſt, ſed bene operari non poſſe, niſi per fidem
perceperit gratiam. Incipit autem homo per
cipere gratiam, ex quo incipit Deo credere,
uel interna uel externa admonitione motus
ad fidem. Hæc ille.

VT autem clariſsimè dicamus, dum A-
poſtolus dixit; Si autem gratia, iam non ex
operibus. Alioquin gratia iam non eſt gra-
tia. Quidem non loquebatur de aliquo effe-
ctu gratiæ Chriſti in particulari; quia non de
glorificatione, non de iuſtificatione, nec de
aliquo alio in ſpeciali. Sed loquebatur de to-
ta gratia Chriſti in communi, de gratia Chri
ſtiana, de gratia Euangelii, ſeu prædicata in
ſancto Euangelio. De hac uerò tali gratia ſic

A in communi, nemo Chriſtianus non uidet
quòd illa eſt pura gratia, & quòd non datur,
nec cōmunicatur nobis ex operibus noſtris
bonis: quia immo ſine illa, uel ante illam, uel
extra illam, nulla bona opera deliberata face
re poſſumus, ut eſt monſtratum. Non au-
tem negauit Apoſtolus immo docuit per
multa, habere nos homines ac recipere quoſ
dam effectus huius gratiæ per alios, & alios
per alios, ultimos per medios, medios au-
tem per primos: glorificationem per iuſtifi-
cationem, iuſtificationem per conuerſionē
ad Deum, fidem dilectionem, obedientiam,
conuerſionem per uocationem & præpara-
tionem. Conſtant hæc omnia ex dictis in præ
ſenti capite & in multis aliis præcedentibus.
Rom. 6. Vidit Apoſtolus quòd gloria in cœlis eſt gra
Rom. 8. tia, ſicut dicit, Gratia Dei uita æterna. Fa-
tetur tamen quòd ſi tolerabimus, & conre-
2. Cor. 4. gnabimus quodq; tribulationes noſtræ quas
hic patimur pro Chriſto, æternum gloriæ pō
dus operantur in nobis ſupra modum. Si ta-
men compatimur, ut & conglorificemur.
Quod in præſenti eſt momentaneum & leue
tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſubli-
mitate æternum gloriæ pondus operatur in
nobis. Si gloria eſt gratia, quomodo noſtra
tribulatio leuis & momentanea operatur in
nobis æternum pondus gloriæ? Nullum eſt
B inconueniens, quia ipſa tolerantia noſtra no
ſtræ tribulationis, etiam eſt donum Dei, &
quædam Chriſti gratia, ſicut & fides & dile-
Philip. 1. ctio. Dicit enim Apoſtolus ipſe, Quia uobis
donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm ut in eū
credatis, ſed ut etiam pro illo patiamini. Da
tur igitur unus effectus gratiæ, qui eſt gloria,
pro alio ſiue per alium effectum gratiæ, qui
eſt tolerantia paſsionis ſeu tribulationis. Si-
Galat. 6. mile dicit, Qui autem ſeminat in ſpiritu, de
ſpiritu metet uitam æternam. exortando om
nes, ut dum tempus habemus operemur bo
na, meſſuri ſuo tempore. Quomodo igitur
qui in ſpiritu ſeminant, de ſpiritu metunt æ-
ternam uitam, tanquam fructum bonorum
operum? Quomodo igitur uita æterna eſt
gratia? Nihil repugnat, ſed maxima eſt con-
cordia in iſtis omnibus: quia omnia noſtra
bona opera, bonum cogitare, bonum uelle,
bonum operari, ſunt in nobis ex gratia, &
2. Cor. 3. ſunt quædam gratia. Non quòd ſufficientes
ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex no-
Epheſ. 2. bis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Ipſius
enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in
operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in
Philip. 2. illis ambulemus. Deus eſt enim qui opera-
tur in uobis & uelle & perficere. Ob quod
certè dum gloria datur pro illis, datur gratia
pro gratia, datur unus effectus gratiæ pro a-
lio effectu gratiæ. In hac forma & doctrina C
ueriſsima & manifeſta, reperimus apud Apo
ſtolum Paulum etiam multa alia, ſed hæc nūc
ſufficiunt ex illo. Similia multa dixit Saluator
noſter apud Matthæum, Beati pauperes ſpi- *Matt. 5.*
ritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorū.
Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabun-
tur. Beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt
terram. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam,
quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericor
des, quoniam ipſi miſericordiam conſequen
tur. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deū
uidebunt. Beati pacifici, quoniam filii Dei
uocabuntur. Beati qui perſecutionem pa-
tiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum
eſt regnum cœlorum. Qui autem fecerit uo *Matt. 7.*
luntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe in-
trabit in regnum cœlorum. Tollite iugum
meum ſuper uos & diſcite à me quia mitis *Mat. 11.*
ſum & humilis corde; & inuenietis requiem
animabus ueſtris. Si autem uis ad uitam in- *Matt. 19.*
gredi, ſerua mandata. Ecce Saluator noſter
per ſuam gratiam redemptionis, promittit
nobis regnum cœlorum, poſſeſsionem terræ
uiuentium, conſolationem, ſaturitatem, mi
ſericordiam, uiſionem Dei, uocationem, no
menclaturam, ſeu nomen filiorum Dei, in-
greſſum regni cœlorum, requiem anima-
rum, uitam æternam: hoc autem non ſim-
pliciter, ſed per paupertatem ſpiritus, per mi D
tem affectum, luctum, famem & ſitim iuſti-
tiæ, per miſericordiam quam exercemus, per
munditiam cordis, per patientiam, per tole-
rantiam perſecutionis, per obediētiam Dei,
per hoc quòd ſuper nos iugū eius tollimus,
& ab eo manſuetudinem, mitem affectum ac
humilitatem cordis diſcimus, per obſeruan-
tiam mandatorum eius: per hæc inquam, tan
quam per media quædam. Nunquid hoc eſt
contra rationem gratiæ? nunquid hoc eſt con
tra gratiam Chriſti, contra gratiam Chriſtia-
nam, contra promiſsiones patrum, aut con-
tra benedictionem omnium Abrahæ in ſemi-
ne ſuo, Saluatore noſtro promiſſam? Abſit.
Omnia enim hæc bona, tam bona promiſſa,
quàm bona media, per quæ bona promiſſa no
bis promittuntur, pertinent ad gratiam Sal-
uatoris noſtri & ad benedictionem olim pro
miſſam in ipſo. Neque in hoc aliud fit, niſi
quod promittuntur & dantur nobis quidam
effectus huius gratiæ ampliſsimæ, per alios.

OMNES igitur Chriſtiani lectores diui-
narum ſcripturarum, uidemus in illis, tum
gratiæ Chriſti extenſionem atque amplitudi
nem (quia ad omnia bona nobis ſuper addita
ſeſe extendit) bonum cogitare, bonum uelle,
bonum operari, credere, ſperare, diligere, pœ
nitere, obedire, fidem, ſpem, charitatem, pœ-

E nitentiam,obedientiam,noſtram uocationē,
noſtram præparationem, noſtram iuſtifica-
tionem, noſtram glorificationem: Tum etiã
gratiæ Chriſti ordinē in ſuis effectibus, quia
non communicantur nobis indiſcriminatim,
nec confuſe, ſed ualde ordinatè. Ratione pri-
mi horum duorum,id eſt, extēſionis ſiue am
plitudinis huius gratiæ, ſcimus illam in ſua
communitate non dari nobis per noſtra bo-
na opera, quia immo illa facit iu nobis omnia
bona. Nō enim quia nos bonum cogitamus,
uolumus, aut operamur, communicatur no
bis gratia redemptionis in ſua communitate;
ſed potius è contra, quia illa communicatur
nobis quantum ad aliquem eius effectum,
nos bonum cogitamus,uolumus, aut opera-
mur. Nec illa in tota ſua communitate pen-
det aliquo modo à nobis,quia ad illam perti-
net noſtra uocatio & noſtra præuentio ad bo
nnm:nos autem non nos uocamus,nec in no
ſtra poteſtate eſt ut uocemur:ſed immo à ſola
gratia eſt noſtra uocatio,& ab illa ſola depen-
det,quæ uocat quos uult,ubi,quando,& quo
modo uult. Ratione autem ſecundi horum
duorum, id eſt, ordinis gratiæ Chriſti in ſuis
effectibus, ſcimus aliquos communicari no-
bis per alios, ut iam ſæpe & declaratũ & pro-
F batum eſt ſatis. Quàm certum eſt enim com-
municari nobis glorificationem per iuſtifica
tionem, tam certum eſt communicari nobis
iuſtificationem per præparationem: quia nũ
quam Deus iuſtificat, niſi quos prius tempo-
re uel natura præparat:ſaltem de adultis; quã
uis & in paruulis reperiatur etiam nonnulla
præparatio, uel ſancti baptiſmatis ſuſceptio,
uel aliqua alicuius pro eis oblatio uel oratio,
pro ut latè tradunt doctores de neceſſario
Baptiſmo paruulorum. Tam certum eſt etiã
communicari nobis præparationem,per uo-
cationem,præuentionem,excitationem, pul
ſationem,adiutorium; ſiue per gratiam uocã
tem,præuenientem,excitantem, pulſantem,
Apoc. 3. iuuantem:ſicut ipſa dicit, Ecce ſto ad oſtium
& pulſo, Si quis audierit uocem meam & ape
ruerit mihi ianuam,intrabo ad illum & cœna
bo cum illo,& ipſe mecum. Vnde quia in Dei
uocationem reſoluuntur omnia hæc bona,
Rom. 9. ſicut legimus, Non ex operibus, ſed ex uocã
te dictum eſt, Quia maior ſeruiet minori. &
quia Dei uocatio,ſine dubio pertinet ad Chri
ſti gratiam, manifeſtum eſt quòd omnia hæc
bona ad gratiam Chriſti pertinent, & in illam
reſoluuntur tanquam in ſuum principium
primum, principale, maximum. Et ſic ſem-
per habemus quòd gratia eſt gratia, ex gra-
tia, ex benedictione promiſſa, ex promiſ-
ſione.

VOCATIO igitur diuina, eſt unus effe-
ctus gratiæ Saluatoris noſtri, quia profectò G
in ipſo uocamur, quotquot uocamur, quot-
quot uocati ſumus, & quotquot uocabun-
tur: atq; eſt quaſi primus effectus gratiæ eius
in nobis, quantum ad executionem:quia ipſa
uocatio eſt,uel ad illam pertinet,gratia præue
niens,excitans,pulſans,mouens, præparans.
Ob quam rem ipſa uocatio talis effectus gra-
tiæ eſt, qualis nullo modo pendet à nobis:
quia nos nec nos uocamus, nec nos conuoca
mus, nec aliquo modo eſt iu noſtra poteſtate
ut uocemus. Sed magis uidetur quòd uoca-
tus ut purè uocatus, paſſiuè ſe habet ad uoca
tionem,potens illi conſentire uel non conſen
tire:ſicut dominus conqueritur de Hieruſalē *Matt. 20.*
quòd uoluit congregare filios eius, & ipſa no
luit:atque de illis qui uocati ad nuptias,negle *Matt. 22*
xerunt uenire, & abierūt, alius in uillam ſuã,
alius uerò ad negociationem ſuam:& alibi cõ
tra Iſrael, Tota die expandi manus meas ad *Rom. 10.*
populum non credentem,ſed contradicētem *Eſaia 65.*
mihi. Alibi etiam, Sto ad oſtium & pulſo, ſi- *Apoc. 3.*
quis audierit uocem meam & aperuerit mihi
ianuam, intrabo ad illum & cœnabo cum il-
lo,& ipſe mecum. Iuſtificatio autem eſt alius
effectus gratiæ Chriſti, qui certè aliquo mo-
do pendet à nobis, non primùm, nec princi-
paliter:ſed quaſi ſecundariò, & minus princi
paliter. Pendet enim à noſtro conſenſu in eũ
uocantem; ut de uocatis,omnes & ſoli iuſtifi H
centur, qui Deo uocanti conſentiunt; qui
Deo uocanti & pulſanti aperiunt ianuam:ſi-
cut ipſe ait in uerbis ſuis ſtatim allegatis. Ec- *Apoc. 3.*
ce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit uo-
cem meam & aperuerit mihi ianuam, intra-
bo ad illum & cœnabo cum illo,& ipſe mecũ.
Ob quam ueritatem omnibus Chriſtianis in
cunctis ſæculis notiſsimam,dixit Auguſtinus *Auguſt.*
in De uerbis Apoſtoli, Qui fecit te ſine te, *tom. 10.*
non iuſtificabit te ſine te. Sicuti etiam aduer
ſarii fatentur, dum dicunt requiri in nobis ad
noſtram iuſtificationem,ut iuſti ſimus,aut ut
iuſti efficiamur noſtra fides aut confidentia
qua firmiter credamus ſeu confidamus. Mani
feſtum eſt enim quòd nemo credit aut confi-
dit niſi uolens, niſi uelit. Sicuti etiam & nos
dicimus quòd ad noſtram iuſtificationem re-
quiritur in nobis noſtra fides, noſtra dilectio
Dei, noſtra obedientia ex corde erga Deum.
Quemadmodum ergo aduerſarii dicunt non
repugnare gratiæ quòd iuſtificatio detur ho-
minibus per fidem, quia fides pertinet ad gra
tiam: ita & nos dicimus non repugnare gra-
tiæ quòd iuſtificatio detur hominibus per fi-
dem, dilectionem, obedientiam, quia etiam
hæc omnia pertinent ad gratiam Dei uocan-
tem, excitantem, præuenientem, præparan-
tem, iuuantem, ſine qua nihil horum habere
mus,

A mus, nec habere poſſemus.

ALIO igitur modo nobis loquendum eſt de gratia in communi, & pro ut reſpicit aut includit gratiam uocantem: quia gratia uocans, eſt præueniens, & communiſsima, quæ nullo modo dependet à nobis: ſed communicatur omnibus, infidelibus ut eos faciat fideles, malis ut eos faciat bonos, indiſpoſitis ut eos faciat diſpoſitos, indignis nt eos faciat dignos: qui ei conſentire uoluerint, qui ei uocanti conſenſerint. Alio autem modo nobis loquendum eſt de gratia pro ut includit aut reſpicit gratiam iuſtificantem: quia hæc gratia iuſtificans, effectus qnidam gratiæ redemptionis, non eſt ſic communis, nec datur ſic omnibus, ſed illis omnibus & ſolis hominibus qui gratiæ uocanti conſentiunt, ut conſtat: & ſic dependet quodam modo à nobis, id eſt, à noſtro conſenſu in gratiam uocantem, à nobis conſentientibus. Quoniam autem modo de gratia loquamur, ſemper illa re-
Rom. 11. uera, eſt gratia: quia quicquid nobis, in nobis aut circa nos facit Deus boni, totum facit gratis, non inuitus, non coactus, non uiolentia, non neceſsitate, nec nt impulſus, ſibi, ſed ut nobis benefaciat. Gratia ergo eſt. Ipſe eſt dominus Deus noſter & nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius. Ipſe creator, nos eius creaturæ. Ipſe infinitus, nos uerò tales ut rectè dicatur, Subſtantia mea tanquam nihilum ante.

B DE gratia igitur non poſſunt aduerſarii obganire contra nos, qui abundantiſsimam cognoſcimus atque prædicamus gratiæ extenſionem, neceſsitatem, excellentiam, efficaciam, promiſsionem, exhibitionem, oblationem. Sed uos contra illos multa dicimus pro ordine gratiæ, qnem ſeruat Deus ſemper communicando nobis gratiæ effectus. Dicunt illi, quòd inter Deum uocantem & Deũ iuſtificantem, ſatis eſt ſi media accedat ex parte noſtra ſola fides aut confidentia, quicquid ſit de omnibus aliis: quaſi mox, eo ſolo poſito, Deus iuſtificet, concedat gratiam gratũ facientem, ac remiſsionem peccatorum. Nos autem è contra dicimus, non ſufficere quòd accedat ſola fides aut ſola confidentia, ſed quòd mediam ſe præbere debet fides integra totius Euangelii, dilectio Dei ſuper omnia, obedientia ex corde erga Deum, ſeu propoſitum cauendi, aut bene uiuendi in futurum, formale, aut ſaltem uirtuale, ut declaratum eſt, & monſtratum. De numero enim requiſitorum agimus, & non de cauſa ipſorum: quia quicquid in eo quod medium accedit requiratur, certum eſt, quòd ad gratiam pertinet, ſiue ſit unum, ſiue multiplex.

NON poteſt autem alicui uideri mirum, quòd alio modo loquimur de gratia Chriſti C in communi, id eſt, in tota ſua communitate, atque pro ut complectitur omnes & ſingulos ſuos effectus: alio uerò modo loquimur de gratia Chriſti quantum ad aliquem effectum eius in particulari, id eſt, de gratia iuſtificationis, aut de gratia glorificationis. Primùm, quia hæc eſt rei ueritas, ut iã ſatis monſtrauimus: Secundò, quia de hoc habemus exemplum manifeſtum in diuinis ſcripturis. Diuina enim prædeſtinatio qua Deus nos homines prædeſtinat, quædam gratia Dei eſt, in ipſo manens: qnia ſicut dicit Auguſtinus & eſt uteriſsimum, prædeſtinatio, eſt præſcientia beneficiorum Dei. Eſt enim prædeſtinatio, ratio ordinis aliquorum in ſalutem æternam in mente diuina exiſtens: quia re uera ſecundum noſtrum modum intelligendi, prædeſtinatio, eſt quædam pars prouidentiæ diuinæ, qua Deus uolens deſtinat creaturam rationalem in finem ſuum ſupernaturalem. Atq; eſt gratia Dei, quia Deus liberè ac gratis nos ſic deſtinat & ordinat in uitam æternã: rurſusq; eſt gratia Dei in Chriſto, quia in Chriſto nos elegit Deus & prædeſtinauit ante mundi conſtitutionem, ut palàm teſtatur Apoſtolus ad Ephes. 1.
Epheſios. De hac autem gratia Dei per Chriſtum, nos etiam loquimur duobus modis. Vno modo pro ut ipſa reſpicit & comprehendit omnes ſuos effectus, quos ponit aut facit D
in prædeſtinatis: Alio modo pro ut reſpicit aut facit aliquem effectum, ſeu aliquos effectus particulares in ipſis. Conſiderando illam gratiam primo modo, dicimus quòd Deus nihil boni præuidit in hominib. ob quod bonum præuiſum illos prædeſtinaſſet: quia ad prædeſtinationem in communi ſiue in ſua cõmunitate aut in ſua totalitate, pertinent omnia bona quæ habent prædeſtinati, tanquam effectus ipſius: bona opera, bona uoluntas, bona cogitatio, omnis uirtus, omne bonum, glorificatio, iuſtificatio, præparatio, adiutorium, uocatio. Sic intelligunt prædeſtinationem Auguſtinus, Sanctus Thomas, Scotus, & multi alii doctores, qui gratiam prædeſtinationis melius ſpeculati ſunt: quamuis alii nonnulli ſecus illam gratiam intelligant, ut Ambroſius, & Henricus Gandauenſis. Conſiderando tamen prædeſtinationem pro ut reſpicit quoſdam effectus ſuos particulares, omnes ſine controuerſia concedimus, quòd habet ordinem in illis, & quòd ſeruat ordinem præſtando illos, alios per alios: glorificationem per iuſtificationem, iuſtificationem per præparationem, præparationem per uocationem. Quo fit etiam ut omnes concedamus, quòd licet Deus nihil boni præuideat in nobis ex quo præuiſo nos prædeſtinet: præuidit ni-

E nihilominus aliquid in nobis boni, ex quo uoluit nos iuſtificare, & præuidit aliquid in nobis boni, ex quo uoluit nos glorificare: in Chriſto tamen, & per Chriſtum. Quid eſt illud præuiſum? Tenentur aduerſarii dicere quòd eſt ſola fides aut ſola confidentia, quam ſolam dicunt neceſſariam & ſufficientem. Nos autem dicimus non eſſe ſolam fidem aut ſolam confidentiã, ſed eſſe fidem totius Euangelii, dilectionem Dei ſuper omnia, obedientiam ex corde formalem uel ſaltem uirtualẽ erga Deum, & ſimilia de quibus multa diximus, & plura inferius dicturi ſumus. De his autem duobus modis loquendi circa prædeſtinationem, multa dicunt doctores in libris ſententiarum: ubi poſſunt omnia uidere, qui uoluerint, quibusq; ocium erit.

Lib. 1. Diſt. 40. 41.

Oſtenditur ex præcedenti inſtituto, promiſſionem diuinam factam Abrahæ & ſemini eius abſolutè, quòd hæres futurus eſſet mundi, & de benedictione omnium gentium in ſemine eius, iam impletam eſſe in Saluatore noſtro quantum oportuit, quoad omnes: impleri uerò quotidie in eodem Saluatore noſtro quantum ad efficaciam, quoad aliquos. Declaratur quo pacto impleta ſit et impleatur, quando, et per quid eam conſequamur: & benedictionem omnium gentium, promiſſam fuiſſe abſolutè quoad omnes quantum ſufficeret, conſecutionem autem communicationem'ue eius quantum ad iuſtificationem à peccatis F *& glorificationem, fuiſſe promiſſam ſub conditione, quantum ad efficaciam, ſiue efficientiam.*

CAP. XIIII.

PROMISSIO igitur diuina, facta Abrahæ de benedictione omnium gentium in ſemine ipſius, abſoluta fuit: ſicut conſtat de ſe, & ſicut antedicta probauerunt. Completa eſt autem iam in Saluatore noſtro, quantum ad ſufficientiam quo ad omnes initiatiuè quidem (ut ſic cum noſtris dicam) in primo inſtanti ſuæ conceptionis, cùm Verbum caro factum eſt; completiuè uerò per ſuam paſsionem, mortem, & reſurrectionem: Completur autem quantum ad efficaciam ſiue efficientiam, quoad aliquos, quotidie, magis ac magis, in eodem Saluatore noſtro. Et de his duobus modis nobis agendum eſt, ut hæc, ſicut ſunt, uериſsima oſtendamus, ſimulq; & oblatam nobis gratiam Dei, benedictionem, atque hæreditatem, in Saluatore noſtro, ſemine Dauid ſecundum carnem, qui eſt Deus & homo, Mediator Dei & hominum. Itaque promiſsio diuina, facta Abrahæ & ſemini eius quòd hæres eſſet mundi, atque de benedictione omnium gentium in ſemine ipſius Abrahæ, cõpleta eſt iam in Saluatore noſtro quoad omnes homines, quantum ſufficit, quantum eſt ex parte ſua, ita ut nequaquam pendeat, à parte noſtra: non obſtantibus peccatis noſtris, ſed ſuperabundante gratia & benignitate eius: ut ubi abundabat magis noſtra iniquitas, abundaret quoque magis ſua gratia, ſua bonitas, ſua ueritas. Quippe qui ex ſua gratia promiſit, & ex ſua gratia, bonitate, ac ueritate, impleuit: quanquam nos inimici eſſemus, & longè aliud demererentur noſtra peccata.

Promiſſio Abrahæ de benedictione omnium gentium in ſemine ſuo, completa eſt quantũ ad ſufficientiam, quoad omnes. G

Verè enim, Non miſit Deus filium ſuum in mundum ut iudicaret mundum, ſed ut ſaluaretur mundus per ipſum. *Ioan. 3.* Venit namque filius Dei quærere & ſaluum facere quod perierat. *Mat. 18. Luca 15. 19.* Operatusq; eſt ſalutem in medio terræ. Atque torcular calcauit ſolus, & de hominibus non erat uir ſecum. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Quiq; omnes homines & totum mundum hominum, ſatis redemit, ſatis ſaluauit, & reconciliauit Deo, interficiens inimicitias in ſemetipſo, & quantum oportuit ad benedictionem atque hæreditatem reduxit. Sic enim legimus, Nũc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & Prophetis. *Rom. 3.* Iuſtitia autem Dei, per fidem Ieſu Chriſti in omnes qui credunt in eum: non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei: H iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſsionem præcedentium delictorum, in ſuſtentatione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore. Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. *Rom. 4.* Vt quid enim Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus, ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt? *Rom. 5.* Vix enim pro iuſto quis moritur, nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis; quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis, nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, recõciliati ſumus Deo per mortem filii eius: multo magis reconciliati, ſalui erimus in uita ipſius. Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, per quem nunc recõciliationem accepimus. Si enim unius delicto, multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei & donum, in gratia unius *Ibidem. paulò poſt.*

A nius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per unum peccatum, ita & donum, nam iudicium ex uno, in condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationem. Si enim unius delicto, mors regnauit per unum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in uita regnabunt per unũ Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem; ſic & per unius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationẽ uitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi; ita & per unius obeditionem iuſti conſtituentur multi. Lex autem ſubintrauit, ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia: & ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in uitam æternam, per Ieſum Chriſtũ *Rom. 8.* dominum noſtrum. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater. Ipſe enim Spiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi ta*Ibidem.* men compatimur, ut & cõglorificemur. *paulò poſt* Qui et proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quõ non etiam *1. Cor. 15* cum illo omnia nobis donauit? Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dor*B* mientium; quoniam quidem per hominem mors, & per hominẽ reſurrectio mortuorũ. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur, unuſquiſque *2. Cor. 5.* autem in ſuo ordine. Charitas enim Chriſti urget nos, æſtimantes hoc quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, ut & qui uiuunt, iam non ſibi uiuant; ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & re*Ibidem.* ſurrexit. Si qua ergo in Chriſto noua creatu*paulò poſt* ra, uetera tranſierunt: ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis. Quoniam quidẽ Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis uerbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. *Galat. 3.* Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia ſcriptum eſt, Maledictus omnis qui pendet in ligno) ut in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, ut pollicitationem ſpiritus ac*C* cipiamus per fidem: Benedictus Deus & Pa *Epheſ. 1.* ter Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius, in charitate: qui prædeſtinauit nos in adoptione filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo; in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſsionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia & prudentia. Ipſe eſt enim pax, noſtra, qui fe *Epheſ. 2.* cit utraque unum, & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua, legẽ mandatorum decretis euacuans ut duos condat in ſemetipſo in unum nouum hominem, faciens pacem, ut reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo. Et ueniens euangelizauit pacem uobis qui longè fuiſtis & pacem iis qui prope: quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiritu, ad Patrem. Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in *D* ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Et nos cum eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſu, in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis ſuæ per mortem, ut exhiberet uos ſanctos & immaculatos, & irreprehenſibiles coràm ipſo, ſi tamen permanetis in fide fundati & ſtabiles, & immobiles à ſpe Euangelii, quod audiſtis, quod prædicatum eſt in uniuerſa creatura, quæ ſub cœlo eſt, cuius factus ſum ego Paulus miniſter: qui nunc gaudeo in paſsionibus pro uobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſsionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia. Cuius factus ſum ego miniſter ſecundum diſpenſationem Dei quæ data eſt mihi in uobis, ut impleã uerbum Dei, myſterium quod abſconditum fuit à ſæculis & generationibus, nunc autem manifeſtum eſt ſanctis eius, quibus uoluit Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus, quod eſt Chriſtus. Et uos cùm mor *Col. 2.* tui eſſetis in delictis & præputio carnis ueſtræ, conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta, delens, quod aduerſus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. & ipſum tulit de medio, affigens

E gẽs illud cruci, & expolians principatus & po
teſtates, traduxit confidenter palàm, trium-
1.Tim.2. phans illos in ſemetipſo. Vnus enim Deus,
unus & Mediator Dei & hominum, Homo
Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſe-
metipſum pro omnibus: cuius teſtimonium
temporibus ſuis confirmatum eſt, in quo po
ad Tit.2. ſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus. Ap-
paruit enim gratia Dei Saluatoris noſtri om-
nibus hominibus; erudiens nos, ut abnegan
tes impietatẽ & ſæcularia deſideria, ſobriè,
& iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſæculo, exſpe
ctantes beatam ſpem & aduentum gloriæ ma
gni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui
dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redime-
ret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi po-
pulum acceptabilem, ſectatorem bonorum
Heb.5. operum. Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſup
plicationesq; ad eum qui poſsit illum ſaluum
facere à morte, cum clamore ualido & lacry
mis offerens, exauditus eſt pro ſua reueren-
tia. Hæc & multa alia quæ in diuinis ſcriptu-
ris conſtant, oſtendunt ſatis completas eſſe
in Saluatore noſtro promiſsiones diuinas fa-
ctas Abrahæ & ſemini eius, quòd hæres eſſet
mundi, & de benedictione omnium gentiũ
in ſemine ipſius, quoad omnes, quantum ad
ſufficientiam: & conſtat tempus iſtud iam eſ
ſe tempus gratiæ, promiſsionis completæ,
ac benedictionis. Sic etiam dicit Apoſtolus,
2.Cor.6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc
F dies ſalutis. At ubi uenit plenitudo tempo-
Galat.4. ris, miſit Deus Filium ſuum factum ex mu-
liere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege e-
rant redimeret, ut adoptionem filiorum re-
ciperemus. Quoniam autem eſtis filii Dei,
miſit Deus ſpiritum Filii ſui in corda ueſtra,
clamantem, Abba, pater. Itaque non eſt ſer
uus, ſed filius. Quod ſi filius, & hæres per
Heb.9. Deum. Chriſtus autem aſsiſtens pontifex fu
turorum bonorũ per amplius & perfectius
tabernaculum non manufactum, id eſt, non
huius creationis, neque per ſanguinem hir-
corum aut uitulorum, ſed per proprium ſan
guinem introiuit ſemel in ſancta, æterna re-
demptione inuenta. Inuenta eſt igitur æter-
na redemptio noſtra, noſtraq; benedictio,
& reddita eſt nobis promiſſa hæreditas in Sal
uatore noſtro: quoad omnes quidem, quan
tum ad ſufficientiam. Initiatiuè utique, in
primo inſtanti quo Verbum caro factum eſt:
continuatiuè, mox per totam uitam eius in
hoc ſæculo: completiuè, per ſuam paſsionẽ,
Rom.4. mortem, & reſurrectionem. Traditus eſt
propter delicta noſtra, & reſurrexit propter
iuſtificationem noſtram. Atque hæc eſt gra-
tia quæ nobis proponitur, nobiſq; offertur,
in toto ſancto Dei Euangelio: ut eam ueli-
mus, ut eam recipiamus, credamus, diliga- G
mus: & ſicut dicit Apoſtolus, Ne quis deſit *Heb.12.*
gratiæ Dei. Ita impleta ſunt nobis in Chriſto
Saluatore noſtro omnia huiuſmodi, quan-
tum ad ſufficientiam: completæ promiſsio-
nes, oblata gratia, benedictio, hæreditas.
Vnde ipſe miſericors, legatos ſuos, Apoſto-
los ſanctiſsimos ac ueraciſsimos miſit per to
tum Orbem qui hanc gratiam Dei cunctis
hominibus nuntiarent; ut uidelicet omnes
ad hanc præparatam atque oblatam gratiam
uenirent, omnes ad eam currerent, omnes
illam crederent, illamq; uellent, optarent;
reciperent. Ob quod & ipſos fecit legatos
ſuos & teſtes, ponens in eis uerbum reconci
liationis iam factæ per ipſum quantum ad ſuf
ficientiam, ſicut legimus, Euntes ergo do- *Matt.28*
cete omnes gentes, baptizantes in nomine
Patris & Filii & Spiritus ſancti, docentes eos
ſeruare omnia quæcunque mandaui uobis,
& ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus,
uſque ad conſummationem ſæculi. Euntes *Mar.16*
in mundum uniuerſum prædicate Euange-
lium omni creaturæ, Qui crediderit & bapti
zatus fuerit, ſaluus erit: qui uerò non credi-
derit, condemnabitur. Et eritis mihi teſtes *Act.1.*
in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria,
& uſque ad ultimum terræ. Omnia autem ex *2.Cor.5.*
Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtũ,
& dedit nobis miniſterium reconciliationis.
Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mun
dum reconcilians ſibi, non reputans illis de- H
licta ipſorum, & poſuit in nobis uerbum re-
conciliationis. Pro Chriſto ergo legatione
fungimur, tãquam Deo exhortante per nos.
Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini
Deo. Cæterùm complentur hæ promiſsio- *Promiſſio*
nes quotidie magis & magis in nobis quan- *eadẽ A-*
tum ad efficaciam ſiue efficientiam, pro ut *brahæ, cõ*
quidam quotidie magis, & magis credunt, *pleturque*
amant, uolunt, & accipiunt hanc gratiam *tidie, quã*
modo oblatam, olim promiſſam. Omnia *tũ ad effi-*
parata ſunt, uenite ad nuptias. Effuſus fuit *caciam,*
ſanguis Chriſti Saluatoris noſtri, precium *ſiue efficiẽ*
ſufficientiſsimum redemptionis noſtræ: in- *tiam.*
ſtituta eſt lex, enuntiata eſt gratia, inſtitu- *Matt.22*
ta ſunt ſacramenta, reconciliatus eſt mun-
dus, completæ ſunt promiſsiones. Quid ſu-
pereſt? Omnia parata ſunt, Venite ad nu-
ptias. Ad quas uocat nos ſemper Deus uel
exterius per miracula, prædicationes, & le-
gem; uel interius per illuminationes, reue-
lationes, inſpirationes, aut adiutoria, mo-
tiones, præparationes. Si qui non ueniunt,
culpa eorum eſt. Nunc enim tempus eſt gra
tiæ, olim omnibus promiſſæ, modo omni-
bus oblatæ. Non omnes obediunt Euange-
lio, ideo non omnes illam accipiunt. Acci-
pimus

A pimus nanque illam per legem fidei, per fidẽ
Quomodo ſeu per quid accipiamus benedictionem promiſſã, ſeu gratiam. quæ per charitatem operatur, per obedientiam erga Chriſtum, ſi facimus Dei uoluntatem: iis enim reportamus promiſsiones diuinas factas olim Abrahæ, ſicut in præcedentibus monſtratum eſt ſatis ex Apoſtolo Paulo: atque iis etiam accipimus hanc promiſſam & oblatam gratiam, non per ſolam fidẽ, nec per ſolam confidentiam. Fides etenim quæ per charitatem operatur, eſt, ſicut mani
Galat.5. feſtè dicit Apoſtolus, quæ ualet in Chriſto ad reportandum, capeſſendum, conſequendũ, & obtinendum promiſsiones illas diuinas; non circuncisio, neque præputium, nec ſola fides, neque ſola confidentia. Et ſi habuero,
1.Cor.13. inquit Apoſtolus, omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. & nulli dubium quòd idẽ
1. Ioan.3. dixiſſet de confidentia, ſi opus eſſet. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniã diligimus fratres. Qui non dili
1. Pet. 4. git, manet in morte. Charitas operit multitu
1.Pet.1. dinẽ peccatorum. Propter quod ſuccinti lumbos mentis ueſtræ, ſobrii, perſectè ſperate in eam quæ offertur uobis, gratiam, in reuelationem Ieſu Chriſti, quaſi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ ueſtræ deſideriis; ſed ſecundum eũ qui uocauit uos,
B ſanctum, ut & ipſi in omni conuerſatione ſan
Leuit.11 19.20. cti ſitis, quoniam ſcriptum eſt. Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. Et ſi Patrem inuocatis eum qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum uniuſcuiuſque opus. Itaq;
Heb.1. completa eſt promiſsio facta Abrahæ & ſemini eius, quod hæres eſſet mundi: id eſt, in Saluatore noſtro; quem conſtituit Deus Pater hæredem uniuerſorum, per quem fecit & ſecula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portansque omnia uerbo uirtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, tanto melior angelis effectus, quãto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquãdo angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſus, Ego ero illi in Patrem; & ipſe erit mihi in Filium. Atq; completa eſt ſatis promiſsio facta Abrahæ de benedictione omnium gentium in eius ſemi
1.Tim.2. ne, cùm unus mediator Dei & hominum, Deus & homo, Chriſtus Ieſus dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. Exaudi
Heb.5. tus pro ſua reuerentia. Neque hoc ſolùm, Sed & legatos ſuos miſit Saluator noſter, Apoſtolos eius, per totum Orbem, qui nobis omnibus notam facerent hanc eius gratiam: ut eã reciperent qui eã recipere nellent, credentes homines, ſperantes, diligentes, pœnitentes, Deoque obedientes. Sic omnia hæc prædicta loca diuinarum ſcripturarum affatim proba- C
uerunt. Verè languores noſtros ipſe (Saluator noſter) tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. *Eſaiæ 53.* Ipſe autem uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimus, Vnuſquiſque in uiam ſuam declinauit, & poſuit dominus in eo iniquitates omnium noſtrum. Oblatus eſt quia ipſe
uoluit. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in cor *1.Pet. 2.*
pore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus; cuius liuore ſanati ſumus. Vnde quidem de modo paſsionis Chriſti quantum ad eius effectum, atque de effectibus ipſius paſsionis Saluatoris noſtri, ſequentes
poſſumus colligere propoſitiones, Prima eſt, *Prop.1.*
Paſsio Chriſti peperit noſtram ſalutem per
modum meriti. De hac dicit Apoſtolus, Chri *Philip.2.*
ſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem, mortem autẽ crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen,
quod eſt ſuper omne nomen. Et Auguſtinus *Auguſt.*
ad hæc uerba Apoſtoli, inquit, Humilitas paſſionis, claritatis eſt meritum: claritas, humili
tatis eſt præmium. Eſt autem clarificatus Sal *Ioan.17.*
uator noſter non ſolùm in ſeipſo, ſed etiam in ſuis fidelibus, ut ipſe docet apud Ioannem.
Secunda eſt, Paſsio Chriſti peperit noſtram *Prop. 2.*
ſalutem per modum ſatisfactionis. Quo ad D
hoc legimus in perſona eius dictum, Quæ nõ rapui, tunc exoluebam. Non autem exoluit,
qui perfectè non ſatisfacit. Tertia eſt, Paſsio *Prop.3.*
Chriſti operata eſt noſtram ſalutem per mo-
dum ſacrificii. Dicit enim Apoſtolus, Tradi- *Epheſ.5.*
dit ſemetipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Optimè di-
cit Auguſtinus in De Ciuitate Dei, uerum ſa *Auguſt.*
crificium eſt, omne opus quod agit ut chari- *lib.10.*
tate inhæreamus Deo: relatum ſcilicet ad il- *tom.5.*
lum finẽ boni, quo uerè boni eſſe poſſumus. Chriſtus autem ſeipſum obtulit in paſsione pro nobis, & hoc ipſum opus quod uolens uoluntariè paſsionem ſuſtinuit, Deo maximè acceptum fuit. Et cùm quatuor conſiderentur in omni ſacrificio, ut idem Auguſtinus do *Lib.4.*
cet in De Trinitate, id eſt, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipſe unus uerusque mediator per ſacrificium pacis recõcilians nos Deo, unum cum illo maneret cui offerebat, unum in ſe faceret pro quibus offerebat, unus ipſe eſſet
qui offerebat, & quod offerebat. Quarta eſt, *Prop.4.*
Paſsio Chriſti operata eſt noſtram ſalutem per modum redemptionis. De hoc dicit
Apoſtolus Petrus, Non corruptibilibus au- *1.Pet.1.*
ro uel argento redempti eſtis de uana ueſtra conuerſatione paternæ traditionis; ſed pre-

E cioſo ſanguine quaſi agni immaculati & incõ
taminati Chriſti. Et Apoſtolus Paulus, Chri
ſtus nos redemit de maledicto legis, factus
Prop.5. pro nobis maledictum. Quinta eſt, Paſsio
Chriſti operata eſt noſtram ſalutem per mo-
1. Cor. 1. dum efficientiæ. Ad hoc dicit Apoſtolus,
quòd uerbum crucis, his qui ſalui fiunt, eſt
uirtus Dei. Virtus autem Dei efficienter ope
ratur ſalutem noſtram. Quidem efficiens prin
cipale noſtræ ſalutis, eſt Deus. At uerò quia
humanitas Chriſti eſt inſtrumentum diuini-
tatis, non utcunque ſed coniunctum, ut con
ſtat, per conſequens omnes actiones & paſ-
ſiones Chriſti tanquam inſtrumenta operan
tur in uirtute diuinitatis ad ſalutem noſtram.
Nec enim Saluator noſter effecit noſtram ſalu
tem in ſola ſua natura diuina pura, ſed pro-
fectò etiam in noſtra natura humana, & per
noſtram naturam humanam, tanquam per
inſtrumentum coniunctum diuinitati; ut ni-
delicet in eadem natura & per eandem natu-
ram in qua & per quam diabolus uicerat, ip-
ſe diabolus uinceretur. Vtque homo ſimul ha
beret ſalutem, liberationemque, & honorem.
Saluator noſter una perſona diuina ſubſiſtens
in duabus naturis, formam Dei habet & for
mam hominis, operando autem efficiendoq;
ſalutem noſtram in ſua paſsione, formam ho-
minis profectò obiecit aſpectibus humanis,
F retinens tamen ipſam unitã ſibi. Vnde igitur
ad omnes actiones paſsionesq; quas ſecundũ
humanam formam exercebat, humana ipſa
forma ueluti inſtrumentum quoddam ſe ſe
Prop.6. habebat. Sexta eſt, Per paſsionem Chriſti ſu-
mus liberati à peccato. De hoc dicit Ioannes
Apoc. 1. Apoſtolus, Dilexit nos & lauit nos à peccatis
noſtris in ſanguine ſuo. In quo ſi bene aduer-
timus, reperimus utique quòd paſsio Chri-
ſti eſt propria cauſa remiſsionis peccatorum,
tribus modis: Vno, per modum prouocan-
tis nos ad charitatem: maximè enim prouo
Rom. 5. cat paſsio Chriſti ad dilectionem eius, dile-
ctio autẽ eius maximè facit ad peccatorum
Luca 7. remiſsionem. Dimiſſa, ſunt ei peccata mul-
1. Pet. 4. ta, quoniam dilexit multum. Charitas oper-
rit multitudinem peccatorum. Tranſlati ſu-
mus de morte ad uitam, quoniam diligimus
fratres. Qui non diligit manet in morte. Et
multa alia quæ iam poſuimus. Alio, per mo-
dum redemptionis. Vt iam monſtratum eſt.
Et conſtat, quia Saluator noſter, caput no-
ſtrum, per ſuam paſsionem liberauit nos tan
quam mẽbra ſua à peccatis noſtris, quaſi per
precium ſuæ paſsionis. Tertiò per modum
efficientiæ, pro ut caro in qua uel ſecundum
quam Chriſtus paſsionem ſuſtinuit, eſt inſtru
mentum diuinitatis: ex hoc enim eius paſ-
ſiones & actiones operantur uirtute diuina

ad expellendum peccatum. Septima eſt, Per G
paſsionem Chriſti ſumus liberati à poteſtate *Prop. 7.*
diaboli. De hoc ipſe dixit, imminente iã iam
paſsione, Nunc iudicium eſt mũdi, nunc prin *Ioan. 12.*
ceps huius mundi eiicietur foras. Ego ſi ex-
altatus fuero à terra, omnia traham ad me ip-
ſum. Et Apoſtolus eius. Et uos cùm mortui *Col. 2.*
eſſetis in delictis & præputio carnis ueſtræ,
conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia
delicta, delens, quod aduerſus nos erat, chiro
graphum decreti, quod erat contrarium no-
bis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cru
ci, & expolians principatus & poteſtates tra-
duxit confidenter palàm, triumphans illos
in ſemetipſo. Ob quod Auguſtinus dicit in *Auguſt.*
De Trinit. Iuſtitia Chriſti uictus eſt diabolus, *Lib. 13.*
quia cum in eo nihil morte dignum inueni-
ret, occidit eum tamen: & utique iuſtum eſt,
ut debitores quos tenebat, liberi dimittan-
tur, in eum credentes, quem ſine ullo debito
occidit. Octaua eſt, Per paſsionem Chriſti *Prop. 8.*
ſunt liberati homines à pœna peccati. De hoc
dicit Eſaias, Verè languores noſtros ipſe tu- *Eſaia 53.*
lit, et dolores noſtros ipſe portauit. Et Apo-
ſtolus Petrus, Peccata noſtra ipſe pertulit in *1. Petr. 2.*
corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mor-
tui, iuſtitiæ uiuamus, cuius liuore ſanati ſu-
mus. Nona eſt, Per paſsionem Chriſti ſumus *Prop. 9.*
Deo reconciliati. De hoc dicit Apoſtolus, *Rom. 5.*
Reconciliati ſumus Deo, per mortem filii H
eius. Quoniam quidem Deus erat in Chriſto *2. Cor. 5.*
mundum reconcilians ſibi, non reputans il-
lis delicta ipſorum, & poſuit in nobis uer-
bum reconciliationis. Decima eſt, Per ſuam *Prop. 10.*
paſsionem aperuit nobis Chriſtus ianuam
cœli. De hoc dicit Apoſtolus, Chriſtus aſsi- *Heb. 9.*
ſtens Pontifex futurorum bonorum per am-
plius & perfectius tabernaculum non manu
factum, id eſt, non huius creationis, neque
per ſanguinem hircorum aut uitulorum, ſed
per propriũ ſanguinem introiuit ſemel in ſan
cta, æterna redemptione inuenta. Et alibi, Ha *Heb. 10.*
bemus fiduciam in introitu ſanctorum, id eſt,
cœleſtium, in ſanguine Chriſti. Atque Salua- *Ioan. 12.*
tor noſter, Vbi ſum ego, illhic & miniſter
meus erit. In domo Patris mei manſio- *Ioan. 14.*
nes multæ ſunt. Vado parare uobis lo-
cum. Et ſi abiero & præparauero uo-
bis locum, iterum ueniam ad uos, & ac-
cipiam nos ad me ipſum: Vt ubi ſum e-
go, & uos ſitis. Hæc & multa alia ex-
primit diuina ſcriptura, quibus manifeſtè
conſtat impletam eſſe iam nobis omnibus in
Saluatore noſtro promiſsionem de benedi-
ctione omnium gentium in ſemine Abrahæ,
utique quantum ſatis fuit: ut iam nõ ſtet per
Deum ſed per homines, ſi qui gratiam hanc
Dei non recipiunt eam negligentes, de illa
non

A non curantes, eam non uolentes, ei obicem opponentes, ſeipſos ab illa abducentes, non credentes, non ſperantes, non diligentes Deum, non pœnitentes, non obedientes Deo, ſeu Deo non obtemperantes. Requiritur enim obedientia noſtra erga Deum, ut hanc gratiam recipiamus de facto, efficaciter, ſeu efficienter: quemadmodum dicit A-

Heb.5. poſtolus de Saluatore noſtro, Et quidem cũ eſſet Filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam, & cõſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Nota uerbum, Omnibus obtemperantibus ſibi. His enim omnibus & ſolis factus eſt Chriſtus cauſa ſalutis æternæ de facto, efficaciter, ſeu efficienter; qui tamen omnibus hominibus ſimpliciter & uniuerſaliter loquendo, factus eſt cauſa ſalutis æternæ ſufficienter, ſeu quantum ad ſufficientiã. Ad obedientiam ergo Dei nobis recurrendum eſt, ad fidem, ad ſpem, ad charitatem, ad pœnitentiam, ut gratiam hanc conſequamur de facto, quantum ad efficaciam, ſiue quantum ad efficientiam: quæ gratia iam omnibus ſatis parata eſt. Atque hæc eſt cauſa, ut quidam non recipiant de facto hanc gratiam, alii uerò recipiant, de adultis hominibus ſanæ mentis loquendo, de quibus, & de

Part.2. per totũ. qua re, aliàs ſatis. Quia uidelicet quidam ad has uirtutes neceſſarias confugiunt & illas

B habent, quidam autem minimè. De hoc ta-

Ibidem. men, multa alibi. Intelligatur interim, quòd & hæ uirtutes ad gratiam Saluatoris noſtri pertinent, ſicut iam ſatis conſtat ex dictis: ut qui gloriatur in domino glorietur, & Deo principaliter auctori tribuamus, quicquid uirtutis habemus. Completa eſt diuina promiſſio facta Abrahæ, in Saluatore noſtro: ſicut etiam Domina noſtra ſanctiſsima dixit,

Luca 1. Et miſericordia eius à progenie & in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſrael puerũ ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſe-

Heb.1. mini eius in ſæcula. Sicut quoque Paulus ait, Multifariam multiſq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hæredem uniuerſorum, per quem fecit & ſæcula: qui cum eſſet ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſq; omnia uerbo uirtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Ecce completa eſt promiſsio pro omnibus quantum ad ſufficientiam, ut iam Filius Dei ſit homo factus, & per ipſum ſit C ſatis totus mundus Deo reconciliatus. Communicatur autem ſalus de facto, quantum ad efficaciam, ſiue quantum ad efficientiam hominibus illis, omnibus & ſolis, qui Saluatori noſtro obediunt, ſicut idem Apoſtolus *Heb.5.* ait, Et quidem cum eſſet filius Dei, &c. Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Notandum eſt uerbum, Obtemperantibus ſibi. quia illis factus eſt Saluator noſter cauſa ſalutis æternæ, uidelicet quantum ad efficaciam ſiue efficientiam: qui factus eſt omnibus ſimpliciter cauſa ſalutis æternæ, uidelicet quantum ad ſufficientiam. Veniamus ergo ad Dei obedientiam, ut mox ueniamus ad noſtrarum animarum ſalutem: ad Dei, inquam, obedientiam, prout ipſe nos uocat ad fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, & legis ſuæ obſeruantiam. Ta *Heb.13.* libus enim hoſtiis promeretur Deus. Oſtendendo completam eſſe promiſsionem factã Abrahæ de benedictione omnium in ſemine eius, quantũ ad ſufficientiam, dixit Domina noſtra, Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recor- *Luca 1.* datus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſæcula. Sed docendo ſimul quomodo hæc benedictio applicatur hominibus de facto quantum ad efficaciam ſiue efficientiam, quoque D dixit, Et miſericordia eius à progenie & in *Luca 1.* progenies, timentibus eum. Eodem modo Apoſtolus prædicans primum horum, dicit, Et nos uobis annunciamus eam, quæ ad pa- *Act.13.* tres noſtros repromiſsio facta eſt, quoniam hanc Deus adimpleuit filiis ueſtris reſuſcitãs Ieſum, ſicut enim pſalmo ſecundo ſcriptum eſt, Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Pſal.2.* Atque eodem modo prædicans ſecundum, ait, Et quidem cum eſſet Filius Dei, didicit *Heb.5.* ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus, factus eſt &c. Itaque iam completa eſt promiſsio Abrahæ de benedictione omnium gentium in ſemine ſuo, Saluatore noſtro, quoad omnes, ſed quantum ad ſufficientiam: completur autem quotidie magis & magis quantum ad efficaciam ſiue efficientiam, in illis qui Deo uocanti conſentiunt, & Deo præcipienti obtemperant. Vt intelligamus omnes, idq; firmiſsimè credamus, benedictionem omnium gentium promiſſam quidem eſſe abſolutè quantum ad ſufficientiam: ſed conſecutionem eius ſeu communicationem, ſaltem quantum ad illos eius effectus qui ſunt iuſtificatio à peccatis, & glorificatio, promiſſam eſſe hominibus ſub conditione, quantum ad efficaciam, ſiue efficientiam. Hoc eſt quod credimus, hoc eſt quod dicimus, prædicamus & commendamus. De

E his autem magis infra, ubi agitur principali-
Part.2. ter de hac ueritate: magis etiam ſtatim, in ca
ferme per pitulo ſequenti.
totũ.cap.
2.3.4.5. *De modo quo olim iuſtificabantur Iudaei in uete-*
6.7.8.9. *ri teſtamento ſecundum ſcripturas legis, pſalmorũ*
10.11.12. *& prophetarum. Ex hoc & manifeſtius noui teſta-*
& dein. *menti ſcripturis, oſtenditur non iuſtificari hominem per ſolam fidem aut ſolam confidentiam, ſed per fidem, dilectionem, obedientiam ex corde, ac pœnitentiam. Adhac declaratur quomodo paſſio Saluatoris operaretur præuiſa antequam exhiberetur.*

CAP. XV.

AGIMVS igitur de ordine quem ſeruat ſemper Deus Optimus Maximus in cõmunicando nobis effectus gratiæ Chriſti ſiue benedictionis, ant gratiæ promiſſæ nobis olim in Chriſto: quia uidelicet nobis communicat ultimos per medios, medios autem per primos, & omnes gratis: Videlicet glorificationem per iuſtificationem, iuſtificationem per præparationem, præparationem per uocationem: quia non glorificat niſi iuſtificatos, ſicut legimus, Iuſti autem in perpetuum uiuent. Ful
F gebunt iuſti ſicut Sol. Ibunt iuſti in uitam æternam. nec iuſtificat niſi præparatos, ſicut legimus, Præparatur uoluntas à Domino, à Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius nolet. Præparate corda ueſtra domino. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Sto ad oſtium & pulſo, ſiquis audierit uocem meam & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum & cœnabo cum illo & ipſe mecum. Nec præparat niſi uocatos, niſi quos nocat, ſicut legimus, Nõ ex operibus ſed ex uocante dictum eſt, Quia maior ſeruiet minori. Primùm enim uocat Deus, ut præparet: ſecundò præparat, ut iuſtificet: tertiò iuſtificat, ut glorificet: quartò glorificat: totum gratis, totum ex gratia: non coactus, non uiolentia, non neceſsitate, impulſus, ſed ſciens uolenſq; propter merita Saluatoris noſtri. In omnibus his eſt ſumma concordia doctorum Chriſtianorum, nec de his poteſt eſſe ulla differentia: conſtant enim hæc omnia ex diuinis ſcripturis ſatis manifeſtis. Eſt autem differentia in eo qnod aduerſarii dicunt, parari ſatis hominem ad iuſtificationem & remiſsionem peccatorum per ſolam fidem, aut ſolam cõfidentiam qua quis firmiter credit ſe eſſe iuſtum nel iuſtificatum in facto à Deo per Chriſtum: quaſi ſatis ſit homini ad iuſtificationem à peccatis, ſi inter G
Deum uocantem & Deum iuſtificantem, media accedat illa ſola fides aut ſola confidentia, quicquid ſit de omnibus aliis. Nos autẽ è contra dicimus non ſufficere homini ad iuſtificationem à peccatis, ſi media accedat illa ſola fides aut cõfidentia; ſed oportere quòd intercedat fides totius Euangelii, dilectio Dei ſuper omnia, obedientia erga Deum ex corde, pœnitentia ſeu odium peccatorum. Hanc uerò noſtram ueritatem, & ſi iam eam latè monſtrauimus in præcedentibus, placet nihilominus nunc denuo monſtrare ex modo quo Deus olim iuſtificabat Iudæos in ueteri teſtamento, quando etiam apud eos erat promiſſio, & uigebat fides. Nam etiam tunc Deus erat idem, qui uocabat, præparabat, iuſtificabat: non tamen adhuc glorificabat, quia nondum ianua cœli aperta erat. Rurſus etiã & iam tunc, ex quo peccauit homo, omnia illa bona faciebat Deus hominibus gratis per Chriſtum, ad futura merita Chriſti reſpiciẽs, quæ præuidebat, ob quæ gratis uocabat, præparabat, iuſtificabatque homines in Chriſto præuiſo, qui tamen ſecundum diuinitatem iam tunc erat, ab æterno fuit, nunc eſt, & in æternum erit, uerus Deus. Erat etiam tunc apud patres illos ueteris teſtamenti, benedictio omnium gentium promiſſa Abrahæ in ſe H
mine ſuo Saluatore noſtro, ſicut legimus in
Geneſi, In ſemine tuo benedicentur omnes *Gen.22.*
gentes terræ. Et ad Galatas, Non dicit, Et *Galat.3.*
ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno,
Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Sicuti etiã *Gen.13.*
cõſtat in Geneſi de promiſsionibus Abrahæ, *15.17.*
quæ facilè uideri poſſunt: & de quibus non
tacuit Apoſtolus ad Romanos. Vigebat quo *Rom.4.*
que apud patres illos fides, ſicut ſcriptũ eſt,
Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt il- *Gen.15.*
li ad iuſtitiam. Alibi etiam, Iuſtus autem ex *Rom.4.*
fide uiuit. Sponſabo te mihi in fide. Stanti- *Abac.2.*
bus autem his omnibus, quòd tunc Deus *Rom.1.*
per Chriſtum nos uocabat, præparabat, iu- *Galat.3.*
ſtificabat, & quòd iam tunc promiſsio bene *Heb.10.*
dictionis in Chriſto erat, & quòd etiam tunc fides uigebat: profectò tunc Deus nullo modo homines per ſolam fidem ant ſolam confidentiam iuſtificabat à peccatis, nec fides aut confidentia ſola ſufficiebat ad iuſtitiam ſeu uitam animæ, aut remiſsionem peccatorum. Immo autem eo tempore ſtantibus illis omnibus, lex diuina iuſtificandorum hominum adultorum à peccatis conditionalis erat, & multa ab hominibus iuſtificandis à peccatis exigebat, fidem, dilectionem Dei, obedientiam erga Deum, pœnitentiam ſeu odium peccatorum, ſiue auerſionem à peccatis, & conuerſionem ad Deum. Diuinas ſcriptu-

ras

A ras ueteris teſtamenti, legis; prophetarum, & pſalmorum manifeſtè loquentes de hac ueritate & ad illam, audiamus: quia ipſæ ſunt etiam quæ manifeſtum teſtimonium perhibent, legem iuſtificandorum hominum olim ſub conditione fuiſſe, & tunc Deum ab hominibus iuſtificandis uel in iuſtitia conſeruandis exegiſſe, dilectionem ſui, obedientiam erga ſe, pœnitentiam. Sic enim habebant illi patres olim in lege, Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te, in generationibus tuis fœdere ſempiterno: ut ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. Daboq; tibi & ſemini tuo poſt te terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in poſſeſsionem æternam, eroq; Deus eorum. Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hoc eſt pactum meum quod obſeruabitis inter me & uos, & ſemen tuum poſt te. Circumcidetur ex uobis omne maſculum: & circumcidetis carnē præputii neſtri, ut ſit in ſignum fœderis inter me & uos. Infans octo dierum circumcidetur in uobis, omne maſculum in generationibus neſtris tam uernaculus quàm emptitius circuncidetur, & quicunque non fuerit de ſtirpe ueſtra. Eritque pactum meum in carne ueſtra in fœdus æternum. Maſculus cuius præputii caro, circuncisa non fuerit, de- *Gen. 17.*

B lebitur anima illa de populo meo, quia pactū meum irritum fecit. Alibi, Audi Iſrael, & obſerua ut facias quæ præcepit tibi dominus, & & bene ſit tibi, & multipliceris amplius, ſicut pollicitus eſt dominus Deus patrum tuorū tibi, terram lacte & melle manantem. Audi Iſrael, dominus Deus noſter, Deus unus eſt, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis. Non ibitis poſt Deos alienos. Non tentabis dominum Deum tuum. Cuſtodi præcepta domini Dei tui, ac teſtimonia & ceremonias, quas præcepit tibi: & fac quod placitum eſt & bonum in conſpectu domini, ut bene ſit tibi: & ingreſſus poſsideas terram optimam, de qua iurauit dominus patrib. tuis. Præcepitq; nobis dominus ut faciamus omnia legitima hæc, & timeamus dominū Deum noſtrū, ut bene ſit nobis cunctis diebus uitæ noſtræ, ſicut eſt hodie. Eritq; noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus & fecerimus oīa præcepta eius coràm domino Deo noſtro, ſicut mandauit nobis. Alibi, Et ſcies quia dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & his qui cuſtodiunt præcepta eius, in mille generationes, & reddens odientibus ſe ſtatim, *Deut. 6.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Deut. 7.*

C ita ut diſperdat eos, & ultra non differat, protinus eis reſtituens quod merentur. Cuſtodi ergo præcepta, & ceremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie, ut facias. Si poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & dominus Deus tuus tibi pactum & miſericordiam, quam iurauit patribus tuis: & diliget te, ac multiplicabit, benedicetque fructui uentris tui, & cætera. Alibi, Et nunc Iſrael, quid dominus Deus tuus petit à te, niſi ut timeas dominum Deū tuum, & ambules in uiis eius, & diligas eum, ac ſeruias domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua; cuſtodiasque mandata domini, & ceremonias eius quas ego hodie præcipio tibi, ut bene ſit tibi. En domini Dei tui cœlū eſt, & cœlum cœli, terra, & omnia quæ in ea ſunt. Circumcidite igitur præputium cordis neſtri, & ceruicem ueſtram ne indure tis amplius. Alibi, Oculi ueſtri uiderunt omnia opera domini magna quæ fecit, ut cuſtodiatis uniuerſa mandata illius, quæ ego hodie præcipio uobis, ut poſsitis introire, & poſsidere terram ad quam ingredimini, multoque in ea uiuatis tempore, quam ſub iuramento pollicitus eſt dominus patribus ueſtris, & ſemini eorum, lacte & melle manantem. Ibidem, En propono in conſpectu ueſtro hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, ſi obedieritis mandatis domini *Deu. 10.* *Ibidem.* *Deut. 11.*

D Dei ueſtri quæ ego hodie præcipio uobis: maledictionem, ſi non obedieritis mandatis domini Dei ueſtri, ſed receſſeritis de uia quam ego nunc oſtendo uobis. Alibi, Hodie dominus Deus tuus præcepit tibi ut facias mandata hæc atque iudicia, ut cuſtodias & impleas, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegiſti hodie, ut ſit tibi Deus, & ambules in uiis eius ut cuſtodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. En dominus elegit te hodie: ut ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, & cuſtodias omnia præcepta illius; & faciet te excelſiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam ſuam: ut ſis populus ſanctus domini Dei tui, ſicut locutus eſt. Alibi, Maledictus homo qui facit ſculptile, & conflatile, abominationem domini. Maledictus qui non honorat patrem ſuum, & matrem ſuam. Maledictus qui tranſfert terminos proximi ſui. Maledictus qui errare facit cœcum in itinere. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & uiduæ. Maledictus qui dormit cum uxore patris ſui, & reuelat operimentum lectuli eius. Maledictus qui dormit cum omni iumento. Maledictus qui dormit cum ſorore ſua filia patris ſui, uel matris ſuæ. Maledictus qui dormit *Deu. 26.* *Deu. 27.*

E mit cum ſocru ſua. Maledictus qui clam percuſſerit proximum ſuum. Maledictus qui dormit cum uxore proximi ſui. Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam ſanguinis innocentis. Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Alibi, Si autem audieris uocem domini Dei tui, ut facias, atque cuſtodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te dominus Deus tuus excelſiorẽ cunctis gentibus quæ uerſantur in terra. Venientq; ſuper te uniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendent te; ſi tamẽ præcepta eius audieris, Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus uentris tui, & fructus terræ tuæ, fructusq; iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit dominus inimicos tuos qui conſurgunt aduerſum te, corruentes in conſpectu tuo: per unam uiam uenient contra te, & per ſeptem fugient à facie tua. Emittet dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum: benedicetq; tibi in terra, quam acceperis. Suſcitabit te dominus ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi; ſi cuſtodieris mandata domini Dei tui, & ambulaueris in uiis eius. &c. Quod ſi audire nolueris uocem

F domini Dei tui, ut cuſtodias & facias omnia mandata eius & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, uenient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro &c. Alibi, Conſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo uitam & bonum, & è contrario mortem & malum; ut diligas dominum Deum tuum, & ambules in uiis eius, & cuſtodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia, & uiuas, atque multiplicet te, benedicatq; tibi in terra ad quam ingredieris poſſidendam. Si autem auerſum fuerit cor tuũ, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraueris Deos alienos & ſeruieris eis, prædico tibi hodie quòd pereas, & paruo tempore moreris in terra ad quam Iordane tranſmiſſo ingredieris poſsidendam. Teſtes inuoco hodie cœlum & terram, quòd propoſuerim uobis uitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas, & ſemen tuum; & diligas dominum Deum tuum, atque obedias uoci eius, & illi adhæreas (ipſe eſt enim uita tua, & longitudo dierum tuorum) ut habites in terra pro qua iurauit dominus patribus tuis Abrahã, Iſaac, & Iacob, ut daret eam illis. Ecce ex multis manifeſtis, declaratur noſtra ueritas

Deu. 28. *Ibidem.* *Deu. 30.*

propoſita. Sub lege enim conditionali ſeruati aut ſeruandi fœderis domini, diligendi ipſum, & obediendi ei, promittebantur olim patribus benedictio, miſericordia, dilectio Dei, terra promiſsionis, poſſeſsio eius longa, uita, & multa alia, quemadmodum & non ſeruantibus pactum domini multa prædicabantur mala futura, maledictio, mors, & alia penè innumera. Quòd ſi aliquis eo tempore à uia domini & lege eius declinaſſet, non per ſolam fidẽ aut ſolam confidentiam ei promittebatur uenia & reſtitutio in integrum, ſed per conuerſionem ad Deum, atque per obedientiam erga ipſum. Sic enim legimus, Cum ergo uenerint ſuper te omnes ſermones iſti, benedictio ſiue maledictio, quam propoſui in conſpectu tuo; & ductus pœnitudine cordis tui in uniuerſis gentibus, in quas diſperſerit te dominus Deus tuus, & reuerſus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, ſicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua: reducet te dominus Deus tuus de captiuitate tua, ac miſerebitur tui, & rurſum cõgregabit te de cunctis populis in quos te ante diſperſit. Idem habemus in Leuitico de anima quæ peccabat uno uel alio modo, cui utique non per ſolam fidem aut confidentiam dimittebatur peccatum, ſed per pœnitentiam & ſacrificium, ut conſtat ex multis capitibus.

G *Deu 30.* *Leuit 4. 5. 6.*

H E ADEM ueritas eſt etiam in prophetis, non obſcura nec dubia, ſed manifeſta, certa, & firma. Apud Eſaiam enim aduerſus eos qui nihil curantes de ſuis mentibus, mutandis, in Deum, putabant ſuis ſacrificiis, holocauſtis, obſeruantiis feſtorum, oblationibus & orationibus Deum placari ſibi, ſibique condonari ſua eorum peccata: dicit Deus, Cum ueniretis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus ueſtris, ut ambularetis in atriis meis? Ne afferatis ultra ſacrificium fruſtra; incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam & ſabbatum, & feſtiuitates alias non feram, iniqui ſunt cœtus ueſtri: calendas ueſtras, & ſolẽnitates ueſtras odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens. Et cum extenderitis manus ueſtras, auertam oculos meos à uobis: & cum multiplicaueritis orationẽ, non exaudiam: manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Oſtendens autem quomodo ipſi reconciliandi eſſent ut gratiam inuenirent iuſtificantem ac remiſsionem peccatorum, ait, Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis; quieſcite agere peruerſè, diſcite bene facere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite uiduã. Et uenite, & arguite me, dicit dominus.

Eſaia 1. *Ibidem.*

Si fue-

A Si fuerint peccata neſtra ut coccinnm, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi uermiculus, uelut lana, alba erunt. Alibi, *Eſaia 55* Quærite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Derelinquat impius uiam ſuam, & uir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum, & miſerebitur eius: & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Ecce quomodo placatur nobis Deus, & quomodo nobis peccata noſtra condonat, remittit, non imputat: ſi mentes noſtras mundamus, ſi peccata deponimus, ſi ad Deum conuertimur, ſi ei obedire proponimus: Hæc ſunt quæ Eſaias Iudæis prædicabat, in remiſsionem peccatorum ſuorum; non ſolam fidem, non ſolam cõfidentiam. Eodem modo habebant illi patres apud Hieremiam, ex parte Dei loquentis, atque pœnitentiam peccatorum, & conuerſionem in Deum ubique prædicantis, con fidentiam etiam commendantis, ſed hoc nõ niſi per ſeruatum pactum ac fœdus Dei, per obedientiam erga Deum, ſeruata eius diſciplina & fide. Aduerſus eos qui putabant ſeſe placare Deum holocauſtis & uictimis, dicit *Hier. 7.* Deus, Holocauſtomata ueſtra addite uictimis ueſtris, & comedite carnes: Quia non ſum locutus cum patribus ueſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocauſtomatum & uictima-
B rum. Sed hoc uerbum præcepi eis, dicens, Audite uocem meam, & ero uobis Deus, & uos eritis mihi populus: & ambulate in omni uia quam mandaui uobis, nt bene ſit uobis. Ecce hic non petitur ſola fides aut ſola confidentia, ſed profectò obedientia: ut ille populus eſſet Dei, & bene eſſet illi apud *Hier. 11.* Deum. Alibi ad idem, Hæc dicit dominus Deus Iſrael, Maledictus uir qui non audierit uerba pacti huius, quod præcepi patribus ueſtris in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de fornace ferrea, dicens, Andite uocem meam, & facite omnia quæ præcipio nobis: & eritis mihi in populnm, & ego ero uobis in Deum &c. Etiam contra populum ſacrificantem, & aliunde peccantem contra pa- *Ibidem, & 14.* ctum domini, dicit Deus ad Hieremiam, Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem, & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorũ ad me, in tẽpore afflictionis eorum. Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? nunquid carnes ſanctæ auferent à te ma- *Hier. 18.* litias tuas, in qnibus gloriata es? Alibi, Repente loquar adnerſum gentem & aduerſus regnum, ut eradicem & deſtruam & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eam:

agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod C cogitaui ut facerem ei. Infra, Ecce, ego fin- *Ibidem.* go contra uos malum, & cogito contra uos cogitationem: reuertatur unuſquiſque à uia ſua mala, & dirigite uias ueſtras & ſtudia ueſtra. Ecce non eſt hic ſola fides nec ſola confidentia, ſed pœnitentia, auerſio à malo, obedientia erga Deum, ad pacem, reconciliationẽ, amicitiamq́; cum Deo. Apud Ezechielẽ *Ezech. 18* etiã ubi ponitur lex diuina iuſtificandorum peccatorũ adultorũ, ita habebant illi patres, Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua quam operatus eſt, uiuet. Nunquid uolũtatis meæ eſt mors impii, dicit dominus Deus, & non ut conuertatur à uiis ſuis, & uiuat? Infra, Et *Ibidem.* cum auerterit ſe impius ab impietate ſua quã operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam uiuificabit. Conſiderans enim, & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis qnas operatus eſt, uita uiuet & non morietur. Infra, Idcirco unumquenque iux- *Ibidem.* ta uias ſuas iudicabo domus Iſrael, ait dominus Deus. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ueſtris: & nõ erit uobis in ruinam iniquitas. Proiicite à uobis omnes præuaricationes ueſtras in qui D bus præuaricati eſtis, & facite uobis cor nouum, & ſpiritum nouum; & quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortem morientis, dicit dominus Deus, reuertimini, & uiuite. Infra, Si autem dixero impio, morte *Ezec. 33* morieris; & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, fecerítq; iudicium & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, rapinamq́; reddiderit, in mandatis uitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum; uita uinet, & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iuſtitiam fecit, uita uiuet. Infra, Et cum receſſerit im- *Ibidem.* pius ab impietate ſua, feceritq́; iudicium & iuſtitiam: uiuet in eis. Apud Zachariam habebant etiam illi patres ueteris teſtamenti ex parte Dei, Conuertimini ad me, & ego *Zach. 1.* conuertar ad uos. ſicuti apud Ioelem, Conuertimini ad me in toto corde ueſtro. in ieiunio & fletu & planctu, & ſcindite corda ueſtra & non ueſtimenta ueſtra: quemadmodum etiam apud omnes alios prophetas, eadem eſt ſententia una pro hac ueritate. Vt quidem promitteret Deus illi genti, gratiã ſuam ſpecialem, amicitiam peculiarem, fauorem, remiſsionem peccatorum, non per ſolam fidem nec per ſolam confidentiam, ſed per

per conuerſionem ad ipſum, dilectionem atque obedientiam ſui, & pœnitentiam peccatorum. Ita continebat lex, & ita prædicabant Prophetæ.

EANDEM doctrinam & ueritatem habebat etiam populus ille in pſalmis maniſeſtè. Dauid enim ita deſcripſit beatum uirum, iuſtum & ſanctum huius ſæculi: non qui fortiter credit aut confidit: ſed, Qui non abiit in conſilio impiorum & in uia peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege domini fuit uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Deinde quæſiuit, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis ſtabit in loco ſancto tuo? Reſpondendo autem ad quæſtionem non dicit, Qui fortiter credidit aut fortiter confidit remiſſa eſſe ſibi in particulari de facto peccata ſua. Sed dicit, Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Qui loquitur ueritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua, Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat. Qui iurat proximo ſuo, & non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & munera ſuper innocentem non accepit. Ecce: quis habitabit in tabernaculo Dei, aut quis requieſcet in monte ſancto eius. De hoc autẽ etiam dicit non qui credit hoc aut qui confidit de hoc: ſed, Qui facit hæc, non commouebitur in æternum. Simili modo quærit, Quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Non reſpondet autem introducendo ſolam fidem aut ſolam confidentiam: ſed dicens, Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uanum animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem à domino, & miſericordiam, à Deo ſalutari ſuo. Nota uerbum, Hic accipiet benedictionem à domino, & uide quis eſt ille homo qui ſignificatur per illud prænomen demonſtratiuum, hic, & nidebis quòd non eſt fortiter credens aut fortiter confidens, ſed eſt innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uanum animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo. De huiuſmodi enim homine loquebatur, deq; tali ſubiunxit ſtatim, inquiens, Hic accipiet benedictionem à domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Nec de firmiter credentibus aut firmiter confidẽtibus, ſed de his talibus mox adiecit, Hæc eſt generatio quærentium dominum, quærentium faciem Dei Iacob. Vt generatio quærentium dominum, qualis certò eſt generatio iuſtorum, non conſtituatur per ſolam fidem aut ſolam confidentiam, ſed per innocentiam, munditiam cordis, dilectionem Dei, obedientiam erga Deum, pœnitentiam, quæ reſarcit ſuppeditatque quæ deſunt innocentiæ; ut infra declaratur & probatur, ubi gradus innocentiæ declarantur, & uirtus pœnitentiæ oſtenditur. Alibi quærit etiam Dauid, Quis eſt homo qui uult uitam, diligit dies uidere bonos? Eodem modo non commendat ſolam fidem aut ſolam cõfidentiam, tanquam ſola ſufficiat ad hoc, ſed dicit optimè, Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & perſequere eã. Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces eorũ. Ecce declinare à malo & facere bonum ſecundum legem Dei & eius obedientiam, obtinent à Deo uitam & dies bonos. Alibi etiam non dicit, Cor credens aut confidens, Deus non deſpicies: ſed dicit, Cor contritum & humiliatum, Deus non deſpicies. Sciebat enim non ualere apud Deum ſolam fidem aut ſolam confidentiam: ſed contritionem & humilitatem ſub iugo legis diuinæ dilectionem Dei & obedientiam erga ipſum. Alibi etiam oſtendens ſuper quibus eſt miſericordia diuina iuſtificans, dicit manifeſtè, Miſericordia, autem domini ab æterno & uſque in æternum, ſuper timentes eum. Et iuſtitia illius in filios filiorum, his qui ſeruant teſtamentum eius. Et memores ſunt mandatorum ipſius, ad faciendum ea. Ecce ſuper quos eſt miſericordia & iuſtitia Dei, non ſuper ſolùm credentes aut ſolùm confidentes: ſed ſuper timentes Deum, ſuper ſeruantes teſtamentum eius, & ſuper eos qui memores ſunt mandatorum ipſius, ad ea faciendum.

ITA igitur habemus manifeſtè in toto ueteri teſtamento, lege, prophetis, ac pſalmis & alibi, non per ſolam fidem nec per ſolam confidentiam, ſed quidem per dilectionem Dei, obediẽtiam erga Deum, conuerſionem ad ipſum, obſeruantiam pacti eius & pœnitentiam, promittere Deum bona ſua filiis Iſrael. Quæ bona ſua? Vtique terram promiſſionibus, poſſeſſionem eius, habitationem longam in illa, protectionem ac defenſionem ab inimicis, bona temporalia: & ſuper hæc, bona altiſsima; amicitiam ſuam ſeu dilectionem ſpecialem, iuſtitiam ſuam, remiſsionem peccatorum, uitã, dies bonos, quòd populus eius eſſet, quòd habitaret in tabernaculo ſuo, quòd requieſceret in monte ſancto eius, & multa alia quæ pro magna parte conſtant ex dictis. Atque hic fuit ſemper modus prædicãdi prophetarum ex parte Dei loquentium ad populum. Erant autem iam tunc promiſſiones factæ Abrahæ, uigebatque etiam iam tunc fides, ut palàm eſt, & probatum fuit, & conſtat.

Pſal. 1. Pſal. 14. F Pſal. 23. G Pſal. 33. Pſal. 50. Pſal. 102. H

A conſtat. Atque inſuper etiam tunc dum Iu-
dæi credebant Deo in promiſsionibus diui-
nis Abrahæ ſactis, reputabatur illis ea fides
eorum ad iuſtitiam; ſicut reputatum eſt A-
brahæ ad iuſtitiam, quòd Deo credidit, & no
bis reputatur ad iuſtitiam, quòd eas promiſ-
ſiones credimus tunc eſſe aut fuiſſe ueras, &
modo eſſe impletas. De hoc enim dicit Apo-
Rom. 4. ſtolus, Non eſt autem ſcriptum tantùm pro
pter ipſum, quia reputatum eſt illi ad iuſtitiã:
ſed & propter nos, quibus reputabitur cre-
dentibus in eum, qui ſuſcitauit Ieſum Chri-
ſtum dominum noſtrum à mortuis, qui tradi
tus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit
propter iuſtificationem noſtram. Fuit etiam
ſemper eo tempore fides illarum promiſsio
num, eiuſdem rationis in omni homine illas
credẽte, ut palàm eſt & ex parte ſubiecti quia
eiuſdem ſpeciei ſunt, omnes homines, & ex
parte obiecti quia promiſsiones erant eædẽ,
unde profectò quantum erat ex parte ipſius
fidei idem habebat, eundem uigorem ac eun
dem ualorem, ut omnibus reputaretur ad iu
ſtitiam. Niſi quòd forte eas credere difficilius
erat Iudæis, qui eas in ſcripturis habebant:
quàm Abrahæ, qui illas ore domini prolatas
audierat. Tamen ueri Prophetæ ueri Dei, nõ
promittebant ex parte Dei peccatoribus ue-
B niam per ſolam fidem aut ſolam confidentiã,
ſed per dilectionem eius, obedientiam, pœ
nitentiam. Quales ergo Prophetæ eſſent, aut
cuius, qui abiectis his omnibus, per ſolam
mediam fidem; gratiam & ueniam peccanti-
bus promiſiſsent? Pſeudoprophetæ eſſent, &
androdæmones. Et quantum puto, ſi quiſpiã
in illo populo, eo tempore auderet ueniam
& gratiam prædicare hominibus per ſolam
fidem aut ſolam confidentiam, ſtatim aut cõ
buſtus aut lapidibus obrutus fuiſſet; tanquã
is qui contra ueritatẽ omnium prophetarum
maximè falſa cõminiſceretur, & uulgo ſuade-
ret. Aut ſi eo tẽpore ſufficiebat ſola fides ad iu
ſtitiam & remiſsionẽ peccatorum, cur nemo
prophetarum prædicauit hoc? Nullus ita præ
dicauit, quia oẽs ſciebant, & oẽs prædicabant
non ſufficere ſolam fidem, ſed alia requiri. Ma
nifeſta ſunt uerba diuina, quæ per ora ſuorum
prophetarũ dixi Deus quoad remiſsionẽ pec
catorum, gratiam & iuſtitiam obtinẽdam ab
ipſo per hæc bona quæ dicimus, & referimus
ex illis, fidem, dilectionem, obediẽtiam, pœni
tentiam. Ergo nemo audeat, quod prophetæ
Dei non ſunt auſi; ſequamur Prophetas atque
Euangeliſtas, & ſecuri erimus. Qũo prophe-
tas ſequemur? ſi gratiam iuſtificantem, iuſti-
tiam, & remiſsionem peccatorum non per
ſolam fidem aut ſolam confidentiam, ſed per
dilectionem, pœnitentiam, & obedientiam
prædicauerimus. Qui confidunt in domino ſi C
cut mons Sion, nõ commouebuntur in æter-
num, qui habitant in Hieruſalem. Sed qui con
fidunt in domino, quoad ea quæ ipſe promit
tit nobis: debent confidere de ipſis promiſsio
nibus diuinis firmiſsimè, ſecundum modum
quo nobis Deus promittit. Aliàs ſi alio mo-
do nobis promittit Deus, & alio modo confi
dunt aut credunt aut ſperãt homines: ipſi ho
mines ſe ſe decipiunt, & nequaquam eos deci
pit Deus. Seruat ſemper Deus pactum ſuum,
quod pepigit cum hominibus: homines au-
tem oportet conſiderare, atque implere cõdi
tiones pacti. Quandoquidem non extãtibus
conditionibus, quid ſpectat homo, credit aut
confidit ſe accepturum ratione pacti condi-
tionalis? Audiamus qui aut quales ſunt, qui-
bus Deus ſeruat pactum de bonis faciendis.
Stans Solomon ante altare domini in conſpe
ctu Eccleſiæ Iſrael, atque expanſis manibus
ſuis in cœlum dixit, domine Deus Iſrael, non *3. Reg. 8.*
eſt ſimilis tui Deus in cœlo deſuper, & ſuper
terram deorſum: qui cuſtodis pactum & mi-
ſericordiam ſeruis tuis, qui ambulant coràm
te in toto corde ſuo. Nota uerbum, Qui am-
bulat corã te in toto corde ſuo: & uide quòd
illis cuſtodit Deus pactum & miſericordiam.
Alioquin, audi dominum dicentem, Et ſubi-
tò loquar de gente & de regno, ut ædificem D
& plantem illud. Si fecerit malum in oculis *Hier. 18.*
meis, ut non audiat uocem meam: pœniten-
tiam agam ſuper bono quod locutus ſum ut
facerem ei. Anima quæ peccauerit ipſa morie
tur. Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, *Ezech. 18*
& fecerit iniquitatem ſecundum omnes abo
minationes quas operari ſolet impius, nun-
quid uiuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat,
non recordabuntur: in præuaricatione qua
præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod pec-
cauit, in ipſis morietur. Cum enim auer-
terit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniqui-
tatem, morietur in eis: in iniuſtitia quam
operatus eſt, morietur. Hæc ſunt uerba diui-
na. Contra iſta aũt uerba diuina, neminem bo
ni Iudæi olim audiebãt. Sed omnes clamabãt,
Deum eſſe ex toto corde diligendum, illique
eſſe ex toto corde obediendum, ad uitam e-
tiam, ad ſalutem, ad iuſtitiamq; animarum.
Habebant nanque ſuas leges diuinas, tum iu
ſtificandorum, tum damnandorum hominũ
apud Deum. Lex hominum iuſtificãdorum *Lex homi-*
erat, Si autem impius egerit pœnitentiam ab *num iuſti-*
omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cu *ficando-*
ſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudi *rum.*
cium & iuſtitiam; uita uiuet, & non morie-
tur. Omnium iniquitatum eius quas opera
tus eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua quam
operatus eſt, uiuet. Lex uerò hominũ dam

E nandorum erat, Si autem auerterit ſe iuſtus
Lex homi à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecũdum
num dam omnes abominationes quas operari ſolet im
nandorũ. pius, nunquid uiuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur; in præuaricatione qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur. Qui alio modo prædicarent ad populum illum, deceptores eſſent, non prædicatores.

Ex illo autem modo ex illaq; lege diuina iuſtificandorum hominum apud Deum & à Deo in teſtamento ueteri, concludimus nos modum legemq; diuinam iuſtificãdorum hominum apud Deum & à Deo in teſtamento nouo: niſi quòd noſtra lex diuina de hoc, magis nota eſt, magisq; clara apud nos, ſi quid tamẽ aliud uel notius, uel clarius eſſe poteſt. Promittit enim nobis Deus in Chriſto Saluatore noſtro, regnum cœlorum, uitam, ſalutem, refectionem animarum, remiſsionem peccatorum, poſſeſsionem terræ uiuentium, ingreſſum regni, conſolationem, ſaturitatẽ, uiſionem Dei. At uerò non per ſolam fidem nec per ſolam confidentiam, Sed per fidem totius Euangelii, dilectionẽ Dei ſuper omnia, conuerſionem ad Deum, obedientiã ipſius,
F pœnitentiam peccatorum, ſuſceptionem ſa-
Matt. 4. cramenti in re uel in uoto. Sicut de omni-
Mar. 1. bus legimus, Pœnitentiam agite appropin-
Ioan. 3. quauit enim regnum cœlorum. Pœnitemi-
Mar. 16. ni & credite Euangelio. Qui autem non cre-
Luca 13. dit, iam iudicatus eſt. Qui uerò non crediderit, condemnabitur. Si non pœnitentiam ha
Act. 3. bueritis, omnes ſimul peribitis. Pœnitemini igitur & conuertimini, ut deleantur pecca
Luca 7. ta ueſtra. Remiſſa ſunt ei peccata multa, quo
1. Ioan. 3. niam dilexit multũ. Tranſlati ſumus de mor
1. Pet. 4. te ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Charitas ope-
Matt. 7. rit multitudinem peccatorũ. Qui fecerit uoluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlo-
Matt. 5. rum. Beati mites, quoniam ipſi poſsidebũt terram. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde, quoniam
Mat. 11. ipſi Deum uidebunt. Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiem anima
Mat. 19. bus ueſtris. Si autem uis ad uitam ingredi, Serua mandata. Hæc fac, & uiues. Hæc dicit nobis Saluator noſter, dator & auctor principalis omnium ſcripturarũ ſanctarum, qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, factus ex ſemine Abrahæ atque Dauid ſecundum G
carnem, qui melius nouit ſuas promiſsiones diuinas, tum antiquas, tum nouas, in quo impletæ ſunt & implẽtur illæ omnes: de quo etiam dicit Apoſtolus eius Paulus in quo lo- *Heb. 5.*
quebatur & ipſe, Qui cum eſſet Filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt obedientiam, & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Non dicit omnibus firmiter credentibus aut firmiter confidentibus, ſed dicit, Omnibus obtemperantibus ſibi. Ergo qui uolunt ueraciter atque prudenter confidere aut credere de ſalute aut iuſtitia per Chriſtum & in Chriſto conſecuta aut conſequenda, uideant quid habent de obedientia Chriſti: ſi ei uocanti obtemperant, ſi ei dicenti credunt, ſi eum pro mittentem diligunt, ſi ei præcipienti obediunt. Obtemperantibus enim ſibi factus eſt cauſa ſalutis æternæ, ut ueriſsimẽ dicit Apoſtolus. Ita concordant omnes ſcripturæ noui & ueteris teſtamenti, Apoſtolorum, prophetarum, Euangeliſtarum, de iuſtificatione hominis à peccatis ut etiam in hoc oſtendatur ueriſsimè eandem eſſe fidem noſtram & antiquorũ, qua ipſi credebant & qua nos credimus, iuſtificari homines à peccato per Chriſtum. Modus igitur quo olim Iudæi poſt factas promiſsiões, à Deo in Chriſto iuſtifica
bantur; declarat ſatis modum quo nos Chri H
ſtiani poſt confirmatas & completas promiſſiones patrum in Chriſto iuſtificamur: niſi quòd nos iam nunc habemus hanc eandem ueritatẽ expreſsius, manifeſtius, clariusq;, ut conſtat. Quam ob rem utique ſicut tunc ridiculum eſſet, ſi quis diceret iuſtificari homines à peccatis per ſolam fidem aut ſolam confidentiam ſine cõuerſione ad Deum, aut ſine obedientia cordiali ad ipſum; ita & nunc ſunt ridendi, aut deflendi, qui talia putant, credunt, aut docent. Per aliud enim mediũ, communicat nobis Deus tantum hunc effectum gratiæ Chriſti, iuſtificationem à peccatis, gratiam ſuam facientem nos gratos ſibi filios ſuos adoptiuos atque hæredes regni à peccatis liberos, non per ſolam fidem nec per ſolam confidentiam. Quia debet profectò mediam ſe præbere noſtra dilectio, noſtraq; obedientia erga Deum, & noſtra erga ipſum conuerſio.

De potẽtia ſua abſoluta non eſt dubium, quin potuerit Deus Optimus Maximus Omnipotens iuſtificare nos homines ſine ulla præuia affectione noſtra, atque ſine ullo præuio conſenſu noſtro, remouendo à nobis noſtra mala, & donando nobis ſua bona, nobis in omnibus merè paſsiuè nos habentibus, & nullo modo ad aliquid horum actiuè:

ſicut

A ſicut iuſtificat paruulos, illis ſuam gratiam &
uirtutes infundendo, atque ab illis ſua origi
nalia peccata remouendo, ipſis paruulis nul
lam affectionem ſuam præuiã aut concomi-
tantem habentibus actiuè, ſed ſolùm reci-
pientibus. Non tamen uoluit ita facere ob
multas cauſas, ſeu potius ob multas ratio-
nes quas ipſe optimè nouit, & quarum nobis
non nullas in ſuis diuinis ſcripturis ſatis de-
Part. 2. clarauit: per quas etiam oſtenditur inferius
Lib. 1. manifeſtè, hunc modum fuiſſe conuenientio
rem, licet tamen alios habuiſſet Deus ſibi
ex omni parte poſſibiles.

Auguſt. VIDIT Auguſtinus, quia Ieſus Chri-
1. Tim. 1. ſtus uenit in hunc mundum peccatores ſal-
1. Ioan. 2. uos facere, Quòd ē propitiatio pro peccatis
noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed
1. Pet. 2. etiam pro totius mundi. Quòd peccata no-
ſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ,
ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiueremus, cu-
1. Pet. 3. ius liuore ſanati ſumus. Quòd ſemel pro pec
catis noſtri mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis,
ut nos offerret Deo mortificatos carne, uiui
1. Ioan. 3. ficatos autem ſpiritu. Quòd apparuit Filius
Dei, ut diſſoluat opera diaboli. Quòd, qui
Heb. 1. cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ
eius, portanſq; omnia uerbo uirtutis ſuæ,
purgationem peccatorum faciens, ſedet ad
Heb. 9. dexteram Patris. Verùm, ſi ſanguis hirco-
rum & taurorum, & cinis uitulæ aſperſus,
inquinatos ſanctificat ad emundationem car
nis: quanto magis ſanguis Chriſti, qui per
Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit imma
culatum Deo, emundauit conſcientiam no-
ſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum
Lib. 3. Deo uiuenti? Vidit, inquam, Auguſtinus
tom. 7. hæc in Hypognoſt. cõtra Pelagianos, uiditq;
multa alia alibi, quibus conſtat, redemptio-
nem noſtram iam factam eſſe per Chriſtum,
noſtram liberationem, noſtramq; iuſtifica-
tionem à peccatis, & pro omnibus quidem
hominibus quantum ad ſufficientiam: ſecun
dum quòd promiſſa erat Abrahæ benedictio
omnium gentium in ſemine ſuo abſolutè &
non ut ea dependeret ab operibus ſeu affe-
ctionibus noſtris, quantum ad ſufficientiam
Ibidem. ex parte ipſius. Sed quoque uidit Auguſti-
paulò poſt nus in eodem loco, quòd neque gratia ſine li
bero arbitrio facit hominem habere beatam
uitam, nec liberum arbitrium ſine gratia:
quod paruulos ſine uſu liberi arbitrij facit
gratia habere beatam, & perpetuam, æter-
namq; uitam: eos autem qui iam rationis
capaces ſunt, præuenit atque docet, ut bo-
num uelint & poſſint. Vidit in De Verbis
Apoſtoli, quòd qui fecit te ſine te, non iuſti
ficabit te ſine te. Vidit ad Simplic. quòd niſi
homo conſentiat Deo uocanti, nec fidem ha

bebit, nec charitatem, nec gratiam gratum C
facientem, nec remiſſionem peccatotum.
Vidit in Enchiridio ad Laurentium, quòd ne *Cap. 32.*
mo credit, ſperat, aut diligit, niſi uolens: & *tom. 3.*
quòd ideo bona uoluntas hominis illa, præ-
cedit hæc Dei dona, fidem, ſpem, charita-
tem, & per conſequẽs remiſſionem peccato
rum: unde cõcludit quòd bona uoluntas ho
minis præcedit utique quædã Dei dona, ſed
non omnia, quia nec homo ipſe poſſet uelle
credere, ſperare, aut diligere Deum, niſi
Deus gratis præueniret, præpararet, iuua-
retq; illum ut uellet. Quo loco ſimul aſſerit,
non poſſe hominem, (cum uidelicet qui iã
eius ætatis eſt, in qua ratione utatur) perue
nire ad palmam ſupernæ uocationis Dei, niſi
uoluntate cucurrerit. Vidit quòd nemo *Libro de*
adultus poteſt nouam uitam inchoare aut *pænitẽtiæ*
peccatorum remiſſionem obtinere, niſi pœ- *medicina*
nitentia præuia, tempore uel natura: unde *cap. 2.*
inquit, Omnis qui iam ſuæ uoluntatis arbi- *tom. 9.*
ter conſtitutus eſt, cum accedit ad ſacramen-
tum fidelium, niſi pœniteat eum ueteris ui-
tæ, nouam non poteſt inchoare. Quod uerbũ
eius ab eo tempore uſque ad nos, receperunt
ſemper omnes catholici doctores: & habetur *De cõſec.*
in Decretis ſanctorum, atque à Magiſtro ſcri *Diſt. 4.*
prum in ſuis libris ſententiarum. Hæc, & mul *c. Omnis.*
ta alia, quæ breuitatis cauſa omittuntur, ui- *lib. 4. ſen.*
dit Auguſtinus: quibus ſatis docet communi *Diſt. 4.*
cari nobis quidem gratiã Dei gratis per Chri D
ſtum, ſed ita ut id dependeat à noſtris operi-
bus ſeu affectionibus aut à noſtra uoluntate,
quantum ad hos effectus; fidem, ſpem, chari-
tatem, remiſſionem peccatorum. Vt de facto
& in particulari gratia Chriſti cõicetur nobis
quo ad hos effectus ſuos, i. ut nobis de facto
cõicetur quoad efficaciã ſiue efficientiam, de
pendenter (ut ita dicam) à nobis, à noſtra uo
lũtate, à noſtraq; affectione. Sic cõcordat Au *Part. 2.*
guſtinus, ſic concordãt oẽs doctores ſancti, *Lib. 1.*
quorum dicta ponũtur inferius ſuo loco: ſic *per totũ.*
etiã & nos concordare debemus, ut ueritatẽ
teneamus. Sunt.n. multa loca diuinarum ſcri
pturarum, quæ dicunt redemptionem noſtrã
omnium hominum, liberationem, ac recon-
ciliationem cum Deo, factam iam eſſe per
Chriſtum abſolutè, ita ut nullatenus à no-
ſtris operibus ſeu affectionibus pendeant.
Sunt etiam & multa loca diuinarum ſcriptu-
rarum, quæ dicunt hanc redemptionem iam
factam, liberationem ac reconciliationem cõ
municari nobis de facto in particulari, depen
denter ab operibus ſeu affectionibus noſtris,
quantum ad hos effectus gratificationis no-
ſtræ cum Deo & remiſſionis peccatorum.
Extant manifeſta eloquia diuina pro utraque
ueritate harum. Quid ergo nos poſſumus di

E cere? Dicimus quòd omnes antiqui dixerũt, & uerum eſt. Omnia hæc eloquia diuina ſunt uerisſima. Quæ dicunt, noſtram redemptionem, liberationem, reconciliationemq́; cum Deo iam eſſe factam per ſolum Chriſtum abſolutè & nulla appoſita conditione, ſicut abſoluta fuit promisſio Abrahæ de benedictione omnium gentium in ſemine ſuo: intelligunt liberationem & reconciliationem huiuſmodi iam eſſe factam pro omnibus abſolutè ac ſimpliciter, ſed quantum ſatis fuit. Quia ex parte eius ſufficientisſimus eſt Redemptor, ſufficientisſimus liberator, ſufficientisſimus reconciliator, Deus & homo, mediator Dei & hominum: quia benedictio ſeu gratia eius ad omnes de facto peruenit quantum ad aliquos effectus, uidelicet quantum ad uocationem, illuminationem, motionem, pulſationem, præparationem. Quòd autem dicunt, iſtos alios effectus, gratiam gratum facientem & remisſionem peccatorum communicari nobis dependenter à prædictis noſtris affectionibus, cum ſimul uerum ſit iſtos effectus pertinere etiam ad noſtram liberationem, intelligunt illam etiam modo quotidie fieri magis & magis quantum ad efficaciam. Vt Saluator noſter faceret noſtram liberationem ſimpliciter & abſolutè pro omnibus quantum ad ſufficientiam, nihil prorſus requiſiuit à nobis, ſed ipſe ſolus operatus eſt ſalutẽ

F in medio terræ, & torcular calcauit ſolus, ſolusq́ue portauit iniquitates omnium. Vt autem nobis communicet hos fructus liberationis noſtræ per ipſum, gratiam gratum facientem & peccatorum remisſionem, requirit nos paratos, nos à peccatis auerſos, nosq́; ad ſeipſum conuerſos, nos ſibi uocanti conſentientes, & nos ſibi obtemperantes. Quo modo igitur hos effectus nobis gratis præſtar, ſi in nobis ad illos præſtãdos has affectiones ante requirit? Dictum eſt ſuperius. Quo modo etiam ſaluatur quod dicit Apoſtolus, Non eſt uolentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis. Reſpondet Auguſtinus in Enchirid. Quia neq; has affectiones quas requirit à nobis Deus, poſſumus nos habere, niſi Deus ipſe gratis præueniẽs ac præparans, excitans & iuuans, faciat ut nos habeamus illas, ut nos uelimus credere, ſperare, diligere, pœnitere.

Lib. præſenti. Rom. 9. Cap. 32. tom. 3.

VELIM tamen omnes intelligant hoc unum maximi momenti, nempe, quòd dum dicimus Deum dare nobis, præſtare aut communicare hos effectus gratiæ Chriſti qui ſunt noſtra gratificatio ſecum, aut noſtrorum peccatorum remisſio, per noſtras prædictas affectiones, id eſt, per noſtram bonam uoluntatem, fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, obedientiam: nihil aliud in hoc aſſerimus, niſi Deum Optimum præſtare nobis quoſdam

G effectus gratiæ Chriſti, per alios effectus eiuſdem gratiæ. Quandoquidem iam ſæpe dictũ eſt, præſertim cũ de extenſione gratiæ Chriſti ageremus, ad huiuſmodi gratiam pertinere in nobis, omnem noſtram bonam cogitationem, uoluntatem aut uolitionem, omnemq́; actionem moralẽ deliberatam, meritoriam, uirtuoſam, aut non malam, fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, omnesq́ue uirtutes alias. Vnde nos hoc tantùm iu hac doctrina catholica facimus, quòd ordinem præfixum nobis à Deo quo ad effectus gratiæ Chriſti communicandos nobis hominibus, declaramus. Declaramus, inquam, per diuinas ſcripturas, & doctores ſanctos: ex quibus aliàs multa pro eadem ueritate. Ordo quidem eſt præfixus à Deo in huiuſmodi effectibus communicandis nobis hominibus, qui maximè eſt attendendus: ut ſciamus quo modo communicantur nobis alii utique per alios, uſq; ad primum qui nõ per alium, ſed per ſeipſum nobis datur. Verbi gratia, glorificatio per iuſtificationem, iuſtificatio per fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, obedientiam: hæ uirtutes per bonam uoluntatem, qua uolumus credere, ſperare, diligere, pœnitere, obedire: bona hæc uoluntas per bonam cogitationem; ſed & bona uoluntas ac bona cogitatio per gratiam præuenientem, uocantem, præparantem, mouentem, illuminantem, iu

Part. 2. Lib. 1. per totũ.

H uantem, operantem, cooperantem: hanc autem gratiam tanquam primum effectum gratiæ Chriſti, communicat nobis Deus non per alium effectum.

STATVS itaque ueteris teſtamenti declarat ſatis ſtatum noſtrum noui teſtamenti quantum ad hanc doctrinam quam intendimus. Vigebat enim iam tunc fides, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Iuſtus meus & fide uiuit. Sponſabo te mihi in fide. Sicuti allegauimus. Vigebat paſſio Chriſti præuiſa, ſicut modo uiget paſſio Chriſti exhibita: & uigebant merita Chriſti in præuiſione, quemadmodum modo uigent in exhibitione, ut conſtat omnibus. Lex tamen iuſtificandorum hominum, nõ erat per ſolam fidem. Per quid ergo erat? Per fidem, pœnitentiam, obedientiam erga Deum, charitatem. de fide conſtat ex ſtatim allegatis; De charitate, dilectione ac obedientia, cõſtat ex Deuteronomio; de pœnitentia & obediẽtia, conſtat ex Ezechiele. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam; uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt: non recordabor. In iuſtiti

Gen. 17. Abac. 2. Oſee 2.

Deu. 30. Ezec. 18.

ſtiti

A ſtitia ſua, quam operatus eſt, uiuet. Manife-
ſta eſt hæc lex inſtificandorum hominum a-
dultorum. Et manifeſta eſt illa alia lex, quæ
de hac eadem re, in Deuterouomio eſt poſita.

SED nos profectò etiam in nouo teſta-
mento habemus admodum multa diuina elo
quia, quæ nobis hoc declarant ſine ulla diffi-
cultate, aut obſcuritate: ut ſit hæc una doctri
na uerißima de illis, qnæ in diuinis ſcripturis
magis declarantur; uon uno ſed multis teſti-
moniis, eisq́; manifeſtißimis: In quibus uti-
que quantum apparet, non uidetur quomo-
do potuit errare intellectus Chriſtianus, niſi
quia fuerat iam aliunde factus cæcus: quem-
admodnm apud eos de quibus dixit Dauid,
Obſcurentur oculi eorum ue uideant, & dor
ſum eorum ſemper in curua. uidemus fa-
ctum eſſe.

ATTENDAMVS igitur, quæſo, mo-
dum quo iuſtificabantur olim Iudæi à pecca-
tis in ueteri teſtamento, & ex illo manu du-
camur in cognitionem modi, quo nos iuſti-
ficamnr in nouo. Vigebat enim iam tunc fi-
des Saluatoris noſtri, ſuo modo: & non niſi
per Chriſtum iuſtificabantur tunc homines.
Vigebat, inquam, iam tunc fides Saluatoris,
quæ & uiguit ſemper poſt peccatum; magis
tamen uel minus explicitè uuo tempore quã
Heb. 11. alio, apnd quaſdam perſonas, uel apud alias,
ut conſtat. Semper enim oportuit acceden-
Act. 4. tem ad Deum credere, quia eſt, & quòd in-
B quirentium ſe remunerator ſit. Neque fuit
Li. 1. c. 10. uuquam ant eſt aliud nomẽ ſub cœlo, in quo
& infra. oporteat omnes homines ſaluos fieri. prout
iam ſatis dictum eſt, declaratum, & probatũ.
Gen. 17. Vigebat, inquam iterum, iam fides, & ſuas
Abac. 2. habebat prærogatiuas non paruas. Credidit
Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſti-
tiam. Iuſtus meus ex fide uiuit. Sponſabo te
mihi in fide. Et ſicut nos credimus Chriſtum
iam ueniſſe ac genus humanum redimiſſe, ſic
illi credebant Chriſtum uenturum ac genus
humanum redempturum. Vnde & illi patres
per fidem etiam, ſpem, charitatem, obedien
tiam, pœnitentiam, applicabant ſibi præuiſa
merita à Deo, Saluatoris noſtri tũc futuri, &
fructum paſsionis eius præuiſæ. Profectò au
tem nõ tamen eo ipſo iuſtificabantur ſolum-
modo, quo credebant ſe per Chriſtum ali-
quando ſaluandos: niſi huic adderent fidei,
quæ aliàs requirebat Deus. Ita & nos non
iuſtificamur eo ipſo ſolùm, quo credimus ge
nns humanum olim per Chriſtum fuiſſe re-
demptum: niſi huic fidei addamus, quæ Deus
à nobis iuſtificandis requirit. Operæprecium
igitur nobis eſt, & ſummè neceſſarium, ſum
meq́; utile; ut dum credimus nos iam redem
ptos, uelimus ſcire & diligenter inquiramus
ordinem, quo ipſa redemptio ad nos perue- C
nit, quantum ad hos effectus præcipuè, de
quibus agimus, remißionem peccatorum,
& iuſtificationem pacis. Eſt enim lex Dei de
hac re, quam oportet ſciamus, obſeruemus,
impleamus. A' Deo per Chriſtum habemus
omnia boua pertinentia ad ſalutem, ſed or-
dinatè.

ITAQVE igitur per Saluatorem noſtrũ
habemus omne bonum pertinens ad noſtra-
rum animarum ſalutem, religionem ueram,
& bouam uitam. Etenim effectus principa-
les paſsionis eius explicando, ita firmiter cre
dimus omnes, Per paſsionem Chriſti ſumus *Apoc. 1.*
liberati à peccato, ſicut legimus, Dilexit nos
& lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Per paſsionem Chriſti ſumus liberati à pote- *Ioan. 12.*
ſtate diaboli, ſicut legimus, Nunc princeps
huius mundi eiicietur ſoras. Ego ſi exaltatus
fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.
Per paſsionem Chriſti ſumus liberati à pœua *Eſaiæ 53*
peccati, ſicut legimus, Verè languores no-
ſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe porta-
uit. Per paſsionem Chriſti ſumus Deo recon *Rom. 6.*
ciliati, ſicut legimus, Recõciliati ſumus Deo
per mortem Filii eius. Per paſsionem Chri-
ſti aperuit ipſe nobis ianuam cœli, ſicut legi- *Heb. 10.*
mus, Habemns fiduciam in introitu ſancto-
rum, ſcilicet cœleſtium, in ſanguine Chriſti.
Verißima nanque ſunt cuncta hæc, uec ullus
Chriſtianus dubitare poteſt, quin hæc iam fa
cta ſint per paſsionem Domini ſufficienter, D
quo ad omues & ſingulos homines: ſed de ap
plicatioue horum bonorum ad nos, quãtum
ad efficaciam, nunc agimus, & poſtea futurus *Part. 2.*
eſt ſermo copioſus. Porrò & de modo paſ- *Lib. 1.*
ſiouis Chriſti, quo ipſa nobis operata eſt hæc *per totũ.*
bona, ſimili modo credimus firmißimè, quæ
ſequuntur, Paſsio Chriſti cauſauit noſtram
ſalutem per modum meriti: quia ipſe eſt ca-
put noſtrum, & pro nobis meruit, ut ex mul
tis locis diuinarum ſcripturarum couſtat.
Paſsio Chriſti peperit noſtram ſalutem per *Pſal. 68.*
modum ſatisfactionis. Quæ non rapui, tunc
exoluebam. Paſsio Chriſti operata eſt per
modnm ſacrificii. Tradidit ſemetipſum pro *Ephes. 5.*
nobis, oblationem & hoſtiam Deo in odorẽ
ſuauitatis. Paſsio Chriſti operata eſt noſtram *1. Pet. 1.*
ſalutẽ per modum redẽptionis. Nõ corrupti
bilibus auro uel argẽto, redẽpti eſtis de uana
ueſtra conuerſatioue paternæ traditionis, ſed
pretioſo ſangine quaſi agni immaculati & in *Galat. 3.*
contaminati Chriſti. Chriſtus nos redemit
de maledicto legis. Vnde etiam & per modũ
emptionis. Empti enim eſtis precio magno,
glorificate & portate Deum in corpore ue-
ſtro. Paſsio Chriſti operata eſt noſtram ſalu-
tem per modum efficientiæ, ſicut legimus,
Ver-

E Verbum crucis, his qui ſalui fiunt, eſt uirtus
1.Cor.1. Dei. Sed uirtus Dei efficienter operatur noſtram ſalutem, Ergo paſsio Chriſti in cruce efficienter operata eſt ſalutem noſtram. Duobus autem modis aliquid dicitur & eſt efficiens: altero principaliter, altero inſtrumentaliter: unde quidem duplex eſt efficiens, principale uidelicet, & inſtrumentale. Nunc uerò ita diſtinguimus, quia efficiens principale humanæ ſalutis, eſt Deus. Quia autem humanitas Chriſti eſt diuinitatis inſtrumentum, etiã coniunctum, ut eſt notum omnibus: ex conſequenti omnes actiones & paſsiones Chriſti, inſtrumentaliter operantur in uirtute diuinitatis ad ſalutem humanam. Per illas enim tali modo redemit nos Deus, quali modo non nos redimeret ſine illis: & in hoc ſaluatur in illis Chriſti actionibus ac paſsionibus ratio inſtrumenti, reſpiciendo etiam ad ipſas actiones & paſsiones, & ad modum quem habent in re huiuſmodi.

E T quidem quantum ad nos attinet, qui iam ſumus poſt paſsionẽ Chriſti exhibitam, bene ſaluatur & bene intelligitur quo modo paſsio Chriſti habet rationem cauſæ circa noſtram ſalutem, gratificationem, remiſsionem peccatorum, iuſtificationem, glorificationem; quia ipſa iam poſita fuit re ipſa, iſto tempore, & modo etiam manet in diuina acceptatione. Sed quæſo quid de illa quantum ad
F antiquos, qui illam præceſſerunt; & fuerunt, antequam illa re ipſa exiſteret? Reſpõdemus, Primùm, Eſſe redemptorem noſtrum, eſt pro
Galat.3. prium Chriſti, ſicut legimus, Chriſtus nos redemit de maledicto legis; factus pro nobis maledictum. Secundò, Chriſtus eſt propriè redemptor noſter uniuerſalis & ſufficiens A-
1.Tim.2. dæ & omni filiorũ eius, ſicut legimus, Vnus Deus, unus & mediator Dei & hominum, dominus Ieſus Chriſtus, qui dedit ſemetipſum
Joan.1. redemptionem pro omnibus. Ecce agnus
1.Ioan.2. Dei, ecce qui tollit peccata mundi, Ipſe & propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.
Rom.5. Igitur ſicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem, ſic & per unius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem uitæ. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſtum omnes uiuificabũtur. Tertiò, Olim ante aduentum Chriſti in mundum per carnis aſſumptionem, fuerunt multi homines ſancti Adæ filii, filii Dei per adoptionem, habentes gratiam Dei gratum facientem quo ad rem ipſam, & habentes remiſsionem peccatorum quantum ad culpam: ſicut commemorare eos poſſumus, qui iuſtè uixiſſe referuntur, Abel, Enoch, Melchiſedech, Abrahã, G
August. in De nat. & gra. Cap.36. tom.7. Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moſen, Ieſum Nauæ, Phineem, Samuel, Natahan, Heliam, Heliſeũ, Micheam, Danielem, Ananiam, Azariam, Miſaelem, Ezechielem, Mardochæum, Dauid, Ioſiam, Ezechiam, Iob, & alios penè infinitos. Quartò, Non dubium quin hi & alii qui iuſti fuerũt, in eo quod iuſti erant, & ſic à peccatis liberati quo ad culpam, ad Saluatorem noſtrum pertinerent: ad eccleſiã Chriſti, & ad eius membra: ad Eccleſiam Chriſti dico, id eſt, ad eccleſiam Dei per Chriſtum, quæ una eſt ab origine mundi, cuius caput eſt Chriſtus. Quintò, Remiſsio peccati, quam ipſi co tempore habuerunt, ad Saluatorem noſtrum pertinebat, & ad ſuam paſsionem, ut conſtat ex dictis; quia generaliter, ipſe eſt agnus Dei, qui tollit peccata mundi: Quomodo ad illum pertinebat, qui adhuc non erat? id eſt, qui nõdum erat Chriſtus? hoc eſt, qui adhuc nõ erat ſuppoſitum diuinum in duabus naturis, licet quidem ſemper fuerit illud diuinum ſuppoſitum, uerbum Patris, quod factũ eſt homo in tempore? Reſpondemus, Nos ſcimus ex diuinis ſcripturis, quòd ad ipſum pertinebat: modum autem quo ad illum pertinebat, non ita planè ſcimus. Scimus autem ſatis, quòd ab æterno fuit præuiſa incarnatio uerbi Dei, eiuſque paſsio pro omnibus hominibus, & quòd ab æterno fuit à Deo acceptata: unde H
non ſolùm ab origine mundi, ſed ab æterno ſimpliciter: Ab æterno ſimpliciter præuiſa, ab æterno ſimpliciter acceptata: quia Deus Optimus nihil de nouo præuidet, nihil de nouo acceptat. Non enim eſt aliquo modo mutabilis in ſe.

Q V I D inde ultimò, quantum ad iſtam quæſtionem? Chriſtus ut Chriſtus & paſsio eius ſemper fuerunt ab origine mundi in Dei præuidentia, & in Dei acceptatione: atque ut ſic, ſtatim cœpit operari poſt peccatum. Quomodo operabatur paſsio Chriſti antequàm eſſet? Operabatur antequam eſſet in re, ſed non antequam eſſet in præuiſione ac acceptatione. Poſita ergo in præuiſione & acceptatione operabatur. Quomodo ut ſic, operabatur? Quia Deus Optimus poſt peccatum hominis, non niſi ad illam reſpiciens iuſtifica uit homines, eos uocauit, eos gratificauit ſibi. Hoc modo omnes qui iuſtificati fuerunt poſt peccatum ab origine mundi, pertinent ad Chriſtum & ad eius paſsionem. Fuit in ueteri teſtamento remiſsio peccatorum, quantum ad culpam, ut conſtat ex diuinis ſcriptu- *Pſal.31.*
ris, peculiariter in pſalmis, & apud Ezechie- *Ezec.18.*
lem: licet non fuerit in ueteri teſtamento remiſsio peccatorum quantum ad introitum regni cœlorum, quòd tũc minime eſſet ad aper

A ta ianua cœli: ut bene adnotat Gloſſa Ordi-
Rom. 3. naria circa illud, Propter remiſsionem præce
dentium delictorum. Quod etiam declarat
Heb. 11. & probat Apoſtolus ad Hebræos, dicens de
multis ſanctis, quos memorauit, Et hi omnes
teſtimonio fidei probati; non acceperunt re-
promiſsionē. Deo pro nobis melius aliquid
prouidente, ut non ſine nobis conſumaren-
tur. Fuit autem remiſsio peccatorum ibi ſi-
Pſal. 31. cut dicit Dauid, Dixi, Confitebor aduerſum
me iniuſtitiam meam Domino, & tu remi-
ſiſti impietatem peccati mei. A'quo? A' Deo.
Ioan. 1. Per quem? Per Chriſtum & eius paſsionem,
Hebr. 5. de quo uerè dicitur & propriè, Ecce agnus
Dei, ecce qui tollit peccata mūdi: Vnde ſemel
quidem oblatus & paſſus eſt Chriſtus ad mul
Heb. 10. torum exhaurienda peccata, & una oblatio-
ne conſummauit ſanctificatos in ſempiternū,
quantum ad ſuam paſsionem re ipſa exhibi-
tam anno trigeſimo tertio à natiuitate ſua
temporali: nec oportuit, nec opus fuit, cum
huiuſmodi pacto frequenter pati ab origi-
Heb. 9. ne mundi. Nihilominus tamen uerum eſt
etiam quod legimus de illo Agno Dei Salua
Apoc. 13. tore noſtro, Qui occiſus eſt ab origine mun-
di. Quomodo eſt occiſus, rogo, ab origine
mundi? Vno modo diſpoſitiuè, Quia Deus ſic
ab æterno diſpoſuit mundum facere: quæ qui
dem diſpoſitio, poteſt dici quædam mundi
origo, inquantum ad exemplar mundi præ-
B concepti æternaliter à Deo, productus eſt
mundus temporaliter in effectu. Vnde Boe-
thius libro De conſolatione, Tu cuncta ſu-
perno Ducis ab exemplo. Mundum mēte ge
rens, ſimilem imagine formans. Alio modo fi
guratiuè. Et ſic ab initio mundi Chriſtus in
Abel fuit occiſus. Nam occiſio Abel innocen
tis, fuit figura occiſionis huius agni. Sic dicit
Auguſt. Auguſtinus, quòd fuit in Abel occiſus; & in
Prophetis exhonoratus. Tertio modo in præ
uiſione ac uirtute. Quia ab origine mundi
fuit præuiſus Chriſtus, ac fuit præuiſa eius paſ
ſio, & acceptata: ſimulque, quia ab origine
mundi reſpiciens Deus Optimus, ad Chriſtū
& ad eius paſsionem, uocauit poſt peccatum
homines ad fidem, religionem, ac bonam ui-
tam, & uenientes ac obtemperantes iuſti-
ficauit.

SIC paſsio Chriſti illo tempore in eſſe
reali poſita, luſtris ſex iam peractis, eſt ac in-
telligitur eſſe quaſi Orizon mundi, ſeu in O-
rizonte ſæculorum poſita: tanquam reſpiciēs
omnia tempora præterita, omniaq; futura:
cunctisq; hominibus poſt peccatum profi-
ciens, licet differenter. Quia hominibus præ
teritis, tanquam præuiſa: hominibus præ-
ſentibus, ut præſens: & hominibus futuris,
ideſt, nobis, qui poſtea nati ſumus, ut exhi-
bita. Ex quo autem fuit futura, ſemper Deo C
fuit præſens: apud quem omnia præterita,
præſentia, ac futura, pari paſſu ſunt præſen-
tia: quia Dei æternitas, abſque ulla differen
tia ambit totum tempus, & ſupra illud eſt.
Sicut etiam paſsio Chriſti modo eſt in Dei ac
ceptatione ut exhibita, ſic olim fuit ac erat
in Dei acceptatione ut præuiſa: & quemad-
modum olim fuit futura, ita modo & præte-
rita. Ab illa aut per illam nos accipimus mo
do gratiam, iuſtitiam, remiſsionem pecca-
torum & ſimilia, per fidem, ſpem, charita-
tem, ſacramenta, atque ſacrificia: & ab illa
aut per illam illi antiqui recipiebant gratiam,
iuſtitiam, ac remiſsionem peccatorum, ſuo
modo ſupra explicato, per fidem, ſpem, cha
ritatem, alias uirtutes, ac bona opera. Et
quia ſemper poſt peccatum indiguimus re-
demptore, quo, à quo, ſeu per quem à pec-
cato liberaremur: ideo ſemper indiguimus fi
de, ut ipſi inhæreremus, & per quam bono-
rum ſuorum participes efficeremur. De his *Magiſt.*
ita dicit Magiſter ſententiarum cum Auguſti *ſen. lib. 3.*
no & aliis ſanctis patribus, Illa fides ſana eſt, *diſt. 25.*
qua credimus nullum hominem ſiue maioris
ſiue minoris ætatis liberari à cōtagione mor *Auguſt.*
tis & obligatione peccati, quod prima nati- *ad Opta.*
uitate contraxit, niſi per unum mediatorem *Epiſ. 157.*
Dei & hominum Ieſum Chriſtum: cuius ho
minis eiuſdemq; Dei ſaluberrima fide etiam D
illi iuſti ſalui facti ſunt, qui priuſquam ueni-
ret in carne, crediderunt in carne uenturum.
Eadem enim fides eſt & illorum & noſtra.
Proinde cùm omnes iuſti ſiue ante incarna-
tionem ſiue poſt, nec uixerint, nec uiuant,
niſi ex fide incarnationis Chriſti: profectò *Act. 4.*
quod ſcriptum eſt, Non eſſe alind nomen ſub
cœlo, in quo oporteat ſaluari nos, ex illo tē
pore ualet ad ſaluandum genus humanum, *Lib. De*
ex quo in Adam uitiatum eſt. Idem. Nemo *correp. &*
liberatur à damnatione quæ per Adam facta *gratia.*
eſt, niſi per fidem Ieſu Chriſti. Idem, Eadē *Cap. 7.*
fides mediatoris quæ nos ſaluat, ſaluos in- *tom. 7.*
ſtos faciebat antiquos, puſillos, cum ma- *De nup-*
gnis: quia ſicut credimus Chriſtum in carne *tijs & con*
ueniſſe, ita illi uenturum: & ſicut nos mor- *cupiſc.*
tuum, ita illi moriturum: & ſicut nos reſur- *Lib. 2.*
rexiſſe, ita illi reſurrecturum: & nos & illi *Cap. 12.*
ad iudicium uiuorum & mortuorum uentu- *Gregor.*
rum. Gregorius ſuper Ezechielem, Et qui *Homi. 7.*
præibant, & qui ſequebantur, clamabant di
centes, Oſanna filio Dauid; quia omnes ele-
cti, qui in Iudæa eſſe potuerunt, ſiue qui
nunc in Eccleſia ſunt, in mediatorem Dei &
hominum crediderūt, & credunt. His aliisq;
pluribus teſtimoniis perſpicuè docetur, nulli
unquam ſalutem eſſe factam, niſi per fidem
mediatoris. Hæc Magiſter.

Nun-

E NVNQVAM igitur poſt peccatum fuit ſalus aut remiſsio peccati, quomodocunque, quantum ad culpam & pœnam, aut etiam quantum ad culpam ſolam, niſi per fidem mediatoris, niſi per ipſum mediatorem aliquo modo interuenientem. Quid inde? Nunquid etiam, niſi per ipſam mediatoris paſsionem? Mihi non eſt dubium, quin ita ſit dicendum. In paſsione enim mediauit mediator, & in illa compleuit omnia: licet multis aliis uiis nobis meruerit à principio conceptionis; quæ omnia non ſecus ab æterno fuerunt præuiſa & acceptata, ut conſtat.

QVAE ergo Deus bona dedit hominibus ante paſsionem Chriſti exhibitam, ratione tamen Chriſti ac eius paſsionis exhibendæ, tunc futuræ ſed iam tunc præuiſæ & acceptatæ, ut uocationes, inſpirationes, fidem, ſpẽ, charitatem, obedientiam, pœnitentiam, gratiam gratum facientem; remiſsionem peccatorum, iuſtificationem, adoptiuam filiationem Dei, & ſimilia: quo nomine appellari debent circa domini paſsionem, ad quam reſpiciens Deus, illa bona conferebat hominibus? Alia eſt quæſtio. Siue appellentur fructus eius, ſiue effectus, ſiue opera, ſiue quibuſuis aliis nominibus, non refert. Superuacanea eſt quæſtio, aut etiam diſputatio de no-

F mine, cum conſtat de re. Alioqui occupatio circa nomina, teſte Galeno, eſt innitis nobis neceſſaria, ea nanque nos in rerum agnitionem perducunt, cuius gratia ſunt excogitata. Si dixerit quiſpiam, Paſsio illo tempore adhuc non erat. Reſpondeo, Adhuc non erat paſsio exhibita, ſed iam erat præuiſa, & acceptata: iam erat in diuina præuiſione, & iam erat in diuina acceptatione: iam ad illam reſpiciens & ad præuiſa merita Saluatoris, Deus præſtabat hominibus illa bona. Hæc ſunt de quibus ſuperius dicere cœpimus, & quæ tunc omiſimus, ut propoſitam rem proſequeremur; eaque huic loco aſſeruauimus, quòd ipſi magis conuenirent. Optimè dicit dinus Bernardus, Chriſtus pro ſalute mundi ſemel factus eſt hoſtia ſalutaris, rei reconciliatio generalis, omnibus ſacramentis tam præcedentibus quàm ſequentibus uirtutem & efficaciam, ut tanta & tali hoſtia ſanctificarentur omnes liberandi per ipſam. unde legitur, Quia Agnus occiſus eſt ab initio ſæculi: His uidelicet qui fuerunt ab initio ſæculi, ita ut per hoc quod dicitur, ab initio. determines non tempus occiſionis, ſed ſalutis. Prius enim mors eius profuit, quã fuit, &c.

Gal. lib. 1. de differẽtijs pulſuum.

Lib. 1. Cap. 1.

Bernard. in ſermone de ſacramento altaris. Refert & probat Gabriel ſuper Canonẽ Miſſæ lect. 85.

DOMINVS Dominicus Soto in ſuo quarto libro ſententiarum, dixit, Paſsio Chriſti fuit cauſa ſalutis tam antiquorum, quàm noſtræ, non ſolùm finalis, uerùm meritoria & efficiens. Quam ſententiam approbauit poſtea dicens, Immo ſic neceſſarium eſt dicere, Quoniam per paſsionem redemit uniuerſum humanum genus: redemptio autem fit per gratiam; & redimere, dicit efficere. Item quia paſsio Chriſti, etiam præuiſa, fuit inſtrumentum diuinitatis efficientis gratiam. Et ideo paſsio in genere cauſæ efficientis concurrit ad illam, concurrebatq́; præuiſa. Hæc ille dixit probè uereque: nec ſolùm hæc dixit, ſed putauit hanc eſſe mentem & doctrinam ſancti Thomæ, ipſumq́; allegauit. G

Dominicus Soto, Li. 4. to. 2 diſ. 1. q. 2. art. 3. Libro & tom. eod. di. 50. q. 1. ar. 6. paulò ante finẽ totius operis.

Oſtenditur quid ſit in cauſa ut iuſtificatio aſcribatur fidei, cum non fiat homo iuſtus per ſolam fidẽ: declaraturq́; ſimul quo pacto iuſtificatio conueniat fidei, & quo pacto charitati. Ponuntur prærogatiuæ fidei. quòd ſit prima uirtus qua pertingimus Deum, noſtra ſapientia, ſcientia, prudentia: quòd ſit quædam inchoatio æternæ uitæ, & lumen ſuper noſtrum lumen naturale: quòd contineat omnia præcepta, & quòd ſit apta nata parere ſpem, charitatem, & alias uirtutes. CAP. XVI.

FIDES igitur ſi ſola exiſtat, aut à ſpe & charitate ſeiuncta intelligatur, nec homini præſtat ut iuſtificetur, nec ut beneficium reconciliationis de facto, quantũ H ad efficaciam ſeu efficientiam ipſi aptetur: quantumuis homo credat, aut confidat ſe iuſtificari, aut iuſtum eſſe. Hæc eſt ueritas catholica, Apoſtolica, & diuina, quæ hactenus per diuinas ſcripturas, ſanctosq́; patres demonſtrata eſt ſatis. Porrò ſi quærat quiſpiam, quare fidei toties tribuatur iuſtificatio in ſacra ſcriptura. Manifeſta eſt reſponſio, quia hoc fit tum multis aliis, tum duabus de cauſis potiſsimùm. Prior cauſa huius rei eſt, ipſius fidei natura & neceſſitas ſecundum Dei legem datam, nam ex his fit ut fides ſit prima omnium uirtutum, quas circa Deum habemus, aut habere ualemus homines uiatores in hoc ſæculo: principium etiam & fundamentum totius Chriſtianæ religionis, & uitæ. Ideoq́; quia extra Chriſtianam religionem non eſt iuſtificatio, nec uita ſpiritualis, & quia fides eſt prima uirtus fundamentumq́; religionis huiuſmodi: fit inde, ut iuſtificatio quæ in ſola Chriſtiana religione inuenitur, fidei Chriſtianæ tribuatur. Eſſe autem fidem Chriſtianam noſtram primã uirtutem & principium religionis & uitæ ſpiritalis noſtræ, conſtat quidem ex doctrina diuina, ex ſubiecto naturali ipſius uirtutis fidei, atque ex officio uirtutis eiuſmodi. Ex ſcriptura enim, quia niſi crediderimus, non intel-

Quare iuſtificatio tribuatur fidei.

Ratio 1.

A intelligimus: ipſum autem intelligere ſine dubio, eſt ante omne opus uirtutis, & ante omnem uirtutem: unde ſicut credere, eſt ante intelligere, ita eſt ante uirtuoſè operari.
Mat. 16. Cùm Petrus dixiſſet Saluatori noſtro, Tu es
Ibidem. Chriſtus filius Dei uiui: dixit ei Saluator inter alia, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quo loco multi ſancti doctores intelligunt; ſicut re uera intelligendum eſt, nomine petræ, fidem illam Saluatoris quam Petrus confeſſus fuit, dicens, Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Sic autem intelligendo non eſt dubium, quin fides ſit fundamentum Eccleſiæ Chriſtianæ, poſtquam ſuper fidem fundatur Eccleſia Chriſtiana. Omittamus alia loca ſanctarum ſcripturarum, quæ hic ad propoſitum referri poſſent: omittenda enim
Heb. 11. ſunt, breuitatis cauſa. Apoſtolus dicit, Sine fide, autem, impoſsibile eſt placere Deo. Ec-
Ibidem. ce fidei neceſsitatem. Qui ſtatim adiecit, Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt; & inquirentibus ſe, remunerator ſit. Ecce ut fidei, princeps in ordine locus tribuatur. Si enim accedentem ad Deum, oportet credere: ergò accedere non poſſumus, niſi credamus. Sine dubio igitur in uia accedendi ad Deum, nulla uirtus eſt prior fide. Si in uia accedendi ad Deum, fide nulla uirtus alia eſt prior: quidem ipſa fides in illa uia, eſt utique prior omnibus aliis. Aut detur alia quæ
B ſit æque prima. Vt enim conſtat ex natura rerum, & conſtabit adhuc magis ex dicendis, nulla uirtute prius, aut æquè primò attingimus Deum Optimum, quàm fide. Prima enim eſt fides. Vnde Paulus explicando uirtutes theologicas, ex ordine literæ declarat fidem eſſe priorem aliis, dicens, Nunc autem manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum, eſt charitas. Talis eſt natura rei. Oſtenditur autem hæc eadem ueritas ex ſubiecto fidei, quia ſubiectum fidei, eſt intellectus, qui prima potentia eſt animæ, qua anima poteſt exercere actus uitales proprios non dependentes à corpore, ſublimes, nobiles, attingentes Deum, modo altiori. Quòd intellectus ſit fidei ſubiectum, per id notum eſt, quòd fides ordinat & perficit potentiam cognitiuam altiorem animæ, in his quæ ſunt aut pertinent ad Deum: ut cognoſcat de Deo quid, quantus, & qualis ſit, quid uelit, quid imperet. Ad quod non poteſt pertingere aliqua potentia cognitiua animæ inferior, cũ omnis talis ſit ſenſitiua, exterior, uel interior: ſed ſolus intellectus, qui potentia ſpiritalis eſt, habens operationes ſeparatas à corpore, cognoſcensq; ſenſibilia & inſenſibilia, materialia & immaterialia, corporalia & incorporalia: & quicquid eſt cognoſcibile, creatum uel increatum. Sed quòd C intellectus ſit prima potentia omnium potentiarum animæ, per quas anima exercet actus uitales non dependentes à corpore, & quibus Deum poteſt attingere; non minus eſt manifeſtum. Tres enim ponimus potentias animæ ſupremas atque ſpiritales, & nullas præterea; Intellectum, Memoriam, Voluntatem. Procedentes autem ſcientificè, intellectum probamus per ipſam animæ naturam; hoc eſt, per ſuam immaterialitatem, ut infra magis dicitur. Alias uerò duas potentias, memoriam & uoluntatem, iam probamus per intellectum, omnino ſicut poſteriores proprietates, per priores demonſtramus, ut de iſoſchele dicimus quod habet tres angulos æquales duobus rectis, per hoc quòd habet tres lineas æquales: uel ſicut dicimus de homine, quòd eſt uiſibilis, ex hoc quòd eſt admiratiuus de uiſis: uel multa alia ſimilia. Aut uideamus ſi anima non cognouiſſet; quo modo de aliqua re memoriam habuiſſet, aut quomodo aliquam rem amaſſet? Vel è contra, ſi anima aliquam rem amaſſet, aut de aliqua re memoriam habuiſſet, quomodo illam rem non cognouiſſet? Prior eſt autem intellectus, quia multa poteſt anima per intellectum cognoſcere, quæ non amat, & de quibus non ſeruat memoriam: cum tamen non poſsit aliquid amare, nec aliquid memoria retinere quod ſibi ſit inco- D gnitum. Cum autẽ intellectus ſit prima omnium potentiarum animæ ſupremarum, fides quia in intellectu tanquam in ſubiecto eſt, ratione ſubiecti ſiue ex parte ſubiecti, prior eſt omnibus aliis uirtutibus, pertinentibus ad memoriam uel ad uoluntatem: ad partem concupiſcibilem, uel ad partem iraſcibilem. De his bene habemus totam naturalem philoſophiam. At uerò ex officio uirtutis fidei, hæc ueritas non poteſt non eſſe notiſsima apud omnes ſapientes mundi, tum Chriſtianos, tum Ethnicos: Ethnicos dico, qui Chriſtianam nouerint ſcientiam, & ſecundum illam iudicauerint. Fides enim ex ſcientia reuelata, habet originem, quia eſt aſſenſus mentis, actualis uel habitualis, quo aſſentimus ueritatibus reuelatis, ut reuelatæ ſunt: hoc eſt, quia reuelatis. Vnde mediante illa, ſcimus de Deo quis, quantus, qualiſq; ille ſit, quomodo ſperandus, quomodo amandus, quomodo colendus, quomodo obediendus, quæ bona ſunt, quæ mala, quæ facienda, quæ uitanda, quæ ipſe præcipit, quæ conſulit, quæ prohibet, quibus placatur, quibus offenditur. Quam ob rem non eſt dubium quin officium fidei, ſit illuminare uoluntatem: oſtendit enim fides parti no-

E ſtræ concupiſcibili: quòd Deus ſuper omnia ſperandus eſt, & ſuper omnia amandus: quo modo etiam bona alia extra Deum, propter Deum amare atque ad Deum ordinare debet: quæcunque illa bona creata ſint, ſpiritalia, naturalia, temporalia. Denique oſtendit fides uoluntati noſtræ quòd Deum ſperare ac diligere debet, & quomodo: quod ſiue concupiſcendo, ſiue iraſcendo formaliter, ſiue imperando, tenetur ſubdita, obediensq; eſſe Deo, eiusq; legem obſeruare. Hoc profectò eſt officium fidei, ſine quo nullo modo pars noſtra irrationalis, concupiſcibilis, uel iraſcibilis, nec uoluntas noſtra, poſſet ſe ordinare erga Deum, perinde autem nec ullam habere uirtutem, quæ Deum formaliter, uel uirtualiter, actualiter, uel habitualiter, attingeret. Eſt enim uirtus, habitus ſeu qualitas mentis bene ordinatæ, ſeu qua rectè uiuitur. Officium iſtud fidei declarauit Apoſtolus, quando fidem definiendo, de fideq; & laudibus eius loquendo, dixit, Eſt autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentū non apparentium. Fide, intelligimus aptata eſſe ſæcula uerbo Dei, ut ex inuiſibilibus uiſibilia fierent. Fide, plurimam hoſtiam Abel quàm Cain, obtulit Deo. Fide Enoch tranſlatus eſt, ne uideret mortem. Sine fide, autem, impoſsibile eſt placere Deo, Credere enim oportet accedētem ad Deum, quia eſt, F & inquirentibus ſe, remunerator ſit. Fide, Nohe reſponſo accepto de iis quæ adhuc nō uidebantur, metuens aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ. Fide, qui uocatur Abraham, obediuit, in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, neſciens quo iret. Fide, demoratus eſt in terra repromiſſionis tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſsionis eiuſdem. Et multa alia. Atque hoc officium fidei declaratur in illo uerbo ſcripturæ ſanctæ, quod Apoſtolus refert frequenter, ad Romanos, ad Galatas, ad Hebræos: Iuſtus autem ex fide uiuit, quod maximè uerum eſt, & ualde ad propoſitum. In eo enim quod dicitur, Iuſtus autē ex fide uiuit, Satis declaratur, fidē eſſe pricipiū uitæ iuſtus, ſeu uitæ uirtuoſæ. Iuſtitia nanq; quædam eſt, omnis uirtus: hoc eſt, quælibet uirtus, eſt quædam iuſtitia: ſicut communiter uidemus, iuſtitiam dici de omni uirtute. Non poteſt uita iuſta eſſe alia, quàm uita uirtuoſa, nec poteſt uita uirtuoſa eſſe alia, quàm uita iuſta. Ideo ſi iuſtus ex fide uiuit; ex fide eſt iuſta uita: rurſus etiam ſicut credimus ex fide eſſe uitam iuſtā, ſic credere debemus ex fide eſſe uitam uirtuoſam. Ex fide ergo eſt oīs uirtus, quæ Deum aliquo modo tangit: nam omnis uirtus ad uirtuoſam uitam pertinet, & iam ex illa parte uita aliqua uirtuoſa eſt, in qua uirtutē aliquam habet. Si autem omnis uirtus eſt ex fide, ergo fides eſt principium aliquod omnis uirtutis: quia illud ſignificat illa nota, Ex. hoc in loco, ſicut & in multis aliis. Si uerò principium eſt omnis uirtutis, ut re uera eſt: Igitur & prima eſt omnium uirtutum. Quomodo eſt fides principium omnis uirtutis? Illuminando mē tem noſtram ut uirtutes alias & concipiat, & pariat: nec. n. mens humana in hoc ſæculo ſine fide illuminante poſſet uirtutem aliquam cōcipere, aut parere, qua pertingeret ad Deum. Si nō eſſet fides illuminans, qūo mens noſtra cognitionibus rerū ſenſibilium circumſepta Deum ſperaret? qūo Deum amaret? qūo Deū coleret? quomodo Deo obediret? qūo propter Deum pœnitentiam ageret de malis? quomodo propter Deum ſolicita eſſet de bonis? Si non eſſet cognitio Dei, quam profectò dat ſola fides, nec eſſet ſpes, nec charitas, nec pœnitentia, nec cultus, nec obedientia, nec uita iuſta, nec uita uirtuoſa, quæ Deum attingeret. Optimè ergo probatur ex officio fidei, quòd ipſa ſit prima uirtus omnium uirtutum talium, de quibus agimus: quod certè quoque iam conſtat eſſe uerum tum ex diuina ſcriptura, quæ fidem tanquam primam cōmendat, tum etiam ex ipſius fidei ſubiecto. Itaque hæc cauſa prima eſt, propter quam iuſtificatio, fidei tribuitur: ſcilicet, propter ſuā H (ita dixerim) primitatem. Eſt enim ipſa prima uirtus per quam incipit homo mortalis accedere ad Deum, & quæ illuminat ad cæteras uirtutes alias, ut concipiantur, ut naſcantur, ut nutriantur, adoleſcant atque aſſeruentur ī anima. Alia cauſa huius rei poſterior eſt, *Ratio 2.* fidei nobilitas, uis, & uigor. Diducendo. n. uires ſuperiores animæ noſtræ rationalis, ī partem rationalem, partem concupiſcibilem, & partem iraſcibilem, ut ſemper iam tum ab ipſis quaſi naſcentis philoſophiæ primordiis diuiſerunt omnes ſapientes, quot quot fuerunt, atque inde ſuccedētibus ſæculis quiſq; ſua ætate diuiſit, Conſtat, partem noſtram rationalem præ aliis eſſe nobiliſsimam & principaliſsimam, ut pote quòd per ſe ſit ipſa rationis particeps: aliæ autem non per ſe ſint rationis participes, ſed inquantum aptæ natæ ſunt rationem audire, rationiq; obtemperare. Fides autē, quia eſt habitus cognoſcitiuus ſeu intellectiuus, ut cōſtat ex natura ſua & officio, ſimulatque diffinitione: ad partem noſtram rationalem pertinet, in illa eſt ſicut in ſubiecto, & illā perficit, ſicut omnis habitus perficit potentiam in qua eſt. Eſt nanq; pars noſtra rationalis ſuapte natura, cognitiua ſeu intellectiua; niſi quòd Ariſt. in ſuis Eth. par- *Lib. 6.*

Heb. 11.

Abac. 2. *Rom. 1.* *Galat. 3.* *Heb. 10.*

A tem, noſtram rationalem diuiſit, ſecundum officium tantùm & imaginationem, illamq́ue pro ut intelligit æterna & ĩmutabilia, appellauit ſcietificam, pro ut autem intelligit temporalia & mutabilia, appellauit ratiocinatiuã. Hanc partem noſtram rationalem, præ aliis excellentem, perficit ea uirtus quæ eſt fides. Perficit autem quomodo? Non partim ſic, & partim non: ſed totam ſimul; hoc eſt, quantum ad partem ſcientificam, quæ cognoſcit æterna & immutabilia: atque quantum ad partem ratiocinatiuam, quæ cognoſcit temporalia & mutabilia. Fides namque noſtra Chriſtiana, ſcientia quædam eſt miſta, partim ſpeculatiua, qua Deum resq́ue æternas Dei per ſpeculationem cognoſcimus, & de Deo multas perfectiones cõcludimus: partim practica, qua temporalia ſcimus, agenda, uitanda, proſequẽda, fugiẽda, actus, paſsiones operationesq́; humanas. Talis enim fides eſt, quo ad hoc, qualis eſt doctrina reuelata, de qua eſt fides: eſt autem doctrina reuelata, miſta: partem continet ſpeculatiuam, partem practicam: multa reſpicit æterna, multaque temporalia, multa ĩmutabilia, multa mutabilia. Non quòd duplex ſit habitus fidei, alius ſpeculatiuus, alius practicus: ſed quia unus habitus fidei, inclinat ad omnes ueritates reuelatas cœlitus: quarum multæ ſunt ſpeculatiuæ, multæ practicæ; multæ de rebus æternis

B & immutabilibus, multæ de rebus temporalibus & mutabilibus. Noſtra fides Chriſtiana, eſt noſtra ſcientia Chriſtiana, noſtrum metrũ, noſtra norma noſtraq́ue menſura omnium aliarum ſcientiarum; ſcilicet humanitas inuentarum. Per hanc uerè, firmiter, certoq́ue ſcimus; & de cunctis aliis ſcientiis nihil admittimus, niſi quod certò nouimus huic noſtræ diuinæ ſcientiæ non repugnare: tum in ſpeculatiuis, tum in practicis. Hæc eſt noſtra principalis dialectica, rhetorica, mathematica, philoſophia, methaphyſica, theologia: noſtra ethica, noſtra œconomica, noſtra politica: noſtra ſapientia, noſtra ſcientia, noſter intellectus, noſtra prudentia, noſtra ars. Omnia enim hæc continet quodam modo Chriſtiana fides, & tanquam in arce ſuprema ſedens, omnia hæc regit & moderatur, omnia ordinat, omnia corrigit, omnibus imperat, ſuo modo. Ex hoc autem, quid habet? Magnam excellentiam, magnam uim, magnum uigorem, erga uirtutes omnes alias, quæ ad partes noſtras rationis expertes pertinent, ad concupiſcibilem, ad iraſcibilem, ad uoluntatem. Quia origo eſt quodam modo illorum omnino ſicut prudẽtia origo eſt quodam modo omnium uirtutum moralium. Fides noſtra Chriſtiana, eſt noſtra prudentia; ideo, eadem ſine dubio eſt ratio. Ergo etiam propter

C hanc cauſam, fidei tribuitur iuſtificatio, quã ſola fides non efficit: ſcilicet quia hanc excellentiam habet, quòd omnes uirtutes alias concupiſcibilis, iraſcibilis, uoluntatis, quodam modo gignit. Quemadmodum etiam propter eandem rationem, omnes morales uirtutes qnodammodo, uni prudentiæ tribuuntur. Seminarium uirtutum, quod in ratione naturali reperitur naturaliter apud omnes homines, multo perfectius, abundantiusq́ue eſt in fide Chriſtiana. Melius enim oſtẽdit & dictat fides de ſperandis, uolendis, amandis, odiendis, timendis, faciendis, uitandis, proſequendis, fugiendis: feruẽtiusq́ue & fortius excitat, quàm ſola ratio naturalis ſine fide. Eæ ſunt igitur rationes, cauſæq́ue duæ potiſsimæ, propter quas fidei tribuimus iuſtificationem, quam nullo modo facit ſola fides. Sed quid cauſæ eſt ut tribuatur etiam iuſtificatio charitati? Propter alias cauſas, tam optimas, quàm manifeſtas. Eſt enim charitas habitus uoluntatis, quæ cum ſit potentia poſterior intellectu, quantumuis ordinetur intellectus per fidem, non ordinatur homo totus quouſque ordinetur hominis uoluntas per charitatem: quibus duobus ordinatis, totus homo iam ordinatus eſt, quantum ad ſuas potentias ſuperiores ſpirituales, operatiuas, ſeu actiuas, intellectum & uoluntatem.

Quare tribuatur iuſtifica-tio, charitati.
Ratio 1.

D Memoria enim nõ habet actum diſtinctum, nec dictinctè eſt actiua; ſed ſolummodo eſt ſpecierum intelligibilium receptiua, conſeruatiuaq́ue. Præſertim quia per amorem, eſt amans in amato, ſicut per cognitionem eſt cognitum in cognoſcente: unde communiter & uerè dicitur, quòd amor habet uim transferendi amantem in amatum. Et Saluator noſter manifeſtè dicit, Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum, Cum ergo charitas ſit habitus amoris, illi iure optimo tribuitur iuſtificatio: quia per illam in Deum transformamur, & ſic per illam magis in Deũ noſtrum principium, noſtram uitam, & noſtram ſanctitatem redimus. Tribuitur ergo iuſtificatio fidei, quantum ad initium pertinet, quia à fide incluſiuè incipit iuſtitia, & per fidem incipimus pertinere aliquo modo ad Eccleſiam & domum domini noſtri Ieſu Chriſti, ſicut catechumeni. Tribuitur autẽ iuſtificatio charitati, quantũ ſpectat ad abſolutionẽ: quia Charitas abſoluit quod fides exorditur & nos transfert in Deum, iuſtos, ſanctos, mundos. Itaq; fides exorditur, charitas abſoluit: fides eſt iuſtificationis initium, charitas eſt iuſtificationis complementum. Hoc eſt quod Paulus declarando nobis quid ualeat in Chriſto Ieſu, dixit, Fides quæ per charitatem operatur.

Matt. 6.
1. Cor. 13.

E ratur. Vides, fidem poni prius, quaſi loco ge-
neris, tanquam iuſtificationis initium: Cha-
ritatem uerò poni poſterius, quaſi loco dif-
ferentiæ, tanquam iuſtificationis comple-
mentum. Cæterùm ad id quod primò dictum
eſt redeundo, ſecũdum illas duas cauſas ſigna
tas, quibus fidei iuſtificationem tribuimus,
Ambroſ. quam non præſtat ſola fides, auctore Am-
broſio in De uocatione Gentium, Fides geni
trix bonæ uoluntatis, & iuſtæ actionis dici-
Gregor. tur. Vnde diuus Gregorius ſuper Ezechielem
Hom. 22. ait, Tantum in hac uita amamus, quantum
credimus: & quantum amamus, tantum de
ſpe præſumimus. Vnde non eſt dubium quin
quodã modo fides, alias uirtutes pariat, theo
logicas, & morales ſicut dicimus quòd pru-
dentia quodam modo, alias uirtutes mora-
les parit, ad uires noſtras concupiſcibilem &
iraſcibilem, pertinentes: Non quòd fides, a-
lias uirtutes naturaliter pariat neceſſariò,
cap. 36. quia non ita eſt, ut iam monſtrauimus: ſed
& 37. quia ſuapte natura fides ad ortum, conſerua
tionem, & augmentum omnium aliarum uir
tutum quæ tangunt Deum, uel Deum aliquo
modo tangere poſſunt, facit multum. Fides
igitur exordium præbet iuſtificationi noſtræ,
& ſaluti: Charitas autẽ eas complet: fides re-
ctum, iuſtumque reddit intellectum, charitas
uerò uoluntatem ſeu affectum: Per fidẽ Deus
quodam modo ponitur in nobis, ſicut cogni
F tum in cognoſcente: per charitatẽ uerò tranſ
formamur nos in Deum, ſicut amans eſt in
amato. Fides eſt initium omnium illorũ quæ
in nobis requiruntur ad iuſtificationem no-
ſtram, ad omnia illa nos quodam modo manu
ducit, & ad omnia illa non parum facit, quan
tum eſt de ſe. Nullus enim eſt integrè credens
omnia credibilia, qui non aliquo modo Deũ
& iuſtitiam diligat, quantum ad habitum uir
tutem & actũ pertinet ſaltem ſecũdum quid,
tenuiter, exiliter, uel diminutè: iam iuſtifica-
tiones Dei deſiderando, aut ſaltem concupi-
ſcendo deſiderare illas, inefficaciter, atque de
biliter. Per fidẽ igitur incipimus accedere ad
Deum. ſed ne quis putet per ſolam fidem cõ-
pletè nos poni cum Deo, quantum ad gratiã
gratum facientem & remiſsionem peccato-
1. Ioan. 3 rum, docemur de charitate, Tranſlati ſumus
de morte ad uitam, quoniam diligimus fra-
tres. Qui non diligit, manet in morte. Deus
Charitas eſt. Qui manet in charitate, in Deo
Ioan. 14. manet, & Deus in eo. Qui diligit me, diligetur
1. Pet. 4. à Patre meo. Charitas operit multitudinem
Alexãd. peccatorum. Perſpexit Alexander cognomẽ-
de Ales. to de Ales & probauit, requiri ex parte homi
Part. 4. nis iuſtificandi motum liberi arbitrii, quo ho
quæſ. 72. mo ipſe iuſtificandus conſentiat Deo uolen-
Memb. 3 ti iuſtificare ipſum, uel obediat ad cõſenſum:
Art. 1.

perſpexitque & probauit, motum illum non G
eſſe unius potẽtiæ animæ, ſed multarum, neq; *Ibidem.*
eſſe unius ſed multarum uirtutum; neque eſ- *Art. 2.*
ſe ſimplicẽ, ſed compoſitum, quia eſt motus
fidei, ſpei, amoris, iuſtitiæ, & timoris. De-
clarando autem qua cauſa, ſeu qua ratione
motus ipſe multiplex & multarum uirtutum
aſcribatur fidei, Ait, Vel poteſt dici quòd eſt *Vbi ſtat.*
motus fidei per appropriationem, quamuis
pluribus concurrentibus dicitur. Huiuſmodi
appropriationis ratio eſt, quòd fides eſt pri
ma uirtutum, & quòd primus aſſenſus ueri-
tatis, fidei eſt. Eo enim quòd iuſtificatio eſt
principium eſſe gratuiti & perfecti, conuenit
quòd motus liberi arbitrii operantis ad iu-
ſtificatiouẽ, ſit ipſius uirtutis, quæ eſt prima
in ordine uirtutum: & quòd ad iuſtificatio-
nem requiritur aſſenſus ex parte iuſtificati,
conuenit quòd motus liberi arbitrii coope-
rans, ſit uirtutis fidei, cuius eſt propriè &
per ſe aſſenſus ueritatis. Alia autem concur-
rentia ad iuſtificationẽ non impediunt, quin
motus iſte ſit motus fidei: cùm ipſa ſit pri-
ma uirtutum, & quaſi fundamentum, & cu-
ius eſt propriè & per ſe aſſenſus ueritatis.
Quòd autem iuſtificatio ſit ex fide, habetur
ad Romanos, Dicitur enim ibi, Iuſtificati ex
fide, pacem habeamus ad Deum. Vbi oſten
ditur, quòd iuſtificatio à malis commiſsis
non erat ab operibus legis, ſed à fide. Hæc il
le. Ecce quare iuſtificatio tribuatur fidei:
Quia uidelicet eſt prima uirtutum, & quia H
eius eſt propriè ac per ſe aſſenſus ueritatis: ip
ſa enim per ſe aſſentit ueritati, aut nos per il
lam, & illa oſtendit ſperanda, amanda, odio
proſequenda, perquirenda, appetenda, ui-
tanda, fugiendaque. Vnde ex quadam appro
priatione tribuitur ei iuſtificatio, tanquam
iuſtificationis principio. Per fidem habe-
mus acceſſum in hanc gratiam, in qua ſta-
mus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei,
ſicut manifeſtè dicit Apoſtolus: ſed fidem cõ *Rom. 5.*
mendat formatam charitate, maximè ipſam
charitatem, ut explicat ſæpiſsimè, & conſtat
ex dictis. Super omnia autem hæc, charita- *Col. 3.*
tem habete, quod eſt uinculum perfectionis.
Vinculum enim perfectionis, eſt charitas.
Propter quod dicit, Nam in Chriſto Ieſu, ne *Galat. 5.*
que circunciſio aliquid ualet, neque præpu-
tium, ſed fides quæ per charitatem operatur.
Et alibi cùm excellentiorẽ uiam demonſtra- *1. Cor. 12*
ret, dixit, Nunc autem manent, fides, ſpes, *1. Cor. 13.*
charitas, tria hæc: maior autem horum, eſt
charitas. Fidei ergo attribuitur iuſtitia, pro
pter ſuam neceſsitatem, adiuncta tamen ſua
prioritate: eſt enim prima omnium uirtutũ,
quas habere poſſumus circa Deum: utpote
quòd fides eſt uirtus, qua ſola inter omnes
uirtu-

A uirtutes, Deum cognoſcimus: cum tamen
per alias uirtutes Deum ſperemus, diliga-
mus, aut alio modo Deum cognitum per fi-
Rom. 10. dem, colamus. Fidei etiam attribuitur iuſti
tia, quia cùm duas explicet Apoſtolus iuſti-
tias, alteram fidei, alteram operum: iuſtitia
fidei magis excellens eſt, ut declarat Apoſto
lus in multis locis. Tertiò attribuitur iuſti-
tia fidei, ideſt, legi fidei: ut ipſemet declara-
uit expreſsè, dicens, Vbi eſt ergo gloriatio
Rom. 3. tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorũ?
Non, ſed per legem fidei. Pertinent autem
ad legem fidei, fides ipſa, ſpes, charitas, obe
dientia erga Deum, & opera ſequentia fidem
& gratiam Chriſtianam, ut conſtabit magis
ex ſequentibus. Rurſus attribuitur iuſtitia
ſeu iuſtificatio fidei, propterea quòd poſita
fide in anima, mens ipſa noſtra illuminatur
ad ueritates cognoſcendas quas uel ante om
nino ignorabat, uel etiam quas antea non ni
ſi cum formidine cognoſcebat. Eſt enim fi-
des, lumen quoddam ſpiritale animæ: mul-
tas nobis oſtendens ueritates ad quas nullo
modo lumen naturale noſtrum pertingit: &
multas alias ueritates nobis oſtendens, cum
firmitate, quas lumen naturale noſtrum non
oſtendit nobis niſi cum formidiue ac formi-
dolosè. Vnde per fidẽ formaliter prodimus
ex obſcuritate ignorantiæ & errorum, in lu-
cem ſcientiæ, cognitionis & ueritatis. Lex
B domini immaculata conuertens animas, teſti
monium domini fidele, ſapientiam præſtans
paruulis. Declaratio ſermonum tuorum il-
luminat, & intellectum dat paruulis. Lucer
na pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſe-
mitis meis, Iuſtificatur autem iam quodã-
modo intellectus, ſic per fidem illuminatus:
rectificatur enim in ſe, aſſentiens per fidem
firmiter ueritatibus reuelatis, cum de rebus
diuinis, tum de rebus humanis faciendis at-
que uitandis, amandis, & odio proſequen-
dis, ſequendis expetendisque, fugiendis.
Ipſaq; intellectus rectificatio; eſt quædam in
tellectus ipſius iuſtificatio, ut infra latè o-
ſtenditur, eo loci, ubi agitur de quatuor
modis iuſtificationum. Vt autem alias ra-
tiones huius attributionis omittamus,
Quintò attribuitur fidei iuſtitia ſeu iuſti-
ficatio, ob eam rationem quam ſuperius in
hoc eodem capite poſuimus: quia uidelicet
fides eſt ſuapte natura quaſi quoddam ſemi-
narium uirtutum theologicarum, & aliarũ:
ſicuti prudentia eſt quoddam ſeminariũ uir-
tutum moralium: & mens habens fidem, ſe
habet ad alias uirtutes theologicas & alias, ſi
cut ſe habet mens habens prudentiam ad
uirtutes morales. Etenim doctrina noſtra no
bis reuelata cœlitus, eſt doctrina utique com

muniſsima, de ueritatibus diuinis, de uerita- C
tibusque humanis, de ueritatibus ſpeculati-
uis, & de ueritatibus practicis: unde quidam
doctores dicunt, eam eſſe partim ſpeculati- *S. Thom.*
uam, partim uerò practicam, ſed magis ſpe- *Part. 1.*
culatiuam quàm practicam, quia principa- *quaeſ. 1.*
lius agit de rebus diuinis, quàm de actibus
humanis: Alij autem doctores aſſerunt eam *Scotus li.*
eſſe practicam, non quaſi non contineat ueri *1. ſent.*
tates ſpeculatiuas, nec quaſi non agat princi
paliter de rebus diuinis, ſed propter finem
practicum quem habet; id eſt, quia doctrina
ſacra, ſiue ſcientia reuelata, data eſt nobis ho-
minibus, ut tandem per illã uenire poſsimus
in amorem & cultum Dei, ſicut legimus, Fi- *Rom. 13.*
nis legis eſt dilectio. In his duobus mandatis *Mat. 22.*
tota lex pendet, & Prophetæ. Fides autem
cum ſit de omnibus ueritatibus reuelatis, ha
bitus quidam quo habitualiter omnibus ue-
ritatibus reuelatis aſſentimus, & quia reuela
tæ ſunt: conſtat ſimiliter eam eſſe habitum
quendam partim ſpeculatiuum, partim pra-
cticum, prout inclinat ad aſſentiendum ueri
tatibus ſpeculatiuis, & ueritatibus practicis,
reuelatis. Quam ob rem igitur, ſicut fides eſt
noſtra ſcientia & noſtra ſapientia, quantum
ad ueritates reuelatas ſpeculatiuas, ſic profe
ctò eſt noſtra prudentia, quantum ad uerita-
tes reuelatas practicas, oſtendens nobis Deũ
eſſe ſuper omnia ſperandum, diligendum, co
lendum, credendum; eſſeque nobis bene ui- D
uendum, & in quibus bonis faciendis, atque
in omnibus malis deuitandis, declarando ſe-
iunctim ſingula, bonorum faciẽdorum, & ma
lorum fugiendorum. Iccirco igitur continet
alias uirtutes theologicas, fides, ſicut pruden
tia continet uirtutes morales; diſpoſitiuè, in-
choatiuè, & quodam modo inefficaciter, pro
ut inferius magis explicabitur magisq; pro-
babitur. Ob hanc igitur rationem, iuſtitia ſeu
iuſtificatio, attribuitur fidei, quemadmodum
etiam ob alias rationes aſsignatas: quia eſt
quaſi ſeminarium aliarum uirtutum, quibus
ſuo modo iuſtificamur formaliter. Fides qui
dem elicitiuè inclinat habentem ſolum mo-
do ad actus ſuos, id eſt, ad aſſentiendum ueri
tatibus reuelatis, oſtẽſiuè autem, obiectiuè,
ac illuminatiuè, ſiue oſtendendo, obiiciendo,
ac illuminando, inclinat habentem ad actus
aliarum uirtutum, ſpei, charitatis, pœniten-
tiæ, & cæterarum. Oſtendit enim quæ ſunt
ſperanda, quæ amanda, quæ facienda, quæ ui-
tanda, quæ odio, & quæ amore proſequenda;
ſimul oſtendens præmia ſeu ſtipendia diuerſa
meritorum, bonorum ac malorum, uirtutũ
& uitiorum, gloriam & gehennam, ſummam
fœlicitatem ac ſummam miſeriam. Maximè
fortaſsis tribuitur iuſtificatio fidei, propter
eam

E eam ſuam excellen tiam, dignitatem, & prærogatiuam, quam explicat Apoſtolus, dicēs, *Heb. 11.* Eſt autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Quo loco certè fides definitur eſſe non ſolùm argumentum, id eſt, manifeſtatio non apparētium rerum ſeu ueritatum: quin etiam ſubſtantia, eſſentia, uel ſubſiſtentia rerum ſperandarum. Nam loco eius uerbi, Subſtantia. quod apud nos eſt in codicibus Latinis, in Græcis habetur, ὑπόστασις. quod ſanctus Thomas in ſuis cōmentariis bene uidit, & pro eſſentia intellexit: Theophilactus aūt pro eſſentia, & pro ſubſiſtentia. Vnde quidē fides dicitur ſubſtantia rerum ſperandarum, Primùm cauſaliter, tum quia facit in nobis ſubſtare res ſperandas per meritum, ex eo quòd dum mancipat intellectum ſubiicitq; illum his quæ ſunt fidei, meretur ut aliquando perueniat ad uidendum id quod ſperat: tum quia facit ſubſtare in nobis res ſperandas quaſi per ſuam proprietatem corām, faciens ut ea quæ creduntur futura, in re aliquo modo iam habeantur: & quod futurum eſt in ſeipſo, iam aliquo modo ſubſtet in noſtra certa cognitione. Secundò autem, etiam & quantum ad eſſe. Eſt enim fides etiam quantum ad eſſe quodam modo ſubſtantia ſperandarum rerum: quia profectò fides eſt quoddā initium æter-
F næ uitæ in nobis uiatoribus. Eſſentia nanque uitæ æternæ, eſt cognitio Dei, quantum ad Diuinitatem principaliter, & quantum ad humanitatem minus principaliter: ſic enim *Ioan. 17.* dicit Saluator noſter, Hæc eſt autem uita æterna, ut cognoſcant te, ſolum Deum, uerum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Secundum quam ueritatem figmenti, & uanitatis ne- *Auguſt. Lib. 1. Cap. 10.* ſciam exortemque, dixit Auguſtinus in De Trinitate, Hæc contemplatio promittitur nobis, actionum omnium finis. Fides uerò nobis oſtendit in hoc ſæculo, Deum Saluatorem, diuinitatem & humanitatem eius, prædicataq; multa & diuinitatis & humanitatis Saluatoris noſtri Dei: atque quæ cognoſcunt beati de Deo in Deo per clarā uiſionem beatificam, nos cognoſcimus hic per obſcuram uiſionem fidei: niſi quòd illi iam beati cognoſcunt ſicut & cogniti ſunt, facie ad faciem, uidentes uidentem omnia, nos autem uiatores cognoſcimus ex parte, per ſpeculum & in ænigmate, ſolum modo prædicata nobis reuelata: Rurſuſq; fidei Chriſtianæ ſuccedit uiſio beatifica, quia cum uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt: & quæ magis de beatis hic poſſumus concludere quòd de Deo in Deo uideant, ſunt quæ hic per fidem de Deo crediderunt. Igitur abſque dubio fides eſt quædam inchoatio æternæ uitæ in nobis hominibus uiatoribus. Quā G ob rem ſanctus Thomas *S. Tho. Heb. 11.* ad illa uerba Apoſtoli, Eſt autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. ſecundum hanc eandem ueriſsimam conſiderationem dixit, Quòd ſi quis uelit uerba iſta ad debitam formam reducere, poſſet dicere quòd fides eſt habitus mentis quo inchoatur uita æterna in nobis, faciens intellectum aſſentire non apparentibus. Dicamus ergo ultimò iuxta ea ueriſsima quæ ſtatim diximus, Fidei tribuitur noſtra formalis iuſtificatio, quia fides eſt in nobis quædam uitæ æternæ formalis inchoatio: oſtendendo uidelicet nobis in hoc ſæculo, quæ beati uident & intuitu contemplantur: in alio, ut iam iam poſſimus ſperare quæ ipſi tenent ac poſsident, amare quæ ipſi amant, contemplari quæ ipſi contemplantur, gaudere de quibus gaudent, licet tamen non ſine magna differentia cùm magna ſit diuerſitas ſtatus illius & ſtatus iſtius, illorum & noſtri, illorum comprehenſorum & noſtri uiatorum, illorum iam beatorum & noſtri adhuc in magnis multiplicibusq; miſeriis laborantium. Nō iuſtificat autem nos à peccatis ſola fides, ſed indiget ad hoc charitate, indiget ſpe, indiget gratia gratum faciente, indiget obedientia noſtra erga
Deum: ut talis fides ſit, qualem dicit Apoſtolus ualere apud Deum, Fides quæ per charitatem operatur. H *Galat. 5. 1. Ioan. 3.* Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. *1. Ioan. 4.* Omnis qui diligit fratrem, ex Deo natus eſt. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. *1. Pet. 4.* Charitas operit multitudinem peccatorum. *Prou. 10.* Vniuerſa delicta operit charitas. *Hugo à S. Victo. Rom. 1. quæſ. 32.* Hugo à ſancto Victore in ſuis annotationibus elucidatoriis quæſtionum ad epiſtolam Pauli ad Romanos, iuxta illud Verbum, Iuſtus ex fide uiuit. quærit, Cur efficacia iuſtitiæ, fidei & non charitati attribuatur, cùm fides ſit alicubi ubi nulla iuſtitia, charitas nuſquam ſine iuſtitia? Reſpondendo aut dicit conſona loquendo his quæ diximus, Ad hoc reſpondent aliqui dicentes, charitas & iuſtitia idem ſunt, & ideo neutrū cauſa alterius. Vel aliter, Licet charitas cauſa ſit iuſtitiæ, tamen conuenienter fides, quæ eſt charitatis cauſa, dicitur eſſe cauſa iuſtitiæ: quia quicquid eſt cauſa cauſæ, cauſa eſt & effectus. Ecce quare iuſtitia attribuatur fidei, non quaſi ſola iuſtificet, ſed quia eſt apta nata cauſare charitatem, quæ charitas eſt iuſtitiæ cauſa.

ADDITQVE idem auctor ibi, *Ibidem.* Et eſt ſciendum quòd aliud eſt credere Deum eſſe, quæ eſt fides cognitionis: aliud eſt credere

Deo,

A Deo, quæ dicitur fides conſenſus: aliud cre-
dere in Deo, quæ dicitur fides fiduciæ; aliud
credere in Deum, quod eſt per fidem & dile-
ctionem in Deum tendere. Item aliud eſt
quod creditur, aliud quo creditur: ntrunque
nomine fidei ſæpè deſignatur. Item illud quo
creditur, quandoque charitate informatur,
& tunc tantùm ſecundum quoſdam dicitur
uirtus: quando autem ſine charitate eſt, in-
formis eſt qualitas, nec eſt uirtus, nec iuſtifi
cat. Aliis uidetur quòd ubicunque eſt fides
etiam cognitionis, quantum in ſe eſt, ſemper
iuſtificat: eius tamen effectus quandoque ex
abundantia mali impeditur. Fides eſt uirtus
qua creduntur quæ non uidentur: uel certitu
do rerum inuiſibilium ad religionem pertinẽ
tium ſupra opinionem & infra ſcientiam.
Hæc ille. Obiicit ſtatim, Charitas iuſtificat
& fides, & gratia & Deus: ergo quatuor iuſti
ficant. Soluit, dicens, Non ideo uerum eſt
quòd quatuor, quia hoc eſſet ſeorſum. In fi-
de enim & per fidem charitas iuſtificat, & in
charitate gratia, & per gratiam Deus. Ecce
iuſtitia ſeu iuſtificatio magis tribuitur chari-
tati: & fidei non, niſi prout habet charitatẽ,
quæ operit multitudinem peccatorum, & ſic
operiens, tollit impedimenta iuſtitiæ.

B QVOD autem dicit, Aliis uidetur quod
ubicunque eſt fides, etiam cognitionis, quan
tum in ſe eſt, ſemper iuſtificat: eius tamen ef
fectus quandoque ex abundantia mali impe-
ditur. prorſus nihil facit in fauorem illorum
qui nunc dicunt ſolam fidem iuſtificare. Pri-
mùm, quia illud dicit hic auctor ſolemnis nõ
aſſerendo ſed referendo: unde dixit, Aliis ui
detur, &c. Secundò, illi alii olim dicebant
hoc de fide cognitionis qua credimus Deum
eſſe, & totum Dei Euangelium: hi autem mõ
loquuntur non de illa fide, ſed de fide qua hõ
credit ſe iuſtum, ſeu iuſtificatũ de facto. Ter-
tiò, quia contra illos alios fortaſsis ſcripſit Au
guſtinus librum de fide & operibus, & ſic e-
tiam contra illos pugnauerunt omnes ſancti
doctores. Quartò, quia illi non poſuerunt fi-
dem iuſtificare, niſi quando eius effectus non
impeditur ex abundãtia mali: id eſt, niſi aliud
obſtiterit, niſi aliàs ſit obex. Quod facilè mul
ti dabunt, uidentes gratiam Dei iuſtificantẽ
præſtò eſſe, iuſtificare omnes & ſingulos non
ponentes obicem. Qui enim aliàs non ponit
obicem, & credit: quid prohibere poteſt, quo
minus iuſtificetur? Hoc modo declarauit di-
Hierony. uus Hieronymus illum locum, Iuſtus autẽ,
Rom. 1. ex fide uiuit. ut ſic intelligat, aliàs iuſtus, ca
ſtus, prudens, temperatus, fortis, iuſtus, ſo
brius, ex fide uiuit. Quia non dixit Apoſto-
lus, Homo, ex fide uiuit. Quia tunc ſola fi-
des uideretur ſufficere: Sed dixit, Iuſtus, ex
fide uiuit. Vt intelligamus fidem non uiuifi- C
care hominem aliquem, niſi eum qui aliàs
iuſtus eſt: qui obicem gratiæ non ponit, qui
animam ſuam parat. Quintò, fortaſsis ita di-
xerunt, quia ſi malum aliquod non impedie
rit effectum fidei, cùm ipſa ſit apta nata pa-
rere ſpem & charitatem tanquam ſuos effe-
ctus quoſdam, ut conſtat ex dictis & conſta-
bit magis ex dicendis: ipſa ſuos effectus ta-
les producet, & iam non ſola, ſed cum illis
iuſtificabit. Gloſſa quædam in Matthæum di *Gloſ.*
cit quòd fides generat ſpem, ſpes uerò chari *Matt.* 1.
tatem: quæ determinatio ſtat quidem ſecun *Lib. præ-*
dum aptitudinem fidei, ut fuit oſtenſum, li- *ſenti.*
cet non ſemper ſit ſecundum actum, ut infra *cap.* 2.
oſtenditur, de connexione uirtutum: & quã *Lib. præſ.*
determinationem Gloſſæ non negat ſanctus
Thomas ſed declarat. Vnde igitur ſpes & cha *Prim.* 2.
ritas dicuntur quodam modo effectus fidei. *quæſt.* 65.
Si autem ſint effectus fidei & non impedian- *Art.* 4.
tur aliàs, ideſt, ſi ſint ſpes & charitas cum fi-
de: manifeſtum eſt quòd fides iuſtificabit.
Sed tunc non eſt ſola fides, immo eſt fides cũ
ſuis effectibus, hoc eſt, tunc eſt fides, ſpes, *i. Cor.* 13.
charitas, Tria hæc, maior autem horum eſt
charitas.

EST etiam hæc una ratio ex præcipuis, D
quare fidei tribuitur iuſtificatio: quia ipſa, ut
dicit Gloſſa, & uerum eſt, eſt apta nata genera
re ſpem & charitatem: licet tamen frequen-
ter non generet, propter ea quæ dicta ſunt, &
dicuntur in ſequentibus.

SI chatitas eſt quodam modo effectus fi
dei, quare dicitur maior fide? Quia ex parte *i. Cor.* 13.
cognoſcimus, ſicut ex parte prophetamus: &
cum uenerit quod perfectum eſt, euacuabi-
tur quod ex parte eſt: quod dicitur de fide:
Et charitas nunquam excidit, ſed perficitur:
quod dicitur de charitate. Secundò, quia fi-
des ordinatur ad charitatem, ſicut cognitio
Dei in hoc ſæculo ordinatur ad amorem, ſi-
cut dicit Saluator, In his duobus mãdatis to- *Mat.* 22
ta lex pendet, & prophetæ. Tertiò quia cha-
ritas complet, quod fides inchoat. Ordinatur
intellectus per fidem, ordinatur affectus ſeu
uoluntas per charitatem. Incipit homo ordi-
nari dum rectè cognoſcit, quod facit fides,
cõpletur autem homo in ordine, dnm rectè
amat, quod facit charitas. Et quantum ad o-
pus, Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Qui dili *Rom.* 13.
git proximum, legem impleuit. Finis autem *Ibidem.*
præcepti, charitas. In his duobus mandatis to *1. Tim.* 1.
ta lex pendet & prophetæ. Etiam igitur & fi- *Mat.* 22.
des. Declarat Magiſter ſententiarum ſuo mo *Magiſt.*
do & ſecundum ſuam ſententiam, quare fides *ſen. lib.* 3.
dicatur fundamentum omnium uirtutum; & *Diſt.* 23.
bonorum operum: poteſt uideri eius declara
tio peculiari loco, in quo etiã multa in mediũ
adducit

A tionem Dei hominibus iis imprimere, qui
ſeipſos in obſequium Dei dedicarunt. Om-
nium enim uirtutum, Dei cognitio fundamẽ
tum, radixque eſt: fides porrò, rectæ pietatis
firmiſsima baſsis eſt. Ecce cognitio Dei & fi-
des, fundamentum ac radix eſt omnium uir-
tutum, baſisque firmiſsima rectæ pietatis:
eamque ob rem ab ipſa incipit doctrina ſa-
lutis, tanquam à capite, tanquam à primo,
S. Tho. tanquam à fundamento. Pertinet eodem
Prim. 2. quòd ſanctus Thomas fatetur, lumen ratio
queſt. 110. nis naturale, eſſe aliquid ſeu quid, ĩ ordine ad
Art. 3. quod dicuntur uirtutes acquiſitæ: intelligen
do etiam quòd lumen naturale rationis, eſt
quoddam præſuppoſitum principium & ori-
go uirtutum in nobis naturaliter præexiſtẽs,
ut in eodẽ loco fatetur Caietanus. Multo igi
tur magis fides dicitur & eſt principium &
origo uirtutum, cum ſit ipſa lumen quoddã
ſupernaturale intellectus noſtri, multum
abundantius, multum uerius, multumque
firmius oſtendens amanda, odienda, facien-
da, uitanda: illuminans etiam, corrigens, atq;
emendans lumen ipſum naturalis rationis.
Vt pote quod fides eſt quædam participatio
Ibidem. diuinæ cognitionis, ſicut & idẽ ſanctus bene
Art. 4. docet eodem loco.

Eae igitur ſunt rationes, uel omnes, uel
potiſsimæ, cur, iuſtificatio frequenter tribua
tur fidei, uidelicet ob has fidei prærogatiuas,
B non paucas, nec paruas. Quia eſt uirtus intel
lectualis ſimpliciter prima, qua in hac uita at
tingimus Deum, purgans noſtram mentem
ab ignoratione rerum diuinarum, & multa-
rum humanarum. Quia eſt noſtra prudentia
altiſsima rerum faciendarum atque uitanda-
rum, ſaltem in ordinem ad finem ultimũ ſim
pliciter. Quia eſt apta nata generare ſpem,
atque charitatem. Quia eſt quædam inchoa-
tio uitæ æternæ. Quia uniuerſa complectitur
præcepta. Quia eſt radix, origo, mater & pro
nuba omnium uirtutum. Quia eſt quoddam
lumen ſupernaturale mentis noſtræ, abun-
dantius, uerius, firmiusque oſtendens nobis
bona & mala, ſupra noſtrum lumen natura-
le naturalis rationis noſtræ. Quia eſt quædam
altior participatio diuinæ cognitionis, ut cõ-
ſtat. Sed hæ prærogatiuæ omnes & ſi multũ
ad iuſtificationem faciunt, profectò tamẽ ad
iuſtificationem non ſatisfaciunt; dant enim
primordia, initium, dant lumen, dant ap-
titudinem, ſed non ideo dant complemen-
tum, nec habent, nec dant partum neceſſa-
rium eorum bonorum quæ requiruntur &
deſunt. Non enim ſufficit participem eſſe
diuinæ cognitionis per fidem, ſed neceſſe eſt
participem eſſe diuini amoris per charita-
tem, obedientiæq; Chriſti, per obedientiam.

Sic nanque uidemus omnes promiſsiones di C
uinas noſtræ iuſtificationis noſtræq; glorifi-
cationis fieri hominibus omnibus & ſolis
credentibus, diligentibus, obtemperanti-
bus, & non aliàs. Credidit Abraham Deo, *Gen. 15.*
& reputatum eſt illi ad iuſtitiam, ſicut Phi- *Rom. 4.*
nees reputatum eſt ad iuſtitiam quòd alios
interfecit. Sed utique quia Abraham obedi-
uit, promiſsionem benedictionis omnium
gentium in ſemine ſuo, accepit. Sic enim legi *Gen. 22.*
mus inter alias benedictiones, Et benedicen
tur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia
obediſti uoci meæ. Ecce obedientia accipit
promiſsionem benedictionis. Atque ſine du
bio obedientia accipit ipſam benedictionem
promiſſam, quantum ad effectum iuſtifica-
tionis & æternæ ſalutis: ſicut dicit Apoſtolus *Heb. 5.*
de Saluatore noſtro, Factus eſt omnibus ob-
temperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Fi-
des igitur ſi ſola ſit ſine obedientia, non ha-
bet ſalutem, quia legimus, Factus eſt omni- *Ibidem.*
bus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æter-
næ. Fides ſi ſola ſit ſine dilectione, non habet
uitam, quia legimus, Tranſlati ſumus de *1. Ioan. 3.*
morte ad uitam, quoniam diligimus fratres.
Qui non diligit, manet in morte. Fides ſi ſo- *Luca 7.*
la ſit ſine dilectione, non habet peccatorum
remiſsionem, quia legimus, Remiſſa ſunt
ei peccata multa, quoniam dilexit multum.
Fides ſi ſola ſit ſine charitate, non habet pec *1. Pet. 4.*
catorum tegumentum operimentumq; quia D
legimus, Charitas operit multitudinem pec
catorum. Fides ſi ſola ſit ſine pœnitentia, nõ
habet peccatorum abolitionem, quia legi-
mus, Pœnitemini igitur & conuertimini, ut *Act. 3.*
deleantur peccata ueſtra. Si non pœniten- *Luca 13.*
tiam habueritis, omnes ſimul peribitis.
Multas igitur prærogatiuas habet, & ma-
gnas: ſed ſi ſola ſit, haudquaquam, ut in con-
feſſo eſt, ſufficit.

Fides itaque propter ſuas prærroga-
tiuas, præſertĩ quia eſt uera certaq; cognitio
Dei, rerumq; & diuinarum & humanarum,
amandarum, odiendarum, procurandarũ,
fugiendarum, faciendarum, & uitandarum;
eſt apta nata parere, ſeu generare, aut ſuo mo
do producere, uel tanquam cauſa coefficiẽs,
uel tanquam cauſa ſine qua non, uel remo-
uens prohibens, ſpem, dilectionem, obe-
dientiam, pœnitentiam, atque uirtutes a-
lias. Ob hanc autem ſuam fœcunditatem,
uerè dicitur & uerè eſt principium harũ uir-
tutum. Quidem non ſicut principium mathe
maticum quaſi mortuum, ueluti unitas eſt
principiũ numeri, quia ex multiplicata ſum-
ptione ſui, facit numerum, & diſtinctas con-
ſtituit ſpecies numerorum, aut ueluti pun-
ctus eſt principium lineæ, quia per ductum

t eius

E eius in quãuis partem cauſant lineam; aut ueluti linea eſt principium ſuperficiei, quia per ductum eius in latus, facit ſuperficiem: aut ueluti ſuperficies eſt principium corporis: quia ex ductu ſuo deorſum uel ſurſum, facit corpus: quia principium mathematicum ſiue hoc genus principia præbendi, ut uidetur, magis eſt in intellectu quàm in rebus, & magis ſe habet ſecundum rationem aut imaginationem, quàm ſecundum rem. Sed utique fides eſt principium harum uirtutum prædictarum, ſicuti prudentia eſt principium uirtutum moralium: uel etiam profectò ſicuti cognitio alicuius rei qua ipſam rem intelligimus, dicitur & eſt principium amoris ſeu uoluntatis, quo uel qua ipſam rem cognitam amamus aut diligimus. Eſt enim fides, noſtra ĩtellectualis cognitio ampliſsima, noſter intellectus, noſtra ſcientia, noſtra ſapientia, noſtra prudentia, ut iam dictum eſt, & conſtat ſatis: quia eſt noſtra ſcientia diuinitus reuelata, doctrinæ nobis reuelatæ, & ut benedixit diuus Bernardus, uniuerſa præcepta complectitur. Igitur eſt ſine dubio principium fœcundum, ſuo modo, reale etiam, & non ſolùm imaginarium. Aliquando autem prodit ad actum generandi, uel producendi eas prædictas uirtutes, aliquando uerò non. Quando prodit ad actum, habet illas, alioqui *Ubi ſup.*

F non habet: non tamen ex eo ſua fœcunditate deſtituitur, quam habet ex natura rei. Sic enim uidemus frequenter multa principia fœcunda, ſuam fœcunditatem retinere, etiam ſi in actum non exeant, etiam ſi ipſius fœcunditatis non habeant actum exercitum. Quare fides principium fœcũdum prædictarum uirtutum, non exit in actum ſuæ fœcunditatis quo ad ipſas prædictas uirtutes? Partim iam declaratum eſt ſuperius, partim etiam declaratur inferius: quantum autem modo ſufficit, dicimus, Primùm quia illæ uirtutes prædictæ, ſpes, charitas ſiue dilectio Dei ſuper omnia, obedientia erga Deum ex corde, pœnitentia ſiue odium peccatorum, pertinent in nobis ad noſtram uoluntatem: meus uerò noſtra ſecundum noſtram uoluntatem eſt libera, & non cogitur, neceſsitate'ue premitur ab intellectu, nec ab aliqua intellectus actione in hoc ſæculo, ueluti ab ipſo ſperare, diligere, eligere, aut odiſſe aliquid: ut infra ſuo loco, oſtenditur ſatis, ſuperque. Secundò, quia natura noſtra humana in primo parente uitiata per peccatum, habet magnam pronitatem ad malum, & ſimul magnam difficultatem ad bonum: unde fit frequenter ut meliora uideamus probemusque, ſed deteriora ſequamur. Semper ratio precatur ad optima. Sæpe tamen non auditur, ſæpeq; non *Ariſtot. Ethic. 1.*

obeditur; ob prædictas cauſas. Fides igitur G nec ſemper habet haſce alias uirtutes, nec ſemper illis caret: ſed aliquando habet, ut cõſtat in Chriſtianis iuſtis, & aliquando non habet, ut conſtat in Chriſtianis non iuſtis. Quãdo autem fides habet has uirtutes prædictas, cum illis ſimul iuſtificat & complet iuſtificationem: quando uerò non habet illas, iuſtificationem quidem quantum eſt ex parte ſua orditur, ſed tunc iuſtificationem non complet propter defectum ſeu abſentiam aliarum uirtutum prædictarum quæ ad id requiruntur. Hoc probant manifeſtè diuina eloquia ſuperius adducta, ad neceſsitatem harum uirtutum probandã. Et hoc ipſum declarauit ſatis Redemptor noſter, qui cum dixit mulieri peccatrici, Fides tua te ſaluam fecit: prius de illa eadem dixerat, Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Significauit enim, fidem non ſaluare, niſi charitati iunctam, per quam remittuntur peccata. Quemadmodum & Apoſtolus eius Paulus cùm declarauit fidem quæ ualet in Chriſto, dixit, Fides quæ per charitatem operatur. *Luca 7.* *Galat. 5.*

Ergo ſi apud doctorem aliquem ſanctum reperiatur aliquando, quòd fides aut ſola fides iuſtificat: declaranda ſunt uerba illa, & non in ſenſu quem faciunt, ſed in ſenſu in quo fiunt, ſunt intelligenda & accipienda. Non enim hoc ſic dictum erit quaſi excludat H omnia alia à iuſtificatione, quia non excludit opera ſequentia fidem ipſam & gratiam Chriſtianam, ut palàm oſtenditur libro ſequenti: & multo magis nec excludit à iuſtificatione noſtra ſpem, charitatem, obedientiam erga Deum, & pœnitentiam, ut notum eſt ex hoc libro præſenti. Quomodo ergo accipiendum eſt illud uerbum, ſi reperiatur apud aliquem doctorem talem, uel quemuis catholicum? Primum ut nomine fidei, intelligatur lex fidei, uel iuſtitia fidei, ut declarat Apoſtolus ad Romanos: & illa dictio excluſiua, excludat tantùm opera præcedentia fidem, aut quæ gratiam Chriſtianam præcedunt: ſiue quæ non ſunt à gratia Chriſtiana. Deinde ut per illud uerbum intelligatur, quòd extra fidem non eſt iuſtitia, non eſt iuſtificatio, non eſt peccatorum remiſsio, non eſt ſalus animæ ſpiritalis. Vterque ſenſus horum eſt ueriſsimus, tam primus, quàm ſecundus. Veriſsimum eſt enim quòd opera antecedentia gratiam Chriſtianam, non pertinent ad iuſtificationem de qua loquimur, Chriſtianam. Atque non ſecus eſt ueriſsimum, quòd extra fidem Saluatoris noſtri non eſt nobis hominibus iuſtificatio, nec eſt nobis peccatorum remiſsio. Conſtant hæc omnia ex iam dictis. Non eſt ſalus extra Eccleſiam Chriſtianam, ſicut *Rom. 3.* *Rom. 4.*

A ſicut neque fuit ſalus hominibus extra arcã Nohe: ſic ergo nec extra fidem Chriſti, quæ eſt fides Eccleſiæ Chriſtianæ, per quam Eccleſia etiam una eſt, & ad Chriſtum incipit pertinere in terris, & ſuper quam fundatur Eccleſia.

Oſtenditur, eos qui dicunt fidem continere in ſe uirtutes alias, eſſeq; per eſſentiam earum compendiũ, ſimilitudinem erroris ſui habere in Menedemo, Ariſtone Chio, Zenone, Socrate, Philoſophis antiquiſſimis. ponitur eorum ſententia, eliditur, & relinquitur. Simulq; demonſtratur per conſequens, nec prudentiam omnium uirtutum, neque ignorationem omnium uitiorum eſſe compendium: idem de fide, idem de infidelitate: de fide, quo ad alias uirtutes: de infidelitate, quo ad alia peccata.

CAP. XVII.

QVI putant fidem noſtrã Chriſtianã omnes uirtutes alias theologicas & Euangelicas continere, omniumq; illarũ eſſe cõpendiũ ſecundũ eſſentiã, ſolis nominib. & officiis differentem, nouum quidẽ errorẽ habent: ſed profectò illi errori antiquiſſimo ſimilem, quo ante copioſam diſputationem uirtutum, quidã antiquiſsimorum phi-

B

loſophorum dixerunt, omnes uirtutes eſſe unam prudentiam, nec aliud eſſe uirtutes alias niſi quaſdam prudentias. Menedemus Eretrienſis, Ariſto Chius, Zeno Cittieus, So-

Plutarc.
Tom. 1.
Menede.

crates. Etenim Plutarchus Chæroneus in libro ſuo de uirtute morum, ſententias philoſophorum de uirtute referens, dicit, Menedemus itaque Eretrienſis multitudinem ſuſtulit uirtutum ac differentias, quaſi una eſſet, ac pluribus nominibus uteretur. Idem enim temperantiam ac fortitudinem & iuſtitiam,

Ariſto.

ueluti gladiũ & enſem appellari. Ariſto Chius unam & ipſe ſubſtantiam uirtutis faciebat, eamque appellabat ſanitatem: ſed differentes numeroſaſq; fieri, aſſerebat, cũ aliud atq; aliud ſpectaretur: ut ſi quis uiſum noſtrum cũ alba contuetur, albiuiſum, & cùm atra, atriuiſum appellare uelit, aut quid aliud huiuſmodi. Nam cùm uirtus quid ſit agendum, quid ue fugiendum conſiderat, prudentiam appellari contendebat: cupiditates uerò coercentem, & modum uoluptatibus adhibentẽ, temperantiam: quæ autem in ſocietatibus, & rebus cum aliis contrectandis uerſatur, iuſtitiam. Quemadmodum gladius cum ſit unus, aliud aliàs ſecat: & ignis in diuerſas agit materias, eadem utens natura. Videtur autem &

Zeno.

Zeno Cittieus in eandem deſcendere ſententiam, definiens, iuſtitiam eſſe prudentiam, quæ ſuum cuique tribuit, in rebusq; aſſumen- C

dis temperantiam, & in perpetiendis fortitudinem. Et qui ipſum tuentur, cenſent in his ſcientiam à Zenone prudentiam appellari. Chryſippus uerò ſuam cuique qualitati ratus uirtutem attributam eſſe, examen, ut inquit Plato, nec uſitatum, nec cognitum excitauit uirtutum. Vt enim à forti ac manſueto, fortitudinem & manſuetudinem, & à iuſto iuſtitiam; ſic à gratioſo gratioſitates, & à bono bonitates, & à magno magnitudines, à pulchro pulchritudines, atque alias huiuſcemodi dexteritates, comitates, & urbanitates in numero uirtutum ponens, multis abſurdiſque nominibus nihil indigentem referſit philoſophiam. Communiter autem inter hos omnes conuenit, uirtutem eſſe principis animi diſpoſitionem, & facultatem quandam à ratione manantem, quin potius ipſam eſſe rationẽ. Hæc Plutarchus. Ecce conſtat ex dictis illorum philoſophorum, omnes illos conformiter dixiſſe, cunctas uirtutes unam eſſe uirtutem quantum ad eſſentiam, ſolis nominibus & officiis differentes, & ſicut conſtat ex ipſa eorum diffinitione uirtutis in qua omnes illi ſimul conuenerunt, uirtus quam dixerunt eſſe omnes uirtutes, eſt prudentia, ſiue ſcientia. Definierunt enim, uirtutem eſſe principis animi diſpoſitionem, & facultatem quandam à ratione manantem, quin potius D

ipſam eſſe rationem. Eius ſentẽtiæ fuit Socrates, dicens & ipſe, omnes uirtutes eſſe prudentias. Sic enim refert Ariſtoteles in ſuis Ethicis, Propter quod aiunt, omnes uirtutes prudentias eſſe. Et Socrates ſic quidem rectè quærebat, ſic autem peccabat. Quoniam quidẽ enim prudentias æſtimabat eſſe omnes uirtutes, peccabat. Quoniam autem nõ ſine prudentia, benedicebat. Infra, Socrates quidem igitur rationes uirtutes æſtimabat eſſe. Scientias enim eſſe omnes. Hæc Ariſtoteles.

Lib. 6. prope finem.
Et de hoc etiam.
Ethic. 7.
Ibidem.
paulò poſt

Quo loco tres ponit Ariſtoteles diuerſas uariaſq; ſententias philoſophorum de moralibus uirtutibus, ſiue de eſſentia & uocata quidditate moralium uirtutum, Primam illorum Philoſophorum antiquorum cum quibus ſenſit Socrates, qui dixerunt omnes uirtutes eſſe prudentias: Secundam illorum philoſophorum recentium tempore Ariſtotelis docentium, qui definientes moralem uirtutem, dicebant, eſſe habitum ſecundum rectam rationem: quæ recta ratio eſt, quæ eſt ſecũdum prudentiam: Tertiam particularem ſui met Ariſtotelis, qui arbitratus eſt docuitq; alios, uirtutem moralem eſſe habitum ſecundum rectam rationem & cum recta ratione: quod addidit, quia nemo eſt uirtuoſus faciens opera uirtuoſa inſtructus ab alio ſecundum rectam ratio-

E rationem alterius, niſi & ipſe in ſe rectam habeat rationem. Illi ergo errori antiquorum philoſophorum aſſerentium omnes uirtutes eſſe prudentiam; ſimillimus error eſt horum nouiſſimorum, qui dicunt aut dicerēt fidem eſſe alias uirtutes, ſpem, charitatem, pœnitentiam, obedientiam, aliasq; ad partes noſtras cōcupiſcibilem, iraſcibilemque, pertinentes. Fides enim noſtra Chriſtiana, ut iam dictum eſt, & conſtat, eſt noſtra ſcientia, noſtra ſapientia, noſter intellectus, noſtra prudentia. Niſi quòd dum dicimus hunc errorem illi eſſe ſimillimum, dicturi eramus hūc errorem cum illo eſſe eundem: idem enim eſt, & eodem modo ſimiliq; uel eadem ratione, impeti debet, aut admitti. Quod ergo horum dabimus? Admittetur'ne? Abſit. Impetendus elidendusq; eſt igitur ſine dubio. Quomodo elidetur? Primum quoad nos homines, illis omnibus rationibus, & fundamentis, quibus philoſophi poſteriores impugnarunt illum errorem philoſophorum priorum Menedemi, & aliorum. Secundò quo ad nos homines Chriſtianos, impugnabitur per diuinas ſcripturas, apud quas eſt noſtra auctoritas, qua noſtra probamus. Ex prima uia, quia & ſi uirtutes morales ſint quodam modo in prudentia, largo modo loquēdo tanquam in ſua origine & cauſa, non tamen ideo dicendæ ſunt eſſe prudentia, poſtquam iam in actu fiunt, & redu-
F cuntur ad actum. Generaliter enim ſecundū philoſophiam uériſsimam cauſarum & effectuum, quam diu effectus non prodiit, ſeu nō regreditur à cauſa ſua, idem eſſe eſt utriuſque; ſed etiam tunc differenter quidem, quia idem eſſe quod eſt actuale cauſæ, eſt ſolūmodo uirtuale ſeu potentiale effectus. Tunc enim non aliter eſt effectus, niſi poteſtatis ratione, nec alibi eſt quantum ad poteſtatem niſi in ſua cauſa: cauſa autē non alia re continet poteſtate ſuum effectum, niſi per ſuam formam, & per ſuum eſſe actuale. Idem eſſe, quod eſt cauſæ actuale, reſpectu ſui, eſt eidem cauſæ potentiale reſpectu effectus ab eo producendi: ſicut eadem cauſa ab eadem forma ſua habet ſine dubio, eſſe, & cauſam eſſe; cauſantem, uel cauſatiuam. Denique effectus quicunque quandiu non eſt in re extra ſuam cauſam, non habet eſſe actuale proprium, ſed ſolummodo habet eſſe potentiale, quod eſt eſſe poteſtate in ſua cā: atq; idē eſſe quod eſt cauſæ actuale, eſt effectus potentiale: nec poſſunt in cā diſtigui realiter eſſe, & cauſatiuū eſſe: ſicut nō diſtinguitur realiter in cā id quod eſt, ab eo quod cauſatiuū eſt. Poſtquam autem effectus uerè eſt actualiter, cām egreditur, & propriū eſſe habet: iam nullo modo eſt ſua cauſa, quia non actus ratione, quia ab ea diſtinguitur realiter: nec poteſtatis, quia eſt iam reductus G
de potentia ad actum. Quod enim à ſua cauſa exit, actu eſſe incipit, & poteſtate eſſe deſinit: unde effectus à ſua cauſa iam egreſſus, iam actu eſt, & iam poteſtate non eſt. Propriè loquendo de eſſe actu, & de eſſe poteſtate: non modaliter (ut ſic cum uenia lectoris dixerim) ſicut dicimus, quòd homo qui eſt, poteſt eſſe. Alius modus loquendi eſt, de quo nunc non agimus. Igitur ſecundum hanc philoſophiam uériſsimam maximeque communem, licet uirtutes morales intelligantur eſſe quodam modo in prudentia, tanquam in ſua cauſa, ſeu origine, uel tanquā in ſuo principio: tamen uel ſic ſemper erunt poteſtate, & nunquam actu; uel ſi aliquando ſint actu, tunc uirtutes erunt realiter diſtinctæ ab ipſa prudentia, in qua dicuntur poteſtate antea fuiſſe. Hæc eſt regula tum maximè communis, tum uériſsima, cauſarum, effectuumq;: quia uel effectus eſt ſolummodo in ſua cauſa, & ſic habet tantummodo eſſe potentiale, diminutum, quoad ſeipſum effectum, & imperfectum: uel effectus eſt iam egreſſus è ſua cauſa, & ſic habet eſſe actuale, completumque, & à ſua cauſa realiter diſtinguitur. Si ergo uirtutes moraliter actualiter ſunt, fortitudo, temperantia, iuſtitia, aliæque ad genus moris pertinentes propriè: iam extra prudentiam H
ſunt, & ab ea realiter diſtinguuntur: nec omnes ſimul una uirtus ſunt ſolis nominibus & officiis diſtincta, ſed plures. Vnde Socrates in eo forte ſententiam aliorum emendauit, quòd non dixit, omnes uirtutes morales eſſe unam prudentiam: quanquam tamen quaſi ex propria ſua ſententia aſſeruit, omnes tales eſſe prudentias. Sed uirtutes morales non ſunt una prudentia, nec plures. Non una; quia non poteſt una uirtus prudentia, tam plures perſonas moralium uirtutum agere in theatro animæ, nunc alias, nunc alias & alias affectiones uarias ordinando, concupiſcentias, iraſcentiasq;: Neque plures; quia ex natura rei, omnis uirtus moralis ē ab omni prudentia diſtincta, tum officio, tum ſubiecto. Officio quidem, quia uirtus moralis ex natura ſua facit electionem rectam quantum ad intentionē finis; uel ſi mauis, ex natura facit rectam finis intētionē, prorſusq; nihil ad moralem uirtutem pertinent, ea quæ nata ſunt fieri propter finem .ſ. media. Hoc eſt officium naturale moralis uirtutis, ſibiq; peculiare, & maximè proprium: ut quidem manifeſtum eſt omnibus, quos non latet moralis ſcientia. Prudentiæ autem longè aliud eſt officiū. Quod eſt? Rectè ſyllogizare de operabilibus, ſeu mediis, ad finem. Eſt enim in nobis hominibus ut ſinguli experimur, quædam potētia

A tia cognitiua operatiua, quam uocant dinoticam, uel aſtutiam, uel habilitatem: hæc autem talis eſt, ut per eam homo poſsit operari ea quæ ordinantur ad intentionem quam homo præſupponit, ſiue bonam, ſiue malam: & quòd per ea quæ operatur poſsit ſortiri, id eſt, conſequi finem præſuppoſitum: quia talis eſt, ut ea poſsit agere, atque attingere, quæ ad ſuppoſitam intentionem conducunt. Et ſi quidem intentio ſit bona, laudabilis eſt ingenioſitas huiuſmodi; ſi autem praua eſt intentio, tunc aſtutia, ſeu dolus, ſeu uerſutia appellatur. Prudentia ergo, eſt habitus huius potentiæ, non utcunque, ſed pro ut ipſa potentia aſſueta eſt ſyllogizare de mediis conducentibus ad conſecutionem finis ſecundum rectam rationem intenti ſeu præſuppoſiti.

Diuerſa ergo ſunt officia harum uirtutum, à toto genere; uirtutis moralis, & prudentiæ: ideoq; ratione diuerſorum officiorum, diſtinctæ ſunt, & non idem. Subiecto autem quoque differunt manifeſtè. Animus enim noſter humanus, etiam pro ut tranſcendit partem noſtram uegetatiuam, nutritiuam & augmentatiuam, quæ penitus irrationalis eſt, communis omnibus uiuentibus hominibus, brutis, & plantis: atque etiam pro ut tranſcendit partem noſtram ſenſitiuam, uiſiuam, auditiuam, olfactiuam, guſtatiuam,
B factiuam: & pro ut capax eſt uirtutis humanæ, quæ in ſolis hominibus reperitur: Animus, inquam, humanus ſic tranſcendens, partem quidem quandam habet rationalem per ſe, precantem ſemper ad optima; partem uerò habet aliam, per ſe utique irrationalem, ſed bene quidem rationis participẽ, quodam modo, hoc eſt, natam rationi obtemperare, illiq; obtemperantem nonnunquam. Sic enim diuiſerunt omnes antiqui philoſophi ſapientiores, Plato in ſuis libris de iuſtitia, ſiue de republica, Ariſtoteles in ſuis libris de anima, pariter & in Ethicis, Plutarchus in ſuo libello de uirtute morum, & multi alii: cum quibus conueniunt omnes noſtri doctores, qui de hac re philoſophati ſunt.

Ariſt. de Anima l.3.t.c.41 & infra. Ethic.1.

Noſq; ita experimur eſſe, quando extra omnem materiam nutrimenti & augmenti, ſiue nutriendi & augendi, atque ubi nullus prorſus eſt ſenſus, circa res futuras faciendas uel non faciendas, graue in nobis ſentimus bellum: tanquam aliqua pars ſit in nobis quæ uult, alia quæ non uult; alia quæ præcipit, alia quæ renuit, alia quæ appropinquat, alia quæ refugit. Tale bellum eſt in hominibus cõtinentibus, in quibus tandem ratio uincit: & quoque tale bellum eſt in hominibus incontinentibus, in quibus ratio uincitur. Quid poteſt eſſe quod cum ratione pugnat, & ratio nem uincit in incontinente, niſi irrationale? C
Et quid poteſt eſſe quod cum ratione pugnat & à ratione uincitur in continente, niſi aliquid rationis particeps? Eadẽ profectò pars eſt, quæ in incontinente cum ratione pugnat, & rationem uincit, atque ita quæ in continente cum ratione pugnat, & à ratione uincitur. Si pugnat cum ratione, ergo irrationalis per ſe: ſi autem uincitur à ratione, ergo rationalis per participationem: ſcilicet, quia nata eſt obtemperare, obtemperatq; rationi. Non enim ob aliud illa pars rationalis uincit, niſi quia illa pars quæ cum illa pugnabat, ei obedit. Differentes ergo ſunt illæ partes ex natura rei, niſi quòd altera nata eſt obtemperare alteri: hoc eſt, minus nobilis, magis nobili: inferior, ſuperiori: irrationalis, rationali: ideſt, rationalis per participationem, rationali per ſe. Non quaſi hæ duæ partes animi inter ſe diſtinguantur realiter, ſicut res & res; ſed quia diſtinguũtur potentialiter, tanquam duæ potentiæ, ſeu duæ uires diſtinctæ, animæ. Quæ eſt illa pars animæ, quæ cũ ratione pugnat, aliquando uincit, aliquando uincitur? Eſt uirtus quidem concupiſcibilis, uirtusq; iraſcibilis; ſiue uirtus concupiſcibilis uirtusque iraſcibilis una tantum uirtus ſint ſiue plures. At profectò quicquid illud eſt, quod cum ratione pugnat, ſiue concupi- D
ſcendo, ſiue iraſcendo: illud eſt, ad quod morales uirtutes pertinent: illudq; eſt, in quo propriè, primò, & per ſe, ſunt uirtutes morales. Illud de ſe eſt cœcum, turbulentum, uehemens, importunum, delectabilia concupiſcens, triſtiaq; fugiens: omnino quantum poteſt, prorſus ſine ullo medio. In quo cum naſcitur habitus ordinandi concupiſcentias uel iraſcentias, ut non concupiſcat nec repellat, niſi quod oportet, ubi & quando oportet, & propter quod oportet: tunc profectò, in eo eſt uirtus moralis. Ergo cum uirtutes morales ad hanc partem animæ pertineant per ſe, quæ cum ratione pugnat, profectò non poſſunt eſſe prudentiæ, quia utique omnis prudentia ad partem noſtram per ſe rationalem pertinet, ad potentiamq; per ſe cognitiuam. Hæc fuit probatio antiquorum, communiſsima, & optima. Secundũ quam; fortaſsis clarius procedemus, ſi agamus ex cognitiuo & appetitiuo. Dabilis eſt enim in anima rationali ex natura rei, ſecundum gratiam creationis qua creata eſt in tali gradu entium, potentia aliqua cognitiua, quæ ſit uniuerſalis ad omnia cognoſcibilia, tum ſenſitiua, tum intelligibilia: probaturq; ea eſſe in nobis, per id quod nos ipſi in nobis experimur, nos cognoſcere omnia, omnes ueritates, omnia entia. Quia autem uni

cuique

E cuique potentiæ cognitiuæ, tribuenda eſt ſua proportionata potentia appetitiua, ut infra ſuo loco oſtenditur: ſequitur euidenter dari quoque poſſe in anima noſtra rationali, potentiam quandam appetitiuam illi potentiæ cognitiuæ uniuerſali proportioue reſpondentem, quæ ſit reſpectu omnis boni, quod ipſa uniuerſalis cognitiua cognoſcit. Hic nanque ordo naturalis eſt, cognitiuarum potentiarum, & appetitiuarum. Ideoq́; ſicut habet anima rationalis potentiam quandam cognitiuam, ſuper omnem potentiam cognitiuam ſenſitiuam: ita habet potentiam quandam appetitiuam, ſuper omnes potentias appetitiuas ſenſitiuas: ſimpliciter ad omne bonum, increatum, creatum, ſpiritale, corporale, naturale, temporale, honeſtum, utile, delectabile, commodi, iuſtitiæ. Vniuerſalis potentia illa cognitiua, appellatur intellectus: uniuerſalis potentia illa appetitiua, appellatur uoluntas: nec eſt eadem potentia qua cognoſcimus, cum illa qua appetimus: nec cognitiua eſt appetitiua, nec appetitiua eſt cognitiua: ſed altera præſupponit alteram & ordinatur ad illam, ſicut appetitiua cognitiuam præſupponit, ad illamq́; ordinatur.

Quomodocunque autem illa uniuerſalis noſtra potentia appetitiua nominetur, conſtat, eam de ſe non eſſe cognitiuam, conſtat, na-
F tam eſſe uelle omne bonnm, conſtatq́; natam eſſe ad odio proſequendum omne malum: cōſtat eam natam eſſe delectari bonis, conſtat eam natam eſſe triſtari malis. Quia autem de per ſe non eſt cognitiua, eo ipſo per ſe non eſt rationalis: quicquid enim per ſe eſt rationale, per ſe eſt cognitiuum: nam in uniuerſum potentia rationalis per ſe, eſt potentia cognitiua. Porrò ſi de ſe non eſt cognitiua, quid erit de ſe niſi cœca? De ſe igitur cœca eſt in ſuo amore, atque de ſe cœca eſt in ſuo odio: cœca denique in ſuis affectionibus, actibus, & paſsionibus. Quid ergo? Nunquid non eſt capax uirtutis humanæ? Abſit. Capax enim eſt quidem. In quantum capax? In quantum nata eſt per potentiam cognitiuam in ſuis affectionibus, actibus, operationibus, paſsionibus'ue ordinari: bonum uelle, malum odiſſe, operaq́; bona in bonum dirigere: ut uelit aut odio proſequatur quod oportet, ubi & quando oportet, & propter quod oportet. Quando habebit uirtutem? Quando aſſneta obtemperare rationi habnerit habitum ſic ordinatè uel amore uel odio proſequendi: ille enim habitus ita ordinatus, ſine dubio eſt uirtus. Quæ uirtus? Moralis. Quia eſt habitus ſecundum rationem, & cum ratione. In quo eſt ille habitus tanquam in ſubiecto proprio? Vtique in ipſa potentia quam perficit. Scilicet iu potentia ipſa appetitiua. Habitus enim non eſt niſi in potentia, quam perficit: neque perficit niſi potentiam, iu qua eſt: & conſtat quòd ad eandem potentiam pertinet habitus, ad quam potentiam, pertinet actus, propter quem habitus eſt. Morales ergo uirtutes illæ oēs & ſolæ ſunt, quæ pertinent ad potentiam noſtram appetitiuam, concupiſcibilem, aut iraſcibilem, amantem, aut odio proſequentem, ſeu ad partem non rationalem per ſe, ſe rationalem per participationem, quæ potentia cum ſit diſtincta à potentia noſtra cognitiua, ad quā pertinet omnis prudentia: ſequitur euidenter, omnem uirtutem moralem ab omni prudentia eſſe diſtinctam ſubiecto: omnino ſicut omnis moralis uirtus, eſt ab omni prudentia diſtincta officio. Ergo morales uirtutes nec ſunt una prudentia, nec plures. Niſi quis forte dicat morales uirtutes ideo dici prudentias, quia ſunt ſecundum prudentiā, & cum prudentia. Si quis in hoc ſenſu dixerit, non inficiamur: poſſumus enim ita dicere, ſicut ſimiliter dicimus illam potentiam noſtram appetitiuam quæ de ſe eſt irrationalis, eſſe rationalem per participationem, quia nata eſt à ratione ordinari, rationiq́; obedire: unde & capax eſt uirtutis humanæ, quæ non reperitur in brutis. ſic fortaſsis intelligebat Socrates, ut magis ex ſuis uerbis uidetur. H

Ethic. 1. 2. 3. et deinde.

Error autem illorum philoſophorum antiquorum in eo fuit, quòd animum humanum pro ut tranſcendit plantas & bruta, non diuiſerunt in rationale & irrationale; hoc eſt, iu cognitinum & appetitiuum: quin potius, ut ex illis refert Plutarchus, non putauerunt, id animi quod ratione uacat, affectibusq́; perturbatur, diſcrimiue ullo naturaq́; ipſa animi, ab eo quod ratione præditum eſt, eſſe diſtinctum. Sed eandem animi partem, quam intellectum principemq́; appellarunt, continuis mutationibus conuerſionibusq́; obnoxiam, & in affectionibus, & per uarias habitus uel diſpoſitionis mntationes, uitium fieri atque uirtutem: ac uihil in ſe habentem quod ſit expers rationis, diciq́; à ratione auerſum, cùm motus animi auidè concitatus ac uehemens atque impotens, ad aliquid abſurdum præter delectum rationis effertur. Affectum enim eſſe dixerunt rationem improbam atque effrenatam & proteruam, ex prauo peccanteq́; iudicio ortam, cùm uehementiam roburq́; accepit. Hoc eorum principium, erroris neutiquam expers, erroneæ illius concluſionis cauſam præbuit. Non enim animus humanus, pro ut partem noſtram uegetatiuam aut ſenſitiuam tranſcendit, totus eſt rationalis per ſe, quantum ad omnes

Vbi ſup.

omnes

A omnes potentias ſuperiores ſuas: ſed partim eſt rationalis, partim irrationalis: hoc eſt, partim eſt cognitiuus, partim appetitiuus. Cuius rei argumentum euidentiſsimum præbet illud bellum inteſtinum, quod extra materiam uegetatiuæ partis, & cum nullus eſt ſenſus, de rebus futuris faciendis uel non faciendis, ſentiunt continentes, incontinentesque. Nec poſſet animus humanus ſic in ſeipſo perturbari, niſi ſicut habet partem quandam per ſe rationalem, quæ precatur ad optima, ita haberet partem aliam ſeu potentiam rationis expertem, quæ cum parte rationali pugnaret. Itaque ſi hæc diſtinctio potentiarum animæ facienda eſt, ut re uera faciendam cenſemus, cùm utraque pars ſit capax uirtutis, aliæ erunt uirtutes unius, aliæ alterius. Virtutes partis per ſe rationalis, ſunt ſcientia, ſapientia, intellectus, prudentia, ars, quibus anima ſemper dicit uerum, & quæ uirtutes intellectuales dicuntur: uirtutes autem partis irrationalis ſunt, temperantia, fortitudo, iuſtitia, & multæ aliæ de quibus non eſt opus tractare modo, quæ omnes morales appellantur. Cæterùm iam per idem conſtat, fidem non eſſe realiter alias uirtutes theologicas, ſpem, charitatem: officio enim & ſubiecto differunt, quia fides pertinet ad intellectum, ſpes autem & charitas ad uoluntatem.

B De illo errore Socratis quo putauit omnes uirtutes morales, eſſe ſcientiam, unam uidelicet uel multiplicem, loquitur etiam ſanctus Thomas i aſſerens Socratem poſuiſſe omnes uirtutes eſſe ſcientias, & omnia peccata eſſe ignorationes. Refert, inquam, ſed non probat. *S.Thom. Prim. 2. quæſ.77. Art. 2.* Immo oppoſitum tenet & docet ſæpiſsimè, quoties uel tempus, uel materia, uel quæſtio mota id exigit. Sufficiunt quæ contra illam Socratis opinionem falſam, dixerunt Ariſtoteles & Plutarchus, & quæ tū natura, tum experientia rerum huiuſmodi declarant. Non eſt ſola ſcientia, omnium uirtutum humanarum aſylum, ut conſtat oībus qui nouerunt uirtutes humanas morales: ſed nulla eſt uirtus humana moralis, quæ nō præſupponat ſcientiam, aut non ſit cum ſcientia. Et quidem ſaltem ex duobus cognoſcere quis poteſt, ſcientiam, non eſſe omnium uirtutum aſylum: Alterum eſt, quia non eſt ignoratio, omnium uitiorum unio: Alterum, quia immo poteſt homo malè agere contra ſcientiam quam habet, ſaltem non ſe conformando illi. Ad primum uel ex primo ſic, quia uirtus & uitium ſunt oppoſita, talia uidelicet, quòd nata ſunt fieri aut uerſari circa idem: unde profectò ſi ſcientia aliqua ſpeculatiua uel practica, omnes uirtutes contineret per conſequens ignoratio uel ipſum neſcire, ſcientiæ res oppoſita, eſſet omnium uitiorum unio, cùm omne uitium, ſit oppoſitum uirtutis. C Eadem eſt diſciplina contrariorum. Rectum, eſt iudex ſui & obliqui. Sicut propoſitum, ita oppoſitum in oppoſitum. Non eſt autem omne uitium, ignoratio aliqua, Quia immo multa uitia ſunt operationes quædam externæ, multaque uitia ſunt appetentiæ animæ internæ, aut habitus inde geniti, ad uoluntatem utique pertinentes per ſe, ad quam per ſe pertinent omnes appetentiæ, à noſtris uolitiones dictæ. Nemo eſt etiam ſic inſipiens, qui non uideat, uitia quædam noſtra, eſſe uolitiones noſtras quibus, uel malum uolumus uel bonum malè: cum tamen ſimul, nemo nō uideat ad uoluntatem noſtram pertinere per ſe directè, omnes noſtras uolitiones & non ad intellectum per ſe, ad quem per ſe pertinet omnis ſcientia, omniſque ignorantia. Ad ſecundum uel ex ſecundo ſic, quia quoad nos Chriſtianos, manifeſtè atque uerè legimus, Seruus qui cognouit uoluntatem domini ſui, & non fecit, plagis uapulabit multis. *Lucæ 12.* Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. *Iacobi 4.* Et multa alia, quibus conſtat non nullos ex propoſito recedere à Deo & bona uita, nonnullos peccare etiam in Spiritum ſanctum, & quaſi ex malitia: ſicut ſcimus quoſdam peccare per ignorātiā, quoſdam ex paſsione aut fragilitate. D Quanto igitur magis ſciētia nō eſt oīs uirtus, cum nec uirtus ſequatur neceſſariò rectam ſcientiam: ſed immo exiſtente ſcientia in anima, reperiatur in ipſa anima uitium, oppoſitum illius quod ſcientia ſuadet agendum, uolendum, aut eligendum? Saltem omiſsiuè. De hac tamen materia connexionis prudentiæ cum uirtutibus moralibus ſtatim dicētur inferius multa. Nunc non de connexione uel non connexione prudentiæ cum moralibus uirtutibus agimus, ſed de identitate uel non identitate. Non ſunt autem idem: Nec ſcientia uel prudentia, eſt omnis uirtus. Sic nec fides. Quid multa? Manifeſtè docuit Ariſtoteles non eſſe prudentiam omnes uirtutes, nec eſſe ignorantiam omnia uitia, per eſſentiam: quicquid ſit de hoc, quantum ad connexionem, concomitantiam, aut cauſalitatem, de quibus rebus aliàs. Vnde ſubiecta prima uirtutum moralium ac intellectualiū, diuiſit in partem rationalem per ſe, & rationalem per participationem: & partem rationalem per ſe, in partem ſcientificam, & partem ratiocinatiuam: *Ethic. 6.* aſſerens quòd ad partē rationalem per ſe, pertinent omnes uirtutes intellectuales, intellectus, ſapientia, ſcientia, prudentia, ars: ad partem uerò rationalem per participationem, pertinent omnes uirtutes

E uirtutes purè morales, ut fortitudo, temperantia, iuſtitia. Et de uitiis etiam, conſtat ſimiliter eius doctrina, in multitudine & differentia uitiorum. Sed conſtant hæc inſuper ex diuinis ſcripturis, tum etiam ex omnibus catholicis tractatoribus, qui de uirtutibus & uitiis hactenus tradiderunt. Vnde nos Chriſtiani firmiorem habemus propheticū ſermonem, quem optima ratione obſeruamus atque intuemur, tanquam lucernam caliginoſo loco affulgentem: ille eſt diuina ſcriptura, in qua & ex qua nouimus manifeſtè nec fidem nec prudentiam, eſſe omnes uirtutes, nec infidelitatem nec imprudentiam, eſſe omnia uitia uel peccata. Quid eſt peccatum propriè dictum, ſeu propriè uitium actuale, niſi actus malignus contra legem uel præter legem habitus, ſeu ita deordinatus, uel à lege deficiens? Quidem nihil aliud. Ita enim dicit Apoſtolus, Peccatum non cognoui, niſi
Rom.7. *Exod.20.* per legem: nam concupiſcentiam neſciebam
Deut.5. niſi lex diceret, Non concupiſces. Similiter & uirtus quid eſt, niſi habitus rationi aut legi diuinæ conſentaneus? Vtique non niſi hoc ipſum. Nunc autem uideamus quot ſunt actus contra legem, diſtincti numero, ſpecie, aut genere, ſubiecto primo, qualitate, aut aliâs; & firmiter ſciamus tot eſſe uitia uel peccata ſimili ſeu potius eodem modo diſtincta,
F numero, ſpecie, genere, ſubiecto, aut qualitate. Ex hac ueriſsima & manifeſta conſide-
Auguſt. ratione, Auguſtinus contra Fauſtum & ueriſſimè & generaliter ita definiuit, Peccatum eſt dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei. Videamus ſimiliter quot ſunt habitus mentis rationi ac legi Dei conſentanei, & ſine dubio aut hæſitatione noſcamus tot eſſe uirtutes eaſdem uel diſtinctas, iuxta ipſorum habituum identitatem aut diſtinctionem: ſiue ipſi habitus pertineant per ſe primò ad intellectum, ſiue ad uoluntatem, ſiue ad iraſcibilem aut concupiſcibilem inferiorem: ſiue ad partem noſtram rationalem per ſe, ſiue ad partem noſtram rationalem per participationem. Diuinam ergo legem, diuina præcepta, diuina conſilia, diuinamq; doctrinam nobis traditam conſulamus: & ſecundum illam, tum uitia & peccata, tum etiam uirtutes cognoſcamus. Quia uirtutes ſunt habitus quos ſecundum diuinam doctrinam habemus, intellectuales uel morales, intellectus, uoluntatis, concupiſcibilis uel iraſcibilis: uitia uerò & peccata, ſunt omnes actus quos facimus committendo uel omittendo contra legem, quarumcunque ſint noſtrarum potentiarum, dum tamen ſint aliquo modo uoluntarii, ſeu liberi. Hinc eſt quòd ſicut ſunt multa & diſtincta præcepta & conſilia diuina, ſic & in Euangelio & in epiſtolis O
Pauli, atque aliorum Apoſtolorum multas ac diſtinctas nouimus eſſe uirtutes ſecundum legem, atque multa & diſtincta eſſe peccata cōtra legē. Virtutes, ut ſunt fides, ſpes, charitas, prudentia, fortitudo, temperantia, iuſtitia, & multæ aliæ: peccata, ut ſuperbia, auaritia, luxuria, ira, gula, inuidia, pigritia, & multa alia. Ita Apoſtolus quoad uirtutes, *1.Cor.12.*
demonſtrando uiam excellentiorem & chariſmata meliora, dixit, Nunc autem manent, *1.Cor.13*
fides, ſpes, charitas, tria hæc; maior autem horum, eſt charitas. Oſtendendo fructus ſpiritus dixit, Fructus autem ſpiritus eſt, cha- *Galat.5.*
ritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Commendando nobis iuſtitiam dixit, Sectare ue- *1.Tim.6.*
rò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Sectare uerò *2.Tim.2*
iuſtitiam, fidem, ſpem, & charitatem, & pacem cum iis qui inuocant dominum de corde puro. Et de his aſſerit, quòd aduerſus res *Galat.5.*
huiuſmodi non eſt lex: ſed potius hæc ſunt ſecundum legem, Dei doctrinam, atque Dei uoluntatem; & quòd talibus hoſtiis prome- *Heb.13.*
retur Deus. Quemadmodum & Saluator noſter diſtinctè dixit, Pœnitentiam agite, ap- *Matt.4.*
propinquauit enim regnum cœlorum. Pœ- *Mar.1.*
nitemini & credite Euangelio. Beati paupe- *Matt.5.*
res ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, Beati mites, quoniam ipſi poſſide- H
bunt terram, Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, Beati mundo corde &c. Etiam quo ad peccata oſtendens Apoſtolus ea eſſe multa & differentia per eſſentiam dixit, Manife- *Gal.5.*
ſta ſunt autem opera carnis: quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædico uobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæredita- *Ephes.5.*
tem in regno Chriſti & Dei. Quid opus eſt multa teſtimonia adducere ſacra? Nihil fermè expreſsius reperitur in diuinis ſcripturis, quàm multas eſſe uirtutes diſtinctas à ſeipſis atque à prudentia & fide: multaq; eſſe uitia ſeu peccata diſtincta à ſeipſis inuicem atque ab imprudentia, ignorantia, & infidelitate. Vt & ſi omnis uirtus moralis habeat ſecum antecedenter uel concomitanter ſcientiam, prudentiam, aut fidem: non tamen omnis

uirtus

A uirtus moralis ſit per eſſentiam ſcientia, prudentia, aut fides. Similiter & ſi omne peccatum habeat ſecum antecedentem, uel concomitantem ignorantiam, imprudentiam, infidelitatem, aut inconſiderationem: non tamen omne peccatum ſit per eſſentiam ignorantia, imprudentia, infidelitas, aut inconſideratio.

Eos qui dicunt virtutes theologicas eſſe inuicem connexas, veriſimilitudinem conſectari, atque aſſecutos in iis quæ a Philoſophis quibuſdam tradita ſunt de connexione mutua prudentiæ cum virtutibus moralibus. Declaratur quo pacto virtutes theologicæ mutuo complexu adnectantur atque hæreant, & quo pacto minimè id illis uſu ueniat.

CAP. XVIII.

Ethic. 6.

TOTA ſchola Peripateticorum Philoſophorum, ut conſtat ex Ariſtotele eorum omnium principe, ſicut contra Socratem dixit uirtutes morales non eſſe prudentias, ſic cum Socrate docuit, prudentiam & uirtutes morales, eſſe connexas inuicem, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, & alias. Connexionem uirtutum moralium cum prudentia eo probauit, quòd uirtus moralis rectam exiſtimationem de fine habens, facit B electionem rectam quantum ad intentionē finis, in agibilibus; ſupponens enim finem bonum, bonum opus eligit faciendum, propter illum bonum finem conſequendum. Verbi gratia, Temperantia habet finem bonum & optimum, attingere medium in concupiſcentiis guſtus & tactus: eligit autem operabilia, quæ ad ipſum finem perducunt. Porrò ea quæ nata ſunt fieri propter finem, & ad cõſecutionem eius finis faciunt, non pertinet ad uirtutem moralem ea inuenire, inueſtigare, aut cognoſcere: ſcilicet quia uirtus moralis, eſt utique potentiæ non cognitiuæ, ſed appetitiuæ, concupiſcibilis, aut iraſcibilis. Vnde indiget uirtute alia, quæ ſibi ea operabilia ad ſuum finem conducentia & eligibilia, exquirat, inueniat, oſtendat: quæ uirtus alia talis, profectò eſt prudentia, ad potentiam quandam cognitiuam animæ pertinens, quæ dicitur dinotica, aſtutia, habilitas, ſiue ingenioſitas, uel ingenium, aut induſtria. Sic ergo conſtat, non poſſe uirtutem aliquam moralem ſine prudentia eſſe, aut acquiri: quod profectò ſatis fit notum omnibus, ex communiſsima & ualde bona definitione uirtutis moralis; dum dicimus omnes, Virtus moralis, eſt habitus operatiuus ſecundum re- (Ethic. 6.)

ctam rationem & cum recta ratione: quæ recta ratio, eſt prudentia. C Et cum omnis noſtra operatio moralis deliberata, nata ſit cauſare in nobis habitum uirtuoſum uel uitioſum, (Ethic. 2.) certiſsimum eſt apud omnes, omnem & ſolam operationem noſtram moralem deliberatam, quæ eſt ſecundum rectam rationem, cauſare in nobis moralem uirtutem. Rectè ergo ſic probauit connexas eſſe omnes uirtutes morales cum prudentia: quia ſcilicet, uirtus moralis, eſt habitus operatiuus ſecundum prudentiam. Aut mutetur tota moralis Philoſophia, & mutentur quoque definitiones moralium uirtutum. Sed quòd prudentia pariter connexas habeat morales uirtutes, ſic ipſa eadem probauit ſchola. Prudentia pertinet quidem ad potentiam cognitiuam, quæ (ut diximus) appellatur dinotica, aſtutia, habilitas, ingenium, aut induſtria: huius enim potentiæ eſt, media inquirere, inueſtigareq;, quæ ad finem præfixum ſeu intentum perducunt; ſiue ille finis bonus ſit, ſiue malus. Hac tamen differentia, quòd dum inquirit, inuenitq; & concludit media perducentia ad finem malum, habitus inde genitus dicitur dolus, ſeu uerſutia: dum autem inquirit, inuenit, & concludit media ad finem bonum, habitus inde genitus nominatur, eſtq; prudentia. Vnde prudentia de nullo fine bono aut malo agit, ſed utique finem bonum ſupponit: alioquin ſi finis pro quo conſequẽdo inquirit media, D non ſit bonus, non erit prudentia. Supponit ergo prudentia, bonum finem: illum ſcilicet quem uirtus moralis intendit, & ad quẽ conſequendum eligit medium, à prudentia concluſum, ſeu oſtenſum practicè. Imò cum in operabilibus, finis ſit principium, prudentia diſcurrendo ad media operabilia conducentia, non ſolùm bonum finem uirtutis ſupponit, quin potius illum includit, ex illoq; procedit. Verbi gratia, Cùm temperatus uelit medium tenere in concupiſcentiis guſtus & tactus, tanquam bonum & optimum: prudentia de mediis ad illum conſequendum inquirens, ex illo procedit, illudq; prædicat attingendum, ſeu tenendum, aut poſsidendũ: & hoc eſt ſuum principium, ex quo diſcurrit primùm. Quaſi ſic diſcurrat, In concupiſcentiis guſtus & tactus medium tenendũ eſt, ſed hoc uel illud opus perducit ad tenendum medium in concupiſcentiis guſtus & tactus, ergo hoc uel illud opus eſt faciendum. Finis itaque uirtutis moralis, eſt principium, ex quo diſcurrit prudentia. Quid tum? Niſi homo uirtuoſus ſit cui ille bonus finis placeat, non præbebit aſſenſum illi prudentiæ, ſeu illi præmiſſæ ſyllogiſmi practici, quæ il-

E lud medium concupiſcentiarum prædicat attingendum. Si autem illi aſſenſum non præbuerit, prudentiam non habebit, ut profectò conſtat. Sic uidemus contingere in intemperato. Quia malitia quam habet, impedit ne in concupiſcentiis medium tenere uelit: ex quo rurſus fit, ut cum ſibi medium concupiſcentiarum proponitur tanquam bonum aut conſequendum, non admittat, non curet, rideat. Impedit ergo prudentiam, malitia; ſeu uitium illud morale. Quod ſi ita eſt, ut re uera eſt, ut prudentia ſit, uirtus moralis requiritur. Ariſtoteles in ſuis Ethicis, ita diſtinxit prudentiæ & moralis uirtutis officia propria; dicens, Electionem igitur rectam, efficit uirtus. Sed ea quæ illius gratia ſunt agenda, non ſunt ipſius uirtutis, ſed aliam potentiam expectant. Probans non eſſe prudentiam abſq; uirtute morali, ait, Ratiocinationes enim agendarum rerum, principium habent, cùm talis ſit ipſe finis & ipſum optimum, quicquid tandem ſit illud. Sit autem uerbi gratia, quid uis. Hoc autem non niſi bono uiro uidetur. Prauitas enim peruertit, facitq; ut circa principia rerum agendarum, homo fallatur. Quare patet, prudentem neminem eſſe poſſe, niſi ſit bonus. Probat autem non eſſe uirtutem moralem ſine prudentia, tum quia & ſi homines naturaliter uideantur habere uirtutes morales innatas, etiam à pueris, illæ naturales ſunt, non F morales: moralis enim naturalem dirigit, & rationem præſupponit. Tum quia & Socrates, & alii quaſi diuinantes, ita dixerunt. Inquit ergo, Omnibus enim ſinguli mores ineſſe quodammodo naturâ uidentur. Etenim & iuſti naturâ, forteſq;, atque ad temperantiam nati apparent; cæteraq; continuò habemus, ex ipſo ortu. Sed eſſe tamen quærimus aliquid aliud, quod eſt propriè bonū, & talia modo alio nobis ineſſe. Pueris enim ac beluis, naturales habitus inſunt. At abſque mente nocere uidentur. Atque ut robuſto fit in corpore ſine oculis ſe mouente (errat enim uehementer ex eo quòd uidendi facultate careat) ſic & hic accidit. Si uerò mētem acceperint, in agendo differt. Atque habitus ille ſimilis, tunc erit propriè uirtus. Quare ut in opinatiuo, duæ ſunt ſpecies, habilitas atque prudentia: ſic & in morali ſunt duæ, una naturalis uirtus, altera propriè uirtus. Atque harum ea quæ eſt propriè uirtus, non fit ſine prudentia. Quapropter inquiunt, uirtutes omnes, prudentias eſſe. Et Socrates partim rectè quærebat, partim peccabat. Peccabat, quia uirtutes omnes, prudentias eſſe putabat: Benedicebat, eas ſine prudentia non eſſe exiſtimans. Hoc autem

Lib. 6.

huius indicium eſt, Etenim nunc omnes cùm G uirtutem definiunt, dicentes ipſam habitum eſſe, & afferentes ea circa quæ uerſatur, addunt, ſecundum rectam rationem. At recta eſt ea, quæ eſt ſecundum prudentiam. Videntur igitur omnes uaticinari quodammodo, talem habitum eſſe uirtutem, qui eſt ſecundum prudentiam. Oportet autem parumper migrare. Eſt enim is habitus uirtus, qui non ſolùm eſt ſecundum rationem rectā, ſed cum recta etiam ratione. Recta autem de talibus ratio, ipſa eſt ſanè prudentia. Hæc ille. Qui tandem ita concludit, Patet igitur ex dictis, fieri non poſſe ut ſine prudentia ſit homo propriè bonus, & abſq; morum uirtute prudens. Infra, Etenim cùm prudentia quæ eſt una, ſimul inerunt. Ecce quomodo determinauerunt atque probarunt Philoſophi Peripatetici, prudentiam & morales uirtutes eſſe connexas: ut neque prudentia ſit abſque moralibus uirtutibus, neque morales uirtutes ſint abſque prudentia. Quam ſententiam multi poſteriorum Philoſophorum ſecuti ſunt, & multi quoque noſtrorum theologorum nunc tenent. Ex hac ergo doctrina, ſimilitudinem ueri habent, qui dicunt fidem noſtram Chriſtianam connexam eſſe cum aliis uirtutibus theologicis, ſpe atque charitate: & illas alias, ſpem & charitatem, rurſus connexas eſſe cum fide. Vnde habent ipſam ueriſimilitudinem? Quia fides noſtra H quoq; eſt uirtus intellectualis, quia eſt uirtus cognitiua: atq; ad noſtrā potentiam dinoticā pertinet, quia eſt noſtra prudentia. Similiter quia ſpes & charitas, ſunt uirtutes nō cognitiuæ, pertinentes quidem ad noſtram potentiam appetitiuam ſuperiorem, quæ eſt uoluntas: quæ potentia & ſi de ſe non ſit rationalis, quia de ſe non eſt intellectualis, nec cognitiua, eſt tamen apta nata regi à ratione, ab illa illuminari, illamq; ſequi. Vnde quodammodo rationalis eſt, ſcilicet per participationem. Ideoq; qui dicunt fidem, ſpem, charitatemque, eſſe ſibi inuicem connexas, loquendo de uirtutibus huiuſmodi theologicis acquiſitis, habent utique ſimilitudinem ueritatis, ut facilimum eſt deducere. Sed quæſo, Nunquid habent ueritatem? Habent ſine dubio in eo quòd aiunt, ſpem & charitatem ſic cum fide connexas eſſe, ut ſinē fide eſſe prorſus nequeant: multum enim magis pendent ſpes & charitas à fide, quàm pendeant fortitudo, temperantia, & iuſtitia, à naturali ſeu acquiſita prudentia. Prudentia nanque ſolummodo eſt prudentia, & nullo modo eſt ſapientia, intellectus, nec ſcientia: quam ob rem de finibus uirtutum moralium omnino nihil tractat prudentia, ſed illos aſſumit pro ſuo

A ſuo primo principio, & de mediis ad illos fines perducentibus eſt ſollicita, inquirit, concludit. Fides autem noſtra non ſolùm eſt noſtra prudentia, ſed quoque eſt noſtra ſapientia, noſter intellectus, noſtraq; ſcientia, tum ſpeculatiua, tum practica. Ideoq; ut ſcientia, fines inquirit & nouit propter quos con ſequendos nos operari, agere, uel pati oportet, interius uel exterius; intelligendo, memorando, uolendo, odiendo, loquendo, & quouis modo exterius uel interius operando, ſiue quoad nos ipſos, ſiue quoad alterũ, ſiue quoad Deum, ſiue quoad proximum, ſiue quoad bonum particulare, ſiue quoad bonum commune. Niſi ſit fides, neſcit ſperare ſpes, & neſcit amare charitas: nam fides oſtendit, quid & quomodo ſpes & charitas, ſperare atque amare debent. Scilicet in hoc ſæculo, ubi per fidem ambulamus, ex parte cognoſcentes, per ſpeculum, & in ænigmate. Fides enim ad hoc illuminat, ſicut reuelata ſcientia de qua eſt: unde & ipſa fides lumẽ dicitur, ſicut reuelata ſcientia lumen eſt. Scientia ipſa illuminat intellectum, ſicut lumen Solis illuminat corporales noſtros oculos: fides uerò eſt qua illud ſpiritale lumen reuelatæ ſcientiæ recipimus, quia credentes de facto illuminamur. De hoc ergo nulla eſt differentia, quia ſine dubio ſpes & charitas in
B hoc ſæculo ſecundum legem communem, ſine fide eſſe non poſſunt, nec acquiri: præuia enim debet eſſe fides ad illas, ſicut præuius eſt intellectus ad uoluntatem. Sed quid de fide? Vtrùm fides cum ſpe & charitate ita connexa eſt, ut ſine illis eſſe non poſſit? Secundum quid loquendo de fide, hoc eſt, reſtrictè, ideſt, non de fide quacunque ſimpliciter dicta; ſed tantùm de fide uiua, quam formatam dicimus; manifeſtum eſt, quòd nequeat fides ſine ſpe & charitate eſſe. Fides enim non eſt formata niſi per charitatem, charitas autem ſi eſt, & ſpes profectò quoque
1. Cor. 13. eſt: quia, charitas omnia ſperat, nec eſt ullo modo in deſperatis, nec patitur deſperationem. Si autem ampliorem facimus quæſtionem, quid de fide ſimpliciter dicta? Nunquid fides, ut eſt uirtus quædam theologica diſtincta ab aliis, poteſt eſſe ſine aliis theologicis uirtutibus? Diſpoſitiuè quidem fides connexas ſibi habet omnes alias uirtutes theologicas in hoc ſæculo: quia qui integrè credit omnia credibilia, prope eſt, ut ſperet, & amet: ideoq; aliquo modo eſt diſpoſitus, licet non ultimatè. Inchoatiuè etiam fides in hoc ſæculo, habet omnes alias uirtutes theologicas connexas ſibi: quia qui integrè credit omnia credibilia, habens fidem Chriſtianam integram, habet ſapientiam, intellectum, ſciẽtiam, prudentiam, & rationem naturalem C
tum ſpeculatiuè, tum practicè illuminatam: illuminatam, inquam, cœlitus, quoad terreſtria, & quoad cœleſtia. In ratione autem naturali ſic cœlitus illuminata, non poteſt eſſe dubium, quin ſint omnes uirtutes inchoatiuè. iam enim in ea ſunt inchoationes uirtutum, ſicut in materia corporali ſunt naturaliter inchoationes formarum materialium, ſeu corporalium. Demonſtratio huius ueritatis prima eſt, quam omnes confitemur de rationali, quod moralium uirtutum contineat rudimenta quædam & initia, de qua omnium uera confeſsione, non nihil paulò ante diximus, oſtendentes quomodo iuſtificatio tribuitur fidei, quam iuſtificationem non facit ſola fides. Secunda autem demonſtratio eſt ex illo ſigno euidentiſsimo, quo certiſsimi ſumus, omnes integrè credentes qui non ex ignorantia peccan t, peccare quidem, ut peccant incontinentes; non autem peccare, ut pecccant intemperati, Quomodo? Cum ſcrupulo, cum remorſu, cum aliquali diſplicentia peccati, cum pugna, & quaſi uicti ſint à paſsione: Hic enim eſt modus peccandi credentium, quotquot credentes ſumus, qui non ex ignorantia peccamus. Quanquam tamẽ ſuo modo, omnis malus ſit ignorans. Nunc quæſo, quare omnis integrè cre D
dens, peccat cum remorſu, non peccans ex ignorantia? Quia habet cognitionem practicam boni, ſaltem in communi: quam non haberet, niſi aliquo modo uirtutem ſeu bonum oppoſitum amaret. Aliàs enim, malitia turbaret, impediretque iudicium: & in ſuis Ethicis docuit Ariſtoteles, & exemplo oſtendit intemperatus. Ideo nanque intemperans ſine remorſu peccat, quia bonum oppoſitũ non cognoſcit: atque ideo bonum oppoſitum non cognoſcit, quia malitia illius, iudicium impedit, & turbat. Incontinens autem eo peccat cum remorſu, quia aliquo modo cognoſcit bonum, ſcilicet in communi, ſeu in uniuerſali: & nullo modo illud bonum in communi cognoſceret, niſi illud aliquo modo in communi uellet: impediret enim tunc malitia illum incontinentem, ſicut impedit intemperatum, excœcaretq; illum eodem modo. Ergo diſpoſitiuè atque inchoatiuè, fides integra Chriſtiana habet annexas alias uirtutes theologicas, ſpem & charitatem, ita ut non poſsit eſſe ſine illis, hoc eſt, ſine diſpoſitione aliquali ad illas, nec ſine inchoatione illarum. Exiliter etiam, tenuiter, remiſsè, & inefficaciter, fortaſsis quoque fides habet connexas ſibi alias uirtutes theologicas, ſpẽ, atque charitatem: ideſt, quantum ad eſſe exile, tenue, remiſſum, & inefficaх ipſarum

E aliarum uirtutum, ſpei & charitatis: elicitum tamen, ſed quantum ad actum, dũ ipſa fides eſt in actu, oſtendens ſperanda, atque amanda. Ita enim apparet eſſe dicendum, tum ex aliis, tum quia fides oſtendit nobis Deum eſſe primum principium noſtrum & omnium, ultimum finem, & bonum infinitum, ſummum bonum & ſummè amandum, bonum æternum, bonumq́; increatum, cum omni ratione boni & ſine ulla ratione mali: fide autem in tali actu ſuo exiſtente, uidetur quòd uoluntas quodammodo neceſſariò, licet tenuiter, & exiliter, & ineſſicaciter rapitur ad dilectionem naturalem elicitam Dei, ultimi finis & boni infiniti. Fides etiam oſtendit nobis Deum optimum eſſe à nobis attingibilem per claram eius & intuitiuam uiſionem, quodq́; in uiſione eius eſt totum bonũ noſtrum formale, formalisq́; finis ultimus noſter, ĩ quo eſt uera beatitudo noſtra formalis, cum omni ratione boni & ſine ulla ratione mali, cum omni delectatione & ſine ulla triſtitia: ſed dum fides in hoc ſuo actu eſt, tale bonnm tali modo oſtendens, profectò uidetur quòd uoluntas quandammodo neceſſariò, licet tenuiter, exiliter, ac inefficaciter, excitatur & rapitur ad diligendum Deum ut bonum ſuum, formalemq́; ipſam beatitudinem, ſibi oſtenſam cum omni ratione boni & ſine ulla ratione mali. Si autem ita eſt, ut

F re uera ita uidetur eſſe: ſine dubio integra fides omnium credibilium, annexas habet ſibi alias uirtutes theologicas, ſpem & charitatẽ, quantum ad eſſe earum remiſſum, tenne, exile, imperfectum, diminutum, ineſſicax, non ſufficiens ad iuſtificationem. Sed de hoc magis conſtabit infra ſuo loco, ubi de naturali

Part. 3. iuſtitia agitur. An poteſt eſſe fides integra omnium credibilium ſine aliis uirtutibus theologicis, ſpe & charitate, in ſuo eſſe illarum completo ac efficaci? Proculdubio poteſt. Etenim uoluntas humana in hoc ſæculo & ſecundum communem legem Dei datam, circa omnem actum ſuum formalem, elicitum, moralem, deliberatum, efficacem, eſt penitus libera: ſic uidelicet ut ſtantibus quibuſcunque aliis in nobis & in omnibus noſtris potẽtiis, quæ ſecundum communem legem habemus aut habere ualemus, poſſit nihilominus uoluntas producere uel non producere, agere uel non agere, elicere uel non elicere, habere uel non habere, omnem aut quemuis actum ſuum formalem, elicitum, moralem, deliberatum efficacem. Ad omnem enim actum ſuum talem, uoluntas humana eſt libe-

Part. 4. ra, ut infra monſtratur ſatis, ubi de libertate agitur uoluntatis humanæ, ſeu de libero arbitrio: hoc eſt enim unum de illis quod tota diuina ſcriptura declarat frequentiſsimè, om G neſq́; ſancti doctores, tum Latini, tum Græci. Ad propoſitum redeamus, fides eſt principium quoddam atque origo aliarum uirtutum theologicalium, ſpei, atque charitatis: hoc autem diſpoſitiuè, ſimul & inchoatiuè. Pulchrè dixit Guillelmus Altiſiodorenſis, a- *Guillelm.* gens de connexione uirtutum, Ouis uiſo Lu *Altiſſiod.* po æſtimans ipſum inimicabilem & nociuũ ſi *Lib. 3.* bi, ſtatim fugit: & ſicut ſe habet æſtimatio hor *tract. 17.* ribilis ad fugere, ita æſtimatio delectabilis ad *Cap. 1.* appetere. Sed æſtimato horribili, adeſt fuga *quæſt. 1.* de neceſsitate: ergo æſtimato delectabili, ad eſt appetitus illius de neceſsitate. Ergo æſtimans Deum delectabilem ſibi, de neceſsitate appetit illum ſibi: Sed quod difficile operatur natura, uirtus facile facit: Ergo quando aliquis fide uirtute, æſtimat Deum ſibi delectabliem, appetit illum ſibi: Sed hic appetitus non eſt niſi charitatis: ergo habet charitatem, & per conſequens omnes alias uirtutes. Hæc ille. In eodem loco concedit idem doctor, fidem eſſe radicem omnium aliarum uirtutum, negando tamen quòd unum ſit uitium radix omnium aliorum uitiorum. Vnde concedit conſtanter, quòd qui habet unã uirtutem thologicam, habet omnes. Sic dicit inferius, quòd charitas eſt in fide, ſicut ef- *Ibidem.* fectus in cauſa: fides enim, ſicut probatũ eſt *Tract. 19.* ſupra, eſt cauſa charitatis. Cum enim fides *Cap. 1.* ſit cognitio pulchritudinis ueritatis primæ, *quæſt. 3.* de neceſsitate generat dilectionem in affectu, H & ita charitatem: eſt ergo fides, cauſa charitatis. Ad hoc eſt quod paulò poſt ait, Fides *Ibidem.* generat ſpem, ſpes charitatem, ſicut dicunt *Tract. 20* ſancti. Rurſus ibidem, Fides, ſpes, chari- *Cap. 1.* tas, ſunt quædam trinitas creata in anima, per *quæſt. 2.* quam aſsimilatur anima Trinitati increatæ. Aſsimilatur etiam illa Trinitas creata, Trinitati increatæ in hoc, quòd ſicut Filius procecedit à Patre, & Spiritus ſanctus ab utroq́;: ita ſpes generatur à fide, & charitas à fide & ſpe. Hæc ille. Qui quamuis uideatur alibi lo- *Trac. 19.* qui de fide & ſpe formata, non refert: uerba *Cap. 1.* conſtant per ſe, ſenſus eorum, & ratio. Quo- *quæſt. 2.* modo poteſt fides formata, quæ non niſi per charitatem formatur, charitatem generare, cauſare, aut producere? De fide ergo ſimpliciter dicta intelligendum eſt, quòd aliquo modo cauſat ſpẽ & charitatem naturalem ſeu acquiſitam, diſpoſitiuè, inchoatiuè, aut modo alio. Hoc prætẽdit & probat ſatis, adducta ratio ipſius doctoris. Ergo ſpes & charitas habent ſibi connexam neceſſariò fidem, quia uoluntas nec ſperare nec amare aliquid poteſt, niſi quod ſperãdum aut amandnm eſt, cognoſcat: quandoquidem non poteſt uoluntas elicere actum ſpei, aut charitatis, odii uel amoris,

A ris, circa rem incognitam. Fides autem oſtē dit ſperanda, amandaq́;. Ob quod de hac ueritate nemo dubitauit unquam. De fide autem, An & illa habeat ſic connexas ſibi alias uirtutes, ſpem atque charitatem, ut neque at eſſe ſine illis? Alia eſt quæſtio. De qua etiã omnes conformiter dicunt, quòd ſic, intelligendo de fide formata: quæ reſponſio proſectò eſt ueriſsima, manifeſtaq́;, & nullo modo dubitabilis, ut etiam conſtat ex dictis. Formatur nanque fides per charitatem, quæ omnia ſperat, omniaq́; credit, ſicut expreſsè do-
1.Cor.13. cet Apoſtolus: unde profectò non poteſt eſſe charitas in nobis uiatoribus, ſine ſpe ac fide. Sic uerò qui fidem formatam habet, eo ipſo neceſſariò habet charitatem, habetq́; & ſpē. Porrò de fide ſimpliciter dicta, quid? Iam ſatis dictum eſt. Conſtat quòd non neceſſariò habet connexas ſibi prædictas uirtutes theologicas, ſpem & charitatem, infuſas, nec acquiſitas quantum ad ſuum eſſe completum & efficax: ſicuti manifeſtum eſt in illis, qui in moribus mortaliter peccant ob fragilitatem, prorſus nihil minus credentes quàm antea. Perdunt enim mox charitatem infuſam, ſimulq́ue charitatem acquiſitam quantum ad ſuum eſſe abſolutum & efficax: retinentes ſibi tamen integram fidem, licet informem: Opponitur nanque omne peccatum mortale charitati, tum infuſæ, tum acquiſitæ: licet differenter; quia infuſæ opponitur ſimplici-
B ter, excludens habitum illius: acquiſitæ uerò opponitur, ſicut actus, habitui. An fides ſimpliciter dicta, integra tamen, habet connexam aliquo modo charitatem? Dictum eſt ſuperius. Habet quidem diſpoſitiuè, habet inchoatiuè, habet exiliter, id eſt, inefficaciter, diminutè, atque ſecundum quid. Hoc eſt quod probant hæc præcedentia, & hoc eſt quod Guilelmus Altiſsiodorenſis determinauit: hoc eſt inſuper quod experientia docet, in illis uidelicet qui ob fragilitatem ſuam in aliquo mortali detinentur peccato: quorum utique nullus eſt, qui non aliquo modo afficiatur erga Deum per amorem, ſaltem exiliter, ſaltem tenuiter, ſaltemq́; inefficaciter, & diminutè. Ita docet experientia in omnibus fidelibus, qui propter fragilitatem peccant mortaliter in moribus.

Qvomodo autem prudentia non habeat ſibi connexas alias uirtutes morales, & quomodo fides nõ habeat ſibi connexas alias uirtutes theologicas: rurſusq́ue, quomodo habent, in ſequenti capite declaratur atque probatur magis latè, & magis clarè, ex mul-
Magiſt. tis dictis doctorum. Interim certũ eſt, quòd
ſen.lib.3. fides formata, habet connexas ſibi omnes a-
Diſt.24. lias uirtutes theologicas, ſecundum ſuum eſſe perfectum: fides autem informis, habet cõ C
nexas ſibi alias uirtutes theologicas ſolum ſe *S.Tho.*
cundum diſpoſitionem, inchoationem, aut *Prim.2.*
ſecundum eſſe imperfectum, & ſecundũ quid. *quæſ.65.*

De charitate autem infuſa Dei, quæ diffu *Art.4.*
ſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctũ, *Rom.5.*
qui datus eſt nobis, nullus Chriſtianus dubitare poteſt, quin ipſa ſecum habeat omnes alias uirtutes modo quodam, & illo ſufficienti
ad ſalutem. Conſtat enim ſua dignitas & ſuffi *Lib.præſ.*
cientia ex iam dictis ſecundum diuinas ſcri- *cap.2.*
pturas: iuxta quas Auguſtinus in tractatu de *& infra.*
laude charitatis, ita dicit de charitate. Vbi *Auguſt.*
charitas eſt, quid eſt quod poſsit deeſſe? Vbi *ſuper Ioã*
autem non eſt, quid eſt, quod poſsit prodeſ- *nem.*
ſe? Cur ergo non dicimus, Qui hanc uirtutem *tract.83.*
habet, omnes habet? cùm plenitudo legis ſit *Idem epi-*
charitas? Quæ quanto magis eſt in homine, *ſtola 29.*
tanto magis ille eſt uirtute præditus: quan- *tom.2.*
to uerò minus, tanto minus illi uirtus ineſt: & quanto minus ineſt uirtus, tanto magis ineſt uitium. De hac cõnexione uirtutum cum
charitate, multa dicit & refert Magiſter ſentē *Magiſt.*
tiarum, inter quæ ita habet, De hoc etiam *Lib.3.*
Hieronymus ait, Omnes uirtutes ſibi hærēt, *Diſt.36.*
ut qui una caruerit, omnibus careat. Qui er *Hierony.*
go unam habet, omnes habet. Quod quidem *ſuper Eſa*
probabile eſt. Cum enim charitas mater ſit *iæ,ca.56.*
omnium uirtutum, in quocunque mater ip- *tom.5.*
ſa eſt, ſcilicet charitas, & cuncti filii eius, id eſt, uirtutes rectè fore creduntur. Dicit &
multa alia Magiſter in eo loco, tum ex diuinis D
ſcripturis, tum ex Auguſtino, quibus ſatis declarat, charitatem habere connexas alias uirtutes: ſed hoc notum eſt omnibus, & facilè ibi uideri poteſt. Interim ſufficit, quòd in
duobus præceptis charitatis tota lex pendet, *Mat.22.*
& Prophetæ. De charitate igitur alius eſt ſermo, & longè aliud iudicium.

Oſtenditur quo pacto ſecundum priores, & poſteriores philoſophos, prudentia habeat connexas ſibi morales uirtutes, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, & alias. detorqueturq́; id ad propoſitum, de connexione fidei cum alijs uirtutibus theologicis, ſpe, & charitate. CAP. XIX.

Ideo igitur Ariſtoteles dixit prudentiam habere ſibi connexas uirtutes morales, ab illisq́; dependere, quia de ſolis mediis ad finē, non de fine agit: neque de mediis ad quemcunque finem, ſed de mediis ad finem bonum: nam ſi eſſet ad finem malum, iam non eſſet prudentia, ſed aſtutia, uel dolus, uel uerſutia. Vnde prudentia ut ſit, rectam intentionem ſuppo nit;

E nit; hoc eſt, intentionem, uolũtatem, ſeu uolitionem, aut appetitum boni finis: atque ipſum bonum finem facit ſuum principium, & ex illo diſcurrit ad media ad illum finem perducentia, deq; illis conſultat, iudicat, præcipit. Nec ſolam intentionem boni finis uirtutis moralis ſupponit prudentia, ut ſit, ſed & bonam exiſtimationẽ de ipſo fine bono moralis uirtutis: quia cùm finis uirtutis moralis, ſit principium prudentiæ, qui non haberet bonam æſtimationem de uirtutum moralium finibus, non haberet bonam æſtimationem de prudentiæ principiis: non poteſt autem habere prudentiam, qui non habet æſtimationem bonam de principiis prudentiæ: ſicut non poteſt habere ſcientiam Geometricam, qui non habet bonam æſtimationem de principiis ſcientiæ Geometricæ. Vbi autem eſt intentio ſeu uolitio, aut appetitus boni finis uirtutis moralis, ſimul & bona exiſtimatio eiuſdem finis, uidetur quòd iam ſit uirtus moralis; quia ipſa facit rectam finis intentionem, rectamq; electionem quantum ad intentionem finis. Hæc materia, campum habet latiſsimum, & grauiſsimam requirit ſolidæ ueritatis inueſtigationem. Nos quidem rectè admodum uidemus, quòd ſicut intellectus uel ratio mouet appetitum ad eligendum media quibus peruenitur ad finem uirtutis intentum: ob quod quia omnis uirtus moralis eſt habitus electiuus ſecundum prudentiam &

F & cum prudentia, ab ipſa prudentia pendet, & illam ſibi habet connexam. Ita appetitus mouet quodammodo rationem, appetendo ſcilicet finem bonum, quem ſupponit ratio, ut ad media ad illum bonum finem perducentia diſcurrat, de illis conſultet, iudicet, præcipiat. Videmus quòd in tota materia moralium uirtutum, eiusq; quicum prudentia ſit diſcurſus, primum omnium eſt recta intentio ad finem, id eſt, uoluntas, ſeu appetitus boni finis: quam intentionem, uoluntatem, ſeu appetentiam non facit prudentia, ſed ſupponit. Eſt enim de ſolis mediis ad bonum finem perducentibus, nec alio modo curat de fine, niſi quia ex illo accipit principium: bonus nanque finis appetitus, eſt principium primum prudentiæ. Videmus inſuper quòd prudentia non ſolùm ſupponit intentionem, uoluntatem, uolitionem, ſeu appetitum boni finis, ſed quoque bonam exiſtimationem de illo fine, ad quem inquirit media: nã quia finis bonus moralis uirtutis, eſt principium prudentiæ, qui non haberet bonam æſtimationem de fine uirtutis moralis, non haberet bonam æſtimationem de principiis prudentiæ, & perinde nec prudentiam. Sed profectò ex iſtis omnibus non apparet quomodo prudentia dependeat à uirtute morali, & G illam ſibi neceſſariò habeat annexam, uel cõnexam, quinimmo magis uidetur, quòd conceſsis his omnibus, quæ reuera concedenda ſunt, poſsit ſtare prudentia ſine morali uirtute. Quod oſtenditur ſatis manifeſtè, tum ex parte intentionis rectæ ſuppoſitæ ad finem bonum, tum ex parte ipſius electionis bonæ mediorum ad finem, unde maximè eſt uirtus moralis ſecundum naturam. Ex primo quidem quia recta intentio finis, uoluntas, uolitio, ſeu appetitus boni finis uirtutis moralis, pariter & bona exiſtimatio eius, ſunt prorſus ante uirtutem moralem, & omnino ſunt priora quàm ipſa ſit moralis uirtus: ideo profectò non ſequitur quòd ſi prudentia bonam intentionem & bonam exiſtimationem finis requirit, quoque moralem uirtutem requirat. Non enim ex illis duobus ſolùm conſtat moralis uirtus, quia omnis uirtus moralis, eſt habitus electiuus mediorum quæ ſunt ad finem, genitus ex frequentatis actibus eligendi ſeu operandi ſecundum rectam rationem: unde recta intentio finis, ſeu quod idem eſt, uelle ipſum ſeu appetitus finis boni, ſimul & bona exiſtimatio eius, poſſunt ſtare in aliquo longo tempore, ante moralem uirtutem. Sic ſæpiſsimè experimur in nobis, qui ſæpe bonum finem uirtutis uolumus & bonam exiſtimationem illius habemus; quando nec propter il- H lum bonum finem conſequendum aliquid operamur, nec propter illum aliquod operandum eligimus. Quæ uirtus moralis tunc eſt ibi? Illa ergo intentio ſeu uolitio aut appetitus boni finis, nec eſt moralis uirtus, nec eſt à morali uirtute. Vnde ergo eſt? Conſtat quòd non à prudentia, quia prudentia ſupponit & ante requirit illam; nec agit prudentia de finibus, ſed tantùm de mediis ad fines. Vnde eſt igitur illa intentio ſeu appetentia boni finis? Vnde uenit in mentem? Quidem fines per ſeipſos in mentem ueniunt, ut dixit ipſe Ariſtot. in ſuis Ethicis, uel uenire poſſunt ex naturali inclinatione quam habent homines ex natura, à ſua natiuitate, quidam ad iuſtitiam, quidam ad temperantiam, quidam ad fortitudinem, & quidam forte ad omnes. uel ad multas, ſecundum naturale temperamentum, de qua re etiam Ariſtoteles in ſuis Ethicis *Lib.6.* multa docuit: naturalia enim excitant ad moralia, ut eſt notiſsimum. Sed magis utique in mentem ueniunt boni fines à Deo, *Iacobi 1.* à quo eſt omne bonum, Omne datum optimum, & omne donum perfectum. Neque ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra, ex Deo eſt. Ergo prius natura & tempore eſt uolitio

finis

A ſinis boni; quàm moralis uirtus, in ſuo eſſe
uirtutis: perinde autem ſimiliter prior eſt
morali uirtute, exiſtimatio eiuſdem boni fi-
nis: prior, inquam, quoque ſimiliter natu-
ra & tempore. Quomodo probatur? Quia
nihil poteſt eſſe appetibile, niſi ſub ratione
boni; ſicut nihil poteſt eſſe odioſum niſi ſub
ratione mali. Vnde ex quo eſt appetentia ali-
cuius, eſt bona exiſtimatio eius: immo bona
exiſtimatio præcedit appetentiam, ſicut in-
tellectus præcedit uoluntatem, & actus in-
tellectus actum uoluntatis. Ideo igitur non
ſequitur, ut ſi prudentia ante requirat rectã
intentionem uel uoluntatem finis boni, ante
requirat ſtatim uirtutem moralẽ. Hoc autẽ,
procedendo ex primo. Ex ſecundo uerò pro
batur idem, non minus manifeſtè. Virtus e-
nim moralis, eſt habitus genitus ex freqnen
tatis actibus eligendi ſen operandi ſecundnm
rectam rationem, & cum recta ratione: ele-
ctiuus, inquam, illorum operum quæ recta
ratio dictat, iudicat, & præcipit, ad conſe-
cutionem finis boni. Prudentia autem, habi-
tus genitus ex frequentatis actibus conſilian
B di, iudicandi, & præcipiendi de mediis ad fi-
nem bonum perducentibus. Igitur ſine du-
bio prudentia ex hac parte quoque poteſt eſ-
ſe ſine uirtute morali. Poteſt nanque pruden
tia habere omnes actus ſuos conſultandi, iu-
dicandi, præcipiendique, prius natura & tem
pore, quàm ſit electio uoluntatis: hoc eſt,
prius natura & tempore, quàm uoluntas ue
lit id quod prudentia conſultat, iudicat, præ
cipit. Quidem quod prius natura, manife-
ſtum eſt. Electio enim uoluntatis non eſt ni-
ſi de iam conſiliatis, iudicatis, & imperatis
practicè, per intellectum: ideo igitur conſul
tatio, iudicium, & imperium practicum de
agendis ad finem, prius natura ſunt, quàm
ſit uoluntatis electio. In his autem complen
tur omnes actus proprii prudentiæ, nec aliũ
actum intrinſecum habet prudentia. Quod
uerò omnes ii actus eſſe poſsint prius tem-
pore, quàm ſit electio uoluntatis de illo me-
dio ad finem, de quo prudentia conſultauit,
quod iudicat, quod imperat, non poteſt non
eſſe notum apud omnes; maximè non poteſt
non eſſe notum, apud Chriſtianos. Primùm
quia quicquid & quomodocunque pruden-
tia dictet de aliquo medio agendo ad finẽ con
ſequendum, nulla eſt apparentia, quòd uolun
tas moueatur ad illud medium eligẽdum aut
uolendum efficaciter, niſi finem illum uelit
efficaciter, & illud medium ſine difficultate
offeratur: nam ſi uoluntas finem inefficaci-
ter uult, aut medium illud cum difficultate
offertur, ridet omnino medium, neque illud
eligit uelle ſuo. Vbi ergo uoluntas inefficaci-
ter uult finem, aut ubi medium difficultatem C
habet, nullo modo apparet quòd uoluntas
neceſſariò cogatur uelle illud tale mediũ: ap-
petentia.n. inefficax finis nõ poteſt neceſſariò
excitare appetentiam efficacem medii, & ex
difficultate medii poteſt uolũtas deſiſtere ab
appetentia efficaci finis. Secundò quia quic-
quid iudicet aut dictet intellectus agendum,
ſiue in generali, ſiue in particulari, ſiue in
uniuerſali & in particulari ſimul, ſemper li-
bera eſt uoluntas ad omnem actum ſuum eli-
gendi aut nolendi, elicitum, moralem, deli-
beratum, efficacem: ideoq; ab omni actu
ſuo tali poteſt ſine dubio abſtinere, & omnẽ
actum ſuum talem poteſt habitum ſuſpende-
re, atque non habitum non elicere. Sic mul-
tum ante nos, ſæculis ſuperioribus dixit ar- *Articul.*
ticulus ille Pariſienſis protritus & celeberri- *Pariſien.*
mus, Stante ſcientia in uniuerſali & in parti- *á multis*
culari, uoluntatem non poſſe uelle oppoſi- *conceſſus,*
tum, error: Qui articulus adhuc eſt in for- *& á mul*
ma grauiori, quàm ſit hæc determinatio. Er- *tis nega-*
go poſſumus prius tempore habere omne & *tus.*
totum officium prudentiæ, conſultandi, iu-
dicandi, & præcipiendi de mediis ad finem,
quàm habeamus electionem uoluntatis de
ipſis; & per conſequens, quàm habeamus
moralem uirtutem: Quia autem in iſtis
actibus prudentiæ, conſiſtit ratio ſeu uirtus
prudentiæ, poteſt ſine dubio eſſe prudentia
ſine uirtute morali. Itaque utraque uia pro-
cedentes, ſemper inuenimus quòd pruden- D
tia quantum ad eſſe uirtutis ſecundum natu-
ram, non pendet á morali uirtute, nec mo-
rales uirtutes habet connexas ſibi in ſuo ip-
ſius eſſe uirtutis. Cæterùm propter has ratio
nes, & propter multas alias, quas omnes,
ipſi optimè nouerunt, theologi noſtri prio-
res, non aliunde dixerunt prudentiam habere
alias uirtutes morales ſibi connexas, & ab
illis dependere, niſi quia oportet prudentiam
eſſe fortem, temperatam, atque iuſtam, &
ſimilia. Sic Auguſtinus ĩ De Trinitate, & Gre *Lib.6.*
gorius in moralibus, dicunt. Quæ, fortitu- *Lib.22.*
do, temperantia, iuſtitia, non ad prudentiam
quoad uirtutis eſſe, ſed ad prudentiam quo-
ad uirtutis ſtatum requiruntur: ut ſit pruden
tia firma, ſtabilis, permanens, immobilis,
fixa, in omni tempore, in omni loco, & in o-
mni euentu. Hinc etiam poſteriores theolo-
gi conſtanter aſſerunt, poſſe eſſe prudentiam
in intellectu, ſine eo quòd ſit uirtus moralis
in uoluntate: ſic aiunt Scotus in ſuis ſenten-
tiis de connexione uirtutum agens, Okam in
ſuis Quodlibetis, etiam Gabriel Biel in ſuo
opere ſententiarum, multiq; alii qui iſtos ſe-
quuntur in hac re, ſicut & in aliis non paucis.
Probat Scotus quòd poſsit ſtare rectum di- *Lib.3.*
ctamen *Diſt. 36.*

E ctamen prudentiæ in intellectu de aliquo bono faciendo aut malo uitando, ſine hoc quòd uoluntas eligat aut uelit illud bonum, oderit, aut fugiat illud malum. Primùm per Auguſtinum circa illud, Forte uiuos deglutiſſent nos, Hi ſunt qui uiui abſorbentur, qui ſciunt malum eſſe & lingua conſentiunt, abſorpti moriuntur. Et circa illud, Fiat menſa eorum corám ipſis. Quid eſt uitiis conſentientes, niſi ſcientes non debere conſentire. Ecce uorunt muſcipulam, & pedem ponunt. Et circa illud, Concupiuit anima mea deſiderare. Præcedit intellectus, ſequitur tardus aut nullus affectus. Deinde probat idem Scotus per illud Philoſophi, Ratio parum uel nihil ualet ad uirtutem. Ex quo arguit, quia ſi rectitudo intellectus in conſiderando neceſſario, haberet per concomitantiam uolitionem rectam, cum ſcientia multum faciat ad conſiderationem rectam, & per conſequens multum faceret ad rectum uelle. Probat quoque Gabriel quòd poteſt ſtare iudicium rectũ in intellectu, & nulla eſſe electio conformis in uoluntate & affectu: primùm quidem eiſdem auctoritatibus, quibus Scotus, Viui abſorbentur, quia ſciunt malum eſſe, & tamen conſentiunt. Quid eſt uiuos eſſe uitioſis conſentientes, niſi ſcientes uitio conſentire non debere, & tamen conſentire. Ecce nouerũt

quaſt.1. art.2. — *Ethic. 2. Cap. 2. et 4.* — *Lib.3. Diſt.36. Queſt.1. Art.2. Part.2. Concl.3.*

F muſcipulam, & pedem mittunt. Præcedit intellectus, & ſequitur tardus aut nullus affectus. Sic probat quòd poſſumus rectè ſcire, & non rectè uelle: immo etiam quòd poſſumus bonum ſcire, & malum facere. Rem pro ſequitur alio modo ſic, Stante dictamine recto in intellectu, uoluntas poteſt elicere oppoſitum contra dictamen rationis uitioſæ; & ſic ſtat actus prudentiæ in intellectu; ſine actu uirtuoſo in uoluntate: immo cum actu uitioſo. Antecedens patet, quia niſi ſic, uoluntas non poſſet peccare niſi eſſet error in intellectu: & per conſequens nullus poſſet peccare ex malitia, contra cõmunem diſtinctionem peccati in peccatum ex ignorantia, ex infirmitate, ex malitia. Præterea, ſciens non eſſe fornicandum, poteſt uelle fornicari, & ita uelle contra dictamen rectæ rationis. Antecedens patet, quia ſciens nullum prohibitum lege diuina, eſſe faciendum, & quòd fornicatio eſt quid lege diuina prohibitum, ſcit fornicationem non eſſe faciendam, quia cognita maiore & minore, ſimul cognoſcitur & cõcluſio: & talis poteſt uelle fornicari: immo fornicando poteſt dictamen contrarium rationis habere & illud attendere, ut certa docet experientia: ſicut de furto; alioquin nullus poſſet ſcienter tranſgredi præcepta, contra illud, Seruus ſciens uoluntatem domini

G ſui & non faciens, uapulabit multis. Qui autem non cognouit & fecit digna plagis, uapulabit paucis: ubi innuitur aliquos contra domini uoluntatem ſcienter operari. Hæc & alia ponit ibi ad idem Gabriel, quæ facilè apud ipſum uideri poſſunt. Plures alias rationes adducit Okam, quas non eſt opus modo referre: uideat, qui uelit apud ipſum, aut cui uacat apud omnes uidere omnia, in propriis auctorum codicibus. Quid ergo dicendum? Si ue una uia, ſiue alia procedamus, ſemper in uenimus, poſſe quidem eſſe prudentiam in nobis ſine morali uirtute: quia poteſt eſſe in nobis recta ratio agibilium in intellectu, tũ in uniuerſali, tum in particulari, abſque eo quòd uoluntas, ea agibilia eligat, aut uelit. Quomodo igitur Philoſophus tractando de neceſſaria connexione prudentiæ cum uirtutibus moralibus, dicit, Impoſsibile prudentem eſſe non entem bonum. cuius rei rationem aſsignat, dicens, Peruertit enim malitia, & mentiri facit circa practica principia. Reſpondemus, Hoc ita propter duo determinauit Philoſophus, Alterum quia nemo poteſt prudens eſſe, aut prudens fieri, niſi rectam habeat intentionem finis; hoc eſt, appetentiam & bonam exiſtimationẽ finis boni moralis uirtutis, ut iam dictum eſt, conceſſum, atque probatum. Quiſquis autem uolitionem habet finis boni, & bonam exiſti

Quodl. 4 Quaſt.6. & in 3. quaſt. 12. — *Eth.lib.6 Cap. 10.*

H mationem de ipſo, iam initium primordiũq; aliquod habet uirtutis, ſecundum quod iam bonus eſſe incipit, rectam habens intentionem, & bonam exiſtimationem de illo. Alterum, quia non ſolùm agebat de prudentia, quantum ad uirtutis eſſe, ſed etiam quantum ad uirtutis ſtatum: ut firma eſſet prudentia, fixa, permanens, & immobilis, in omni tempore, in omni loco, in quocunque euentu, & in quacunque materia dictaſſet agibilium. At profectò talis non eſt prudentia, niſi quo que fortis ſit, temperata, iuſta, & cætera huiuſmodi. Dupliciter ergo prudentia habet ſibi annexas uirtutes morales & ab illis dependet: uno modo quantum ad inchoationes illarum, alio modo quantum ad ſuam ipſius perfectionem & permanentiam in omni euẽtu. Profectò autem de his duobus modis connexionis loquendo, nemo noſtrum eſt qui ambigat, aut neget, fidem noſtram Chriſtianam habere connexas ſibi alias uirtutes theologicas, ſpem, atque charitatem. Habet enim illas connexas ſibi quoad inchoationes earum, ut iam ſupra probatum eſt, & conceſſum: atque rurſus indiget illis, quoad ſuũ ſtatum perfectum, firmum, & completum, ut fixa ſit & permanens & completa, omni tempore, in omni loco, in omni euentu. Bo

nus

A nus enim ſtatus fidei eſt, ut ſit ſperans, ſitq́;
amans: ſicut bonus ſtatus eſt prudẽtiæ, quòd
ſit fortis, temperata, iuſta: tunc enim fides
ſuos partus habet, quibus fortificatur, & ro-
Matt.1. boratur. Sic Gloſſa ſuper Matthæum dicit,
quòd fides generat ſpem, ſpes uerò charita-
tem. Et nos omnes ingenuè confitemur ſe-
cundum diuinas ſcripturas, fidem ſine chari-
tate mortuam eſſe, & charitatem ſine ſpe eſ-
1.Cor.13. ſe non poſſe: quia, Et ſi habuero omnem fi-
dem ita ut mõtes transferam, charitatem au-
Iacob 2. tem non habuero, nihil ſum. Fides enim ſi-
1.Cor.13. ne operibus mortua eſt. Et charitas, Omnia
ſperat. Conſtat etiam quòd qui aut non a-
mat, aut non ſperat, facilè eſt, ut non credat,
ut à fide excidat, fidemq́; relinquat, ſaltem
quoad aliquod credibile. Quomodo poſſunt
credere, quia inuicem gloriam quærunt. Et
Coloſ.3. Paulo teſte, Auaritia eſt ſimulacrorum ſerui
tus. Alibi, Nam qui uolunt diuites fieri, in-
cidunt in tentationem, & in laqueum diabo-
1.Tim.6. li, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ
mergunt homines in interitum & perditio-
nem. Radix enim omnium malorum, eſt cu-
piditas: quam quidam appetentes errauе-
runt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus mul-
tis. Non eſt igitur fixa fides, durans, aut per-
manens, ubi non eſt ſpes, aut charitas. Vbi
B enim non uiget charitas, ſine dubio uiget cu-
piditas: ubi autem uiget cupiditas, ædificat
ad gehennam, & non patitur fidem fixum uel
permanentem habere ſtatum. Radix enim
omnium malorum (inquit Paulus) eſt cupi-
ditas. Quæ cupiditas? Humanæ gloriæ, fa-
mæ, laudis, honoris, aut diuitiarum, uel
quorumuis talium bonorum, aut ſimilium.
De illis priuatim agebat Apoſtolus, qui diui
tes fieri uolunt, ſed generalem de cupiditate
fecit doctrinam, affirmans, radicem omnium
malorum, eſſe cupiditatem, & quòd quidam,
eam appetentes à fide errauerunt. Saluator
Ioan. 5. etiam noſter, Quomodo nos poteſtis crede-
re, qui gloriam ab inuicem accipitis, & glo-
riam quæ à ſolo Deo eſt non quæritis? Eadem
mala facit ambitioſus, uel fortaſsis maiora,
cupiditate honoris, famæ, aut gloriæ mun-
danæ; quæ facit auarus, cupiditate diuitia-
rum: utraque cupiditas ualde malè afficit ani
mam, & multa in ea gignit deſideria inutilia,
atque nociua. Habeat ergo fides connexas
ſibi alias uirtutes theologicas, ſpem, atque
charitatem; ſed hoc quantum ad ſtatum uir-
tutis, qui eſt fixus ac permanens in omni e-
uentu, non quantum ad eſſe rei. Omnino ſi-
cut concedimus de prudentia, quòd conne-
xas ſibi habet omnes uirtutes morales: ſaltẽ
principales, & ſecundum ſtatum uniuscu-
iuſque. Niſi quòd forte maior uidetur eſſe
ratio de prudentia, ut habeat ſibi connexas C
uirtutes morales: quàm uideatur eſſe de fi-
de, ut habeat ſibi cõnexas alias uirtutes theo
logicas. Eſt enim prudentia, habitus quidam
operatiuus ſecundum rationem & cum ra-
tione, quædamq́ue practica ſcientia ſolum
modo, quæ fines moralium uirtutum ſuppo
nit, & circa media ad illos negociatur, inqui
rendo, conſultando, iudicando, imperando.
Vnde pendet quidem à recta intentione aut
uolitione finis, quæ pertinet ad moralem uir
tutem, & ſine qua nullo modo erit pruden-
tia: quia non uolito fine recto, quem pruden
tia ſupponit, peribit primum principium
prudentiæ, & falſum iudicabitur, aut negli-
getur. Fides autem uirtus habitualis, eſt ha
bitus quidam non ſolùm operatiuus, aut
qui ſolùm dirigat in praxim; ſed etiam eſt ſpe
culatiuus, & qui quoque dirigit in ſcire. Eſt
enim de omnibus ueritatibus reuelatis, cir-
ca illas, uel ad illas: quæ certè ueritates reue
latæ, partim ſunt ſpeculatiuæ, partim pra-
cticæ, ut conſtat omnibus. Non igitur tan-
tùm pendet à uirtutibus practicis, quales
ſunt ſine dubio, ſpes, atque charitas: qua-
rum quaſi prudentia, eſt fides.

SANCTVS Thomas non admittit articu
lum illum Pariſiẽſem allegatum in eo quod di D
cit, Stante ſcientia in uniuerſali & in particu-
lari, uoluntatem non poſſe uelle oppoſitum,
error. Immo concedit quòd ſtante ſcientia
in uniuerſali & in particulari, in habitu & in
actu, uoluntas non poteſt uelle oppoſitum. *Lib. præ-*
Sed de hac inquiſitione altiſsima, paulò poſt *ſenti.*
dicendum eſt affatim eo loci ubi ſancti Tho-
mæ & Scoti ſententiæ ponuntur, ac decla-
rantur. Nunc enim ex oppoſito ſolùm agi- *Opinio 1.*
mus de connexione uirtutum moralium adi-
uicem, ut ex illa oſtendamus intentum quo-
ad connexionem uirtutum theologicalium.
Quoad hanc uerò connexionem moralium *S. Tho.*
uirtutum, ſanctus Thomas ſic mouet quæſtio *de conne-*
nem, Vtrùm uirtutes morales, ſint adinuicẽ *xione mo*
connexæ? poſtea ponit argumenta nonnul- *raliũ uir-*
la & grauiora, ad partem negatiuam, oſten- *tutum.*
dentia, uirtutes morales non eſſe ad inuicem *Prima 2.*
ex neceſsitate connexas. Deinde ad partem *quæſt.65.*
affirmatiuam, probando quòd ſunt de neceſ- *Art.1.*
ſitate connexæ, adducit Ambroſium, Augu-
ſtinum, Gregorium, Tullium. Dicit enim *Ambr.*
Ambroſius ſuper Lucam, Connexæ ſibi ſunt *ſuper Lu-*
conchatenatæq́; uirtutes, ut qui unam ha- *cam.*
bet, plures habere uideatur. Auguſtinus in *Auguſt.*
De Trinitate, quòd uirtutes quæ ſunt in ani- *lib.6.*
mo humano, nullo modo ſeparantur ab in- *Gregor.*
uicem. Gregorius in moralibus, quòd una *lib.13.*
uirtus ſine aliis, aut omnino nulla eſt, aut *Tullius.*
imperfecta. Tullius in Tuſcul. quæſt. Si unam *lib.2.*

E uirtutem confeſſus es te non habere, nullam neceſſe eſt te habiturum. Idemq́; in libris de Officiis ait, qui unam habeat omnes habere uirtutes. Poſtremò iuxta hos doctores grauiſsimos determinando, duas ſtatuit concluſiones in hanc ſententiam, Prima eſt, loquendo de morali uirtute imperfecta, quæ nihil aliud eſt quàm aliqua inclinatio in nobis exiſtens ad opus aliquod de genere bonorum faciendum, Virtutes morales non ſunt connexæ: ſiue illa talis inclinatio ſit in nobis à natura, ſiue ex aſſuetudine. Secunda eſt, loquendo de morali uirtute perfecta quæ eſt habitus inclinans in bonum opus bene agendum, Virtutes morales ſunt connexæ; ut ferè ab omnibus exiſtimatur. Ita explicat mentem ſuam circa hanc quæſtionem his duabus concluſionibus, quas & probat in eodem loco: conſiderando prudentiam in ſuo eſſe prudentiæ, pro ut concernit totam materiam agibilium, atque pro ut ipſa dependet à moralibus uirtutibus, ſecundum quòd uirtutes morales dependent ab ipſa, & ſecundũ quòd uirtutes morales dependent inuicem, hæc ab illa, aliæ ab aliis. Scotus autem conſiderando ſolam connexionem uirtutis moralis cum prudentia ſua, ideſt illius materiæ, & non è contra, putauit aut putaſſe uidetur, nec prudentiam moralem uirtutem, nec moralem uirtutem prudentiam ſimpliciter, ideſt, totius agibilis, nec unam moralem uirtutem, aliam moralem coexigere: ſed ſimul ſtare, aut ſimul ſtare poſſe, quòd aliquis ſit temperatus in ſummo, & tamen auarus, iniuſtus. etc. Primum fũdamentum eius contra prædictam connexionem uirtutum, eſt ex eo quòd morales uirtutes ſunt plures & diſtinctæ perfectiones partiales mentis noſtræ: & quando ſunt plures perfectiones partiales alicuius perfectibilis, uidetur quòd poſsit aliud perfici ſecundum unam, etiam ſi non perficiatur ſecundum aliam. Secundum eſt ex definitione uirtutis moralis. 2. Ethic. Quælibet uirtus moralis, eſt habitus electiuus immediete conſiſtens, determinata ratione, pro ut ſapiens determinabit, abſque determinatione & electione medii in alia materia: ergo eſt uel poteſt eſſe uirtus ſine cõnexione ad alias uirtutes: Et antecedens patet, quia in definitione uirtutis, non ponitur niſi cõnexio ad prudentiam ſeu rationem determinãtem medium in illa materia. Tertium eſt ex exercitio cauſante uirtutem: quia poteſt aliquis optimè ſe exercere in materia unius uirtutis, & non in materia alterius: & ſic habituari in una, non autem in alia. Quartum eſt ex diſtantia, quia uirtutes eiuſdem generis, quæ ſunt propinquiores, non ſunt connexæ: puta uirginitas & caſtitas coniugalis. Ergo à fortiori, uirtutes diſtinctæ ſecundum genus, ut cardinales, quæ magis diſtant, non ſunt connexæ. Quintum eſt ex inconuenientibus quæ ſequuntur ad uirtutum connexionem, tum quia aliqua uirtus eſſet uirtus, ante quàm eſſet uirtus; tum quia nulla uirtus eſſet prima; tum quia unus actus generaret omnes uirtutes. Caietanus perſpexit hæc omnia; & tandem ſecundum declarationem quandam, quæ profectò fuit ex mente ſancti Thomæ deſumpta, conciliat omnes. Declaratio eſt, quia uirtus poteſt conſiderari ſecundum diſpoſitionem, pro ut eſt diſpoſitio: uel ſecundum habitum, pro ut habitus: uel ſecundum ſtatum, pro ut eſt in ſtatu uirtutis. Vt quidem ſicut in communiſsimis rationibus, primæ ſpeciei qualitatis, inuenitur habitus dupliciter; ſcilicet per modum diſpoſitionis & per modum habitus: & præter hæc, diſpoſitio, ſiue per modum diſpoſitionis; ſiue per modum habitus: Sic in uirtute ut ſic, quæ eſt ſpecies habitus, inuenitur qualitas, quæ eſt ineſſe uirtus dupliciter, ſcilicet habens ſtatum uirtutis, & non habens ſtatum uirtutis: & præter hæc inuenitur ſub ſpecie diſpoſitionis inclinatio ſeu diſpoſitio ad uirtutem. Vt quidem ex his tribus, uidelicet uirtute in ſtatu uirtutis, uirtute non in ſtatu uirtutis, & diſpoſitione ad uirtutem, ſola prima uirtus perfecta ſit, & dicatur. H Etenim quid ſit uirtus ſecundum eſſentiam, uel quæ ſit uirtutis eſſentia, ſeu in quo conſiſtat, colligitur alibi ex ſancto Thoma per definitionem uirtutis: ubi ait, uirtus eſt bona qualitas, ſeu habitus mentis, qua rectè uiuitur, & qua nullus malè utitur, & cætera. In quo autem conſiſtat perfectio ſtatus uirtutis, declarat ſanctus Thomas in loco de quo agimus, dicens, quòd inclinat ad bonum bene; ſubintelligendo, cum firmitate, ac delectabiliter in omni euentu. De qua re ſic habemus apud Philoſophum explicatius, quòd ſciens, quòd eligens, quòd propter hoc, quòd immobiliter habens ipſam, operetur. Ita ergo conciliat, ut uirtutes ſint quidem connexæ quantum ad ſtatum uirtutis, quod intẽdit ſanctus Thomas: licet quidem bene poſsint eſſe non connexæ quantum ad diſpoſitionem, ſeu etiam quantum ad habitum, ut probat Scotus. Et quidem placet conciliatio. Hoc eſt etiam quod nos diximus paulò ante, cum de uirtute, quantum ad ſtatum eius, loqueremur: quia re uera, ita iudicabamus dicendũ ſecundum ueritatem: ſecundum quam & Caietanus reſpondet benè ad omnia argumenta Scoti, declarando etiam quomodo illa procedunt ſua uia, loquendo & concludendo de uirtute

Opin. 2. Scotus. Lib. 3. Diſt. 36.

F

G

Concilia. Caetan. Prim. 2. quæſt. 65. ſuper artic. 1. in principio.

Prim. 2. quæſt. 56. art. 4.

Ariſtote. Ethic. 2.

A tute quantum ad diſpoſitionem quandã, quãtumq; ad eſſentiam aut habitum, ſed non quãtum ad ſtatum. Sententia autem ſancti Thomæ non ſolùm eſt uera & ſecundum determinationem ſanctorum doctorum, ut ipſe allegat, quin etiam & grauiſsima habet fundamẽta, quæ bene uiderunt philoſophi Gentiles, Ariſtoteles & Cicero, & quæ nos modo omittimus breuitatis cauſa. Videant apud ipſum ii quibus ocium eſt.

Caeterùm & quod diximus, ſimile quid eſſe, ut ſicut prudentia requirit uirtutes morales, ſic etiam fides requirat alias uirtutes theologicas, & habeat connexionẽ quandam cum illis: uidelicet intelligendo de prudentia atque de fide perfecta ſecundum ſtatũ, non autem intelligendo de prudentia aut fide ſecundum diſpoſitionem aut habitum; etiam ſanctus Thomas docuit egregiè. Sic enim mouet quæſtionem, *Gloſ.* Vtrum fides & ſpes poſsint *Mat. 1.* eſſe ſine charitate? Determinando autẽ quòd *S. Tho.* ſic, ex Gloſſa quadam dicente, fidem genera- *Prim. 2.* re ſpem, ſpem uerò charitatem: ait quòd ge- *queſt. 65.* nerans eſt prius generato, & poteſt eſſe ſine *art. 4.* eo. Ob quod concludit, Ergo fides poteſt eſſe ſine ſpe, & ſpes ſine charitate. Magis autem *Ibidem* declarando inquit, Dicendum, quòd fides & *in corpore* ſpes, ſicut & uirtutes morales, dupliciter con*articuli.* ſiderari poſſunt. Vno modo ſecundũ inchoationem quandam, Alio modo ſecundum per- B fectum eſſe uirtutis. Cum enim uirtus ordinetur ad bonum opus agendum, uirtus quidem perfecta dicitur ex hoc, quòd poteſt in opus perfectè bonum: quod quidem eſt, dum non ſolùm bonum eſt quod fit, ſed etiam bene fit. Alioquin ſi bonum ſit quod fit, non autem bene fiat, non erit perfectè bonum: inde nec habitus, qui eſt talis operis principium, habebit perfectè rationem uirtutis. Sicut ſi aliquis operetur iuſta, bonum quidem facit, ſed non erit opus perfectæ uirtutis, niſi hoc bene faciat, id eſt ſecundum electionem rectam, quod eſt per prudentiam. Et ideo iuſtitia ſine prudentia, non poteſt eſſe uirtus perfecta. Sic igitur fides & ſpes ſine charitate, poſſunt quidem aliqualiter eſſe, perfectæ autem uirtutis rationem, ſine charitate non habent. Cum enim fidei opus ſit credere Deo, credere autem ſit, alicui propria uoluntate aſſentiri: ſi non debito modo uelit, non erit fidei opus perfectum. Quod autem debito modo uelit, hoc eſt per charitatem, quæ perficit uoluntatem. Omnis enim rectus motus uolũtatis, *Auguſt.* ex recto amore procedit, ut Auguſtinus di*De ciuit.* cit. Sic igitur fides eſt quidem ſine charitate, *Dei.* ſed non perfecta uirtus: ſicut temperantia uel *Lib. 14.* fortitudo ſine prudentia. Hæc ille. Pertinet *tom. 5.* eodèm quod ait Magiſter ſententiarum, dum oſtendit quomodo fides dicatur fundamentũ C omnium aliarum uirtutum & bonorum ope *Magiſt.* rum: quomodo poſsit eſſe ſine aliis theologi *ſen. lib. 3.* cis, & quomodo non: oſtendens connexio- *diſt. 24.* nem uirtutum. *lib. 3.* *diſt. 36.*

Quo pacto uerè credens peccare, rectè uerò ſciens, malè agere poſſint. Probatur manifeſtè, habitum fidei non habere connexam ſibi neceſſariò charitatem. Quomodo ratio poſſit à paſſione contra ſuam ſcientiam ſuperari: quando eligamus neceſſariò, & quando liberè. CAP. XX.

OLIM apud Gentiles Philoſophos ſatis anxiè quæſitũ diſceptatumq; eſt, Quo pacto æſtimans rectè, incontinens eſt quis? hoc eſt, quomodo aliquis qui habet rectam æſtimationem de aliquo faciendo uel non faciendo, eſt incontinẽs operando contrarium. Vnde Socrates id in dubium uocans, dicebat tandem, non poſſe ſcientem, agere contra id quod ſcit faciendum eſſe: quam ob rem non admittebat poſſe ſapientem, ſeu ſcientem aliquem, ſimul eſſe incontinentem. Ratio ſua præcipua atque unica ea fuit, Quòd ſcientia omnis, tum ſpeculatiua, tum practica, pertinet ad partem noſtram rationalem per ſe: quæ pars noſtra eſt D potiſsimum omnium naturalium quæ ſunt in homine, excellentius, & quid diuinum, ſuper partem noſtram concupiſcibilem, ſuper partem noſtram iraſcibilem, ſuperq; omne naturale quod eſt in nobis, & non eſt ipſum: quod ſemper excolere, & ſecundum quod uiuere debemus. Quæ pars noſtra principem habens locum in regno animæ, ſicut eſt ipſa potentiſsima & principaliſsima, tunc per ſe quidem imperat, quando oſtendit uel dictat aliquid eſſe faciendum aut fugiendum: ſi autem tunc hominem concupiſcibilem, iraſcibilem, aut puram uoluntatem ſequens poſſet contrariũ operari, iã aliquid eſſet in homine, quod circa agibilia humana maius quàm pars rationalis per ſe & prĩcipiliſsima, haberet imperium, ipſique parti rationali principali & dominæ imperaret eamq; traheret quaſi ſeruam. Quod cum reputaſſet Socrates durum & impoſsibile, uolens partem noſtram rationalem in ſuo naturali conſeruare primatu, docuit non poſſe ſtare ſcientiam cum incontinentia: hoc eſt, non poſſe oppoſitum facere qui in ſua mente iudicat aliquid eſſe faciendum. Sic ergo amoliebatur deturbabatq; incontinentiam è ſcientia, ratus omnino non poſſe hominem malè agere per incontinentiam, ſed ſolùm per ignorantiam. Ita de So-

 crate

E crate refert Ariſtoteles in ſuis Ethicis, dicẽs, *Lib.7. in princ.* Dubitabit autem utique aliquis, qualiter æſtimans rectè, incontinens eſt quis? Scientem quidem igitur non aiunt quidam poſsibile eſſe. Durum enim ſcientia exiſtente (ut exiſtimabat Socrates) aliud quidem imperare & trahere ipſum quemadmodum ſeruum. Socrates quidem enim totaliter pugnabat ad rationem, ut non exiſtente incontinentia. Nullum enim exiſtimantem operari præter optimum, ſed propter ignorantiam. Hæc ille. Sic ergo Socrates dixit. Ariſtoteles autem iſta referens, aſſerit quòd ſermo ille Socratis dubitat de apparentibus manifeſtè: manifeſtum eſt enim quòd incontinens peccat quidem conſcientia factum improbante ſibiq; ſuccenſente, quòd ſe malè agere ſciat. Vnde fatetur poſſe ſtare utique incontinentiam, cum ſcientia agendorum; & poſſe eſſe ſcientes, incontinentes ſimul. Neque aliam adducit probationem, niſi ſolam experientiam: quæ profectò ſufficit, ut omnes nouimus: ſuperfluit enim alia probatio, ubi eſt experientia. Quia uerò ratio Socratis eſt fortiſsima, & mirum in modum ueritatis eſt delibuta coloribus, nititur Ariſtoteles oſtendere, quomodo incontinens ſit ſciens, hoc eſt, qualem incontinens habet ſcientiam agendorum, uel fugiendorum. Diſtinguit enim primùm de habentibus habitum ſcientiæ, quia quidam habent F habitum & utuntur illo; quidam uerò habitum habent, & eo habitu non utuntur, quia non actu conſiderant, ea de quibus eſt habitus. Diſtinguit ſecundò de propoſitionibus quibus oportet uti in agibilibus, quia alia eſt uniuerſalis, alia eſt particularis: & quòd quidem bene ſtat ut quidam utranque ſciat in uniuerſali, & utranque conſideret in particulari: & ut quidam utrinſque habitum habeat, & ſolam uniuerſalem in actu conſideret. Diſtinguit tertiò, quia quidam habent habitũ ſcientiæ ſolutum, ut ſtatim poſsint prodire in actum cum uoluerint: alii habent habitum ligatum, ut non poſsint ſtatim prodire in actum, ſicut dormiens, & uinolentus. Ad propoſitum autem applicando, docet quidem, ſcientem incontinentem, talem eſſe, quales ſunt qui habitum ſcientiæ habent, & habitu non utuntur; quales etiam ſunt qui ſcientes ſecundum habitum propoſitionem uniuerſalem, & particularem agibilium, in actu tantùm uniuerſalem & non particularẽ conſiderant: quales quoque ſunt, qui habent habitum ligatum, quo non poſſunt ſtatim uti, uicti à paſsionibus, quæ non nunquam corpus hominis ipſius tranſmutant, & nonnunquam in furorem atque inſaniam adigunt. Sic ergo, ut determinat, ideo rectè ſciens, malè

agit. quia habet habitum agendorum, & nõ G utitur illo: quia ſciens propoſitionem uniuerſalem & particularem de agendis, ſolam uniuerſalem conſiderat actu, non particularem: quia habet habitum non ſolutum, ſed paſsionibus ligatum. Vnde manifeſtè docet, quòd ſi quis in mente habeat propoſitionem uniuerſalem & particularem alicuius rei agibilis, & illas propoſitiones applicet in conſequentia, neceſſe eſt ut & animus aſſentiat, & ad opus procedat, ſi poteſt & non prohibetur. Verba eius ſunt, ſecundum uerſionem Leonardi Aretini, Inſuper & hoc modo quis *Ethic. lib.7.* naturaliter inſpiciat cauſam. Hæc quidem enim uniuerſalis opinio. Altera autem de ſingularibus eſt, quorum ſenſus iam proprius. Cum autem ex illis fiat una, neceſſe eſt ut concluſioni hac quidem aſſentiat animus, & in his quæ factum requirunt, agat: Ceu ſi omne dulce guſtare oportet, hoc autem dulce tanquam unum aliquid de ſingularibus; neceſſarium eſt qui poteſt nec prohibetur, ſimul & hoc agere. Hæc ille. Ecce clarè aſſerit, neceſſe eſſe eum qui in uniuerſali & in particulari ſcit actu, aliquid faciendum, ſtatim agere ſi poteſt, & non impeditur: ex quibus liquet, Ariſtotelem bene quidem differre à Socrate in eo quòd dat ſcientem in uniuerſali & non in particulari, poſſe eſſe incontinentem, ſed H conuenire cum eo in eo quòd fatetur ſcientem in uniuerſali & in particulari de aliquo agibili agendo, cogi facere illud ſi poteſt & minimè impediatur. Quod fortaſsis totum diceret Socrates, ſi particulariter fuiſſet interrogatus: loquens enim de ſciente, magis uidetur de ſciente in uniuerſali & in particulari dixiſſe. Itaque Ariſtoteles cum ſcientia in uniuerſali & in particulari applicatis ſimul in conſequentia, non admittit incontinentiam: intelligendo de ſcientia practica, hoc eſt, rerum agendarum uel fugiendarum. Hinc eſt quòd in hac ſententia defixus, quia prudentia dicit utranque ſcientiam agendorum, tum in uniuerſali, tum in particulari: concedit ingenuè in eodem libro paulò poſt, prudentem *Eth.li.7.* non, poſſe eſſe incontinentem. Verba eius ſunt ſecundum eandem Leonardi uerſionem, Nec fieri poteſt, ut unus & idem ſimul ſit prudens & incontinens &c. Idem ad eandem ſententiam in libro de motu animalium, uel in *De aĩalibus 14.* De animalibus, hoc modo uidetur docere, Si maior practica proponatur ab intellectu, & minor ſumatur à ſenſu uel phantaſia, concluſio erit operatio: ita quòd neceſſarium eſt operari ſecundum eam, ſi non impediatur. Hæc fuit ſchola Philoſophorum antiquorũ, Socratis, Ariſtotelis, & multorum aliorum, qui eos ſecuti ſunt. Hanc ſcholam Philoſophorum,

A phorum, non admittit ſchola Chriſtianorũ: ſed eam negat, impugnat, abiicit. Quam ob rem ſchola Pariſienſis contra illam Philoſophorum ſententiam, ſic determinauit, Stante ſcientia in uniuerſali & in particulari: uoluntatem non poſſe uelle oppoſitum, error. Huiuſmodi articulum quidam ex noſtris non audent accipere niſi in ſenſu diuiſionis, quia in ſenſu compoſitionis æſtimant non eſſe poſſibile, ut ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntas oppoſitum uelit. Sic Henricus Gandauenſis in ſuis quodlibetis, & Durandus de ſancto Portiano in ſuis ſententiis. Quicquid autem ſit de illo Articulo Pariſienſi, certum eſt, & non poteſt negari, aut dubitari inter Chriſtianos ſapientes, quòd ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari de aliquo agendo, uoluntas poteſt non uelle illud. Vnde ſi ſic ponatur articulus, Stante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntatem non poſſe non uelle, error. eſt ſine dubio bene determinatum, uerè, piè, ſanctè, catholicè. Quacunque enim ſcientia, tum uniuerſali, tum particulari, tum in uniuerſali & in particulari, ſimul exiſtente in intellectu de aliquo agendo: poteſt uoluntas non uelle illud. Quomodo? Primùm ſi deſiſtat ab ipſo uelle illius finis, ad quem conſequendum ordinatur illud particulare agendum: Secundò ſi illud agendum ſub aliqua difficultate proponatur, ut difficile, ut arduum, ut triſte, aut ut

B quid tale: Tertiò ex ſola libertate uoluntatis. Quicquid enim proponatur uoluntati in hoc ſæculo ſecundum legem datam, bonum, eligibile, faciendum, in uniuerſali, & in ſingulari: poteſt uoluntas ex ſua libertate intrinſeca & naturali, uelle illud, uel non uelle. Quantum ad uelle ſuum formale elicitum, morale, deliberatum, efficax: de hoc enim uelle uoluntatis agimus, quoties eam liberam prædicamus: de inefficaci enim eſt grauiſsima difficultas, de qua infra ſatis dicitur, ſuo loco. Libera eſt enim uoluntas humana ex natura ſua, nec poteſt neceſſariò compelli ab obiecto, nec à ſenſu, nec ab intellectu, nec ab aliqua creatura: ſed bene quidem à ſolo Deo, clarè uiſo, aut quouis alio modo uolente. Optimè ſic innuebat Scotus deducendum, Si conſideratio atque ſcientia uniuerſalis & particularis de bono agendo aut malo fugiendo, neceſſariò hominem cogeret uelle bonũ aut fugere malum, non oporteret ſuadere alicui ut bonum uellet & malum odio proſequeretur: ſed ſufficeret ſuadere unicuique, ut bonum faciendum & in uniuerſali & in particulari conſideraret. Tunc enim non poſſet non aſſentire, non poſſet non uelle, non poſſet non facere. At uerò non ita facimus, ſed

Articul. Pariſien.

Henric. Gandau. Quodl. 10 quæ. 9. 10. Lib. 3. Diſt. 36. queſt. 2.

Part. 3.

magis laboramus ſuadere hominibus, ut bona facienda & mala uitanda, in uniuerſali & in particulari conſiderent; & rurſus, ut bona uelint, utque mala odio proſequantur. C

Manet ergo libera uoluntas, quicquid & quouis modo ſciat intellectus: ideoq; particulariter rogatur, particulariterq; ſuadetur, ut uelit bonum, oderit malum. Sed de uoluntatis libertate, infra (Deo fauente) multa dicenda ſunt. Cæterùm ne nimis digredi uideamur, Quid hæc ad propoſitum? Faciunt quidem multum, totum ſcilicet, quod in præſentia intendimus. Oſtendunt enim quòd ita peccant credentes non perdendo habitum fidei, ſicut malè agunt ſcientes non perdendo habitum ſcientiæ: eſt enim noſtra fides, noſtra ſcientia. Quid tum? Poteſt ſtare habitus fidei ſine charitate, ſicut poteſt habitus ſcientiæ ſtare cum peccato ſeu cum incontinentia mortali: fugit enim charitas omne mortale peccatum, illoq; adueniente recedit. Ergo habitus fidei, non habet connexam ſibi charitatem neceſſariò; ſed poteſt utique ſtare ſine illa, ſicut ſtat cum mortali incontinentia. Quomodo peccant credentes? Omnino ſicut peccant ſcientes. Primùm habentes habitũ fidei, ſed non utentes illo: & quid mirum quòd Geometra iudicet, uelit, aut faciat cõtra principia Geometriæ, non utens habitu ſcientiæ ipſius? Sic nec mirum quòd habens habitum fidei, recteq; credens ſecundum habitum, iudicet, uelit, aut faciat aliquid cõtra doctrinam fidei, non utens fidei habitu, ſed alia conſiderans. Secundò credentes ſecundum habitum propoſitiones, uniuerſalem & particularem rei factibilis aut non factibilis, non conſiderantes tamen in actu, niſi ſolam propoſitionem uniuerſalem: quid mirum ſi credens ſecundum habitum in uniuerſali quòd Deus eſt colendus & in particulari, quòd ire ad eccleſiam & orare Deum, eſt colere ipſum, conſiderans actu illam uniuerſalem, & non hanc particularem, nec ad eccleſiam eat, nec Deum oret? Tertiò habens habitum fidei fortibus paſsionibus implicitum: quid mirum ſi habitu credens, à uehementi paſsione uictus, ut uinolentus, uel inſanus, occidat, adulteret, furetur? Quiſquis ergo peccat credens, (de illis credentibus loquimur, qui non per ignorantiam ſed per incontinentiam peccant) peccat ut ſciens: habens quidem habitum ſcientiæ, ſcilicet fidẽ, & non utens illo, ſaltem in particulari: quia illum ligatum habet, paſsione uehementi. Peccant igitur credentes, ut ſcientes incontinentes. Quòd ſi obiiciat quiſpiam, credentes peccantes incontinentes, aliquando dicere uerba ſcientifica, catholica, & uera, in uniuerſali D

Part. 4. Lib. 2.

E uerſali & in particulari, quaſi non habeant ligatum habitum fidei: Reſpondemus, Iam olim reſponſum dedit Ariſtoteles in ſuis Ethicis, de illis ſcientibus incontinentibus, qui habitum ſcientiæ ligatum habentes, uerba proferunt ſcientifica, etiam in ſingulari. Dicunt enim demõſtrationes & uerba Empedoclis, non tamen ea mente intelligunt. Sic eſt de credentibus incontinentibus, qui in uniuerſali & in particulari ſcienter loquuntur: ita enim dicunt ut ſtulti, fatui, & pueruli, qui quod aiunt, tunc non mente intelligunt. Si autem aliquis nos arguat, quòd Ariſtotelem Philoſophorum facilè principem negamus, gloria noſtra hæc eſt, quòd dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, noſtram lucem, noſtrum præceptorem, noſtrumq; redemptorem confitemur. Magis enim uera eſt & magis certa noſtra ſcientia diuinitus reuelata, quàm ſcientia Ariſtotelis humanitus acquiſita. Poteſt etiam cum noſtra conciliari illa ſententia Philoſophi, qua docet quòd ſtante ſciẽtia in uniuerſali & in particulari, neceſſariò agit homo ſi poteſt & non prohibetur: ſi intelligamus hoc de illo homine eſſe dictum, qui efficacitèr uult finem, ad quem conſequẽdum ordinatur illud opus, quod concluditur faciendum. Etenim profectò bene intelligendo, ſic uidetur intellexiſſe Philoſophus, & non ſecus. Quandoquidem ſi homo ineffi-
F caciter uult finem, non ſequitur quòd ſtatim uelit efficaciter & proſequatur medium ad conſecutionem eius finis uniuerſaliter & particulariter cognitum, & concluſum: ſed poteſt homo illud medium uel negligere, uel prorſus non uelle, uel ſaltem uelle inefficaciter. Sapienter loquendo, Non poteſt inefficax appetentia finis, efficacem appetentiam medii parere neceſſariò: ageret alioquin cauſa ultra gradum ſuæ perfectionis, & nobiliorem, firmiorem, ac perfectiorem produceret effectum. Eſt nanque appetentia efficax ex ſuo genere nobilior, fortiorq; appetentia inefficaci: & appetentia finis, eſt cauſa appetentiæ eorum quæ ad finem requirũtur: quia enim finem appetimus, quærimus optamusq; media. Itaque dum Ariſtoteles ſecundum regulas & naturam agibilium particularium in materia prudentiæ, dicit, quòd cognito aliquo agibili per propoſitiones uniuerſalem & particularem applicatas in conſequentia, neceſſarium eſt ut homo mente cõſentiat, & in factinis operetur ſtatim, potens & non prohibitus: manifeſtum eſt quòd de eo homine loquatur, qui finem efficaciter uult, ad quem conſequendum illud opus tanquam medium ordinatur, concluditur, & præcipitur. De hoc ergo homine, quid

dicendum ſecundum ueram doctrinam Chriſtianam? Nunquid homo efficaciter uolens finem, cognoſcensq; in uniuerſali & in particulari practicè, medium perducens ad finem eiuſmodi, neceſſariò cogitur uelle ac operari illud medium, potens non prohibitus? Hæc eſt grauiſsima quæſtio, in qua, ſicut & in omnibus aliis, ego potius diſcere quàm docere uelim: magis docti alicuius placitum audire quàm meum proferre memoriæq; conſignare & literis. Tamen nullum afferendo præiudicium meliori cuiuſuis ſententiæ, ſub cenſura ſuperiorum patrum quibus ſemper quantum par eſt tribuo, in hoc caſu, pars quæſtionis quæ negationem continet, amplexanda uidetur: Vt ſit hæc uera ſententia, Voluntas efficaciter uolens finem aliquem, & cognoſcens practicè in uniuerſali & in particulari mediũ in illum finem perducens, potens & non præpedita, neceſſariò uult peragitque eiuſmodi medium. Hæc enim aut eſt, aut uidetur eſſe natura appetentiæ efficacis, cuiuſuis finis: ut potens & non prohibita operari, pariat uolitionem efficacem medii, in finem illum perducentis. Aliàs, non eſt uolitio finis efficax. Tunc autem, hoc eſt, in hoc tali caſu, nõ compellitur uoluntas ab obiecto, nec à ſenſu, nec ab intellectu, nec à ſcientia uniuerſali, nec à ſcientia particulari, nec à ſcientia uniuerſali & particulari ſimul iunctis, nec ab alia creatura H
niſi à ſeipſa: à ſe uerò tunc ideo compellitur uoluntas ad expetendum illud medium, quia ſcilicet appetit efficaciter finem: hoc enim pacto appetens finem, à ſeipſa cogitur uelle mediũ: & eſt naturaliter conſequens ipſum uelle medii, ad talem uolitionem efficacem finis. Vnde illa neceſsitas uoluntatis, eſt quodammodo libera: quia in poteſtate ipſius uoluntatis eſt, ceſſare ab appetentia ſiue ipſo uelle efficaci finis: nam ſine ulla inſtantia, uoluntas humana in hoc ſæculo & ſecundum legem datam, non cogitur uelle formaliter deliberatè ac efficaciter, aliquem finem. Quòd ſi ab efficaci appetentia finis ceſſauerit uoluntas, iam nullo modo cogitur uelle efficaciter aut operari medium: etiam ſi inefficaciter adhuc uelit finem, ut uidemus ſæpiſsimè fieri. Ergo quod Ariſtoteles dicit, neceſſarium eſſe in factibilibus hominem potentem & non prohibitum mente conſentire & operari, ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari: ſine dubio intelligitur de operabilibus propter finẽ, & ſtante efficaci appetentia finis. Aliàs non habet uerum ſua doctrina ipſa, quia in nullo alio caſu cogitur compelliturq; homo ad uelle, aut operari aliquod operabile. Quando enim uoluntas non uult finem efficaciter, ſiue illum finem non uelit ſimpliciter, ſiue illum uelit

A uelit inefficaciter, non cogitur uelle medium
ad illum finem, quantumuis intellectus in
uniuerſali & in particulari dictet de illo me-
dio uolendo, aut faciendo. Hæc eſt experien
tia quotidiana omnium, & hæc eſt conſtantiſ-
ſima ueritas Chriſtiana. Sed & de hoc articu-
lo Pariſienſi & circa hanc materiam grauiſsi-
mam, paulò poſt dicuntur multa in capiti-
bus ſequentibus.

S. Tho. SANCTVS Thomas pulchrè mouit quæ
Prim. 2. ſtionem, Vtrùm ratio poſsit ſuperari à paſsio
quæſ. 77. ne contra ſuam ſcientiam? & cũ quinque for-
Art. 2. maſſet ratiocinationes ad partem negatiuã,
poſtea tamẽ determinauit quæſtionem ſecun
dum partem affirmatiuam & ad illam. Iuxta
Rom. 7. Apoſtolum dicentem, Video aliam legem in
membris meis repugnantẽ legi mentis meæ,
& captiuantem me in lege peccati. Lex autẽ,
quæ eſt in membris, eſt cõcupiſcentia, de qua
ſupra locutus fuerat: Cum igitur concupiſcen
tia ſit paſsio quædam, uidetur quòd paſsio tra
trahat rationem etiam contra hoc, quod ſcit.
Ariſtot. Probat autem latius, dicens, Opinio Socra-
Ethic. 7. tis fuit, ut Philoſophus dicit, quòd ſcientia
nunquam poſſet ſuperari à paſsione. Vnde
ponebat omnes uirtutes eſſe ſcientias, & om
nia peccata eſſe ignorantias. In quo quidem
aliqualiter rectè ſentiebat. Quia cùm uolun
tas ſit boni, uel apparentis boni, nunquam
uoluntas in malum moueretur, niſi id, quod
B non eſt bonum, aliqualiter rationi bonum
appareat: Et propter hoc uoluntas nunquã
in malum tenderet, niſi cum aliqua ignoran
Prou. 14. tia uel errore rationis. Vnde dicitur, Er-
rant, qui operantur malum. Sed, quia expe
rimento patet, quòd multi agunt contra ea,
quorum ſcientiam habent, (& hoc etiam au
ctoritate diuina confirmatur, ſecundum il-
Lucæ 12. lud, Seruus qui cognouit uoluntatem domi
ni ſui, & non fecit, plagis uapulabit multis.
Iacobi 4 Et illud, Scienti bonum facere, & non facien
ti, peccatum eſt illi) non ſimpliciter uerum
dixit, ſed oportet diſtinguere, ut Philoſo-
phus tradit. Cum enim ad rectè agendum
homo dirigatur duplici ſcientia, ſcilicet uni-
uerſali & particulari: utriuſque defectus ſuf-
ficit ad hoc, quod impediatur rectitudo uo-
luntatis & operis, ut ſupra dictum eſt. Con
tingit ergo quod aliquis habet ſcientiam in
uniuerſali, puta nullam fornicationem eſſe fa
ciendam, ſed tamen non cognoſcat in parti-
culari hunc actum, qui eſt fornicatio, non eſ
ſe faciendum: & hoc ſufficit ad hoc, quòd uo
luntas non ſequatur uniuerſalem ſcientiam
rationis. Et iterum conſiderandum eſt, quòd
nihil prohibet aliquid ſciri in habitu, quod ta
men actu non conſideratur: poteſt igitur con
tingere, quòd aliquis etiam rectam ſcientiã

habeat in ſingulari, & non ſolùm in uniuer- C
ſali, ſed tamen in actu non conſideret: & tunc
non uidetur difficile, quòd præter id quod a-
ctu non conſiderat, homo agat. Quòd au-
tem homo non conſideret in particulari id,
quod habitualiter ſcit, quandoque quidem
contingit ex ſolo defectu intentionis, puta
cum homo ſciens Geometriam, non inten-
dit ad conſiderandum Geometriæ concluſio
nes, quas ſtatim in promptu habet conſidera
re: Quandoque autem homo non conſiderat
id quod habet in habitu, propter aliquod im
pedimentum ſuperueniens: puta propter ali
quam occupationem exteriorem, uel pro-
pter aliquam infirmitatem corporalem. Et
hoc modo, ille qui eſt in paſsione conſtitu-
tus, non conſiderat in particulari id, quod
ſcit in uniuerſali: Inquantum paſsio impedit
talem conſiderationem. Impedit autem tri-
pliciter. Primò quidem per quandam diſtra
ctionem, ſicut ſupra expoſitum eſt. Secun-
dò per contrarietatem, quia plerunque paſ-
ſio inclinat ad contrarium huius, quod ſcien
tia uniuerſalis habet. Tertiò, per quandam
immutationem corporalẽ; in qua ratio quo
dammodo ligatur, ne liberè in actum exeat:
ſicut etiam ſomnus uel ebrietas quadam cor
porali tranſmutatione facta, ligat uſum ratio
nis. Et quòd hoc contingat in paſsionibus, D
patet ex hoc, quòd aliquando cum paſsiones
multum intenduntur, homo amittit omnino
uſum rationis: multi etiam propter abundan
tiam amoris & iræ, ſunt in inſaniam conuerſi.
Et per hunc modum paſsio trahit rationem
ad iudicandum in particulari, contra ſcienti-
am, quam habet in uniuerſali. Hæc ille. Vt
ſemper ad peccatum hominis præſuppona-
tur aliqua ignorantia, uel ſaltem aliqua incon
ſideratio, quæ habeat aut locũ, aut uim igno
rantiæ: & ſaluetur quod dicit Ariſtoteles, &
eſt uerum, Omnis malus eſt ignorans. Ita er
go tenet ſanctus Thomas omnino cum Ariſto
tele circa hanc quæſtionem, ut ſtante ſcientia
in uniuerſali & in particulari, in habitu & in
actu, non poſsit homo uelle aut operari op-
poſitum. Quamobrem, doctrina eius non
admittit illam determinationem Pariſiẽſem:
ſed potius docet contra illam, ut paulò poſt *Lib. præſ.*
conſtabit magis apertè. *cap. 22.*
ADDIT QVE ſanctus Thomas his, etiã *Ethic. 7.*
cum Ariſtotele, quòd ſtante ſciẽtia in uniuer- *et S. Tho*
ſali & in particulari, in habitu & in actu, ne- *mas ibi*
ceſſe ſit ſequi opus, ut dixit Ariſtoteles: cui *in cõmen*
doctrinæ etiam addit alibi, docens, quòd uo *tarijs.*
luntas mouet ſeipſam, ex appetentia finis ad *Prim. 2.*
appetentiam eorum quæ ſunt ad finem: quod *quæſt. 9.*
que primus motus uoluntatis procedit ex in *Art. 3.*
ſtinctu alicuius exterioris mouentis, & quòd *& 4.*
ex

E ex quo uoluntas habet uolitionem finis, reducit ſeipſam per conſilium ad uolendum ea quæ ſunt ad finem illum. Vtrùm, his omnibus & quibuſcunque aliis non obſtantibus, *Prim. 2. quæſt. 13.* ſemper ſanctus Thomas dixit, docuit, & probauit, uoluntatis electiones eſſe liberas. Etenim agens de electione eorum quæ ſunt ad finem, multa ponit per ordinem, ex quibus conſtat ſua mens, ſuaque doctrina ueriſsima. *Ibidem. Art. 1.* Primum, quòd electio materialiter & ſubſtãtialiter, eſt actus uoluntatis, ſed formaliter ſiue perfectiuè aut completiuè, eſt actus rationis. *Ibidem. Art. 2.* Secundum, quòd electio non eſt in brutis, nec in aliis quæ ſunt penitus determinata ad unum: quamuis & in brutis reperiatur appetitus ſenſitiuus, quo appetunt etiã propter finem. *Ibidem. Art. 3.* Tertium, quòd electio, eſt tantùm eorum quæ ſunt ad finem: non autem finis, niſi dum finis accipitur ut medium ad finem ulteriorem. *Ibidem. Art. 4.* Quartum, quòd electio ſemper eſt humanorum actuum, ſeu eorum quæ per nos aguntur, uel per nos agimus. *Ibidem. Art. 5.* Quintum, quòd electio non eſt niſi poſsibilium: & quòd impoſsibile, ſaltem ut tale, ſub electione non cadit. *Ibidem. Art. 6.* Sextum, quòd homo non eligit ex neceſsitate, ſed liberè. Probat primũ *Ethic. 3.* tum ex Philoſopho dicente, quòd electio eſt *Ethic. 6.* deſiderium eorum, quæ ſunt in nobis. Deſiderium enim, eſt actus uoluntatis. tum ex ipſo docente, quòd electio ſit appetitus intel- F lectus, uel appetitus intellectiuus. Vnde cõſtat, quòd electio, eſt deſiderium ſeu actus appetitus intellectiui; qui utique eſt uoluntas: & ſic electio eſt actus uoluntatis, materialiter, ſiue etiam ſubſtantialiter. Quia nerò uoluntas non eligit niſi mediante conſilio iudicioq; rationis, ſiue intellectus; fit conſequens, ut electio compleatur atque perficiatur per talem actum rationis. Hinc eſt quòd Damaſcenus, aut etiã Gregorius Nic. dicit electionem non eſſe appetitum ſecundum ſeipſam, neque conſilium ſolum: ſed ex his aliquod compoſitum: quia uidelicet, electio eſt appetitus præconſiliati. Probat ſecundum, quia cùm electio ſit præacceptio unius reſpectu alterius, neceſſe eſt quòd electio ſit reſpectu plurium, quæ eligi poſſunt: & ideo in his quæ ſunt penitus determinata ad unũ, electio locum non habet. Eſt autem appetitus ſenſitiuus penitus determinatus ad unũ particulare, & hic ſolus appetitus eſt in brutis. Quam ob rem, bruta non poſſunt eligere, ſed appetunt quidem, & deſiderant naturaliter bonum particulare, iſtud, uel illud ſenſitiuum. Voluntas autem, ſiue appetitus intellectiuus, licet quidem ſecundum naturæ ordinem ſit determinata ad unum commune, quod eſt, bonum: tamen indeterminatè ſe habet reſpectu particularium bonorũ. G Et ideo proprium uoluntatis, eſt eligere, nõ autem appetitus ſenſitiui. Probat tertium, *Ethic. 3.* ex determinatione Philoſophi, quòd uoluntas eſt finis, electio autem eorum, quæ ſunt ad finem. Deinde probat ex natura rei, Quia electio conſequitur ſententiam uel iudiciũ, ſecundum quòd omnes ſapientes tradiderunt, & res ipſa per ſe manifeſtat; quod indicium eſt ſicut concluſio ſyllogiſmi operatiui. Vnde illud cadit ſub electione, quod ſe habet ut concluſio in ſyllogiſmo operabiliũ: finis autem in operabilibus ſe habet ut principium, & non ut concluſio, ut Philoſo- *Phyſi. 2* phus dicit. Quam ob rem profectò finis ut finis, non poteſt eſſe electio: ſed tantùm mediorum, de quibus ſolis concluditur in ſyllogiſmo operatiuo, procedente ex fine ad media. Probat quartum ex Ariſtotele, dicente *Ethic. 3.* quòd nullus eligit niſi ea, quæ exiſtimat fieri per ipſum. Confirmat etiam, Quia ſicut intentio eſt finis, ita electio eſt eorum quæ ſunt ad finem: & rurſus ſicut finis eſt actio uel res aliqua, ſic neceſſe eſt, ut id quod eſt ad finem, uel ſit actio, uel res aliqua, interueniente aliqua actione, per quam facit id quod eſt ad finem, uel utitur eo. Probat quintum ex Ariſtotele dicente, quòd electio non *Ethic. 3.* eſt impoſsibilium. In ſuper, Quia electiones noſtræ referuntur ſemper ad noſtras actio- H nes, ea autem quæ per nos aguntur, ſunt nobis poſsibilia. Probat ſextum, Quia electio eſt actus potentiæ rationalis, quæ ſe habet ad oppoſita, tum ſecundum Philoſophum, tum ſecundum ueritatem ſatis manifeſtam. Latius etiam probat quòd homo non ex neceſsitate eligit, ſed liberè, dicens, Quòd poſsibile eſt non eſſe, non neceſſe eſt eſſe. Quòd autem poſsibile ſit non eligere, uel eligere, huius ratio ex duplici hominis poteſtate accipi poteſt. Poteſt enim homo uelle, & non uelle, agere, & non agere: poteſt etiã uelle hoc, aut illud. Cuius ratio ex ipſa uirtute rationis accipitur. Quicquid enim ratio poteſt apprehendere ut bonum, in hoc uoluntas tendere poteſt. Poteſt autem ratio apprehendere ut bonum, non ſolùm hoc, quod eſt uelle, aut agere, ſed hoc etiam quod eſt non uelle, & non agere. Et rurſum in omnibus particularibus bonis poteſt conſiderare rationem boni alicuius, & defectum alicuius boni, quod habet rationem mali: & ſecundum hoc poteſt unumquodque huiuſmodi bonorum apprehendere ut eligibile, uel fugibile. Solum autem perfectum bonum, quod eſt beatitudo, non poteſt ratio apprehendere ſub ratione mali, aut alicuius defectus: & ideo ex neceſsitate beatitudinem homo uult, nec poteſt

A teſt uelle non eſſe beatus, aut miſer. Electio autem cum non ſit de fine, ſed de his quæ ſunt ad finem, ut iam dictum eſt, non eſt perfecti boni quod eſt beatitudo, ſed aliorum particularium bonorum. Et ideo homo non ex neceſsitate, ſed liberè eligit. Hæc ille. Vides ut manifeſtè aſſerat ſanctus Thomas, declaret,& probet hominem quidem eligere non ex neceſsitate, ſed liberè: quamuis bene nouerit, ut ſæpè meminit atque ut notum relinquit, nunquam hominem eligere niſi præſuppoſito amore finis, & præſuppoſita ſcientia mediorum, ſeu eligibilium. Ergo neque ab his, ſecundum ipſum, neceſſariò ad eligendum compellitur.

PARTICVLARIVS autem docendo, uidetur ſanctus Thomas concedere, quòd dũ medium eſt præciſum aut neceſſarium ad finẽ aliquem, & cõſideratur ut tale: tunc qui uult illum finem, & iudicat de illo medio neceſſario & conſiderat eius neceſsitatem, neceſſariò eligit illud. Ita docet idẽ doctor ſanctus, aut certè ita uidetur docere ubi ſupra. Arguẽdo enim contra prædictam doctrinam ſuam, & probando quòd homo non liberè, ſed ex neceſsitate eligit, ita format primum argumentum, Sic enim ſe habet finis ad eligibilia, ut principia ad ea quæ ex principiis cõſequuntur, ut patet ex. 3. Ethic. ſed ex principiis ex

Ibidem. Art. 6. argu. 1.

B neceſsitate deducuntur concluſiones: ergo ex fine de neceſsitate mouetur aliquis ad eligendum. Reſpondet autem huic argumento, dicens, Ad primum ergo dicendum, quòd non ſemper ex principiis ex neceſsitate procedit concluſio; ſed tunc ſolùm, quando principia non poſſunt eſſe uera, ſi concluſio non ſit uera: Et ſimiliter non oportet quòd ſemper ex fine inſit homini neceſsitas ad eligendum ea, quæ ſunt ad finem. quia non omne quod eſt ad finem tale eſt, quòd ſine eo finis haberi non poſsit: aut ſi tale ſit, non ſemper ſub tali ratione conſideratur. Hæc ille. Ecce ſolùm liberat hominem uolentem finem, à neceſſaria electione medii, illis in caſibus uel ſimilibus; uidelicet dum medium illud non eſt neceſſarium, uel dum non conſideratur ut neceſſarium. Volens utique & ſatis declarãs, quòd ubi medium eſt neceſſarium & conſideratur ut tale, ibi ex uolitione finis ſequitur neceſſariò electio talis medii: quemadmodum dum principia non poſſunt eſſe uera niſi concluſio ſit uera, ex neceſsitate procedit cõcluſio. Doctrinam hanc tenet etiam Ruardus Tapper in tractatu de libero arbitrio. Ibi enim poſtquam nonnullas poſuit & probauit propoſitiones, quibus apertum reddit gratiam perficere & roborare, non autem tollere arbitrii libertatem: ſtatim propoſuit ſeptem alias, quibus oſtenderet ſimiliter, gratiam perficere, erigere & diuinas facere uires intellectus, uoluntatis, & liberi arbitrii, concordando per omnia gratiam & liberum arbitrium. Has ſeptem eius propoſitiones & nos iã ſuperius ex ipſo retulimus, eamq; ob rem, breuitatis gratia, modo iterum eas non explicamus, præter quintam illarum, quam opus eſt ut iterum adducamus, propter eius probationem in qua Ruardus ipſe hanc tuetur doctrinam. Ea igitur eſt in hæc uerba. Quilibet actus imperatus ſiue fuerit itellectus, ſiue uoluntatis, uel alterius potentiæ rationi ſubiectæ, neceſſariò & naturaliter ſequitur uoluntatis imperium ex amore finis & cognitione medii ad illum neceſſarii: & ſi plura ſint media utilia poſt inquiſitionem, liberè eligit medium ſibi magis conueniens:& hoc totum uirtute amoris, cognitionis & diſcurſus, cum ſola gratia horum conſeruatiua & directiua à Deo, uidelicet ut cauſa prima in ordine gratiarum, & præmiorum concurrente. Probat autem eo loci ſuam hanc propoſitionem, dicens, Ex ſola enim uoluntate finis, fiunt huiuſmodi progreſsiones in intellectu & uoluntate ad concluſiones & media ad finem ordinata. Cui enim Deus ſubiecit ſui ſtatus periculoſi cogitatum, ſimul & ſuppliciorum gehennæ, quodq; multipliciter ea eſt meritus: & per hanc cogitationem odium uitæ ſuæ & terrorem gehennæ, per hæc inſpirans etiam uoluntatem ſe eripiendi ab his malis: ex hac uoluntate quaſi naturaliter hic quærit media, per quæ eripiatur ab his malis: & intelligens quòd oporteat ſe recolligere in amaritudine animæ, ut peccata ſua ſacerdoti confiteatur, neceſſariò hæc media eligit, & cum animi dolore peccata ſua ſacerdoti confitetur. Hæc ille. Ecce ut doctor hic catholicus, in eo qui uult finem, neceſſariam ponat electionẽ medii neceſſarii ad cõſecutionem illius finis, dum medium illud cognoſcitur neceſſarium. Vt autem conſtat ex dictis, hæc eſt etiam cõmunis doctrina omnium doctorum catholicorum. Sed hæc doctrina uerisſima, ut etiam ex iam dictis conſtat, tunc uult intelligi & tũc eſt intelligenda, dum homo ipſe efficaciter uult finem illum, & non remittit ipſum efficax uelle. Alioquin, ſi finem illum uult ineſficaciter, aut ſi ipſius efficax uelle remittit: etiam ſi medium neceſſarium eſſe cognoſcat, & illud ut neceſſarium conſideret, non ſequitur nec eſt ullo modo conſequens, ut illud neceſſariò eligat. Hæc enim uirtus appetentiæ finis, ut ex illa ſequatur neceſſariò electio medii neceſſarii & conſiderati, eſt prærogatiua appetentiæ efficacis, non autem ineſficacis: quemadmodum experientia quotidie declarat,

Ibidem. ad arg. 1.

Ruardus Tapper. tom. 1.

C

Lib. 1.

D

y rat,

E rat,& omnes uidemus in nobiſmetipſis. Non enim ſtatim eligimus mediũ neceſſarium ut tale cognitum & conſideratum, dum finem aliquem uolumus inefficaciter: ſed dum finem efficaciter uolumus, tunc medium neceſſarium ut tale cognitum & conſideratum ſtatim eligimus. Exempla ſunt maniſeſta, & cõſtant omnia ſatis. Neque ita afficitur uoluntas noſtra appetentia ſua inefficaci, ſicut efficaci: nec ita ſibi aut aliis potentiis imperat dum uult appetitiuè inefficaciter, ſicut dum uult efficaciter: unde tam quoad ſe, quàm quoad alias potentias, perfectum aliquando, & aliquando imperfectum habet imperium.

August. Nouit Auguſtinus quòd nihil eſt magis in poteſtate uoluntatis, quàm ipſa uoluntas, ut docuit in De libero arbitrio: & non ſecus uidit quòd aliquando imperat animus ut uelit animus, nec tamen facit, ut declarat in ſuis *Lib. 8.* confeſsionibus. Declarando autem unde ſit hæc animi inobedientia contra ſeipſum & ſuũ imperium, docet, dicitq; & aſſerit conſtanter, quòd animus quando perfectè imperat ſibi, ut uelit, tunc iam uult: ſed quòd aliquã do imperat, & non uelit, hoc contingit ex *S.Thom. Prim.2. quæſt.17. Art.5.* hoc quòd non perfectè imperat. Hæc omnia adducit doctor ſanctus & probat cum Auguſtino, & fatetur imperfectum imperium contingere ex eo, quòd ratio ex diuerſis partibus mouetur ad imperandum, uel ad non imperandum: F unde fluctuat inter duo, & non perfectè imperat. Sicuti etiam iam olim quidam bene dixit, Vult, & non uult piger. Oportet igitur diſtinguere in affectionibus uoluntatis, per efficacem & inefficacem, perfectã & imperfectam.

Oſtenditur, malitiã uoluntatis, eſſe cauſam erroris in intellectu practico, & errorem intellectus ſpeculatiui, cauſam præbere malitiæ in uoluntate. Declaratur illa propoſitio, Non eſt malitia in uoluntate, niſi ſit error in ratione. et concluditur, Voluntatem, malum ſub ratione mali, uelle appetereq; non poſſe. CAP. XXI.

SECVNDVM ea quæ dicta ſunt, & ſecundum ueritatẽ Chriſtianam erroris exortem, poteſt eſſe ſcientia tũ uniuerſalis, tum particularis, in intellectu, aliqua de re operũ nomine comprehenſa & facienda, ut tamen uoluntas eam rẽ non faciat nec uelit, potens & non prohibita. Hinc quid ſequitur, conſequenter loquendo? Poſſe quidem uoluntatem habere malitiam, prius tempore uel natura, quàm intellectus habeat errorem. Et quidem quòd natura, eo conſtat ex dictis, quia inſita ſcien- G tia in uniuerſali & in particulari intellectui, de aliquo agibili; poteſt uoluntas ex ſua libertate non uelle illud: tunc autem ſi adſit præceptum de illo agibili agendo, peccat quidem uoluntas malitiamq; habet, dum tamen intellectus rectè ſapiat, recteq; dictet. Ex eadem quoque ratione monſtratur euidenter, poſſe malitiam, uoluntati ineſſe prius tempore quàm error inſit intellectui. Scilicet quia poteſt intellectus continuare illa eadem ſua dictamina recta per tempus, abſque eo quòd uoluntas uelit illud operabile, & abſque eo quòd intellectui imperet de alio cogitando: illa autem continuatio cum ſit in tempore, ſequitur idem quod prius. Quomodo ergo Philoſophus in ſuis Ethicis dicit, Peruertit enim malitia, & mentiri facit circa principia practica? Videtur nanque ex hoc uerbo, quòd malitia uoluntatis, excæcat intellectum, illumq; mentiri cogat. Quid ad hæc? Si ita eſt, quomodo poteſt malitia eſſe in uoluntate, per tempus, quin ſit error in intellectu? Primùm quidem dicimus ſermonem illum Philoſophi arctiorem quàm ut eius ſententia ſe latius pandat, quod ex ſubiecta materia ſatis conſtat: agebat enim de potentia dinotica animæ, cuius officium eſt ad ſuppoſitam intentionem, hoc eſt, iuxta finẽ à uoluntate uolitum inquirere, conſultare, & iudicare media, ad ipſum finem bonum H uel malum perducentia. Atque hoc ita, ut ipſum finem bonum uel malum à uoluntate uolitum faciat dinotica, ſuum principium primum. Vnde malum finem uolens, facit errare intellectum dictantem, illum finem eſſe conſequendum, & procurandum: faciendaq; eſſe ea, quæ ad illum perducunt. Rurſus etiam malum finem intendens aut appetens, non admittit dictamen intellectus dictantis de fine bono oppoſito, quòd ſit bonus & inquirendus: Verbi gratia, qui immoderatè uult gaudere concupiſcentiis aut delectationibus earum corporalibus, guſtus, tactus, aut uenereorum, non admittit intellectum dictantem in concupiſcentiis & delectationibus huiuſmodi tenendum eſſe medium: non enim bene aut plenè admittimus, oppoſitum illius quod uolumus. Tunc autem quid facit uoluntas ulterius? Non ſolùm non admittit dictamen intellectus rectè dictantis, ſed & intellectum diuertit ab eiuſdem rei cõſideratione, & ei præcipit ut cogitet, iudicetq; oppoſitum. Secundum hanc ueritatem doctores noſtri tenentes, poſſe ſtare rectum dictamen in uniuerſali & in particulari de aliquo agibili in intellectu, abſque recta electione illius dictati in uoluntate, dupliciter dicunt

A cunt malitiam uoluntatis excœcare intellectum: uno modo priuatiuè, alio modo poſitiuè. priuatiuè quidem, quia auertit à conſideratione recta. Voluntas enim eligens oppoſitum alicuius rectè dictati, non permittit intellectum diu perſiſtere in illo recto dictamine: ſed auertit ipſum, conuertitq; ad conſiderandum rationes pro oppoſito, ſi quæ poſſunt eſſe ſophiſticæ, uel probabiles: ſaltemq; auertit ad conſiderandum aliud impertinens, ne adſit illa actualis diſplicentia, quæ ineſt remorſui illi, qui habetur in eligendo oppoſitum dictati. Poſitiuè autem excœcat, quia ſicut uoluntas rectè eligens finem, præcipit intellectui conſiderare ea quæ ſunt neceſſaria ad finem illum, & intellectus ſic inquirendo media ordinata ad illum finem rectum, generat in ſe habitum prudentiæ: ita uoluntas eligens ſibi malum finẽ, præcipit intellectui conſiderare media neceſſaria ad conſequendum eiuſmodi finem malum, quod faciens intellectus generat in ſe habitum aſtutiæ, doli, ſeu uerſutiæ, uitioſum.

Lib. 3.

Ob quod Auguſtinus bene dixit, in De ciuitate Dei. Voluntas habet ſuas uirtutes, ſicut ſibi pertractat.

Diſt. 36. quæſt. 1. Art. 2.

Sic clarè reſpondet Scotus in ſuis ſententiis, optimè de his inquirens, atque determinans: ſic etiam & Gabriel Biel

Lib. 3. Diſt. 36. quæſt. 1. Art. 3. Dub. 3.

in ſuo opere ſententiarum, ubi quoque diſertè, ſapienterq; agit. Excœcat ergo uoluntas & errare facit intellectum, intendendo, uolendo, aut appetendo finem aliquem malum, & imperando intellectui ut ad illum malum

B finem conſequendum diſcurrat: cui uoluntati ita imperanti, obediendo intellectus errat, excœcatur, mentitur. Excœcat ſecundò uoluntas intellectum, diuertendo ipſum ab eo quod rectè dictat; quando id quod per intellectum dictatum eſt, uoluntati non placet, nec illud uult. Hoc autem non quaſi nõ poſſit eſſe malitia in uoluntate per aliquod tempus, abſque eo quod error aut excœcatio ſit in intellectu, quia immo poteſt: poteſt enim uoluntas per aliquod tempus uelle aliquem finem malum ſaltem ineſſicaciter, ſine eo quòd intellectui imperet diſcurrere ad illius mali finis conſecutionem: poteſtq; uoluntas per aliquod tempus non abducere intellectum à conſideratione alicuius rectè dictati, quod intellectus dictat, & uoluntas non eligit. Sed ideo dicitur malitia uoluntatis, excœcare intellectum, tum quia nata eſt excœcare illum: tum quia ſi malitia uoluntatis permanear, de facto non diu erit, quin ipſa intellectum excœcet, cœcum reddat, & peruerſum. Quid de illa propoſitione, quam

Quodl. 10 quæſt. 9.

in ſuis quodlibetis adducit doctor ille ſolennis, Henricus Gandauenſis? Non eſt malitia in uoluntate, niſi ſit error in ratione. Vi C detur enim omne tempus negare, & nequaquam admittere quòd aliquo tempore ſit malitia in uoluntate, quo non ſit error in intellectu. Ita nanque uidetur ſentire, dicens, Non eſt malitia in uoluntate, niſi ſit error in ratione. Ad hanc autem propoſitionem, ſic illam intelligendo, eodem modo dicimus, ſicut ad illam aliam propoſitionem Philoſophi iam dictum eſt: uel quia malitia uoluntatis nata eſt cauſam præbere errori in intellectu, uel quia ſi uoluntas in malitia permanſerit, non diu intellectus ſine errore exiſtet. Aut forte etiam dicendum eſt, & Philoſophum & alios magiſtros, locutos fuiſſe de malitia uoluntatis, qua uoluntas efficaciter uult finem aliquem malum: tunc enim ſtatim imperat intellectui diſcurrere ad illum attingendum, ſtatim intellectus obedit, ſtatimq; errat: quia incipit ſuum diſcurſum ab ipſe fine malo & fugiendo, tanquam à fine bono & attingendo. In practicis enim, finis eſt principium. Cæterùm quia hæc propoſitio magiſtrorum antiquorum eſt grauiſsima, ſicut & illa Philoſophi in ſuis Ethicis, Ignorat quidem igitur omnis malus quæ oportet operari, & à quibus fugere oportet: placet de illa, latius, altiusq; agere. Declaratur nãque in proſecutione & declaratione eius, nõ D parua pars moralis Philoſophiæ. Dixerunt ergo olim illi magiſtri noſtri, ſchola noſtra Chriſtiana, Non eſt malitia in uoluntate, niſi ſit error in ratione: non tamen ita manifeſtè declarauerunt, quod horum duorum ſit prius altero, aut cauſa alterius. Quam ob rem nonnulli noſtrorum doctorum uidentur hoc ita intellexiſſe, ut dicant, errorem intellectus, eſſe cauſam malitiæ uoluntatis, alii è contra quòd malitia uoluntatis, ſit cauſa erroris intellectus. Nos autem eorum poſteri, quod horum dabimus? Omittendo multa quæ ex utraque parte adduci poſſent, Non eſt dubium quin, in materia operabilium loquendo, regulariter prius ſit malitia in uolũtate, quàm ſit error in intellectu practico: hoc eſt, quàm in potentia noſtra dinotica, cuius totum officium eſt nihil de fine rerum agibilium agere, ſed ſecundum ſuppoſitam intentionem uel uolitionem finis, de mediis tractare ad finem intentum perducentibus. Regulariter enim & per ſe, ideo hæc potentia errat diſcurrendo, quia uoluntas errat uolendo. Quandoquidem non diſcurrit hæc potentia, niſi ex ſuppoſito fine, atque ad ſuppoſitum finem; quia finem à uoluntate uolitum, hæc potentia facit ſuum principium. Vnde ſi uoluntas errat uolendo finem, errat quoque hæc potentia diſcurrendo ad eum fi-

E nem, quem uolendo uoluntas errat, ſi autem uoluntas non errat uolendo finem, non poteſt hæc potentia errare diſcurrendo ad finẽ illum, quem uolendo, non errat uoluntas. Niſi forte tunc erret huiuſmodi potentia per accidens, hoc eſt, per ignorantiam, ſcilicet iudicando aliqua media perducẽtia, quæ re uera, non perducunt. Qui error, quia eſt per ignorantiam, & ideo per accidens, non uenit in conſequentiam, nec cadit ſub arte: nec eſt de eſſentiali conſideratione ſcientiæ moralis, nec ſcientiæ ullius cuiuſuis, Scientia enim quæcunque, non eſt niſi de ſubiecto, de proprietatibus ſubiecti, & de per ſe accidentibus eius. Itaque qui uult, intendit, aut cupit finem bonum, non errat in agibilibus niſi per accidens: uolendo quidem & ſupponendo bonum finem, deficiendo tamen per ignorantiam in mediis perducentibus. Errat ergo non uolens, quia ignorantia facit inuoluntarium ob quod ille error facilis eſt, uenialis, & quaſi non error, niſi ignorantia ſit culpabilis. Error igitur per ſe intellectus practici, eſt quando uoluntas uult malum finem: tunc enim errat ipſe intellectus practicus non malè diſcurrendo, inquirendo, conſultando, aut iudicando, de mediis per ignorantiam; ſed malè ſupponendo de fine, falſeq; dictando illum finem eſſe conſequendũ.

F Sed tunc, quæſo, unde ortum habet ille error practici intellectus? Quidem à malo uelle uoluntatis, quo uult malum finem: niſi enim uoluntas malum finem illum uoluiſſet, nullo modo intellectus ſupponendo illum finem erraſſet. Igitur ſine dubio malitia uolũtatis quam habet uolendo finem malum, eſt in cauſa ut potentia dinotica erret. Cum autem omnia agibilia particularia cadant ſub potentia dinotica, quia omnia ſunt operabilia propter finem, ſicut omne agens, operãs, aut faciens, in agendo, operando, aut faciendo, aliquem finem intendit: fit conſequens ut error intellectus practici pro ut de operabilibus eſt, & ſub dinotica cadit, à malitia uolũtatis ortũ habeat. Hinc ergo ĩ agibilibus erramus, hinc legẽ Dei trãſgredimur, hinc ſacra prophanamus, quòd malos fines uolumus, uel bonos malè: non malos ſub ratione mali, quia nullus operatur ad malum aſpiciens, ut notat Dionyſius in De diuinis nom. (*Cap. 4.*) ſed malos ſub ratione boni. Sic igitur intelligendo, dum dicitur, Non eſt malitia in uoluntate, niſi ſit error in ratione: cauſatiua eſt locutio ex parte uoluntatis, quia malitia uoluntatis, cauſat errorem practici intellectus. Supereſt tamen acrior inquiſitio, propter uoluntatis naturalem conditionem. Quia ſcilicet non poteſt uoluntas uelle niſi bonum, uerum uel apparẽs; nec poteſt uelle bonum, G niſi cognitum: nec amat niſi bonum, nec bonum amat, niſi illud cognoſcat: denique nihil amat, nec aliquid amare poteſt uoluntas, niſi bonum, aut malum ſub ratione boni: & ſi malum ſub ratione boni amat, iam non malum ſed bonum amat. Quia autem nihil amare poteſt, niſi illud ſub ratione boni cognoſcat: uidetur infallibiliter ſequi, quòd dum uoluntas aliquod malum ſub ratione boni amat, prius tempore uel natura intellectus illũ malum bonum iudicat. Appetitus enim, ſaltem intellectiuus, non mouetur ad appetendum aliquod appetibile efficaciter, niſi poſt iudicium: nec ſufficit ſola apprehenſio, ut eſt cõmunis ſententia doctorum, & conſtantiſsima experientia omnium. Quid inde ſequitur? Profectò quòd nunquam uoluntas aliquod malum amat, niſi quia intellectus illud malũ bonum iudicat. Ergo malitia quæ eſt in uoluntate, dum uult finem malum, ortum habet ab errore intellectus, quo iudicat illum malum finem, bonum. Illud autem iudiciũ quo intellectus iudicat malum finem eſſe bonum, quale eſt? Speculatiuum? An practicũ? Vtique ſpeculatiuum. Speculatiuum enim eſt iudicium quo iudicamus aliquid eſſe bonum, ſicut ſpeculatiuum eſt iudicium quo iu- H dicamus aliquid eſſe hominem in omnibus: nanque huiuſmodi, ſpeculatio eſt, non praxis. Ita autem conſiderantes affirmare debemus, quòd illa antiquorum propoſitio, Non eſt malitia in uoluntate, niſi ſit error in ratione: cauſatiua eſt ex parte intellectus ſpeculatiui, quia error ſpeculatiui intellectus iudicãtis malum bonum, eſt in cauſa ut uoluntas illud malum uelit; & perinde eſt cauſa ipſius malitiæ uoluntatis, qua malum uult. Vltimò: igitur reſoluentes, & ordinando determinationem ſecundum prædicta, uidetur dicendum, quòd error intellectus ſpeculatiui, eſt cauſa malitiæ uoluntatis, malitia uerò uoluntatis, eſt cauſa erroris intellectus practici dinotici. Porrò quia intellectus ante omnem uolitionem uoluntatis, per accidens errat iudicando ſpeculatiuè aliquid eſſe bonum uel malum: & quia intellectu iudicante aliquid eſſe bonum utile, aliquid eſſe bonum delectabile, aut aliquid eſſe bonũ honeſtum, ſimpliciter & rectè, ſæpè uoluntas inordinatè appetit quod uult, maiori bono minus bonum præponendo, aut maius bonum inordinatè amando: quia malitia uoluntatis per ſe nata eſt producere errorem in intellectu; & quia ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari de aliquo agibili, poteſt uoluntas ex ſua libertate non uelle illud; non erit præter rem, ſi quiſpiam ex his quæ per ſe & ut plurimũ eueniunt,

A niunt, dixerit ſimpliciter loquendo, malitiã
uoluntatis, eſſe cauſam erroris intellectus.
Diximus quod horum duorum eſt cauſa alte
rius; dictum eſt per conſequens, quod horũ
duorum eſt prius altero. Omnis enim cauſa,
ſicut cauſa eſt, ita ſuo effectu eſt prior. Quòd
malitia uoluntatis, eſt cauſa erroris in intelle
ctu, & quòd iterum error intellectus ſit cau-
ſa maioris malitiæ in uoluntate: quodq́; hæc
duo ſic poſsint commeare in circulum, quo-
uſque intellectus fiat cæcus, & uoluntas fiat
obſtinata: pulchrè tractat Henricus Ganda-
Quodl.10 uenſis in ſuis Quodlibetis, ubi diuinas ſcriptu
Quæſt.10. ras adducit, & diuum Auguſtinum. Sed hac
de re magis in capite ſequenti.

AN exiſtimámus poſſe uoluntatem no-
ſtram humanam uelle malum ſub ratione ma
li, id eſt, non conſideratum ſub aliqua ratio-
ne boni, ſed conſideratum ut malum? Abſit.
Scotus. Scotus arguendo ſed non firmando, deducit
Lib.2. quòd uoluntas noſtra poſsit uelle malum for
Diſt. 43. maliter ex certa malitia, ſic quòd non uelit il
Quæſt.2. lud ſub aliqua ratione boni etiam apparente.
Deducit autem, Primùm quia aliàs ſequere-
tur quòd uoluntas creata non poſſet tendere
in obiectum ſub aliqua ratione, ſub qua non
poſſet tendere uoluntas diuina. Probatur ſe-
quela, quia diuina uoluntas poteſt tendere in
omne bonum ſubſtratum illi deformitati, li-
B cet non in illam rationem malitiæ concomi-
tantem. Secundò quia poſito quòd apprehē
datur odium Dei ab aliqua potentia intelle-
ctiua creata non errante: ex quo non errat,
ſequitur quòd non oſtendat odium Dei ſub
ratione boni, ſed tantùm mali. Et tunc ſic
formatur argumentum, Aut uoluntas po-
teſt illud uelle, aut non. Si poteſt illud uel-
le habetur propoſitum; quia nulla eſt bo-
nitas in illo actu prior ipſo actu uolendi.
Si enim aſsignatur aliqua bonitas propter (a-
lias, forte præter) actum uolendi: hoc non
eſt in obiecto ut præcedit actum, ſed eſt in o-
biecto ut ſequitur actum uolendi. Si autem
non poteſt in illud malum oſtenſum, niſi ſub
aliqua ratione boni & non mali, ergo uel ſim
pliciter non poteſt in illud, uel oportet ratio
nem eſſe excæcatam prius naturaliter, quod
uidetur inconueniens, & contra articulum
Pariſienſem, qui eſt contra illud, 7. Ethic. ca
pi.3. Stante ratione uniuerſali & particula-
Caietan. ri &c. His tamen non obſtantibus Caietanus
ſecũda 2. in ſuis commentariis in ſanctum Thomam,
Quæſ.14. tenet conſtanter & bene, non poſſe uolunta
Art.1. tem noſtram uelle malum formaliter, ſub ra-
tione mali: reſpondetq́; obiectionibus præ-
dictis Scoti, ſequendo ſanctum Thomam,
ſcholamq́; Peripateticam, contra illum arti-
culum Pariſienſem. Sed quicquid ſit de argu-
mentis Scoti, ſeu de ſolutionibus Caietani, C
ratum eſt, maximeq́; ratum eſſe debet apud
omnes, non poſſe uoluntatem noſtram uelle
niſi aut bonum quidem, aut ſaltem malum
ſub ratione boni: Vnde profectò multo ma-
gis nec eligere, ſi de electione fiat ſermo. Pro
portione ſiquidem inuicem ſibi reſpondent
potentia & obiectum, & neutrum excedit al
terum: nec poteſt potentia aliqua egredi ex
obiecto ſuo, aut habere actum circa illud
quod non eſt ſuum obiectum. Voluntas au-
tem quantum ad actum uolendi, uerſatur cir
ca bonum, tanquam circa ſuum obiectum
adæquatum: ob quod non poteſt habere a-
ctum niſi circa bonum, uel etiam circa ma-
lum ſub ratione boni. Et conſtat rurſus hæc
ueritas, Quia malum ut malũ & nõ ueſtitum
aliqua ratione boni, ſed malum formaliter,
id eſt, ut malum, nihil eſt; ſed eſt defectus
quidam, negatio, aut priuatio boni: nec
habet eſſe, nec definitionem, ut optimè do-
cuit Dionyſius in De diuinis nominibus. *Dionyſ.*
Ideo profectò nec malum ut malum, eſt ap- *Cap. 4.*
petibile, nec amabile; & per conſequens nec
eligibile, neque appetibile. Vnde Ariſtote- *Ariſtot.*
le in ſuis Ethicis non eſt ueritus ſic inchoare *Ethic.1.*
ſermonem, Omnis ars & omnis doctrina ſi-
militer autem & actus, & electio, bonum
quoddam appetere uidentur. Ob quod pro- *Ibidem*
bat ſententiam antiquorum, in eo quod di- *ſtatim.*
xerunt, Bonum eſt, quod omnia appetunt. D
Et alibi ad idem dixit, Amabile ſiquidem bo- *Ethic. 8.*
num, unicuique autem proprium. Eſt enim
uoluntas tantum boni, uidelicet ueri uel ap-
parentis, quantum ad eius actum uolendi uel *S. Tho.*
amandi: nec poteſt eſſe mali, niſi per actum *Prima 2.*
odii, ſeu fugæ: ut bene docet ſanctus Tho- *quæſt.8.*
mas per multa. *art.1.*

VIDEMVS quidem quòd poteſt homo
aliquis peccare ex certa malitia, ſiue ex indu-
ſtria; ſicut legimus, Quaſi de induſtria receſ- *Iob 34.*
ſerunt à Deo. Videmusq́; quòd poteſt homo
peccare in ſpiritum ſanctum ſicut legimus,
Qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, *Mat. 12.*
non remittetur ei in hoc ſæculo, neque in fu-
turo. Et uidemus ueras interpretationes ſan
ctorum doctorum circa hæc diuina eloquia
ueriſsima. Quemadmodum & de his bene
determinauit ſanctus Thomas, ubi quæſiuit, *S.Thom.*
Vtrùm aliquis peccet ex certa malitia? & ubi *Prima 2.*
quæſiuit, Vtrùm peccatum in Spiritum ſan- *quæſt.78.*
ctum, ſit idem quod peccatum ex certa mali- *Art.1.*
tia? Sed profectò hactenus nullus ſapientum *ſecũda 2.*
hæc ita intellexit, quaſi poſſet hõ aliquis elige *quæſt.14.*
re aut uelle malum ut malum, ſeu ſub ratio- *art.1.*
ne mali: quia utique malũ ut malum ſeu ſub
ratione mali, nec eſt eligibile, nec uoluntati
obrepit, nec appetitur. Quomodo igitur di-

citur

E citur homo peccare ex certa malitia, ſiue ex induſtria? Homo, ſicut & qualibet alia res, naturaliter habet appetitũ boni; Vnde quod ad malum appetitus eius declinet, contingit ex aliqua corruptione, ſeu in ordinatione in aliquo principiorum hominis; ſic enim in actionibus rerum naturalium peccatum inuenitur. Principia autem humanorum actuũ ſunt intellectus & appetitus; tam rationalis, qui dicitur uolũtas, quàm ſenſitiuus. Peccatũ igitur in humanis actibus cõtingit quãdoq; ſicut ex defectu intellectus, puta cùm aliquis per ignorantiam peccat: & ex defectu appetitus ſenſitiui, ſicut cùm aliquis ex paſsione peccat. Ita etiam ex defectu uoluntatis, qui eſt inordinatio ipſius. Eſt autem uoluntas inordinata, quando minus bonum magis amat: Conſequens autem eſt, ut aliquis eligat pati detrimentum in bono minus amato, ad hoc ut potiatur bono magis amato: ſicut cùm homo uult pati abſciſionem membri etiam ſcienter, ut conſeruet uitam, quam magis amat. Ita per hunc modum, quando aliqua inordinata uoluntas aliquod bonum tẽporale plus amat (puta diuitias uel uoluptatem) quàm ordinem rationis, uel legis diuinæ, uel charitatem Dei, uel aliquid huiuſmodi: ſequitur quòd uelit diſpendium pati in ali-

S. Thom. Prima 2. quæſt. 78. Art. 1. in corp.

F quo ſpiritualium bonorum, ut potiatur aliquo temporali bono. Nihil autem eſt aliud malum, quàm priuatio alicuius boni. Et ſecundum hoc aliquis ſciens uult aliquod malum ſpirituale, quod eſt malum ſimpliciter, per quod bonum ſpirituale priuatur, ut bono temporali potiatur. Vnde dicitur ex certa malitia uel induſtria peccare, quaſi ſciens uolensq; malum eligat.

A n uerò dum dicimus, malitiam poſſe eſſe in uolũtate prius tempore uel natura quàm ſit error in itellectu, ſic intelligimus quaſi malitia poſsit eſſe in uoluntate prius tempore uel natura quàm intellectus ſit ignorans, ſeu quàm ignorantia ſit in intellectu? Alia eſt hæc quæſtio, & de qua hactenus non loquimur, ſi nomine ignorantiæ, intelligamus etiam incõſiderationem. Quidam enim, ut ſanctus Thomas, & multi alii qui ipſum ſequuntur putant nõ poſſe eſſe malitiam in uoluntate, quin prius intellectus erret, ſaltem proprie ignorando, ſaltem non conſiderando: Sed de hac quæſtione in ſequenti capite dicuntur multa, etiam ſecundum opiniones doctorum catholicorum. Porrò ſic agendo ſecundum illos qui ita ſentiunt, quomodo poteſt aliquis peccare ex certa malitia ſiuẽ ex induſtria, cum ignorantia opponatur induſtriæ ſeu certæ malitiæ, & cum omnis malus ſit ignorans, ſecundum Philoſophum, & cum errent qui operantur

Ariſtot.

malum? Quidem ignorantia quandoque uſque excludit ſcientiam, qua aliquis ſimpliciter ſcit hoc eſſe malum quod agitur, & tunc dicitur ex ignorantia peccare: quandoque autẽ excludit ſcientiam, qua homo ſcit hoc nunc eſſe malum, ſicut cum ex paſsione peccatur: quandoque autem excludit ſcientiam, qua aliquis ſcit hoc malum nõ ſuſtinendum eſſe propter cõſecutionem illius boni, ſcit tamen ſimpliciter hoc eſſe malum; & ſic dicitur ignorare qui ex propria malitia peccat.

G *Prou. 14. S. Thom. Prima 2. quæſt. 78. Art. 1. ad 1. arg.*

A d inſtitutum ergo huius capitis redeundo, negari non poteſt, quin malitia poſita in uoluntate, errare faciat intellectũ circa principia practica: ut conſtat ex diuina ſcriptura, ſecundum quod legimus apud Danielem de malis illis ſenibus qui teſtimonium dixerunt contra Suſannam, Et uidebant eam ſenes quotidie ingredientem, & deambulantẽ: & exarſerunt in concupiſcentiam eius: & euerterunt ſenſum ſuum; & declinauerunt oculos ſuos ne uiderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. Infra, Semen Chanaan, & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum. Hanc ueritatem tanquam notoriam nouit etiam Ariſtoteles in ſuis Ethicis de qua & ibi multa dixit. Nec hoc ſolum uerum eſt, id eſt, quòd malitia poſita in uoluntate faciat errare intellectum circa practica principia: quin etiam & uerum eſt, quòd malitia ſeu mundana cupiditas poſita in uoluntate, uel impediat quodammodo fidem ne recipiatur, uel impediat quodammodo fidem ne recepta conſeruetur: aut faciat utrunque, ſaltem quantum eſt ex parte ſui, ſaltem diſpoſitiuè, inchoatiuè, aut initiatiuè. Ita dicit Saluator noſter, Quomodo uos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Et Apoſtolus Paulus dicit, Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Additq; his ipſe Apoſtolus, Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Sed hæc ſatis bene pleneq; intelliguntur, aut intelligi poſſunt ex his, quæ dicta ſunt in præcedentibus, & quæ dicentur in ſequentibus.

Dan. 13. *Ibidem.* *Ethic. 6.* H *Ioan. 5.* *1. Tim. 6.*

Quid dicendum ſit ſuper ea quæſtione grauiſſima, An ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari apud intellectum de aliquo particulari agibili, poſſit uoluntas uelle & agere oppoſitum? Declaratur quomodo ſciens habitu in particulari & in uniuerſali, paſſioni manus det, ut actu iudicet uelit, faciatq; illud oppoſitum. Adhuc demonſtratur fidem

non

A *non habere neceſſariò ſibi adnexam charitatem.*

CAP. XXII.

DIXIMVS ſæpe in præcedentibus, quòd inſita intellectui ſcientia in uniuerſali & in particulari de aliquo agibili, uoluntas poteſt nõ uelle illud: quod utique uerum eſt, etiam ſi nihil aliud creatum interſit, niſi ſua ipſius uoluntatis libertas. Nunquam autem fuit à nobis determinatum, An eo caſu, poſſit uoluntas uelle aut facere oppoſitum? Hæc alia quæſtio eſt, quam in præſentia omittere conſilium erat, quia non uidebatur neceſſariò facere ad propoſitum: libuit tamen de ea non nihil modo dicere, ſaltem ne aliquid hic deſideraretur. Quid ergo exiſtimandum? Si auctoritatem ſcholæ Pariſienſis ſequamur, reſpondendum eſt affirmatiuè: Ita enim illa ſchola olim determinauit, dicens, ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntatem non poſſe uelle oppoſitum, error. Ecce hic determinatur, errorem eſſe ſi quis dixerit, quòd ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntas non poteſt uelle oppoſitum. Si autem ita
B dicere, eſt error; ergo uerũ eſt dicere, quòd ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntas poteſt uelle oppoſitum. Hæc enim propoſitio affirmatiua, contradictoria eſt illi propoſitioni negatiuæ, quam damnat ille articulus: ideoq; ſi illa negatiua eſt falſa & erronea, hæc affirmatiua eſt uera & catholica. Quid dicendum? Ille articulus cum cõtineat illum modum, ſeu illam notam, poſſe, eſt modalis ex natura ſua: eamq; ob rem dum dicimus, Stante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntatem non poſſe uelle oppoſitum, duos ſenſus poteſt habere hæc locutio, alterum compoſitum ſeu compoſitionis, alterum diuiſum ſeu diuiſionis. Omnino ſicut dũ dicimus, ſtante ſeſsione, hominem non poſſe ambulare: duos ſenſus hæc locutio quoque habet, aut habere poteſt, compoſitum, & diuiſum. Nunc ad propoſitum. Si ſchola Pariſienſis damnauit illum articulum in ſenſu diuiſo, omnes doctores in eo conueniunt, ut dicant, illum articulum bene damnatum fuiſſe. Nam ſi dixerit quiſpiam in ſenſu diuiſo, Stante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntatem non poſſe uelle oppoſitum, prorſus falſiſsimum eſt & erroneum; quia immo in ſenſu diuiſo, Stante ſcientia in uniuerſali & in particulari, poteſt uoluntas uelle oppoſitum; ſicut in ſenſu diuiſo, ſtante ſeſsione poteſt homo ambulare. Stante enim ſcientia in uniuerſali & in particulari, habet uolũtas poteſtatẽ qua in ſenſu diuiſo poteſt uelle oppoſi C
tum: ſicut ſtante ſeſsione habet homo poteſtatem qua in ſenſu diuiſo poteſt ambulare: ſicut ſtãte ſomno, habet homo poteſtatem qua poteſt uigilare; ſicut ſtantibus oculis clauſis, habet homo poteſtatem qua poteſt uidere: ſicut ſtante frigore, habet homo poteſtatẽ qua poteſt habere calorem: & ſic de aliis penè infinitis. Ergo ſimiliter ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntas habet poteſtatem qua in ſenſu diuiſo poteſt uelle oppoſitum: ideo ſi articulus dicebat in ſenſu diuiſo, Stante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntatem non poſſe uelle oppoſitum, falſus erat, & rectè damnatus eſt. Non eſt de hoc ulla differentia doctorum, omnes conueniunt, & ſubſcribunt libentiſsimè. Quid ſi ſchola Pariſienſis grauiſsima, damnauit illum articulum in ſenſu compoſito? Hic labor. Damnando enim in ſenſu compoſito illum articulum negatiuum, concederet per conſequens in ſenſu compoſito hunc articulum affirmatiuum illi contrarium, Stante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntatem poſſe uelle oppoſitum. Sic autem determinare, eſt dicere, quòd intellectum habere ſcientiã in uniuerſali & in particulari de aliquo operabili, & uoluntatẽ pro eodem tempore ſimul D
uelle oppoſitum illius operabilis, non repugnant, nec ſunt incõpoſsibilia, ſed ſtare ſimul poſſunt. In hoc ſenſu intelligẽdo quidã doctores noſtri aut non credunt ſcholã ita determinaſſe, aut cum illa non ſentiunt, & ſe confitentur nõ plenè aſſequi, quõ exiſtente ſcientia in uniuerſali & in particulari apud intellectum, uoluntas ſimul tempore in ſenſu compoſito poſsit uelle oppoſitum. Vnde Henricus Gandauenſis in ſuis quodlibetis poſtquam de his multa dixit, tandem, An ſtante ſcientia recta intellectus nulla obſcuratione obliquata, uoluntas in ſenſu compoſito poſsit uelle oppoſitum, Diligens, inquit, lector iudicet: & ſemper ibi ſentire uidetur, quòd non. Durandus de ſancto Portiano in ſuis ſententiis, ait, Poteſt dici ſine præiudicio articuli, quòd ſtante iudicio rationis in uniuerſali & particulari de aliquo eligendo, non quidem ſecundum actum, ſed ſecundum habitum, uoluntas poteſt in oppoſitum ſecundum actum: uel ſtante iudicio rationis ſecundum actum, uoluntas poteſt in oppoſitum ſecundũ habitum: quòd autem ſtante iudicio rationis ſecundum actũ in uniuerſali & in particulari, uoluntas ſecundum actum pro tunc poſsit ferri in oppoſitum, non uideo bene. Hæc ille. Quæ igitur eſt ſententia horum doctorum hac de re? Secundum eorum ſententiam, quam tamen ipſi magis innuunt, quàm exprimunt: ſtante ſcientia

Quodl. 10 quæſt. 10.

Lib. 3. Diſt. 36. quæſt. 1.

tia

E tia in uniuerſali & in particulari de aliquo agi-
bili ſeu operabili, non poteſt uoluntas (in ſen-
ſu compoſito loquendo) uelle oppoſitum.
Ratio huius poteſt ſic aſsignari, Quia uolun-
tas non poteſt uelle oppoſitum illius agibilis
dictati, niſi intellectus de illo oppoſito dictet:
nam uoluntas non uult aliquod particulare
agibile, niſi propter aliud, nec mouetur nec
fertur in illud niſi propter dictamẽ practicum
intellectus. At profectò non apparet quomo-
do intellectus poteſt dictare ſimul practicè de
duobus agilibus oppoſitis, quòd utrunque
ſit eligendum aut agendum. Tota ergo ratio
quare ſtante ſcientia in uniuerſali & in parti-
culari de aliquo agibili, uoluntas non poteſt ſi-
mul tempore uelle oppoſitum illius dictati,
eſt, quia intellectus non poteſt ſimul in uni-
uerſali & in particulari dictare de oppoſito,
quòd ſit eligendum aut uolendum. Si quiſ-
piam mihi dederit, quòd intellectus etiam de
oppoſito poteſt dictare ſimul; ego illi dabo,
quòd uoluntas quoque poteſt ſimul uelle op-
poſitum. Si ergo uerum eſt, quòd uoluntas
non poteſt uelle, ſeu eligere aliquod agibile
particulare, niſi ſub dictamine practico intel-
lectus, & quòd intellectus non poteſt ſimul
dictare practicè de duobus agibilibus parti-
cularibus oppoſitis, quod utrunque ſit agen-
dum: ſimiliter uerum eſt, quòd ſtante ſcien-
tia in uniuerſali & in particulari de aliquo agi-
F bili, uoluntas non poteſt ſimul, in ſenſu com-
poſito, uelle oppoſitum. Cæterùm iam nunc
uidendum eſt, quomodo ſapiens à paſsione
uincitur, ut non ſciat actu, quod ſcit habitu:
& quod etiam actu ſciebat, ante paſsionem
Lib. 7. urgentem, Etenim, ut dicit Ariſtoteles in
ſuis Ethicis, & uerum eſt, Conſtat inconti-
nentem non putare illud eſſe bonum, ante-
quàm in perturbatione fit conſtitutus: & ſi-
militer conſtat, quòd putat illud eſſe bonum
& tempore, quo illud eligit faciendum. Alias
non illud eligeret, quia malum ut malum,
non eſt eligibile, nec appetibile: ſicut nec bo-
num ut bonum, eſt odioſum. Vnde ergo uſu
uenit ut ſapientes, aliquo modo ignorantes
euadant, & per inde incontinentes? Quia cer-
tè, incontinentia, ignorantia, tanquam ia-
nua utitur: & ſi non eſſet ignorantia, non eſ-
ſet incontinentia. Hoc eſt enim quod dictum
eſt hactenus, ſtante ſcientia in uniuerſali &
in particulari, uoluntas non poteſt uelle op-
poſitum. Habet autem incontinens ſcientiã
in uniuerſali, & ideo peccat cum ſcrupulo &
remorſu: non tamen habet rectam ſcientiam
in particulari, & ideo malè agit: nam ſi quo-
que in particulari ſcientiam haberet, non ma-
lè ageret. Quomodo igitur ſapientes, fiunt
ignorantes. A' concupiſcentia inſtigante,
ſeu à paſsione inſurgente. Vehemens enim G
paſsio concupiſcibilis aut iraſcibilis, ligat
quodamnodo rationem, & non ſinit illam
conſiderare actu particularia, niſi ſua: & quæ
ad expletionem eius faciunt, ad conſequen-
das delectationes, aut declinandas triſtitias.
Iræ enim (ut inquit Ariſtoteles) & concupi- *Ethic. 7.*
ſcentiæ uenereorum, & quædam huiuſmodi,
manifeſtè & corpus tranſmutant. Quibuſdã
autem & inſanias faciunt. Vnde ſi iræ atque
concupiſcentiæ tanta uis eſt, ut tranſmutans
corpora humana, & rationales animas, in ſa-
nas reddat; manifeſtum eſt, quòd rationem
ligare poſſunt, ſicut notum eſt, quòd ſæpe
eam ligant de facto. Ratio ſemper præcatur *Ethic. 5.*
ad optima. Sed uehemens paſsio abſorbet ra-
tionem, uel omnem uel eius partem: ita ue-
hemens concupiſcentia, aut etiam uehemẽs
ira. Sic experimur, Vnde Horatius, Iram
furorem eſſe breuem dixit: & Cicero in Ora-
tione pro M. Marcello, iracundiam inimicã
eſſe conſilio ait: Vnde quidam ex Iurecon- *Bal. in c. 1.*
ſultis ſcriptum reliquit, cum qui ira corripia- *§. ſi quis ue-*
tur, deliberandi conſilio carere. Quod de *rò. de pac.*
ira dictum eſt, idem de concupiſcentia dicen- *iur. fir.*
dum eſt. A' concupiſcentia igitur uel ab
ira uehementi, turbatur ratio, impeditur,
ligatur, aut diſtrahitur à particulari conſide- I
ratione bonorum honeſtorum. Vnde per
conſequens, incontinentia per ignorantiam
ſibi aditum inuenit, ignorantia autem incon- H
tinentis animum ſubit per paſsionem inſur-
gentem, concupiſcentiam, aut iram, deſide-
rium, aut timorem: quæ rationem de ſtatu
dimouent & deturbantq;, & à conſideratione
& iudicio particulari honeſtorum bonorum
reuocant, licet non obnubilent uniuerſa-
lem ſcientiam de bono in uniuerſali. Ordo
autem in hac animi, ſeu rationis turbatione,
ualde conſiderandus eſt, ualdeq; aduerten-
dus, pro multis quæ ibi contingunt dignis
ſcitu, & quæ non parum declarant materiam.
Oſtenditur uerò ille ordo magis ſi conſidera-
mus prius quo modo ſyllogizat temperatus,
& quomodo continens, ut deinde ueniamus
ad ſyllogiſmum incontinentis, & ad modum
eius. In omni diſcurſu practico, uel pruden-
tiæ, uel artis, ſemper duæ propoſitiones ſunt,
uel intelliguntur eſſe, altera uniuerſalis, al-
tera particularis quæ ſubſumit ſub uniuerſa-
li; ex quibus duabus ſimul ſumptis & appli-
catis, ſequitur conſequens operabile, agibi-
le, aut factibile. Vt (uerbi gratia) ſi quis ita
procedat, Omne dulce guſtare oportet, ui-
num aut aliquod tale ſingulare, eſt dulce, er-
go uinum guſtare oportet. Poſt talem diſcur-
ſum, homo potens & non prohibitus, ope-
ratur: ſaltem quando efficaciter uult illud,
ad

A ad quod, ſeu propter quod diſcurrit. Sic format ſuum diſcurſum, ſeu ſuum ſyllogiſmum temperatus, ſine ullo impedimento extrinſeco uel intrinſeco; quia ligatam habet ſenſualitatem, & quietam, non renitentem, nec bellum inferentem. Vnde quietè proponit uniuerſaliter, quietè ſubſumit particulariter, & tandem quietè concludit, atque delectabiliter operatur; ſic enim procedit ſine moleſtia ſenſualitatis; puta, Omne inhoneſtum, eſt fugiendum, hoc eſt inhoneſtum, igitur hoc eſt fugiendum. Continens autem, quia uirtutem habet, licet diminutam, & ſcientiam quidem uniuerſalem qua iudicat inhoneſtas delectationes guſtus & tactus & uenereorũ fugiendas eſſe, uniuerſalem propoſitionem format, pro bono honeſto eiuſmodi: Sed quia ſenſualitatem adhuc non plenè quietam, quamuis tamen ligatam, habet, etiam pro parte eius format propoſitionem uniuerſalem pro bono delectabili turpi. Vnde eſt utique in bello. Verùm præualet ratio, & prius ſubſumit ſub uniuerſali propoſitione boni honeſti, quàm ſubſumat ſenſualitas ſub uniuerſali propoſitione boni delectabilis. Ideo ſequitur honeſta actio continentis, quamuis obmurmurante renitenteq; ſenſualitate, & non ſine aliqua agentis triſtitia. Porrò de incontinente, aliud eſt iudicium. Incontinens enim

B quia uitioſus eſt, licet non tantum, quantum intemperatus, ſenſualitatem habet non ſolũ obſiſtentem rationi, ſed & ſolutam ſine freno uirtutis: quã ob rem & ſi apud ſe ſtatuat propoſitionem uniuerſalem ſecundum rationem pro bono honeſto, ſic formans, Nullum dulce eſt guſtandum extra horam; tamen ſimul format ex parte concupiſcentiæ, quòd omne dulce, eſt delectabile. Quia autem cõcupiſcentia incontinentis in particulari ligat rationẽ, non aſſumitur ſub uniuerſali rationis, ut dicatur, & hoc eſt præter horam: ſed aſſumitur ſub uniuerſali concupiſcentiæ, ut dicatur hoc eſſe dulce. Et ita ſequitur concluſio operationis. Vterque igitur continens & incontinens habent uniuerſalẽ pro ratione, & uniuerſalem ſcientiam pro concupiſcentia; ſed ea eſt differentia, quòd continens prius ſubſumit, in particulari ex parte rationis, & incontinens prius ſubſumit in particulari ex parte concupiſcentiæ. Vehemens enim paſsio, qualis eſt paſsio incontinentis, ligat rationem in particulari ſua ſcientia: uehemens paſsio, uehemens concupiſcentia, uehemens ira, aut quid tale aliud. Hæc omnia docuit Ariſtoteles olim in ſuis Ethicis, à quo omnes morales poſtea probarunt, & acceperunt. Verba eius ſunt, hæc ex Argyropili uerſione. In ſuper ex hoc modo quiſpiam naturaliter inſpexerit cauſam. Opinionum enim, Alia eſt uniuerſalis, Alia de ſingularibus quibus iam ipſe præſidet ſenſus. Atque cum ex ipſis ratio fuerit una, anima concluſum ipſum in contẽplandis quidem dicat, in agendis autem rebus continuò agat neceſſe eſt. Nam ſi omne dulce guſtare oportet, & hoc eſt dulce ut unũ quid ſingularium, is hoc ſimul agat qui poteſt, nec prohibetur, neceſſe eſt. Ecce de illo qui ſyllogizat ſine impedimento. Sequitur ſtatim, Cum igitur una quidem uniuerſalis ineſt opinio guſtare uetans, Alia uerò dicit omne dulce uoluptatem afferre, & hoc eſſe dulce, hæc autem operatur, atque ineſt forte cupiditas, illa quidem hoc fugere dicit. Cupiditas auem ducit. Mouere enim ſingulas partes poteſt. Quare fit ut à ratione quodammodo & opinatione incontinenter agatur. Hæc ille. Sic docuit Ariſtoteles quòd ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari atque ipſis præmiſsis applicatis in conſequentia apud eundem intellectum, neceſſe eſt animam ſtatim agere, iudicando, eligendo, agendo, aut operando: ſi homo ipſe poteſt agere, & non prohibetur agere: & qui conſiderat hanc eius ſententiam, uerba & determinationem, uidet etiam in illis manifeſtè quomodo ſimul ſtare poſſunt hæc duo, & quòd homo rectè ſciat, & quòd malè agat. Quia uidelicet, ſi ſcit habitu & non ſcit actu; aut ſi ſcit in uniuerſali, & non ſcit in particulari, & cætera. D Ambas enim has determinationes ponit in allegatis uerbis, ut conſtat.

Ethic. 7. (left margin)

ALTIVS autem repetẽdo, ut iam incipiebamus dicere, Opinio Socratis fuit, ut refert Ariſtoteles, quòd ſcientia nunquam poſſet ſuperari à paſsione; cum ſcientia ſit partis potiſsimæ quæ eſt in homine; ideſt, eius quæ eſt rationalis per ſe: quæ ſicut eſt potiſsima pars: ita eſt fortiſsima & potentiſsima, & prædominans. Ideo dicebat Socrates, omnes uirtutes, eſſe ſcientias, ut quoque iam diximus; & omnia peccata, eſſe ignorantias. Quia uidelicet ſic ſciens, ſcientiam eſſe fortiſsimum quid, quod erat in affectionibus hominum: iudicauit, tum quòd homo non poterat agere uel uelle oppoſitum eius quod ſcieba, tum quòd neceſſariò cogitur uelle & agere ſecundum ſcientiam quam habet. Ariſtoteles iudicans hanc ſententiam Socratis non omnino falſam, ſed potius ex parte ueram, uidens, quòd ad rectè agendum homo duplici ſcientia componitur atque inſtituitur, ideſt uniuerſali, & particulari: fecit diſtinctionem quandam, & ſecundum illam determinauit. Ea diſtinctio eſt, Quia ſtante ſcientia in uniuerſali, & ſtante ſcientia in particulari de aliquo agendo apud intellectum, iudicauit neceſſe eſ-

Opinio Socratis Ethic. 7.

Opinio Ariſtot. Vbi ſup. Ethic. 7.

E ſe hominem uelle, ac eligere & operari illud, ſi poteſt & non prohibetur: Sed deficiente aliqua ſcientia prædictarum, ideſt aut deficiente ſcientia in uniuerſali, aut ſcientia in particulari, uel deficiente ſcientia in habitu, uel in actu; exiſtimauit poſſe hominem uelle aut etiam operari oppoſitum, contra illud quod ſic diminutè ſentit. Ita Ariſtoteles cum hac prædicta diſtinctione, probauit opinionem Socratis, in eo quod docuit, neceſſe eſſe hominem uelle operari ſecūdum ſcientiam quā habet: nec poſſe uoluntatem hominis uelle malum, niſi intellectus prius tempore uel natura erret, iudicando illud malum eſſe bonū. Vnde & conſtanter dixit, Omnis malus eſt ignorans.

S. Tho. Prim. 2. queſ. 77. Art. 2. Vbi quærit, Vtrū ratio poſſit ſuperari à paſſione cōtra ſuam ſciētiam.

CIRCA hanc ſententiam illorū antiquorum Philoſophorum, concedit Sanctus Thomas, quòd nunquam uoluntas in malum moueretur, niſi id quod non eſt bonum, rationi bonum aliquatenus appareat: ob quod rurſus ait, Propter hoc uoluntas nunquam in malum tenderet, niſi cum aliqua ignorantia uel errore rationis. Probat hanc ſententiam, eo uidelicet, quia uoluntas eſt boni, uel apparentis boni: ideſt, eſt circa bonum, uerum uel apparens. Scotus contra hanc determinationem argumentatur multis mediis. Primò ex articulo Pariſienſi, Stante ſcientia in uniuerſali & in particulari, uoluntatem non poſſe in oppoſitum, error. Secundò, ex multis auctoritatibus Auguſtini, dicētibus, quòd quandoque ſcientes peccamus. Tertiò ex Ariſtotele dicente, quòd ſcire, parum aut nihil ualet ad uirtutem. Si enim rectitudo intellectus exigitur ad bene uelle, tunc ſcire multum ualeret ad uirtutem. Immo ſequitur, quòd non eſſet perſuadendū alicui, quòd bene uellet, ſed quòd rectè conſideraret. Iterum, Rectitudo rationis tam in practicis quàm in ſpeculatiuis, conſtat ex terminis & forma ſyllogiſmi perfecti: igitur ratio practica erit ex ſe perfecta, quicquid in appetitu ſequatur: & conſequenter poteſt uoluntas male eligere, intellectu exiſtente perfecto. Rurſus, quia ſtat quòd ratio oſtendat utrunq; oppoſitum, ſecundum quod eſt, puta furari, & non furari, eſt enim oppoſitorum: & quòd uoluntas determinet ſed ad unum, quia uult. Et quod hoc ſic ſit, teſtatur Ariſtoteles, ubi uult quòd ſcientia ſit oppoſitorum: ſed à prohæreſi, ideſt, ab electione, determinatur ad unum. Non igitur oportet intellectum errare uel ignorare, ad hoc quòd uoluntas malè uelit. Sed contra probationem ita formatur argumentum, quia uidetur ſtare, quòd intellectus in nullo erret, & uoluntas peccet appetendo uerè bonum appræhenſum, non debito modo.

Scotus. Lib. 3. Diſt. 36.

F

Ariſtot. Ethic. 2.

Ariſtot. Meta. 9.

G His fundamentis motus, tenuit Scotus, quòd ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari apud intellectum, poteſt uoluntas eligere aut uelle malum oppoſitum: uel ſaltem poteſt uelle bonum non debito modo; & ſic mala fieri in uolendo, quando non errat intellectus in cognoſcendo aut iudicando, ſeu oſtendendo. Caietanus in ſuis commentariis ſuper ſanctum Thomam, refert hæc fundamēta Scoti, & mox ita concludit cum ſancto Thoma. Impoſsibile eſt uoluntatem peccare abſque ignorantia uel errore intellectus.

Caietan. Prima 2. queſt. 77. Art. 2.

Vt aut ſoluat argumenta Scoti quæ non parū uidentur habere apparentiæ, Notat primùm, quòd ignorantiæ nomine in propoſito, intelligitur etiam ipſa actualis inconſideratio: docens ex hoc, quòd ſufficit ad apparens bonum ut actuali inconſideratione transferatur de ordine ueri boni in non uerè bonum; ſicuti de peccato angeli aſſerit dictum eſſe, in prima parte. Notat ſecundò, quòd appræhenſio requiſita ad hoc quòd uoluntas appetat aliquid, non enim ferri poteſt niſi in appræhenſum, non eſt quæcunque cognitio: alioquin intellectio ſpeculatiua ſufficeret, cuius oppoſitum habetur ex tertio de anima: Sed eſt cognitio iudicans & præcipiens hoc eſſe appetendum. Nunquam enim aliquis aliquid appetit, quod non iudicat appetendum: iudicio ſubito uel deliberato, expedito uel impedito, etc. Nunquam etiam aliquis iudicata appetenda eſſe, eliget, niſi imperet ſibi ipſi H animus appetendum eſſe. Et ex hoc dicit patere, quòd ſi appetendum aliquod eſt uerè iudicatum bonum, quando, ſicut, ubi, etc. & ſufficienter præceptum, oportet ſequi electionem; ut patet per Auguſtinum in ſuis confeſsionibus, & per Ariſtotelem: & ſic erit electio bona: Si autem appetendum non eſt uerè iudicatum aut ſufficienter præceptum bonum, tunc cum mala electione, defectus poſitiuè uel negatiuè eſt in intellectu; dum uoluntas fertur in bonum non uerè, ſed apparens ex illo defectu. Et quia hæc duo membra diſtinguuntur contradictoriè, ut inquit, conſequens eſt, ut non ſit dare medium. Secundum hæc duo prænotata ſua, reſpondet ad prædictas omnes obiectiones Scoti. Dicit enim quòd auctoritates omnes dicentes, hominem appetere contra ſcientiam, intelligunt contra ſcientiam habitualem, uel actualem in uniuerſali, uel actualem particularis abſolutè, ut dicitur alibi. Ad articulum Pariſienſem, dicit quòd de intellectu in uniuerſali & particulari ſecundū ſe conſiderato in actu, uerus eſt; cum quo ſtat ignorantia particularis in comparatione. Et addit, Poſſet quoq; dici, quòd eſt uerus de particulari

Auguſt. lib. 8. Ariſtot. Ethic. 7. & 3. de Anima.

Par. ead. queſt. 78. art. 1. ad 1. arg.

A ticularī in actu etiam relato, quoad actum iudicii non præceptiui: quia, ut inquit, cum tali iudicio, nidelicet non præceptiuo, ſtat oppoſitum iudicium præcipiens, in quo eſt defectus. Ad auctoritatē Ariſtotelis dicit, quòd loquitur de ſcientia morali diſtincta contra ſcire prudentiæ: & de illa cum ſit uniuerſalium; conſtat parum uel nihil ualere: de hac autem conſtat eſſe formam & diffinitionem uirtutum. Et quia hæc dependet ab appetitu recto; & è contra: ideo oportet uitioſo ſuadere & quòd conſideret, iudicet, & ſolicitetur rectè, & quòd mutet appetitum: alterum enim ſine altero, inſufficiens inuenitur. Ad rationem primam, dicentem quòd rectitudo rationis pendet ex ſolis terminis in forma ſyllogiſmi, dicit quòd eſt falſa uniuerſaliter. Quod probat primū quoad peritiores, quia quædam ratio eſt in ratione ſecundum ſe, & hæc ex ſolis terminis pendet: quædam eſt in ratione non ſecundum ſe, ſed ut mota ab appetitu, & hæc dependet non ex ſolis terminis, ſed ex connexione conformi appetitui recto: unde in Ethicis dicitur quòd uerum intellectus practici eſt conſeſſe ſe habens appetitui recto.

Ethic.6.

B Vnde cùm prudentiæ ſcientia ſit in intellectu ut ſubeſt uoluntati, ut patet ex dictis, rectitudo rationis eius, non ex euidentia terminorum ad rationem abſolutè, ſed ad rationem motam à recto appetitu dependet. Deinde etiam quoad minus peritos; Quia rectitudo rationis ſecundum ſe, pendet ex terminis & forma ſyllogiſmi: ſed ut iudicanda à nobis & præceptiua, pendet ex appetitu in moralibus: quia qualis unuſquiſque eſt, talis ei finis uidetur. Et ideo impoſsibile eſt quòd ſit perfecta ratio ſola ex terminis & ſyllogiſmo, quicquid, in uoluntate ſit. Oportet enim uoluntatem eſſe bene diſpoſitam, ſi ratio perfecta ſit ratione morali particulariſsima ſine defectu, ut dictum eſt. Ad aliam rationem Scoti, quæ eſt de ratione ſeu intellectu oſtendente ſimul duo oppoſita, ac de uoluntate determinante ſe ad unum, fatetur Caietanus quòd illa eſt omnium difficillima, quoniam tangit primam radicem. Reſpondet autem, dicēs, quòd in hoc ipſo quòd uoluntas determinat ſe & intellectum ad alterum oppoſitorum quod eſt malum, interuenit ignorantia aliqua: Oportet nanque uoluntate aliquid appetente, illud iudicari appetendum nunc, hic, &c. Et cum in ueritate non ſit appetendum, uidelicet dum illud eſt malum, patet ignorantia aliqua. Sed an tūc ignorantia ſit prius natura quàm appetitus, fatetur etiam Caietanus quòd difficile eſt uidere. Ex eo nanque quòd obiectum eſt uolū tatis illud ſic iudicatum, prius natura uidetur: ex eo uerò quòd eſt effectus uoluntatis

Prim. 2. quæſt.65. Art.1. Vbi probatur quòd prudẽtia exigit omnes uirtutes morales.

C determinantis intellectum iuxta doctrinam Ariſtotelis, uidetur poſterius natuta. Dicit autem reſpondendo ad hanc quæſtionem, in qua magis uidetur uerſari ac eſſe penè tota difficultas huius materiæ, de prioritate aut poſterioritate actus intellectus aut uoluntatis. quando uoluntas determinat intellectū, Determinatio intellectus ad alteram partem in moralibus, cum contingentia ſint, quando ex paſsione prouenit, præuenit manifeſtè electionem, ut patet ex ſupra declaratis: ſed quoniam hoc eſt per accidens, abſolutè loquendo de determinatione intellectus, dicendum ſimpliciter eſt quòd uoluntas determinat intellectum ad iudicandum alterum oppoſitorum faciendum, ſed diuerſimodè in bonis & in malis. Quia cum neutrum oppoſitorum habet rationem mali moraliter, uoluntas ex ſe ſola flectit iudicium quò uult: ad alterum uerò oppoſitorum moraliter malum; uoluntas ipſa flectit iudicium, ſed non niſi cō currente ad hanc aliquo alio defectu intellectus, ſaltem non conſideratione omnium cō ſiderandorum, quæ ſufficit ad hoc quòd omnis malus ignorans ſit, ut de peccato angeli dictum fuit. Iudicium igitur de agendo uel appetendo morali malo, cum in ratione propoſiti ſit prius natura uoluntate mala, & in ra-

D tione acceptati ſit poſterius natura eadē mala uoluntate, & acceptetur ex aliquo defectu intellectus, quia malum ſecundum ſe non eſt acceptabile; reſoluēdum eſt in tria: in ipſum iudicium, ſeu iudicatum quod acceptatur, & in defectum intellectus unde quodammodo acceptatur, & ipſam paſsiuè acceptationem à mala uoluntate illatam; & quoad duo prima, præuenit uoluntatem malam ut obiectum, & conditio nonnulla eius, ſiue ex parte eius, ſiue ex parte intelligentis; quoad tertium autem eſt effectus uoluntatis. Et ſic (ut inquit) omnia conſona inueniuntur. Hæc ille. Notat etiam ibidem Caietanus, quòd propoſitiones ſcitæ & ignoratæ in particulari in actu practico, non ſunt contradictoriæ: quia licet exiſtens in paſsione credat hanc nunc fornicationem ſecundum ſe non eſſe faciendam, credit tamen omnibus concurrentibus nunc hanc fornicationem eſſe committendam: niſi enim hoc animo ſentiret, non faceret eam. Conſtat autem nō eſſe contradictorias illas, quæ non ſunt ad idem, ſimiliter, &c. Et ſi ille in malitia aut paſsione exiſtens, dicat ſe ſentire in animo contradictionem in actu, mē titur. Hæc ille. Sic ſequitur Caietanus ſententiam ſancti Thomæ, & ſic reſpondet ad omnes rationes Scoti.

ITAQVE ſicut conſtat ex prædictis, ma-

E gnum dubium eſt circa hanc quæſtionem & determinationem ipſius, quod ſatis oſtendunt hæ uariæ ſententiæ doctorum adductæ, ſancti Thomæ, atque Scoti: aliorumq́; multorum qui hos ſequuntur, quicunque ſuum auctorem, ducem, & præceptorem. Quicquid autem ſit de quæſtione grauiſsima, poteſt tamen tunc peccare uoluntas & mala eſſe aut fieri, omittendo uelle aut eligere, aut facere quod intellectus ſic formatus dictat eſſe uolendum, eligendum uel faciendũ: Quia quo ad hoc libera eſt, libertatem habet ex natura, & à nulla ſcientia intellectus cogitur aut neceſſariò compellitur elicere actum ſuum efficacem niſi à ſola Dei uiſione beatifica. Atque hæc ultima determinatio, eſt communiſſima, propter libertatem uoluntatis quam habet ex natura rei: nec exiſtunt opiniones uariæ de hoc apud nos, ſed ſumma eſt omnium doctorum noſtrorum unanimitas. Vnde etiã eam ob rem exhortamur alios non ſolùm ad moralem ſcientiam, ſed etiam ad bonam uitam ſecundum ipſam; quia uidelicet quantumuis ſciamus ſpeculatiuè ac practicè uolẽda & non uolenda, eligenda uel non eligenda, facienda uel uitãda, ſemper liberi ſumus. Et in hoc emẽdat ſchola Chriſtianorum, ſcho-

F lam philoſophorum: quia Ariſtoteles in allegatis uerbis ſuis, uidetur docere, quòd ſtante ſcientia in uniuerſali & in particulari, neceſſe eſt ſequi opus. Accipimus etiam libenter quod Ariſtoteles bene dixit, Omnis malus eſt ignorans, intelligendo nomine ignorantiæ, uel errorem aliquem intellectus, uel defectum ſcientiæ, uel ſaltem ipſam actualem inconſiderationem, ſicuti bene notauit Caietanus ubi ſupra: ſed uidendum eſt an hoc habeat locum ſolùm dum uoluntas peccat committendo, ſeu habendo actum: aut etiam in omittendo; ut quoque nunquam uoluntas mala fiat omittẽdo, quin intellectus ignoret.

Prim. 2. queſ. 77. art. 2.

Videatvr ſanctus Thomas ubi quærit, Vtrùm ratio poſsit ſuperari à paſsione? & ubi quærit, Vtrùm aliquis peccet ex certa malitia? & notetur declareturq́; ſemper quomodo omne peccatum reſoluitur in aliquam ignorantiam, ſeu quomodo aliquam ignorãtiam præſupponit. Nobis ſufficit in præſentia oſtendere, quòd inſita fide integra intellectui hominis, quantum ad ſuum habitum infuſum uel etiam acquiſitum, integrum tamẽ omnium credibilium, poteſt uoluntas deficere & peccatum mortiferum patrare cõtra Dei legem, atque contra charitatem: ſiue ſit per commiſsionem, ex aliqua ignorantia uel inconſideratione alicuius rei, aut concluſionis particularis propter aliquam paſsionem: ſiue ſit per omiſsionem, ex ſua libertate, qua utens non uult eligere conſiliatum. Conſtat G de hoc in ſchiſmaticis puris, ideſt, non hæreticis: hoc eſt, in illis qui non peccant contra unitatem fidei, ſed peccant contra unitatem ſpiritus in uinculo pacis: omnia nanque credibilia credunt, ſed aliunde mortaliter peccant, & charitatem perdunt, contra unitatem ſpiritus in uinculo pacis peccantes. Simile eſt etiam & de multis aliis, qui fidem integram credibilium tenentes, delinquunt cõtra charitatem in faciendis uel uitandis: ſicut ille qui habens ſubſtantiã huius ſæculi, uidet fratrem ſuum inopia laborare, & claudit uiſcera ſua apud illum. De quo dicit Ioannes Apoſtolus, Quomodo charitas Dei manet in eo? Fides igitur non habet neceſſariò connexam ſibi charitatem, ſed poteſt ipſa fides manere integra omnium credendorum, recedente charitate propter omiſsionem faciendorum, uel propter commiſsionem uitandorum.

Prima 2. queſ. 77. Art. 2. Ibidem. Quæ. 78. Art. 1.

1. Ioan. 3.

Libri præſentis concluſio, de ordine quem ſeruat Deus communicando nobis effectus gratiæ Chriſti, & de his quæ media accedunt aut accedere debent apud homines inter Deum uocantem & Deum iuſtificantem. Declarantur quæ conſideranda ſunt in diuinis promiſsionibus de noſtra glorificatione ac iuſtificatione: & proponitur materia ſeu argumentum libri ſequentis. CAP. XXIIII.

IGITVR iuxta propoſitionẽ ſeu argumentum præſentis libri, eſt iam concluſio ipſius, indubitabilis, de ordine quem ſeruat Deus Optimus Maximus communicã- H do nobis bona, ſeu effectus gratiæ Saluatoris noſtri: quia communicat nobis ultima per media, media per prima: glorificationem per iuſtificationem, iuſtificationem per uocationem ac præparationẽ. Vt prius uocet ac præparet, deinde iuſtificet, deinde glorificet, ponens ultimum in executione, quod eſt primum in intentione: quia intẽdens dare hominibus gloriam, deſtinansq́; illos ad illam, uult etiam dare illis media neceſſaria ad hoc: dum autem hanc gratiam exequitur ſecundum ſuam gubernationem, primùm uocat & præparat, mox iuſtificat, deinde glorificat. Quem ordinem explicat Apoſtolus ad Romanos, ut conſtat ex dictis, & quem nemo qui Apoſtolum recipiat, negare poteſt. Quia uerò altercatio exiſtit his tẽporibus, de eo quod medium accedit aut neceſſariò accedere debet ſecundum Dei legem datam, inter Deum uocantem & Deum iuſtificãtem à peccatis; de illo egimus: ut quantum arbitramur,

ſatis

A ſatis oſtenſum ſit per diuinas ſcripturas, non ſufficere ſi accedat ſola fides aut ſola confidentia; ſed oportere intercedere fidem totius Euangelii, conuerſionem hominis ad Deum, dilectionem atque corde ex ipſo obedientiam erga ipſum. Idq; effecimus, probando ſolius fidei aut ſolius confidentiæ inſufficientiam, per conuerſionis, dilectionis, obedientiæq; noſtræ erga Deum neceſsitatem: ubi nanque conuerſio, dilectio ac obedientia ſunt neceſſaria, non ſufficit ſola fides, non ſufficit ſola confidentia, nec ſufficiunt fides & confidentia ſimul. Hæc igitur ſufficiat modo monſtraſſe, tùm quia hoc erat intentum præſentis negocii, & hoc ſufficit in præſentia: tum, quia inferius ſuo loco, ubi latè agitur de Deo parato iuſtificare omnes homines, atque de lege diuina quoad homines non iuſtos iuſtificandos, traditur abundantius de his quæ inter Deum uocantem & Deum iuſtificantem debent media accedere. Ibi enim declaratur atque probatur, quæ quot, & qualia ſunt, quæ in ipſo medio requiruntur: atque ponuntur eorum nomina, definitiones, atque ualor, quem habent ex diuina acceptatione, & lege.

ERRANT itaque illi recentes concionatores, qui contra omnia diuina præconia Euangeliſtarum, & Prophetarum, inſuperq; Apoſtolorum, dicunt ſufficere ſolam fidem aut ſolam confidentiam. *Art. 1.* Huius erroris noſtra B hac tempeſtate ſeminator fuit Lutherus, quantum in ſuis iam damnatis habetur articulis, ſed cauſam iſtius ſui erroris ipſe inde ſumpſit, quia diuinam ſcripturam intellexit perperam. *Art. 1.* Sic enim ipſe per ſolam fidē dicit iuſtificari homines; *art. 11.* & infra ait, Duo enim ſunt uerba Dei, alterum eſt præceptum, alterum promiſsio, præceptum opera, promiſsio fidem exigit. Quod dixit ſolam fidem iuſtificare, iam ſatis impugnatum eſt. Quod autem in uerbis diuinis ſolùm duo cōſiderauit, præceptum & promiſsionem, mirandum profectò debet eſſe apud omnes, & in errorem alium grauiſsimū reputandum. Debuit enim conſiderare in uerbis diuinis, præceptū, cōſiliū, narrationemq; de præterito, præſenti, ac futuro, & promiſſionem: Sed & in promiſsione diuina conſiderare quoque debuit, nō nudam ipſam promiſſionem, immo promiſsionem ipſam, rem promiſſam, & conditionem in ipſa promiſsione poſitam, expreſſam uel ſubintellectam. Si nanque ita conſideraſſet, aut forte in hoc non erraſſet, aut forte non ſic grauiter. Quandoquidem diſtinguendo hæc tria in diuinis promiſſionibus, præſertim de noſtra iuſtificatione atque glorificatione, promiſsionem, rem promiſſam, conditionem poſitam in promiſsione: uideret eo ipſo non ſufficere ad obtinendum promiſſam rē, quòd quis fortiter credat C promiſsionem eſſe ueriſsimam, niſi extet conditio in promiſsione poſita. Quidē promiſsio ut credatur, requirit ſolā fidem: ſed ut impleatur, requirit conditionis requiſitæ poſitionē. ſi non ponitur fides, promiſsio non creditur: ſed ſi non ponitur cōditio requiſita, promiſsio non impletur. Cognoſcamus igitur ò fratres Chriſtiani, diuinas promiſsiones de noſtra glorificatione ac de noſtra iuſtificatione à peccatis, eſſe quidem ſub conditione, ut conſtat ex dictis. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. *at. 19.* Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: uita uiuet, & non morietur. *Ezec. 18.* Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua quam operatus eſt, uiuet: Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis Pater ueſter cœleſtis delicta ueſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater dimittet nobis peccata ueſtra. Et multa alia. Hóc autem uno, & quaſi primo in hac materia cognito, reſpiciamus ad res promiſſas, & ad conditiones in ipſis promiſsionibus poſitas. Sic enim theologiam pertractando, non ſolùm non errabimus, ſed neque errare poterimus. Neque alii in hac re errant niſi qui non ita ſentiunt, non ita diſtinguunt, non ita diuinas pro- D miſsiones prædictas conſiderant. Mirum eſt quomodo Lutherus in hoc errauerit, ſed magis mirum eſt quomodo quidam poſt ipſum in eundem errorem delapſi ſint, & magis mirum quòd alii eum errorem auxerum, contra quos iam ſuperius multa diximus, ex quibus etiam contra eoſdem multa alia formari poſſunt: niſi quia hoc mirum facilè tolli poteſt per conſuetudinem eorum, qui errantes, in peius proficiunt. Ad diuinas igitur promiſsiones reſpiciamus, illaſq; conſulamus, ſi illas intueamur, uidebimus eas eſſe ſub conditione, & illas conſulentes uidebimus, illas nobis non debere impleri niſi extātibus aut poſitis conditionibus. Aliud longè eſt iudicium de promiſsionibus diuinis abſolutis: quia illæ nihil requirunt niſi fidem, qua credantur: immo ſi purè abſolutæ ſunt, neque fidem exigunt ut impleantur; quia ſiue credantur ſiue non credantur, implebuntur. Promiſsio autem conditionalis longè ſecus ſe habet. quia exigit fidem qua credatur ab iis quibus promittitur, ne Deum faciant aut putēt mendacem: atque exigit complementum ſeu poſitionem conditionis quam ponit, quamq; ſupponit. Forte hæc fuit res potiſſima atque initium unde hi recentes concionatores

E natores erroris exordium ſumpſerunt in hac materia, quòd naturam & modum internam diuinorum promiſsorum de noſtra glorificatione aut iuſtificatione, uel non conſiderauerunt, uel non intellexerunt, eumq; non curauerunt, ſed neglexerunt. Nanque ſi diuinas haſce promiſsiones conſideraſſent, prorſus intellexiſſent, curaſſent, & non neglexiſſent; ſtatim eo ipſo in ipſis uidiſſent, eas eſſe non abſolutas, ſed ſub conditione, rem promiſſam habere & conditionem, rem promittere, ſed conditionem præſupponere, ob idque fidem exigere, & cõditionis poſitionem. Quam conditionem præſupponunt? Conſtat ex illis, & conſtat ex iam dictis ſatis, ſed conſtabit latius alias, ubi hac de re latior erit ſermo. Ipſæ ſe oſtendunt atque declarant, & præſeferunt ſuas conditiones quas præſupponunt, quas requirunt. G

Part. 2. lib. 1. per mul.

Nos autem poſtquam de ordine ſatis ſuperq; diximus, quem ſeruat Deus optimus, communicando nobis effectus gratiæ Chriſti, atque de illis quæ media eſſe debent in nobis inter Deum uocantem & Deum iuſtificantem nos à peccatis noſtris, ad alia iam eiuſdem rationis oportet tranſire; ut oſtenſo mõſtratoq; ordine quem ſeruat Deus communicando nobis effectus gratiæ Chriſtianæ, oſtẽdamus conſequenter modum quas nobis idẽ communicat bona Saluatoris noſtri, noſtri capitis. Hoc eſt enim argumentum tertii libri huius partis cuius hic facimus mentionẽ, ut ubi concluſio & finis libri præſentis, exiſtit ibi etiam reperiatur propoſitio & initium libri ſequentis.

FINIS LIBRI SECVNDI, PARTIS PRIMAE QVADRIPERTITAE IVSTITIAE.

R.^MI GASPARIS CASALII

EPISCOPI LEIRIENSIS,

DE QVADRIPERTITA IVSTITIA

LIBER TERTIVS PARTIS PRIMAE.

OSTENDITVR, SALVATOREM NOSTRVM pro nobis paſſum ac reſuſcitatum, factum eſſe nobis, multiplex bonum, & proponitur materia de qua in toto præſenti libro eſt agendum: Futura nanque eſt diſſertatio de modo quo nobis communicat Deus Optimus Maximus bona Saluatoris noſtri, noſtri capitis. An per ſolam quam uocant imputationem, ſeu applicationem? An non ſolum ſic, ſed etiam per participationem, influxum, aut infuſionem.

CAPVT PRIMVM.

POSTQVAM iam
ſatis ſuperq́; in pri-
mo libro huius par
tis monſtrauimus
exteſionem gratiæ
Chriſti quoad mul-
B tos ac uarios ordi-
natiſsimos eius ef-
fectus, & in ſecun-
do libro ordinem quem ſeruat Deus Opti-
mus Maximus communicando nobis Adæ
filiis hos mirabiles effectus gratiæ Chriſtia-
næ: animus eſt iam nnnc, quaſi tertio loco,
modum oſtendere etiam per diuinas ſcriptu-
ras & ſanctos doctores, tum antiquiores, tū
recentiores, quem ſeruat Deus noſter omni-
potens & benigniſsimus, in communicando
nobis bona Saluatoris noſtri, noſtri capitis.
Eſt eni Saluator noſter ſine dubio, caput no-
1. Cor. 11. ſtrum, ſicnt maniſeſtè legimus, Volo autem
uos ſcire, quòd omnis uiri caput, Chriſtus
eſt: caput autem mulieris, uir: caput uerò
Epheſ. 1. Chriſti, Deus. Et omnia ſubiecit ſub pedi-
bns eius, & ipſum dedit caput ſupra omnem
Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitu
Epheſ. 4. do eius, qui omnia in omnibus adimplet. Ve
ritatem autem facientes in charitate, creſca-
mus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus:
ex quo totum corpus compactum & conne-
xum per omnem innEturam ſubminiſtratio-
nis, ſecundum operationem in menſuram u-
niuſcuiuſque membri, augmentum corpo-
ris facit in ædificationem ſui in charitate. Vir
Epheſ. 5. caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus, caput eſt
Eccleſiæ: ipſe Saluator corporis eius. Om-
nia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt *Col. 1.*
ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, & ip-
ſe eſt caput corporis Eccleſiæ. In ipſo habi-
tat omnis plenitudo dininitatis corporaliter,
& eſtis ī illo repleti, qui eſt caput omnis prin *Col. 2.*
cipatus & poteſtatis. Eſtq́; traditus propter
delicta noſtra, & reſnrrexit propter iuſtifica- D
tionem noſtram, ſicuti neriſsimè teſtatur A-
poſtolus ad Romanos. Atq; factus eſt nobis *Rom. 4.*
ſapientia & iuſtitia, & ſanctificatio, & redem-
ptio, ſicuti etiam ueriſsimè docet Apoſto-
lus ad Corinthios. Rurſns inſuper factus eſt *1. Cor. 1.*
omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis
æternæ. ſicuti iterum declarat Apoſtolus ad *Hebr. 5.*
Hebræos. Itaque igitur ſine dubio omnia bo
na noſtra qnæ pertinent in nobis ad redem-
ptionem noſtram, factus eſt nobis redem-
ptor noſter, capnt noſtrum. Cuius gloriam
uiderunt Apoſtoli eius, gloriam quaſi unige- *Ioan. 1.*
niti à Patre, plenum gratiæ & ueritatis. Cui
datus eſt ſpiritus non ad menſuram. Et de
plenitudine eius nos omnes accepimus: ut
habemus certiſsimè apud Ioannem. Ab eo
ideo neniunt ad nos hæc bona, quæ ipſe fa-
ctus eſt nobis: Et de hac ueritate neque un-
quam fuit, neque eſt, neque nnqnam erit,
neque poteſt dubium eſſe apud homines qni
receperint, intellexerint, atque crediderint
ſanctum Dei Euangelium. De modo autem
quo hæc bona ueniunt nobis à Saluatore no-
ſtro, ideſt, de modo quo Deus optimus Ma
ximus communicat nobis hæc bona Saluato
ris noſtri, quæ ipſe factus eſt nobis, ſapien-
tiam, iuſtitiam, ſanctificationem, redem-
ptionem: dubium ſuperioribus annis ſubor-
tum

E tum eſt inter nonnullos qui ſeſe Chriſtianos profitentur, inſtigante Satana; qua ſolet dubia & controuerſias inter Chriſtianos excitare, ex quo non poteſt alia uia ſanctum Dei Euangelium tollere aut impedire, quod uehementer & maximè odit. Dubium, inquam, de hoc modo ſubortum eſt nunc apud nonnullos, uidelicet, An Deus communicet nobis hæc bona Saluatoris noſtri, per ſolam applicationem, uel imputationem? An non ſolùm ſic, ſed etiam per infuſionem, participationem, uel influxum? Et quidem quã tum apparet, non eſt dubium de hoc modo communicandi quantum ad omnia hæc bona, ſeu quantum ad communicationem omnium horum bonorum: quia hactenus, omnes in eo conuenimus, quòd omnes ſine controuerſia ex toto corde confitemur, Deũ communicare nobis ſapientiam ac ſanctificationem Saluatoris noſtri per applicationem, imputationem, infuſionem, participationem, influxum: Vt Chriſtiani ſapientes & ſancti, tales ſint, quia Deus illis adſcribit & applicat ſapientiam atque ſanctitatem Chriſti; & rurſus tales ſint, quia Deus illis infundit, & impartitur de Chriſti ſapiẽtia ac ſanctitate; non à Chriſto ſubtrahendo & illis dando; quia hoc eſſet cum Chriſti diminutione, ſed propter merita Chriſti, illis ſapientiam at-

F que ſanctitatem quandam impertiendo. Quidem ut Chriſtiani ſapientes & ſancti, habeant quandam in ſeipſis ſapientiam & ſanctitatem formalem ſibi inhærentem, ſaltem inchoatam: alii minorem, alii maiorem, ſecundum quòd Deus optimus illis impertitur, tribuit, & atque donat. Non eſt igitur dubium aut controuerſia, de modo quo nobis communicat Deus noſter hæc bona: quia omnes concedimus, homines ſapientes ac ſanctos, tales fieri à Deo, ideſt doceri ac ſanctificari, per hoc quod ab ipſo Deo recipiunt in ſeipſis doctrinam quandam, ſapientiam, ſanctitatem; quibus formaliter ac denominatione intrinſeca, ſapientes ac ſancti dicuntur & ſunt: Sicut homines albi ſunt & dicuntur albi, ab albedine quam in ſeipſis habent. Eſt autem dubium, de modo quo nobis communicat Deus iuſtitiam Saluatoris noſtri: qui utique ſicut factus eſt nobis ſapientia & ſanctificatio, ſic factus eſt nobis iu-

1.Cor.1. ſtitia; ut de oĩbus his ſimul tradit Apoſtolus. De hoc igitur uno bono Saluatoris noſtri, ideſt, de ſua iuſtitia, eſt dubium circa modum quo illud nobis communicat Deus. Ad quod dubium nonnulli pridem dixerunt, Deum communicare nobis iuſtitiam Chriſti non per infuſionem, impertitionem uel influxum: ſed per ſolam applicationem, aut imputationem: ut Chriſtiani iuſti, non tales ſint G nec tales dicantur per aliquid iuſtitiæ participatæ quod ſit in ipſis, ſed per ſolam applicationem ſeu imputationem iuſtitiæ Chriſti, quæ ſolum applicetur aut imputetur eis. Videlicet ut Chriſtiani iuſti ſolùm extrinſecè ſint & dicantur iuſti, à iuſtitia quæ in ſolo Chriſto exiſtit, prorſus nihil in ſeipſis habentes iuſtitiæ nec quidem inchoatæ; quemadmodum columna, dextra ſolùm extrinſecè eſt & dicitur dextra, à dextro quod eſt in ſolo animali. Ergo de hoc nunc conſilium eſt agere, ut oſtendamus modum quo nobis communicat Deus iuſtitiam Saluatoris noſtri; ut ſciamus omnes, quomodo iuſti ſumus, aut quomodo iuſtificamur à Deo in Chriſto; quo modo Chriſtus factus eſt, quo modo eſt, aut quomodo fit nobis noſtra iuſtitia: quomodo iuſtificamur in eius iuſtitia, & quomodo in eius merito meremur. Hæc autem nobis mens eſt, rectè arbitrantibus id noſtrarum eſſe partium, cùm prouinciam ſuſceperimus declarandi atque prædicandi gratiam Chriſtianam, & agendi etiam tradendiq; iuxta diuinas ſcripturas, de modo quem ſeruat Deus iuſtificãdo nos homines in Chriſto filio ſuo, Saluatore noſtro. Etenim & noſtra iuſtificatio, effectus quidam eſt gratiæ Chriſtianæ, ut neminem latet. Negocium quoque eſt conſequens, ut qui de gra-

H tia Chriſtiana agentes, extẽſionem eius quoad ſuos effectus multos indicauimus, atque ordinem quem ſeruat Deus communicando nobis illos, ultimos per medios, ac medios per primos, non ſecus oſtẽdamus, declaremus, atque monſtremus, modum quem ſeruat Deus communicando nobis eoſdem eiuſdem gratiæ Chriſtianæ effectus: Tum, quia ad exactè agentem de re aliqua attinet extẽſionem eius rei, ordinem, atque modum oſtendere, quibus res ipſa eſt uel participatur: Tum, quia contra quoduis horum erret aliquis, eo ipſo errat contra gratiam. An non errat contra gratiam, Chriſti, qui errat contra eius extenſionem, uel ordinem, uel modum? Immo contra illam errat, quiſquis errat contra aliquod horum. Quandoquidem omnia hæc ſunt gratiæ & pertinent ad illam, extenſio, ordo, modus ipſius: extenſio, ordo, modus. Officium autem theologi, tanquam Philoſophi Chriſtiani, eſt obuiam ire erroribus hominum: illis præſertim qui ſunt contra Chriſtum, aut contra gratiã Chriſtianam. Nemo iuſtius, proprius, aut magis per ſe defendit, aut quouis modo bene agit negocia ſeu cauſam Philoſophiæ, quàm Philoſophus. Ita nemo iuſtius, proprius, aut magis per ſe defendit aut agit negocium ſeu

cauſas

A cauſas gratiæ Chriſtianæ, quàm Chriſtianus. Eodem modo uniuerſaliter, nihil per ſe ædificat, niſi ædificator: nec aliquid per ſe calorem largitur, niſi calidum: uec frigefacit per ſe, niſi frigidum, & ſimilia. Chriſtianus ſum, Chriſtiani nihil à me alienum puto: ſicut ille olim qui quia homo errat, humani nihil à ſe alienum putabat. Agamus igitur, & tanquam negocium Chriſtianum agentes, oſtendamus modum quo uobis Deus communicat hanc gratiam Chriſtianam, iuſtificationem uidelicet à peccatis uoſtris, ſiue iuſtitiã Chriſti, noſtri Saluatoris, noſtri capitis.

Agitur de iuſtificatione impij ſecundum potentiam Dei abſolutam, An poſſit fieri ſine gratia gratum faciente dono habituali, ſpirituali, cælitus infuſo à ſolo Deo? & de modo quo agitur ſecundum Dei potentiam ordinatam. Referuntur opiniones variæ doctorum catholicorum circa hanc quæſtionem.

CAP. II.

IAM ſuperius abundè ſatis egimus de iuſtificatiõe peccatoris à Deo ſecundum legem eius datam, quod eſt dicere, de potentia ſua ordinata, quæ utique per legem datam intelligitur & (*Par. præſ. lib. 1.*)
B regulatur: dictumq; eſt de hac re, quòd iuſtificatio peccatoris paruuli aut adulti nõ fit formaliter de facto; uec poteſt fieri de potentia ordinata, uiſi per gratiam gratum facientem, douum habituale, ſpiritale, accidentale cœlitus infuſum à ſolo Deo. Mouimus ibi quæſtionem, An poſsit fieri iuſtificatio huius, ſine tali dono? eiusq; pertractationem explicationemq; ad hunc uſque locum diſtulimus, in quo de ea nobis ſupereſt agendum. Eſt euim quæſtio hæc de potentia ſeu de poſſe ſimpliciter & abſolutè; eamq; ob rem nou fuit neceſſarium tunc de illa tradere, cum de facto ſolùm deq; potentia ordinata ſermo eſſet; omnes enim uno atque eodem cordis affectu credimus, unoq; & eodem ore confitemur, multa poſſe Deum Optimum de poteutia abſoluta facere, quæ tamen ipſe neque de facto facit, nec faciet, nec de potentia ordinata facere poteſt. Quia, uerbi gratia, poteſt de potentia abſoluta creare mille mundos, & quot quot uoluerit, poteſtq; ſimpliciter & abſolutè, de potentia abſoluta loquendo, omnes damnatos inferni, beatos reddere, omnesq; beatos cœli damuare: nihil tamen horum facit, neque faciet aliquando, uec poteſt facere de potentia ordinata quæ per ſuam legem nobis datam, nobis declaratur. Nunc ergo quia de hac quæſtione quantum ad factum, & quantum ad potentiam ordinatã dictum fuit, quid C
de illa quantum ad potentiam abſolutam dicendum eſt? Quidam catholici doctores aſſerere uidentur, quòd etiam de potentia abſoluta intelligendo, non poteſt iuſtificari peccator formaliter à peccato, niſi per gratiã creatam quam Deus illi infundat, & qua ille formaliter mutetur. (*Opinio quorũdã.*) Dicunt nanque, quòd ſicut apud homines poteſt contingere ut unus homo aliquem aliũ nec diligat nec odio proſequatur, ſed ſi eum iniuria afficiat, ut illam ei condonet, hoc non poteſt contingere abſq; ſpeciali beneuolẽtia iniuriam paſsi & offenſi: ita apud Deum, licet homo, antequam peccet potuerit eſſe ſine gratia & ſine culpa, uelut in puris naturalibus, tamen pòſt peccatum, quod uerè eſt offenſa Dei, non poteſt homo eſſe ſine culpa, eamq; offenſionem amoliri, niſi per Dei beneuoleutiam. Quia autem beneuolentia Dei, pro ut eſt in ſe ipſa & formaliter in Deo, eſt æterna & prorſus immutabilis, nou poteſt Deus denuo intelligi beneuolus peccatori, niſi per donum aliquod quod ei denuo præſtet: Vt beneuolẽtia quæ in Deo non poteſt eſſe denuo quoad affectum, ſit in ipſo homine denuo quantum ad effectum; uidelicet quantum ad ipſum effectum quem tollit peccatum; hoc eſt, ipſam gratiam creatam. Hinc concludunt, non D
poſſe intelligi remiſsionem culpæ in peccatore, ſi uon adſit gratiæ infuſio. Quod ſi non poteſt intelligi, profectò neque poteſt eſſe de potentia abſoluta: nam quod nou eſt intelligibile, nullo modo eſt factibile. Hanc ſententiam uidetur teuere ſanctus Thomas, qui mouens quæſtionem, Vtrùm ad remiſsionem culpæ quæ eſt iuſtificatio impii, requiratur gratiæ infuſio? reſpondet. (*S. Tho. Prim. 2. queſt. 113. Art. 2.*) Dicendum, quòd homo peccando, Deum offendit, ſicut ex ſupra dictis patet. Offenſa autem non remittitur alicui niſi per hoc, quòd animus offenſi pacatur offendenti. Et ideo ſecuudum hoc; peccatum nobis remitti dicitur, quòd Deus nobis pacatur. Quæ quidem pax conſiſtit in dilectioue, qua Deus diligit nos. Dilectio autem Dei quantum eſt ex parte actus diuini, eſt æterna & immutabilis: ſed quantum eſt ad effectum quem nobis imprimit, quandoque interrumpitur pro ut ſcilicet ab ipſo quandoque deficimus, & quandoque iterũ recuperamur. Effectus autẽ diuiuæ dilectionis in nobis qui per peccatum tollitur, eſt gratia qua homo fit dignus uita æterna, à qua peccatum mortale excludit. Et ideo non poſſet intelligi remiſsio culpæ, ſi non adeſſet infuſio gratiæ. Hæc & multa alia ponit ſanctus Thomas in eodem loco, quibus ſatis innuit, hanc eſſe ſuam ſententiam, quam ſta-

E tim poſuimus. Alibi etiam de macula pecca- *Prima 2. quaeſt. 86. art. 1.* ti agens, dicit, Habet autem anima hominis duplicem nitorem, unum quidem ex reful- gentia luminis naturalis rationis, per quam dirigitur in ſuis actibus, alium uerò ex reful gentia diuini luminis, ſcilicet ſapientiæ & gra tiæ, per quam etiam homo perficitur ad be- ne & decenter agendum. Eſt autem quaſi quidam animæ tactus quando inhæret aliqui bus rebus per amorem, cum autem peccat, adhæret rebus aliquibus contra lumen ratio nis & diuinæ legis, ut ex ſupradictis patet; unde ipſum detrimentum nitoris ex tali con tactu proueniens, macula animæ metaphori cè uocatur. Hæc ille. Qui ibidem quoque ait, Macula non eſt aliquid poſitiuè in anima, *Vbi ſtatī. ad 3. arg.* nec ſignificat priuationem ſolam, ſed ſignifi cat priuationem quandam nitoris animæ in ordine ad ſuam cauſam, quæ eſt peccatum: & ideo diuerſa peccata, diuerſas maculas in- ducunt; & eſt ſimile de umbra quæ eſt priua- tio luminis ex obiectu alicuius corporis, & ſecundum diuerſitatem corporum obiecto- rum diuerſificantur umbræ. Hæc ille. Sic ſan ctus Thomas, peccatum cauſare maculam metaphoricè in anima, declarat maculam peccati in anima eſſe priuationem ſpiritalis nitoris in ordine ad ſuam cauſam: id eſt, pri- uationem ſapientiæ & gratiæ, ſeu priuatio- nem refulgentiæ uenientis ex lumine natura- F li, & ex lumine ſapientiæ, atque gratiæ. Vn- de quia priuatio, nullo modo poteſt tolli, ni ſi per habitum cuius eſt priuatio; fit conſe- quens, quòd macula peccati nequaquam tol li poteſt niſi per nitorē naturalis rationis ſa- pientiæ, gratiæq; : id eſt, per nitorem reful- gentiarum horum bonorum. Refulgentia autem iſta omnino nequit eſſe, niſi & ipſa bo na ſint quæ refulgeant. Itaque ſi non poteſt tolli macula niſi tollatur priuatio nitoris, quia ſunt omnino idem, neque poteſt tolli priuatio nitoris, niſi ponatur nitor: neque poteſt poni nitor, niſi ponatur refulgentia luminis gratiæ; neque poteſt poni refulgen- tia luminis gratiæ, niſi ponatur ipſa gratia: conſequens eſt, ut nullo modo poſsit tolli macula peccati, & per inde neque peccatū, ſine infuſione gratiæ. Innuit ergo ſanctus Thomas, quòd peccatum originale, ſeu actua le mortale, includit priuationem gratiæ gra- tum facientis creatæ, & quòd ideo non po- teſt tolli ſine gratia huiuſmodi poſita: ſicut te nebra, quia eſt priuatio lucis in aere, non poteſt tolli niſi poſita luce. Facit enim gra- tiam & peccatum oppoſita immediata circa filios Adæ, quemadmodum lux & tenebra ſunt oppoſita immediata circa aerem: quo- rum immediatè oppoſitorū in uniuerſum ta

lis eſt natura, ut neceſſe ſit alterum eorum G ineſſe ſubiecto. Thomas de Vio Caiet. recens *Caietan. Prim. 2. quaeſt. 113. art. 1.* Thomæ ſectator & uir ſatis doctus, ita intel- ligit ſanctum Thomam. Adducit etiam pro hac ſua ſententia id quod Magiſter ſententia- rum docet, proportionaliter ſe habere pec- catorem dum peccat actu, & dum peccator remanet: quia dum peccat actuali auerſione à Deo charitatis obiecto, malus fit, dum pec cator manet auerſione derelicta malus eſt. Sequitur, Et quoniam auerſio ab incommu tabili bono, eſt priuatio rectitudinis charita tis debitæ in actu ſecundo, auerſio derelicta eſt priuatio habitualis conuerſionis ad Deū obiectum charitatis, & non eſt pura negatio talis conuerſionis: quoniam hæc non eſt ef- fectus peccati, & ſtat cum innocentia. Vn- de aſſerit quòd hæc priuatio habitualis con- uerſionis ad Deum obiectum charitatis de relicta in peccatore ex actuali auerſione pec- catoris à Deo ſiue ex priuatione rectitudi- nis charitatis debitæ in actu ſecundo, eſt qua peccator formaliter dicitur peccator tranſeū te actu peccati, & eſt terminus à quo, in iu- ſtificatione impii per modum contrarii. Quā ob rem ſic concludit, Et ex hoc patet, quòd quia non poteſt intelligi remiſsio culpæ niſi adueniente conuerſione ad Deum charitatis obiectum, quæ eſt effectus formalis charita- tis; ideo non eſt intelligibile quòd fiat remiſ- ſio culpæ, abſque infuſione gratiæ. Potiſsi- H mas rationes quæ pro hac ſententia adduci poſſunt, ponit Scotus in ſuis ſententiis, Pri *Lib. 4. Diſt. 1. quaeſ. 6.* ma eſt, Non poteſt de anima peccatum dele- ri, niſi de immunda fiat munda: ſed hoc non poteſt fieri niſi per aliquam mutationem fa- ctam in anima, illa autem mutatio erit neceſ ſariò ad aliquam formam poſitiuam repu- *Phyſic. 5.* gnantem culpæ, & hoc abſolutam, quia ad relationem non eſt motus nec mutatio: hu- iuſmodi formam abſolutam repugnantem culpæ in anima dico gratiam, ergo & cætera. Secunda ratio talis eſt, In peccato deformitas opponitur gratiæ, ut priuatio habitui: ſed priuatio non poteſt tolli à ſubiecto, niſi per collationem habitus oppoſiti, ergo & cæte- ra. Et hoc eſt quod Auguſtinus arguit, quòd culpa & gratia opponuntur ſicut tenebra & lux in aere. Tertia ratio, Culpa non poteſt deleri niſi tollatur deordinatio, ut non impu tetur ad culpam. Si autem deordinatio eius maneret, neceſſariò imputaretur ad pœnā, quia ipſa manens, non poteſt aliter ordinari quàm per pœnam inflictam; ergo culpa di- mitti non poteſt niſi deordinatio eius tolla- tur, illa autem non tollitur niſi per gratiam; ergo & cætera. Quartò, ſi culpa dimittitur, diuina offenſa remittitur; ergo peccator Deo recon-

A reconciliatur; ergo per conſequens à Deo ac cepatur: nullus autem à Deo acceptatur ſine gratia; ergo & cætera. Et confirmatur, quia ſi non eſt inimicus, ergo amicus. Idem doctor alibi, Non eſt tranſitus à contradictorio, in contradictorium ſine aliqua mutatione; ſed quando iſti remittitur culpa, eſt tranſitus talis, quia ante remiſſionem, iſte eſt ordinatus ad pœnam & dignus pœna, & poſt non; ergo & cætera. Maior patet, quia, ſi nulla eſt mutatio, non eſt ratio quare magis nunc pars una cōtradictionis eſt uera, quàm alia: & prius alia uera magis quàm nunc. Et poteſt hæc probatio ulterius deduci, quòd talis tranſitus non poteſt eſſe ſine mutatione reali, quia mutatio rationis oportet quòd reducatur ad aliquam mutationem realem. Minor probatur, quia antequam culpa remittatur, iſte eſt ordinatus ad pœnam & dignus pœna: quando remittitur, non ordinatur ad pœnam, nec eſt dignus pœna. Et confirmatur, quia ante remiſſionem, intellectus diuinus ſcit ipſum eſſe puniendum; ergo illud ſcitum eſt uerum: ergo eſt tranſitus. Et poteſt argui ex cōcluſione probata ulterius, quia cùm iſta mutatio non ſit in uoluntate diuina nec in actu eius, ergo erit in iſto cui culpa remittitur, & per conſequens remiſſio culpæ in iſto ſecundum propriam rationē eius, eſt aliqua mutatio. Hæc refert Scotus pro iſta ſententia, non quòd ipſe illam teneat, ut patebit ſtatim: ſed ut illis reſpondeat qui ita ſentiunt, & ita probant. Iſtam ſententiam uidetur tenere Richardus de Media uilla, qui quærens, Vtrùm charitas, ſit aliquid creatū in anima? determinat omnino, quòd ſic, Tum quia per charitatem ſit animæ reformatio, & reformatio alicuius non ſit niſi forma inhærente: Tum quia per charitatem anima aſſimilatur Deo, & aſſimilatio non ſit ſine inhærēte forma: Tum quia anima ſpiritali uita per aliquid uiuit formaliter, quia omne uiuēs, uiuit per aliquam formam informantē: ſed anima non uiuit ſpiritaliter per charitatē increatam tanquam per informantem formam, quia Deus non poteſt eſſe forma alicuius rei, cùm hoc dicat imperfectionem atque limitationem: ideo oportet ponere in anima charitatem creatam per quam formaliter uiuat. Propter has rationes quas format, inquit tandem, Dico quòd charitas eſt aliquid creatum in anima, eſt enim habitus à Spiritu ſancto uoluntati infuſus, quo habilitatur ad diligendum Deum propter ſe & ſuper omnia, & proximum propter Deum. Infra, Ad tria tamen neceſſarius eſt in uoluntate charitatis habitus, ad hoc ſcilicet ut per ipſum uoluntas etiam non actu agens, habeat

Lib. 4. diſt. 16. quæſt. 2.

B

Richard. Lib. 1. Diſt. 17. Princ. 1. quæſt. 1.

Spiritum ſanctum, ita ut ſibi habitualiter unita remaneat: & ad hoc ut ſit prompta & digna ſuſcipere eius motionem; & ad hoc ut in mouendo ſe ad bonum actum efficaciter cooperetur motioni principalis motoris. Alibi etiam quærendo, Vtrum realiter ſint idem gratia & charitas? &, Vtrùm gratia ſit accidens? Determinat quantum ad primum, quòd gratia & charitas non differunt ſecundum aliquid abſolutum, ſed tantummodo ratione & relatione: quia charitas in comparatione ad animam, inquantum eam inſuper naturali eſſe Deo grato perficit, eſt ipſa gratia gratum faciens. In comparatione uerò ad propriū eius actum, quo ita charè diligit Deum, ut propter ſuā bonitatem ipſum omni creaturæ anteponat, dicitur charitas, & habet rationem uirtutis. Quantum autem ad ſecundum, reſpondet, quòd gratia eſt accidēs, quia eſt ens nō natū exiſtere per ſe, ſed in alio: non ſicut eius pars, nec tanquam ſubſtātialis forma: non eſt tamen (ut uerè inquit) accidēs de potētia ſubiecti eductū, ſed in eo in quo eſt à Deo de nihilo creatū. Alibi mouet quæſtionē, Vtrùm ad iuſtificationē impii, requiratur gratiæ infuſio? Argumentatur ad partem negatiuam ex eo quòd quicquid Deus poteſt facere mediante cauſa ſecunda, poteſt facere ſine ea: ergo ſi Deus poteſt impium iuſtificare mediante gratia, poteſt etiam ſine gratia. Sed hoc argumento non obſtante, ad partem affirmatiuam quam tenet, ſic procedit, Non expellitur tenebra corporalis niſi per lumen corporale, ergo nec tenebra peccati expellitur niſi per gratiam quæ lumen eſt ſpirituale. Item omnis anima aut eſt Deo inimica, aut amica: ſed amica non eſt niſi per gratiam, ergo cum deſinit eſſe inimica per iuſtificationem, oportet quòd detur ſibi gratia. Itaque propter has rationes ſic tandem ultimatè reſpondet, Sicut quando ex uno elemento ſit aliud, concurrunt quatuor, ſcilicet unius formæ corruptio, & alterius generatio, & diſpoſitio ad corruptionem unius, & diſpoſitio ad generationem alterius: ſic cum de impio ſit iuſtus, requiruntur quatuor, ſcilicet impietatis deſtructio, quæ eſt culpæ remiſſio, & gratiæ infuſio, & diſpoſitio ad deſtructionē impietatis, quæ eſt culpæ deteſtatio & diſpoſitio ad ſuſceptionem gratiæ, quæ eſt liberi arbitrii ad Deum conuerſio. Et ſic patet quòd gratiæ infuſio, requiritur ad iuſtificationem impii. Hæc Richardus. Qui ſtatim reſpondendo ad primum argumentum partis negatiuæ, quod hic paulò ante poſuimus, dicit manifeſtè, Dicendum quòd illa propoſitio intelligenda eſt de ſecunda cauſa efficiente, gratia autem eſt iuſtificationis cauſa ſecunda for-

C

Lib. 2. Diſt. 26. Princ. 1. quæſ. 1. 2. Quæſ. 1.

Quæſt. 2.

Lib. 4. Diſt. 17. Princ. 4. Quæſt. 2.

D

E formalis non efficiens: & ideo ſicut Deus nõ poteſt facere aliquid eſſe album ſine albedine, ſic nec iuſtum ſine gratia. Hæc ille. Ecce ſecundum huius doctoris manifeſtam ſententiam, charitas creata, ponenda eſt in anima, per quam anima reformetur, & per quã Deus ſpecialiter atque amicabiliter in habitet animam; charitas realiter eſt gratia gratum faciens, & eſt accidens; gratia requiritur ad iuſtificationem impij tãquam forma quædam, quæ formaliter iuſtificat: & Deus non poteſt facere iuſtum ſine gratia, ſicut non poteſt facere album ſine albedine. Quomodo, quæſo, non poteſt Deus facere album ſine albedine? Nunquid ſolùm de potentia ordinata? An etiam de potentia abſoluta? Conſtat quòd neque de potentia ordinata, neque de potentia abſoluta: ob id quòd res non eſt factibilis, quia implicat, inuoluitq́; contradictionem, & repugnantiam extremorum. Quandoquidem aliquid eſſe album, eſt illud habere albedinem ſibi inhærentem, & aliquid habere albedinem ſibi inhærentem, eſt illud eſſe album: ſic enim definitur album, Res habens albedinem: & per nullam potentiam poteſt fieri, ut definitum & definitio de ſe inuicem nõ uerè affirmentur, & de quolibet alio non uerè negentur. Ideo qui dat aliquid poſſe eſſe album ſine albedine, in ſenſu compoſito: ſimul dat duas contradictorias propoſitiones poſſe ſimul eſſe ueras: nam ex illo po-

F ſito in eſſe, hoc ſequitur infallibiliter. Sequitur nanque euidenter, Petrus (uerbi gratia) eſt albus, ergo habet albedinem: quia eſſe album, eſt habere albedinem: Vltra ſequitur euidenter, Petrus non habet albedinem, ergo non eſt albus; quia nõ habere albedinem, eſt non eſſe album. Itaque ſi Petrus eſſet albus ſine albedine, Petrus ſimul eſſet albus & non eſſet albus, quod eſt manifeſta repugnantia. Ergo quod dicitur, Deus non poteſt facere aliquid album ſine albedine, de utraque potentia Dei intelligitur, & de ordinata, & de abſoluta: neque hoc eſt contra Dei Optimi Maximi omnipotentiam, quia ſub illa non cadunt ea quæ repugnantiam includunt. Omnino ſicut non eſt contra Dei omnipotentiã, quòd Deus ſecundum ſuam naturam diuinã non poteſt ſeipſum interficere aut in nihilum redigere, qui angelos & omnes creaturas penitus abolere poteſt: neque poteſt alium proprium Filium ſecundum naturam generare, neque poteſt alium Spiritum ſanctum ſpirare, & ſimilia. Hæc nanque non ſunt factibilia, nec ſunt agibilia, aut operabilia, aut cauſabilia: ideo non cadunt ſub potentia factiua, actiua, operatiua, aut cauſatiua. Perinde autẽ cùm Richardus dicat, Deum non poſſe facere iuſtum ſine gratia, ſicut non poteſt facere G aliquid eſſe album ſine albedine: proculdubio iudicandus eſt, id de potentia ordinata & de abſoluta intellexiſſe: Agebatq́; ut conſtat de gratia habituali creata, quia de infuſione gratiæ erat ſermo quæſtionis. Petrus Aureolus ut refert Gabriel ex Okam, eum tamen minimè ſequutus, tria dixit, quibus uidetur ſubſcripſiſſe huic ſententiæ. *Aureol. Lib. 1. Diſt. 17. Quæſt. 1.* Primum quòd eſt aliqua forma creata quæ ex natura rei de neceſſitate cadit ſub complacentia Dei, per quam anima (cui inhæret) gratificatur, ut ſit Deo chara, accepta, & dilecta. Secundum, quòd talis forma non profluit ex diuina acceptatione in animam, quia anima non eſt accepta niſi per illam formam, & ita illa forma præſupponitur acceptationi eius. Tertium, hæc forma eſt quædam Dei habitualis dilectio, quæ à Deo animæ infunditur, nec ex puris naturalibus habetur. Denique quòd motus charitatis neceſſariò requirit formam aliquam habitualem in nobis ſuperadditam potentiæ naturali, tenet ſanctus Thomas in multis locis; ſcilicet in partibus, in De ueritate, & in libris ſententiarum. Qui etiam in multis locis aſſerit, quòd actus meritorius neceſſariò requirit gratiam creatam in anima eliciente uel producente huiuſmodi actum. Vbique repetit illud uerbum, neceſſariò: quod ex ſua propria ſignificatione multum ſouat, licet quoque uerum ſit, quòd ſæpiſſimè alio & alio modo accipitur, hoc eſt, & prout dicit neceſſitatem abſolutam, & prout notat neceſſitatem conditionatam ſeu ex ſuppoſitione. De quibus uariis acceptionibus eius, docuit etiam ſanctus Thomas in locis aliis. *ſecũda 2. quæſ. 23. ar. 2. q. 2 art. 1. Lib. 1. d. 17. q. 1. art. 1. Prim. 2. quæſt. 109 art. 5. 2. ſenten. d. 29. q. 1. art. 1. De uerit. q. 27. ar. 3 Prim. 2. q. 110. art. 1. 2. 3.* Alia ſententia eſt aliorum doctorũ quoad hanc quæſtionem, quæ aliter docens teſtatur expreſſè, quòd licet Deus Optimus Maximus de facto, & ſecundum legem ſuam ordinatam, nullum filiorum Adæ paruulum uel adultum iuſtificet, niſi per medium, hoc eſt, non per ſe ipſum ſolum nihil operãdo extra, ſed per gratiam quandam habitualem quam præſtat cuicunque quem iuſtificat, & quam infundendo iuſtificat: tamen de potentia abſoluta poteſt Deus ſine medio aliquo creato per ſeipſum ſolum & per ſuam gratiam increatam delere omnem culpam hominis, illumq́ue acceptare ſpecialiter ad ſeipſum & ad ſuam gloriam, nihil creatum ei tunc infundendo. *Alia ſententia, Aliorum doctorũ.* Iſtam ſententiam tenuerunt Alexander de Ales, Ioannes Duns Scotus, Gregorius Ariminenſis, Marſilius, Gabriel Biel, & alii non pauci. Etenim Alexander de Ales mouet quæſtionem, Vtrùm Deus iuſtificet immediatè, uel mediante aliquo? tenendo atque probando quòd iuſtificat mediante aliquo, dicit, Ad iuſti- *Alexan. de Ales. Part. 4. quæſt. 72. Memb. 3. art. 1.*

A iuſtificationem neceſſaria eſt infuſio gratiæ,
Rom.3. ad Roman. tertio. Iuſtificati gratis per gra-
tiam ipſius, ergo &c. Deus ex parte ſui, ſem
per eſt ſimiliter ſe habens reſpectu creaturæ:
ergo ſi nulla eſſet diſpoſitio ex parte creatu-
ræ qua differenter ſe haberet, ſemper ſimili-
ter ſe haberet reſpectu Dei: & ita ſi ſemel eſ-
ſet iniuſtus & Deo minus acceptus, ſemper
ſe haberet modo illo & ſtatu. Item peccatum
eſt priuatio, ſed non remouetur priuatio niſi
per collationem habitus: ergo confertur in
deletione peccati alicuius habitus: ſed pec-
catum Deo diſplicebat & diſplicere faciebat:
ergo ab oppoſitis, habitus ille placet, & pla-
cere Deo facit: ſed hanc dicimus gratiam gra
tum facientem. ergo &c. Item per peccatum
ſeparatur homo à Deo, & unitur Deo in iu-
ſtificatione: ſed in Deo unio nō eſt ſine diſpo
ſitione ueniente, quia tunc peccator inimi-
cus Deo, haberet ante gratiam domini, er-
go &c. Infra, Dicendum eſt ergo, quòd do-
minus gratia mediante iuſtificat. Ad cuius de
clarationem nota, quòd in omni tempore,
domini eſt miſericordia & ueritas, & maximè
in omni opere nobili, cuiuſmodi eſt opus iu-
ſtificationis. Quoniam igitur homo peccans,
in ſtatu peccati non meretur, dominus iuſti-
ficando eum iuſto iudicio, non ſolùm effectū
culpæ tollit, immo pœnæ: & ſi debito mino-
B ris illum debitorem relinquit, unde in prio-
rem ſtatum eum non reſtituit; & quoniam
miſericors eſt, ideo amplius bonum reddit,
quia magis indiget: ideo non tantum reſtituit
innocentiam, ſed etiam dat gratiam. Ideo
quamuis poſſet Deus delere ſine medio cul-
pam, decreuit tamen delere per quæ non tan
Ibidem. tùm faceret innocentem, immo etiam natu-
ram debilitantem habilitaret ad bonum. In-
fra reſpondendo ad quoddam argumentum,
ad idem inquit, Dicendum quòd bene poſſet
dominus, ſi uellet, acceptare creaturam ra-
tionalem, licet non eſſet informata gratia, eo
modo quo acceptatus fuit primus homo in
ſtatu primo: ſed plus congruit diuinæ bonita
ti & humanæ reparationi gratificatio, ſiue iu
ſtificatio gratia mediante. Hæc Alexander.
Scotus. Ioannes Duns Scotus, eandem tenet ſenten
Lib.1. tiam in multis locis doctrinæ ſuæ: nanque in
Diſt.17. ſuis ſententiarum libris, ſic mouet quæſtio-
quaeſt.21. nem, Vtrùm neceſſe ſit ponere charitatem
Reſpondē creatam formaliter inhærentem naturæ bea-
do ad quæ tificabili? & cum per multa probaſſet, quòd
ſtio.1. ſic, deducendo tum ex iuſtificatione peccato
Ibidem ris ſiue ex acceptione diuina, ſiue actu elici-
quaeſt.2. to, tum ex ratione actus meritorii; ulterius
art.1. ita proſequitur ad propoſitum, Ad ſolutionē
huius quæſtionis tria ſunt uidenda, Primò, ſi
debeat poni aliquis habitus ſupernaturalis
gratificans naturam beatificabilem. Secun- C
dò, Si ſimpliciter ſit neceſſarium talem habi
tum poni ad hoc quòd talis natura beatifice-
tur. Tertiò, quid circa hoc ſenſerit Magiſter.
Ad primum horum inquit, Dico igitur quòd
ultra omnes cōditiones prædictas, uidelicet,
ultra intenſionem actus, delectationem, fa-
cilitationem in agendo, rectitudinem ſiue
bonitatem & conformitatem rationi rectæ,
ſiue rectæ ſecundum dictamē prudentiæ, ſiue
ſecundum dictamen fidei: ultra inquam hæc
omnia, creditur eſſe una conditio in actu, ui
delicet quòd eſt acceptabilis Deo, non qua-
dam cōmuni acceptatione ſolummodo, qua-
tenus acceptat omnem creaturam, uel quo
etiam modo uult actum ſubtractum pecca-
to, alioquin non eſſet ab ipſo: ſed ex accepta
tione ſpeciali, quæ eſt in uoluntate diuina,
ordinatio huius actus ad uitam æternam tan
quam meriti condigni ad præmium. Hoc mo
do credimus etiam naturam noſtram beatifi
cabilem iuſtam, eſſe habitualiter acceptam,
hoc eſt, quando non actualiter operatur, ad-
huc tamen uoluntas diuina eam ordinat ad ui
tam æternam, tanquam dignam tanto bo-
no ſecundum diſpoſitionem quam habet ha-
bitualiter in ſe. Propter hanc acceptationem
naturæ beatificabilis habitualem, etiam quā
do non operatur, & propter acceptationem
actualem actus eliciti à tali natura, oportet D
ponere unū habitum ſupernaturalem, quo,
habens, formaliter, acceptetur à Deo, &
quo actus elicitus eius acceptetur tanquam
meritorius, & cætera. Ad ſecundum horum
ita inquit, De ſecundo articulo dico, quòd
Deus de potentia abſoluta bene potuiſſet ac
ceptare naturam beatificabilem acceptatio-
ne ſpeciali prædicta, exiſtentem in puris na-
turalibus: & ſimiliter actum eius ad quem eſ
ſet inclinatio eius merè naturalis, potuiſſet
acceptare ut meritorium: ſed non creditur
ita diſpoſuiſſe, quòd naturam puram uel a-
ctus eius ſic acceptet. Infra, Quantum igitur
ad iſtum articulum, non eſt neceſſarium po-
nere habitum ſupernaturalem gratificantē,
loquendo de neceſsitate reſpiciente poten-
tiam Dei abſolutam, præcipuè cum poſsit da
re beatitudinem ſine omni merito præceden
te: licet ſit neceſſarium, loquendo de neceſ-
ſitate quæ reſpicit potētiam Dei ordinatam,
quam ordinationem colligimus ex ſcriptura
& ex dictis ſanctorum. Hæc Scotus. Idem *Lib.2.*
omnino ſentit Scotus de gratia gratum faciē *Diſt.27.*
te, quia ſecūdum doctrinam ſuam, idem ſunt *quaeſt.1.*
realiter, charitas creata & creata gratia gra-
tum faciens, licet tamen ut ipſe declarat, di-
ſtinguantur inter ſe ratione, & ſicut ſuperius
& inferius, atque etiam in ratione connotati.
Eandem

E Eandem ſententiam tenet idem doctor alibi, ubi mouens quæſtionem, Vtrùm in circunciſione ex ui circunciſionis conferretur gratia? ut quæſtionē manifeſtius abundantiusq; determinet, tractat, An poſsibile ſit Deo de potentia abſoluta delere culpam originalem ſine infuſione gratiæ? &, An hoc ſit ſibi poſſibile ſecundum potentiam ordinatam? Reſpondendo autem, poſt multa inquit, Concedo ergo concluſiones ultimarum rationū, quòd de potentia abſoluta poſſet Deus dimittere culpam originalem non conferendo gratiam: & hoc maximè, cùm gratia non opponatur formaliter peccato originali, nec modo dimittatur illud peccatū per collationem gratiæ, niſi quia gratia includit æquiualenter in acceptione diuina iuſtitiā originalem, quæ formaliter opponitur peccato originali. Infra, Quoad hoc teneo, quòd non eſt poſsibile de potentia ordinata culpam originalem nec aliquam aliam mortalem dimitti, ſine infuſione gratiæ: quia licet abſolutè ſine contradictione, poſsit eſſe medium in ſpecie humana, inter filium regni, & filium perditionis, ſcilicet homo in puris naturalibus: tamen ſecundum legem ſapientiæ diuinæ, poſt lapſum, nullum eſt medium inter gratum, qui eſt filius regni, & peccatorem, qui eſt filius carceris: nec poteſt eſſe loquendo de potentia ordinata, ideſt conformi legibus à ſapientia,

Lib.4. Diſt.1. quæſt.6.

F & uoluntate diuina determinatis, & ideo nullum liberat nec ſic liberare poteſt à culpa, niſi cui dat gratiam. Hæc Scotus. Qui alibi quærens, utrùm pœnitentia neceſſariò requiratur ad deletionem peccati mortalis poſt baptiſmum commiſsi? inter alia determinat, quòd nihil reale abſolutum uel relatiuum, poſitiuum uel priuatiuum, manet in peccatore, ceſſante actu peccati à quo ille dicatur peccator: ſed tantummodo quædam relatio rationis, in quantum eſt obiectum intellectus uel uoluntatis Dei, quia poſtquam peccauit, Dei uoluntas ordinat ipſum ad pœnam correſpondentem peccato, & tunc intellectus præuidet & pro omni tempore, donec pœna debita, ſit ſoluta. Quod probat ex Auguſtino ſuper illud Pſalmi, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Vbi ait Auguſtinus, Videre Deum peccata, eſt ad pœnam imputare; auertere autem faciem à peccatis, hoc eſt ea ad pœnam non reſeruare. Hinc eſt quòd poſtea mouens quæſtionem, Vtrùm remiſsio uel expulſio culpæ & infuſio gratiæ, ſint una ſimpliciter mutatio? reſpondet per duas concluſiones, Prima eſt, Infuſio gratiæ & expulſio culpæ, ſeu magis propriè loquendo, remiſsio culpæ, non ſunt ſimpliciter una mutatio.

Lib.4. Diſt.14. quæſt.1.

Lib.4. diſt.16. quæſt.2.

G Secunda eſt, Infuſio gratiæ & remiſsio culpæ, non ſunt duæ mutationes reales. Probat autem primam concluſionem tum aliis rationibus, tum etiam, quia infuſio gratiæ, & remiſsio culpæ, poſſunt per potentiam Dei abſolutam inuicem ſeparari. Verba eius ſunt, Remiſsio culpæ & infuſio gratiæ, poſſunt ab inuicem ſeparari. Probatur tam comparando primum ad ſecundum, quàm è conuerſo: poſſet enim in ſtatu innocentiæ in genere humano, & ita factum eſt in angelis, qui non peccauerunt, gratia infundi abſque culpæ remiſsione, quia nulla culpa infuit. Similiter poteſt culpa remitti abſque hoc quòd gratia infundatur: poteſt enim Deus de potentia abſoluta hominem creare in puris naturalibus ſine culpa & ſine gratia, ergo & poſt lapſum talem reparare, & ita remittere culpam ſine infuſione gratiæ. Hæc ille. Concludit ergo Scotus, quòd remiſsio culpæ, eſt quædam mutatio rationis, cuius terminus à quo, eſt imputatio hominis ad pœnam, & cuius terminus, ad quem, eſt non imputatio hominis ad pœnam: & quòd infuſio gratiæ eſt quædam mutatio realis cuius terminus à quo, eſt priuatio ſeu carentia gratiæ, & cuius terminus ad quem, eſt ipſa gratia, forma quædam accidentalis ſpiritalisq;, & ſupernaturalis, quam ſolus Deus per creationem producit. Quodq; de facto & ſecundum potentiam ordinatam nunquam ſeparantur circa filios Adæ naturaliter ab illo propagatos: ſed de potentia abſoluta Dei, bene quidem ſeparari poſſunt ab inuicem, ita ut ſit aliquando infuſio gratiæ ſine remiſsione culpæ, pariter & remiſsio culpæ ſine infuſione gratiæ. H

Hanc ſententiam quoque tenet Gregorius Ariminenſis, qui in ſuo opere ſententiarum ſic ait, Pono autem concluſiones quatuor, Prima eſt, quòd ipſa perſona ſpiritus ſancti ſecundum ſe, datur homini, & non tantùm dona eius. Secunda, quòd quandocunque datur Spiritus ſanctus, datur etiam aliquod donum eius, ſcilicet gratia gratum faciens; & è conuerſo, quandocunque illa datur, datur etiam ſpiritus ſanctus. Tertia, quòd poſsibile eſt dari ſpiritum ſanctum, abſque quòd tunc dentur eius dona. Quarta, quòd è conuerſo, poſsibile eſt dari dona Spiritus ſancti, abſque eo quòd tunc detur ſpiritus ſanctus. Et loquor de potentia Dei abſoluta, in his duabus ultimis concluſionibus. Hæc Gregorius. Pro quibus ibidem adducit multa, quæ non eſt opus modo referre: quæ enim ad propoſitum faciunt, & ſunt neceſſaria, paulò poſt (domino donante) ponentur.

Gregor. Arimin. Lib.1. diſt.14. 15.16. quæſt.1.

Eandem ſententiam tenet Gabriel Biel in ſuis ſententiis, eo loco quo quærit, Vtrùm præter

Gabriel Biel.

A præter Spiritum ſanctum, neceſſe ſit ponere charitatem abſolutam creatam, animam formaliter informantem ad hoc quòd ſit chara Deo & accepta? Reſpondendo nanque ad hanc quæſtionem, ponit nonnullas concluſiones quibus idẽ omnino docet, Prima eſt, De potentia Dei abſoluta aliquis poteſt eſſe acceptus Deo & charus, ſine omni forma ſibi inhærente, loquendo de acceptatione ſpecialiſsimæ complacentiæ, de qua tantùm ad propoſitum. Secunda concluſio, Nullus poteſt eſſe charus & acceptus Deo ad uitam æternam de lege ordinata, non habendo in ſe qualitatem aliquam infuſam quæ ſit charitas uel gratia. Tertia concluſio, Quacunque forma ſupernaturali in anima poſita, poteſt Deus eam non acceptare ad uitam æternam. Hæc ille. Qui omnia hæc intelligit loquendo de gratia & charitate, pro ut illa nomina abſolutè ſumuntur, & ut ſupponunt pro qualitate certa: non connotando quãcunque gratificationem, uel animæ ad uitam acceptationem. Nam accipiendo ea connotatiuè, uerum eſſet dicere, Quicunque habet in ſe charitatem aut gratiam, eſt acceptus ad uitam æternam: patet ex connotato termini. Hæc Gabriel. Alibi quoque dicit, Gratia qua Deus ad uitam æternam acceptat animam, & eius actum, eſt aliquid poſitiuum in ipſa à Deo creatum. Gratia non eſt ſubſtantialis, B ſed accidentalis forma animæ infuſa: Gratia eſt habitus animæ uirtuoſus, non acquiſitus ſed infuſus gratũ faciens, gratia ab infuſa charitate eſt realiter indiſtincta. Hæc ille. Idem alibi docet quòd gratia & peccatum, abſolutè & ex natura rei, ſibi ipſis nõ aduerſantur, & per conſequens ſeſe non expellunt ex natura rei: quòd Deus de potentia abſoluta, poteſt remittere culpam & pœnam ſine infuſione gratiæ, poteſt etiam acceptare ad uitam æternam & illam conferre ſine gratia. Additq́; Verùm de facto ſecundum potentiam ordinatam neutrum poteſt. Maniſeſtè alibi, ad hanc ſententiam dicit, De potentia Dei ordinata, culpa nõ remittitur, niſi gratia gratum faciens infundatur: quia ordinauit Deus nullum uelle liberare à debito mortis æternæ, niſi quem acceptat ad gloriam beatitudinis perpetuæ. Quemcunque autem ordinat, ſiue acceptat ad gloriam, huic infundit gratiã, qua redditur dignus tanta gloria, ſecundum illud Apoſtoli, Gratia Dei uita æterna. Et hinc eſt, quòd inter peccatorem pœnæ debitorem, & iuſtum gloriam expectantem, non eſt medium: ſicut nec inter gratum & ingratum. Et licet remiſsio culpæ & collatio gratiæ, ſint mutationes diſtinctæ, quia remiſsio eſt uelut deperditiua, quia priuatio obligationis, eſt ſublatio pœnæ, collatio autem gratiæ, eſt mutatio acquiſitiua, quia creatio gratiæ & eius infuſio: ſunt enim inſeparabiles, ſaltem remiſsio culpæ à gratia, & cætera. Infra, Dictum eſt etiam notauter, de potentia ordinata: quia ſecundum potentiam abſolutam, qua poteſt quicquid non implicat contradictionem, culpa poteſt remitti ſine gratiæ infuſione, ut latius deductum eſt ſupra. Poteſt enim Deus tollere ordinationẽ alicuius ad pœnam, & tamen eum non ordinare ad gloriam: & poteſt dari ſtatus medius inter damnatum & gratum, ſcilicet ſtatus in puris naturalibus: ſimiliter poteſt ordinare aliquem ad gloriam, non infundendo gratiã ut dictum eſt. Quia nihil horum includit contradictionem. Hæc Gabriel. Marſilius quoque eandem tenet ſententiam, in ea quæſtione qua quærit, Vtrùm creata charitas, ſit neceſſaria uiatori pro conſequenda ſalute? Ibi enim poſt multa, quæ ex dialecticorum nocatis cautelis dicit, tandem ad mentem quærentis reſpondendo, ponit nonnullas concluſiones. Prima eſt, Charitas increata, eſt ad ſalutem neceſſaria. Secunda eſt, Deus de lege abſoluta, alicui poſſet dare ſalutem nullam habenti charitatem creatam. Tertia eſt, De lege ordinata, creata charitas, eſt ad ſalutem neceſſaria. Hæc ille. Et quod dicit de charitate, intelligit etiam de gratia gratum faciente, nam ſecundum eius ſententiam, D charitas & gratia huiuſmodi, ſunt omnino realiter idem. Vnde alibi ita inquit, Gratia gratum faciens & ſi non conuertitur cum uirtute, tamen eſt aliqua uirtus. Sicut gratia gratum faciens, non eſt idem alicui uirtuti, quæ non eſt charitas, ita ipſa eſt charitati idem, licet in nominum ratione aliqualis ſit diuerſitas. Hæc ille. Sanctus Bonauentura ita quoque docet in ſuis libris ſententiarum, aſſerens atque probans, quòd neceſſe ſit ponere charitatem creatam in anima qua formaliter reformetur: quia reformatio non fit niſi per formam informantem. Idem quoque tenet alibi, agens de gratia, ubi oſtendendo quòd gratia aliquid ponit circa graificatum, hæc dicit inter alia, Dicendum, quòd gratia diuina aliquid ponit circa gratificatum ſiue acceptatum. Et ratio huius eſt, quia diuina uoluntas in acceptando, non afficitur: diuina ueritas in approbando, non fallitur: & neutra earum in gratificando mutatur. Quia diuina uoluntas in acceptando, non afficitur, nec acceptat aliquem propter nouum affectum, neceſſe eſt quòd acceptet propter aliquem effectum: & ita aliquis effectus ponitur eſſe, circa eum qui acceptatur, & cætera. Idem ſtatim poſt, ſuppoſito quòd gratia aliquid ponat

Lib.1. diſt.17. quæſt.1. — *Lib.2. Diſt.26. quæſ.1. Art.2.* — *Lib.4. Diſt.4. quæſt.1. art.1. Notab.3 art.1. Notab.3.* — *Lib.4. diſt.14. q.1.art.1. Notab.4* — *Rom.6.* — *Lib.4. diſt.4. quæſt.1. art.1. Notab.3* — *Lib.1. Diſt.17.* — *Marſil. lib.1. ſen. quæſt.20. Ibidem art.2.* — *Lib.2. quæſt.17. art.1. Concl.1. & 2.* — *S. Bonauentura. Lib.1. diſt.17. quæſt.1.* — *Lib.2. diſt.26. quæſt.1.* — *Ibidem. quæſt.2.*

E nat circa gratificatum; quærit ulterius, Vtrùm illud ſit creatum uel increatum? Reſpódendo autem, cùm prius ponat illam ſententiam quam olim nonnulli tenuerunt doctores, dicentes, Deum per ſeipſum ſua gratia increata & ſine medio aliquo creato in anima; recreare animam, reformare, uiuificare; illuminare, aſsimilare, unire; ſtabilire; acceptam facere, ſurſum leuare: ipſe tamen ſecundum aliam ſententiam ſecuriorem, & rationabiliorem, conſonantem communitati magiſtrorum, uerbis expoſitorum, pietatiq; ſanctorum, & ſecundum quam doctores Pariſienſes communiter ſentiebant, atque ſenſerunt ab antiquis diebus, teſtatur, quòd hæc quidem facit ſolus Deus in anima effectiuè, ſed per medium, hoc eſt, infundendo gratiam in anima qua formaliter anima recreatur, uiuificatur, reformatur. Vnde poſt multa dicit, Præferenda eſt igitur hæc opinio priori, eo quòd eſt ſecurior, & magis recedit ab errore Pelagii. Quis enim negare ſecurè audeat, in noſtra gratificatione, aliquod donum creatum nobis à Deo conſerri? Timere enim debet unuſquiſque, ne forte negando donum gratiæ creatæ, efficiatur aduerſarius increatæ. Præferenda eſt etiam, quia rationabilior. Sicut enim in opponendo oſtenſum eſt, rationabiliter, tales effectus & a-
F ctus non poſſunt cogitari in nobis eſſe, quin ſint ab aliquo ſicut efficiente, ab aliquo ſicut informante. Quomodo enim actus uerus reformationis & uiuificationis erit in anima, niſi ſit aliqua forma cōplens à qua anima informetur? Eandem ſententiā, tenet idem doctor ſanctus in loco alio, quo quærit, Vtrùm liberum arbitrium abſque gratia gratum faciente, poſsit à culpa reſurgere? Ibi enim per multa, probat partem negatiuam huius quæſtionis à ſe motæ, & tandem ſic concludit, Concedendæ ſunt igitur rationes oſtendentes, quòd homo, abſque gratia gratum faciente non poteſt à culpa reſurgere. Porrò quòd hic ſanctus doctor hoc intelligat de potentia Dei ordinata & ſecundum Dei legem datam, non autem de potentia Dei abſoluta: ipſe quoque non ſemel oſtendit. Etenim in ea quæſtione quam ſtatim poſuimus, reſpondendo ad quoddam argumentum, inquit, Ad illud quod obiicitur, quòd Deus poſsit reſtituere innocentiam, & ita delere culpam abſque gratia; Dicendum quòd hoc uerum eſt, ſed largitas diuinæ miſericordiæ ſic decernit auferre malum per quod homo diſplicet, ut ſimul daretur bonū per quod homo Deo placeret: nec unquam expellit culpam, quin ſanctificet ipſam animam, ut in ea habitet per gratiam. Vnde nihil eſt medium ſecundum

Lib. 2. diſt. 28. quæſt. 1.

Ibidē ad quoddam argum.

tempus, inter iuſtum & impium, ex quo enim naſcitur, neceſſe eſt animam eius uel eſſe peruerſam per culpam, uel erectam per gratiam. Hæc ille. Quibus ſatis manifeſtè docet, non poſſe in filiis Adæ deleri culpam, ſine infuſione gratiæ creatæ; ſed hoc ſecundum Dei ordinationem atque decretum, qui utique poteſt ſine huiuſmodi gratiæ infuſione, & culpam remittere, innocentiam reſtituere. Eandem etiam fatetur ſententiam alibi, ubi quærendo, Vtrùm ad iuſtificationem, ſit neceſſaria gratiæ infuſio? ſic reſpondet. Dicendum, quòd in omni opere domini, eſt miſericordia & ueritas: hæc maximè in nobili opere oportet eſſe, ſcilicet in opere iuſtificationis. Quoniam igitur homo peccauit, & nihil ante gratiæ infuſionē apud Deum meruit, Deus iuſto iudicio non omnino effectū culpæ tollit, immo pœnam relinquit, ideo & in priorem ſtatum hominem non ſtatim reſtituit. Et quoniam miſericors eſt, ideo etiā amplius bonum reddit. Quia magis indiget, ideo non tantum reſtituit innocentiam, ſed etiam dat gratiam: ideo quamuis delere poſſet Deus ſine medio culpam, decreuit tamen delere per gratiam, Ecce teſtatur non deleri quidem culpam niſi per gratiam gratum facientem; ſed hoc per Dei ordinationem, qui utique aliás, ſine infuſione eiuſmodi gratiæ, poſſet delere culpam. Durandus de ſancto Portiano, etiam eandem tenet ſententiam. Nanque mouens quæſtionem, Vtrùm neceſſarium ſit, charitatem eſſe habitum creatum, ad hoc ut homo ſit Deo charus? poſt argumēta ad partem affirmatiuam, ſic reſpondet, tenendo partem negatiuam, In contrarium, inquit, arguituitur, quia eſſe Deo gratum, eſt eſſe à Deo dilectum: ſed dilectio Dei, eſt in Deo diligente, & non in homine dilecto; ergo ad hoc quòd homo ſit Deo gratus, non requiritur quòd in eo ſit aliquid de nouo cauſatum, nec actus, nec habitus. Reſponſio, Eadem eſt neceſsitas ponere, gratiam eſſe habitum creatum, ſicut charitatem, & è cōuerſo, Et ideo de utroque deducitur quæſtio, & ſic ad quæſtionem hanc dicenda ſunt tria, Primum eſt, quòd homo poteſt eſſe, & eſt Deo gratus & charus, antequam habeat gratiam & charitatem ſibi formaliter inhærētem. Secundum eſt, quòd ad eſſe Deo gratum uel charum, non ſequitur neceſſariò neceſsitate abſoluta, quòd homo ſit habiturus quandoque gratiam uel charitatem ſibi formaliter inhærentem. Tertium eſt, quòd ad eſſe Deo gratum uel charum, ſequitur neceſſariò neceſsitate conditionata (ſcilicet ex ſuppoſitione ordinationis diuinæ) quòd homo ſit habiturus quandoque gratiam & charitatem

G

Lib. 4. diſt. 17. Princi. 1. quæſt. 1.

H

Durand. Lib. 1. diſt. 17. quæſt. 1.

A ritatem habitualem formaliter inhærentem.
Hæc Durandus. Alii etiam doctores quam
plures hanc tandem ſententiam tenuerunt;
quorum nec nomina, nec dicta referimus, bre
uitatis cauſa. Sic ergo conſtat ſatis ex dictis,
quid doctores catholici de hac quæſtione gra
uiſsima ſentiant: in qua tum de potentia
Dei abſoluta principaliter, tum de potentia
Dei ordinata quaſi ſecundariò aut minus
principaliter agitur. Itaque intelligendo de
potentia Dei ordinata, omnes dicunt, Deũ
iuſtificare homines Adæ filios infundendo
eis gratiam gratum facientem ſeu charitatẽ
creatam, nec eos poſſe iuſtificare alio modo:
& in hoc nulla eſt differentia doctorum catho
licorum, ſed ſumma concordia, ut ex his quæ
dicta ſunt, eſt admodum manifeſtum. Intel-
ligendo autem de potentia Dei abſoluta, in-
ter doctores catholicos maximopere diſſenti
tur: quibuſdam negantibus, poſſe Deum iu-
ſtificare peccatorem non infundendo ei gra-
tiam creatam gratum facientem, aliis uerò
contrariam ſententiam aſſerentibus, ut iam
ſatis eſt demonſtratum. Vt autem conſtat ex
declaratione terminorum, uerborum, aut
nominum, quibus doctores utuntur commu
niter, Potentia Dei ordinata, dicitur ipſa di
uina potentia, pro ut Deus ea utitur ſecun-
dum ſuam legem datam. Potentia uerò Dei
abſoluta, dicitur ipſa diuina potentia, non
B pro ut reſpicit legem tantum, ſed pro ut om-
nia poteſt, quæ non repugnant: & pro ut eſt
ſupra legem, potens etiam mutare legem ci-
tra alicuius iniuriam.

Quæſtio in forma.

QVAESTIO igitur eſt in forma apud do-
ctores, An gratia gratum faciens; ita exiga-
tur ad iuſtificationem impii, ut impoſsibile
ſit per quamcunque potentiam aliter iuſtifi-
cari impium? Scotus multis in locis, de po-
tentia abſoluta Dei, impium abſque gratiæ
dono habituali iuſtificari poſſe, arbitratur.
Probat hoc multis rationibus, præſertim ue-
rò duabus, Primò ſic, Gratia & culpa non
ſunt immediatè oppoſita ſecundum ſe nec
per comparationem ad potentiam facientis:
ergo poteſt de culpa tranſiri, abſque tali gra-
tia. Maiorem probat, quia datur medium,
ſcilicet ſtatus innocentiæ: minorem uerò pro
bat, quia qualemcunque potuit Deus facere
uoluntatem, talem præcisè poteſt reparare,
poſtquam peccauerit. Secũdò ſic, Peccato re
pugnant duo, ſcilicet gratia, & rectitudo na-
turalis ſine gratia: ergo per quodlibet eorum
excluditur; non ergo exigitur gratia. Vult
igitur aut uidetur uelle Scotus, non ſolùm,
quòd ſine gratiæ infuſione; ſed etiam ſine re-
ctitudinis naturalis reſtitutione, ſola Dei uo
luntate non obligante eum qui peccauit, ad

Scotus. Lib. 2. Diſt. 28. Lib. 4. d. 1. q. 6. & di. 14. quæſt. 1. & di. 18. Quæſt. 2. & lib. 1. Diſt. 17.

culpam, poteſt fieri remiſsiò peccati de po- C
tentia Dei abſoluta. Putauit Scotus hominẽ
poſt patratum delictum dici peccatorem ex
ſolo reatu, id eſt, obligatione ad pœnam per
actum diuinæ uoluntatis. Ex hoc autem ſe-
quitur manifeſtè, quòd homo poteſt tranſi-
re de ſtatu obligationis, ad ſtatum non obli-
gationis, ex hoc ſolo, quòd diuina uoluntas
ab æterno ordinaſſet Socratem, qui heri pec-
cauit, eſſe obligatum pœnæ uſque ad primã
horam diei craſtinæ excluſiuè: ſtatim enim
adueniente illa hora, non eſſet amplius obli-
gatus ad pœnam: ac per hoc non eſſet in pec-
cato mortali, abſque infuſione gratiæ, & mu-
tatione aliqua in Deo. Adducit etiam Augu-
ſtinum ſuper pſal. dicentem, Videre Deum
peccata, eſt ad pœnam imputare: auertere
autem faciem à peccatis, eſt ad pœnam ea nõ
reſeruare. Quibus etiam addere potuit Au-
guſtinum dicentem de peccatis actualibus
poſt actum peccandi, quòd tranſeunt actu,
ſed manent reatu. Caietanus uidit hæc Scoti
retulitq; contrarias tamen tuetur partes ex
mente ſancti Thomæ, dicentis, quòd non
poſſet intelligi remiſsio culpæ, ſi non adeſſet
infuſio gratiæ. Conſtat enim, quòd ſi eſſet
poſsibile ſecundum potentiam abſolutam,
quòd poſſet intelligi: Hæc ille. Notat ad
idem iuxta Magiſtrum ſententiarum, quòd
proportionaliter ſe habet peccator dum pec-
cat actu, & dum peccator remanet: quia dũ
peccat actuali auerſione à Deo, charitatis D
obiecto malus fit: dum peccator manet auer
ſione derelicta, malus eſt. Et quoniam auer
ſio ab incommutabili bono, eſt priuatio re-
ctitudinis charitatis debitæ in actu ſecundo,
auerſio derelicta, eſt priuatio habitualis con-
uerſionis ad Deum obiectum charitatis: Et
non eſt pura negatio talis conuerſionis, quo
niam hæc non eſt effectus peccati, & ſtat cum
innocentia: ſed eſt priuatio propriè & ſtri-
ctè, & ſumpta pro negatione boni debiti, quã
do oportet. etc. Ex hac priuatione, quæ non
eſt, nec eſſe poteſt à Deo, (cum ſit malum
culpæ formaliter per modum habitus) pecca
tor poſt peccatum commiſſum, eſt formali-
ter peccator. Et hæc priuatio, eſt terminus à
quo in iuſtificatione impii per modum con-
trarii, ut in articulo præcedenti auctor dixit.
Et ex hoc patet, quòd quia non poteſt intel-
ligi remiſsio culpæ, niſi adueniente conuer-
ſione ad Deum charitatis obiectum, quæ eſt
effectus formalis charitatis: ideo non eſt in-
telligibile, quòd fiat remiſsio culpæ, abſq;
infuſione gratiæ. Hæc ille.

Lib. 4. Diſt. 14.

Caietan. Prim. 2. quæſt. 113. art. 2.

Magiſt. Lib. 4. diſt. 18.

Alia quæſtio.

ALIA quæſtio eſt apud doctores, de op-
poſitione iuſtitiæ, ſeu gratiæ gratum facien-
tis, creatæ, habitualis & culpæ. An opponun

E tur formaliter? Scotus probat duobus mo-
Scotus. dis non opponi formaliter gratiam & culpã.
Lib.4. Primò, quia uni gratiæ, una tantùm priuatio
diſt.14. per ſe opponitur; ſed gratia eſt una, & priua
Quaeſt.1. tio culpæ eſt multiplex diuerſarum rationũ:
ut patet de tanta diuerſitate peccatorum: er-
go etc. Secundò, quia agens potens effecti-
uè uel defectiuè ſuper unum oppoſitorum,
poteſt eodem modo ſuper non eſſe alterius:
ſed homo poteſt ſuper eſſe culpæ effectiuè,
uel defectiuè, & non poteſt ſuper non eſſe
gratiæ, quia non eſſe gratiæ, eſt nihil, ad quod
creata potentia non ſe extendit: ergo non
Caietan. ſunt formaliter oppoſita. Caietanus tenet
Prim. 2. oppoſitum, docens conſtanter opponi for-
quaeſ. 113. maliter gratiam & culpam. Sic enim dixit,
art. 5. poſtquam retulit prædictam Scoti ſententiã
cum ſuis dictis: Ad euidentiam, inquit, ho-
rum ſciendum eſt, quòd de culpa & de gratia
dupliciter loqui poſſumus: ſcilicet in actu ſe-
cundo, in actu ſcilicet peccati mortalis, &
in actu informato gratia: & ſic clarum eſt,
quòd opponuntur formaliter, pro quanto
rectitudo actus charitatis & obliquitas pecca
ti mortalis opponuntur formaliter oppoſitio
ne priuatiua. Et hoc iam probatum eſt ex
hoc, quòd peccatum mortale, directè eſt trãſ
greſſio præcepti charitatis, quo nihil diuinæ
F amicitiæ æquandum eſt: & ſic non eſt præ-
ſens quæſtio, quoniam de culpa remanente
poſt actum & habitu gratiæ loquimur. Alio
ergo modo poſſumus loqui de culpa & gra-
tia, ſcilicet de macula, qua peccator poſt pec
catum dicitur peccator, & gratia, ideſt, do-
no habituali, quo formaliter eſt quis gratus
Deo, non curando nunc de diſtinctione inter
gratiam, charitatem, & ſibi neceſſariò con-
nexa. Et ſic eſt ſermo præſens. Et dicimus
quòd gratia & culpa ſunt formaliter oppoſita
priuatiuè, ſicut tenebræ & lumen. Quod pro
batur ex hoc, quòd auerſio ab incommuta-
bili bono, qua formaliter peccator poſt actũ
dicitur peccator, & auerſus à Deo charitatis
obiecto, contrariatur directè priuatiuæ con
uerſioni ad Deum charitatis obiectum. Con
ſtat autem quòd culpa & gratia, hæc impor-
tant: ſcilicet auerſionem & conuerſionem hu
iuſmodi. Ergo etc. Hæc ille.

*Ponitur ſententia ſecundum eos catholicos docto
res, qui dicunt, Deum de potentia ſua abſoluta,
poſſe etiam nunc filijs Adæ condonare peccata, il-
losq́ beatitudine dignos reddere, non infundendo eis
gratiam gratum facientem creatam, nec aliquod
aliud donum creatum habituale. Conciliantur præ
dicta uaria opiniones doctorum, pro ut conciliari
poſſunt: ut iam non diſſideant ſed cõformes exiſtant.*

CAP. III.

NOs autem ſi cogimur inter G
doctorum catholicorũ ſen
tentias, noſtram proferre,
atque intercedere, ſedulò,
ac liberè quod ſentimus
pronunciabimus. Ipſæ nan
que inter ſe ſe, contradicto
riè uidentur opponi, quadam dicente, Non
poteſt; alia dicente, Poteſt: ſed inter poteſt
& non poteſt, nequaquam datur medium, ſi-
cut neque inter hominem & non hominem,
inter leonem & nõ leonẽ, & reliqua id genus,
nec abſimilia. Quid ergo dicimus? Credimus
firmiter & nullo pacto dubitamus, eſſe homi
nibus Adæ filiis remiſſionẽ peccatorũ apud
Deum per gratiam eius, quam nobis meruit
Saluator noſter uerus Deus & uerus homo,
per ſuam ſacratiſſimam paſſionem & mortẽ:
Credimus firmiter & nullo modo dubita-
mus, non poſſe Deum de potentia ordinata
uel abſoluta, remittere peccata hominibus
aut illos beatitudine impartiri ſine gratia ſua
increata & æterna, quæ eſt ipſemet Deus, &
ſua infinita uolũtas, gratis uolens. Credimus
firmiter & nullo modo dubitamus, Deum
Optimum, de facto & ſecundum ſuam legem
datam, nulli filiorum Adæ remittere culpam
originalem uel actualem mortalem, nec ali-
quem illorum acceptare ad beatitudinem ſe- H
cundum præſentem iuſtitiam, niſi infunden-
do gratiam gratum facientem creatam: ut
Deus ipſe ſolus intelligatur iuſtificare homi-
nem, uiuificare, ac reformare immediatè ef-
fectiuè, producendo nihilominus in homine
ſeu potius creando gratiam gratum facientẽ,
quæ formaliter hominem ipſum iuſtificet, ui
uificet, reformetq́;. Vnde licet Deus ipſe im
mediatè efficiat, quia inter Deum & iuſtifica
tionem, uiuificationem, aut reformationẽ,
nulla eſt cauſa media efficiens: tamen non ef-
ficit, hoc eſt, non iuſtificat, non uiuificat, nec
reformat ſine medio. Scilicet quia iuſtificat
dando gratiam gratum facientem, quæ uelut
forma quædam iuſtificat, uiuificat, & refor-
mat formaliter. Sic ſolus Deus uiuificauit A-
dam immediatè effectiuè, quãtum ad uitam
naturalem, quia inter Deum uiuificantem
Adam, & ipſam uiuificationem, nulla fuit
cauſa efficiens media: ſed quidem uiuificauit
Adam, ſolus immediatè effectiuè, creando ta
men animam in Adam quæ ipſum uiuificaret
formaliter. Quam ob rem naturalis uita Adæ
immediatè efficienter refertur in Deum, ſed
immediatè formaliter refertur in animam:
ita ut Deus ſit immediata cauſa efficiens, ani
ma uerò ſit immediata cauſa formalis. Hinc
eſt, quòd cùm Deus neminem uiuificet in ui
ta naturali, niſi dando animam, neque ali-
quem

A quem uiuificet in uita ſpiritali, niſi diligentiam gratum facientem: conſtanter dicimus, Deum uiuificare hominem non immediatè, ſed mediatè: hoc eſt, per medium, ſcilicet producendo ipſam formam, quæ formaliter uiuificat. Quamobrem ſanctus Thomas in De ueritate, optimè dixit, Deus autem uiui ficat animam non ſicut cauſa formalis, ſed ſicut cauſa efficiens; Vnde aliqua forma cadit media: Sicut pictor album facit parietem effectiuè, albedine mediante, albedo uerò nulla forma mediante, quia facit album formaliter. Hæc ſunt quæ hactenus diximus, & de quibus iam nunc non eſt dubium inter catholicos tractatores. Quantum autem ad gratiam creatā, & de potentia Dei abſoluta, quid dicendum? Credimus firmiter & nullo modo dubitamus, Deum Optimum Maximum poſſe de potentia ſua abſoluta remittere peccata filiis Adæ originalia uel actualia, illosq́; acceptare ad gloriam, ſine medio aliquo creato: hoc eſt, non infundendo illis gratiam gratum facientem extrinſecus accedentem. Credimus firmiter & nullo modo dubitamus, Deum de potentia ſua abſoluta, poſſe dare filiis Adæ eam rem aduentitiam ſeu accidentalē nuncupatam, quæ eſt gratia gratum faciens, non acceptando illos ad beatitudinē. Denique tenemus ſecundam ſententiam in capitulo præcedenti ultimo loco relatam, &

Quæ.27. art.1. ad 1.arg.

B ſecundum illam dicimus, tria hæc per ordinem. Primum eſt, Poteſt Deus de potentia ſua abſoluta, remittere filiis Adæ omnia peccata eorum originalia, uel actualia, non præſtando illis gratiam aliquam creatam ſpiritalem ſuperadditam. Secundū eſt, Poteſt Deus de potētia ſua abſoluta, acceptare filios Adæ ad gloriam, non dando illis gratiam gratum facientem aliquam creatam. Tertium eſt, Poteſt Deus de potentia ſua abſoluta, dare filiis Adæ eam rem quam nunc appellamus gratiam gratum facientem, non ordinando illos ad claram ſui uiſionem. Nullius horum extrema repugnant, ideo omnia hæc ſub potentia Dei abſoluta cadunt: non enim eſt impoſſibile apud Deum omne uerbum, ſcilicet cuius extrema non repugnant inuicem. Quandoquidem ſicut potentia Dei ordinata, regulatur per legem datam, ſic potentia Dei abſoluta regulatur per non repugnantiam extremorum: & ſecundum hoc, omnes complexiones ſeu enuntiationes affirmatiuas de extremis non repugnantibus, poteſt Deus facere ueras pro aliquo tempore. Poteſt, inquam, de potentia ſua abſoluta, in qua magis elucet eius omnipotentia, ut pote quod ſe extendit ad omne illud quod non repugnat: unde omne non repugnās, dicitur & eſt poſſibile, diciturq́; & eſt factibile. Itaque qui dixerit aliquod horum non poſſe fieri à Deo ullo modo, hoc eſt, neque de potentia Dei abſoluta, eum oportet oſtendere extrema eius repugnare: alioquin non credimus ei. Cæterùm quòd nullum horum habeat extrema repugnantia, ſed quòd immo cuncta hæc ſint ſimpliciter poſſibilia Deo de potentia ſua abſoluta, neque eſt neque poteſt eſſe dubium. C

Primum probatur per ſecundum, & ſecundū per primum, alterumq́; per alterum: tertium autem per ſe conſtat, & quoque ex demonſtrationibus euidentibus. Si Deus poteſt acceptare filium Adæ ad gloriam non dando illi gratiam creatam infuſam, poteſt ſimiliter non dando illi gratiam eiuſmodi, remittere illi peccata: rurſus ſi poteſt hoc, poteſt & illud. In utroque enim eſt eadem ratio, uel poſſibilitatis, uel repugnantiæ. Sed ſuo ordine procedamus. Potuit Deus ab æterno uelle pro aliquo inſtanti in tēpore futuro uero uel imaginario exoluere filios Adæ à debito habendi primæuam originalemq́; iuſtitiam, & à debito æternæ damnationis, ut per ſolum lapſum temporis, ſine aliqua gratia creata ſuperaddita illis, manerent ſoluti à peccato originali, illo inſtanti adueniente: Ergo ſine dubio, & illud quoque poteſt uelle modo, quia in diuina uoluntate, cùm ea ſit æterna, non cadit neque poteſt cadere præteriti ratio. Quemadmodum enim eſt immutabilis, ita eſt æterna, ſuper omne quod eſt præteritum, præſens, futurum: ob quod quemadmodum ab æterno potuit hoc uelle, ſine ſui mutatione, ſic & modo utique hoc ipſum uelle poteſt. D

Quia æterna eſt, ſemper conſideratur ut nunc præſens: & quia eſt immutabilis, ſemper intelligitur & eſt eodem modo potēs: alioquin mutaretur uel à poſſe in non poſſe, uel à non poſſe in poſſe; quorum duorum utrunque eſt illi impoſſibile ſimpliciter, & ſuæ æternitati ſuæque immutabilitati repugnans. Ideo ſicut hoc ab æterno uelle potuit, ſic & modo hoc ipſum uelle poteſt: ſi autem modo hoc uelit, & ita ſecum in ſua uoluntate decernat Deus, quidem per ſolum lapſum temporis erunt filii Adæ à peccato originali liberati, per ſolā gratiam Dei increatam ſine infuſione alicuius gratiæ creatæ. Ergo & hoc eſt poſſibile. Eadem eſt demonſtratio pro peccatorum actualium filiorum Adæ remiſſione, quia quoque ab æterno potuit Deus, & poteſt modo uelle remittere peccata omnia actualia filiis Adæ pro aliquo inſtanti futuro, & deinde in omne æui curriculum, non uolendo dare illis gratiam aliquam creatam qua mediante hoc fiat; ſed ſi Deus ita uoluerit, de facto ita erit. Quid ergo? Sine dubio res eſt poſſibilis,

E lis, & nullo modo poteſt de hac ueritate dubitari à quouis doctore catholico, qui diuinas perfectiones perſpexerit. Poteſt etiam hæc ueritas aliter monſtrari, ex eo quòd ea res quæ eſt gratia gratum faciens; non habet naturalem repugnantiam ex natura rei intrinſecè & per eſſentiam cum actu peccati; nanque ipſa, cùm ſit res quædam non educta nec educibilis de potẽtia ſubiecti, à ſolo Deo per creationem producitur; & à ſolo Deo per annihilationem tollitur. Hinc conſtat, quòd quicquid faciat homo boni aut mali, poteſt Deus de potentia ſua abſoluta conſeruare in ipſo homine hanc rem quæ eſt gratia huiuſmodi: omnino ſicut de potentia abſoluta potuit cõſeruare iuſtitiam originalem in Adam peccante, etiam & poſt peccatum, peccatumq; ipſum Adæ ad pœnam non imputare. Loquẽdo enim de neceſsitate abſoluta, ad nihil horum neceſsitate impulſus eſt Deus per peccatum Adæ; ſcilicet neque ut ab eo originalem iuſtitiam amoueret, nec ut illũ ad pœnam ordinaret: ſimpliciter nanque potuit de potentia ſua abſoluta, Adam ipſum in eodem ſtatu cõſeruare, quicquid faceret Adam. Cui faceret iniuriam Deus, ſi ita feciſſet? Vel quæ eſſet in illis repugnantia? Poteſt itaque Deus conſeruare eam rem quæ eſt gratia gratum faciens in homine peccante actualiter morta-

F liter, ſicut ipſe ab eo non tollat, quicquid boni aut mali homo ipſe faciat: poteſt ipſa exiſtente, hominem ad pœnam æternam non ordinare, quantumlibet homo peccet: poteſt & cum ea hominem ipſum peccantem, ad infernum mittere, & illam cum homine in inferno æternùm retinere. Quæ repugnantia eſt in his ex natura rei, ſiue per eſſentiam: eſt quidem in iſtis repugnantia legis, non naturæ: legalis, non eſſentialis, nec naturalis. Ergo quia peccatum, actus peccati, peccatiq; reatus, & hæc res quæ eſt gratia gratum faciens, non repugnant ex natura rei, ſed ſolummodo ex lege ac ordinatione diuina: fit euidenter conſequens, poſſe Deum de potentia ſua abſoluta, multis aliis modis remittere hominibus peccatum, non præſtando illis hanc rem, nec aliam eiuſdem ſpeciei, immo nec eiuſdem generis. Quia res eſt notiſsima, modo de his ſatis. Etenim etiam ſtante lege, certum eſt, nõ ideo uelle Deum hominibus peccata remittere in aliquo inſtanti, quia illis in ipſo præſtat gratiam creatã; ſed potius ideo Deus hominibus in aliquo inſtanti gratiam creatam præſtat, quia hominibus in illo inſtanti uult remittere peccata. Atque perinde, prius eſt Deũ uelle peccata remittere, quàm Deum gratiam creatam præſtare: poterit ergo de potentia abſoluta pro aliquo inſtanti, uelle remittere peccata, pro quo non uelit G

præſtare creatam gratiam. Vtrunque enim liberè uult, quando uult: ſcilicet & peccata remittere, & creatam gratiam præſtare: atque hæc diſtincta ſunt uolibilia, & ſeparabilia inuicem, ſicut nouimus ſæpe Deum gratiã creatam præſtaſſe, quando nullum peccatum remittebat, quia ſcilicet nullum peccatum ante inerat: quod patet de gratia in Dominam noſtram collata, atque de gratia angelis præſtita. Quia enim nullum peccatum habebãt, uoluit Deus illis creatam gratiam dare, quando non uoluit illis peccata remittere. Sic ergo conſtat primum. Secundum autem non minus eſt manifeſtum. Quod utique ex eiſdẽ fundamentis oſtenditur euidenter. Quemadmodum enim Deus de potentia ſua abſoluta, potuit ab æterno, & poteſt modo, uelle pro aliquo inſtanti futuro remittere peccata hominibus, illosq; à peccatis liberare, non dando illis gratiam aliquam creatam: ita profectò potuit ab æterno & poteſt modo, uelle pro toto tẽpore ſequente illud inſtans in quo hominibus peccata remiſerit, hoĩes ad ſuam gloriã acceptare non dando illis gratiam creatam ſuperadditam. Vnde ſub eo tẽpore eſſent homines ipſi, Deo grati & chari: non per aliquã creatã gratiã aut charitatẽ, ſed per gratiã & charitatem increatam, quæ Deus eſt. Eſſetq; tũc illa denominatio qua homines Deo H

grati & chari dicerentur, non formalis nec intrinſeca, quia non eſſet per formam aliquam inhærentem: ſed penitus extrinſeca, quia per aliquid quod eſt in alio, ideſt, per gratiam & charitatem increatam quæ eſt in Deo & ipſemet Deus. Ex hoc fundamẽto probauit Gregorius Ariminenſis, poſsibile eſſe dari Spiritum ſanctum, abſque eo quòd tunc dentur eius dona. *Lib. 1. diſt. 15. 16 quæſt. 1.* Quia ſcilicet Spiritus ſanctus in ſua perſona propria, eſt dabilis homini à Deo, donum increatum, infinitum, æternum, diſtansq; infinitum à quocunque Dei dono creato: unde poteſt Deus illum dare homini de potentia ſua abſoluta, non dando homini aliquod creatum donum à dono increato infinitum diſtans. Si enim Spiritus ſanctus ex natura ſua eſt dabilis hominibus in ſua perſona, quæ repugnantia eſt, ne ipſe poſsit dari hominibus ſine dono creato, ab ipſo dono increato infinitè differente? Nulla quidem. Immo nanque hoc declarat tota natura rerũ, ut de duobus donis infinitè diſtãtibus, Deus optimè poſsit dare hominibus alterum ſine altero. Modus autem intelligendi eſt, quia Deus poteſt modo uelle dare alicui homini pro aliquo inſtanti futuro quod erit cras, Spiritum ſanctum, non producendo nec creando aliquam rem denuo circa ipſum hominẽ, nec

A nec deſtruendo aliquam rem in ipſo: ſcilicet quia poteſt modo uelle acceptare illum hominem pro illo inſtanti futuro, ad beatitudinem in perpetuum. Etenim iam mox erit homo ſpecialiſsimè acceptus Deo, & habebit Spiritum ſanctum ſecundum hanc magis ſpecialem acceptationem, illo inſtanti adueniente. Multas rationes optimas adducit Gabriel. quoque ad aſtruendam hanc ueritatem, id ipſum probans quod dicimus: ſed ea ex illis magis placet tanquam clarior & magis ad propoſitum, qua ipſe oſtendit, hoc eſſe Deo poſſibile, eo quòd Deus de potentia ſua abſoluta, poteſt ordinare, tum quòd habens aliquem actum moraliter uirtuoſum, habeat uitam æternam: tum etiam quòd exiſtens in tali tempore uel loco, uitam æternam habeat. Durandus etiam ex eo probat, quòd ad eſſe Deo gratum uel charum, non ſequitur neceſſariò neceſsitate abſolnta, quòd homo ſit habiturus quandoq; gratiam uel charitatem ſibi formaliter inhærentem, quia uidelicet amare uel diligere aliquem, nihil aliud eſt quàm optare ei bonum. Vnde ſic format demonſtrationem, Deus poteſt uelle homini bonum, & ſummum bonum cuius ipſe eſt capax, (ſcilicet beatitudinem) abſque hoc quòd uelit ei dare gratiam habitualem uel charitatem, quantum eſt de potentia abſoluta, ſecundum quam Deus poteſt dare & homo

Lib.1. Diſt.17. quæſt.1. Art.2. Concl.1. Ibidem. Art.3. Dub.1.

Lib.3. Diſt.17. Quæſt.

B recipere gloriam & beatitudinẽ ſine gratia habituali præuia: Ergo ad eſſe Deo dilectum, uel ad eſſe Deo gratum uel charum, nõ ſequitur ex neceſsitate abſoluta, quòd homo ſit quandoque habiturus gratiam uel charitatem habitualem. Siue igitur comparemus donnm increatum ad donum creatum, ut cõparauit Gregorius: ſiue comparemus gratiã gratum facientem habitualem ad beatitudinem, ut comparauit Durandus: mihi (ingenuè fateor) nullum eſt dubium, quin poſsit Deus de potentia ſua abſoluta, donum increatum atque etiam beatitudinem formalem dare hominibus Adæ filiis, ſine gratia gratum faciente, habituali, creata, media uel præuia. Poteſt enim Deus de potentia ſua abſoluta, uelle mutare, de factoq; mutare ſuam legem datam, tam eam quæ eſt de puniendis peccatis hominum & remittendis, qnàm eam quæ eſt de acceptandis hominibus ad gloriam: poſteaq; modo, uelle facere & facere, ut hæc gratia gratum faciens, quæ nunc eſt habitualis creata, mox nunquam amplius ſit futura, neque ipſa, neque alia eiuſdem ſpeciei, nec eiuſdem generis ſubalterni, relinquendo tamen homines qui modò ſunt, acceptabiles ad gloriam, atque beatificabiles. Quantum ad potentiam abſolutam attinet, nihil Deo magis poſsibile uidetur, quàm hæc Deo poſſibilia uidentur. C Quomodo enim, quæſo, non poterit mutare ſuam legem, quam ipſe omnino gratis et liberè dedit, ſciens & uolẽs? Aut quomodo non poterit facere, ut aliqua res quæ modo eſt futura, non ſit futura, cùm nullum futurum, ſit futurum, niſi quia ipſe Deus liberè & gratis, ſciens & uolens uult eſſe futurum? Sicut præſentia à libera uoluntate diuina pendent, ut fiant & ſint præſentia; ſic futura à libera uoluntate diuina pendent, ut fiant & ſint futura; ipſa nanque diuina uoluntas liberè omnino dat eſſe præſens rebus præſentibus, & eſſe futurum rebus futuris. Quandoquidem niſi ipſa liberè uellet aliquam rem eſſe futuram, nullo modo ipſa res eſſet futura, quamuis eſſet poſsibilis: nam ſicut ipſa ſola liberè uocat res de non eſſe præſenti ad eſſe præſens, quod eſt, de non eſſe ad eſſe; ſic ipſa ſola uocat res de non eſſe futuro ad eſſe futurum. Itaq; poteſt Deus acceptare filios Adæ ad beatitudinem, non dando illis gratiam creatã habitualẽ: & hoc de potentia ſua abſoluta, qua poteſt ſuã legẽ mutare, & rẽ quæ modo eſt futura, non futurã facere. Et quid mnlta? Prius eſt, Deũ uelle acceptare filios Adæ ad gloriã, quàm ſit, Deũ illis præſtare creatam & habitualem gratiam: nã non quia illis dat gratiam, illos acceptare uult; ſed potius è contra, quia illos acceptare uult, illis gratiam dat. D Etenim ſuum uelle eſt æternum, collatio autem creatæ gratiæ, eſt quid temporale. Quinimmo, non ideo quia anima habet gratiam creatam, eſt accepta Deo, ſed è contra, quia eſt accepta Deo ad uitam æternam, Deus dat, dedit, uel dabit ei creatam gratiam. Poteſt ergo Deus animam ad beatitudinem acceptare, & illi eidem animæ gratiam creatam non dare: quæ enim priora ſunt, ſine poſterioribus eſſe poſſunt. Tertium autem quod dicimus, Poteſt Deus de potentia ſua abſolnta, dare filiis Adæ eam rem quam nunc appellamus gratiam gratum facientem, non ordinando illos ad claram ſui uiſionem: quoque manifeſtum eſt, & per ſe notiſsimum. Quacunque nanque gratia creata poſita in homine, ſeu quocunque dono creato, non cogitur Deus neceſsitate abſoluta, dare ipſi homini beatitudinem, ſed ſemper poteſt illã illi non dare: alioqnin coactus beatificaret, & neceſsitate compellente homini illi clarè ſe oſtenderet, quod dicere aut credere eſt ſumma blaſphemia. Ergo ex eadem ratione & fide, quacunqne gratia creata poſita in homine, poteſt Deus illum non acceptare ad uitam æternam: nam ſi poſita tali gratia, Deus non poſſet non acceptare, per conſequens poſita tali gratia, Deus non

E non poſſet non beatificare. Quandoquidem implicat contradictionem & repugnantiam, quòd aliquis exiſtens acceptus ad uitam æternam, non ſit unquam illam habiturus: quanquam ſit uerum infallibile, multos ſecundū præſentem iuſtitiam ad beatitudinem acceptari, qui tamen non ſunt unquam beatitudinem habituri: ſcilicet quia tandem ipſi, ſe ipſos ab acceptatione, propria culpa excludent. Et ſi Deus poteſt dare hominibus donum increatum, ideſt, Spiritum ſanctum in ſua perſona, non dando illis donum aliquod creatum, ut ſtatim monſtratum eſt: profectò magis poteſt dare hominibus donū creatum, non dando illis donum increatum. Vnde poteſt Deus dare hominibus gratiam gratum facientem creatam, non dando illis ſpiritum ſanctum, donum increatum. At quicquid habeat homo, ſi ſpiritum ſanctum non habet, ad gloriam non acceptatur. Quidem & ſi neceſſarium ſit ad dationem talium donorum, ſpiritum ſanctum dare illa: nequaquam tamen eſt ſimpliciter neceſſarium, ipſum ſanctum Spiritum dari cum illis. Poteſt nanque de potentia ſua abſoluta dare illa dona ſua, non dando ſeſe. Huc ſpectat, quòd quacunque forma poſita, non compellitur Deus neceſsitate abſoluta ad producendum aliud, ſine quo illa forma conſiſtere conſeruariq; poteſt: ideo cùm gratia gratum faciens conſi-
F ſtat in hoc ſæculo, & conſeruetur abſque beatitudine, poteſt Deus illam alicui dare & cōſeruare, non ideo neceſſaſſariò coactus dare illi beatitudinem. Et per inde non acceptando ad beatitudinem. Maſsimè quia quancunque formam poteſt Deus producere & conſeruare ad tempus ſine alia, poteſt ſine dubio conſeruare perpetuò ſine illa: & ſic quemadmodum Deus in hominibus iuſtis huius ſæculi conſeruat gratiā creatam ſine beatitudine, ita poteſt in perpetuum conſeruare. Aut quis dubitat, poſſe Denm de potentia abſoluta Enoch & Heliam perpetuò in paradiſo conſeruare abſque beatifica uiſione & fruitione, quos tamen credimus & nullo modo dubitamus, habere gratiam gratum facientem creatam habitualem? Quidem nulla eſt repugnantia in hoc, niſi ſola legalis & poſitiua; non naturalis, non eſſentialis, neque talis quæ impediat Dei potentiam abſolutam. Si Deus hominibus huius ſæculi gratiam creatam habitualem daret, & illos ad gloriam non acceptaret: nunquid ideo illa tunc ſuperflua eſſet? Abſit. Eſſet enim illa habitus quidam ualde nobilis; qui & ſi non eſſet inchoatio quædam gloriæ, nec ſignum aut pignus gloriæ habendæ, eſſet tamen in adiutorium bonæ uitæ præſentis. Maximè ſecundum eos doctores, multos & graues, qui infuſam gratiam talē ab infuſa charitate non diſtinguūt: G ſecundum quos, quemadmodum & ſecundum omnes, multum dicimus prodeſſe habitum charitatis, non ſolùm quia dat acceptationem, ſed etiam quia inclinat & facilitat ad operationem. Sic ergo tenemus, quod diximus, Poteſt Deus de potentia ſua abſoluta, filiis Adæ peccata originalia & actualia remittere, atque illos ad beatitudinem acceptare, non præſtando illis gratiam creatam habitualem: poteſtq; illis gratiam huiuſmodi præſtare, non remittendo illis peccata, neque illos ad beatitudinem acceptando. Sic enim quantum ad primum & ſecundum tenuerunt Alexander de Ales, Scotus, Sanctus Bonauentura, Gregorius, Marſilius, Gabriel, Durandus, & multi alii doctores penè infiniti: de quibus omnibus nō eſt dubiū, quin etiam ſic tenuiſſent quantum ad tertiū. Magis nanque notum eſt tertium, quàm quòd de illo dubium aliquod eſſe poſsit: optimè de illo etiam ſcripſerunt Gregorius & Gabriel, ut apud ipſos facillimum eſt uidere. Quid ad ſanctum Thomam & ad Richardū, qui aliter ſentire uidentur? Quicquid ſanctus Thomas dicat in locis citatis, aut etiam in De ueritate, ubi latè agit de gratia gratum faciente creata, atque de iuſtificatione impii, & quomodocunque illum intelligat Caietanus de potentia abſoluta fuiſſe locutum: tamen H quoties ſanctus Thomas dicit, non poſſe filios Adæ poſt peccatum, à Deo iuſtificari, aut Deo charos ſeu gratos reddi, uel ſpiritū ſanctum recipere, ſiue ad beatitudinem acceptari, ſine gratia creata; utique uel hoc intelligit de potentia Dei ordinata, uel potius de iuſtificatione, gratificatione, aut acceptatione illa qua homo ipſe formaliter & intrinſecè dicitur iuſtus, gratus, acceptusq; denominatione formali & intrinſeca. Sic enim intellexit ipſum Ioannes Capreolus Tholoſas, qui fuit uir ſtudioſiſsimus, & in doctrina ſancti Thomæ plurimùm uerſatus: unde cum dixiſſet, quòd motus charitatis neceſſariò requirit formam aliquam habitualem in nobis ſuperadditā potentiæ naturali, & quòd actus meritorus, neceſſariò requirit gratiam creatam in anima eliciente uel producente huiuſmodi actum; ad argumenta Gregorii quæ cōtra ſe format, ſecundum hanc intelligentiam reſpondendo, fatetur quòd & ſi ſpiritus ſanctus daretur homini ſine dono creato, homo tamē ille non diceretur acceptus formaliter, & cætera. Addítq;, poſsibile eſſe de potentia Dei abſoluta, eam qualitatem quam dicimus gratiam eſſe ſubiectiuè in anima rationali, nec tamen illam animam eſſe acceptam

quæſt. 27. & 28.

Lib. 1. Diſt. 17. quæſt. 1. Art. 1.

ex

A ex parte Dei ad uitam æternam. Primum argumĕtum Gregorii ſic habet apud Capreolum, Poſsibile eſt aliquem de potentia Dei abſoluta, eſſe Deo charum & acceptum, nō habendo charitatem habitualem creatam: igitur probatio concluſionis non ualet. Conſequentia patet, ſed antecedens probatur quadrupliciter. Primò ſic, Poſsibile eſt quòd alicui nullum habitum ſupernaturalem habenti Deus det Spiritum ſanctū non dando ei aliquem huiuſmodi habitum, & quòd nellet Deus eidem ſi ſic finaliter perſeuerauerit, dare uitam æternam; ergo poſsibile eſt aliquem eſſe acceptum Deo ad uitam æternam, non habendo habitum charitatis infuſæ. Secundum argumentum principale ſic habet, Poſsibile eſt aliquĕ habere charitatem & non eſſe Deo charum, uel acceptum ad uitā æternam, ergo probatio concluſionū in falſo fundatur. Antecedĕs probatur tripliciter, Primò ſic, Poſsibile eſt Deū dare alicui charitatĕ, & nunquā nelle illi dare beatitudinĕ, etiam ſi in charitate perſeuerauerit; ergo poſsibile eſt aliquem habere charitatĕ, & non eſſe Deo charum uel acceptū ad uitam æternā. Reſponſiones autem Capreoli ſic habent, Ad primum Gregorii contra primam & ſecundam con-
B cluſiones, negatur maior, loquendo de charo & accepto formaliter, non ſolùm extrinſecè. Tunc ad primam probationem illius antecedentis dico, quòd eſt impoſsibile, Spiritum ſanctum dari alicui creaturæ, niſi detur ei donum gratiæ gratum facientis, ut ſuperius eſt oſtenſum per ſanctum Thomā: quia de ratione illius dationis eſt donum creatū, modo ibi expoſito. Dato etiam quòd Spiritus ſanctus daretur homini ſine habitu infuſo, tamen ille homo non diceretur acceptus formaliter; aut dignus uita æterna: quia ſpiritus non poteſt eſſe forma creaturæ, reddens eam formaliter dignam, ſed hoc fit per habitum creatum. Ad ſecundum argumentum principale, ſimiliter poteſt dici dupliciter, Primò quia de potentia Dei abſoluta poſsibile eſſet talem qualitatem, quam dicimus gratiam, eſſe ſubiectiuè in anima rationali, nec tamen illam animam eſſe acceptam ad uitam æternā ex parte Dei: & tunc diceretur, quòd gratia illa haberet hunc effectum in homine, quòd redderet eum formaliter dignum uita æterna & proportionatum illi quantum in ſe eſſet, non tamen redderet eum dilectum à Deo, aut acceptum ad uitam æternam: ſicut nec nunc facit, nam non ideo quia anima habet illam qualitatem, eſt Deo accepta, ſed è contra, quia eſt accepta Deo ad uitam æternam, Deus dat uel dedit aut dabit illi talem qualitatem. Veruntamen talis qualitas diceretur gratia nunc, quia eſt ſignum & effectus talis diuinæ acceptationis ad beatitudinem; tunc uerò non diceretur gratia, quia eſſet ſignum talis acceptationis, ſed quia eſſet gratis data tali naturæ, & cætera. Sic reſpondet Capreolus, ſemper docendo, poſſe Deum de potentia abſoluta dare homini Spiritum ſanctum, & acceptare illum ad uitam æternam, non dando illi gratiam creatam: paritetq́; poſſe de potentia eiuſmodi, dare homini illam qualitatem quam uocamus gratiam gratum facientem, non acceptando illum ad uitam æternam. Et licet idem doctor in eodem loco, alias etiam afferat reſponſiones, ſic tamen reſpondet primùm; omnesq́; aliæ magis ex ſuppoſitione quàm abſolutè currūt magis diuinā ordinationĕ ſupponĕdo, quàm ſecundum abſolutam potentiam loquendo.

C

Vnde apud ipſum Capreolū annotatio marginalis, tenet quidem, quòd ponenda eſt charitas habitualis creata; ſed mouens ulterius quæſtionem, An uerò ſit in nobis neceſſariò? ita reſpondet, Tenet Aureolus quòd ſic, cuius oppoſitum tenĕt Durandus, Franciſcus, Gregorius, dicentes, quòd Deus poteſt habere (aliàs dare) charitatem aliquā (aliàs alicui) ſine habitu medio, de poteſtate tamen abſoluta: quòd aſſerunt Thomiſtæ; aſſerentes tamen quòd talis, denominatione extrinſeca, non autem intrinſeca chari. (aliàs charus) diceretur: hoc eſt, ex diuina tantùm acceptatione. Hæc ibidem. Ecce tenent Thomiſtæ, Deum Optimum poſſe de potĕtia ſua abſoluta, dare homini charitatem increatam, illumq́; acceptare ad uitam æternam, nō dando illi charitatem creatam habitualem: quod profectò non ſecus dicere tenentur de gratia gratum faciente creata, cum ſint creata gratia & creata charitas uel idem realiter omnino ut multi uolunt, uel non niſi ſimul ut quoque opinantur qui in illis realem diſtinctionĕ ponunt. Si autem ita tenent Thomiſtæ, dicendum eſt ita quoque tenuiſſe Thomam, quia non debent Thomiſtæ Thomæ eſſe contrarii, ſicut neque exercitus duci: & credendum eſt utique ita tenuiſſe ſanctum Thomam, ſicque intellexiſſe ſuam doctrinam; tum ob alia multa, tum quia de his loquens, nunquam de poteſtate abſoluta fecit mentionem; quam ob rem potius credĕdum eſt de ipſo, quòd de ſola poteſtate ordinata dixerit, quoties aliter docuiſſe uidetur. Sic etiam intelligendus eſt Richardus, qui de poteſtate abſoluta quoque non diſtinxit. Quid ad Aureolum? & quid ad Caietanum? Relinquimus eos, quia non concludunt eorum rationes, ut conſtabit ex ſolutione earum: ſequimur autem Alexandrum de Ales, Scotum, ſanctum Bonauenturam, Gre-

D

Diſt.14.

Lib. 1. diſt. 17. quæſ. 1. in princ.

E Gregorium, Durandum, Marſilium, Gabrielem, & alios huius ſententiæ penè infinitos. Infinita eſt enim diuina potentia, & prout abſolutè intelligitur, nihil non cadit ſub ea niſi quod repugnat; id eſt, quod repugnantiam extremorum habet. Alia enim omnia, quorumcunque extrema non repugnant, ipſa poteſt, & cuncta talia, ſub ipſa cadunt. Vnde omnes enuntiationes affirmatiuas quarum extrema non repugnant ſibi inuicem, poteſt Deus de potentia ſua abſoluta facere ueras, ponendo ipſas res in eſſe quæ per extrema ipſa ſignificantur. Quia non erit impoſsibile apud Deum omne uerbum. (*Luce 1.*) Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Optimus Maximus eſt, omniſcius, omnipotens. Pertinet autem ad omnipotentem, poſſe facere omnia factibilia. Iudicare autem hæc melius non poſſumus, quàm iudicando factibilia ſimpliciter, per non repugnantia: ut quidem factibilia dicantur & factibilia ſint, quæ non repugnant, & non repugnantia probet ſatis poſsibilitatem rerum factibilium.

POSSVMVS etiam tum facillimè, tum uerißimè conciliare has prædictas doctorũ catholicorum ſententias, ut iam nec ſint nec uideantur oppoſitæ opiniones, quæ modo mirum immodum in faciem uidentur oppoſitæ. Conciliabimus autem ſi diſtinxerimus
F & diſtinctè conſiderauerimus omnia, quæ in peccato mortali exiſtunt, ſaltem in peccato commiſsionis, quicquid ſit de peccato omiſſionis. Sunt enim ea octo numero, Ideſt, actus peccati, culpa, offenſa, macula, tenebra, reatus, pœna, pronitas ad malum. Actus peccati, eſt actio ipſa mala, in qua quis peccat, ſiue odiendo, ſiue occidendo, ſiue adulterando, ſiue mentiendo, aut modo alio malè faciendo. Culpa, eſt deordinatio in tali actu, pro ut ipſe deficit à diuina regula, cui debuit eſſe conformis, & ſecundum quam debuit ordinari, iuxta legem Dei. Offenſa, eſt auerſio in ipſo actu, quo peccans, à Deo auertitur & ad creaturam conuertitur, in quo conſiſtit ratio offenſæ. Macula, eſt priuatio charitatis ſeu gratiæ gratum facientis, qua exiſtente in anima, non eſt anima ita pulchra, ſicut eſt charitatem habens. Tenebra, eſt debilitas potentiarum animæ per defectum bonorum gratuitorum ſuperadditorum, quæ bona tollit peccatum. Reatus, eſt ordinatio ſeu deputatio peccatoris ad pœnam, pro peccato ipſo. Pœna, eſt id ad quod ordinatur peccator propter peccatum, in ſatisfactionẽ uel ordinationem illius, pro ut ordinat diuina iuſtitia. Pronitas ad malum, eſt quædam inclinatio, facilitas, propenſio, aut diſpoſitio relicta in peccatore ad malum ex frequentato actu peccandi. Hæc ſunt octo quæ repe- G riuntur in peccato mortali commiſsionis, quorum quodlibet dicitur peccatum ſecundum has, uel illas conſiderationes, & de quibus omnibus infra latius agitur. Nunc autẽ iam conſtare poteſt cuique intuenti prædictos doctores, ſecundum aliam & aliam peccati conſiderationem, poſuiſſe præſentis quæſtionis aliam & aliam determinationem. Sanctus Thomas conſiderauit in peccato, priuationem gratiæ ſeu charitatis: & quia uidit nullo modo per quamuis potentiam, poſſe tolli priuationem, niſi per habitus poſitionem, docuit, nullo modo poſſe Deum remittere peccatum, niſi producendo charitatem, ſeu gratiam, cuius priuatio, eſt peccatum. Scotus conſiderauit in peccato, reatum: & quia uidit, Deum de ſua potentia abſoluta, poſſe omnes peccatores à ſuis reatibus liberare atque ad gloriam acceptare, non reſtituendo illis eas res quas per ſua peccata perdiderant, docuit, Deum poſſe peccatum remittere abſque eo quòd charitatem creatam infundat. Hæc, quantum mente aſſequor, fuit ratio præcipua & una, qua hi doctores, contraria uidentur docuiſſe: cum tamen non dicant cõtraria, quia non loquuntur de eadem re, ſecundum eandem conſiderationem. Non eſt autem contrarietas, ubi eſt alia conſideratio in obiecto. Vnde profectò Scotus conſi- H derando peccatum, pro ut eſt priuatio iuſtitiæ ſeu charitatis, ſicuti conſiderauit ſanctus Thomas, idem docet omnino quod ſanctus Thomas docuit, Dicit enim, Peccator ante pœnitentiam, eſt iniuſtus, poſt pœnitentiam eſt iuſtus: ſicut ſcriptura communiter uocat peccatorem iniuſtum, & liberatum à peccato iuſtum. (*Scotus. Lib. 4. Diſt. 17. Quæſt. 2.*) Ex hoc arguitur, Iniuſtitia, cum ſit formaliter priuatio, non poteſt auferri ab aliquo, niſi ei detur habitus oppoſitus: quia priuare priuationem, eſt habitum ponere: quia ſunt immediatè oppoſita, circa aptum natum: anima eſt apta nata recipere iuſtitiã, Ergo ille iuſtificatus, qui factus eſt de iniuſto iuſtus, recipit habitum oppoſitum illi priuationi. (*Meta. 10 tex. c. 15. & inde. Meta. 5. tex. c. 27.*) Si enim nihil ineſſet ſibi formaliter nunc quàm prius, non magis careret priuatione nunc quàm prius caruit. Hæc ille. Ecce Scotus conſiderando peccatum ſecundum conſiderationem ſancti Thomæ, ponit etiam concluſionem illius: quia ut bene uidit, &c. conſtat omnibus ſapientibus, non poteſt tolli priuatio, niſi per poſitionem habitus oppoſiti: quandiu enim non opponitur habitus, neceſſariò manet priuatio eius in ſubiecto apto nato. Non dubium uerò, quin eodem modo ſimiliter doceret ſanctus Thomas, ſicut docuit Scotus, ſi conſideraret peccatum,

A ut Scotus conſiderauit prò ſolò reatu. Manifeſtum nāque eſt, Deum Optimum Maximū Omnipotentem, poſſe de potentia ſua abſoluta peccatorem ab omni pœna ei debita liberare, omnem reatum eius condonare ac tollere, & eum ad ſuam gloriam ordinare, non infundendo ei charitatem creatam, ſed illum ſub priuatione huiuſmodi charitatis creatæ relinquendo. Simile eſt ſatis ad propoſitum, quod omnes nouimus, omnes credimus, omneſq; confitemur ingenuè; Sicut peccatum mortale actuale repugnat gratiæ gratum facienti ſeu charitati creatæ, & expellit illam, & includit priuationem eius; ita peccatum originale repugnat iuſtitiæ originali & expellit illam & includit eius priuationem, ut palàm eſt. Tamen Deus optimus & omnipotens remittit nobis peccatum originale quantum ad ſuum reatum, non nobis infundendo iuſtitiam originalem, ſed utique remanentibus nobis ſub priuatione ipſius originalis iuſtitiæ, exſoluendo nos à debito habendi illam. Ergo ſimili modo poteſt nobis remittere peccatum mortale actuale, non infundendo nobis charitatem creatam. Et quidem nulla ex parte apparet repugnantia. Spectat eodem, quòd ſi Deus modò creaſſet animam quandam rationalem in puris naturalibus:
B profectò quantum apparet, uidetur quòd Deus poſſet ſeipſum illi oſtendere clarè, infundendo ei claram ſui uiſionem per eſſentiam, & non dando ei aliquod aliud donū creatum præuium, aut concomitans: poteſt etiam illam in eodem ſtatu conſeruare ſine fine, nihil habentem niſi claram illam Dei uiſionem & quæ illam naturaliter ſequuntur: quæ bona, ipſa anima habens in perpetuū, ſine dubio beata eſſet. Similiter non uidetur repugnantia, quin Deus poſſet ſeſe per eſſentiam oſtendere animæ Iudæ in inferno exiſtēti, infundendo illi uiſionem ſui per eſſentiā, illam à ſuis reatibus liberando, & in eodem ſtatu illam conſeruando in perpetuum, non tamen illi gratiam uel charitatem huius ſæculi infundendo, ſed illam ſub priuatione huius relinquendo. Quid ad hæc? Non apparet in his repugnantia aliqua. Sic autem faciendo, Deus beatificaret. Quod ſi Deus poteſt cum carentia ſeu priuatione creatæ gratiæ, animam beatificare, eodem modo poteſt cum priuatione creatæ gratiæ, animam ad beatitudinem acceptare. Tunc autem ſi faceret, ſine dubio illa animæ ad beatitudinem acceptatio, eſſet animæ quædam iuſtificatio: licet tamen non eiuſdem rationis ſiue ſpeciei, cum iuſtificatione animæ quæ modo fit ſecundum Dei legem datam, & ſecundū Dei potentiam ordinatam. Quandoquidem iuſtificatio, quæ modo fit animæ peccatricis, includit peccatorum remiſsionem, animæ ad gloriam acceptationem, & gratiæ ſeu charitatis creatæ infuſionem; ut infra oſtenditur latiſsimè, tum ex diuinis ſcripturis, tum ex doctoribus ſanctis. Ita igitur poſſunt & debent conciliari prædictæ opiniones doctorum, quæ hac adhibita diſtinctione, declaratione, atque conſideratione, iam non ſunt oppoſitæ, ſed ualde conformes. C

Reſpondetur fundamentis quibus quidam probare nituntur, nullo modo poſſe Deum, etiam de potentia abſoluta, remittere peccata filijs Adæ niſi infundendo illis gratiam gratum facientem creatam.

CAP. IIII.

QVIA Autem Doctores qui contrariam tuentur ſententiam, nonnulla fundamenta iecerunt, quibus ſuas partes ſatis fulciri arbitrantur, libet illis uel omnibus, uel ualidioribus reſpondere: ut ex noſtris reſponſionibus pateat, nec concludere, nec concludere poſſe eorum argumentationes quod prætendent. Conſtabit autem magis noſtra ueritas & doctrina catholica, ſi ſemel nobis ſuadeatur, ratumq; exiſtat id quod eſt per ſe notiſsimū, eam rē creatam quæ eſt gratia gratum faciens, & peccatum ſeu actum quemcunque peccati, nullo modo contraria eſſe ſibi inuicem ex natura rei & abſolutè, ſed tantùm ex ſuppoſitione & ordinata lege Dei. D Quomodo ſolùm & non alio repugnant in eodem homine ea res, quæ eſt gratia gratum faciens creata, & ordinatio euiſdem hominis ad æternam pœnam inferni: & hic enim ſolummodo legalis repugnantia eſt ex diuina ordinatione. Poteſt enim Deus de potentia ſua abſoluta, conſeruare eam talem rem in hominibus, quicquid mali faciant, non imputando illis eorum mala ad pœnam æternam: poteſtq; per eandem potentiam, manente eadē rem & permanēte in illis, damnare eos ad gehennam in perpetuum. Non enim cogitur Deus ex neceſsitate abſoluta, imputare peccata hominum ad æternam pœnam: neque cogitur neceſsitate abſoluta, in nihilum redigere ſtatim quòd homo peccat, eam rem quæ eſt gratia gratum faciens. Nulla talis eſt neceſsitas in Deo, faciēdi uel non faciendi aliquid extra ſe. Poteſt quantumcunque grauiter peccare homo, & poteſt nihilominus ſimul in illo eam rē quæ eſt gratia, conſeruare Deus, illumq; non deputare ad æternam damnationem: dicere namque quòd hæc aut aliquod horum non poſsit

Optimè de hac re S. Bonauentura. lib. 2. ſen. diſt. 26. quaeſt. 4. Scot. etiã li. 4. ſen. diſt. 16. quaeſt. 2.

E Deus de potentia ſua abſoluta, quidem grauiſsima eſt blaſphemia. Conſtant ſtatim hæc omnia, ſi conſideramus naturam atque originem eius rei quæ eſt gratia gratum faciens. Eſt enim illa, res quædam ſpiritalis accidentalis; hæc eſt, accidens quoddam ſpiritale: tale ſcilicet quod nullo modo de potentia ſubiecti educitur, ſed à ſolo Deo in anima per creaturam generatur, producitur, aut creatur. Vnde quoque talis uidetur eius natura, ut nullo modo poſsit, niſi per anihilationem deſinere eſſe; quia omnino quod produci ullo alio modo nequit niſi per creationẽ, quoq; non eſt corruptibile niſi per annihilationem. Cum autem ſit notiſsimum, nullam puram creaturam poſſe aliam in nihilum redigere, ſicut eſt notiſsimum, nullam puram creaturam, poſſe aliam creare: ſequitur euidenter, nullum opus hominis quãtumlibet malum, gratiæ gratum facienti ex natura rei repugnare, nec illam ex natura rei poſſe expellere. Alioquin iam homo per opus ſuum, illam gratiam in nihilum redigere poſſet; non enim poteſt ipſa migrare à ſubiecto in ſubiectum, quia eſt accidens: neque poteſt deſinere eſſe, niſi per annihilationem, quia non poteſt incipere eſſe, niſi per creationem. Accidens educibile de potentia ſubiecti, utique non abit in nihilum ſed corrumpitur aut tollitur quãdo expellitur: ſed accidens nullo modo educibile de potẽtia ſubiecti, nõ corrũpitur aut tol-
F litur propriè quãdo expellitur, ſed propriè annihilatur. Non. n. manet in actu, neq; in naturali potẽtia ſubiecti, uerbi gratia, Quia aĩa rationalis nõ eſt forma educibilis de potẽtia materiæ, ſed tantummodo eſt per creationẽ producibilis: ſi illa deſineret eſſe quando à corpore ſeparatur, quidem in nihilum redigeretur quantumcunque corpus, in quo erat, permaneret. Tum quia ſicut non eſt producibilis niſi per creationem, ſic non eſt corruptibilis niſi per annihilationem. Tum quia deſineret eſſe actu, & nullo modo maneret in potentia naturali materiæ. Ita ergo eſt in propoſito dicendum de illa re, quæ eſt gratia gratum faciens creata: quanquam hæc gratia ſit accidens, & anima rationalis ſit ſubſtantia. Aliud eſt hoc, & aliud eſt illud: ſed eadem ratio eſt in utroque. Igitur nullum opus hominis, ideſt, nullum hominis peccatum ex natura rei & ſecundum naturalem repugnantiam, expellit ab anima gratiam gratum facientem: unde fit euidenter conſequẽs, quòd neq; illi abſolutè & ex natura rei aduerſatur. Quomodo, quæſo, mutuò ſe expellunt, peccatum & gratia huiuſmodi? Ex diuina ordinatione. Sic enim Deus optimus ex lege ſua diſpoſuit cum hominibus, ut illis ſibi uocan-
G ti conſentientibus & ad ipſum redeuntibus, gratiam gratum facientem præſtaret; illis autem lethaliter peccantibus, gratiam gratum facientem ſubduceret. Eſt itaque repugnantia & contrarietas inter gratiam huiuſmodi & peccatum, ſed ordinata, non innata: legalis, non naturalis: quam Deus optimus maximus ſciens & uolens, iuſtè atque ſanctè ordinauit, non quæ ipſum Deum neceſſariò cogat. Poteſt nanque Deus omnipotens de potentia abſoluta, aliter modò diſponere cum hominibus, quomodo, quando, & qualiter uoluerit. Non enim alligauit ſuam omnipotentiam ſuis ſacramentis, ſuis'ue legibus. Arridet ſententia Gabrielis in ſuo opere ſententiarum, qui de hac re & ſecundum hanc ueritatem ita dicit, Tertiò notandum, quòd gratia & peccatum abſolutè & ex natura rei, non contrariantur, & per conſequens ſeſe non expellunt ex natura rei. Hoc probatur de peccato originali, quia gratia per potentiam diuinam, poſſet infundi animæ quantum ad illud abſolutum quod eſt gratia, abſque hoc quòd deobligaret animam à debito habendi iuſtitiam originalem, cùm illud nullam implicet contradictionem; nec apparet aliqua repugnantia carentiæ iuſtitiæ originalis cum debito habendi, ad illud accidens abſolutum, quod eſt gratia. Carentia non repugnat, quia iuſtitia originalis non requiritur (aliàs, non
H requirit) quòd inſit gratia: ergo eius carentia nõ obeſt. Præterea in baptizato eſt gratia, & non iuſtitia originalis. Nec debitum habẽdi repugnat gratiæ, quia aut eſt reſpectus rationis, & nullus talis contrariatur rei abſolutæ: aut ipſe debens habere, & hic etiam non repugnat gratiæ; quia debens & non debens ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsimæ, & non repugnat non debenti; ergo nec debenti: quia quicquid repugnat alicui ex propria natura, repugnat cuilibet eiuſdẽ ſpeciei & gradus cũ illo cui repugnat. Probatur idem de peccato actuali: quia peccatum actuale, dicit actum præteritum propter quem aliquis obligatur ad pœnam; quod autem præteritum eſt, non contrariatur ei quod eſt. Et ſi opponis de actu peccati iam exiſtentis, ut ſi quis iam decidat; etiam ille actus nõ repugnat gratiæ: quia ille actus idem ſpecie & numero, poſſet iuſtè fieri: ut puta ſi Deus eum præciperet, & tũc ſtaret cum gratia. Nec iſta obligatio ad pœnam, ei quod eſt gratia repugnat; quia ſicut Deus poſſet quemcunque etiam habentem gratiam punire pœna æterna, ſicut & temporali ſecundum potentiam abſolutam: ita poſſet quemcunque ad pœnam æternam obligare. Sicut ex aduerſò, poſſet peccatorem manentem in peccato à debito pœne æternæ abſol-

Gabriel Lib. 4. diſt. 4. quaeſt. 1. art. 1. Notab. 3

A abſoluere, & qualitatē illam, quæ dicitur gratia, ei infundere. Poſſet.n. Deus de potentia abſoluta, peccatorem non punire æternaliter, ſicut eum non punit pro certo tempore. Item poſſet aliquem ſine omni ſuo demerito punire æternaliter abſque hoc quòd ſit iniuſtus, licet illa punitio non diceretur propriè pœna, ſed magis dolor. Et ſicut poſſet brutum perpetuò punire, ſic & hominem. Patet ergo quòd non eſt repugnantia gratiæ & culpæ ex natura rerum, qua ex propria natura, culpa expelleret gratiam, & gratia culpā: ſed repugnantia earum qua non ſtant ſimul in eadem anima, eſt ex ſola ordinatione diuina quæ eſt contingens & uoluntaria. Hæc Gabriel. Obiicit autem ſtatim ſibi ipſi inquiens, Inter culpam & gratiam, eſt formalis repugnantia, quod probatur. Implicat contradictionem in eadem anima eſſe ſimul culpam & gratiam. Probatur, quia ſequitur bene, in. A. eſt culpa, ergo. A. eſt inimicum Deo. ſiue non eſt acceptum Deo ad uitam æternam. Et ſequitur, in .A. eſt gratia, ergo .A. eſt acceptum Deo ad uitam æternam: Quæ ſunt manifeſtè contradictoria. Vtraque conſequentiarum probatur per locum à difinito ad ſuā diffinitionem. Nam culpa eſt illud, quo homo redditur inimicus Deo, ideſt, ingratus

B ad uitam æternam. Et gratia eſt, qua homo redditur gratus ſeu acceptus Deo ad uitam æternam. Sed huic obiectioni ita reſpondet exactiſsimè, Ad hoc autem reſpōdetur quòd gratia poteſt dupliciter accipi. Vno modo abſolutè ut ſignificat qualitatem illam quæ eſt gratia nihil cōnotando. Similiter pro actu illo quo offenditur Deus non cogitando (alias, non connotando) offenſam. Et intelligendum eſt quod dictum eſt, quòd res illæ ſignificatæ abſolutæ per hos terminos, gratia, culpa, ex natura rei non repugnant: nec termini ſic accepti opponuntur. Alio modo accipiuntur connotatiuè ut ſupponunt pro rebus poſitiuis: & connotant, gratia acceptionem habentis eam ad uitam æternam, & culpa repulſionem à uita æterna, & ordinationem ad pœnam æternam. Et licet res ſubſtractæ pro quibus hi termini gratia & culpa ſupponunt, non repugnent ex natura rei: termini tamen ſic accepti opponuntur, & pro eodem ſupponere non poſſunt in concreto propter ſua connotata. Et per hoc ad rationem negatur, quòd implicat in eodem eſſe culpam & gratiam, ſi accipiuntur abſolutæ: quia ualet tantum, implicat ſimul eſſe rem illam quæ eſt gratia, & illam quæ eſt culpa: quæ eſt falſa. Et cum probatur, Sequitur, in .A. eſt gratia, ergo & cætera; negentur ambæ conſequentiæ, quia oppoſitum conſequentis poteſt ſtare cum antecedente: nec arguitur per locum à definitione; quia illæ non ſunt definitiones gratiæ & culpæ, capiendo abſolutè, ſed capiendo connotatiuè. Si autem accipiuntur connotatiuè, conceditur, quòd gratia & culpa repugnāt, ad hunc ſensū **C** quia res illæ ſub his rationibus, id eſt, ſic ſe habentes ut ſignificantur, per hos terminos repugnant, quia ſic ſua concreta de eodem uerificari non poſſunt, & hoc probat replica. Ex his Corollariè ſequitur, quòd Deus de potentia abſoluta, poteſt remittere culpam & pœnam ſine infuſione gratiæ. Poteſt etiam acceptare ad uitam æternam, & illam conferre ſine gratia. Illud latè probatum eſt in primo, de charitate infuſa: illa autem identificatur gratiæ, ut probatum eſt in ſecundo. Verùm de facto ſecundum potentiam ordinatā, neutrum poteſt: Siquidem ordinauit nulli dare uitam æternam in futuro, cui nō dedit gratiam in præſenti ſæculo, quod nobis manifeſtum eſt ex ſcriptura & ſanctorum ſcriptis, ut patet in locis allegatis. Hæc ille. Nos igitur ſimili modo conſtanter dicimus, Nullum malum opus hominis ex natura rei repugnat illi rei quæ eſt gratia gratum faciens: quia utique poteſt Deus de potentia abſoluta non imputare mala opera hominis ad pœnam æternā,

Lib.1. diſt.17.
Lib.2. Diſt.26.

D & cum illis omnibus gratiam gratum facientem in homine conſeruare. Deinde quoque conſtanter hoc addimus, Imputatio hominis ad pœnam æternam pro peccato originali uel actuali mortali, non repugnat ex natura rei, illi rei quæ eſt gratia gratum faciens: quia de potentia abſoluta poteſt Deus modo ponere eam rem quæ eſt gratia gratum faciēs in damnatis inferni, ipſis in ſua damnatione remanentibus: hoc eſt, non acceptādo illos ad ſe, nec illos à ſua damnatione ſoluendo. Cæterùm ex his conſtat reſponſio, ad illa fundamenta aliorum doctorum qui putant, non poſſe Deum de potentia abſoluta remittere peccata hominibus niſi infundendo illis gratiam gratum facientem creatam. Ad primum enim, concedimus, quòd non poteſt de anima deleri peccatum, niſi anima ex immunda reddatur munda: ſed anima poteſt quidē dupliciter repurgari à peccato, uno modo intrinſecùs per formam inhærentem, alio modo extrinſecùs ſolummodo per diuinam acceptationem: quod eſt dicere, uno modo per gratiam creatam & increatā, alio modo per increatam tantùm. Vt munda reddatur à peccatis primo modo, neceſſaria eſt gratia creata; ut autem fiat munda ſecundo modo, ſufficit ſola gratia increata. Ad ſecundum, concedimus, quòd deformitas peccati, opponitur gratiæ, ut priuatio habitui: hoc autem non

Reſponſio ad primā obiectionem.

Reſponſio ad ſecundam obiectionem.

E eſt ex natura rei, ſed ſolùm ex diuina ordinatione: quia poteſt Deus de potentia abſoluta, uel nullum peccatum hominis reputare offenſam ſuam, uel omnia peccata hominis reputare uenialia. Poteſtq; de potentia abſoluta acceptare filios Adæ ad gloriam æternam, non infundendo illis gratiam creatam: unde tam carentia iuſtitiæ originalis, quàm carentia gratiæ gratum facientis, ex ſola diuina ordinatione legali, & non ex natura rei, opponitur acceptationi hominis ad uitam æternam. Quacunque enim carentia harum ſtante, poteſt Deus acceptatione extrinſeca acceptare hominem ad gloriam beatorum, tum ad tempus, tum in perpetuum. Quod autem Auguſtinus dixit, culpam & gratiam opponi ſicut opponuntur tenebræ & lux: quoque de oppoſitione legali intelligitur, quia ſcilicet ita opponuntur gratia & peccatum per legem, ſicut opponuntur lux & tenebræ per naturam. Ad tertium dicimus, quòd licet culpa non poſsit tolli niſi tollatur deordinatio, ut non imputetur ad pœnam, quicquid ſit de hoc, de quo multa admodum dici poſſent: poteſt nihilominus Deus de potentia abſoluta non imputare culpam ad pœnã æternam, abſque hoc quòd gratiam creatam infundat, immo etiam & abſque hoc quòd ho-

F minem ad uitam æternam aliquo modo acceptet. Sicut enim poteſt culpas hominum non imputare ad pœnam æternam, quando fiunt: ita & poſtquam factæ ſunt. Ad quartum concedimus, quòd ſi culpa dimittitur, diuina offenſa remittitur: & per conſequens, peccator Deo reconciliatur; & manet utique ſine dubio, acceptus Deo: Sed hæc acceptatio poteſt dupliciter fieri, uno modo ut homo ipſe maneat acceptus Deo quãtum ad generalem quandam acceptationem, inquantum à pœna liberatur, & in puris naturalibus reponitor: quia poteſt ab æterna damnatione inſter ni liberari, abſque hoc quòd ad gloriam para diſi ordinetur. Alio modo ut homo ipſe maneat acceptus Deo quantum ad ſpecialem acceptationem, quia ſcilicet non ſolùm ipſum à pœna æterna liberat, ſed ipſum etiam ad uitam æternam ordinat. Quocunque autem horum modorum poteſt Deus hominem acceptare acceptatione extrinſeca, abſque hoc quòd illi gratiam creatam infundat: ut iam ſæpè dictum eſt, propoſitum, atque monſtratum. Ad quintum dicimus, ſicut Scotus, Okam, Gabriel, Gregorius, & multi doctores alii; Eſt reſponſio ampliſsima apud illos, maximè apud Scotum, qui latiſsimè de hoc agit. Poteſt enim fieri tranſitus de contradictorio in contradictorium, ſine acquiſitione uel deperditione alicuius rei abſolutæ uel re-

Reſponſio ad quartam obiectionem.

Alij ubi ſupra. lib.1. diſt.17. Scotus Lib.4. diſt.16. quæſt.2.

ſpectiuæ; ſolùm modò per lapſum temporis, G uerum aut imaginarium, realem uel poſsibilem, actualem ſeu potentialem. Gregorius Ariminenſis poſtquã dixit & probauit, quòd poſsibile eſt dari Spiritum ſanctum, abſque quòd tunc dentur eius dona: ſic deinceps continuauit ſermonem, Ex hac tertia concluſione infero cõtra aliquos modernos, quòd poſſibile eſt tranſire de contradictorio in contradictorium ſeu contradictoria ſucceſsiuè uerificari abſque motu locali & poſitione nouæ rei, uel deſtructione præexiſtentis, cuius uerificationis lapſus temporis etiam non ſit in cauſa quamuis ſine lapſu temporis actuali uel poſsibili id cõtingere non poſsit: aliàs ſimul eſſent uera. Patet, quia poſsibile eſt quòd aliquis non habens Spiritum ſanctum, iſto modo ſpeciali de quo hic agitur, habeat poſtea Spiritum ſanctum, eo non mutato localiter, nec aliqua re nouiter facta, uel priori aliqua deſtructa, ut patet ex dictis. Et conſtat quòd in Spiritu ſancto nulla eſt mutatio. Probat Gregorius multipliciter hanc ueritatem, ſed omittimus eius probationes. Gabriel poſtquam dixit & probauit, quòd de potentia Dei abſoluta, aliquis poteſt eſſe acceptus Deo & charus, ſine omni forma ſibi inhærente, loquendo de acceptatione ſpecialiſsimæ complacentiæ: mouit etiam dubium de tran H ſitu à contradictorio in contradictorium, ſed declarando ueritatem & reſpondendo ad dubium, inquit, Itaque ad dubium iſtud poſt doctorem & alios reſpondetur, quòd mutatio quæ requiritur ad tranſitum contradictoriorum, aliquando fit in aliquo extremo contradictionis ad bonum intellectum, ut cum aliquid fit de non calido calidum; aliquando in aliquo extrinſeco, ut aliquis eſt alicui dexter, & poſtea non dexter, non per mutationẽ ſui, ſed alterius: item ſi ad preces alicuius ſancti, Deus animabus in purgatorio remittit pænam: aliquando in ſolo tempore, ut ſi ſtatuatur quòd florenus nunc ualens uiginti octo ſolidos, poſt menſem ualeat triginta, tunc florenus nunc non ualet triginta & poſt menſem ualet triginta, propter ſolum temporis lapſum. De hoc infra. Per hoc ad oppoſitum dicitur quòd quolibet illorum modorum poteſt hic fieri mutatio, quia poteſt Deus ordinare quòd habens aliquem actum moraliter uirtuoſum, habebit uitam æternã: uel quòd exiſtens in tali tempore uel loco, habeat uitã æternam: & omnibus his modis fit mutatio, &c. Sic ergo optimè determinat: poſſe contradictoria ſucceſsiuè uerificari & ab altero contradictariorum in alterum tranſitum fieri, tũ ob multas uias alias, tum etiam per ſolum lapſum temporis actualem uel poſsibilẽ: quod fit

Lib.1. diſt.14. 15.16. quæſt.1.

Gabriel Lib.1. quæſt.17. quæſt.1. Art.2.

Ibidem art.3. Dub.1.

Lib.4. diſt.14. quæſt.1.

A fit ſecundum Cameracen. quando determinatio temporis cadit ſub ſtatuto. Verbi gratia, ſicut apud Hebræos lex erat, ut quilibet ſeruus completo anno ſexto ſeruitutis, rediret ad libertatem: & ideo abſq; ulla ſui mutatione, ſolo temporis lapſu fiebat de ſeruo non ſeruus, de non libero liber. Sic quoque modò Deus omnipotens de poteſtate ſua abſoluta, poteſt ita diſponere cum filiis Adæ, quòd uel omnes, uel quidam, uel illius aut illius loci, conditionis, ſtatis, aut fortunæ, uſque ad certum annum, uel mēſem, uel hebdomadā, uel diem, uel horam, uel tempus aliquod, uel inſtans, ſint ſerui diaboli & ad pænam æternam ordinati conditionaliter. ſ. ſi ita deceſſerint; opter peccatum originale, uel etiam actuale mortale: ſed quòd poſtea tranſacto illo termino temporis præfixi maneant à peccatis prorſus liberi, & ad uitam æternam ordinati. Iſta autem lege Dei poſita, quis non uidet, poſſe homines mutari à non iuſtis non liberis, non acceptis, ad iuſtos, liberos, acceptos, per ſolū lapſum temporis? Eſſet enim uerum ante illud tempus præfixum, homines eſſe non iuſtos, non liberos, non acceptos, & Deus quoque ſciret ita eſſe uerum: ſed poſt illud tempus elapſum eſſet uerū, homines eſſe iuſtos, liberos, acceptos, & illud quoque Deus tunc ſciret ita eſſe, & uerum eſſe. Non tamen foret aliqua mutatio in Deo, nec foret mutatio in

B ipſis hominibus per acquiſitionem aut deperditionem alicuius rei abſolutæ in ſeipſis: ſed fieret ille tranſitus per ſolum lapſum temporis, ex diuina ordinatione Dei Optimi, qui æternus, omniſcius, omnipotens, intelligens & uolens, de potentia abſoluta poteſt quoties uoluerit, cum hominibus iſtas uel illas, alias uel alias leges ſtatuere. Quot. n. leges Deus ab æterno potuit uelle dare, aut dare hominibus ſeu cum illis diſponere, tot modò poteſt uelle dare aut dare illis: ſicut quicquid ab æterno potuit uelle eſſe futurum, poteſt modo uelle eſſe futurum: maximè de illis futuris poſſibilibus intelligendo, quæ hactenus non fuerunt poſita in eſſe. Omnia poſſibilia poteſt Deus de potentia abſoluta, facere futura, nā quæ futura ſunt, non ob aliud ſunt futura, niſi quia cum illa ex natura rei eſſent poſſibilia, uoluit Deus per ſuam propriam eius uoluntatem illa eſſe futura. Quandoquidem niſi Deus hoc uoluiſſet, illa cum ſua poſſibilitate naturali manerent, & nunquam ad futuri facultatem tranſirent: ſicut etiam ea quæ per Dei uoluntatem ſunt futura, quoque nō niſi per Dei uoluntatem fiunt præſentia. Ex his igitur ſoluuntur fundamenta omnia, quæ olim pro alia ſententia adduci ſolebant: atque ex his etiam

Caietan. ſoluitur fundamentum Caietani, qui expreſſè, fortasſis pluſquam oportuit, teſtatus eſt, C per nullam potentiam ordinatam uel abſolutam, peccatorem poſſe à peccato liberari, niſi per creatæ gratiæ infuſionem. Dicit enim, quòd homo dum peccat, actuali auerſione à Deo charitatis obiecto malus fit; dum peccator manet, auerſione derelicta malus eſt. Addens quòd auerſio ab incommutabili bono, eſt priuatio rectitudinis charitatis debitæ in actu ſecundo: auerſio derelicta, eſt priuatio habitualis conuerſionis ad Deum obiectum charitatis, & non eſt pura negatio. Hinc concludit quòd homo poſt actum peccati tranſactum, manet ſub priuatione habitualis cōuerſionis ad Deum obiectum charitatis; quòd ab hac priuatione, peccator dicitur; quòd hæc priuatio, gratiæ creatæ immediatè opponitur; & quòd ideo hæc priuatio, non niſi per gratiam creatam tolli poteſt. Quicquid ſit de hac noua imaginatione, nos ſecundum antiquam, ueram, & claram theologiam, conſtanter dicimus, quòd in omni peccato, ſaltem in quolibet peccato commiſſionis, octo ſunt conſideranda, ut iam diximus, quæ in peccato reperientur: Actus ipſe peccati, Culpa, Offenſa, Macula, Tenebra, Reatus, Pœna, Pronitas ad malū. Actus peccati, eſt ipſa actio quā exercendo quis peccat, ut occidere, furari, mentiri, & ſimilia. Culpa, eſt priuatio debitæ rectitudinis in actu, quia ut aliquis actus eſſet bonus moraliter, oportebat ipſum habere omnes bonas circunſtantias regulātes eum ſecundum rationem uel legē; quibus ſi caret, eſt malus, & illa carentia uel priuatio eſt culpa in actu. Offenſa, eſt auerſio à Deo & conuerſio ad craturam: per hoc ſcilicet quòd homo peccans, à Deo recedit contemnendo eum & legem eius & adhærendo bono creato quod Deo præponit. Macula, eſt quædā deformitas uel immūditia largè dicta; hoc eſt, eſt priuatio pulchritudinis prius habitæ, & nunc debitæ ineſſe: ſicut in corpore humano quod adornatur ueſtibus circundantibus illud, quibus ſi homo caret, eſt deformis & indecori aſpectus, & non eſt illa deformitas niſi inopia ueſtium uel ornatus neceſſarii: ita eſt in anima noſtra, in ipſa enim eſt imago Dei naturaliter, & pulchritudo ſua extrinſeca eſt gratia uel charitas, quam cum habet anima, pulchra uidetur ſicut homo ueſtitus, ſi autem illa ca ruerit, deformis erit ſicut homo nudus. Tenebra, eſt quædam læſio naturalium bonorū quam homo incurrit dum gratia & charitate priuatur: non enim ita poteſt ſine habitu, ſicut poteſt cum habitu: & hoc, ſiue habitus pertineat ad partem intellectiuam, ſiue ad affectiuam. Reatus, eſt obligatio quædam, ad pœnam, quia reatus à reo dicitur: eſtq; hæc obli-

Prim. 2. queſt. 113. art. 2.

Cap. præcedenti.

D

S. Tho. Part. 3. queſt. 86. art. 2.

Magiſt. ſen. lib. 4. diſt. 28.

Magiſter ubi ſtatī.

E obligatio i quolibet peccato, originali, actua li, mortali, aut ueniali, & ſurgit ex lege Dei, contra quam quiſquis facit, obligationem ad pœnam incurrit: atque eſt reatus duplex, ſicut duplex eſt obligatio ad pœnam, quia ſcilicet uel eſt ad æternam, uel eſt ad temporalē. Pœna, eſt quæ peccato debetur, & ad quam eſt reatus, ſiue obligatio. Pronitas ad malū, eſt habitus ſeu diſpoſitio nata ex actu peccati ad ſimiles actus, in eo qui malè operatur: natus eſt enim actus generare habitum, unde uel illum generat, uel ad illum aliqualiter diſponit: habitus autem ad ſimiles actus eſt, ad illosq; facilitat & inclinat. Inter hæc octo, quærendum eſt illud à quo homo poſt tranſactum actum peccati, peccator nihilominus dicitur, & à quo ſoluendus eſt, atque liberandus: ſed ante omnia conſiderandum eſt, multa horum octo quæ in peccato ſunt, ſecundū legem Dei ordinatam eſſe, non ſecundum rerum naturam: hoc eſt; ex legali ordinatione, non ex neceſſaria ſequela ad actum peccati. Poteſt enim Deus de potentia ſua abſoluta, cum quocunque actu peccati & poſt quemcūque, eam rem quæ eſt gratia gratum faciens, conſeruare in homine, illumq; ad nullam pœnam ordinare: unde ſi ſic feciſſet, iam in peccato non eſſet macula, nec tenebra, nec rea-

F tus, nec pœna. Poteſt mox de hoc facere legem prout ipſi libuerit, non imputando hominibus ad pœnam peccatum aliquod originale, uel actuale, mortale, uel ueniale. Rurſus poteſt Deus de potentia ſua abſoluta, nūc ita diſponere cum omnibus filiis Adæ iniuſtis, ut omnes certo tempore tranſacto ſint ordinati ad gloriam, nullam gratiam creatam recipientes; ſed immo carentiā illius rei quæ eſt gratia gratū faciens, habentes. Vt ipſi poſt illud tempus trāſeant de non iuſtis ad iuſtos, & de impiis ad pios per ſolum temporis lapſum: nulla alia mutatione facta, eo tempore, in re, circa eos formaliter & intrinſecè. Poteſt etiam Deus de potentia abſoluta, conſeruare eam rē quæ eſt gratia gratum faciens, cum actuali auerſione hominis à Deo, quæ certè realiter eſt ipſe actus quo homo eligit aliquid facere uel omittere cōtra Deum: perinde quoque & cum habituali auerſione hominis à Deo, quemadmodum & cum actuali. Poteſt enim Deus de potentia ſua abſoluta ponere eam rem quæ eſt gratia gratum faciens, in dæmonibus: ipſis in eodem ſuo ſtatu damnationis remanentibus, prorſus nunquam liberandis. Poteſt inſuper de potentia ſua abſoluta eam rem quæ eſt gratia gratum faciens creata, nō dare hominibus quantumcunque ipſum in omnibus & ſuper omnia diligentibus, à toto mundo auerſis, & ad ipſum

G conuerſis per uehementiſsimam dilectionē: omnino ſicut poteſt de potentia ſua abſoluta, non dare beatitudinem hominibus, eam rem quæ eſt gratia gratum faciens habentibus. Nam hic ſemper eſt gratia pro gratia, & dum pro diſpoſitione dat gratiam gratum facientem, & dum pro gratia gratum faciente dat gloriam beatificantem. Qui ſic credit & intelligit potentiam Dei abſolutam, uidet nihil ualere argumentum Caietani contra ipſam: qui autem illam non ſic credit, non eſt audiendus. Qui autem uoluerint reſpondere ad formā, notent, quòd ea res quæ eſt gratia gratum faciens, poteſt ſtare de potentia Dei abſoluta cum actuali & habituali auerſione hoīs à Deo obiecto charitatis: & quòd actualis atque habitualis conuerſio hominis ad Deum, poteſt ſtare de potentia Dei abſoluta, cum carētia ſeu priuatione eius rei quæ eſt gratia gratum faciens. Vnde euidenter ſequitur, quòd non ſibi repugnāt ex natura rei ea res quæ eſt gratia gratum faciens, & auerſio hominis à Deo: ſimiliter neque conuerſio hominis ad Deum, & carentia ſeu priuatio illius rei quæ eſt gratia gratum faciens. Ergo de potentia Dei abſoluta, poteſt homo ſe conuertere ad Deum per dilectionem, abſq; eo quòd Deus illi præſtet eam rē quæ eſt gratia gratum faciens, de qua loquimur. Sed & H notiſsimum eſt, quòd per illam ſolam talem conuerſionem, poteſt Deus de potentia ſua abſoluta, illum hominem exoluere ſeu liberare à gehenna, & ordinare ad gloriam. Itaque ut iuſtificetur impius, nō eſt ſimpliciter neceſſarium de neceſsitate abſoluta, quòd Deus illi gratiam gratum facientem habitualem creatam infundat. Quinimmo Deus omnipotens de abſoluta ſua potentia infinita poteſt multis aliis modis filios Adæ non iuſtos, iuſtos à peccatis; à peccatis exolutos, & ſibi ipſi Deo, gratos, acceptosq; reddere.

Declaratur cur uoluerit Deus iuſtificare a peccatis homines Adæ filios, mediante gratia gratum faciente, creata, inhærente illis, per ſuam potentiam ordinatam: cum tamen potuerit iuſtificare illos per ſeipſum efficienter, ſine medio formaliter inhærente, uel etiam per alia media, per ſuam potentiam abſolutam. Agiturq́; de illis quæ Deus Optimus in nobis facit quando nos iuſtificat, pertinentibus ad noſtram renouationem & noſtram ſanctificationem: ſiue noſtra renouatio uel ſanctificatio ſit pars noſtræ iuſtificationis, ſine non, de qua re & ad quam rem ſpecialiter inferius dicuntur multa. Et continuantur præcedentia. CAP. V.

SATIS

A SATIS conſtat ex præcedentibus, poſſe Deum Optimum Maximum alio modo liberare, ſeu iuſtificare homines filios Adæ, ab eorum peccatis, illosq; acceptare ad gloriam, abſque eo quòd illis infunderet illam rem quæ eſt gratia gratum faciens. Poteſt enim homines liberare à peccatis & peccatorum reatibus; hominesq; ad uitam acceptare æternam per ſeipſum ſolum ſine medio, modo prædicto. Hoc eſt non infundendo illis aliquod donum creatum, ſed uel ſtatuendo legem, quòd poſt certum tempus, uel in tali loco, liberi ſint, grati, à peccatis liberi, & ad gloriam accepti: uel acceptando aliquod opus hominis internum uel externum, proprium eius hominis qui liberatur, gratificatur, iuſtificatur, acceptatur, aut cuiuſuis alterius pro eo. Sic quòd in iuſtificatione hominis, ſolus Deus ſit cauſa efficiens, quemadmodum re uera, ita eſt: & nulla penitus ſit cauſa formalis creata intrinſeca, addita homini per creationem, ſed denominatione extrinſeca, dicatur homo gratus & acceptus Deo, uidelicet per gratiã increatam, quæ eſt ipſemet Deus liberè at-
B que gratis omnino acceptans hominem ad ſe ipſum, & ad ſuam gloriam. Porrò ſi quærat quiſpiam, cur Deus Optimus Maximus elegerit magis hunc modum iuſtificandi homines per medium formale, quàm ſine illo, potens nihilominus ſine medio eiuſmodi iuſtificare homines? Alia eſt quæſtio, non contemnenda. Dicimus primùm, O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo, aut ita quæras ab ipſo, cur ſic facis hoc, potens hoc alio mo-
Rom. 9. do facere? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, Quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uerò
Rom. 11. in contumeliam? O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei; quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius? Quis enim cognouit ſenſum domini, Aut quis cõſiliarius eius fuit, Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi
1. Cor. 2. gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Quis enim hominum ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita, & quæ Dei ſunt, nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei. Deindè ſecundò reſpondentes iuxta ſanctorum & catholicorum doctorum ſententiam, qui Spiritum Dei habẽtes cognouerunt quæ à Deo donata ſunt nobis, quæ & locuti ſunt non in doctis humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in doctrina Spiritus, ſpiritualibus ſpiritualia

comparantes: teſtamur ſecundum eos & ſe- C
cundum catholicam ueritatem fidei, Deum Optimum elegiſſe hunc modum iuſtificandi homines mediante gratia creata infuſa cum aliis uirtutibus, tanquam præſtantiſsimum & magis conuenientem, magisq; congruentem; tum diuinæ bonitati, tum humanæ reparationi. Quandoquidem per modum hũc iuſtificandi, Deus non ſolùm reſtituit humanam naturam quodammodo ad innocentiã, liberando illam à peccato, quod bene quidem ipſe ſolus poſſet facere ſine medio: ſed quoque illam iuuat & habilem reddit ad bonum, dans ei gratiam gratum facientem creatam & uirtutes, quibus humana natura formaliter accepta ſit, & ad bonum magis potens. Sic docuit doctor ille grauiſsimus Ale-
xander de Ales, dicens, Quamuis poſſet *Part. 4.*
Deus delere ſine medio culpam, decreuit ta- *queſt. 72.*
men delere per quæ non tantùm faceret inno- *Memb. 4.*
centem, immo etiã naturam debilitatam ha- *art. 1.*
bilitaret ad bonum. Infra, Ad illud quod ob- *Ibidem.*
iicitur, quòd Deo attribuendum eſt quod nobilioris conditionis eſt &c. Dicendum quòd ſic eſt in propoſito. Nobilioris enim conditionis eſt iuſtificatio facta mediante gratia,
quàm non mediante. Infra. Ad illud quod *Ibidem.*
obiicitur, quòd ad hoc quòd res eſſet Deo
accepta, non requiritur niſi diuina uoluntas D
acceptans & cætera, Dicendum, quòd bene poſſet dominus, ſi uellet, acceptare creaturam rationalem, licet non eſſet informata gratia eo modo quo acceptus ſibi fuit primus in ſtatu primo: ſed plus congruit diuinæ bonitati & humanæ reparationi gratificatio ſiue iuſtificatio, gratia mediante. Hæc ille. Conuenit ergo magis hic modus, ob dictas rationes: ſed quoque conuenit ob alias, non minus graues: Per hunc enim modum iuſtificandi, magis aſsimilatur noſtra reparatio, noſtræ creationi: Quando nanque primùm Deus fecit hominem de limo terræ & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ, manifeſtum eſt, quòd ipſe Deus ſolus effectiuè fecit uiuere corpus Adæ, ſed mediatè, hoc eſt, creando in illo animam rationalem, quæ formaliter ipſum corpus uiuificaret. Vnde & noſtra corpora per noſtras animas uiuunt, ſine quibus nullo modo uiuerent: & nos quoque per noſtras animas formaliter uiuimus, ſine quibus nequaquam uiueremus. Itaque cùm noſtra iuſtificatio, ſit quædam noſtra reputatio ad eſſe ſpirituale, magis ea conformatur noſtræ creationi ad eſſe naturale, quãdo fit per formam aliquam ſuperadditam: & multo magis etiam quando fit per formam per ſolam creationem producibilem, ſicut ipſa anima rationalis qua naturaliter uiuimus,

E mus, per ſolam creationem eſt producibilis. Similiter & hic modus humanæ iuſtificationis, magis conuenit cum modo humanæ beatificationis: beatificat enim Deus ſolus obiectiuè animam rationalem, ſed utique mediante formali beatitudine creata, quæ ipſam animam beatificat formaliter, in ipſa formaliter exiſtens intrinſecè tanquã operatio eius nobiliſsima, nobiliſsimæ potentiæ, circa nobiliſsimum obiectum, ſpiritualis, atque immanens. Ita ergo magis conuenit, ut ſicut noſtra iuſtificatio ad noſtram beatificationẽ ordinatur, Apoſtolo dicente, Quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit: ſic fiat à ſolo Deo quidem effectiuè, ſed mediante aliquo dono eius, quod ſit quædam gloriæ inchoatio, illiq; quodammodo proportionatum, atque illi quodãmodo æquale in uirtute ſeu uirtualiter, ut ſemen arbori. Has congruentias ultimas ponit ſanctus Thomas, qui in De ueritate dicit, Eſſe naturale per creationem Deus facit in nobis, nulla cauſa agente mediante; ſed tamen mediante aliqua cauſa formali, forma enim naturalis, principium eſt eſſe naturalis: & ſimiliter eſſe ſpirituale gratuitum, Deus facit in nobis nullo agente mediante, ſed tamen mediante aliqua forma creata, quæ eſt gratia. Infra, Gratia eſt in prima ſpecie qualitatis, quãuis non propriè poſsit dici habitus, quia non immediatè ordinatur ad actum, ſed ad quoddã eſſe ſpirituale, quod in anima facit: & eſt ſicut diſpoſitio quæ eſt reſpectu gloriæ, quæ eſt gratia conſũmata. Alibi etiã, Attenditur etiam preciũ operis ſecundũ dignitatem gratiæ, per quam homo cõſors factus diuinæ naturæ, adoptatur in filiũ Dei cui debetur hæreditas ex ipſo iure adoptionis, ſecundũ illud, Si filii, & hæredes. Infra, Gratia Spiritus ſancti quam in præſenti habemus, & ſi non ſit æqualis gloriæ in actu, eſt tamen æqualis in uirtute: ſicut ſemen arborũ, in quo eſt uirtus ad totam arborem. Et ſimiliter per gratiam inhabitat hominẽ Spiritus ſanctus, qui eſt ſufficiens cauſa uitæ æternæ; unde & dicitur eſſe pignus hæreditatis noſtræ. Alibi, Forma non excedit materiæ proportionem, ſed ſunt eiuſdem generis. Similiter etiam gratia & gloria ad idem genus referuntur, quia gratia, nihil eſt aliud quàm quædam inchoatio gloriæ in nobis. Hæc ille. Ad hoc eſt etiam quòd gratiæ tribuitur creare, animam informare, uiuificare, illuminare, aſſimilare, unire, ſtabilire, acceptabilem Deo reddere, & affectum ſurſum ducere, & eleuare: qui affectus quanquam à ſolo Deo ſint effectiuè per gratiam ſuam increatam, magis tamen conuenit Deo ut eos mediante aliquo principio formali efficiat in anima, cui ipſi formaliter tribuantur. Scilicet quatenus iuſtificatio propriè dicatur reformatio, quæ nunquã propriè eſt, niſi quãdo aut fit aut habetur per formam inhærentem, & formaliter hos effectus facientem. Quomodo quæſo propriè eſſet reformatio, ubi nulla adueniret inhærens forma? Vt ergo iuſtificatio dicatur propriè reformatio, oportet quòd in iuſtificatione hominis, Deus optimus aliquam formam nouã inhærentem largiatur: alioquin iuſtificatio quæ reformatio dicitur, nullo modo propriè reformatio uocabitur. Hic igitur modus iuſtificandi, magis conuenit, ut formalis, intrinſeca, & propria ſit locatio. Pro quo eſt inſuper, quòd omnis iuſtus, dicitur bonus, omniſq; iuſtus, dicitur ſimpliciter melior quã antea: quantumcunque bonus fuiſſet antea, & quotcunque antea haberet uirtutes & bona opera, interna uel externa. Si autem attendimus, nullus propriè dicitur bonus, niſi à bonitate propria quam habet idemtidem, formaliter, uel ſubiectiuè: non à bonitate aliena, extrinſeca, uel extranea. Rationes has uidetur innuere ſanctus Bonauẽtura, eo loci ubi de gratia gratum faciente determinat, ubi dicit inter multa, Si enim gratiæ eſt reformare, & informare, & uiuificare, & ſic de aliis, cùm omnis talis actus ſit ab aliquo, ſicut à principio formali, non enim eſt informatio, nec reformatio, nec uiuificatio, & ſic de aliis, ſi nõ ſit forma; neceſſe eſt aliquod donum poni in anima, quod ſit animæ ipſius informatiuum: Sed Deus nullo modo poteſt eſſe forma perficiens, quamuis poſsit ſe habere in ratione formæ exemplaris: Ergo præter donum increatum quod Deus eſt, ad hoc quod anima gratificetur, neceſſe eſt ponere donum creatum. Infra de gratia gratum faciente agens, ad propoſitum inquit, Si nihil creatum poneret, nõ eſſet melior ille qui eſt Deo gratus, quàm ille qui non eſt gratus. Si igitur hoc eſt impoſſibile, ponere quòd gratus Deo, non ſit melior quàm nõ gratus, & impoſſibile eſt quòd ſit melior, niſi aliquã bonitatem habeat quã alter non habet, & hoc non poteſt eſſe niſi quid creatum, neceſſe eſt quòd gratia aliquid creatum ponat in gratificato, &c. Hæc ille. Magis ergo conueniens eſt hic modus iuſtificandi, ut propriæ ſint locutiones, quibus iuſtificatio dicitur reformatio, melioratioque: hoc eſt, quibus homo eo ipſo quòd iuſtus fit, dicitur reformatus, diciturq; melior. Cæterùm, quia hic modus iuſtificandi eſt, & bonitati diuinæ, & reparationi humanæ magis conueniens, hũc præ aliis elegit Deus Optimus: qui in ſe optimus, nobiſq; hominibus amiciſſimus, ſemper ad noſtram redemptionem & iuſtificationem meliores modos redimendi atque

Rom. 8.

quæſt. 27. art. 1. ad 3. arg.

Ibidem Art. 2. ad 7 arg.

F

Prim. 2. quæſt. 114. art. 2.

Rom. 8. Ibidẽ ad 3. arg.

2. Cor. 1.

ſecũda 2. quæſ. 24. art. 3. ad 2. argum.

G

Lib. 2. ſentent. Diſt. 26. quæſt. 2.

H

A atque iuſtificandi elegit. Licet enim modus ſanādæ noſtræ miſeriæ liberandæq; noſtræ humanæ naturæ, magis conueniens fuerit per paſsionem Chriſti: modum tamen alium, Deū habuiſſe quo nos homines liberare poſſet, maniſeſtum eſt. Vnde Auguſtinus in De Trinitate ait, Modum quo nos per Mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtum Ieſum, Deus liberare dignatur, aſſerimus bonum, & diuinæ congruum dignitati: uerùm etiam oſtendamus non alium modum poſsibilem Deo defuiſſe, cuius poteſtati cuncta æqualiter ſubiacent. Idem iterum, Sanandæ noſtræ miſeriæ conuenientior modus alius non fuit, quàm per Chriſti paſsionem. Hæc Auguſtinus. Quæ Auguſtini uerba, ſanctus Thomas in eadem ſententia cum Auguſtino latè proſequitur. Quamobrem, modum hūc utpote quia magis conueniens erat, elegit Deus in liberatione hominis. Similiter etiam cùm Deus Omnipotens, potuerit homines iuſtificare paruulos & adultos ſine ulla eorū diſpoſitione aut conſenſu præuio; ſine ſacramento in re uel in uoto ſuſcepto, ſine fide explicita Saluatoris, ſine pœnitentia malæ uitæ præteritæ, multisq; aliis modis: quia tamen magis conueniens modus iuſtificationis ſeu iuſtificandi homines eſt, quòd Deus hominibus præſtet gratiam gratum facientem, ſuppoſita eorū præuia diſpoſitione quam Deus

Lib. 13. *Lib. 13.* *Part. 3. queſ. 46. art. 2. 3.*

B magis agit etiam gratis, ut affatim ſuo loco oſtenditur, hunc modum potius elegit Deus tanquam conuenientiorem. Ita eſt in propoſito. Potuit quidem Deus Omnipotens acceptare nos homines ad ſe, nosq; à peccatis liberare non infundendo nobis deſuper gratiam gratum facientem creatam, nec infuſas uirtutes, ut ſatis monſtratum eſt: ſed magis noluit nos acceptare ſibi & liberare à peccatis dando nobis gratiam gratum facientem crearam cœlitus miſſam & uirtutes infuſas, quia iſte modus magis conuenit ſuæ bonitati atque largitati, magisq; noſtræ reparationi & neceſsitati. Vt in iuſtificatione non ſolùm homo ad gloriam acceptetur, nec ſolùm habeat quæ per ſuas potentias naturales cum Dei ſpeciali auxilio & generali habet: ſed quoque recipiat à Deo per creationem, gratiam gratum facientem & uirtutes, quibus magis eleuetur ad eſſe ſpiritale, & ad bonam operationem. Medici ſapientes dicunt ſanitatem animalis cuiusuis, etiam hominis quantum ad ſanitatem corporis, eſſe qualitatem quādam corporalem ex adæquatis humoribus corporalibus cauſatam, non ipſos proprios humores: proportionabiliter ergo loquendo de ſpiritalibus ſecundum ſimilitudinem ad corporalia, gratia gratum faciens, quæ eſt quædam ſanitas ſpiritalis animæ, melius creditur eſſe à ſolo Deo ſuper animæ ipſius naturam, & ſuper omnes animæ naturales potentias, actus, & habitus. Eſt enim ſanitas huiuſmodi altioris ordinis & maioris perfectionis, quàm eſſet ſi cōſiſteret in naturalibus potentiis animæ ſuis naturalibus actibus & habitus formatis: eſtq; formalis & intrinſeca animæ, qualis non eſſet ſi per ſolum Spiritum ſanctum aſsiſtētem fieret, qui nullo modo poteſt eſſe animæ forma inhærens. Si ſanitas animæ eſt ſolus Spiritus ſanctus aſsiſtens, profectò non eſt formalis & intrinſeca animæ, ſed extrinſeca; & ſic illi non conuenit propriè ratio ſanitatis, de qua uidetur eſſe quòd aliquo modo inſit ei in quo eſt. Sit autem ſanitas animæ, eſt æqualitas ſuarum potentiarū in ſuis actibus & habitibus naturalibus ordinatarum; utique infima eſt, & animam ad eſſe ſpiritale ſupernaturale eleuare non poteſt. Quid ergo dicendum de hac re, quæ eſt ſanitas ſpiritalis animæ, qua anima ab infirmitate peccatorum ſanatur? Eſt quidem animæ ſanitas effectiuè ipſemet Deus ſolus ſanans effectiuè: quæ ſanitas eſt extrinſeca animæ, atque efficiens; licet Deus ipſe magis intimus ſit animæ ipſi, quàm ipſa anima ſit ſibi metipſi. Animæ autem ſanitas formalis & intrinſeca, eſt gratia gratum faciēs ſeu charitas creata à ſolo Deo, ac in uirtutibus quibus Deus ſanitatem adfert, hæc in anima producendo. Vt ſicut ſanitas naturæ humanæ, eſt in debita ordinatione potentiarum eius, & ſanitas corporis humani eſt debita proportio humorum uel in illa exiſtit: ſic ſanitas animæ rationalis uel ex his prædictis bonis conflatur uel in illis habetur. Hic modus iuſtificandi, eſt magis conueniens, adeoq; potius elegit eum Deus optimus Maximus: fortiter atque ſuauiter diſponens omnia, in cœlo, in terra, ubiq;, & ſemper. Qui uidit cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Quidem ſine dubio erant & ſunt ualde bona cuncta quæ fecit, tum quo ad opera creationis, de quibus ibi erat ſermo; tū etiam quoad opera redemptionis, de quibus modo agimus. Idem enim Deus eſt creator, & Redemptor: niſi quòd mundum creauit Deus in ſola natura diuina, genus autem humanū redemit Deus etiā in natura humana.

C

A

AD maiorem declarationem dicendorū, operæ preciū eſt animaduertere, nos hic nō agere ea de re, de qua nunc inter quoſdam controuerſia eſt, An noſtra renouatio ſeu ſanctificatio, ſit noſtra iuſtificatio uel pars iuſtificationis noſtræ: quia huiuſmodi quæſtio grauiſsima ſuo loco in præſenti libro pluribus pertractanda explicandaq; eſt, ex diuinis ſcri

E pturis & ſanctis patribus. Agimus autē modò principalius de eo, quod Deus molitur in hominibus ſiue in animabus noſtris, cùm nos à peccatis iuſtificat; an nobis tunc aliquid præſtet uel non, ſed tantùm nobis peccata noſtra condonat, uel non imputet? Sic enim de re magni momenti acturi, prius uoluimus ponere atque explicare id in quo omnes ſine controuerſia conuenimus: ut poſtea ritè tranſeamus ad illud, De quo nonnulli noſtra hac ætate ſubdubitare cœperunt. Exorſi igitur à re manifeſta, quam omnes ſine diſcrimine in Eccleſia Chriſtiana cõfitemur, quotquot ſanctum Dei Euangelium recipimus, ita dicimus, Omnes qui ad Chriſtum uenimus paruuli uel adulti, ritè Baptizati, abluimur, ſanctificamur, atque iuſtificamur, in hoc ſacratiſsimo lauacro regenerationis & renouationis: ſicuti dicit Apoſtolus, uerisſimè, longeq́; clarisſimè, Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Saluator etiam noſter, Vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt & nullum tempus magis aptum eſt in quo dicamus Saluatorem noſtrum ſanctificare ſuum populum aut ſuos in hac uita, quàm dum in illo renaſcimur. Exigit enim ordo rerum, ut ſicut naſcentes aut concepti ex Adã primo, maledictionem contrahimus, pecca F tum & damnationem: ita regenerati in Adã ſecundo, benedictionem accipiamus, gratiam, & ius ad hæreditatem, ablutionem, ſanctificationem, iuſtificationem. Hæc eſt una primis maximisq́; ex ueritatibus noui teſtamenti. Secunda autem ueritas ſimilis huic eſt, quòd dum poſt baptiſmum lethaliter peccamus ſcientes, ab hac tanta gratia deſtituimur ut iam in ea diſpoſitione non ſimus ſancti, non iuſti, non hæredes regni, ſecundum præſentem iuſtitiam: quæ de uno quoque diſponit, ſecundum ſtatum in quo quiſque eſt. Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Vbicunque ceciderit lignum, ibi erit: ſiue ad Aquilonẽ, ſiue ad Aſtrum. Alia ueritas tanquam tertia eſt his duabus præcedentibus ſimilis, Quando Deus optimus homines poſt baptiſmum lapſos, denuo iuſtificat, tunc eos in eandem gratiam reſtituit, uel in maiori, uel in minori, uel in æquali gradu: ut in filiis Adæ nullo modo ſeparetur ſanctificatio à iuſtificatione, nec iuſtificatio à ſanctificatione: quid quid ſit de his duobus, ſiue ſint idem re, ſiue non: ſiue alterum includat alterum tanquam partem eius, ſiue non. Agamus primùm de horum unione, poſtea dicturi de horum identitate uel differentia. Quid de his tribus ueritatibus? Quantum exiſtimamus, nullus

1. Cor. 6.

Hebr. 13.

Chriſtianus eſt ſanæ mentis, qui uel eas tres, G uel aliquam illarum neget. Quælibet enim per ſe conſtat, in ſancto Dei Euangelio.

NON eſt igitur dubium, quin Deus quoſdã homines iuſtificet denuo à peccatis, poſt baptiſmum lapſos: quia dubitare de hoc, eſſet reuocare antiquam hæreſim negantem remedium ſalutis poſt baptiſmum lapſis, contra quam gladium uerbi Dei adſumentes pugnauerunt omnes doctores ſancti. Neque eſt dubium, quin Deus omnes ſanctificet, quos iuſtificat: quia profectò nemo eſt iuſtus, quin ſit ſanctus: nec aliquis eſt ſanctus, quin ſit iuſtus, in tota maſſa filiorum Adæ. Et ſi quis dixiſſet, Deum iuſtificare aliquem hominem, & illum tamen non ſanctificare: eſſet lacerare ſanctum Dei Euangelium, atque illud ea parte negare. Sanctus autem cùm nemo ſit, niſi per ſanctitatem quam habet: conſtat quòd dum Deus aliquem iuſtificat & illum ſimul ſanctificat: aliquid ſine dubio ei præſtat, quo illum ſanctificat & ſanctum reddit. De hoc igitur agimus. Qualis'nam eſſet iuſtus, ſi non exiſtat ſanctus? Aut qualis'nam futurus ſit ſanctus ſi non ſit iuſtus, aut nullam in ſe ſanctitatem contineat? Cum igitur iuſtificatur aliquis, ad ſanctitatem redit, qua per peccatum fuerat priuatus.

EST autem dubium non contemnendum inter doctores catholicos, Vtrùm peccator dum iuſtificatur, reſurgat ſemper ad maiorẽ, H minorem, uel æqualem gratiam Dei, quàm ea fuerit, quam ipſe peccando perdidit? Similiter & de gloria. In hac quæſtione non inutili, ſunt tres uariæ opiniones catholicorum doctorum. Vna quidem Scoti, qui quantum modò colligere poſſumus, pro reſponſione tria dicit, tum quòd reſurgens, poſt lapſum reſurgit ad tantam gratiam, quanta debetur ſuæ diſpoſitioni ad gratiam, tanquam merito de congruo, id eſt, conatui boni motus ſui, quem habuit in reſurgendo: ſiue ante lapſum habuerit magnam gratiam, ſiue non. tum, quòd omnis reſurgens per pœnitentiam, reſurgit ſemper ad plura merita in acceptatione diuina, quàm habuit quando cecidit: quia reuiuiſcunt bona opera, facta ante lapſum, tum, quòd reſurgens ex ea parte ad maiorem gloriam ordinatur; quia ut docet, gloria non ſolùm reſpondet gratiæ, ſed etiam bonis operibus ex gratia factis: non tamen oportet eum in maiori gratia reſurgere. Alia eſt opinio Alexandri de Ales, conſiſtens in duobus: alterum eſt, quòd gratia amiſſa per peccatum, non reſtituitur pœnitenti, nec quoad ſe, nec quoad præmium correſpondens: ſed pœnitenti reſtituitur gratia ſecundum eius diſpoſitionem, magna uel parua:

Scotus. Lib. 4. diſt. 22.

Alexan. Part. 4. quæſt. 57.

A tia: & in hoc Scoto concinit: alterũ eſt, quòd opera meritoria per delictum lethale mortificata, reuiuiſcunt ad præmium, non ſecundum quantitatem gratiæ à qua ſunt elicita, ſed ſecundum quantitatem finalis gratiæ, ac ſi eſſent ab illa elicita. Et huic uidetur ſubſcribere ſanctus Bonauentura in ſuis libris ſententiarum. Tertia eſt opinio Okam, quam ſequitur & explicat Gabriel Biel in ſequentibus cõcluſionibus, Prima eſt, Loquendo de gratia quæ præciſè correſpondet tanquam merito de congruo actui pœnitentiæ: pœnitens reſurgit quandoque ad gratiam maiorẽ, quandoque minorem, quandoque æqualem gratiæ per peccatum perditæ. Secunda eſt, Pœnitenti reſtituitur tota gratia quam perdidit peccando: eadem numero, uel ſimilis in ſpecie & gradu. Tertia eſt, In reſurgente per pœnitentiam, uiuificantur omnia merita per antecedens peccatum mortificata. Ex his infert Gabriel duo alia, tanquam duo ex illis corollaria, ſequentia, uel appendicia. Alterum eſt, Sicut omnis uerè pœnitens ad maiorem gratiam quam perdiderat reſurgit: ita reſurgens plura merita & maiorem gloriam acquirit. Alterum eſt, Quamuis omnis uerè pœnitens reſurgat melior quàm fuerat dum cecidit in culpam; non tamen melior quàm futurus erat, ſi ſtetiſſet in gratia. Hæc Gabriel.

S. Bonauentura. Lib. 4. Diſt. 14. Okam. quæ. 8. 9. Lib. 4. Gabriel. Lib. 4. diſt. 14. quæſt. 3. art. 3. Dub. 3.

B Qui in eodem loco aſſerit hanc fuiſſe opinionem ſancti Thomæ in ſcriptis: ſed de ſancti Thomæ ſententia paulò poſt dicemus, nunc de aliis agimus. Primam concluſionẽ probat Gabriel, Quia illa gratia proportionatur inteſioni actus pœnitẽtiæ, ideo ſecundum uariã eius intenſionem uariatur magnitudo gratiæ. Stat autem, aliquem tanta intenſione deteſtari cõmiſſa peccata, quod ipſa deteſtatio à Deo acceptetur ad maiorem gratiam pœnitẽti infundendam quàm prius habuit; ſicut credi poteſt de pœnitentia ſanctæ Mariæ Magdalenæ. Poteſt etiam deteſtatio peccati ita eſſe remiſſa, quòd acceptetur ad minorem gratiam, et ſic de æquali. Secundam cõcluſionem probat ex illo, ſi impius egerit pœnitentiam & c. uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum ſuarum quas operatus eſt, non recordabor. In iuſtitia ſua quam operatus eſt uiuet. Recordaretur autem dominus iniquitatum ſuarum, ſi minus tribueret in gloria pro meritis ſuis præteritis, quàm ſi non peccaſſet. Si autem omnia merita præmio perſequitur, neceſſe eſt ut omnem habitam gratiam reſtituat: cum cuilibet gradui gloriæ in patria, correſpondeat gradus gratiæ in uia. Ideo addidit, In iuſtitia ſua quam operatus eſt, uiuet. Non reſtringit ad iuſtitiã opera quæ operatus eſt pœnitentiæ præciſè, ſed generaliter loquitur

S. Tho. Lib. 4. diſt. 14. Quæſt. 7. Ezech. 18

de iuſtitia, quam operatus eſt. Igitur generaliter accipi debet, & de ea quam operatus eſt ante pœnitentiam, & in pœnitẽtia, & poſt pœnitentiam. C Item, non minus diligit pœnitentem quem recipit ad gratiam, quàm ſi nõ peccaſſet, alioquin adhuc memoraretur eius iniquitatum, quem minus diligeret propter peccata commiſſa, & nunc remiſſa. Si autem non minus diligit, non minorem gratiam reſtituit quàm perdidit: quia hunc Deus magis diligit, cui maiorem gratiam tribuit. Hinc Iacobus, Dat omnibus affluenter, & non improperat. Improperaret autem, ſi propter peccata commiſſa, perdita non reſtitueret. Ad idẽ eſt illud, Impietas impii nõ nocebit ei, in qua cunque die cõuerſus fuerit, ab impietate ſua. Multum autem noceret cõuerſo præterita impietas, ſi non reſtitueretur gratia omnis per impietatem amiſſa. Item, Iohel, Reddam uobis annos quos comedit locuſta, & bruchus & rubigo. Vbi Gloſſa, Non patiar perire ubertatem ſpiritualium, quam animi perturbationibus perdidiſtis. Perturbationes animi quibus ſpiritualia perduntur, peccata ſunt, aut paſsiones animi ad peccatum inducentes. Item Gloſſa ſuper illud, Vbi immolabitur holocauſtũ, mactabitur & uictima pro peccatis. dicit, Aequè placet Deo uirtus iuſtorum, & digna pœnitẽtia peccatorum, quæ reſtituit in gradum priſtinum, Dauid & Petrum.

Ezec. 32. Iohel. 2. Leuit. 7.

D Item ad Hebræos, Non iniuſtus Deus, ut obliuiſcatur operis ueſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius. Operis dicit, quoad merita: & dilectionis, ſcilicet, ex qua illa opera bona feciſtis, quoad gratiam, quæ charitati idemtificatur. Vbi Gloſſa, Sicut enim priora bona per ſequentia, mortua fuerunt & irrita facta: ita ipſa eadem per pœnitentiam & alia bona ſequentia reuiuiſcunt. Non enim pronior eſt ad condemnandum, quàm ad ſaluandum. Alexander aſcribit hoc dictum Auguſtino, in libro quinque reſponſionum. Item Ambroſius ut allegat Thomas, Pœnitentia, res optima eſt, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum. Item Auguſtinus ad Macedonium, In tantum hominis aliquando iniquitas progreditur, ut etiam poſt actã pœnitentiam, poſt altaris reconciliationem, ſimilia uel grauiora committat: & tamen Deus ſuper tales facit oriri ſolem ſuum: Nec minus tribuit quàm ante tribuerat, munera uitæ & ſalutis. Ecce planè habetur, dominum tanta munera tribuere, poſt lapſum, quanta ante tulerat. Hinc idem in libro de uera & falſa pœnitentia, ait, Pium eſt credere ut recepta Dei gratia, quæ in ea deſtruit mala, priora ẽt remuneret bona: ut cum deſtruxerit quod ſuum non inuenit, amet & diligat bonum,

Hebræ. 6 Alexan. Ambroſ. Auguſt. Cap. 14.

E quod in peccatore plantauit. Aliæ plures, uidelicet auctoritates, adduci poſſent, ſed illæ ſufficiant, quæ ſatis apertè propoſitum probant: licet eas non nulli exponere & ad alium quàm quem ſecundùm literam præferunt ſenſum, detorquere nitantur. Quod additur in propoſitione eadẽ numero uel ſimilis in ſpecie & gradu; utrunque facere poteſt Deus. Vel eam gratiam quæ annihilata eſt per peccatum reproducere, uel aliam eiuſdem gradus creare. Tertiam probat ſic, Quia eadem ratione qua reſtituitur gratia, uiuificantur & merita priora. Viuificantur quantum ad acceptationem diuinam, quia per Dei miſericordiam ordinantur ad illud præmium, ad quod ordinabantur primùm ante peccatum. Quod ſic oſtendit Okam, Quia ex diuina miſericordia ordinatur, ut nullum bonum ſit irremuneratum, niſi propter indiſpoſitionem actualem illius in quo ſit tale bonum: ſed talis indiſpoſitio eſt peccatum, quod remouetur per pœnitentiam; ergo remunerabitur, & ita reuiuiſcit. Hæc Gabriel. Idem probat primum corollarium ſic, Quia reſurgenti, omnis gratia perdita reſtituitur, et omnia merita mortificata uiuificantur: & ultra acquirit nouũ gradum gratiæ correſpondentem actui pœnitentiæ, & nouum meritum per nouam gratiam

F per quam perficitur & continuatur actus pœnitentiæ, per quem ordinatur ad ulteriorem gradum gloriæ. Probat autem primam partẽ ſecundi Corollarii, Quia habẽs maiorem gratiam, melior eſt: ſed reſurgens habet maiorẽ gratiam & plura merita, ergo &c. Probat uerò ſecundam partem ſecundi corollarii, Quia ſi ſtetiſſet in gratia tempore quo in peccatis dormierat, multa merita cõquiſiuiſſet: quia non eſt ocioſa charitas ſecũdum Gregorium. Magna enim operatur, ſi eſt; & per illa merita, aucta fuiſſet charitas & gratia, & per conſequens reſpondens gloria. Hæc ille. Nec dubitat, quin uirtutes quæ gratiam comitantur, reſtituantur etiam reſurgenti à peccato, in ea perfectione, qua gratia. Vnde ſi infunditur tota gratia per peccatum perdita, infunduntur & morales uirtutes in eadem perfectione, graduq; eodem quo fuerant ante lapſum: Si uerò gratia infunditur tantùm ſecundum diſpoſitionem & intenſionem actus pœnitẽtis, ut dicunt duæ primæ opiniones; infundũtur uirtutes morales, non in eo gradu quo inſuerunt ante lapſum, ſed ſecundum gradum gratiæ de nouo infuſæ. Hæc ille. Quantum uerò attinet ad ſentẽtiam ſancti Thomæ, ipſe agẽs de uirtutum poſtliminio per pœnitentiam, in eo qui à peccato ſurgit denuo iuſtificatus, multa dicit ex ordine, Primùm, quòd per pœnitentiam uirtutes reſtituuntur, gratuitæ,

Ibidem. dubio. 4.

S. Thom. Part. 3. quaſt. 89. Ibidem. Art. 1.

quæ ex gratia ſequuntur, ſicut ex eſſentia animæ fluunt omnes eius potentiæ. Hoc probat ex illo etiam, quia apud Lucam, Pater mandauit ut filius pænitens indueretur ſtola prima quæ, ſecundum Ambroſium, eſt amictus ſapientiæ, quam ſimul conſequũtur omnes uirtutes ſecundũ illud, Sobrietatem & iuſtitiam docet, prudentiam & uirtutem. quibus utilius nihil eſt in uita hominibus. Ergo per pænitentiam omnes uirtutes reſtituuntur. Secundum, quòd homo aliquando reſurgit ad minorem uel maiorem charitatem ac gratiam; & per conſequens reſurgit aliquando in maiori, uel minori, uel æquali uirtute. Hoc probat, quia motus liberi arbitrii qui requiritur ad iuſtificationẽ impii, ẽ quaſi diſpoſitio ad hanc gratiã habitualem quã dominus in iuſtificatione concedit: quia uerò hæc gratia ſuſcipit magis & minus, & quia formæ recipientes magis & minus, intenduntur & remittuntur ſecũdum diuerſam diſpoſitionem ſubiecti: fit conſequenter, ut ſecundum motum liberi arbitrii, maiorem uel minorẽ, maior uel minor gratia huiuſmodi concedatur. Et eadem ratio eſt de uirtutibus, quæ ex gratia conſequuntur. Tertium, quòd bona opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiuiſcunt. Hanc ueritatem probat ex illo, Reddam uobis annos, quos comedit locuſta. et ad eum locum Gloſſa paulò ante allegata. Quandoquidem bona illa facta, manent in diuina acceptatione, quantum eſt ex parte ſui & legis diuinæ: unde remoto impedimento ex parte ſubiecti, quod impedimentum eſt peccatum, bona opera prius mortificata recuperant ſuam efficaciam, & ualent. Omnes igitur diuinarum ſcripturarum tractatores tum ſancti, tum catholici, qui hactenus hac de re locuti ſunt, in his duabus ueritatibus conueniunt, Altera eſt, quòd homo dum iuſtificatur, non recuperat dignitatem innocentiæ quã perdidit peccando: quia non poteſt fieri, ut qui peccauit, non peccauerit. Altera eſt, quòd homo dum iuſtificatur, recuperat dignitatem filii Dei adoptiui, gratiæ ipſius, munditiæ, ac ſanctitatis. Sic Saluator noſter dixit, Confide fili, Remittuntur tibi peccata tua. Significans expreſsè, quòd dum homini peccata remittuntur, redit homo ad filiationem ſuam, quam peccando perdiderat. Sic etiam filius prodigus qui peregrè profectus, dicebat adhuc in regione longinqua exiſtens, Non ſum dignus uocari filius tuus. poſtquam rediit, filius eſt appellatus, atque ſtola prima & annulo, tanquam filiationis in ſignüs ornatus, decoratuſque. Itaque Paulus Apoſtolus non dixit ſolũ, Sed abluti eſtis. quod pertinet ad remotionem immunditiæ

G *Lucæ. 15. Ambr.* *Sap. 8.* *Ibidem. Art. 2.* *Ibidem. Art. 3.* H *Iohel. 2. Glo. ibi.* *Matt. 9.* *Lucæ 15.*

ac

A ac remiſsionem peccatorum : ſed dixit, Ablu
ti eſtis. quod pertinet ad remotionẽ malorũ.
1. Cor. 6. Sanctificati eſtis. quod pertinet ad acquiſitio
nẽ bonorũ. Abluti eſtis, & ſanctificati eſtis,
& iuſtificati eſtis. De paruulis fuit olim quæ
ſtio inter doctores, An quando illis in baptiſ
mo peccatũ remittitur, ſimul eis gratia & uir
tutes infundantur, quibus ad maiorem æta-
tem uenientes poſsint uelle & operari bonũ?
Vel an ſolùm per remotionem peccati abluã
tur uel mundentur, non tamen per ſuſceptio
nem gratiæ ac uirtutum ſanctificentur? Sem
per tamen determinatum eſt, hoc etiam in
paruulis fieri, ut dum Deus illis in baptiſmo
peccata remittit, quoq; illis in baptiſmo gra-
tiam & uirtutes in habitu infundit. Conſtat
Magiſt. apud Magiſtrum ſententiarũ, qui & quæſtio-
Lib. 4. nem refert, & ſolutionem ſimul ponit: At-
Diſt. 4. que conſtat inſuper &c. De baptiſmo & eius
c. Maio- effectu. Habeturq; etiam, De ſumma Trini-
res. tate & fide catholica in Clementinis. Nõ fuit
C. unico. autẽ unquam dubium de adultis, quos Deus
iuſtificat, Nec potuit eſſe dubium de adultis,
quos Deus iuſtificat, Nec potuit eſſe dubium
de paruulis, niſi prout ſemper fuerunt quidã
homines, ad omnia ambigentes ac quaſi du-
biorum alumni, qui ea in dubium uocare,
quæ nullum patiebantur dubium, haudquá-
quam ueriti ſunt.

B QVANDO igitur Deus Optimus nobis
noſtra peccata remittit, condonat, non impu
tat, ſiue quando nos à peccatis repurgat emũ
datq;, ſimul nos abluit, ſanctificat, iuſtificat:
1. Cor. 6. ſicut dicit Apoſtolus, Sed abluti eſtis, ſed ſan
ctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis. Abluti e-
ſtis, quod pertinet ad remiſsionem peccato-
rum, per remotionem. ſanctificati eſtis. quod
pertinet ad ſuſceptionem bonorum; per re-
ceptionem. iuſtificati eſtis. quod utrunque
iſtorum, complectitur, ut infra oſtenditur.
Sunt igitur & fiunt hæc omnia ſimul, neque
unquam Apoſtolus hæc ſeparauit; ſed ſem-
per ea ſimul prædicauit, propoſuit, & com-
mendauit. Quare autem dominus hunc mo-
dum elegit potius, ut dum homines à pecca
tis iuſtificat, & illis peccata remittit, & illis
gratiam atque uirtutes infundit? Satis iam
Mat. 18. conſtat ex dictis. Poteſt etiam conſtare ex eo
Luca 19. quòd legimus, Venit enim filius hominis ſal
1. Ioan. 3. uare, quærere & ſaluum facere quod perie-
rat. In hoc apparuit Filius Dei, ut diſſoluat
opera diaboli. Vnde modus ſaluandi, ſiue re-
parandi conuenientior, debet eſſe per oppo
ſitum ad ea quæ fuerunt in perditione. In per
ditione autem hominis non ſolùm hoc fuit,
quòd homo peccauit: ſed profectò etiã fuit,
quòd per peccatum homo multa bona perdi
Luca 10. dit. Latrones enim hominem ſpoliauerunt,
& plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo reli- C
cto: manſitq; homo ſpoliatus gratuitis, ac *Sentent.*
uulneratus in naturalibus; ut tota ſchola Chri *Lib. 2.*
ſtiana docet, & palàm eſt apud omnes ſapien *Diſt. 25.*
tes. Hæc igitur fuerunt opera diaboli, quòd
hominem peccare fecit, & per peccatum, ho
minem gratuitis ſpoliauit, atque in naturali-
bus uulnerauit. Quamobrem profectò cùm
dominus uenerit, opera diaboli diſſoluere:
magis decuit ut opera diaboli diſſoluens, iu-
ſtificando hominem, ei peccata remitteret,
atque perditam gratiam & perditas uirtutes
reſtitueret. Hoc nanque modo, magis ope-
ra diaboli diſſoluit: qui diabolus utrunque fe
cit, & ut homo peccaret, & ut per peccatum
gratiam ac uirtutes perderet. Reparatio op-
ponitur perditioni, & ideo debuit damna per
ditionis reſarcire. Qui ergo uoluerit uidere
melius quæ fiunt in homine, quando iuſtifi-
catur, liberatur, reparatur: uideat quæ fa-
cta fuere in homine quando cecidit, quando
peccauit, quando ſeſe diabolo ſeruum præſti
tit. Quia profectò totum eſt per oppoſitum,
quando Deus hominem iuſtificat, liberat, re-
parat. Venit ſaluare, quærere & ſaluum fa-
cere quod perierat. Venitque ut diſſolueret
opera diaboli.

Oſtenditur infuſionem gratiæ, & remiſſionem cul
pæ, eſſe duas mutationes differentes, licet in ratione
motus, una & eadem res aliquo modo dici poſſint, & D
declaratur quæ harum mutationum ſit prior alia,
& quo pacto. CAP. VI.

IVSTIFICAMVR ergo
effectiuè à ſolo Deo, qui
ſolus nos effectiuè iuſtifi- *Eſaia. 43*
cat, ſicut ipſe dicit, Ego
ſum qui deleo iniquitates
tuas propter me. ſed media
tè, hoc eſt, creando in no-
bis gratiam gratum facientem, quæ nos for-
maliter uiuificat, recreat, reformat, emun-
dat, eleuat, perſanat, & quodammodo, ſci-
licet inchoatiuè beatos facit, illuminat, &
peccata tanquam ſpiritales animæ tenebras
depellit. Vnde quicquid ſit quod in peccato-
re poſt actum peccati manet, à quo peccator
dicitur, illud in iuſtificatione impii depellit
gratia creata quodammodo; quia illi ſecun-
dum Dei ordinationem repugnat, ſicut lux
repugnat tenebræ ſecundum naturam. Dici- *S. Tho.*
mus, Quicquid ſit quod in peccatore, & cæ- *Prim. 2.*
tera. ob id, quòd quidam dicunt, peccato-
rem poſt actum peccati, peccatorem dici pro
pter maculam peccati remanentem quæ eſt
priuatio ſeu carentia gratiæ per reſpectum ad
cauſam, ſcilicet ad peccatum propter quod
eſt:

E eſt: alij dicunt quòd non propter maculam eiuſmodi, ſed propter reatum, qui eſt quædam relatio rationis cauſata per actum intellectus diuini, quo Deus ordinat peccatorem ad pœnam propter eius culpam commiſsam uel contractam. Itaque in iuſtificatione peccatoris, ſunt utique & infuſio gratiæ, & remiſsio culpæ: quandoquidem non ſtant ſimul gratia gratum faciens & culpa mortalis, ſed altero ueniente recedit alterum; quia uel ex ui naturæ ut quidam autumant, uel magis ex lege Dei data, ut probatum eſt, opponuntur. De infuſione autem gratiæ & remiſsione peccatorũ differentes, credimus ſine dubio quòd ſicut cadunt ſub uno motu, conſiderando rẽ ſecundum rationem motus, ſic ſunt diſtinctæ mutationes, iudicando negocium ſecundum rationem mutationum. Et quidem unus motus realis eſt, quando homo de peccatore fit iuſtus aut gratus Deo; quemadmodum unus motus realis eſt, quando homo de nigro fit albus, aut de cœco uidens, uel dum aer de tenebroſo fit lucidus. In uniuerſum enim motus eſt de ſubiecto in ſubiectum, ut omnes naturales optimè tradiderunt; ſcilicet de termino à quo affirmatiuè ſignificato, ad terminum ad quẽ affirmatiuè ſignificatum: quam

Scotus Lib. 4. diſt. 14. queſt. 1. Art. 1.

Ariſtot. Phyſic. 5.

F ob rem ſine dubio unus motus eſt alterationis, dum ex nigro fit album; hoc eſt, quo nigrum abiicitur, & album acquiritur. Vnde ex eadem regula; unus motus quoque eſt, dũ homo de peccatore fit iuſtus ſeu gratus: quo peccator expellitur, iuſtus autem & gratus acquiritur: quo peccata remittuntur, & gratia infunditur, atque ponitur. Sunt nihilominus in hoc motu duæ mutationes, quod quidem multipliciter demonſtrari poteſt. Nam mutationes quæ ſunt generatio & corruptio, aliam conſiderationem habent, longè differentem. Generatio enim, eſt mutatio de non ſubiecto in ſubiectum, id eſt, de termino à quo ſignificato negatiuè, ad terminum ad quem, ſignificatum affirmatiuè: ut quando dicimus de non albo fieri album, & ſimilia multa. Corruptio uerò eſt mutatio de ſubiecto in non ſubiectum, hoc eſt, de termino à quo ſignificato affirmatiuè, in terminum ad quem, ſignificatum negatiuè: uelut dum dicimus de albo fieri non album, de lucido non lucidum, & cætera id genus. Sic ſi in tranſitu qui eſt de nigredine in albedinem conſideretur ipſe motus, idem motus figuratur per ablationem unius & inductionem alterius: non autem ſignificatur eadem mutatio ſed diuerſa, tamen ſe inuicem concomitantes, quia generatio unius, non eſt ſine corruptione alterius. Quomodo iſtud cognoſcitur? Quia ibi eſt mutatio de eſſe nigro ad non eſſe nigrum, ſeu de nigredine ad non nigredinem, quæ eſt corruptio: atque ibidem eſt mutatio de non eſſe album, ad eſſe album, ſeu de non albedine ad albedinem, quæ eſt generatio. Similiter ergo in propoſito. Si iuſtificatio accipiatur ut quidã motus, cum oporteat eundem motum intelligi quo peccatum auſertur & iuſtitia inducitur, idem erit iuſtificatio ſeu gratiæ infuſio quod peccatorum remiſsio, ſolùm ratione differens; pro ut ambo eundem motum nominant, ſed unum ſecundum reſpectum ad terminũ à quo, aliud uerò ſecundum reſpectum ad terminum ad quem. Si uerò accipiatur iuſtificatio per uiã mutationis, ſic aliam mutationem ſignificat iuſtificatio ſeu infuſio gratiæ, ſcilicet iuſtitiæ ſeu gratiæ generationem: & aliam peccatorum remiſsio, ſcilicet corruptionem culpæ. Itaque infuſio gratiæ & remiſsio culpæ, duæ mutationes ſunt, & non una: quia infuſio gratiæ, eſt mutatio de non eſſe gratiæ ad eſſe gratiæ; quæ mutatio eſt generatio, remiſsio autem culpæ, eſt mutatio de eſſe culpæ ad non eſſe culpæ, quæ mutatio eſt corruptio. Sed manifeſtum eſt, quòd generatio & corruptio diſtinctæ ſunt mutationes. Ad eandem

G

H ueritatem eſt, quòd omnes catholici tractatores, quatuor dicunt eſſe neceſſaria ad iuſtificationem impii, inter quæ expreſsè hæc duo numerant, gratiæ infuſionem, atque culpæ remiſsionem; quæ cum aliis duobus prædictum faciunt numerum quem ſecundũ diuinas ſcripturas & catholicos doctores, expreſsit Alexander de Ales, in ſua ſumma. Nãque, ſi infuſio gratiæ & remiſsio culpæ, diſtincta non eſſent, nullo modo cum aliis duobus numerum quaternarium facerent, ſed ternarium ſolummodo; quandoquidem unitas addita binario, non poteſt conſtituere niſi ternarium. Diſtincta ergo ſunt gratiæ infuſio & culpæ remiſsio. Quod etiam certè euidenter oſtenditur, in eo quòd alterum poteſt eſſe ſine altero: & de facto, iam ſæpe ita fuit: etenim & in Domina noſtra beatiſsima Virgine, & in primis parentibus, & in angelis ita firmiter credimus factum, ut in illis fuerit infuſio gratiæ, utique ſine remiſsione culpæ. Satisq; etiam monſtratum eſt, poſſe eſſe remiſsionem culpæ, ſine infuſione gratiæ, de potentia Dei abſoluta. Et quia omnes tanquam à manifeſta ueritate uicti, confitentur, has eſſe mutationes diſtinctas, quoque ſanctus Thomas in De ueritate ac alibi, & Scotus in ſuo opere ſententiarum: non eſt opus, modò abundantius de his agere; manifeſta eſt ueritas, & conformis conſtansq; ſermo apud omnes. Cæterùm ſi quæritur, utrùm prior ſit infuſio gratiæ? an remiſsio culpæ? Mani-

Part. 4. queſt. 7. Memb. 4.

Præter Richardũ, de quo ſtatim.

Quæ. 28. art. 1. & 6.

Lib. 4. diſt. 16. queſt. 2.

A Manifeſtum eſt, non eſſe inter hæc prioritatem temporis; non eſt enim alterum horum ſine altero, ſtante lege: quinimmo ambo uel ſimul ſunt, uel ſimul non ſunt; & iuſtificatio impii, quidem in inſtanti fit; quanquam nõ nulla alia tanquam diſpoſitiones quædã prærequirantur, ut infra demonſtratur ſuo loco. *Lib. 2. per mul.* De prioritate ergo naturæ ſolummodo poteſt eſſe quæſtio, ut uidelicet ſi ita quæratur, Vtrùm prior ſit ordine naturæ gratiæ infuſio, quàm culpæ remiſsio? Olim ſolita fuit moueri hæc quæſtio, quia ex utraque parte uidebatur ratio apparens, ut quodlibet horum diceretur eſſe prius. Etenim infuſio gratiæ in anima & remiſsio peccati, ita ſe habẽt & ita ſe habere iudicantur, ex lege & ordinatione diuina: ſicut ſe habent infuſio lucis in aere & expulſio tenebræ, ex natura rei. Quæ ſi conſideramus, utrinque apparet ratio ut quodlibet prius eſſe putetur: nãque niſi prius expellatur tenebra à ſubiecto, quomodo poteſt in eo eſſe lux, cum ſint oppoſita? Et rurſus, cùm tenebra non expellatur niſi per lucem, quomodo poteſt expelli tenebra niſi prius ſit lux quæ ipſam expellat? Sic de gratia & peccato circa animam, quæ ſiue ex natura, ſiue ex lege opponantur, iam ſtante lege data, gratia & peccatum mortale ſimul eſſe non poſſunt, ſed mutuo ſe expellunt: quẽadmodum lux & tenebra circa aerem, nec ſi-
B mul ſunt, nec ſimul eſſe queunt. Niſi ergo prius expellatur peccatum ab anima, quomodo creabitur gratia in anima? Et iterum, niſi prius creetur gratia in anima, quomodo poterit ipſa expellere peccatum ab anima?

Quidam olim dixerunt prius eſſe remiſsionem peccati, quàm infuſionem gratiæ creatæ: quod declarabant, aſſerentes, Deum quidem per ſe prius ſine habitu aliquo creato remittere peccata hominibus propter eorum pœnitentiam uel propter ſuſceptionẽ ſacramenti, prius faciendo illos de inimicis non inimicos: poſterius uerò infundere illis charitatem ſeu gratiam creatam, faciendo illos iam per eam de non inimicis amicos. Hanc ſententiam referunt Alexander de Ales atq; Richardus; ſed quoque ambo illam tanquam ineptam relinquunt. Et, re uera, non poteſt hæc ſententia ſtare cum ea ueritate, quæ per diuinas ſcripturas & ſanctos patres monſtrata eſt ſatis. *Part. 4. quæſt. 73. Memb. 1. art. 3. Richard. Lib. 4. diſt. 17. Princ. 4. quæſt. 4.* Alii aliter ſentientes, dixerũt gratiam poſſe conſiderari dupliciter. Vno modo ut eſt tollens uitia ſiue peccata ab anima, alio modo ut ſui inhærentia perficit animam & eſt habitus animæ: ut autem eſt tollens peccata, ſic naturâ præcedit infuſio gratiæ, ablationem culpæ: inquantum conſideratur ut habitus perficiẽs animã pœnitentis,

C ſic expulſio uitii præcedit ĩfuſionẽ gratiæ. Ita docuit Alexander de Ales. *Vbi ſtatĩ.* Richardus de Media Villa, ad quæſtionem hanc multos modos dicendi adducit, quos relinquit: quibus adductis atque relictis ponit alium quem uidetur ſequi: *Vbi ſtatĩ.* aliorum ſcilicet qui dicebant, non eſſe in his prioritatem aliquam ordine naturæ, ſed tantummodo ſecundum rationem. Fundat hoc, Quia (ut inquit) ipſa infuſio gratiæ, eſt realiter ipſa remiſsio culpæ quantum ad offenſam: non enim (ait) poteſt dici, quòd ſint duæ mutationes diſtinctæ, ſicut generatio unius & corruptio alterius. Vnde tãdem concludit, Tamen ſecundum rationem intelligendi, ipſa infuſio gratiæ prior eſt ſub ratione qua eſt remiſsio inimicitiæ quæ erat per culpam, quàm ſub ratione qua eſt reſtitutio amicitiæ. Sic Richardus ſentire uidetur cum aliis, quia omnes alios modos dicendi quos refert, impugnat: hunc autem ponit, & non ſolùm non obiicit contra ipſum, quin potius ipſum probat, atque confirmat. Tenendo illud fundamentum, ita debuit dicere conſequenter loquendo: ſed ſatis conſtat ex dictis longè aliter eſſe dicendum, ob id quòd infuſio gratiæ & remiſsio culpæ diſtinctæ mutationes ſunt. Peccatum enim prout in homine manet poſt actum peccati à quo peccator dicitur, antequam peccatum ſibi dimittatur, non eſt pura negatio, immo nec eſt pura priuatio, nec pura carentia: ſed uel ſit macula, ut
D tenet ſanctus Thomas, uel ſit reatus, ut tenet Scotus, ſemper importat aliquid poſitiuum, ſcilicet cauſam ipſius maculæ uel reatus. Neque enim carentia gratiæ, nec ordinatio alicuius ad pœnam, habent rationem peccati, qua ualeant hominem denominare peccatorem: niſi ſint propter peccatum ſeu culpam hominis. Vnde peccatum quamdiu manet imputatum licet bene quidem comparetur tenebræ, quæ ſolùm dicit priuationem ſeu carentiam lucis; magis tamen propriè comparatur umbræ, quæ non ſolùm ſignificat priuationem ſeu carentiam lucis, ſed quoque includit reſpectum ad corpus opacum interpoſitũ prohibens lucem. Propter quod dicitur, Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in uiã pacis. Quicquid ſit de his modis dicendi aſsignatis, iam nunc omnes conſtanter dicimus, gratiæ infuſionem, naturaliter præcedere remiſsionem culpæ. Nanque ſiue gratia naturaliter expellat culpam tanquam ſuum oppoſitum naturale, ſiue Deus ad infuſionem gratiæ infallibiliter ſecundum legem ſuam, culpam remittat, ut magis creditur & moſtratum eſt: nihilominus gratia & peccatum originale uel actuale mortale, iam uel ex natu-

ra

E ra uel ex lege oppoſita ſunt, & ut oppoſita
indicantur, quoad hoc ut ad poſitionem u-
nius, ſequatur corruptio, perditio, remiſ-
ſio, uel fuga alterius. Oſtenditur autem hæc
ueritas, tum quia cauſa naturaliter præcedit
effectum, & gratia utique eſt cauſa remiſsio-
nis culpæ, nec aliter tamen niſi ſecundum
quòd eſt infuſa. Tum quia agens naturale,
non expellit formam contrariam à materia
uel ſubiecto, niſi per hoc quòd inducit ſimili
tudinem ſuæ formæ in eodem, unde eadem
ratione & Deus Optimus non remouet cul-
pam ab anima niſi per hoc quòd ſimilitudinē
ſuæ bonitatis ſcilicet gratiam in animam in-
fundit: ſic autem ſine dubio, infuſio gratiæ,
naturaliter præcedit culpæ remiſsionem. De
inde quia ſicut quandoque culpa remittitur
per gratiam, ita aliquando gratia expellitur
per culpam: ſed conſtat quòd gratia expelli-
tur per culpam præcedentem expulſionem
gratiæ, ideo ſimiliter culpa remittitur per gra
tiam præcedentem culpæ remiſsionem. Gra
tia creando infunditur, & infundendo crea-
tur: ſed creatio gratiæ, prius naturaliter eſt,
quàm ſit remiſsio culpæ. Etiam, quia agens
ut agens, naturaliter, eſt prius patiente ut
patiens, cum non ſit patiens ut patiens, niſi
prout ab agente ſuſcipit: ſed in iuſtificatione
impii gratia eſt ex parte agentis, culpa uerò
F ex parte patientis ſeu recipientis; ergo prius
naturaliter eſt gratiæ infuſio, quàm culpæ re-
S. Thom. miſsio. Sic probat ſanctus Thomas hanc
quaſt. 28. ſententiam in ſuis quæſtionibus De Veri-
art. 7. tate. Quo loco idem doctor declarando
magis materiam, fatetur quidem, quòd re-
miſsio culpæ & infuſio gratiæ in aduerſis ge
neribus cauſarum, habent ſe ſicut prius &
poſterius ad inuicem: ſic ſcilicet, quòd re-
miſsio culpæ, quia ſe tenet ex parte materiæ,
eſt prius in genere cauſæ materialis: infuſio
autem gratiæ, quia ſe tenet ex parte agentis
& finis, eſt prius in genere cauſæ efficientis ac
finalis. Et nihil prohibet immo fit ſæpe, quòd
aliquid altero ſit prius & poſterius, ſecundū
diuerſum & diuerſum genus cauſæ: ſicut pur
gatio eſt cauſa ſanitatis in genere cauſæ efficiē
tis, ſanitas uerò eſt cauſa purgationis ſecun-
dum genus cauſæ finalis: ſimiliter etiam ma
teria, cauſa eſt formæ aliquo modo, inquan-
tum ſuſtinet formam, & forma eſt aliquo mo
do cauſa materiæ, inquantum dat materiæ eſ-
ſe actu. Verùm illud eſt dicendum ſimplici-
ter prius in ordine naturæ, quod eſt prius ſe-
cundum genus illius cauſæ, quæ eſt prior in
ordine uocatæ cauſalitatis: ſicut finis qui di-
citur cauſa cauſarum, quia à cauſa finali om-
nes aliæ cauſæ recipiunt ut ſint cauſæ, quia ef-
ficiens non agit niſi per finem, & ex actione

efficientis, forma perficit materiam, & ma- G
teria ſuſtinet formam. Porrò quòd expulſio
formæ contrariæ præcedētis teneat ſe ex par
te materiæ, inquantum eſt aut eſſe debet cau
ſa materialis reſpectu formæ uenientis aut
uenturæ, ex eo conſtat quòd materia nun-
quam eſt diſpoſita ad ſuſceptionem formæ ue
nientis, niſi ſit denudata à forma contraria
præ exiſtente. Quam ob rem denudatio ma-
teriæ à forma antiqua, quæ eſt expulſio talis
formæ, eſt quædam materialis diſpoſitio, ut
materia ſit apta ad recipiendum formam no-
uam: quandoquidem non habet potentiam
naturalem, ut ſimul ſit ſub duabus formis op
poſitis; quanquam ſimul habeat naturalem
potentiam, ut ſit diuiſim ſub omnibus for-
mis ſibi poſsibilibus. De gratiæ autem infu-
ſione quòd illa ſe teneat ex parte cauſæ efficiē
tis, non poteſt eſſe dubium apud uiros do-
ctos: ſignificatur enim ut actio, non ut ex-
pulſio: quia ſignificatur ut progreſsio de non
eſſe ad eſſe, affirmatiuè, & poſitiuè. Vnde
generatio dicitur, non corruptio: creatio e-
tiam, non annihilatio: ſicut calefactio, deal
batio, illuminatio, & ſimilia omnia. Itaque
ſicut expulſio tenebræ in aere, tenet ſe ex
parte cauſæ materialis, in quantum eſt quæ-
dam diſpoſitio ex parte materiæ requiſita ut
lumen recipiat: illuminatio autem tenet ſe
ex parte cauſæ efficientis, in quantum eſt H
quædam actio qua illuminans illuminat. Sic
remiſsio peccati tenet ſe ex parte cauſæ mate
rialis, ob eandem rationem; infuſio uerò
gratiæ tenet ſe ex parte agentis infundentis,
quemadmodum eadem quoque ratio demō-
ſtrat. Ergo quando iuſtificatur impius, ibi
unus motus eſt de peccatore ad iuſtum, quia
eſt tranſitus de ſubiecto in ſubiectum, ſcili-
cet de termino à quo affirmatiuè ſignificato,
ad terminum ad quem affirmatiuè ſignifica-
tum: ſed ſunt ibidem mutationes duæ, alte-
ra infuſio gratiæ quæ dicitur generatio ob id
quod eſt mutatio de negatiuo in affirmatiuū,
uidelicet de non eſſe gratiæ ad eſſe gratiæ: al-
tera remiſsio culpæ quæ dicitur corruptio
ob id quod eſt mutatio de affirmatiuo in ne-
gatiuum, ſcilicet de eſſe peccati ad non eſſe
peccati. De his uerò duabus mutationibus,
dum homo de peccatore fit iuſtus, in genere
cauſæ efficientis, prior eſt infuſio gratiæ, &
poſterior remiſsio culpæ: omnino quemad-
modum dum homo de iuſto fit peccator, in
genere cauſæ efficientis, prior eſt introdu-
ctio culpæ, & poſterior expulſio gratiæ.
Quanquam tamen utrobique, uice uerſa, fit
dicendum, in genere cauſæ materialis: nam
ſecūdum iſtud genus, dum homo de peccato-
re fit iuſtus, prior eſt remiſsio culpæ quàm
in-

A infuſio gratiæ: & dum homo de iuſto fit peccator, prior eſt expulſio gratiæ quàm introductio culpæ. Non eſt res iſthæc multum facilis intellectu, ſed ſatis manifeſtè declaratur per ſimilitudines naturales ex aliis transmutationibus quas ab oppoſitis, in oppoſita quotidie uidemus fieri: in omnibus enim eſt eadem ſpeculatio, & per determinationem unius determinantur, intelliguntur, atque ſoluuntur omnia. Hæc ſunt de genere illorũ, ad quorum intelligentiam plenam, uel propriam, uel accommodatam, oportet habere naturalem ſcientiam: alioquin qui non intelligit, credat, ut intelligat. Multa benè dicit Alexander de Ales, circa hanc materiam, de infuſione gratiæ & remiſſione culpæ: cuius tamen dicta, in caput ſequẽs reſeruantur.

Alexan. de Ales.

Oſtenditur quam culpam expellat gratia gratum faciens, quomodo agat circa illam: cum incipit eſſe gratia in anima, & cum deſinit eſſe culpa: et continuantur præcedentia, de prioritate aut poſterioritate infuſionis gratiæ atque expulſionis culpæ.

CAP. VII.

ERGO gratia gratum faciens ſiue naturaliter, ſiue legaliter, hoc eſt, ſiue ex natura rei, ſiue ex ordinatione & B lege diuina, mortali culpæ opponitur: illamq́; expellit, ſicut oppoſitum expellit oppoſitum. Expellit autem gratia culpam nõ quidẽ per modũ cauſæ efficientis, ſeu efficiẽter, ſed bene quidẽ per modũ cauſæ formalis ſeu formaliter: oĩno ſicut quæuis forma expellit à ſubiecto priuationem uel formam ſibi oppoſitam. Vnde cùm gratia non poſſit ullo modo expellere culpam niſi quando ipſa gratia eſt, & cùm gratia & culpa non poſſint ſimul eſſe; quia ſunt oppoſita: ſequitur euidenter, quòd gratia non expellit culpam quæ eſt, ſed culpam quæ non eſt, prius autẽ erat. Eſt enim magna differẽtia inter cauſam efficientem & formalem, in modo expellendi oppoſitum. Quãdoquidem cauſa efficiens ut efficienter aut effectiuè deſtruat ſuum oppoſitum aut contrarium, oportet ut agat circa ipſum ad eius expulſionem ſeu deſtructionem: ſicut ignis exiſtens, agit in aerem exiſtentem ad corruptionem ipſius, & uniuerſaliter calidum in frigidum, & frigidum ſimiliter in calidum, atque eodem modo cuncta alia effectiuè ſeu efficienter ſeſe expellentia. Talia nãque oppoſita niſi ſimul eſſent, imuio etiam niſi ſe tangerent contactu Phyſico aut uirtuali, non haberent pugnam inter ſe, neque ageret alterum ad corruptionẽ alterius: unde ut bellum habeant, oportet quòd ſimul C ſint, & ſe tangant. Cauſa autem formalis, ut formaliter expellat à ſubiecto oppoſitam ſormam, nullo modo poteſt agere circa illam, quia non poteſt agere niſi prius natura ſit, quando uerò ipſa primùm, eſt iam forma, oppoſita non eſt: alioquin oppoſita eſſent ſimul in eodem ſubiecto, quod certè eſſe nequit. Ecce manifeſtum eſt quòd calidum agit in frigidum & cum illo pugnat, ut ab eo expellat frigus & introducat calorem & tamdiu inter calidum & frigidum durat pugna, quouſque aliquod illorũ, uerbi gratia, calidum uincat, frigus expellat, & calorem introducat, atque calidum faciat ex frigido. Ex quo autem calor introductus eſt, uictoriam habet calidum, & quieſcit, neque amplius pugnat: ſed mox calor introductus, expellit frigus formaliter à ſubiecto, quia eſt forma oppoſita frigori, qua durante in ſubiecto non poteſt in eo eſſe frigus. Sic eſt in propoſito, Deus optimus maximus quia iuſtificat efficienter, & ut cauſa efficiens, agit quidem circa peccatorem uocando illum, excitando, illuminãdo, præparando, ut illum de peccatore faciat iuſtum, ſicut ignis nititur ut efficiens, de frigido facere calidum: ex quo autem homo conſentit Deo uocanti, præuenienti, præparanti, dat illi Deus gratiam gratum facientẽ, quæ poſita iam non inuenit culpam in animam, ſed iuſtificat animam formaliter à culpa D quæ antea fuit, ſicut calor recens introductus, expellit formaliter frigus quod erat antea, & formaliter facit calidum. Itaque gratia gratum faciens, formaliter iuſtificat animam à culpa, non à culpa quæ cum illa ſimul in eadem anima fuiſſet unquàm, ſed à culpa quæ in anima immediatè fuerat, quando gratia ipſa uenit: atque ipſam talem culpam quæ immediatè antea erat, formaliter expellit gratia. Sicut calor adueniens ſubiecto expellit quidem formaliter frigus, non quod tunc eſt, quia ex quo calor eſt, frigus non eſt, quia calor & frigus ſimul eſſe non poſſunt: ſed quod immediatè antea fuit. Cæterùm de iuſtificatione peccatoris agentes, hoc non parum animaduertere debemus, quo etiam aliunde differenter de infuſione gratiæ & de expulſione culpæ loquamur, Siue enim ex natura rei, ſiue ex ordinatione & lege diuina, gratia & culpa immediatè opponantur circa filios Adæ; ita ut neque ipſa ſimul eſſe poſſint in eadem anima, neque anima ulla eſſe poſſit ſine altero horum. Hinc fit quòd cum demus primum inſtans eſſe gratiæ, quo gratia eſſe incipit, non tamen damus nec dare poſſumus ultimum inſtans eſſe culpæ, quo culpa eſſe deſinit. Aut enim ultimũ

Lib. 1. *Diſt.* 9.

A oppoſitis contrariè transmutationem adinuicem habentibus, ſecundum potentiam diuinam nullus eſt ordo naturæ, quia quælibet illarum mutationum poteſt eſſe ſine alia. Nam exempli cauſa, expulſio frigiditatis, poteſt eſſe ſine inductione Caloris. Poteſt enim Deus cõcurrere ad expulſionem frigoris ab aliquo ſubiecto, & non concurrere ad introductionẽ caloris: & è conuerſo. poteſt Deus introducere calorem, in aliquod ſubiectum, ſine expulſione frigiditatis. Poſſunt enim qualitates cõtrariæ ineſſe eidem ſubiecto per potẽtiam diuinam, quia hoc nullam includit contradictionem; quamuis contrarias propoſitiones eſſe ſimul ueras, infert contradictoria ſimul eſſe uera. Si tamen teneretur illa opionio, quòd qualitates contrariæ non poſsent ineſſe eidem ſubiecto per diuinam potentiam: tunc prior eſſet unius formæ expulſio, quam introductio ſui contrarii: quia illa poſset eſſe ſine illa, & non è conuerſo. Poſſet enim Deconcurrere ad expulſionem ſeu corruptionem frigiditatis, & non concurrere ad generationem caloris in eodem ſubiecto: & tũc ſubiectum illud nec eſſet calidum, nec frigidum: & hoc in qualitatibus ſecundis naturaliter fieri poteſt, ut in coloribus, albedine & nigredine. Non enim oportet quòd expulſa

B albedine, introducatur nigredo: quia poteſt induci, color medius. Sed in oppoſitis priuatiuè circa ſubiectum ſuſceptibile ubi fit regreſſus ab uno in ſuum oppoſitum; & uniuerſaliter in oppoſitis negatiuè cõtradictoriè inter expulſionem unius & introductionẽ alterius oppoſitorum, non eſt ordo naturæ: quia ſicut non poteſt amoueri cæcitas niſi reſtituto uiſu, ita nec reſtitui uiſus, niſi remota cæcitate, ſaltem ubi fuit cæcitas: Aliàs poteſt, ut in generatione animalium uidentium, uiſus inducitur, & non expellitur cæcitas quæ non præceſſit: In contradictoriè oppoſitis manifeſtũ eſt, quia ſimul ſunt remouere non eſſe calidũ, & inducere eſſe calidum. Sed ad propoſitum, in his quæ opponuntur non formaliter & intrinſecè ex natura rei ut gratia & culpa, ubi nullum abſolutum in uno repugnat abſoluto in alio, ſed opponuntur ſolùm ex inſtitutione diuina, quia ſua uolũtate ordinauit, quòd quicunque haberet culpam mortalem, eſſet indignus uita æterna, & quicunque haberet gratiam, eſſet dignus uita æterna: Et hac ordinatione ſtante, non poſſunt ſimul eſſe gratia & culpa: quia aliàs ſi ſimul ſtarent, idẽ eſſet indignus uita æterna & dignus ea: quod implicat, quia indignus capitur negatiuè, id eſt, non dignus: & per conſequens dũ introducitur gratia, neceſſario expellitur culpa. Verùm hæc ordinatio Dei, continges eſt; & eam Deus mutare poſſet, ſi uellet. Et de illis dicendum quòd

C ſimpliciter loquendo, nec expulſio culpæ, eſt prior natura infuſione gratiæ, nec è conuerſo: quia per diuinam potentiam culpa & gratia poſſunt eſſe ſimul, & una ſine altera: quia Deus poteſt peccatori dare gratiam ſine remiſsione pecccati, & peccatum remittere ſine infuſione gratiæ, ut dictum eſt, Stante tamen ordinatione diuina, ſic infuſio gratiæ eſt prior remiſsione culpæ, quia remiſsio culpæ non fit ſine infuſione gratiæ: ſed bene è conuerſo, gratia infundi poteſt ſine remiſsione culpæ; poteſt enim infundi ei qui non habet culpam, ut ſupra exemplificatum eſt de Chriſto, Maria Virgine, & angelo. Sed ubi præceſſit culpa, neutra harum mutationum poteſt fieri ſine alia; & ideo quantũ ad hunc qui fuit peccator, neutra eſt prior alia: quia ſeparari nõ poſſunt, ſaltem loquendo de prima gratia, & in iuſtificatione impii, aut in lapſu iuſti. Nã iuſto poteſt augeri gratia per infuſionẽ noui gradus gratiæ, ſine expulſione culpæ: & ita in iuſtificatione impii (de quo nunc ſermo) non eſt ordo naturæ inter expulſionem culpæ, & infuſionem gratiæ: ſed ſunt ſimul. Hæc ille. Qui in eodem loco ſibi ſtatim obiicit, quòd prior ſit in fuſio gratiæ quàm expulſio culpæ; quia illud eſt cauſa huius, ergo & prior cauſalitate. Reſpondet, quòd gratia non eſt cauſa

Ibidem. *Art.* 11

D propriè dicta effectiua remiſsionis, ſed Deus: quia cùm remiſsio culpæ, non ſit aliud quàm ordinatio eius ad uitam, qui fuit ordinatus ad mortem: illa ordinatio non fit per gratiam, ſed per Deum, qui etiam ſic ordinando infundit gratiam: & ideo non eſt prior cauſalitate gratiæ ĩfuſio, culpæ remiſsione. Et eſto quòd concederetur quòd aliquo modo, gratiæ infuſio, eſſet cauſa expulſionis in aliquo genere cauſæ, tamen non poteſt dari uel aſsignari inſtans illius prioritatis: quia illud ſignum prioritatis nec eſſet gratia, nec culpa: & quicquid eſſe diceretur in illo priore, nõ eſſet actus pœnitentiæ formatus, quia in illo non eſſet ſimul actus pœnitentiæ, gratia & culpa; quod tamẽ ſequeretur ſi tale ſignum eſſet dabile, ut ſatis probatum eſt in primo. Hæc ille. Sanctus Thomas generaliter docens, aſſerit quòd in motibus ſucceſsiuis recedere à termino, eſt prius tempore quàm peruenire ad terminum, & prius natura, quantum eſt ex parte ſubiecti, ſine ſecundum ordinem cauſæ materialis: Sed ſecundum ordinem cauſæ agentis & finalis, prius eſt peruenire ad terminum; hoc enim eſt, quod primò agens intendit. Alibi antem cùm particularius de his diſſerat idem doctor ſanctus, concedit quòd ad remiſsionem culpæ, quæ eſt iuſtificatio impii, requiritur gratiæ infuſio: & rurſus quòd remiſsio peccatorum,

S. Tho. Part. 3. *quæſt.* 85. *Art.* 6. *Ad* 2.

Idem au ctor. Prim. 2. *quæſt.* 113. *art.* 2.

E rum, debeat numerari inter ea quæ requirun tur ad iuſtificationem impii. Ex quibus duobus neceſſe eſt, ut concedat tanquam tertium & conſequens, aliam mutationem eſſe infuſio nem gratiæ, & aliam mutationem eſſe remiſſionem culpæ: quod etiam manifeſtè concedit in eodem loco, exemplo generationis & corruptionis in rebus naturalibus. Ait enim, Gratiæ infuſio & remiſsio culpæ dupliciter conſiderari poſſunt. Vno modo ſecundum ſubſtantiam actus, & ſic idem ſunt: eodem enim actu Deus & largitur gratiam, & remittit culpam. Alio modo poſſunt cõſiderari ex par te obiectorum, & ſic differunt ſecundum differentiam culpæ quæ tollitur, & gratiæ quæ infunditur. Sicut etiam in rebus naturalibus, generatio & corruptio differunt, quamuis generatio unius ſit corruptio alterius. Hæc ille. Et conſtat apud ipſum, quòd poſt peccatum Adæ, circa omnes Adæ filios, qui in ipſo peccauerunt, gratia & culpa ſunt oppoſita immediata: ut non poſsit eſſe unus homo cum utroque propter oppoſitionem, nec poſsit eſſe aliquis homo ſine altero propter immediationem. Agens autem de ſucceſsione oppoſitorum in eodem ſubiecto, oppoſitorum uide licet, aliorum, & horum, dicit. Succeſsio duorum oppoſitorum in eodem ſubiecto, aliter eſt conſideranda in his quæ ſubiacent tempori, & aliter in iis quæ ſunt ſupra tempus. In his

Ibidem. Art. 6.

Vbi ſtatī ad 2. argum.

Vbi ſup. queſt. 113. art. 2. in corpore, & ad 2. arg. Vbi ſup. art. 7. ad 5. arg.

F enim quæ ſubiacent tempori, non eſt dare ul timum inſtans in quo forma prior ſubiecto in eſt; eſt autem dare ultimum tempus, & primũ inſtans in quo forma ſubſequens ineſt materiæ uel ſubiecto. Cuius ratio eſt, Quia in tempore non poteſt accipi ante unũ inſtans aliud inſtans præcedens immediatè, eo quòd inſtãtia non conſequenter ſe habent in tempore, ſicut nec puncta in linea, ut probatur in ſexto Phyſicorum, ſed tempus terminatur ad inſtans; & ideo in toto tempore præcedẽti quo aliquid mouetur ad unã formam, ſubeſt formæ oppoſitæ, & in ultimo inſtanti illius temporis, quod eſt primum inſtas ſequentis temporis, habet formã quæ eſt terminus motus. Sed in iis quæ ſunt ſupra tempus, aliter ſe habet: ſi qua enim ſucceſsio ſit ibi affectuum uel intellectualium conceptionum (puta in angelis) talis ſucceſsio non menſuratur tempore continuo, ſed tempore diſcreto: ſicut & ipſa quæ menſurantur non ſunt cõtinua, ut in primo habitum eſt. Vnde in talibus eſt dandum ultimum inſtans in quo primum fuit, & primum inſtans in quo eſt id quod ſequitur. Nec oportet eſſe tempus medium, quia nõ eſt ibi continuitas temporis, quæ hoc requirebat Mens autem humana quæ iuſtificatur, ſecundum ſe quidem eſt ſupra tempus, ſed per accidens ſubditur tempori, inquantum ſcilicet intelligit cum continuo & tempore, ſecundum phantaſmata in quibus ſpecies intelligibiles conſiderat, ut in primo dictum eſt. Et ideo iudicandum eſt ſecundum hoc de eius mutatione ſecundum conditionem motuum temporalium; ut ſcilicet dicamus, quòd non eſt dare ultimum inſtans in quo culpa infuit, ſed ultimum tempus: Eſt autem dare primum inſtans in quo gratia ineſt, in toto autem tempore præcedẽti inerat culpa. Hæc ille. Qui particularius agens de his mutationibus inuicẽ comparatis, ait, Naturali ordine, primum in iuſtificatione impii eſt gratiæ infuſio, ſecundũ eſt motus liberi arbitrii in Deum, tertium uerò eſt motus liberi arbitrii in peccatum, quartum uerò & ultimum, eſt remiſsio culpæ, ad quam tota iſta tranſmutatio ordinatur ſicut ad finem, ut dictũ eſt. Hæc ille. Obiecerat contra ſuam determinationem hanc, quòd prius eſt recedere à malo quàm accedere ad bonum, ſecundum illud pſalmi, Declina à malo & fac bonum, ſed remiſsio culpæ pertinet ad receſſum à malo, infuſio autem gratiæ pertinet ad proſecutionem boni, ergo naturaliter prius eſt remiſsio culpæ, quàm infuſio gratiæ. Reſpondet, Receſſus à termino, & acceſſus ad terminum dupliciter conſiderari poſſunt. Vno modo ex parte mobilis, & ſic naturaliter receſſus à termino præ cedit acceſſum ad terminum: prius enim eſt in ſubiecto mobili oppoſitum quod abiicitur, & poſtmodum eſt id quod per motum aſſequitur mobile. Sed ex parte agentis, eſt è conuerſo. Agens enim per formam quæ in eo præexiſtit, agit ad remouendum contrariũ: ſicut Sol. per ſuam lucem agit ad remouendum tenebras. Et ideo ex parte Solis prius eſt illuminare, quàm tenebras remouere: ex parte autem aeris illuminandi, prius eſt purgari à tenebris, quàm conſequi lumen ordine naturæ, licet utrunque ſit ſimul tempore: Et quia infuſio gratiæ & remiſsio culpæ dicuntur ex parte Dei iuſtificantis, ideo ordine naturæ, prior eſt gratiæ infuſio, quàm culpæ remiſsio. Sed ſi ſumantur ea quæ ſunt ex parte hominis iuſtificati, eſt è cõuerſo: prius eſt ordine naturæ liberatio à culpa, quàm conſecutio gratiæ iuſtificantis. Vel poteſt dici, quòd termini iuſtificationis, ſunt culpa ſicut à quo, & iuſtitia ſicut ad quem: gratia uerò eſt cauſa & remiſsionis culpæ, & adeptionis iuſtitiæ. Hæc ille. Itaque infuſio ſeu introductio gratiæ & expulſio culpæ, duæ mutationes ſunt: illa acquiſitiua, hæc deperditiua: illa acquiſitiua unius oppoſiti, hæc expulſiua alterius; quia gratia & culpa, ſunt duo oppoſita. Non ſunt autem illæ mutatioues, ſicut introdu-

G

Vbi ſup. art. 8.

Vbi ſtatī. ad 1. arg.

H

ctio

A ctio caloris & expulſio frigoris: quia calor & frigus, ſunt oppoſita poſitiua, gratia uerò & peccatum non, ſed gratia eſt oppoſitum poſitiuum, peccatum uerò non ita. Nec ſunt illæ mutationes ſicut productio albi & corruptio non albi: quia album & non album ſunt oppoſita negatiuè, ſeu contradictoriè, ſicut homo & non homo: quod non ita eſt de gratia & culpa. Sed ſunt illæ duæ mutationes, ſicut introductio luminis & expulſio tenebræ, uel potius ſunt, ut conſtat ex dictis, ſicut introductio luminis & expulſio umbræ: quia gratia & peccatum opponuntur priuatiuè, ſicut lux & tenebra, uel potius ſicut lux & umbra: quæ utique non poſitiuè, nec negatiuè, ſeu contradictoriè, ſed priuatiuè opponuntur, ut eſt notiſsimum. Duæ igitur mutationes ſunt, infuſio gratiæ & remiſsio culpæ. An habent ordinem inter ſe, prioritatis & poſterioritatis? Habent quidem ſecundum naturæ ordinem, non ſecundum tempus. Quæ illarum mutationum eſt prior? Iam ſatis dictum eſt. Quicquid dicat Gabriel, obiiciat, aut ſoluat: quicquid ſit de potentia Dei abſoluta, aut quicquid eſſe poſsit; ſimpliciter loquendo, In genere cauſæ efficientis, prior eſt infuſio gratiæ; In genere autem cauſæ materialis, prior eſt remiſsio culpæ. Secundum legem datam, & ordinatam poten-

B tiam; atque ſecundum quòd fit communiter in iuſtificatione impii, per gratiæ infuſionē, & culpæ remiſsionem. Alexander de Ales agens de numero & ſufficientia eorum quæ requiruntur ad iuſtificationem impii, quatuor nominat & numerat neceſſaria & requiſita; ea ſunt, Motus liberi arbitrii, Infuſio gratiæ, Contritio, Remiſsio peccati. Obiicit autem contra ſe, dicens, Si infuſio gratiæ aliquam hic habet neceſsitatem, hoc eſt propter eius operationem in anima. Sed non operatur quando non eſt; hoc patet per ſe, & per beatum Diony. in Eccleſiaſtica Hierarchia de baptiſmo: ergo quando eſt. Sed ſuū eſſe eſt ineſſe ſubiecto; cum autem non eſt, conſtat quòd non agit in proprio ſubiecto, ſcilicet in anima; nec cum ineſt, ineſt culpa: ergo non agit in culpam: ergo non eſt neceſſaria eius infuſio, maximè ad iuſtificationē. Hæc ille, obiiciendo. Reſpondet, ſoluendo. Dicendum quòd licet in iuſtificatione non agat (gratia, de qua erat ſermo) in ſubſtantia animæ, tamen agit in ipſa delendo culpā formaliter loquendo, & habilitando ad bonum. Ad hoc quod obiicitur, quòd quando ineſt, non ineſt culpa, & ita non agit in culpam, &c. Dicendum quòd ſimul tempore ineſt, & expellit culpam: non tamen ineſt, priuſquàm culpam expellit. Secūdum enim

Alexan. de Ales. Part. 4. quæſt. 72. Memb. 4

Ibidem.

Ibidem.

ordinem naturalis intelligentiæ, primò eſt à ſua cauſa, ſcilicet Deo, ſecundò culpam expellit, tertiò animam informat. Simul tamen infunditur gratia & expellitur peccatū. Aliter enim eſt in illis quæ ſubitò fiunt, & ſucceſsiuè. In illis enim quæ ſucceſsiuè induentur, prius expellitur unum contrarium, quàm aliud generetur, ſed ubi ſubitò eſt inductio alicuius in eſſe, ſimul tempore poteſt eſſe generatio unius, & corruptio alterius. Et ſic eſt hic, Quia non eſſe peccati, eſt ex præſentia gratiæ, Hæc ille. Idem doctor agens de ordine eorum quæ requiruntur ad iuſtificationem impii, quærit, Vtrùm gratia præcedat peccati expulſionem? Et ſoluens, inquit. De hoc problemate tractum eſt ſupra: ubi actum eſt de gratia pœnitentiæ: ubi dictum eſt, quòd gratia poteſt cōſiderari dupliciter, Vno modo ut extollens uitia, ſiue peccata ab anima; Alio modo ut ſui inhærentia perficit animam, & eſt habitus animæ. Vt autem eſt tollens peccata, ſic naturà præcedit infuſio gratiæ, ablationem culpæ; in quantum conſideratur ut habitus perficiens animam pœnitentis, ſic expulſio uitii præcedit infuſionem gratiæ. Hæc ille. Ponit in eodem loco nonnulla dicta aliorum doctorum alio modo ſentientium. Sed in ſua ſententia manet fixus, quòd gratia in eodem inſtanti culpā expellit & animā informat, licet prius D natura culpam expellat, quàm animam informet. Guillelmus Altiſsiodorenſis in ſua ſumma, agens de iuſtificatione impii, Primùm quidem ponit opinionem quorundā doctorum dicentium, remiſsionem peccatorum, præcedere infuſionem gratiæ, pro illaq; adducit multas rationes, & graues. Deinde autem aſſerit quòd infuſio gratiæ præcedit remiſsionem peccatorum, ſicut cauſa ſuum effectum, idque probat etiam rationibus multis, & hoc tenet. Quærens autem in quo inſtanti remittatur peccatum, Dicit, Cōſtat quòd in inſtanti infuſionis gratiæ. Docetque bene, quòd gratia expellit peccatum per modum agendi, non quo gratia agit in peccatum, ſed quo Deus agit in animam. Additque, Dum enim Deus infundit gratiam, agit in animam. Gratia uerò non propriè agit ſed Deus per gratiā expellit peccatū propriè. Non enim forma agit propriè, ſed per formā aliquid agit. Infuſio ergo qua Deus infundit gratiam, eſt expulſio qua Deus expellit peccatum: quoniam infuſio gratiæ, facit ut tunc primò non inſit peccatum. Nec ualet hæc argumentatio, Peccatum expellitur, ergo peccatum eſt: potius enim theologicè concludēdo deberet inferre, Ergo peccatum non eſt. In naturalibus enim non teneret talis argumen-

Part. 4. Qua. 73. Memb. 1 art. 3.

Guillelm. Altiſſ. Lib. 3. tract. 2. quæſt. 1.

Ibidem. queſ. 4.

E mentatio, immo ſic deberet naturaliter inferre, hoc expellitur, ergo partim eſt, partim non eſt. Theologicè autem ſic, Hoc expellitur, ergo hoc non eſt. Expulſio autem & paſſio peccati, idē eſt quod infuſio paſsio qua infunditur gratia: Sed dicitur illa infuſio paſsio, propter ſuſceptionem gratiæ prius non habitæ; expulſio autem peccati dicitur, ex hoc quòd per eam efficitur, quòd tunc primò nō inſit peccatum mortale. Sicut cùm aliquid efficitur album, eo ipſo fit, ut non ſit nigrum. Hæc ille.

Scotus. Lib.1. Diſt.17. queſt. 2. art.1. agens contra concluſionē Magiſtri ſentent. Et lib.4. diſt.16. queſt.2.

SCOTVS ut apparet in dictis eius, quæ explicat non ſemel, tenet, uel quidem tenere uidetur in nonnullis locis, quòd prius natura Deus remittit offenſam peccatori, quàm det ei gratiam. Quidem autem hæc ſua determinatio, ut eum potius conformen quàm oppoſitum aliis doctoribus faciamus, intelligenda eſt ſecundum modum hactenus per multa & ex multis auctoribus poſitum atque declaratum: ut iuxta ſententiam aliorum intelligat ipſe prius natura eſſe remiſsionem offenſæ ſeu peccati quàm infuſio gratiæ, in genere cauſæ materialis. Quia utique actus actiuorum, ſunt in patiente diſpoſito: remiſsio autem peccati ſeu peccati expulſio, quod idem eſt, eſt quædam diſpoſitio ſubiecti ſeu profectò pertinet ad diſpoſitionem ſubiecti, ipſi ſubiecto neceſſariam ut gratiā gratum facientē F recipiat. Alioquin niſi ipſum ſubiectum à peccato denudetur aut purgetur, gratiam huiuſmodi non recipiet: quia non poteſt ipſa gratia cū peccato mortali eſſe ſimul per aliquod tempus, nec per inſtans. Bene profectò dixit ſanctus Thomas, Receſſus à termino, & acceſſus ad terminum, dupliciter cōſiderari poſſunt. Vno modo ex parte mobilis, & ſic naturaliter receſſus à termino præcedit acceſſum ad terminum: prius enim eſt in ſubiecto mobili oppoſitum quòd abiicitur, & poſtmodum eſt id, quod per motum aſſequitur mobile. Sed ex parte agentis eſt è conuerſo. Agens enim per formam, quæ in eo præexiſtit, agit ad remouendum contrarium; ſicut Sol per ſuam lucem, agit ad remouendum tenebras. Et ideo ex parte Solis, prius eſt illuminare, quàm tenebras remouere: ex parte autem aeris illuminandi, prius eſt purgari à tenebris, quàm conſequi lumen ordine naturæ, licet utrunque ſit ſimul tempore. Et quia infuſio gratiæ & remiſsio culpæ dicuntur ex parte Dei iuſtificantis, ideo ordine naturæ, prior eſt gratiæ infuſio quàm culpæ remiſsio. Sed ſi ſumantur ea quæ ſunt ex parte hominis iuſtificati, eſt è conuerſo: nam prius eſt ordine naturæ liberatio à culpa, quàm conſecutio gratiæ iuſtificantis. Hæc ille.

S.Tho. Prim. 2. queſt.113. art.8. ad 1.arg.

Oſtenditur quadruplicem eſſe iuſtificationem, prout quatuor modis agimus de iuſtificatione hominis, iuxta diuinas ſcripturas: & ſecundum eas probatur manifeſtè, omnem hominem iuſtum, habere in ſe formalem quandam iuſtitiam ſibi inhærentem. G

CAP. VIII.

SECVNDVM recentiores doctores ex diuinis ſcripturis diſſerētes ac pertractantes; nomen iuſtificationis, ſeu iuſtificatio hominis, trifariā accipitur. Primùm pro ut iuſtificatio, ſimpliciter eſt acquiſitio iuſtitiæ, ſeu formalis gratiæ gratū facientis, qua homo à peccatis formaliter iuſtificatur: uelut dum homo de non iuſto, fit iuſtus. Secundò pro ut iuſtificatio, eſt acquiſitio augmenti iuſtitiæ: ſicut dum homo de iā iuſto, fit magis iuſtus, non quaſi nunc acquirat iuſtificationem, ſed augmentum iuſtificationis: ſcilicet, augmentum iuſtificantis gratiæ. Ambo hi modi loquendi, ſunt proprii, amboq; ſunt communes, quo ad omnes formas quæ recipiunt magis & minus in ſuo eſſe, & acquiruntur per partes ſeu gradus. Sic enim conſueuimus propriè appellare calefactionem, & dum aliquid de nō calido fit calidum, & dum aliquid de calido fit magis calidum: calefactio enim actiuè ſumpta, propriè ſignificat inductionem ſeu productionem caloris, H ſicut calefactio paſsiuè, ſignificat caloris receptionem in quocunque gradu eius ſit: ſiue conſideretur ut incipiens à non gradu, ſiue ut incipiens uel continuans ab aliquo gradu certo, à primo, ſecundo, tertio, quarto, aut alio quouis, Denique quoties eſt motus ad calorem, eſt calefactio propriè dicta: eſt autem motus ad calorē, acquiſitio caloris, ſeu, quod idem eſt, caloris intenſio: nec refert à quo incipiat, ſed quid acquirat. Eſt calefactio, acquiſitiua caloris alteratio. Ita ſimiliter loquimur de frigefactione, de albatione, & aliis ſimilibus actionibus quæ ſunt ad qualitates corporales intenſibiles & remiſsibiles, primas, uel ſecundas: atque eodem modo proportionabiliter philoſophamur de actionibus quæ sūt ad qualitates ſpiritales animæ, quæ gradus habent, magisq; & minus recipiunt. Itaque propriè dicitur iuſtificatio, dum homo de non iuſto fit iuſtus, & dum homo de iuſto fit magis iuſtus: dum homo acquirit gratiæ primum gradum, & dum homo ſupra primum gradū acquirit gratiæ augmentum. Tertio modo dicitur iuſtificatio, dum aliquis uel à ſe, uel ab alio, dicitur, pronuntiatur, uel oſtenditur iuſtus: ueluti ſi quiſpiam dictis, factis, uel teſtimoniis, oſtēdatur, dicatur, aut pronuntietur

iuſtus

A iuſtus in aliquo negocio, ſeu in re aliqua. Omnes hos tres modos iuſtificationis, ſeu accipiendi iuſtificationem, explicat ſcriptura diuina. De primo, Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei: iuſtificati gratis per gratiã ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſsionem præcedentium delictorum, in ſuſtentatione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore: ut ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. Neque fornicarii, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. Ei autem, qui non operatur, credenti in eum qui iuſtificat impium. Et, Qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. De ſecundo, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Non verearis uſque ad mortem iuſtificari. De tertio, eſt quod de Legiſperito legimus apud Lucam, Ille autem uolens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum. Et quis eſt meus proximus: multi enim patrum intelligunt, quòd uolebat iuſtificare ſeipſum in faciem, hoc eſt, uolebat oſtendere ſe iuſtum quanquam & multi alii putât illum uoluiſſe iuſtificare ſeipſum ſecundũ ueritatem cũ quæreret quis eſſet proximus,

Rom. 3. *1. Cor. 6.* *Rom. 4. 6* *Apoc. 22* *Eccl. 18.* *Luca 10.* *Sic etiam intelligit Auguſt. in De Spiritu et lit. Cap. 26. tom. 3.*

B ut re uera diligeret proximum: quo facto, ſeipſum iuſtificaret. Qui diligit proximum, legem impleuit. De hoc tertio modo eſt præterea quod dicit ſapiens, Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt uterque apud Deum: quia immo rectè iudicando, & iuſtum iuſtificare, & impium damnare debemus: iuſtè proununtiando, neque peruertendo iudicium. Tale & illud eſt ad propoſitum, Si fuerit cauſa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quem iuſtũ eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabũt: ſcilicet oſtendendo illum iuſtum, & modo illum iuſtificando. Sic Dauid dixit Deo, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: id eſt, ut implẽdo promiſsiones tuas, iuſtus oſtendaris, iuſtusq; dicaris ab omnibus. Non enim aliter iuſtificatur Deus, niſi aut dum oſtenditur, aut dũ prædicatur iuſtus: ſicut non alio modo magnificatur, niſi aut dum oſtenditur, aut dum prædicatur magnificus: In ſeipſo nanque iuſtificari aut magnificari denouo, non poteſt: quia æternus eſt, actus purus, immutabilis, & infinitus. Ita Phariſæi auari iuſtificabant ſeipſos, oſtendentes ſe iuſtos, ſuamq; iuſtitiã

Prou. 17. *Deu. 25.* *Pſal. 50.*

C iactantes apud homines, quibus Saluator noſter dixit, Vos eſtis qui iuſtificatis uos coram hominibus, Deus autem nouit corda ueſtra: quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. His ergo tribus modis accipitur iuſtificatio, ſeu iuſtificationis nomen, apud diuinas ſcripturas: neque ullus de illis dubitare poteſt; ut pote, quòd omnes tres exprimuntur ſatis in ſcriptura diuina. Cæterum præter hos tres modos iuſtificationis, eſt adhuc quartus modus eius, quẽ non minus clarè ponunt diuina eloquia, non minus exprimunt, non minus commendât. Quis ille eſt? Acquiſitio uirtutum, ſeu operatio bonorum operum, fugaq; malorum. Virtutum enim acquiſitionem, ſeu bonorũ operum operationem & malorum fugam, diuina eloquia manifeſtè, ſanctiq; doctores conſtantiſsimè appellant iuſtificationẽ. Quidem nanque acquiſitio fidei, ſpei, charitatis, pœnitentiæ, cuiuſuis alterius uirtutis, quam homo acquirit credendo, ſperando, amando, pœnitendo, aut quouis modò alio uirtuosè operando, bonum faciendo, & à malo declinando, ſine dubio quædam eſt iuſtificatio: ſimul & illa obedientia erga Deum quam homo in ſeipſo format, & qua Deo obedire uult, ſeq; legi diuinæ conformare. Et hæc

Luca 16.

D nanq; magna uirtus eſt, quæ tum in charitate, tum in ipſa pœnitentia includitur quodãmodo: formaliter, uel uirtualiter. Quomodo poteſt homo diligere Deũ ſuper omnia, quod facit charitas, niſi formaliter uel uirtualiter proponat Deo ſuper omnia placere, & in nullo ei diſplicere? Quidem uel hoc eſt illud, uel ex illo ſequitur ſi aduertimus, & in Dei amore ſuper omnia manemus. Placet autem Deo, qui legem eius cuſtodit, diſplicet qui tranſgreditur: placet qui legem ſequitur, diſplicet qui tranſgreditur. Manifeſtæ ſunt ſcripturæ diuinæ hac de re. Pariter, quomodo poteſt homo præteritorum ſuorum malorũ pœnitentiã agere, niſi ſimul proponat, ſi aduertat, alia mala non committere? Illa eſt pœnitentia, Præterita mala deplorare, & deplorata iterum non committere: id eſt, præteritam malam odio proſequi, & futuram uitam bonam proponere, formaliter, uel uirtualiter. Ad propoſitum redeamus. Iuſtificatio quædam eſt, acquiſitio uirtutum, operatio bonorum operũ uirtuoſorum quibus uirtus acquiritur, facere bonum & declinare à malo. Eſt hic modus ualde differens à tribus primis, quia duo primi ſolummodo ſunt de acquiſitione eius rei quæ eſt gratia gratum faciens, donum ſpiritale creatum à ſolo Deo in anima, & tertius eſt de manifeſtatione ſeu commendatione iuſtitiæ: hic autem quartus modus

modus eſt de iuſtitiæ reali acquiſitione, quæ eſt per alia dona Dei à gratia gratum faciente realiter diſtincta. Veluti dum acquirimus fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, dum bona facimus, aut mala declinamus. Sed nihilominus eſt hic modus iuſtificationis in diuinis ſcripturis & ſanctis doctoribus plurimum commendatus. Secundum doctrinam Saluatoris noſtri apud Matthæum, bona opera hominis dicuntur iuſtitia eius qui operatur illa, uelut eleemoſyna, ieiunium, oratio, omniſq; obſeruatio mandatorum: & rurſus ſecundum communem acceptionem omnium, omnis uirtus, eſt quædam iuſtitia. Ergo per conſequens, Omnis uirtutum acquiſitio, omniſq; bonorum operum uirtuoſorum operatio, utique eſt iuſtificatio. Nequit enim fieri, ut acquiſitio iuſtitiæ nõ ſit iuſtificatio; & ſimul nequit fieri, ut qui iuſtitiam acquirit, non iuſtificetur: omnino ſicut nequit fieri ut acquiſitio caloris, non ſit calefactio uel qui calorem acquirit, non calefiat. Itaque ſine dubio iuſtificatur, qui uirtutem acquirit, à malo declinat & bonum facit. Infra oſtenditur manifeſtè ſuo loco, quòd bona opera hominis quæ Deus præcipit aut con ſulit, habent nomen iuſtitiæ in diuinis ſcripturis: quamobrem etiam omnis habitus inde genitus, nomen habebit iuſtitiæ ſecundum eandem rationem. Secundum hanc ueritatem Euangelicam dixit diuus Iacobus, Abraham pater noſter non ne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt? Et ſuppleta eſt ſcriptura, dicẽs, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm? Hæc ille. Iuſtificatur ergo homo, dum bona facit opera; iuſtificatur inquam, ex operibus: ſic enim diuus Iacobus profitetur, non obſcuris ſed manifeſtis uerbis. Non ſolùm quia ipſa bona opera augent meritum, ſed etiam quia ipſa bona opera, quædam ſunt iuſtitia: iuſtitia enim quædam ſunt ſine dubio, ſi ſunt uirtuoſa. Omnis nanque uirtus, iuſtitia quædam eſt utiq; ſimul & quodlibet opus uirtuoſum, quod aptum natum eſt per frequentationem generare uirtutem. Manifeſtum eſt, poſſe homines aliquam facere ſeu operari iuſtitiam, ſic enim dixit diuus Petrus, In ueritate comperio, quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet eum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Et Ezechiel, Cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam ipſe animam ſuam uiuificabit. Cum receſſerit impius ab impietate ſua, feceritq; iudiciũ & iuſtitiam: uiuet in eis. Ecce ſine dubio aliqua iuſtitia eſt, quam operatur, uel operari poteſt homo. Quæ eſt illa? Non alia, quàm opera mandatorum uel conſiliorum Dei. Sic ergo homo iuſtificat quodammodo ſeipſum, ſi mandata Dei obſeruat, ſi bonum facit & à malo declinat: iuſtificatio quædam eſt bonorum operum operatio, uirtutumq; acquiſitio. Ita Eccleſiaſticus cùm prius dixiſſet, Peccantem in animam ſuãs iuſtificabit? tandem poſtea dixit, Ante mortem bene fac amico tuo, ſecundum uires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis à die bono, & particula boni diei non à te prætereat. Non'ne aliis relinquis dolores, & labores tuos? In diuiſione ſortis da, & accipe, & iuſtifica animam tuam. Ecce, iubemur iuſtificare animas noſtras; quidem, ut ex toto capitulo ipſo conſtat, non alio modo quàm faciendo bonum & declinando à malo: Vnde bonum facere & à malo declinare, ſicut in pſalmo legimus, duæ partes ſunt ex quibus conſlatur iuſtitia: Non tantùm iuſtitia quæ eſt ipſa gratia gratum faciens, quantum ea quæ eſt in ipſa uita hominis, quæ tunc quidem iuſta eſt abſolutè in hoc genere, quando homo & bonum facit, & à malo declinat. Quid enim amplius facere potuit, aut debuit? Mandata Dei dicuntur & ſunt iuſtificationes eius, ut ex pſalmo conſtat ampliſſimè: & rurſus opera mãdatorum, ſunt iuſta, ut ex ſeipſo eſt notiſſimum: fieri ergo non poteſt, ut qui in iuſtificationibus Dei & in rebus iuſtis exercetur, eo ipſo non magis iuſtificetur. Quomodo? Non ſolùm meritum gratiæ gratum facientis adaugendo, ſed quoque per acquiſitionem uirtutum & bonorum operum exercitium, iuſtitiam quandam ſeu quandam iuſtificationem acquirendo. Hoc eſt quod Apoſtolus dicit, Nõ enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Ecce non qui legem audiunt, ſed qui legem obſeruant, iuſtificantur: quia ipſa legis obſeruãtia, cuiuſdam iuſtitiæ eſt acquiſitio, ſimul & iuſtificatio. Nemo negare poteſt, quin duas iuſtitias diſtinguat Apoſtolus, alteram fidei, alteram operum: ſic enim docet ad Romanos, ad Galatas, ad Philoſophenſes: ubi illam quoque appellat iuſtitiam Dei, hanc autem noſtram, Neque omnem iuſtitiam operum abiicit ipſe, ſed eam ſolam quæ abolita eſt, quæ olim per opera legalium præceptorum erat, cæremonialium, uel iudicialium: nam quæ eſt per opera moralium præceptorum, uult ipſe Apoſtolus, prædicat, atque com-

Matt. 5. & 6.
Lib. 4.
F
Iacob 2.
Gen. 22.
Rom. 4.
Galat. 3
Ioſ. 2.
Act. 10.
Ezec. 18.
G
Ezec. 33.
Eccl. 10.
Eccl. 14.
H
Pſal. 118.
Rom. 2.
Rom. 10.
Galat. 3.
Philip. 3.
Rom. 2.

A commendat ualde. Dicit nanque, Non enim
Rom. 2. auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed fa-
1. Cor. 7. ctores legis iuſtificabuntur. Rurſus, Circun-
ciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed ob-
ſeruatio mandatorum Dei. Vnde dixit ad Ti-
Ad Titum 3. tum, Fidelis ſermo eſt, Et de his uolo te con
firmare, ut curẽt bonis operibus præeſſe, qui
credunt Deo. Non eſt ergo ignotum, Apo-
ſtolum duas illas poſuiſſe iuſtitias, ſeu duo il-
la genera iuſtitiarum, fidei, & bonorum ope
rum; conſtant enim uerba eius, nec uno lo-
co, quod quidem ſufficeret, ſed quoque mul
tis. Etenim contra eos qui iuſtitiam Dei quæ
eſt iuſtitia fidei ignorabant, & ſuam iuſtitiam
quæ eſt iuſtitia operum ſtatuere uolebant, di-
Rom. 10. xit, Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam om
Leuit. 8. ni credenti. Moſes enim ſcripſit, quoniam
Ezec. 20. iuſtitiam quæ ex lege eſt, Qui fecerit homo,
Deu. 30. uiuet in ea. Quæ autem eſt fide eſt iuſtitia, ſic
dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendet
in cœlum? ideſt, Chriſtum deducere. Aut,
Quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt, Chriſtũ
Philip. 3. à mortuis reuocare, & cætera. Idem. Se-
cundum iuſtitiam quæ in lege eſt, conuerſa-
tus ſine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra,
hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detri-
menta. Veruntamen exiſtimo omnia detri-
mentum eſſe propter eminentem ſcientiam
Ieſu Chriſti domini mei, propter quem om-
B nia detrimentum feci, & arbitror ut ſterco-
ra, ut Chriſtum lucrifaciam, ut & inueniar
in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex le
ge eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti, quæ ex
Deo eſt iuſtitia in fide, ad cognoſcendum il-
lum, & uirtutem reſurrectionis eius, etc.
Quòd ſi duas poſuit iuſtitias diſtinctas, alte-
ram fidei, alteram operum: ſine dubio per
conſequens, duas poſuit diſtinctas iuſtifica-
tiones. Vnaquæque enim iuſtitia, eo modo
quo eſt iuſtitia, iuſtificat habentem: nec po-
teſt iuſtitia non iuſtificare, ſicut non poteſt
albedo non dealbare. Acquiſitio ergo uirtu
tum, ſimul & operatio bonorum operum,
quædam eſt iuſtificatio, diſtincta ab illa iuſti-
ficatione quæ fit in anima formaliter per ac-
quiſitionem gratiæ gratum facientis. Noue-
runt antiqui patres, quòd per cognitionem
ueri Dei, per cultum eius, & per obſeruan-
tiam mandatorũ ipſius, iuſtificabantur òlim
quoque uiri ſancti, qui ſub lege naturæ ſan-
Euſebius cti fuerunt: ſic Euſebius & Ireneus latè do-
Ireneus. cuerunt, ut ſupra uidimus. Non intelligen-
tes ſolùm quòd per hæc illi gratiam gratum
facientem impetrabant, ſed etiam quòd hæc
habentem quodammodo iuſtificabant: ut po
te quòd iuſtitia quædã ſit Dei cognitio, Dei
cultus, Dei obedientia, fides, ſpes, chari-
tas, pœnitentia, omnis denique uirtus. Am

broſius in De uocatione Gentium oſtendens C
quòd Dei gratia humanam noſtram præpa- *Ambroſ.*
rat uoluntatem ad receptionem diuinorum,
tanquam acquiſitio uirtutum quædam ſit iu-
ſtificatio, ita incipit & continuat ſermonẽ,
Gratia quidem Dei in omnibus iuſtificatio- *Lib. 2.*
nibus principaliter præeminet, ſuadendo ex *Cap. 9.*
hortationibus, monendo exemplis, terren-
do periculis, incitando miraculis, dando in-
tellectum, inſpirando conſilium, corq; ip-
ſum illuminando & fidei affectionibus im-
buendo, Sed etiam uoluntas hominis ſubiũ-
gitur ei, atque coniungitur, quæ ad hoc præ
dictis eſt excitata præſidiis, ut diuino i le coo-
peretur operi, & incipiat exercere ad meritũ;
quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium:
de ſua habens mutabilitate ſi deficit, de gratiæ
opitulatione ſi proficit. Quæ opitulatio per
innumeros modos ſiue ocultos ſiue maniſe-
ſtos omnibus adhibetur, & quod à multis re
ſutatur, ipſorum eſt nequitiæ: quod autem
à multis ſuſcipitur, & gratiæ eſt diuinæ & uo
luntatis humanæ. Siue igitur initia, ſiue pro
fectus fidelium, ſiue uſque in finem perſeue-
rãtium cogitemus genus, nulla ſpecies cuiuſ-
quã uirtutis occurrit, quæ uel ſine dono diui
næ gratiæ, uel ſine conſenſu noſtræ uolunta-
tis habeatur. Ipſa enim gratia hoc omni ge-
nere medendi atque auxiliandi agit, ut in eo
quem uocat, primam ſibi receptricem & D
famulam donorum ſuorum præparet uolun-
tatem. Nam uirtus nolentium nulla eſt,
nec poteſt aſſeri, uel fidem, uel ſpem, uel
charitatem eis ineſſe, quorum ab his bonis cõ
ſenſus alienus eſt. Hæc ille. Ecce donationes
uirtutũ quas Deus Optimus nobis præſtat
nobis ſibi præparanti & uocanti cõſentientibus
bus atque cooperantibus, diuus Ambroſius
appellat iuſtificationes Dei: unde ſecundum
ipſum & ſecundum ueritatem, Deum nobis
uirtutes præſtare, eſt Deũ nos iuſtificare. Iu-
ſtificatio eſt, uirtutum donatio. Richardus à *Richar.*
ſancto Victore in Deciſione quorundam du-
biorum Apoſtoli, manifeſtè confitetur quòd
obſeruatio legis, eſt utique iuſtificatio homi-
nis. Verba eius ſunt, Sed item ne lex talis eſſe *Part. 2.*
putetur, quæ impleta iuſtificare non poſſit, *Cap. 2.*
ideo de eadem alio loco dicit, Non enim audi
tores, ſed factores legis iuſtificabuntur. Nam
ſiue concedatur, ſiue non concedatur, quòd
alicui homini tanta gratia uel danda ſit, quòd
eã implere poſſit, nihilominus tamen uerum
eſt, quòd eius impletio, ſit hominis iuſtifica-
tio. Hæc ille. Qui in toto illo capite id oſtendit
principaliter, primùm quòd ſola lex non po-
teſt uiuificare aut iuſtificare, quia ſola non po
teſt ſeruari: ſecundum, quòd lex ſeruata, iuſti
ficat. Primum probat per illud, Quoniam ex *Galat. 2.*

E operibus legis non iuſtificabitur omnis caro: atque per illud, Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Secundum autē probat ex illo, quòd Dominus de duobus *Luca 10.* maximis mādatis Legisperito dixit, Hoc fac, & uiues. Quod enim ex illo alio Domini uer- *Mat. 19.* bo probatur ſatis, Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata: non enim quiſquam ingreditur uitam, niſi iuſtus: habitat namque ibi iuſtitia, neque admittit ullam iniuſtitiam. Sic itaque determinat idem doctor eodem loco, & probat, quòd iuſtificat lex ſeruata: addens tamen id quod pariter eſt ueriſsimum, non poſſe ſeruari legem ſine gratia Dei per Chriſtum do- *Ad finē.* minum noſtrum. Vnde & in capite ſequenti ait, Quid enim rectius dicitur iuſtitia, quàm diuini mandati obſeruantia? Ecce obſeruantia mandati, iuſtitia quædam eſt: & iuſtificat lex ſeruata, uiuificatq;. Quartus ergo modus iuſtificationis, addendus eſt illis tribus præcedentibus, qui conſiſtit realiter & formaliter in acquiſitione uirtutum & operatione bonorum operum, in obedientia Dei & obſeruantia legis eius: quibus rebus homo diſponitur ad illam aliam iuſtificationem, quam Deus ſolus facit in homine condonando illi peccata ſua, ordinandoq; illum ad gloriam æternam: ſiue per gratiam increatam tantùm, ſiue per

F gratiam increatam & creatam ſimul. Neque ullum eſt periculum, ipſas uirtutes appellare iuſtitias, fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, obedientiam: omnia enim hæc ex gratia Chriſti ortum habent, per eius iuſtitiam habentur, & ad iuſtificationem gratiæ gratum facientis ordinantur, atque diſponunt. Chriſtus eſt pax noſtra, propitiatio, iuſtificatio, redemptio: & ipſius ſumus factura, creati in ipſo in operibus bonis, à quo habemus bonum cognoſcere, uelle, operari: credere, ſperare, amare, pœnitere; fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, omnemq; uirtutē. Conſtanter dixit Richardus loco ſuperius citato, Quid enim rectius dicitur iuſtitia, quàm diuini mādati obſeruantia? Vt autem iam ſæpe dictum eſt, ſi uirtutes ſunt quædam iuſtitia: profectò quidem uirtutum acquiſitio, eſt quædam iuſtificatio. Aut negabit aliquis fidē ipſam qua Deo tum narranti, tum promittenti credimus, & qua Chriſtiani ſumus, iuſtitiam quandam eſſe? Vtique quia ſcriptura diuina hoc confitetur, nullus Chriſtianus hoc negare poteſt: iuſtia enim eſt, & per acquiſitionem eius quodāmodo iuſtificamur, ſaltem initiatiuè. Multa de hoc extant teſtimonia, apud ſcripturas diuinas. Idem ergo de ſpe, idem de charitata, idem de pœnitentia, idem de omnibus uir- *Cap. 31. tom. 3.* tutibus. Omnia hæc ſunt dona Dei, per gratiam Chriſti & iuſtitiam ipſius. Auguſtinus in De Spiritu & litera, ingennè fatetur, eam fidem quam probat eſſe in noſtra poteſtate & uoluntate, exordium uideri eſſe ſalutis uel ad

G ſalutem. Sic & ſanctus Thomas docuit iuſtificationem noſtram à fide inchoari, & per charitatem conſummari. *Prima 2. quæſt. 113.* Itaque iuſtificatio, quædam eſt remiſsio peccati, ſed hæc priuatiua eſt, quia intelligitur ut in ſola remotione iniuſtitiæ. Item iuſtificatio, quædam eſt inductio, infuſio, ſeu acquiſitio gratiæ gratum faciētis, & ea poſitiua, quia eſt ut in acquiſitione iuſtitiæ creatæ à ſolo Deo. Sed quoque iuſtificatio quædam eſt acquiſitio uirtutum, & iuſtorum operum operatio. Omiſsis iis quæ Gulielmus Budæus de Iuſtitia, & iure, æquitate, bono & æquo ſcripta reliquit, ſciendum eſt, Iuſtitiam *Buda. in Annot. ad Pand. ad Tit. de Iuſtitia et iure.* ſecundum eos qui proprietatem, ſermonis magis obſeruarunt, idem ſignificare, quòd æquitas, fas, ius, iuſtum. Differre autem iuſtitiam à iudicio, & ab æquitate, quia (ut docet Hieronymus) iuſtitia eſt actio recta; iudiciū, diſcretio boni & mali: æquitas, rectitudo mentis intelligitur. Iuſtitia eſt in his, quæ ſecundū regulam ueritatis bene fiūt atque exercētur. Iudicium in illis, quæ recta deſcriptione cum proximis agimus. Aequitas in eo, cùm ſincera intentione Deo ſoli in his quæ rectè gerimus, uel iudicamus, placere contendimus.

H Iuſtus autem ſecundum eoſdem noſtros ſapientes, eſt non iniuſtus, æquus, uerus, meritus, debitus, legitimus, indictus: à iure dictur, & eſt is qui iuris præcepta ſeruat. Sic noſtri ſemper locuti ſunt. Vnde è cōtra iniuſtus dicitur, qui contra ius facit. Et forte hoc eſt quòd cùm diuina ſcriptura dixiſſet de Zacharia & Eliſabeth, ambos eos iuſtos eſſe ante Deum, ſtatim adiecit, Incedētes in omnibus *Luca 1.* mādatis & iuſtificationibus domini ſine querela. Iuſtificatio autem ſecundum hoc, quid eſt? Ariſtoteles ille, naturalis ſcholæ maximus doctor, cum prius diuiſiſſet iuſtum, in *Ariſtot. Ethic. 5.* iuſtum naturale, & in iuſtum legale: naturale quidem quod ubique habet eandem potentiam, & non in uideri uel non: legale autem quod ex principio nihil differt ſic uel aliter, *Ibidem in eodem lib.* quando autem ponitur differt. Paulò poſt docens quo modo differunt iniuſtificatio & iniuſtum, atque etiam iuſtificatio & iuſtum, manifeſtè dixit iniuſtificationem eſſe operationem iniuſti, iuſtificationem autem eſſe quidē operationem iuſti. *Idē alibi, Sc. n. operantur iuſta & tēperata, iā ſunt iuſti & temperati; quēadmodū ſi grāmatica etmu* Neque aliquam ponit differentiam niſi quòd operatio iuſti commune magis, Græcè uocatur δικαιοπράγημα, iuſtificatio autem, directio iniuſtificationis: id eſt, ſolùm quando aliquis dirigitur in iuſtificatione, uidelicet reducendo id quod eſt iniuſtum ad iuſtitiam. Ecce igitur ſecundum illam antiquiſsimam ſcholam Philoſophorum ſub lege na-

A *ſica,grā-matici & muſici.* naturæ degentium, iuſtificatio eſt iuſti operatio: ſiue illud iuſtum ſit à natura inditum, ut Deum colere, ſiue ſit à lege poſitum, ut ieiunium obſeruare ſuis temporibus, uel ſimilia. *Ethic. 2.* Et conſtat eos ſapientes conceſsiſſe, uiros quoſdam iuſtos eſſe, & qui à Deo per pœnitētiam ſuorum ueniam peccatorum obtinerēt: de quibus tamen nō credimus quòd ullo modo cognouiſſent Deum iuſtificare homines per gratiam gratum facientem, quam illis ſolus infunderet: ſed illis ſuas Deum noxas condonare eorum placatum precibus, ſacris, pœnitētia, muneribus, & bona uita. Porrò quòd & ſchola Chriſtiana ipſam bonorum operum operationem & uirtutum acquiſitionem appellet iuſtificationem, apud ſanctos doctores *Auguſt.* eſt manifeſtum. Auguſtinus in ſuis quinqua-*Pſal. 118* genis dicit, Iuſtificationes enim ſunt, non di-*Conci. 6.* cta ſed facta iuſtitiæ: opera ſcilicet iuſtorum quæ imperat Deus. Ideo autem Dei dicuntur quamuis à nobis fiant, quia niſi ipſo donante *Hierony.* non fiunt. Hæc ille. Hieronymus etiam clarè dixit, quòd iuſtitia, eſt in his quæ ſecundum regulam charitatis bene operamur: qui in epiſtola ad Celantiam de inſtitutione matris familiâs, de illo præcepto agens, Omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines, hæc B & uos facite illis, dicit, Infinitæ namque ſunt ſpecies parteſque iuſtitiæ; quas non modo ſtylo proſequi, ſed cogitatione etiam capere difficillimum eſt. Et communiter omnes doctores ſancti, omnem uirtutem, iuſtitiam appellant; ob quod uirtutis acquiſitio, non poteſt non eſſe quædam iuſtificatio. Optimè di-*Ioannes* xit diuus Chryſoſtomus ſuper Matthæum in *Chryſoſt.* opere imperfecto circa illud, Scriptum eſt.n. *Mat. 21.* Domus mea, domus orationis uocabitur, uos autem feciſtis illam ſpelūcam latronum. *Hom. 31.* Ait enim, Omnes igitur intelligant delictorum indulgentiam, & reparationis ſuæ neceſſariam ſibi eſſe medicinam. Nemo enim eſt tanta firmitate fulfultus, ut de iuſtificatione ſua debeat eſſe ſecurus. Vtamur igitur dilectiſsimi, ſaluberrimi temporis uenerabilibus inſtitutis, & ſolertiori cura noſtras maculas tergamus. Quantumlibet enim caſtè & ſobriè mortalis hæc uita ducatur, quodam tamen puluere terrenæ conuerſationis aſpergitur, & nitor mentium ad Dei imaginem conditarum, non ita à fumo totius uanitatis eſt alienus, ut nulla poſsit ſorde fuſcari, & non ſemper indigeat expoliri. Quòd ſi etiam caſtiſsimis animis neceſſarium eſt, quanto magis eſt expetendum, qui tota ſorte anni ſpacia aut ſæcularius, aut negligentius tranſierunt. Quo charitate debita commouemus, ut conſugiant omnes ad præſentem ubique Dei miſericordiam, & digna ſe confeſsione cum obſeruantia mandatorum Dei cunctorum corda ſanctificent. Miteſcat ſæuitia, iracundia manſueſcat. remittant ſibi omnes culpas inuicem ſuas. Nec exactor ſit uindictæ, qui petitor eſt ueniæ. Hæc ille. Ecce ſuadet doctor hic magnificus, notus ubique terrarum, ut omnes homines intelligant delictorum indulgentiam & reparationis ſuæ neceſſariam ſibi eſſe medicinam, ut omnes utamur ſaluberrimi temporis uenerabilibus inſtitutis & ſolertiori cura noſtras maculas tergamus, atque ut omnes confugiant ad diuinam miſericordiam ubique præſentem & digna confeſsione cum obſeruantia cunctorum mandatorum Dei ſanctificent corda ſua. Sanctificant igitur homines corda ſua per obſeruantiam mandatorum Dei, & per inde illo eodem actu ſua corda iuſtificant: quod enim ſanctificat, ſine dubio iuſtificat: quam ob rem per obſeruantiam diuinorum mandatorum ſit quædam noſtri cordis ſanctificatio, & pariter quædam noſtri cordis iuſtificatio: nec ullo modo dubitari poteſt, quin illo eodem iuſtificemur, quo ſanctificamur. Obſeruantia ergo mandatorum Dei, & operum præceptorum operatio, eſt profectò quædam iuſtificatio. Corde creditur ad iuſtitiam, corde ſperatur ad iuſtitiam, corde diligitur ad iuſtitiam, corde pœnitetur ad iuſtitiam, corde Deo obeditur ad iuſtitiam, corde mandata Dei obſeruantur ad iuſtitiam, corde prudentes ſumus, fortes, temperati, iuſti, humiles, mites, magnanimi, liberales, & magnifici ad iuſtitiam: Profectò non ſolùm quia per hæc meritoriè aut diſpoſitiuè gratiam gratum facientem per creationem eius accipimus à Deo Optimo, quo formaliter iuſtificamur à peccatis: ſed etiam quia per has uirtutes & ſimiles, fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, Dei obedientiam, diuinorum mandatorum obſeruātiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, humilitatem, mitem affectum, magnanimitatem, liberalitatem, magnificentiam, manſuetudinem, magis & magis corda noſtra à uetuſtate peccati expurgantur, magis & magis mundantur, magis & magis homo noſter interior renouatur, magisq; & magis nos ab iniuſtitia ac lege peccati recedimus, & à priſtina iniuſtificatione. Quis dubitabit de hac ueritate manifeſta? Non receditur autem ab iniuſtitia niſi per iuſtitiam, nec receditur ab in iuſtificatione niſi per iuſtificationē. Ergo harum uirtutum acquiſitio ſiue operatio, eſt quædam noſtra iuſtificatio: quam utique ſolam poſitiuam formalem noſtram poſuerunt in hoc ſæculo illi doctores, qui negauerunt dari à Deo hominibus in eorum iuſtificatione à peccatis gratiam gratum

ff 2 fa-

E facientem ab his diſtinctam, poſitiuam ſpiri-
talem creatam, qua anima formaliter mun-
daretur, dignificaretur, iuſtificareturq; for-
maliter. Ambas igitut has iuſtificationes po
nimus, & ambas ponere debemus omnes:
ambas bonas, ambas ſanctas, inſtas, & iuſti
ficantes: diuerſis modis. Acquiſitio nāq; ſeu
operatio uirtutum, iuſtificat meritoriè, aut
diſpoſitiuè: acquiſitio autem gratiæ gratum
facientis, iuſtificat formaliter, ideſt, eſt for-
malis iuſtificatio à peccatis poſitiua. Ambæ
ſunt iuſtificationes, non unius generis propin
qui, ſed dinerſorum. Iuſtificatio quæ eſt per
acquiſitionem ſeu operationem uirtutum, eſt
à Deo per nos, nobiſcum, nobis conſentien-
tibus, & cooperantibus: ſed iuſtificatio quæ
eſt per gratiam gratum facientem, eſt effecti-
uè à ſolo Deo, nobis ſolummodo ſuſcipienti
bus, non coagentibus. Fit autem utraque in
nobis per gratiam Dei quam nobis meruit Sal
uator noſter, per ſuam uitā, paſsionem, mor-
tem, & reſurrectionē: ob quod quidē & utraq;
eſt quædā gratia creata, effectus quidā gratiæ
increatæ. Vtraque iuſtificatio harum, eſt gra
tia, ſed maior gratia eſt iuſtificatio quæ fit per
gratiam gratum facientem, ſeu per eius acqui
ſitionem: hæc enim eſt potiſsima gratia, quæ
G in hoc ſæculo habetur, ant haberi poteſt in
Rom. 5. hoc ſtatu. Per unum hominem peccatum in
hunc mundum intrauit, in quo omnes pecca
F uimus: per peccatum mors, & in omnes ho
mines mors pertranſiit: omnes peccauimus
in eius hominis peccato, omnes deliquimus
in eius delicto, omnes facti ſumus iniuſti in
eius iniuſtificatione, & omnes in eius con-
Rom. 5. demnatione condemnati ſumus. Sic, profe-
ctò, & per unius iuſtitiam, Saluatoris noſtri,
in omnes homines in iuſtificationem uitæ. Si
cut enim per inobedientiam unius hominis,
peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per
unius obedientiam, iuſti conſtituentur mul-
ti. Non poteſt eſſe dubium quin tota noſtra iu
ſtificatio ſit reducenda in Chriſtum Saluato-
rem noſtrum: auctorem uitæ, iuſtitiæ, & iu-
ſtificationis noſtræ. Sed quoque non poteſt
eſſe dubium quin ad iuſtificationem noſtram
pertineat omne illud quod expellit formali-
ter peccatum, ut gratia gratum faciens: pari
ter & omne illud quod reliquias peccati tan-
quam adhuc uetus fermentum expurgat, ut
quæuis uirtus. Nulla uirtus eſt, ſiue intelle-
ctualis, ſiue moralis, ſiue purgatoria, uel pur
gati animi, ſiue theologica, ſiue non theolo-
gica, ſiue infuſa, ſiue acquiſita, quæ non mun
det animam aliquo modo ab ignorantia, con
cupiſcentia, uel iraſcentia, quæ per peccatū
introierunt, aut non rectificet animam quo-
ad intellectum, quoad uoluntatem, ſeu quo-
ad operationem. Omnis enim uirtus eſt quæ G
dam qualitas mentis, qua rectè uiuitur, intel
ligendo, uolendo, ſeu operando: omnis intel
lectualis uirtus expellit ignorantiam, & recti
ficat animam in intelligendo & iudicando,
quia uirtutibus eiuſmodi nunquam contin-
git animam dicere falſum: omniſque mora-
lis uirtus rectificat aut fortificat uoluntatem
pro affectione iuſtitiæ contra affectionem cō
modi, & pro bono honeſto, contra bonum
utile aut delectabile. Neque admittit ulla uir
tus moralis aliquam utilitatem, aut delecta-
tionem, quæ non habeat honeſtatem: fugit
enim omnis uirtus, turpitudinem. Quidem
iuſtificatio peccatoris, ſine dubio eſt eius re-
paratio quantum ad rem, & ſubſtantiam ne-
gocii: reparatur enim homo, quando iuſtifi-
catur, de facto, & quantum ad efficaciam, ſi-
ue efficientiam. Pertinent autem ad hominis
reparationem, omnes uirtutes: Ergo & om
nes uirtutes pertinent, ad hominis iuſtifica-
tionem, Nouit hanc ueritatem Alexander Alexan.
de Ales, qui cùm quæſiſſet, Vtrùm ſit iuſtifi- de Ales.
catio mediante gratia inquantum gratia, Vel Quæ. 7 2.
mediante uirtute inquantum uirtute? Proba Memb. 4.
uit primùm quòd mediante gratia, per illud, Art. 2.
Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Probauit Rom. 3.
ſecundò quòd mediante uirtute, per illud,
Iuſtificati ex fide pacem habemus: quia fides Rom. 5.
eſt uirtus. Et per illud, Iuſtus ex fide uiuit. Rom. 1.
Et per diuum Bernardum dicentem, Timore H
uocamur, amore iuſtificamur; unde arguit
quòd iuſtificatio fit charitate, quæ uirtus eſt.
Et per illud, quòd iuſtitia uirtus eſt, iuſtitia
autem dicitur quis iuſtificari formaliter, er-
go (ut inquit) iuſtificatio fit mediante uirtu-
te. Deinde uerò ita determinauit quæſtionē,
Dicendum quòd iuſtificatione impii anima
auerſa à Deo gratificatur Deo, & diſponitur
liberum arbitrium ad rectè operandum: in-
quantum gratificatur, iuſtificatur mediante
gratia: inquantum diſponitur ad rectè ope-
randum, mediante uirtute. Sicut enim im-
pius eſt inacceptus Deo, & cum hoc exer-
cens ſe in operibus cultui Dei contrariis; ſic
in iuſtificatione impii duo fiunt, unum eſt
quòd iniuſtus ſit acceptus Deo, aliud eſt
quòd diſponitur ad opera cultus Dei. Et li-
cet potiſsimùm in iuſtificatione ſit fieri acce-
ptum Deo, quod fit mediante gratia: nihilo
minus quantum ad rationem nominationis,
iuſtificatio proprius eſt mediante uirtute,
quàm gratia. Hæc ille. In eodem loco, quod
propter maiorem declarationem dicimus, ſic
ait, Quæritur cùm omnes uirtutes ſimul in-
fundantur, quare reparatio peccatoris ma-
gis nominatur à iuſtitia, quàm ab alia uirtu-
te? Item, Iuſtificatio dicitur eſſe ex fide, di-
citur

A citur eſſe ex charitate, dicitur eſſe ex iuſtitia, ſimiliter ex gratia, quomodo hoc? Item, Anima dicitur uiuere ex fide, ex charitate, ex iuſtitia, ſicut habetur ſuper illud, Qui iuſtificat. *Rom. 1.* Gloſſa Anima uiuit per iuſtitiam, ſimiliter per gratiam; quomodo hoc? Hæc ille. Qui eiſdem quæſtionibus reſpondendo dicit, Ad illud quòd quæritur, Quare hæc reparatio dicitur iuſtificatio, à iuſtitia magis quàm ab alia uirtute. Dicendum quòd in iuſtificatione, qua ex impio fit pius, aliquid requiritur ex parte Dei, aliquid ex parte noſtra. Vnde Bernardus, Deus tria operatur in nobis, cogitare, uelle, perficere: primum ſine nobis, ſecundum nobiſcum, tertium per nos facit. Immittendo bonam cogitationem, nos præuenit, immutando malam uoluntatem, ſibi per conſenſum nos iungit, in miniſtrando conſenſui facultatem per aptum opus noſtrum, opus ſuum interior opifex innoteſcit. Vnde illud idem quod dicebatur gratificatio ex parte Dei, ſecundum quòd exigitur aliquid ex parte hominis, dicitur iuſtificatio. Eſt enim ibi motus liberi arbitrii, & contritio, & intelligitur de adultis iuſtificatis. Item prima uirtus eſt fides, conſequenter ſpes, charitas: poſtea uirtutes morales, inter quas iuſtitia eſt. Vnde quia complementum eſt iuſtitia totalis, ille ſtatus dicitur iuſtificatio. Vel iuſtificatio di-

B citur à iuſtitia generali, non ab illa quæ eſt una ſpecialis cardinalium: & ut dictũ eſt, qua aliquid acquiritur iuſtè ex parte noſtra. Iuſta. Ad illud quod quæritur. De modo uel differẽtia qua dicitur iuſtificatio eſſe ex fide, & charitate, &c. Dicendum quòd ut dictum eſt, in iuſtificatione anima peccatrix efficitur accepta Deo, ordinata, & diſpoſita; per gratiã autem fit anima accepta Deo, per fidem & charitatem ordinata. Sed per fidem, quãtum ad cognitionem; per charitatem, quantum ad effectiuam: per iuſtitiam, diſpoſita quantum ad operatiuam. Iuſtitia enim perficit animã, diſponendo ad rectè operandum: nec eſt intelligendum, quòd diſponat diſpoſitionem quæ eſt potentia, ſed quæ eſt aptitudo propinqua: nihilominus unaquæque prædictarum animam perficit, licet hac appropriatione diſtinguantur. Ad aliud quod quæritur de modo uel differentia, qua dicitur anima uiuere, Chriſto, gratia, uel fide, &c. Dicendum quòd gratia eſt, qua uiuit in anima in ſua ſubſtantia ſpiritualiter fides, charitas, & iuſtitia, quibus uiuit in ſuis uiribus. Sicut enim uita, eſt primus actus uiuentis, & aliſunt mediante uita; ſimiliter gratia eſt prima perfectio, & primò uiuificans ipſam animam formaliter: fides etc. mediante gratia à qua uiuificatur anima in ſe, conſequenter perficiunt &

C uiuificant formaliter, ut pote quantum ad uires ipſius animæ in ordine ad ſuos actus ſecũdum hunc modum & differentiam. Ad ipſa enim uita prima à qua omnia, & cui omnia uiuunt, eſt uita ſpiritualis creaturæ rationalis, & hoc ex unione cum ipſa: Gratia autem unit ipſam ſubſtantiam animæ cum ipſa uita prima qua ſeipſa uiuit. Fides autem unit ipſam cum ipſa inquantum eſt ueritas, & hoc quantum ad cognitionem. Charitas unit cũ ea, in quantum eſt bonitas: & hoc, quantum ad effectiuam. Iuſtitia unit cum ipſa, inquantum eſt æqualitas; & hoc, quantum ad operatiuam. Iuſtitia enim determinatur in quadam rectitudine, quæ non exigit medium inter principium primum, & finem ultimũ. Ex hac multiplici unione conformitatis cum uita prima appropriatè loquendo, dicitur anima uiuere ſic differenter ab his, ſcilicet gratia, fide, etc. Veruntamen cum dicitur, Anima uiuit per iuſtitiam, intelligitur per gratiã, quæ intelligitur in iuſtitia. In uirtute enim intelligitur iuſtitia generalis. In iuſtitia autem fides. In fide autem gratia. Vnde per iuſtitiã intelligitur fides, quæ prior eſt: & per quam anima primò uiuit. Prima enim perfectio animæ ſecundum eſſe theologicum, eſt gratia. Hæc Alexander. Hæc fuit antiqua theologia ſcholæ noſtræ Chriſtianæ, ſecundum quam omnes

D uirtutes pertinent ad iuſtificationem hominis, quæque ſuo modo. Secundum hanc antiquam ueritatem, ut rectè docuit ſanctus Thomas, *S.Tho. Prim.2. quæſt.113.* Quamuis iuſtificatio noſtra, & à fide inchoetur, & conſummetur per charitatẽ; à neutra tamẽ harum uirtutũ ſortitur nomẽ ſed à generali iuſtitia, Eo quòd fides peculiaris uirtus eſt itellectus: ueluti charitas, uolũtatis: ſed iuſtitia, totam deſignat hominis rectitudinem. Alia eſt ergo iuſtificatio noſtra, quarto modo ſumpta; quæ eſt uel acquiſitio uirtutum, uel uirtutum exercitatio. Quid facit hæc iuſtitia, ſeu hæc iuſtificatio? Si eſt ante gratiam gratum facientem, diſponit ad illam uel præuiè per tempus, uel concomitanter. Si autem *2.Cor. 4.* eſt ex gratia gratum faciente, facit ad augmentum eius meritoriè, & ſupra modum operatur in nobis magnum gloriæ pondus. Iuſtificatio enim noſtra à peccatis poſitiua & formalis, de qua magis intendimus quando de iuſtificatione noſtra à peccatis agimus, formaliter fit per gratiam gratum facientem, donum quoddam creatum à ſolo Deo in nobis, diſtinctum realiter à fide, & quoque à charitate ſecundum multos. Sed de hoc ſatis. Antiqua enim eſt quæſtio, Vtrùm charitas infuſa & gratia gratum faciens, realiter diſtinguantur? An realiter ſint idem? Quam quæſtionem uarii uariè determinant, apud ſcholas in ſententiis: *Lib.2. diſt.26.*

Cum

E Cum enim Magiſter ſententiarum iam egiſ-
ſet de gratia operante & cooperante, ſic quæſi
uit in eadem diſtinctione, Quid ſit ipſa gratia?
An uirtus, an non: & ſi uirtus, an actus, uel
Lib.1. non. De quibus rebus, iã dictum eſt ſatis. Ad
Cap.7. propoſitum redeamus, Auguſtinus in quæ-
& 8. ſtionibus ex Veteri teſtamento ita quærit,
Auguſt. Quid eſt, ut dicat Solomon, Iuſtifica animã
quæſt.22. tuam ante obitum tuum? Et in Pſalmo, Non
tom.4. iuſtificabitur, ait, in conſpectu tuo omnis ui-
uens. Reſpondet, Hic iuſtificat animam ſuam
ante mortem, qui ſpe uitæ futuræ cõſequitur
fidem ne moriatur impius. Sed Solomon de
eo dicit, qui ſub lege uiuit & non conuerſatur
iuſtè. Huiuſmodi ergo ſi corrigat animum ut
iuſtitiæ uias ambulet, iuſtificat animam ſuam
ante mortem, et cætera quæ ſequuntur. Ecce
homo iuſtificat animam ſuam corrigendo ani
mum ſuum, & iuſtitiæ uias ambulando. No-
Auguſt. uit ergo Auguſtin. quòd aliquando accipitur
iuſtificari, pro eo quod eſt iuſtum haberi aut
iuſtum deputari, ut conſtat apud ipſum in De
Cap. 26. ſpiritu & litera, Nouit quòd iuſtificari, pro-
tom.3. priè eſt gratiam Dei recipere, ut conſtat lo-
cis penè infinitis eius doctrinæ. Sed non mi-
nus nouit aliquam eſſe iuſtificationem no-
F ſtram, in quam nos ipſi nonnullam habemus
Lib.2. cooperationem. Vnde contra Iulianum Pe-
Iuxta me lagianum eſt, Iuſtificatio porrò in hac uita,
dium, a- nobis ſecundum tria hæc confertur, Prius
gens iam lauacro regenerationis, quo remittuntur cũ
ex dictu cta peccata. Deinde congreſsione cum uitiis,
Ambroſ. à quorum reatu abſoluti ſumus. Tertiò dum
tom.7. noſtra exauditur oratio, qua dicimus, Di-
Concio. 6 mitte nobis debita noſtra. Hæc ille. Qui cir
tom.8. ca Pſalmum centeſimum decimum nonum,
inquit, Iuſtificationes enim ſunt, non dicta
ſed facta iuſtitiæ: opera ſcilicet iuſtorum quæ
imperat Deus. Ideo Dei dicuntur quamuis
à uobis fiant, quia niſi ipſos donante non
fiunt. Hæc ille. Qui adhuc manifeſtius in de
uerbis Apoſtoli commendans nobis obſer-
uantiam legis Dei ut per illam iuſtificemur &
ſancti ſimus, declinando à malo & faciendo
Serm.15. bonum, dicit, Eſſe poteſt iuſtitia Dei ſine uo
tom.10. luntate tua, ſed in te eſſe non poteſt niſi per
uoluntatem. Demonſtratum eſt quid agere
debeas, Iuſsit lex, Non facias illud non il-
lud, fac hoc atque illud. Demonſtratum eſt
tibi, iuſſum eſt tibi, apertum eſt tibi cor, in-
tellexiſti quid facias, rogo ut facias, ſi cogno
ſcis uirtutem reſurrectionis Chriſti. Tradi-
tus eſt enim propter delicta noſtra, & reſur-
rexit propter iuſtificationem noſtram, ut iu-
ſtificet nos, & iuſtos faciat nos. Eris opus
Dei, non ſolùm quia homo es, ſed etiam quia
iuſtus es. Melius eſt enim iuſtum eſſe, quàm
te hominem eſſe. Si hominem te fecit Deus;

& iuſtum tu te facis, melius aliquid facis G
quàm fecit Deus: Sed ſine te fecit te Deus,
Non enim adhibuiſti aliquem conſenſum ut
te faceret Deus. Quomodo conſentiebas,
qui non eras? Qui ergo fecit te ſine te, non te
iuſtificat ſine te. Hæc ille. Ecce dum homo
legem Dei obſeruat, eo ipſo ſeipſum iuſtifi-
cat. Quædam ergo eſt iuſtificatio, legis Dei
obſeruatio. Quia autem inferius multa di- *Part. 1.*
cuntur, quæ etiam hanc catholicam uerita- *Lib.4.*
tem oſtendunt: Modò de illa hæc dixiſſe ſuf- *Cap.6.*
ficiat. Valde bene dixit Richardus à Sancto *Part.2.*
Victore, in deciſione quorundam dubiorum *Cap.3.*
Apoſtoli, Quid enim, inquit, rectius dici-
tur iuſtitia, quàm diuini mãdati obſeruantia?
Bene uidit Lutherus pertinere ad iuſtitiam & *Lutheri*
iuſtificationem noſtram, fidem, ſpem, & cha *ſentẽtia.*
ritatem; in quo certè bene iudicauit, ſed do-
cuit, liberum hominis arbitrium paſsiuè tan
tùm ſe habere in motibus fidei, ſpei, & cha-
ritatis, nullamq; habere actiuitatem niſi in
actibus externis ſiue imperatis, in quo erra-
uit grauiſsimè. Ait enim libro quem inſcri-
bit, Operationes in pſalmos, in digreſsione
quam facit, Error eſt itaque liberum arbi-
trium habere actiuitatem in bono opere, quã
do de interno opere loquimur. Velle enim il
lud quod credere, ſperare, diligere iam dixi-
mus, eſt motus, raptus, ductus uerbi Dei, H
& quædam continua purgatio & renouatio
mentis & ſenſus de die in diem in agnitionem
Dei, licet non ſemper æque intenſa ſit illa paſ
ſio, tamen ſemper eſt paſsio. Hæc ille dixit,
quidem ueriſsimè quantum ad id quod ait fi-
dem, ſpem, & charitatem, ſeu motus uel a-
ctus harum uirtutum ad iuſtificationem no-
ſtram pertinere: ſed utique falſiſsimè quantũ
ad id quod inquit, errorem eſſe, liberum arbi
trium habere actiuitatem in bono interno,
& uelle, credere, ſperare, ac diligere, ſolam
eſſe animæ paſsionem ſeu liberi arbitrii, de *Lib.5.*
quibus eius falſitatibus inferius dicũtur mul *ferme per*
ta, ex quibus illæ facilè elidũtur ut manifeſtè *totum.*
fraus detecta deuitari poſsit. Ioannes Bren- *Io.Brentij*
tius negauit iuſtificari homines per has uirtu *error.*
tes, fidem, ſpem, charitatem; & impugnat
nos ipſos in eo quòd has uirtutes gratiã Dei
appellamus, & per illas homines iuſtificari
confitemur; quaſi nos dum dicimus homines
iuſtificari per gratiam, nomine gratiæ non in
telligamus gratuitum Dei fauorem, gratui-
tamq; Dei clementiam & miſericordiam, ſed
ſolùm intelligamus illas tres uirtutes. Pro-
bat ſuum errorem, quo docet non iuſtifica-
ri hominem per uirtutes illas, nec illas perti-
nere ad iuſtificationem hominis, probando
illas uirtutes eſſe opera legis quæ nobis eas
præcipit, & opera noſtra qui illas uirtutes fa-
cimus

A cimus ſeu operamur conformantes nos metipſos legi præcipienti nobis ea facienda. Exiſtimat enim quòd dum Apoſtolus à noſtra iuſtificatione excludit legis opera, ſimul excludit fidem, ſpem, & charitatem: eo uidelicet, quòd & has uirtutes putat eſſe opera legis. Quod ad nos attinet, Dicimus quidem, iuſtificari hominem per has uirtutes, & illas aplamus gratiã Dei: ſed non ideo abiicimus nec remouemus à iuſtificatione hominis, gratuitum Dei fauorem, clementiam & miſericordiam. Immo dicimus, iuſtificari hominem quidem primum & efficienter per gratiam Dei increatam & æternam, per ſuum fauorẽ, clementiam, miſericordiamq; : formaliter autem per gratiam gratum facientem creatam, donum quoddam ſpiritale, de quo ſuperius multa diximus: diſpoſitiuè uerò per fidem, ſpem, charitatem, & pœnitentiam, de quibus (domino donante) multa dicturi ſumus. Niſi quòd quidam doctores catholici, non pauci, nec parui momenti, putant gratiam gratum facientem creatam, idẽ eſſe quoad rem, quod eſt charitas creata; quæ illorum ſententia profectò nullo modo ſatis impugnari poteſt, ſtãte Dei lege data in ea diſpoſitione, ſtatu, & interpretatione, in qua modò eſt. Cæterùm quòd dixit Lutherus pertinere ad iuſtificatio-

B nem noſtram, fidem, ſpem, charitatem, per illasq; uirtutes iuſtificari homines, & quòd dixit Brentius has uirtutes eſſe opera noſtra quæ nos facimus ſeu operamur quando nos conformamus legi præcipienti nobis ut credamus, ſperemus, diligamus: utique ſunt ue-

Lutheri & Brentij error. riſsima. Illa uerò alia quæ ipſi addunt, Lutherus quòd ad ea nos habemus merè paſsiuè, & Brentius quòd illa non pertinent ad noſtram iuſtificationem, quia ſunt opera legis quæ Paulus à iuſtificatione hominis excludit: quidem ſunt falſiſsima. Grauiſsimè errauit Lutherus in eo quòd docuit nos habere purè poſſe ad fidem, ſpem, charitatem, & ad actus eius, credere, ſperare, diligere, ut infra oſtenditur: grauiſsimeq; errauit Brẽtius in eo quòd docuit, fidem, ſpem, & charitatem eſſe opera legis, quæ Apoſtolus excludit ab hominis iuſtificatione. Turpius autẽ, fœdius, & inſipientius, in eo errauit Brentius, quàm in eo errauerit Lutherus: quandoquidem tota ſchola Chriſtiana, ponit uirtutes theologicas infuſas, ad quas homo ſe habet merè paſsiuè, & quas ſolas Lutherus putauit eſſe; errans quidem, tum in eo quòd non putauit eſſe in homine alias uirtutes præter infuſas, tum quia & actus uirtutum infuſarum putauit eodem modo eſſe à ſolo Deo infuſos, quæ non ponit ſed negat ſchola Chriſtiana, & fides catholica. Brentius autem errauit turpius, fœdius, & inſipientius, do- C cens non pertinere ad iuſtificationem noſtrã, fidem, ſpem, charitatem, & has uirtutes eſſe de illis operibus legis quæ Apoſtolus à iuſtificatione hominis abiicit. Primùm enim quia ea opera legis quæ Apoſtolus à iuſtificatione hominis excludit, profectò ea ſunt omnia, quæ cum lege habuere ortum & interitũ, cuiuſmodi ſunt omnia ceremonialia & iudicialia: fides autem non ſic eſt ex lege, ſed fuit uno modo ante legem, alio modo ſub lege, alio autem & perfectiori eſt ſub Euangelio: & fuit deniq; ſemper in Eccleſia Dei, licet differenter ſecundum diuerſa tempora. Vel certè potius excludit Apoſtolus à iuſtitia, omnia opera quæ fidem aut gratiam præcedunt. Auguſtinus. Deinde quia Apoſtolus manifeſtè dicit, Lex autem non eſt ex fide. *Galat. 3.* Quod non ideo dicit quaſi patres ueteris teſtamenti nõ habuiſſent fidem, nec quaſi ipſa lex nihil contineret de credendis; quia de credendo uno Deo legimus, Audi Iſrael, dominus Deus tuus, Deus unus eſt. *Deut. 6.* Et de fide neceſſaria ſemper, Sine fide, impoſsibile eſt placere Deo. *Hebr. 11.* Oportet accedentem credere. Nec dubium quin Iudæi tenerentur credere diuinis promiſsionibus de Meſsia tunc promiſſo, & nũc exhibito. Sed ideo dicit Apoſtolus, Lex autem non eſt ex fide quia præcepta legis ut lex D eſt, non ſunt de credendis, ſed de faciendis; licet aliquid credendum lex annũtiet. Et ideo uirtus legis non eſt ex fide, ſed ex operibus: neque legem implet homo quando illam totam credit ueram, iuſtam, bonam, ſanctam, ſed quando opera eius facit declinando à malo, & faciendo bonum. Et hoc probat Apoſtolus, quia dominus quando uoluit legem confirmare, non dixit, Qui crediderit; ſed dixit, Qui fecerit ea, uiuet in illis. Noua autem lex ex fide eſt, ſicut Legimus, Prædicate Euãgelium omni creaturæ, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. *Mar. 16.* Dicit etiam Apoſtolus, Lex autem non eſt ex fide: quia lex ut lex, erat de operibus humanis uariabilibus, & continebat præcepta non bona, ſicut Deus dixit, Dedi eis præcepta non bona, &c. Bonaq; terræ promittebat apud Eſaiam, & alibi frequentiſsimè: *Hebr. 11.* fides autem eſt ſperandarum rerum ſubſtantia, argumentum non apparẽtium, ſpiritalia æternaq; magis reſpiciens, magiſq; promittens. Itaque lex dicitur non eſſe ex fide, quia in lege ueteri non fuerunt ſic data præcepta de credendis: hoc enim pertinet ad legem nouam, in qua facta eſt explicatio credendorum, & promiſſa ſunt æterna bona. Diſtinguit ergo Apoſtolus legem à fide, & ad Romanos manifeſtè dicit legem ueterẽ eſſe factorum, nouam autem eſſe fidei: Vnde

E de igitur quando à iuſtificatione hominis excludit opera legis, nullo modo intelligitur excludere fidem, ſpem, charitatem: non fidem quidem ut conſtat ex dictis, & per conſequẽs nec ſpem, nec charitatem, quia ſpes & charitas pertinent ad legem fidei, non ad legem factorum legalium. Tertiò quia forte nihil Apoſtolus Paulus fecit abundantius, quam quòd docuit iuſtificari homines per fidem, non per opera legis: per fidem, inquam, &

Rom.1. per legem fidei. Iuſtus autem ex fide uiuit.

Galat.3. Iuſtitia autem Dei, per fidem Ieſu Chriſti

Hebr.10. in omnes & ſuper omnes qui credunt in

Abac.2. eum. Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. Iuſtificans

Rom.3. eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non, ſed per legem fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem, ſine operibus legis. Vnus eſt Deus qui iuſtificat circuncisionem ex fide, & præputium per

Rom.4. fidem. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ei uerò qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecun-

Ibidem. dum propoſitum gratiæ Dei. Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Non eſt autem ſcriptum tantùm propter ipſum, Quia reputatũ eſt illi ad iuſtitiam, ſed & propter nos, quibus

F reputabitur credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum à mor-

Rom.5. tuis. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus & glo-

Galat.2. riamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Scientes autem quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu credimus, ut iuſtificemur ex fide

Galat.3. Chriſti, & non ex operibus legis Prouidens autem ſcriptura quia ex fide iuſtificat Gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ, Quia benedicentur in te omnes gentes. His, multiſq; uerbis, & ſententiis manifeſtis, teſtatur Apoſtolus, iuſtificati hominem per fidem, non autem per opera legis: quam ob rem ea opera legis quæ Paulus excludit à iuſtificatione hominis, non ſunt fides, ſpes, aut charitas, nec actus proprii harum uirtutum, ſed ſunt alia legis opera, quæ appellamus ceremonialia & iudicialia. Suntq; omnia opera quæ fidem aut gratiam præcedunt: ut notat Auguſtinus frequentiſsimè. Itaque ſine dubio iuſtitia quædam eſt uirtutum acquiſitio, atque etiam uirtutum & mandatorum Dei operatio: ſicut legimus apud Ioannem, Qui facit iuſtitiam, iu-

Luca 1. ſtus eſt. Et ſicut legimus de Zacharia & Eliſabeth, Erant aũt iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela. G Vnde igitur certiſſimum eſt omnem hominem Adæ filium, in hoc ſtatu & ſecundum legem Dei commnuẽ uiuentem eo ipſo quòd iuſtificatur recipere à Deo iuſtitiam quandam ſibi inhærentem, qua formaliter iuſtus eſt & iuſtè uiuit; ſi adultus eſt, & tempus habet iuſtè uiuendi. Charitas enim non eſt ocioſa, ſicut nec agit per- *1.Cor.13.* peram. De hac autem iuſtitia inhærente, ad huc magis inferius. Nunc enim magis agimus de illa iuſtitia quam homo uel acquirit, uel agit bene operando ſecundum legem Dei ex adiutorio gratiæ eius, quam certè nullus negare poteſt qui uere ſit catholicus Chriſtianus. Manifeſtè nanque legimus, Qui facit iu- *1.Ioan.3.* ſtitiam, iuſtus eſt. Et Auguſtinus ſuper Ioannem, quoque manifeſtè dicit, *Trac.23* Si enim nullam ſibi homo faceret iuſtitiam, non diceret idem Apoſtolus de Iudæis, Ignorantes enim Dei iuſtitiam & ſuam uolentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. *Lib.3.* Qui idem Auguſtinus luce clarius in Hypognoſt. ait, *tom.7.* Opera liberi arbitrii bona, quæ ut fiant præparantur per gratiæ præuentum, nullo liberi tri arbii merito, & ipſo faciente, gubernante & perficiente ut abundent in libero arbitrii, non dãnamus; quia ex his uel huiuſmodi homines Dei, iuſtificati ſunt, iuſtificantur, iuſtifiabũtur in Chriſto. H Damnamus uerò auctoritatem diuina, opera liberi arbitrii quæ gratiæ præponuntur, & ex his tanquam meritis, in Chriſto iuſtificati ex tolluntur. Hæc Auguſtinus. Ecce fatetur bona opera noſtra quæ ex gratia emanant, pertinere ad iuſtificationẽ noſtram, noſq; ex illis iuſtificari, Ita docuit alibi, dicens, Eſſe poteſt iuſtitia Dei ſine uoluntate tua, ſed in te eſſe non poteſt niſi per uoluntatem. Hæc ille ait in De uerbis Apo- *Serm.15.* ſtoli. In quo loco paulò poſt aſſerit quòd *tom.10.* Deus nos fecit homines, & nos ipſi nos facimus iuſtos dum Deo obedimus & Dei præcepta ſeruamus. Ibiq; ponit ſuum illud famoſum apudq; omnes celebre dictum, Qui ergo fecit te ſine te, non te iuſtificat ſine te. Et addit, Ergo fecit neſcientem, iuſtificat uolẽ- *Trac.72* tem. Atque ſuper Ioannem explicans quòd & in noſtra iuſtificatione nos ipſi habeamus aliquam actionem, expreſsè docet quòd impios iuſtificare ita facit Deus in nobis, ut faciamus & nos. Et ad hoc adducit illud, Credenti in eum qui iuſtificat impium, deputatur fides eius ad iuſtitiam. Et illud, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet. Quæ uerba ita ĩterpretetur, Prius ego facio, deinde ipſe faciet, quia facio ut faciat. Et ſequitur, Quæ opera, niſi ut ex impio iuſtus fiat? Sic igitur manifeſtum eſt, Auguſtinum docuiſſe

A docuiſſe aliquam eſſe iuſtitiam quam Deus operatur in homine, & quam cooperatur ip ſe homo: idest, bonas uirtutes, bonaq; uirtutum opera, ad quæ Deus facit in nobis ut faciamus & nos, operans, & cooperans, præ parans, & adiuuans, præparans adiuuandos, & adiuuans præparatos. Et ſufficit quod di-
1. Ioan. 3. uus Ioannes ait, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. Facimus ergo nos aliquam iuſtitiam, ſi-
Ezec. 18. cut teſtatur etiam dominus apud Ezechielē, inquiens, Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua, quā operatus eſt, uiuet. Ecce homo manifeſtè ita dicitur uerè ac propriè operari iuſtitiam, ſicut uerè ac propriè dicitur operari iniquitatem: nec hoc ſolùm, ſed & quod magis eſt, in eadem iuſtitia ſua quam homo operatur, uiuere dicitur. Aliquam ergo iuſtitiam operatur homo. Quam iuſtitiam? Bonas uirtutes, bonaq; uirtutum opera quæ facit homo ſecundum legem Dei. Hæc eſt enim iuſtitia quæ dicitur legis, quæ inſuper & ſi ſuo modo à iuſtitia fidei ſit diſtincta, iuſtitia tamen quædam eſt: de qua ut quoque refert Apoſto-
Rom. 10. lus, Moſes ſcripſit, Qui fecerit homo, uiuet
Leuit 18. in ea. Ita enim legimus, Cuſtodite leges meas
B atque iudicia, quæ faciens homo, uiuet in
Deu. 30. eis. Quemadmodū & alibi, Conſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo uitam & bonum, & è contrariò mortem & malum, ut diligas dominum Deum tuum, & ambules in uiis eius, & cuſtodias mandata illius ac
Ibidem. ceremonias atque iudicia, & uiuas. Infra, Teſtes inuoco hodie cœlum & terram, quòd propoſuerim uobis uitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Elige ergo uitā, ut & tu uiuas, & ſemen tuum, & diligas dominum Deum tuum, atq; obedias uoci eius, & illi adhæreas, Ipſe eſt enim uita tua & longitudo dierum tuorum. Sicut etiam apud
Ezec. 20. Ezechielem dicit Deus, Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea oſtendi eis, quæ faciens
Ezec. 33. homo, uiuet in eis. Alibi etiam, Et cum receſſerit impius ab impietate ſua, feceritq; iudicium & iuſtitiam: uiuet in eis. Quæ uerba de iuſtitia legis ſeruata circa illud Apoſtoli,
Rom. 10. Qui fecerit homo, uiuet in ea, intelligit diuus
Hierony. Hieronymus in ſuis cōmentariis, non ſolùm quantum ad uitam temporalem, ut quidam perperam putabant, quos redarguit & relinquit; quin etiam & quantum ad uitam æternam; quam nunc per eam iuſtitiam legis nullo modo habere poſſunt qui fidem Saluatoris noſtri abiiciunt, quem & quam oſtendebat & præcipiebat ipſa lex, principaliter & ma C
ximè. Eandem doctrinam tenet & probat di
uus Richardus à ſancto Victore in explana- *Richard.*
tione aliquorum dubiorum Apoſtoli, ubi de *Part. 2.*
terminat & probat quòd lex talis erat, quæ *Cap. 2.*
impleta ſeu ſeruata iuſtificabat ſuo illo tempore: idq; demonſtrat per illud quod Apoſtolus ait, Factores legis iuſtificabuntur, atq; *Rom. 2.*
ex eo quod Saluator noſter de duobus maximis mandatis Legiſperito dixit, Hoc fac, & *Luca 10*
uiues. Semper tamen uerè determinat, quòd lex quidē ſine adiutorio gratiæ Saluatoris no ſtri, ſeruari ſeu impleri nō potuit, & quòd fides maximè eſt neceſſaria: quòd lex quidem peccatū oſtendebat, ſed quòd non ita lex peccatū ſanabat. Addit quòd homo iuſtificatur per fidem, & quòd ex fide eſt iuſtitia: ſed optimè quærit, Vtrùm ſemper ex fide ſola? An aliquā- *Ibidem.*
do ex ſola fide ſine operibus, & aliquando ex fide ſimul & operibus? Reſpōdet docens pro- *Ibidem.*
bans, quòd non ſemper ex ſola fide, ſed aliquādo ex ſola fide, aliquando ex fide & legis opere, nunquam uerò ex ſola lege: Aliquando ex ſola fide, ueluti dum quis recens ad fidem uenit, & tempus bene operandi non habet, nec ulla præterita bona opera ante facta. Aliquando ex fide & operibus, uelut dum homo habet tempus operandi & currit tempus operandi ſecundum legem ex præcepto, quia tūc niſi operetur, non iuſtificatur, iuſtificatur au- D
tem operans. Vnde tandem poſt multa eius *Ibidem.*
dicta ita concludit, Ex prolatis itaque teſtimoniis, manifeſtè colligitur, quòd homo quidem iuſtificetur quandoque ex ſola fide, quandoque ex fide ſimul & legis opere, nunquam uerò ex ſola lege. Diuus Anſelmus ſecundum *Anſelm.*
hanc doctrinam catholicam, teſtatur in ſuo opere, Cur Deus homo? quòd, Omnis uolun- *Lib. 1.*
tas rationalis creaturæ, ſubiecta debet eſſe uo *Cap. 11.*
luntati Dei; & quòd, hoc eſt debitum quod debet angelus & homo Deo, quod ſoluendo nullus peccat: & quòd omnis qui non ſoluit, peccat. Et addit ſtatim, dicens, Hæc eſt iuſtitia ſine rectitudo uoluntatis, quæ iuſtos facit ſiue rectos corde, id eſt, uoluntate. Hic eſt ſolus honor & totus quem debemus Deo, & quem à nobis exigit Deus. Sola namque talis uoluntas opera facit placita Deo, cum poteſt operari, & cum non poteſt; ipſa ſola per ſe placet: quia nullum opus ſine illa placet, Hæc ille. Ecce noſtra obedientia noſtræ uoluntatis, qua nos Dei uoluntati ſubmittimus, etiam ſecundum illam credere, ſperare, diligere, odiſſe, ac operari uolumus, eſt noſtra iuſtitia qua *Vbi agit*
formaliter iuſti ſumus. Eandem determina- *de concor*
tionem tenet idem auctor glorioſus in ſuo o- *d. grat. et*
pere de Concordia præſcientiæ & prædeſtina *lib. arbi.*
tionis Dei, ubi probat quòd quicunque fal-

E uantur, per iuſtitiam ſaluantur, & quòd iuſti
tia eſt rectitudo uoluntatis, qua rectè credi-
mus,& rectè intelligimus, & rectè uolumus:
& quam certè iam uoluntas habet,quando ip
ſam rectitudinem uult, aut etiam quando ma
iorem rectitudinẽ habere uelit. Vnde igitur
ipſa uolitio qua recta rectè uolumus aut ipsã
rectitudinem,eſt quædam noſtra iuſtitia: quã
tamen nos ſine Deo·præparante atque iuuan
te, formare in nobis aut habere nõ ualemus,
unde ipſa magis eſt Dei. Igitur etiam iuſtifica
mur per bonas uirtutes,fidem,ſpem, charita
tem, & alias; iuſtificamur per bona opera bo
narum uirtutum, quæ facimus ſecundum le-
gem Dei cum adiutorio gratiæ eius: & iuſtifi
camur per ipſam bonam uoluntatem, qua
noſmetipſos ſubdimus uoluntati Dei, & qua
recta rectè credere,intelligere, operari,aut ip
ſam rectitudinem habere,uolumus. Dauid di
xit,Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, & ſan
cti tui exultent; & in eo loco omnes Catholi
ci tractatores,per iuſtitiam ſeu nomine iuſti-
tiæ, intelligunt uirtutes, quas tanquam ani-
marum ſpiritalia indumenta debent habere
ſacerdotum animæ: & de huiuſmodi Dauid
dicto mirabili, multa dicuntur inferius, quæ
hanc noſtram catholicam ueritatem manife-
Ambroſ. ſtè probant. Optimè diuus Ambroſius circa
Rom. 9. illud, Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam,
F compræhẽderunt iuſtitiam, iuſtitiam autem
quæ ex fide eſt. dicit, Deo enim hæc uera iu-
ſtitia eſt & permanẽs,ſi ipſe agnoſcatur. Quid
enim eſt tam iuſtum, quàm cognoſcere Deũ
Patrem,ex quo ſunt omnia: & Chriſtum filiũ
eius,per quem ſunt omnia? Prima ergo hæc
iuſtitia eſt,agnoſcere Deum: deinde,cuſtodi-
re quæ præcepit. Paulus ad Romanos explica
tius ſupra quàm dici potuit, duas poſuit iuſti
Rom. 10. tias, legis, & fidei, dicens, Moſes enim ſcrip-
ſit,quoniam iuſtitia quæ ex lege eſt, qui fece-
rit homo, uiuet in ea. Quæ autem ex fide eſt
iuſtitia,ſic dicit, Ne dixeris in corde tuo,Quis
Hierony. aſcendet in Cœlum? &c. quo loco Hierony-
mus quoque ita inquit, Moſes diſtinxit in Le-
uitico inter utranque iuſtitiam, fidei ſcilicet
atque factorum: quòd altera operibus,altera
ſola fidei credulitate accedente fiat. Conſtat
etiã quòd ſicut iuſtitia operũ,ſunt ipſa opera,
ut bene uidit Auguſtinus: ita iuſtitia fidei, eſt
Prou. 1. ipſa fides. Idem Hieronymus circa illud, Iuſti
tom. 7. tiam,& iudicium,& æquitatem. ait, In iuſti-
tia,actio recta: in iudicio,diſcretio boni & ma
li: in æquitate uerò,rectitudo mentis intelli-
gitur. Iuſtitia eſt in his quæ ſecundum regulã
Tom. 1. ueritatis bene operamur. Idem auctor ad Ce
lantiam de inſtitutione matris familiàs dixit,
Infinitæ namque ſunt ſpecies, parteſq; iuſti-
tiæ. eo uidelicet id docens, quòd omnes uir-

tutes pertinẽt ad iuſtitiam,& illam abſoluũt. G
Idem aduerſus Pelagianos ait, Et hæc homi- *Lib. 1.*
nis ſumma eſt iuſtitia, quicquid potuerit ha- *tom. 2.*
bere uirtutis,non ſuum putare eſſe, ſed domi
ni qui largitus eſt. Sic etiam per iuſtitiam in-
telligit uirtutes omnes,circa illud, Cuſtodite *Eſa. 56.*
iudicium,& facite iuſtitiam. In epiſtola de lau *tom. 5.*
de Virginitatis quæ inter Hieronymi epiſto-
las reperitur,ita habetur, Iuſtitia ergo nõ eſt *Tom. 4.*
aliud,quàm non peccare. Non peccare autẽ,
legis præcepta ſeruare. Præceptorum uerò
obſeruatio duplici genere cuſtoditur; ut nihil
eorum quæ prohibentur facias,& cuncta quæ
iubentur implere contendas. Hæc ibi. Salua-
tor noſter hanc iuſtitiam declarando,commẽ
dando,& præcipiendo,dixit, Sic luceat lux ue *Matt. 5.*
ſtra corám hominibus: ut uideant opera ue-
ſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum qui
in cœlis eſt. Dico autem uobis,quia niſi abun *Mat. 5.*
dauerit iuſtitia ueſtra plusquam Scribarum *infra.*
& Phariſæorum,non intrabitis in regnum cœ
lorum. Attendite ne iuſtitiam ueſtram facia- *Matt. 6.*
tis corám hominibus,ut uideamini ab eis: a-
lioquin mercedem non habebitis apud Patrẽ
ueſtrum,qui in Cœlis eſt. Ecce noſtram iuſti-
tiam operum prædicat, præcipit,& commen-
dat Saluator noſter: quam, ut conſtat in eiſ-
dem locis,declarat eſſe eleemoſynam,oratio-
nem, ieiunium: generaliter etiam, legis Dei
obſeruantiam: in qua declarauit oportere no H
ſtram iuſtitiam abũdare & maiorem eſſe pluſ-
quam Scribarum & Phariſæorum. Iob dixit,
Vias enim eius cuſtodiui, & non declinaui à *Iob 23.*
mandatis eius,neque diſcedam: Ob quod pau
lò poſt addidit, Iuſtitia ueſtitus eram, & cir- *Iob 29.*
cundendi mihi iudicium, ſicut chlamydem.
Cæterùm igitur omnes catholici uiri pro cõ
perto habeant quòd nullo modo excludit A-
poſtolus à iuſtificatione noſtra ſeu à noſtra iu
ſtitia Chriſtiana hominum iuſtorum, fidem,
ſpem,charitatem, aut uirtutes alias ſeu bona
opera bonarum uirtutum, quæ fidem, ſpem,
& charitatem ſequuntur: quin immo per hæc
iuſtificari hominem fatetur manifeſtè, idq; te
ſtatur in locis penè infinitis. Et ſic tota ſcrip- *Abac. 2.*
tura diuina, Iuſtus autem ex fide uiuit. Habi- *Rom. 1.*
tare Deum per fidem in cordibus ueſtris. Fi- *Galat. 3.*
de purificans corda. Non enim auditores le- *Hebr. 10.*
gis iuſti ſunt apud Deum,ſed factores legis iu
ſtificabuntur. Circunciſio nihil eſt, & præpu- *Rom. 2.*
tium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum *1. Cor. 7.*
Dei. Nam in Chriſto Ieſu, neque circunciſio *Galat. 5.*
aliquid ualet,neque præputium,ſed fides quæ
per charitatem operatur. Et quidem cum eſ- *Hebr. 5.*
ſet Flius Dei,didicit ex iis quæ paſſus eſt, obe
dientiam,& conſummatus, factus eſt omnib.
obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ.
Excludit autem Apoſtolus Paulus à iuſtifica-
tione

A tione noſtrá & iuſtitia Chriſtiana, omnes uirtutes omniaq; opera quæ fidem aut gratiam Chriſtianam excludunt, obiiciunt, negāt, aut præcedunt: ut uirtutes ſeu opera Iudæorum, Gentilium, aut quorumuis infidelium. Opera, inquam, tum ceremonialia, iudicialia, uel legalia; tum etiam Decalogi. Quæ omnia ſi fidem aut Chriſtianam gratiam præcedunt, negant, uel abiiciunt, excludit Auguſtinus ſecundum Apoſtolum, á Chriſtiana iuſtificatione ſeu iuſtitia: non fidem, ſpem, charitatem, & alias uirtutes ſeu uirtutum opera, quæ fidem, ſpem, charitatem, ſeu gratiam

Cap.13. & 14. Chriſtianam præſupponunt & ſequuntur. Cō ſtat apud ipſum, in De Spiritu & litera: in li-
quaſt.76. bro etiam 83. quæſtionum: in libro De fide
Pſal. 31. & operibus: in præfatione cuiuſdam Pſalmi.
tom.8. In quibus locis, hoc pacto conciliat concordatq; Apoſtolum Paulum Apoſtolo Iacobo, quantum ad iuſtificationem noſtram per opera, uel non. Intelligit enim Beatum Paulum loqui de operibus quæ fidem antecedunt, & quæ legis tantùm ſunt, non autem gratiæ uel fidei: Iacobum uerò agere de iis operibus, quæ ex fide proficiſcuntur, ut clariſſimè eius uerba teſtantur. Dicebat Auguſtinus ſecundum Apoſtolum Paulum contra Pelaginm, quòd ex operibus non iuſtificabitur omnis

B caro corám Deo. Obiiciebat Pelagius contra Auguſtinum, inquiens, Ergo damnas opera liberi arbitrii bona, quia dicis, iuſtitiam ex operibus non deberi. Si ita eſt, cur nobis præcipit Apoſtolus abundare operibus bonis, quia labor noſter uon erit inanis in domino? Reſpō-

Lib.3. det Auguſtinus in Hypognoſt. dicens, Audi
tom 7. hæretice ſtulte, & inimice fidei ueritatis. Opera liberi arbitrii bona, quæ ut fiant, præparantur per gratiæ præuentum, nullo liberi arbitrii merito, & ipſo faciente, gubernante & perficiente ut abundent in libero arbitrio, non damnamus, quia ex his uel huiuſmodi homines Dei iuſtificati ſunt, iuſtificantur, iuſtificabuntur in Chriſto. Damnamus uerò auctoritate diuina, opera liberi arbitrii, quæ gratiæ præponuntur, & ex his tanquam meritis, in Chriſto iuſtificati extolluntur. Hæc eſt ſententia Auguſtini, quam ipſe tenet & conſtanter commendat. Conſtat autem per illam quæ opera non excludnntur á noſtra iuſtificatione aut iuſtitia, & quæ excludantur: quia excluduntur quidem opera quæ præcedunt fidē aut gratiam Chriſtianam, uel illam negāt, aut blaſphemant: non excluduntur autem opera bona, quæ fidem ſeu gratiam Chriſtianam ſequuntur, confitentur, aut uenerantur. Hæc enim pertinent ad legem fidem, cui Paulus

Rom.2. manifeſtè ad Romanos tribuit noſtram iuſtificationem, & per quam dicit excludi Iudæorum gloriationem. Factores legis iuſtificab ū- C
tur, Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non, ſed per le-
gem fidei. In De Verbis Apoſtoli, pertractās *Auguſt.*
illud, Quos autem prædeſtinauit, hos & uoca *Serm. 16.*
uit: & quos uocauit, hos & iuſtificauit confitetur & probat Auguſtinus, nos habere iuſtitiā, ſaltem inchoatam, quot quot habemus fidē.
Ait enim, Si dixerimus, quia peccatum nō ha *1. Ioan. 1.*
bemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Quid ergo? Nihil habemus de iuſtitia? An habemus? Sed non totum habemus, hoc ergo quæramus. Si enim aliquid habemus, & aliquid non habemus, creſcat quod habemus & implebitur quod non habemus. Ecce enim baptizati ſunt homines, omnia illis peccata dimiſſa ſunt, iuſtificati ſunt á peccatis, negare non poſſumus: reſtat tamen lucta cum carne, reſtat lucta cum mundo, reſtat lucta cum diabolo. Qui autē luctatur, aliquando ferit, aliquando percutitur, aliquando uincit, aliquando perimitur; quomodo de ſtadio exeat attēdatur. Nam ſi dixerimns, quia peccatum nō habemus, noſmetipſos decipimus, & ueritas in nobis non eſt. Item ſi dixerimus, quia iuſtitiæ nihil habemus, aduerſum Dei dona mentimur. Si enim iuſtitiæ nihil habemus, nec fidem habemus. Si fidem non habemus, Chriſtiani non ſumus. Si autem fidem habe- D
mus, iam aliquid habemus iuſtitiæ. Ipſum aliquid, uis noſcere quantum ſit? Iuſtus eſt fide uiuit, quia credit quod nō uidit. Beati, inquit domin s, qui non uiderunt & crediderunt. Ecce ipſa fides qua credimus, pertinet ad iuſtitiam, atque eſt quædam iuſtitia: ſaltem
inchoata. Eodem modo dicit Auguſtinus in *Auguſt.*
De natura & Gratia, agens de charitate, Cha *Cap. 70.*
ritas ergo, inquit, inchoata, inchoata iuſti- *tom.7.*
tia eſt: charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt: charitas magna, magna inſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt: ſed charitas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta; quæ tunc maxima eſt in hac uita, quando pro illa ipſa contemnitur uita. Hæc ille. Ecce ſecundnm Auguſtinum iuſtificantur homines per fidem, charitatē, bonaq; opera ſequētia fidem ac gratiam Chriſtianam.
Diuus Dionyſius in De diuinis nominibus *Dionyſ.*
declarat nobis Dei iuſtitiam, & in eo dicit cō *Cap.8.*
ſiſtere, quòd Deus Optimus cuncta ſecundum diuinæ iuſtitiæ leges ordinat atque determinat, & omnibus quæ ſua ſunt tribuit, pro merito ſingulorum. Dicit enim, Iuſtitia uerò rurſus Deus ut omnibus ſecundum merita retribuens dicitur, menſuramq; & pulchritudinem & ordinem ac diſpoſitionem, omneſq; diſtributiones atque ordinationes iuxta ueriſsimam ac iuſtiſsimam diffinitionē

E ſingulis ſegregans,& omnibns quibuſqne pro
prii operis auctor exiſtens. Cuncta enim di-
uinæ iuſtitiæ legibus ordinat atque determi-
nat, & omnia ex omnibus mera atque imper
miſta cuſtodiens, pro ſingulorum meritis iis
quæ ſunt omnibus congrua cuique largitur.
Infra. Verùm in hoc operæpretium eſt co-
gnoſcere diuinam iuſtitiam ueram eſſe iuſti-
tiam, quòd omnibus quæ ſua ſunt tribuit pro
ſingulorum merito, & cuiuſqne naturam in
ſuo ordine ſeruat atqne uirtute. Hæc ille. Ne
ceſſariò igitur danda eſt in nobis aliqua parti
cipata à Deo iuſtitia, quãdo hominibus quæ
ſua ſunt tribuimus, quando actiones noſtras
ſecuudum legem Dei moderamur cùm diui-
1.Ioan.3. nas leges obſeruamus: de qua diuus Ioannes
dixit, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. Ergo iu-
ſtitia quædam eſt per idẽtitatem in fide, ſpe,
charitate, in aliis uirtutibus, & in bonis ip-
ſis operibus ſecundum legem Dei & cum fide
Sap.15. factis. Sic enim legimus ſapientem dicere
Deo, Noſſe enim te, conſummata iuſtitia
eſt: & ſcire iuſtitiam, & uirtutem tuam, ra-
dix eſt immortalitatis.

Ergo hic quartus modus iuſtificationis,
eſt credendus, confitendus, atque commen
dandus. De perfecta iuſtitia operum, quæ
conſiſtit in perfecta legis obedientia, decli-
nando à malo iuxta præcepta negatiua, & fa-
ciendo bonum iuxta præcepta affirmatiua, du
F bitauit Auguſtinus in multis locis de quibus
infra, An illa reperiatur in hoc ſæculo? Ve-
rùm de iuſtitia quæ eſt in nobis hominibus
formalis atque inhærens inchoata ſaltem, per
fidem, charitatem, atque bona opera ſequen
tia gratiam Chriſtianam, quæ Deus præparat
in nobis ut nos faciamus, nunquam dubitauit
Auguſtinus. Immo de hac iuſtitia confitendo
illam & commendando, multa admodum di-
xit: ex quibus cõplura iam in hoc capite ſunt
poſita, & multa etiam ponuntur interius in
hoc libro, eo loci nbi de perfecta atque de in-
choata iuſtitia operum, eſt ſermo. Neque ali
quis doctor catholicus poteſt negare hanc ue
ritatem, niſi prius neget totam diuinam ſcri-
pturam, tum noui, tum ueteris teſtamenti.
Declarando enim quòd obſeruatio mandato
rum Dei facit in ſuis obſeruatoribus iuſtitiã
Ezec.18. operum, dicit dominus per Ezechielem, Et
uir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſti-
tiam, in montibus non comederit, & oculos
ſuos non leuauerit ad idola domns Iſrael: &
uxorem proximi ſui non uiolauerit, & ad mu
lierem menſtruatam non acceſſerit, Et homi
nem non contriſtauerit: pignus debitori red-
diderit, per uim nihil rapuerit, panem ſuum
eſurienti dederit, & nudum operuerit ueſti-
mento. Ad uſuram non cõmodauerit, & am-
plius non acceperit: ab iniquitate auerterit G
manum ſuam, & iudicium uerũ fecerit inter
uirum & uirum: & in præceptis meis ambu-
lauerit, & iudicia mea cuſtodierit, ut faciat
ueritatem: hic iuſtus eſt, uita uiuet, ait do
minus Deus. Ecce manifeſtè dicit Domi-
nus de homine, quòd uir qui non fecerit il-
lud malum, nec illud, nec illud, & fecerit
illud bonum, & illud, & illud, iuſtus eſt. Et
non dicit, Iuſtus uidebitur, aut iuſtus ap-
parebit, aut iuſtus iudicabitur, uel iuſtus pro
babitur: ſed dicit, Iuſtus eſt. Quidem, quia
ab illis malis declinare, & illa bona facere, ſi-
ne dubio quædam eſt iuſtitia. Vt quidem hic
quartus modus iuſtificationis, fuerit ſemper
cognitus, tum in lege naturali, ut conſtat ex
dictis Ariſtotelis, tum in teſtamento ueteri, *Ethic.2.*
ut conſtat ex dictis Ezechielis. Hic iuſtus eſt. *Ethic.5.*
In iuſtitia quam operatus eſt, uiuet. tum ex *Ezec.18.*
teſtamento nouo, Niſi abundauerit iuſtitia
ueſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum,
non intrabitis in regnum cœlorum. Attendi *Mat.5.*
te, ne iuſtitiam ueſtram faciatis coràm homi- *& 6.*
nibus, ut uideamini ab eis.

Vt quidem cum omni uirtuoſa conſtan-
tia dicamus ex dictis diui Ioannis Apoſtoli & *1.Ioan.3.*
Euangeliſtæ, Filioli, nemo uos ſeducat, Qui
facit iuſtitiam, iuſtus eſt. Igitur ſine dubio iu-
ſtificat nos Deus, dũ nos de non iuſtis facit iu
ſtos, ſuam gratiam nobis inſundendo: atque
iuſtificat nos, dum nos de iuſtis facit magis iu H
ſtos, ſuam gratiam in nobis augendo: iuſtifi-
cat nos, dum nos manifeſtat iuſtos eſſe. & tan
dem iuſtificat nos, dum nobis uirtutes infun-
dit, dumq; nos præueniendo, aptando, ac iu
uando, facit ut nos ſuam legem obſeruemus,
declinando à malo, & faciendo bonum. Hic
quartus modus diuinæ iuſtificationis erga
nos, concedendus eſt omnino ab omnibus fi-
delibus Chriſtianis: quia profectò eſt in diui-
nis ſcripturis expreſſus, & fuit ſemper notus
apud omnes. Apoſtolus ad Timotheum di- *1.Tim.6.*
ſcipulum ſuum, ſibi ualde dilectum, ita dice-
bat, Sectare uerò iuſtitiam, pietatem, fidem,
charitatem, patientiam, manſuetudinem. Ali
bi etiam ad eundem, Sectare uerò iuſtitiam, *2.Tim.2*
fidem, ſpem, & charitatem, & pacem cum iis
qui inuocant dominum de corde puro. Ecce
tali modo, tali doctrina, & talibus uerbis Pau
lus inſtituebat diſcipulum ſuum, ut iuſtitiam
ſectaretur: & declarando quam iuſtitiam, di-
cebat, fidem, ſpem, charitatem, pietatem,
patientiam, manſuetudinem, atque pacem
cum iis qui inuocant dominum de corde pu-
ro. In his ergo eſt iuſtitia, quam ſectari præci
pimur: & qui hæc ſectatur, ſine dubio etiam
quoad prædictum quartum modum iuſtifica
tur. Nequit enim fieri, ut quis ſectetur iuſti-
tiam,

A tiam dumq; eã ſectatur, nullo modo iuſtifice-
tur: quia profectò quædam iuſtitia eſt, iuſti-
tiam ſectari. Sicuti & quædam iuſtitia eſt, iu-
ſtitiam eſurire atque ſitire: unde & legimus,
Matt.5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniã
Rom.9. ipſi ſaturabuntur. De Iſraele dicit Apoſtolus,
quòd, ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſti-
tiæ non peruenit. Non tamen quaſi ſectando
legem iuſtitiæ, nullam iuſtitiam acquireret;
quia certè acquirebat iuſtitiam legis ipſius &
Rom.10. operum, ut ipſe Apoſtolus declarat in capitu
Philip.3. lo ſequenti, & ad Galatas, & ad Philip. Sed
quia non peruenit in iuſtitiam fidei, quæ eſt iu
ſtitia prima & principalis ſupra iuſtitiam ope
rum & legis: quia non recepit Chriſtum, quia
non recepit Euangelium Chriſti; quia non re
cipiebat ad fidei iuſtitiam, ſed ex operibus le
gis putabat ſe iuſtificari. Ob quod cùm Apo-
ſtolus dixiſſet, Iſrael uerò ſectando legem iu
ſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. dixit ſta
Rom.9. tim, Quare? Reſpondendo autem inquit,
Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus. Offen
derunt enim in lapidem offenſionis, ſicut ſcri
Eſa.28. ptum eſt, Ecce pono in Syon lapidem offen-
& 8. ſionis, & petram ſcandali: & omnis qui cre-
1.Pet.2. dit in eum, non confundetur. Quamobrem
deinde in ſequentibus id facit Apoſtolus pri-
mùm, quòd iuſtitiam hominis & iuſtitiã Dei,
atque iuſtitiam legis & iuſtitiam fidei diſtin-
B guit, ut conſtat omnibus. Itaque igitur qui ſe
ctatur fidem, ſpem, charitatem, pietatem,
patientiam, manſuetudinem & pacem, eo ip
ſo ſectatur iuſtitiam, ut manifeſtè declarat A-
poſtolus: non autem eo ipſo ſectaretur iuſti-
tiam, niſi in his quædam eſſet iuſtitia. Iſta ue
rò, utique ſunt uirtutes quædam. Ergo ſaltem
in iſtis uirtutibus eſt iuſtitia. Similiter autem
& in aliis uirtutibus, licet maiori ratione in
1.Tim.6. iſtis. Ita Apoſtolus inſtituit diſcipulum ſuum,
& nos omnes in ipſo, dicens, Sectare uerò iu
2.Tim.2 ſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patien
tiam, manſuetudinem. Et alibi item, Secta-
re uerò iuſtitiam, fidem, ſpem, & charitatem,
& pacem cum iis qui inuocant dominum de
corde puro. Ecce præcipit nobis ut ſectemur
iuſtitiam, non utcunque, ſed declarando ex-
preſſè, quæ ſunt illa, quæ ſectando, iuſtitiam
ſectamur, & quæ habẽdo, iuſtitiam habemus:
fidem, uidelicet, ſpem, charitatem, &c. Di-
Dionyſ. uus Dionyſius Areopagita ipſius Apoſtoli di
Cap.2. ſcipulus, & Chriſti glorioſus Martyr, in De
Part.1. Eccleſiaſtica Hierarchia, fatetur quòd Deo ſi
miles pro uiribus efficimur, ipſiq; iungimur,
ſi auguſtiſſima Dei mandata diligamus atque
operemur: quòd ad hoc uenimus per Dei di-
Lib.præ- lectionem qua Deum diligimus, & quòd per
ſenti. illã in diuino eſſe renaſcimur. Verba illius po
Cap.12. nuntur infra, ubi agitur de noſtra hominum
in fine.

apotheoſi, ſeu, ut noſtri dicunt, deifica- C
tione.

Oſtenditur modus quo nos Adæ filij, iuſtificamur à Deo per gratiam Chriſti Saluatoris noſtri: hoc eſt, quo pacto deriuetur gratia Chriſti ad nos, ſeu communicetur nobis: quo pacto mereamur in eius merito, & in eius gratia grati reddamur, quomodo iuſtificamur in eius iuſtitia, & in eius ſanguine iuſtitiam adipiſci dicamur. CAP. IX.

CAPVT noſtrum Chriſtus eſt,
hominum, & angelorum:
quia ut dicit Apoſtolus, Ca 1.Cor.12.
put hominis Chriſtus: cu-
ius & nos corpus ſumus ſi-
cut idem ait, uos autẽ eſtis
corpus Chriſti, & membra
de membro. Veritatem autem facientes in Epheſ.4.
charitate, creſcamus in illo per omnia, qui
eſt caput Chriſtus; ex quo totum corpus cõ-
pactum & conneſtum per omnem iuncturã
ſubminiſtrationis, ſecundum operationem
in menſuram uniuſcuiuſque membri, aug-
mentum corporis facit in ædificationem ſui
in charitate. Qui eſt caput omnis principatus Col.2.
& poteſtatis. Quod ſi caput eſt noſtrum, ab
eo ſine dubio habemus omnem uitalem in-
fluxum, & omne bonum: uocationem, præ-
parationem, fidem, ſpem, charitatem, pœ- D
nitentiam, omneſq; uirtutes alias: iuſtifica-
tionem, & glorificationem, gratiam, & glo-
riam. Ab eo ad nos dimanat eius gratia, iu-
ſtitia, & meritum: neque noſtrum opus ali-
quod poteſt aſſequi meritum ullum, niſi in il-
lius merito, in eius gratia grati reddimur, in
ſua iuſtitia iuſtificamur, & in ſuo merito mere
mur. Eramus enim aliàs omnes naturâ filii
iræ. Sed, De plenitudine eius nos omnes ac- Ioan.1.
cepimus; & gratiam pro gratia, quia lex per
Moſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum
Chriſtum facta eſt. Omnes in hoc conueni-
mus, quia eſt ueritas hæc manifeſtiſſima in di
uinis ſcripturis, & unum de maximè credibi
libus. Refert tamen uidere modum, in quo
(proh dolor,) nonnulli abſque cauſa, & cum
maſtima iactura ſui, deuiare uidentur. De
modo ergo nobis agendum eſt, quo mere-
mur in Chriſti merito, quo gratificamur in
eius gratia, quo iuſtificamur in eius iuſtitia:
Primùm autem de merito ipſius.

MERITA quidem homines habere apud
Deum non poſſunt, niſi per unum mediato-
rem Dei & hominum, Chriſtum Ieſum bene
dictum, qui eſt pax noſtra, qui fecit utraque
unum, interficiens inimicitias in ſemetipſo, &
reconciliauit nos Deo; factus pro nobis, ho-
ſtia, ſacrificium, atque oblatio: quiq; eſt pro
pitiatio

E pitiatio pro peccatis noſtris, noſtra iuſtificatio, & redemptio. Quidem ſine eius meritis interpoſitis, nullum eſt bonum meritum hominis: id quod ſatis monſtratū eſt hactenus, per diuinas ſcripturas & doctores ſanctos.

Merita Chriſti nō cedunt nobis in meritum. Merita autem Chriſti non cedunt nobis in meritum, quia meritum nullius eſt meritum, niſi eius cuius eſt opus, actio, uel paſsio: unde ſicut merita Chriſti non ſunt noſtra opera, ita profectò neque ſunt noſtra merita. Sunt *In libris ſentent. Lib. 3. diſt. 15. & infra.* ergo ſua, non noſtra; opera, meritaq;: non enim nos illa fecimus aut paſsi ſumus, ſed ille. Cedunt uerò utiq; nobis merita Chriſti in fructum, quia ipſe pro nobis meruit, & dum pro nobis mereretur, nobis ſine dubio profecit meritoriè: ideſt, pro nobis merendo, ad nos quodammodo meritoriè transfudit, quicquid pro nobis petiit, & meruit. *Merita Chriſti cedunt nobis in fructum.* Fructus meritorum Chriſti ſunt, quòd Deus nos uocat ad bonum, quòd nos præuenit, quòd nos præparat, quòd nobis præſtat fidē, ſpem, charitatem, pœnitentiam, & uirtutes alias, quòd nos iuſtificat, quòd nobis noſtra peccata condonat, quòd nos glorificat: quòd omnes Deo recōciliati ſumus, & quòd non per Deum ſed per nos ſtat quo minus omnes de facto ſaluemur quoad efficientiam dictam ſeu efficaciam. Sic merita Chriſti nobis fructum pepererunt, & tales ſunt eius fructus, Cuius liuore ſanati ſumus. *Eſa. 50.* F Vt quemadmodum per Adam priorem de terra terrenum, in mortem delapſi ſumus malisq; ſtatim obruti, per Adam poſteriorē de cœlo cœleſtem, uitam accipiamus & bona. Sed non ſicut delictum, ita & donum: ſi enim *Rom. 5.* unius delicto, multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei & donum, in gratia unius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per unum peccatum, ita & donum: nam iudicium ex uno, in condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationē. Si enim unius delicto, mors regnauit per unum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in uita regnabunt per Vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per unius delictum, in omnes homines in cōdemnationem: ſic & per unius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationē uitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita per unius obedientiam iuſti conſtituētur multi: Igitur merita Chriſti nobis aſtruuntur, non quaſi cedant nobis in meritum, migrando de ſubiecto in ſubiectum: ſed quia cedunt nobis in fructum, dum à Deo accipimus, quod pro nobis Chriſtus apud Deum meruit. Meremur autem in eius merito, quia ex meritis eius habemus, unde apud Deum mereri poſſumus: meremur enim apud Deum non niſi per gratiam Dei, gratiam uerò Dei non habemus niſi per merita Chriſti. G Ipſe nos reconciliauit Deo, ipſe nobis meruit gratiam eius: quicquid habemus gratiæ Dei, pertinens ad ſalutem animæ & bonam uitam, habemus ex meritis Saluatoris noſtris. Atque hoc modo merita ipſius ſiunt merita noſtra, quòd uidelicet merita ſua nobis in fructum cedunt: noſtra ergo ſunt hoc modo, quia nobis fructum ediderunt profeceruntq; & nos ex illis fructum colligimus.

Gratificamvr autem in ſua gratia, non quaſi illa gratia quæ in Chriſto eſt identicè ut dicitur uel ſubiectiuè, identicè uel ſubiectiuè noſtra fiat: nec quaſi ab illa ſola extrinſecè gratificemur, nihil gratiæ acquirētes dum gratificamur. Nihil enim horum eſt, ut ex ſe ipſo atque ex dictis conſtat, & ut conſtabit quoque ex dicendis. Quomodo ergo gratificamur in eius gratia? Efficienter, uel meritoriè. Gratia Chriſti uel eſt increata, uel eſt creata: gratia eius increata, uerè realiter eſt ipſa natura diuina & Deus ipſe, unde ipſa nos gratificat efficienter, ſicut Deus eſt qui efficienter nos gratificat: gratia eius creata, uerè eſt creatura, & accidens quoddam, quoad rem, finitum quidem, quoad acceptionem uerò & meritum infinitum. Eſt enim gratia capitis, & ſuppoſiti infiniti. Itaque ſecūdum quod eſt ens creatum, neceſſe eſt quoddam finitum eſſe: H ſed ſecundum rationem gratiæ, infinitum quoddam, eo quòd non limitatur: Habet. n. quicquid ad rationē gratiæ pertinere poteſt, & non eſt datum illi ſecundum aliquam certā menſuram id quod ad rationem gratiæ, pertinet: eo uidelicet quòd ſecundum propoſitū Dei cuius eſt gratiam menſurare, gratia data eſt animæ Chriſti, ſicut cuidā uniuerſali principio gratificationis in humana natura, ſecundum illud, Gratificauit nos in dilecto filio *Epheſ. 1.* ſuo. Sic enim legimus, Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum, dedi Spiritum meum ſuper eū. *Eſa. 42.* Et uidimus gloriam eius gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & ueritatis. *Ioan. 1.* Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum, *Ioan. 3.* ſcilicet, Chriſto, filio ſuo. Gratiam ergo creatam habet Chriſtus finitam quantum ad eſſe entis, infinitam quantum ad rationem gratiæ: quia utique habet, quicquid pertinet ad gratiæ rationem. Sicut ſi dicamus lucem Solis, eſſe infinitam: non quidem ſecundum ſuum eſſe, ſed ſecundum rationem lucis. Secundum autem hanc gratiam creatam ſuam, manifeſtum eſt quòd non gratificat nos Chri

ſtus

A ſtus niſi meritoriè: nam hæc gratia non eſt effectiua ſeu productiua alterius gratiæ, neque illam totam, neque partem eius, Chriſtus ad nos transfundit, cùm nos gratis facit: aliàs quod ad nos transfunderet, ipſe perderet, & minus gratus eſſet. Gratificamur ergo efficienter in gratia increata Chriſti, quia illa nos efficienter gratificat, nobiſq; donat efficienter, unde iuſtificemur formaliter: Gratificamur autem meritoriè in gratia creata eius, quia ipſe per illam nobis meruit gratiã Patris ſui, reconciliationem, uocationẽ, præparationem, iuſtificationem, glorificationem, uirtutes, & bona opera pertinentia ad ſalutem animæ & bonam uitam. Gratificauit nos in dilecto filio ſuo, per, uel propter gratiam filii ſui; qui Patri gratus exiſtens & pro nobis patiens ac moriens, uobis à Patre obtinuit, ut nos ſibi Pater gratificaret.

Et manifeſtum eſt apud omnes, quòd cum gratia creata Chriſti, ſit creatura, non poteſt eſſe principium gratificationis noſtræ niſi meritoriè: ſcit hoc qui res atque proprietates eius nouit. De plenitudine ergo gratiæ Chriſti, capitis noſtri, omnes accipimus: ſed de plenitudine gratiæ increatæ per eius efficientiam, de plenitudine autem gratiæ crea-
B tæ, per eius meritum: per meritũ enim Chriſti eſt, quòd Deus uobis donat, unde ſimus formaliter grati Deo. Gratificamur itaque in gratia Chriſti creata, quia ipſe per ſuam gratiam eandem meruit nobis à Patre ſuo, & gratiam increatam quæ nos gratificat efficiẽter, & hanc gratiam creatam quæ nos gratificat formaliter.

PORRO iuſtificamur in ſua iuſtitia, modis non diſsimilibus: efficienter iuſtitia ſua increata, quia ipſa effectiuè uos iuſtificat: meritoriè in iuſtitia ſua creata, quia per ipſam ille uobis meruit iuſtificationem uoſtrã. Fecit meritoriè iuſtitia ſua, noſtram iuſtitiã: ſcilicet iuſtitia ſua creata: ſicut fecit ſua gratia creata meritoriè noſtram gratiã, & ſicut ſuum meritum fecit noſtrum. Iuſtitia qua formaliter iuſtificamur, & noſtra eſt, & Dei, & Chriſti: noſtra eſt, quia illam uerè atque realiter in nobis habemus, alioquin non eſſemus intrinſecè aut formaliter iuſti: Dei eſt, quia illam nobis efficienter Deus præſtat, unde circa illud, Iuſtitia Dei in eo reuelatur. in De ſpiritu & litera ait Auguſtinus, ideo dici iuſtitiam Dei, quòd nobis illam impertiendo, iuſtos nos facit: Et circa illud, In tua iuſtitia erue me. dicit, Iuſtitia Dei noſtra fit, cùm nobis donatur: Chriſti autem eſt, quia Chriſtus illam nobis meruit per ſuam uitam ſanctiſsimam, paſsionem, & mortem. Iuſtificamur ergo in iuſtitia Chriſti creata, quia ip-

Rom. 1. *Cap. 15.* *Pſal. 30.*

C ſe iuſtus exiſtens per creatam iuſtitiam ſuam, nobis meruit iuſtitiam noſtram.

CAETERVM iam ſatis ex dictis conſtat, quomodo Saluator noſter noſtra ſit iuſtificatio: ſic enim noſtra iuſtificatio eſt, ſicut eſt noſtra iuſtitia: quandoquidem per iuſtitiam iuſtificatio fit, & per iuſtitiam iuſtificamur. Eſt noſtra iuſtificatio, quia nos iuſtificat effectiuè ſecundum naturam diuinam; eſtq; noſtra iuſtificatio, quia nos iuſtificat meritoriè ſecundum naturam humanam. Sed quidem eſt iuſtitia noſtra, quia nos in eius iuſtificamur iuſtitia: iuſtificamur autem in eius iuſtitia, modis ſupradictis, ſupraq; expoſitis.

Et ut diximus de iuſtificatione, ita dicimus de iuſtitia, Eſt Chriſtus noſtra iuſtitia, quia noſtram iuſtitiam cauſat gratis effectiuè ſecundum naturam diuinam: eſtq; Chriſtus noſtra iuſtitia, quia noſtram iuſtitiam cauſat gratis meritoriè ſecundum naturam humanam. Eſt ergo Chriſtus Saluator noſter noſtra iuſtificatio & noſtra iuſtitia, cauſatiuè: cauſatiuè, in quam, tum effectiuè, tum meritoriè. Noſtra autem formalis iuſtitia qua formaliter à peccatis iuſtificamur, & quam in nobis cauſat Chriſtus, alia eſt realiter à iuſtitia, quæ realiter eſt in Chriſto: alia à ſua iuſtitia diuina, & alia à ſua iuſtitia creata. Quid ergo eſt? D Illud eſt per quod ultimatè ut dicitur, & formaliter nobis applicatur iuſtitia Chriſti in remiſsionem peccatorum noſtrorum, & in acceptationem ad gloriam: quicquid illud eſt, eſt noſtra formalis iuſtitia, nobis à Chriſto aduenicns cauſatiuè, effectiuè, atque meritoriè, Illud, inquam, eſt, quod Chriſtus in nos producit, nobis præſtat, in nobis facit, dum nos à peccatis iuſtificat: non enim iuſtificat nos Chriſtus nihil in nobis faciendo, ſed utique aliquid in nobis producendo. Illud eſt ergo noſtra iuſtitia formalis, Quod ſi quiſpiam dixerit, Chriſtum iuſtificare homines nihil producendo in illis, ſeu nihil cauſatiuè exercendo circa illos; indignus eſt ſic dicens qui audiatur, indignus qui legatur, indignus qui memoretur. Iuſtificare eſt, iuſtũ facere: iuſtificare hominem, eſt iuſtum facere hominem. Quomodo ergo Chriſtus facit hominem iuſtum, nihil producendo in illo? Si dixerit quiſpiam, quòd applicando illi merita ſua & ſuam iuſtitiam: Quærimus ab illo, uel Chriſtus applicat ſuam iuſtitiam hominibus nulla re, nullaq; uirtute denuo poſita in illis; uel non, ſed poſita in illis aliqua re uel uirtute? Primum horum nõ poteſt dici, quia manifeſtum eſt ex diuinis ſcripturis aliquid debere in nobis præcedere tempore uel natura applicationem iuſtitiæ Chriſti ad nos, quantum ad remiſsionem peccatorũ noſtrorum

E rum, & quantum ad acceptationem ad gloriam: ſiue illud ſit fides, ſiue ſpes, ſiue charitas, ſiue pœnitentia, ſiue aliquid aliud. Dandum eſt igitur ſecundum, & concedendum, quòd nullo pacto applicatur iuſtitia Chriſti nobis hominibus, niſi aliqua re uel uirtute prius tempore uel natura poſita in nobis, uel circa nos. De illa ergo quæramus, Nunquid illam rem cauſet in nobis Chriſtus meritis ſuis, uel non? Si dicitur quòd non, blaſphemia eſt contra Chriſtum, ex cuius meritis habemus omne bonum pertinens ad ſalutem, ad iuſtificationem, & ad bonam uitam, ut ſatis monſtratum eſt. Si autē dicitur quòd ſic, ut re uera eſt dicendum; iam conſequenter & euidenter ſequitur quòd dum Chriſtus nobis iuſtitiam ſuam applicat in remiſsionem peccatorum noſtrorum, aliquid ſine dubio in nobis cauſat: ſimiliter ergo & dum nos iuſtificat, ſi nos iuſtificat, nobis ſuam iuſtitiam applicando. At profectò id quod Chriſtus in nobis cauſat, dum nos iuſtificat: nos formalem noſtram iuſtitiam appellamus, quicquid ſit illud. Eſt autem quod dictum eſt, & probatum ſatis; id eſt, Eſt gratia gratum faciens, habitus ſeu qualitas quædam mentis, ſpiritalis, alta, ſublimis, nobilis, cauſata à Deo in nobis per creationem, dignificans nos, atque eleuans nos quodammodo ſupra

F nos, filios regni faciens, & quodammodo proportionatos ad gloriam, ueluti quoddam gloriæ ſeminarium. Non mirum eſt, ut qui rem uel non aduertunt, uel non intelligunt, à rei ueritate excidant. Deum iuſtificare hominem, eſt Deum aliquid facere circa hominem: maximè non conſiderando iuſtificationem pro ut dicit ſolam nonimputationē peccati, ſed pro ut dicit infuſionem gratiæ gratum facientis, quicquid ſit realiter ipſa gratia, ſiue uirtus, ſiue ſit qualitas aliqua ab omni uirtute realiter diſtincta. Vnde illa actio Dei, qua nobis Deus gratiam infundit, conſideranda eſt & intelligēda pro ut omnes alias actiones Dei conſideramus & intelligimus ad extra: ueluti etiam particulariter intelligimus actionem Dei, qua ipſe in nobis creat animam noſtram rationalem. Omnes enim actiones Dei ad extra, ſunt actiones tranſeuntes: ſiue Deus animam creet, ſiue animam iuſtificet, ſiue aliquid aliud extra faciat. Sic autem eas actiones Dei conſiderando, non poſſumus ullo modo illas melius intelligere, quàm conſiderando & intelligendo actiones tranſeuntes naturalium agentiū, uel etiam liberorum: ut calefactionem ignis, frigefactionem aquæ, humectationem aeris, & ſimilia. Agamus ergo de una aliqua, ut explicatius dicamus. Verbi gratia Calefactio

actiua ignis, calefacit lignum, faciendo illud G de non calido calidum, quantum ad rem, nihil eſt aliud quàm calefactio paſsiua qua lignū calefit ab igne, & fit realiter de non calido calidum. Quandoquidem ipſe calor quo lignū formaliter mouetur ad calorem & formaliter fit calidum, ipſe eſt motus quo lignum mouetur ad calorem: quia uerum eſt uniuerſaliter, maximè in re huiuſmodi, quā dixit Ariſtoteles, Non eſt autem motus præter res ad quas eſt motus. *Phyſi. 3.* Atque rurſus ſecundum rem idem met calor productus, ſeu quamdiu eſt in produci, pro ut eſt ab igne calefaciente eſt actio, & pro ut eſt in ligno ſuſcipiente, eſt paſsio: actio ut ab hoc, paſsio ut in hoc: quia unus motus eſt calefactio, qui eſt actio agentis, & paſsio patientis. Et ſicut generaliter, motus non eſt in mouente, ſed in re mota: ſic calefactio nō eſt in igne calefaciente, ſed in re calefacta: cum tamen in re mouente, ſit cauſa motus, & in igne calefaciente, ſit cauſa calefactionis, uel calefaciendi, unde procedit calefactio, quæ eſt in re calefacta. Licet enim reſpectus actionis, ſit in igne calefaciente, quo H formaliter eſt agens, fundans & habens relationem actionis: nullo tamen modo concederet Ariſtoteles, neque concedendum eſt, quòd calefactio, actio ſeu actiua ſit in igne calefaciente, ſed in paſſo calefacto. Sunt enim idem motus actio & paſsio, atque ſunt eadem forma calefactio actiua & calefactio paſsiua: nec differunt ſecundum rem actio & paſsio, ſeu calefactio actiua & calefactio paſsiua, ſed ſolùm ſecundum rationem. Quia ut iam dictum eſt, eadem forma producta uel pro ut eſt in produci, eſt actio pro ut eſt ab agente, & eadem eſt paſsio pro ut eſt in patiente: eſt actio pro ut eſt ab hoc, & eſt paſsio pro ut eſt in hoc. Hæc eſt naturalis Philoſophia. Sic ergo intelligendo, Creatio actiua Dei qua Deus creauit mundum, & creatio paſsiua mundi, qua mundus creatus eſt à Deo, quantum ad rem idem erant; nec ipſa creatio actiua Dei quæ uera realis, & uerè tunc de nouo fiebat in tempore, aliquid ponebat in Deo reale temporale, abſolutum uel reſpectiuum. Sed profectò creatio actiua Dei, ſecundum rem, erat creatio paſsiua mundi: id eſt, mūdus ipſe creatus: qui mundus dicebatur creatio actiua Dei, ob id quod creabatur à Deo. Nec erat ipſa creatio actiua in Deo, ſed in mundo in quo erat creatio paſsiua: licet bene quidē in Deo erat cauſa ipſius creationis, cauſans & creans: ſua diuina uoluntas. Simili modo itaque dicendum eſt de iuſtificatione actiua qua nos Deus iuſtificat, & de noſtra iuſtificatione paſsiua qua nos à Deo iuſtificamur. Non enim diſtinguuntur ſecundum rem, ſed ſunt

A ſunt una res, una forma, unus motus, ipſa gratia gratum faciens: quæ pro ut eſt à Deo, eſt iuſtificatio actiua: & pro ut eſt in nobis, eſt iuſtificatio paſsiua. Quemadmodum in igne calefaciente, non eſt calefactio actiua, ſed in re calefacta: quamuis tamen ſit iu igne cauſa ipſius calefactionis: Et quẽadmodum in Deo creante, non eſt creatio actiua, ſed in re çreata: quanquam bene quidem ſit in Deo cauſa ipſius creationis: Ita in Deo iuſtificante, non eſt iuſtificatio actiua, ſed in re iuſtificata, licet utique ſit in Deo cauſa ipſius iuſtificationis. Eadem ergo iuſtificatio qua iuſtificamur, eadem res, eadem qualitas, eadem forma, eadem gratia gratum facieus creata, eſt iuſtificatio actiua Dei, & eſt iuſtificatio paſsiua noſtra: eſt actio, & eſt paſsio: Eſt actio & iuſtificatio actiua Dei, inquantum eſt à Deo: eſt paſsio & iuſtificatio paſsiua noſtra, inquantum eſt iu nobis.

PORRÒ, quomodo iuſtificamur aut iuſtificari dicimur in ſanguine Saluatoris noſtri, declarat Auguſtinus in De Trinitate, dicens, Quæ, eſt igitur iuſtitia qua uictus eſt diabolus? Quæ niſi iuſtitia Ieſu Chriſti? Et quo modo uictus eſt? Quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen. Et utique iuſtum eſt, ut debitores quos tene- *Auguſt. Lib. 13. Cap. 14. tom. 3.*

B bat, liberi dimittantur, in eum credẽtes quẽ ſine ullo debito occidit, hoc eſt, quòd iuſtificari dicimur in Chriſti ſanguine. Sic quippe in remiſsionem peccatorum noſtrorum, innocens ſanguis ille effuſus eſt. Hæc ille.

ITAQVE latius declarantes, quatuor modis intelligere poſſumusi, nos uſtitia Chriſti iuſtos eſſe: Primo in genere cauſæ efficientis, ad quam meritũ reducitur, Secundo in genere cauſæ formalis ſecundum extrinſecam denominationem, quo modo medicina dicitur ſana à ſanitate animalis, Tertio ex mutua cõmunicatione perfectionum & proprietatum membrorum eiuſdem corporis. Singulorũ enim membrorum dona, toti corpori & omnibus membris ſunt communia. Non enim ſibi dumtaxat oculus uidet, & auris audit; ſed & membris aliis. Nam manifeſtatio ſpiritus datur ad utilitatem aliorum, etiam fidelium. Quo ſenſu dona quæ ſunt capitis noſtri, domini noſtri Ieſu Chriſti, ſunt & noſtra: hoc eſt, omnium eius membrorum: & quæ ſponſo data ſunt, ſunt etiam ſponſæ communia. Quarto intelligi poteſt, quòd Chriſti iuſtitia, ſumus iuſti ſecuudum aſsimilationem, propter iuſtitiam ab eo participatam ; ſicut etiam Dei iuſtitia, bonitate, & ſapientia, dicimur iuſti, boni, & ſapientes, quia à Dei iuſtitia, bonitate, & ſapientia, tanquam à cauſis quibuſdam accipimus, unde iuſti, boni, & ſapientes dicamur. Quouis autem modo, ſeu C quibuſuis modis homines dicantur iuſti iuſtitia Chriſti, aut ſola illa, nullo modo ita intelligendum eſt, quaſi homines iuſti ſint aut iuſti dicantur iuſtitia Chriſti ſolummodo ratione imputationis, ideſt, quaſi homines in ſeipſis ſint iu iuſti, impii, & immundi, imputatione autem iuſtitiæ Chriſti, ſint & dicantur iuſti & pii coràm Deo, per hoc ſolum quòd ipſe non reputat illis delicta ipſorum. Abſit hoc à mentibus fidelium, ut ſolam talem putent imputatiuam iuſtitiam ſeu iuſtificationem hominum impiorũ. Non enim ita res habet; ſed quando Deus optimus Maximus iuſtificat homines in iuſtitia Chriſti, non reputans illis ipſorum delicta, prius tempore uel natura in eadem iuſtitia Chriſti, ideſt propter Chriſti merita, præſtat hominibus fidem, ſpem, & charitatem, gratiamq; gratum faciẽtem creatam. Sicut legimus, Fide purificans corda eorum. Et hoc enim, donũ Dei eſt. Spe ſalui facti ſumus. Translati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui autẽ non diligit, manet in morte. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Et multa ſimilia penè infinita. Ac propterea Chriſti iuſtitia non ſolùm nobis imputatur, & iure amicitiæ communicatur imputationis ratione, *Act. 15. Ephes. 2. Rom. 8. 1. Ioan. 3. Rom. 3.*

D ſed in nos uerè & re ipſa transfunditur, ſicut ſpiritus & uita à capite in membra. Sumus enim non tantùm amici, ſed & membra corporis, cuius ipſe eſt caput, : immo & filii eiuſdem Patris, quamuis ipſe ſecundum diuinitatem ſit unicus filius, & ſecundum humanitatem ſit etiam primogenitus, ſanctitate, acceptatione, & dignitate. Hoc docet Auguſtinus in De peccatorum meritis & remiſsione, quòd dat ſui ſpiritus occultiſsimam fidelibus gratiam, quã latenter inſundit & paruulis, ſicut occulta tabe carnis concupiſcentiæ ſuæ primus Adam tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe uenientes. Nou igitur propriæ iuſtitiæ, in nobis inopes ſumus, quos in omnibus per Chriſti inopiam diuites factos, teſtatur Apoſtolus Paulus, In illo itaque tanquam iuſtitiæ auctore, fonte, & largitore, docemur iuſtitiam quærere, ſed quã in nos transfundat cum ſpiritu ſuo, per quẽ ipſi nos iu nobis habemus iuſtitiam immanentem. Et Deus Pater, Filium qui non nouit peccatum, peccatum fecit, hoc eſt, peccata noſtra ſuis humeris reatumq; omnem aptantem, & pœnis abnoxium, crucifigi permiſit, ut tanquam peccator crucifigeretur, ut nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo: hoc eſt, ut nos inſtificaremur, non ex operibus & lege, ſed ex gratia Dei. Hæc enim eſt Dei iuſtitia, cùm quis gratia iuſtificatus fuerit, ut *Sumus membra corporis, cuius Chriſtus eſt caput. Auguſt. Lib. 1. Cap. 9. tom. 7. 1. Cor. 1. 2. Cor. 8.*

E nullus in eo næuus peccati mortalis, nullaq; macula eiuſmodi inueniatur: propterea neq; dixit, Vt efficeremur iuſti, ſed iuſtitia Dei, excellentiam gratiæ oſtendens, hoc eſt excel lenter iuſti: ſecundum quem ſenſum interpretatur diuus Chryſoſtomus id quod dici-
1. Cor. 1. tur corinthiis, Ex ipſo enim uos eſtis in Chri ſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia & iuſti tia, intelligendum eſſe ſecundum prædicatio nem cauſalem, hoc eſt, inquit, Chriſtus nos ſapientes, iuſtos, & ſanctos reddidit: maluit tamen dicere quòd factus eſt nobis ſapientia, quàm ſapientes nos fecit, ut muneris liberalitatem ſignificaret.

SVMMA iniuria in Chriſtum Saluatorem noſtrum in eo eſt, ſi quiſpiam dixerit gratiã Dei quam ipſe nobis meruit, in eo eſſe ſolùm quòd nobis Deus peccata noſtra condonat, nec reputat, quando nos iuſtificat: nõ enim hoc ſolùm facit Deus, ſed & nobis ſuam gratiam gratum facientem creatam tribuit, uirtutes, & dona multa, unde formaliter & in trinſecè iuſtificemur, filii Dei adoptiui ſimus, & contra diabolum, contra mundum, atque contra carnem muniamur, mores mute-
Ephes. 2. mus, & uitam. Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex uobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu,
F in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut
Ephes. 1. in illis ambulemus. Qui benedixit nos in om ni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate: qui præ deſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ie ſum Chriſtum in ipſum ſecundum propoſitũ uoluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ eius, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo: in quo habemus redemptiooem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum ſecundum di uitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in no bis in omni ſapientia & prudentia. Ecce gratia Chriſti, ſeu, quòd idem eſt, gratia Dei per Chriſtum dominnm noſtrum, nõ ſolùm eſt in eo quòd Deus nobis peccata noſtra nõ reputat, nec ſolùm in eo quòd nobis Deus peccata noſtra dimittit; ſed profectò etiam eſt in eo, quòd Deus nobis bona præſtat ſpiritalia, atque cœleſtia, & nos crear in ipſo in bonis operibus, quæ nobis præparat ut in illis ambulemus. Dixit Dauid, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata: quod pertinet ad amoliendam imputationem peccatorum, ſicut & illud, Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Sed quoque dixit Dauid,

G Amplius laua me ab iniquitate mea, & à pec-
Pſal. 50. cato meo mnnda me. Aſperges me domine, iſopo & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Cor mundũ crea in me Deus & ſpiritum rectũ innoua in uiſceribus meis. Spiritum ſanctum tuum, ne auferas. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de uirtute in uirtutẽ, uidebitur Deus deorum in Sion. Deus uirtutum conuerte nos. Con uerte nos Deus Salutaris noſter. Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, ipſa me deduxerunt & adeuxerunt in montem ſanctum tuum & in tabernacula tua. Quia tu es Deus, fortitudo mea. Deus meus, miſericordia eius præueniet me. A' domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Deus meus, adiutor meus. Legẽ pone mihi domine uiam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam uolui. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam. Viuifica me ſecundũ uer bum tuum. Cõmouiſti terrã & conturbaſti eam, ſana contritiones eius, quia cõmota eſt. Et multa alia, Quibus omnibus manifeſtè docemur, gratiã Dei ĩ Chriſto Ieſu domino no-
ſtro & per ipſum, nõ eſſe ſolũ in eo quòd De- H
us nobis peccata noſtra nõ reputat, ſed etiam in eo quòd re uera, nos illuminat, docet, uocat, præparat, iuuat, iuſtificat, ſanctosq; reddit, pios, credentes, ſperantes, diligentes, pœnitentes, prudentes, ſapientes, fortes, temperatos, caſtos, iuſtos, humiles. Ecce modum iu
ſtificationis Dei quo nos iuſtificat, apud Eze- Ezec. 36.
chielem repertum, Effundam ſuper uos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inqui namentis ueſtris, & ab uniuerſis idolis ueſtris mundabo uos. Et dabo uobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio ueſtri: & auferam cor lapideum de carne ueſtra, & dabo nobis cor carneum. Et Spiritum meum ponam in medio ueſtri: & faciam ut in præce ptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. Hæc eſt gratia Dei erga nos, in Chriſto Ieſu Domino noſtro: quæ certè in his uerbis allegatis prophetæ Ezechielis oſtenditur manifeſtè eſſe, non ſolùm quantum ad imputationem peccatorum noſtrorum amoliendam, quin etiam quãtum ad id quòd nos præuenit, præparat, excitat, iuuat, & mũdat, atq; nobis præſtat cor nouum, ſpiritũq; nouum, mores noſtros malos mutat, ac nobis uirtutes & dona tribuit. Auferam, inquit gratia, cor lapideum de carne ueſtra. ecce remotionem malorum morum. Dabo, inquit eadem

A eadem gratia, uobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio ueſtri. ecce donatio nem uirtutum, & gratiæ iuſtificantis creatæ, ſimul & increatæ. Certè non fiunt corda noſtra noua ſolùm denominatione extrinſeca, per aliquid quod re uera eſt in alio, & aliquo modo imputatur nobis: ſed quod utique uerum eſt, fiunt corda noſtra noua, per hoc quòd re uera aliquid de nouo acquirunt in ſeipſis: & per hoc quòd à uetuſtate peccati ad nouitatē gratiæ tranſeunt, à peccato tanquam à termino à quo, ad gratiam tanquam ad terminum ad quē: ſicut aliquod ſubiectū tranſit à calido in frigidum, uel magis propriè, ſicut aer trāſit ab umbra ad lucem. Igitur noſtra iuſtificatio non eſt ſola noſtrorum peccatorum nonimputatio, neque eſt ſola peccatorum noſtrorū remiſſio, ex imputata nobis iuſtitia Chriſti: ſed quoque eſt renouatio quædam noſtra & ſanctificatio, per donum Dei creatum quod nobis præſtat etiam poſitiuè, diuina gratia increata. Quidem quædam uel quodam modo iuſtificatio eſt, peccatorum remiſſio: ſicut legimus, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Sed ſtante lege Dei data, hæc iuſtificatio quæ eſt

B quaſi priuatiua ſeu negatiua, tollens reatus hominis ad pœnam ſenſus, uel damni, uel utriuſque, ſeu nō imputans peccata, nullo modo eſt nec intelligitur eſſe niſi cum aliqua alia iuſtificatione poſitiua præcedente uel concomitante illam negatiuam. Quæ eſt illa poſitiua? Duplex, Virtutum, fidei, ſpei, charitatis: atque gratiæ gratum facientis creatæ. Vnde iā communiter dicitur & bene, quòd ad iuſtificationem hominis ſaltem adulti, omnia hæc requiruntur, motus liberi arbitri in Deum per fidem, motus liberi arbitrii in peccatum per odium, infuſio gratiæ gratum facientis, remiſſio peccatorum: de quibus rebus aliàs.

Lib.2. per mul. Quam ob rem Apoſtolus Paulus aliquando quidem commēdat illam iuſtificationem ſeu beatitudinem quandam, quæ uerè eſt, nonreputatio peccatorum ad pœnam, ſeu peccato-

Rom.3. rum remiſſio; ad Romanos, Propter remiſſio

Rom.4. nem præcedentium delictorum. Beati quorū

2.Cor.5. remiſſæ ſunt iniquitates. Et ad Corinthios, Quoniam quidem Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum. Infinities autē, ut ſic loquamur, prædicat & commendat eam iuſtificationem poſitiuam quæ eſt formalis & inhærens nobis poſitiuè per acquiſitionem gratiæ, ac uirtutum, fidei, ſpei, charitatis: atque hanc iuſtificationem poſitiuam præſupponit alteri profectò, tempore uidelicet uel natura, ubique docens iuſtificari hominem per fidem formatam & per hanc fidem inuenire, acquirere, uel C obtinere, ſeu impetrare remiſſionem peccatorum, quam utiq; de filiis Adæ, omnibus & ſolis credentibus, ſperantibus, & diligentibus promittit.

Optime igitur fideles doctores, & uerè Chriſtiani dicunt, aſſerentes iuſtificationem hominis eſſe quaſi motum quendam ſpiritalem, continentem duas mutationes; alteram quæ eſt ab eſſe peccati, ad non eſſe peccati, alteram autem quæ eſt, à non eſſe gratiæ, ad eſſe gratiæ; id eſt, gratiæ gratum facientis creatæ. Prorſus ſicut calefactio, quæ eſt motus quidam corporalis, duas continet mutationes: alteram quæ eſt ab eſſe frigoris, ad non eſſe frigoris, alteram quæ eſt à non eſſe caloris, ad eſſe caloris. Vel etiam ſicut illuminatio aeris, duas mutationes continet, alteram ab eſſe tenebræ, ad non eſſe tenebræ, alteram à non eſſe lucis, ad eſſe lucis. Sic intelligimus iuſtificationem noſtram unum quidem motum in ſe ipſam, duas mutationes continere: alteram ab eſſe peccati ad non eſſe peccati, quæ uerè eſt peccatorum remiſſio: alteram à non eſſe gratiæ & uirtutum, ad eſſe gratiæ & uirtutū, quæ uerè eſt gratiæ & uirtutum infuſio ſeu acquiſitio. Quapropter, re uera, noſtra iuſtificatio, eſt noſtrorū peccatorū remiſſio & noſtra D ſanctificatio, renouatio, & purgatio, atq; ablutio. Hæc, inquit Apoſtolus (multis peccatis *1.Cor.6.* mortalibus enumeratis, & nominatis) quidē fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. In quibus uerbis per ablutionem, ſanctificationem, & iuſtificationem, non ſolùm intelligimus remiſſionem peccatorum; ſed etiam puritatem, ſanctimoniam, & iuſtitiam, quam Saluator noſter ſuo Spiritu, ſecundum diuinitatem efficienter, ſecundum humanitatem autem meritoriè in hominibus efficit credētibus, quā que illis donat, ſibi conſentientibus. Remiſſio peccatorum quantum eſt de ſe, ſi ſic accipiatur ut nomen ſonat & præfert ſuam ſignificationem, ſolùm denotat liberationē à reatibus pœnarum, pro peccatis debitarum: ſolùm, inquam, uel maximè: quia hoc eſt peccata remittere, peccata uidelicet non imputare ad pœnam: in qua re dum fit, magna eſt profectò gratia Dei, quam utique nobis ipſe præſtare potuit & poteſt, abſque hoc quòd nos ordinaret ſeu acceptaret ad gloriam, relinquendo nos in puris naturalibus, nec ad pœnam aliquam nec ad gloriam ordinatos. Iuſtificatio autem ſecundum propriam ſignificationem non ſolùm hoc ſignificat, nec ſolùm hoc importat; ſed denotat quidem bene ac ſignificat remiſſionem peccatorum, & præterea ſi-

E gnificat, importatq; diuinæ gratiæ gratum facientis infuſionem & uirtutum, ordinationemq; hominis ad gloriam & ad regnum. Eo enim ipſo quo quis filiorum Adæ formaliter eſt iuſtus, eo ipſo eſt ad gloriam & ad regnum ordinatus. Ergo iuſtificatio ſeu iuſtitia aliquid aliud ſignificat ultra remiſſionem peccatorum, quæ peccatorum remiſſio ut talis eſt, ſi nihil aliud ſecum & ſimul haberet, quan quam bene quidem à peccatis & à peccatorũ pœnis debitis liberaret, nullo modo tamen ſola ad regnum cœlorum introduceret: quod profectò faceret ſola iuſtificatio, etiam ſi ſola poneretur eſſe. Iuſti autem, ibunt, in uitam
Mat. 25. æternam. Has duas gratias Dei prædicauerũt & commendauerunt ſemper omnes docto res ſancti, in iuſtificatione noſtra: alteram qua nos à peccatis liberat tum originalibus, tum actualibus: alteram qua nos in filios adoptat ſuos, & ad gloriam ordinat, atque ad regnum. Ad illam pertinet peccatorum noſtrorum remiſſio, & ad hanc pertinet gratiæ gratum facientis infuſio, & ſanctitatis donatio. Vna eſt gratia Dei increata, una inquam, & ſimpliciſſima, quia eſt ipſemet Deus per eſ ſentiam, realiter & formaliter: ſed ipſa una, per merita Saluatoris noſtri, multos effectus
F facit circa nos & in nobis, dum nos iuſtificat; Vocat enim nos, præuenit, præparat, iuuat, facitque ſuauiter ut nos faciamus, ut credamus, ut ſperemus, ut diligamus, ut pœnitentiam agamus, ut uitam mutemus, & propoſitum formemus bene uiuendi, gratiam gratũ facientem infundit, & peccata remittit: in qui bus duobus ultimis, id eſt, in peccatorum remiſſione, & in gratiæ gratum facientis infuſione, conſiſtit noſtra formalis iuſtificatio, quicquid ſit de omnibus aliis: Noſtra, dico, iuſtificatio, uidelicet infuſa; & quæ ſi ſola eſſet, ſola ſufficeret: quæ tamen non datur hominibus adultis ſine aliis multis pertinentibus ad quartum modum iuſtificationis noſtræ de quo diximus, & de quibus multa (domino donante) dicturi ſumus. Quot quot iuſti ſunt, eo ipſo pertinent ad regnum Chriſti. Regnum autem Chriſti non in ſola apparentia ueritatis, iuſtitiæ, æquitatis, & ſapientiæ, ſed in ueritate, iuſtitia, æquitate, ac ſapientia conſiſtit: nec quia ſolus ipſe talis ſit, ſed etiam quia & fideles ſui per eum ſunt ueraces, ſapien tes, prudentes, æqui, iuſti, pacifici, credentes, ſperãtes, diligentes, pœnitentes, obedientes, ſibi obtemperantes.

Cap. præcedenti. Lib. ſeq. per totũ.

IVSTIFICAMVR igitur in Chriſti iuſtitia, dupliciter; Primùm quidem in ſua propria iuſtitia quæ eſt in ipſo, inquantum ipſa imputatur nobis, & fit noſtra imputationis ratione: hoc eſt inquantum Deus propter iuſtitiam Chriſti & eius merita, condonat no bis peccata noſtra, noſq; ordinat ad ſuam glo G riam, ut ubi ille eſt, & nos ſimus, membra cũ capite. Secundò autem iuſtificamur in Chriſti iuſtitia, id eſt, in quadam iuſtitia nobis data & nobis inhærente, qua formaliter iuſti ſumus iuſteq; operamur: quæ ſine dubio licet ſit no ſtra ſubiectiuè, quia ſubiectiuè eſt in nobis: multo magis tamen eſt Chriſti quia Chriſti eſt effectiuè ſecundum diuinitatem, & quoq; Chriſti eſt meritoriè ſecundum humanitatẽ. Hæc ſecunda iuſtitia eſt maximè, Gratia gratum faciens; magnum Dei donum nobis præ ſtitum, de quo iam multa diximus. Optimè *August.* docuit Auguſtinus in De peccatorum meritis & remiſſione, iuſtificari homines, in Chriſto non ſolùm per imitationem, ſed etiam per Dei gratiam quam ipſe latenter nobis infundit & largitur: quæ Auguſtini ſententia mani feſta infra ponitur eiuſmet uerbis, Capite ſequenti. Interim quæ dicta ſunt, ſufficiunt. Intelliguntur autem illa melius, ſi animaduertimus, noſtram iuſtificationem eſſe, motum quendam ſpiritalem animæ noſtræ inter duos terminos, inter peccatum tanquam terminũ à quo, & gratiam gratum facientem creatam quam appellamus iuſtitiam creatam infuſam tanquam terminum ad quem; quò motu re H uera, ut iam prædiximus, duæ mutationes cõ plectuntur aut continentur, Altera quæ eſt ab eſſe peccati ad non eſſe peccati, Altera quæ eſt à non eſſe gratiæ, ad eſſe gratiæ. Non enim poteſt dici animam non mutari, quando de non iuſta ſeu impia, fit iuſta & pia: mutatur nanque quidem ut conſtat, & fit quodammodo alia, quia re uera, fit altera. Vtique autem nullo modo intelligimus aut credimus illum motum eſſe ſolum perditiuum, qualis mutatio intelligitur eſſe & eſt in ſola remotione aut remiſſione peccati; quinimmo illum motũ intelligimus & credimus eſſe acquiſitiuum, qualis mutatio intelligitur eſſe & eſt in acquiſitione ſeu infuſione gratiæ gratum facientis, quæ eſt iuſtitia, nos formaliter à peccatis iuſtificans & mundans. Ergo iuſti ſumus iuſtitia Chriſti formaliter, non ſolùm quaſi ab extrinſeco per imputationẽ iuſtitiæ eius ad nos, ſed etiam ab intrinſeco per participationem: quia dum Deus nos iuſtificat: eo ipſo de plenitudine iuſtitiæ Chriſti, infundit nobis quandã portionem iuſtitiæ prout ipſi libuerit iuſtiſſimo & ſanctiſſimo. Non de iuſtitia Chriſti ab eo aliquid ſubtrahendo, ſed in uirtute & merito iuſtitiæ ſuæ partem aliquam iuſtitiæ nobis infundendo: quia etiam ſic de plenitudine Chriſti Saluatoris noſtri accipimus, de plenitudine gratiæ, de plenitudine iuſtitiæ, de plenitudine ſapientiæ, de plenitudine bonitatis,

A tis, de plenitudine uirtutis, de plenitudine

1.Cor.1. ſanctitatis. Quia, Factus eſt nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio. Vndequidem iuſtitiam Chriſti habemus non ſolùm imputatam, ſed & impũtatam & participatam: omnino ſicut & ſuam ſapientiam,

Baſilius. ſuamq; uirtutem. Optimè dixit Magnus ille Baſilius in De Pœnitentia, Et eſt quod albo ſit magis album, & dulci, ſi compares, aliquid aliud dulcius eſt. Ita & iuſti ſumus, tanquam homines. Iuſtitiæ ratio non eſt eadem quæ peccati. Vnde Filius Dei, iuſtitia dicitur, Nos uerò ex iuſtitiæ participatione iuſti Sumus. Hæc ille. Ecce iuſti ſumus non ſolùm per imputationem, ſed etiam & per participationẽ iuſtitiæ Chriſti Saluatoris noſtri, de cuius plenitudine omnes accipimus gratiam, iuſtitiam, & uirtutes omnes, ſicut & ſapientiam.

MVTATVR anima realiter in ſeipſa, eo ipſo quòd fit de non iuſta iuſta, ſeu de impia: quemadmodum mutatur in ſeipſa realiter, eo ipſo quòd fit de non ſapiente ſapiens. Eſtque motus hic realis, intrinſecus, & acquiſitiuus ſecũdum terminum ad quem. Niſi forte quis dicat quòd iuſtificatio non ſit motus, ob id uidelicet quòd motus ſemper eſt in tempore, iuſtificatio autem ſæpe eſt in inſtanti. Iſtud enim ſi quiſpiam obiiciat, prorſus nihil in contrarium agit: quia & ſi iuſtificatio in inſtanti

B fiat, & ideo de rigore, tunc nec ſit nec dicatur motus, Semper tamen inſtificatio eſt ſaltem quædam realis mutatio animæ, habens ſeu complectens aut continens illas duas dictas mutationes. Cæterùm de huiuſmodi neritate multa in ſequenti capite & in aliis ſequentibus dicuntur, ubi Caluini error ponitur & impugnatur, quo ipſe putat & docet, noſtrã iuſtificationem eſſe ſolummodo peccatorum noſtrorum remiſsionem, & uiros iuſtos, ſolũmodo iuſtos eſſe per imputationem & nullo modo per participationem Chriſtianæ iuſtitiæ. Ibi enim adhuc latius oſtendetur, ſecundum diuinas ſcripturas & ſanctos doctores, quòd niri inſti quotquot iuſti ſunt, per Chriſti iuſtitiæ imputationem & participationẽ, ſunt iuſti, & quòd noſtra inſtificatio non eſt ſola peccatorum noſtrorum remiſsio, ſed eſt noſtrorum peccatorũ remiſsio & noſtra ſanctificatio, renouatio, adoptio, iuſtitiæ Chriſti participatio. Vt ſine dubio realiter mutetur anima in ſeipſa eo ipſo quòd inſtificatur, & ſit ibi realis motus iuſtitiæ acquiſitiuus: Omnino ſicut realiter mutatur anima in ſeipſa eo ipſo quòd fit iniuſta ſeu impia, & eſt ibi tunc, realis motus iuſtitiæ perditiuus. Modum hunc conſiderandi iuſtificationem noſtram, cõmendamus maximè quantum poſſumus, ut dum Deus nos iuſtificat effectiuè à peccatis, intelligamus ipſum iuſtificare nos C

non ſolùm à nobis peccata noſtra remouendo, ſeu nos à reatibus peccatorum noſtrorũ exſoluendo; quinimmo & nobis partem aliquam iuſtitiæ ſuæ infundendo, impartiendo, & communicando. Eodem modo conſideramus illuminationem noſtram à Deo Optimo Maximo, dum nos illuminat, atque docet. Quidem non quaſi ſolùm remoueat à nobis aut expellat noſtram ignorantiam, nihil nobis infundendo: ſed & quod nobis partem ſciẽtiæ ſuæ pro modulo noſtro infundendo, atque communicando tribuat. Plotinus Platonicus longa diſſertatione ſuo *Plotinus Platonic.* more quæſiuit, An acquiſitio uirtutis, eſſet ſolùm remotiuus motus per expulſionem ſeu remotionem nitiorum? An eſſet motus acquiſitiuus per acquiſitionem uirtutum? Quicquid autem ipſe ſentiat, Optimè ſemper docuit tota ſchola Peripatetica, quòd acquiſitio uirtutis, ſit motus uirtutum acquiſitiuus. Atque ſententiam hanc doctrinamque ſcholæ Peripateticæ, hodie amplexatur tota ſchola Chriſtiana, in libris ſententiarum qui in publicis gymnaſiis à Theologis noſtris explicari ſolent. *Lib. 3. diſt.23. & infra.* Eodem modo noſtra iuſtificatio à Deo, non eſt motus ſolùm remotiuus, quaſi Deus iuſtificando nos ſolùm, nobis condonet peccata noſtra, non imputando illa nobis ad pœnam: ſed uerè atque re ipſa, eſt motus acquiſitiuus, tanquam Deus iuſtificando nos, ut in D

fundat nobis gratiam ſuam creatam, partem quandam inſtitiæ ſuæ, quæ in ſe uel ſeminarium eſt omnium uirtutum, uel ſecum habet ſemper omnes uirtutes, habitualiter ſeu habituales, Theologicas & morales infuſas, etiam iuſtitiam legalem quantum ſufficit. Iuſtificatio actiua noſtra prout eſt à Deo, eſt iuſtitiæ à Deo actiua infuſio. Iuſtificatio autem paſsiua noſtra, prout eſt in nobis, eſt iuſtitiæ paſsiua ſeu receptiua ſuſceptio. Ita eſt conſideranda, noſtra iuſtificatio. Siquis dixerit iuſtificationem noſtram, eſſe mutationem quandam remotiuam ſolummodo, id eſt, ſolam peccati remotionem, expulſionem, ſeu remiſsionem, errat. Sed confiteri debemus, eam continere maximè mutationem noſtram acquiſitiuam ad iuſtitiam, ad gratiam gratum facientem creatam, ad uirtutes; unde maximè nomen accipit, & iuſtificatio dicitur: id eſt, iuſtitiæ infuſio, ſeu acquiſitio. Motus enim magis denominatur à termino ad quem, quàm à termino à quo. Circa illud Apoſtoli, Quos uocauit, hos & iuſtificauit, dicit Gloſſa, Remiſ- *S.Tho. Prim.2. quæſ.113. Art.1.* ſione peccatorum: quaſi noſtra inſtificatio, ſit noſtrorum peccatorum remiſsio. Propter quod ſanctus Thomas ita concludit, Ergo remiſsio peccatorum, eſt iuſtificatio. Sed in corpore

E pore eiuſdem articuli docet idem auctor, iuſtificationem impii magis denominari à termino ad quem, id eſt, ab acquiſitione iuſtitiæ. *Vbi ſup. art.6.* Vnde ſi aduertimus, ſecundum eundem doctorem ſanctum, remiſsio peccatorum eſt finis in iuſtificatione impii, iuxta illud, *Eſa. 27.* Iſte eſt omnis fructus, ut auferatur peccatum: quamobrem iure optimo ponitur in enumeratione eorum, quæ ad eiuſmodi iuſtificationem requiruntur. Eaq; ratione non multum eſt quòd iuſtificatio quandoque dicatur peccatorum remiſsio, nomen uidelicet accipiendo à fine, atque à potiſsimo eorum quæ concurrunt ad impii iuſtificationem. Quare autem remiſsio peccatorum non ſemel dicatur aut poſsit dici iuſtificatio, infra affatim declaratur. Per charitatem uiuimus in uita ſpiritali, *1.Ioan.3.* ſicut legimus, Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Per charitatem liberamur à peccatis, ſicut rurſus ſcriptum eſt, Charitas operit multitudinem peccatorum. De charitate autem ita certiſsimè dicit Apoſtolus Paulus, in quo abſ- *Rom.5.* que dubio loquitur Chriſtus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Ecce charitas Dei non ſolùm imputatur nobis, ſed & nobis infunditur: ſic & Chriſti charitas, ſic & Chriſti gratia, ſic & Chriſti iuſtitia. Per noſtram enim

F charitatem moderamur noſtram iuſtitiam: quia charitas ipſa eſt iuſtitia; inchoata, inchoata: media, media: perfecta autem, perfecta. Sed & hac de re inferius, latiſsimè per multa, in quibus oſtenditur eadem ueritas. Vt quidẽ mox iam nemo putet ſolam remiſsionem peccatorum, id eſt, ſolam peccatorum nonimputationem, eſſe noſtram iuſtificationem: ſed potius noſtram iuſtificationem, illud quidem cõtinere & aliquid aliud; id eſt, gratiæ ac uirtutũ infuſionem ſeu acquiſitionem. Quòd ſi aliquando peccatorum remiſsio dicatur iuſtificatio, illud eſt propter reſpectus ſtatim dictos ex S. Tho. & propter alios de quibus infra.

ALIQVID maius profectò eſt noſtra iuſtificatio, quàm ſit ſola ac nuda peccatorũ remiſsio, ſeu peccatorum nonimputatio, ſeu reatuum condonatio: ut iam ſatis conſtat ex dictis, & cõſtabit magis ex dicendis. Quam rẽ ueriſsimam ſatis bene notauit Scotus, cuius uerba ponuntur inferius. Addimus ergo iam nunc rei huic id quod antea tũ ex diuinis ſcripturis, tum ex manifeſta cõfeſsione omnium monſtrauimus, ſimul eſſe in homine peccatorum remiſsionem, ſanctificationem, iuſtificationem, nec iſta unquam ſeparari in iuſtificatione impii: quia immo ſimul Deus homini peccata remittit, illum ſanctificat illum, iuſtificat. G Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis. *1.Cor.6.* Nunc autem iam non agimus de horum iunctura, ſed agimus de horũ identitate aut continẽtia; ut omnia idem ſint ſaltem quãtum ad aliquid, uel aliud contineatur in alio. Verbi gratia, Vt peccatorum nonimputatio ſeu remotio, ſit peccatorum remiſſio, *Quid, peccatorum remiſſio.* ſanctificatio, ſit gratiæ ac uirtutum infuſio; iuſtificatio autem ſit quid aliud, comprehendens utrunque, peccatorum remiſsionẽ, *Quid ſanctificatio.* atque gratiæ & uirtutum infuſionem ſiue ſanctificationẽ. *Quid iuſtificatio.* Agimus ergo nunc de illo, quod ſuperius diſtulimus agendum, & quod in principio huius libri propoſuimus demonſtrandum: Videlicet de modo quo nos Deus iuſtificat in Chriſto Saluatore noſtro, qui factus *1.Cor.1.* eſt nobis ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, redemptio. De hoc autem dicimus quòd Deus in Chriſto nos iuſtificat, eodem modo quo nos in Chriſto ſanctificat, & eodem modo quo nos in Chriſto ſapientificat: quia Chriſtus eodem modo nobis factus eſt hæc omnia ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio ſiue ſanctitas. Quomodo? Applicando ſiue imputando nobis hæc bona Saluatoris noſtri, noſtri capitis: ſuam ſapientiam, ſuam iuſtitiam, ſuam ſanctitatem: Et cum hoc ſimul donando, impertiendo, ſiue infundendo nobis propter merita ipſius, aliquid ſapientiæ, aliquid iuſtitiæ, aliquid ſanctitatis. H Vt ipſa imputatio non ſit uana, nec fictitia, nec in aere manens, & ad nos non pertingens: ſed ſit uera, realis, proficua, actiua & nos ipſos immutans, nobis illa bona per quendam influxum ſeu quandam infuſionem communicando. Sicut bona capitis per uerum ac realem influxum ueniunt à capite in membra, & non ſolùm per imaginariam imputationem quæ nihil reale poſitiuum ponat in re ipſa uel in ipſa anima cui ſit imputatio. Hæc igitur eſt ueritas de qua iam nunc agimus, quæ ſatis monſtrata eſt ex dictis in hoc capite, & monſtratur magis in ſequentibus. Vt ſicut imputatio ſapientiæ Chriſti ad nos, & ſicut imputatio ſuæ ſanctitatis ad nos etiam, producit in nobis aliquid ſapientiæ, & aliquid ſanctitatis: ſic imputatio ſuæ iuſtitiæ ad nos, producat in nobis aliquid iuſtitiæ.

DIONYSIVS Areopagita, Apoſtoli *Dionyſ.* Pauli laudabilis diſcipulus, & Chriſti glorioſus Martyr, in De Eccleſiaſtica Hierarchia, *Cap.2. Part.1.* fatetur quòd homines ſimiles Deo pro uiribus efficimur, ipſiq; iungimur, ſi Dei mandata diligamus & operemur. Additque palàm, quòd ad hoc peruenimus per Dei dilectionẽ qua ipſum Deum diligimus, & quòd per illã in eſſe diuino renaſcimur. Verba eius ponuntur inferius, ubi agitur de noſtra hominum *Lib. præſentis. Cap.12.* deificatione.

Vt

A

Modi, quibus paſſio Chriſti nobis profecit, et prodeſt.

Vt autem fiat magis notum omnibus, ille multiplex modus, quo paſsio Saluatoris noſtri nobis fuit, eſtq́; proficua, placuit & hic ea inſerere, quæ de ea re in diuinis ſcripturis reperimus expreſsius. Facit enim hoc non parum, ad propoſitum noſtrum præſens: ob quam cauſam, & ſi ſupra iam de hoc dictum ſit ob rationes tunc occurrentes, non eſt abs re, ſi nunc ob alias emergentes denuo, de eodem non nihil dicamus. Cauſauit paſsio Chriſti noſtram ſalutem per modum meriti. Vnde circa illud, Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. dicit Auguſtinus, Humilitas paſsionis, claritatis eſt meritum: claritas, humilitatis eſt præmium. Eſt autem clarificatus Dominus non ſolùm in ſe ipſo, ſed etiam in ſuis fidelibus, ut habetur apud Ioannem: ideo non poteſt eſſe dubium apud aliquē Chriſtianum, quin paſsio eius ſacratiſsima per modum meriti cauſauerit noſtram ſalutem. Cauſauit paſsio Chriſti noſtram ſalutem, per modum ſatisfactionis, ſicut manifeſtè legimus, Quæ non rapui, tunc exoluebam. Non enim exoluit, qui perfectè non ſatisfacit. Satisfecit ergo ipſe. Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiuams, cuius liuore ſanati ſumus.

Philip. 2. *Auguſt.* *Ioan. 17.* *Rom. 4.* *1. Pet. 2.*

B

Epheſ. 5.

Operata eſt paſsio Chriſti noſtram ſalutem per modum ſacrificii, ut ueriſsimè ſcriptum eſt, Tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Operata eſt paſsio Chriſti noſtram ſalutem per modum redemptionis, iuxta illud, Non corruptibilibus auro uel argento redempti eſtis de uana ueſtra conuerſatione paternæ traditionis: ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Operata eſt paſsio Chriſti noſtram ſalutem per modum efficientiæ, uidelicet inſtrumentalis. Dicit nanque Apoſtolus, quòd uerbum crucis, his qui ſalui fiunt, eſt uirtus Dei. Sed uirtus Dei, efficienter operatur noſtram ſalutem, abſq́; dubio. Duplex eſt efficiens; principale alterum, alterum inſtrumentale. Efficiens principale humanæ ſalutis, eſt Deus. Quia uerò humanitas Chriſti, eſt diuinitatis inſtrumentum, ex conſequenti omnes actiones & paſsiones Chriſti, inſtrumentaliter operantur in uirtute diuinitatis ad ſalutem humanam. Ecce igitur ut paſsio Chriſti Saluatoris noſtri cauſauit & operata eſt ſalutem noſtram per modum meriti, per modū ſatisfactionis, per modum ſacrificii, per modum efficientiæ: nec licet alicui de his modis dubitare, quibus paſſio Chriſti nobis profecit, ac profuit, & prodeſt ad ſalutem. Quid igitur de noſtra iuſtificatione? Nunquid eiſdem modis nobis profuit, & prodeſt ad iuſtificationem? Ita quidē profuit, & prodeſt eiſdem modis. Ergo efficienter etiam iuſtificamur in ſua paſsione. Ergo ipſa paſsio ſuo modo inſtrumentali efficiēter operatur & cauſat iuſtitiam noſtram? Vbi, aut in quo? Non dubinm, quin in nobis. At uerò, efficienter cauſare ſeu operari, non eſt ſolùm remouere: ſed potius eſt ponere, influere, efficereq́; aliquid.

1. Pet. 1. *Galat. 3.* *1. Cor. 1.*

C

Continuantur praecedentia: & agitur ſpecialiter de noua applicatione meritorum Chriſti, An illa ſit neceſſaria ut bona opera iuſtorum hominum ſint meritoria, vel non ſit illa neceſſaria, ſed ſufficiat antiqua? Oſtenditur antiquum ſufficere, quam olim Saluator noſter fecit, pro nobis ſemetipſum offerens Patri, ſua merita, ſuum ſanguinem, ſuam uitam, factus pro nobis hoſtia, ſacrificium, holocauſtum.

CAP. X

D

ITAQVE iuſtificantur homines non ſolùm per iuſtitiæ Chriſti imputationem ſeu applicationem, quin etiam & per iuſtitiæ Chriſti infuſionem, communicationem, ſeu receptionem à Deo: non quaſi iuſtitia Chriſti minuatur in ſe aut ab eo aliquid iuſtitiæ auſeratur & nobis tribuatur, ſed quia propter merita eius, Deus nobis præſtat iuſtitiam, gratiam gratum facientem, fidem, ſpem, charitatem, obediētiam, &c. Vnde non eſt ſcriptum, Et de plenitudine eius, omnibus nobis imputatur; ſed eſt ſcriptum, Et de plenitudine eius omnes accepimus. Accipimus enim ſine dubio de plenitudine eius, gratiæ, iuſtitiæ, uirtutum: quia ipſe factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio. Accipimus, inquam, ſicuti ſcriptum eſt; & minimè hæc ſolùm imputantur nobis: quia non ſolùm nobis applicantur, ſed & nobis ex parte quodam modo dantur. Dantur autem nobis, ſine ulla diminutione in Saluatore noſtro quantum ad diuinitatem, nec quantum ad humanitatem. Sicut ignis communicat ignem omnibus conbuſtibilibus quæ inflammat, & ſic inflammando, nullam ignis ſui aut ſui caloris patitur iacturam, Et de hac ueritate quamuis iam multa dicta ſint, plura tamē dicentur paulò poſt, cōtra eos qui oppoſitas audent tueri partes contraq́; ueritatem obgāniunt. Similiter & homines iuſti merentur in ſuis bonis operibus, actionibus aut paſsionibus, non ſolùm per imputationem aut applicationem

Ioan. 1. *1. Cor. 1.* *Lib. praeſenti.*

E plicationem meritorum Chriſti ; ſed etiam
quia ipſi iam inſti facti bona faciuut & inſta,
quibus ſibi maiorem iuſtitiam & maiorem
gloriam comparant. Quemadmodum & Pau
lus ait, Quod leue eſt & momentaneum tri-
bulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimi-
tate æternum gloriæ pondus operatur in no-
bis. Sic uidelicet, ut merita Chriſti non ſo-
lùm cedant nobis quodam modo in merita
per imputationem ſeu applicationem, dum
nobis imputantur ſeu applicantur : quin etiã
cedant in fructum dum ex illis habemus, ut
nos ipſi bona operemur & mereamur. Quã
ob rem & Apoſtolus non ſolùm merita Chri
ſti ſed & ſua allegabat, quando diſcipulo ſuo
dicebat, Bonum certamen certaui, curſum
conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repo
ſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mi
hi dominus in illa die, iuſtus iudex. Non ſo-
lùm autem mihi, ſed & his, qui diligunt ad-
Part.2. uentum eius. Verùm & de hac ueritate catho
Lib.2. lica, multa dicuntur inferius ſuis locis oppor
tunis. Modo de illa, quæ dicta ſunt, ſufficiãt.
Dum modo nemo exiſtimet poſſe bona ope
ra hominum iuſtorum eſſe merita apud Deũ
ſine applicatione meritorum Chriſti ad ipſa.
In applicato enim ſanguine Saluatoris, habe-
mus iuſtitiam, uitam, merita, & cuncta bo
F na, ad gratiam & gloriam pertinentia: quia
in ipſo uiuimus, mouemur, & ſumus: & ab
ipſo, omne bonum habemus. Ipſeq; pro no
bis obtulit ſemetipſum hoſtiam Deo, ſacrifi-
cium, holocauſtum. Vt etiam dixit, Hoc eſt
enim corpus meum, quod pro uobis trade-
tur. Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui &
æterni teſtamenti, qui pro uobis & pro mul-
tis effundetur in remiſsionem peccatorum.
Nec poſſumus ſtolas noſtras mundas habere
aut lotas, niſi in ſanguine agni. An autem ut
bona opera hominum iuſtorum denuo facta,
ſint meritoria, denuo requiratur noua appli
catio meritorum Chriſti ad illa, uel ſufficiat
applicatio antiqua? Alia eſt quæſtio, de qua
non erat animus modo agere: ſed placet & de
illa non nihil dicere, ad maiorem huius mate
riæ explanationem, & ut non nulla animad-
uertantur. Quidam dicunt, quòd ſic, Alii au
tem è contra nituntur probare nouam appli
cationem ad id nòn requiri, ſed antiquam
ſufficere. Qui nam horum magis uidentur in
hærere ueritati? Quantum modò apparet,
mihi (abſque ullius iniuria dixerim) illi ma-
Oſtēditur gis tenere ueritatem uidentur, qui aſſerunt,
ex multis nouam applicationem non requiri, ſed anti-
modis appli quam ſufficere. Quales fuerint aut ſint ho-
cationem rum probationes quas pro huiuſmodi ueri-
antiquã tate adducunt, ipſi uideant: quia nos de corũ
ſufficere. concluſione, nõ de probationibus ſatagimus,

quæ profectò concluſio poteſt ſatis probari G
multis modis, qui manifeſtam habent uerita
tem, & ſatis probãt applicati ad propoſitum.
Primus eſt, ex ſufficientia applicationis anti- *Modus 1.*
quæ ex parte Chriſti & acceptationis Patris
eius. Secundus eſt, ex dignitate hominum *Modus 2.*
iuſtorum, quo filii Dei nominantur & ſunt
hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti. Ter *Modus 3.*
tius eſt, ex parte legis Dei quæ modò eſt &
currit & obligat, ſiue ex parte Noui Teſtamẽ
ti ſanguine proprio Chriſti confirmati. Quar *Modus 4.*
tu eſt, ex modo loquendi omnium ſanctorũ
doctorum, quem ſemper ſeruauerunt, quo-
ties de meritis iuſtorum hominum locuti
ſunt. Ex primo ſic agimus, quia utiq; Salua- *Agitur ex primo.*
tor noſter inter nos uiuens in carne morta-
li, ante mortem ſuam oblatus eſt, quia ipſe
uoluit, pro nobis obtulit ſemetipſum Patri,
redemptionẽ, hoſtiã, ſacrificiũ, holocauſtũ,
ut nos redimeret, ut nos recõciliaret, ut nos
iuſtficaret, ut nos glorificaret, utq; Eccleſiam
ſuam ſanctã faceret glorioſam, iuſtã, ſine ma-
cula & ſine ruga, ſua merita Patri obtulit, &
nobis applicauit. Applicauit aũt ſatis. Pa-
terq; acceptauit. Quid de his dicemus? An
Chriſtus non obtulit ſemetipſum pro nobis?
An non applicauit nobis merita ſua? An non
applicauit ſatis? An Pater non acceptauit?
Abſint hæc omnia. Abſit & quodlibet horũ. H
Immo enim & pro nobis ſemetipſum obtulit
hoſtiam atque ſacrificium, & nobis ſua meri-
ta applicauit: His enim tota exundat ſcri-
ptura, præſertim ea qua nouum teſtamen-
tum continetur. Dixit enim ipſe Saluator iã
iam paſsioni mortiq; proximus, Hic eſt enim *Mat.26.*
ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro mul- *Mar.14.*
tis effundetur in remiſsionem peccatorum. *Luca 22.*
Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis da-
tur. Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſan
guine meo, qui pro uobis fundetur. Dixit
etiam & Apoſtolus eius, Vnus enim Deus, *1.Tim.2.*
unus & Mediator Dei & hominum, Homo
Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſe-
metipſum pro omnibus. Oſtendens quòd Sal *Hebr.7.*
uator noſter ſemetipſum obtulit pro delictis
populi, & quòd hoc fecit ſemel, ſe offeren-
do. Quemadmodum & alibi ait, Qui tradi- *Rom.4.*
tus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit
propter iuſtificationem noſtram. Et alibi rur *Hebr.13.*
ſus, Quorum enim animalium infertur ſan- *Num.19.*
guis pro peccato in ſancta per pontificem,
horum corpora cremantur extra caſtra. Pro-
pter quod & Ieſus, ut ſanctificaret per ſuum
ſanguinem populum, extra portam paſſus
eſt. Itaque Saluator noſter ſine dubio ſemeti
pſum obtulit pro nobis, & nobis applicauit
ſua merita: nec poteſt uocari in dubium hæc
ueritas, niſi forte apud eos qui diuinas ſcri-
pturas

A pturas ignorat. Applicauit autem nobis ſua merita, utique ſatis non diminutè. Quæ nāque utilitas, ſi ipſe applicaret, & illa ſua applicatio non ſufficeret? Aut quomodo non ſatis applicaret, qui ita libenter ſemetipſum pro nobis offerebat. Pendebat noſtra redemptio ex applicatione eius meritorum pro nobis: ob quod ipſe non redemit dæmones, quia ſua merita non applicauit ipſis. Si enim applicaret, quid impediret? Nunc quæſo, Quo modo ſatis redemit, ſi non ſatis applicauit? Applicauit ergo ſatis non diminutè: quia ſatis quantumq; oportuit non autem diminutè redemit. Redemptor noſter, Saluator noſter, Reconciliator noſter, Caput noſtrum, qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis; quod & fecit interficiens inimicitias in ſemetipſo, ſemetipſum pro nobis offerens, hoſtiam, oblatio-
1.Cor.1. nem, ſacrificium. Vnde & factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio & redem-
Matt.3. ptio. An uero Pater non acceptauit? Abſit.
Mat.17. Immo acceptauit libentiſsimè, quia offerens erat, eſtq; Filius eius dilectus, in quo ſibi cō placuit: de quo & Apoſtolus teſtatur quòd cum clamore ualido & lacrymis offerens ex
Hebr.5. auditus eſt pro ſua reuerentia. Quemadmo-
Ioan.11. dum & Filius de ſeipſo ad Patrem ait, Ego autem ſciebam quia ſemper me audis. Neque
B poteſt maior blaſphemia dici contra Filium aut contra Patrem, quàm quod Filius aliquid uel aliquo modo Patri offerret, & quod illud uel illo modo Pater non acceptaret: perſona enim diuina erat quæ offerebat in natura humana, & ideo non exaudiri non poterat. Quia igitur Saluator noſter nobis ſua merita ſufficienter applicauit, & Pater illam applicationem acceptauit: uidetur quòd illa ſufficit olim facta, & quòd modò non requiratur alia noua, ſeu denuo. Præſertim quia illa applicatio Saluatoris noſtri facta olim, ſemper manet, actu uel habitu, uel uirtute, uel ſaltem in diuina acceptatione Patris: & cum illa ſit ſufficiens, non indiget noua alia. Attendendum eſt hic, ad permanentiam actuum Chriſti, habituum, uel uirtutis, uoluntatis & affectionis: atque etiam ad permanentiam paternæ acceptationis, ob quam certè illa eadem acceptatio quæ olim fuit, ſine dubio & modo eſt. Eſt, inqnam, non in aliquo diminuta; ſed tota integra, tota plena, tota perfe-
Agitur ex ſecūdo modo. cta. Ex ſecnnda uia oſtēditur eadem ueritas, conſiderando ea quæ de hominibus iuſtis dicit ſcriptura ſancta. Dicit enim de illis quòd nominantnr & ſunt filii Dei, uidelicet per adoptionem: quòd ſunt hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: quòd habeant in ſe quandam apotheoſim, ſeu ut uocant deificationem, deiformitatem, Dei ſimilitu- C
dinem, Dei uniformitatem, Dei filiationem: quòd iam non ſunt tenebræ, ſed iam ſunt lux: Chriſti membra uiua, uaſa Dei ad gloriam ordinata, palmites in uite, arbores bonæ, & ſimilia penè infinita. Quibus profectò declarat ſatis ipſa ſcriptura diuina, eos tales homines, iuſtos inquam, habere in ſe aliquid diuinum, quicquid illud ſit, quo ſupra naturam eleuantur propriam ex qua erant filii iræ, uaſa apta in interitum, filii perditionis, potentes in iniquitate: eosq; iam per id donum eſſe quodammodo inſertos uiti Chriſto & arbores bonas, potentes facere fructum bonū. Similiter & Saluator noſter manifeſtè dixit, uiros manentes in ſe, maximè iuſtos, manētes in ipſo per talem gratiam, poſſe afferre fructum bonum, bonam actionem, bonam'ue paſsionem: non ſecus quàm palmes in uite manens, ex uite accipit uirtutem potentiamq; propinquam, ad uberes fructus proferendos beneq; fœtificandū. Vnde nullā faciens mentionē de noua applicatione, ait,
Ego ſum uitis uera, & Pater meus agricola *Ioan.15.*
eſt: omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum; & omnem qui fert fructum, purgabit eum ut fructum plus afferat. Infra, Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in uite: ſic nec uos, D
niſi in me manſeritis. Ego ſum uitis, uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Videndum eſt igitur, An iuſti uiri ſint palmites manentes in uite Chriſto, uel non? Si non. Iam finita eſt quæſtio, quia certè eo ipſo non poſſunt ferre fructum bonum. Si autem ſic. Simili modo & quæſtio finita eſt: quia eo ipſo poſſunt bene frnctificare, ex uirtute quam interius accipiunt habentq; ex uite; nullo habito reſpectu ad nouam applicationem, ſed ad uirtutem ipſam quam ex uite participant. Sunt autem ſine dubio uiri iuſti, palmites manentes in uite Chriſto, Saluatore noſtro, & capite noſtro: ex quo capite ueniunt bona ad membra non per ſolam imputationem, quin etiam & per influentiam, redundantiam, communicationem, diffuſionem: per hoc quòd ipſe poſitiuè ac effectiuè dat, unde & membra ſua iuſta bene poſsint operari & mereri: Quia dat illis ſua bona auxilia, & gratiam gratum facientem, principium bene merendi. Gratia gratum faciens, ſeu charitas eſt, quædam gloriæ inchoatio; ut conſtat ex ſua dignitate, & ex illis quæ ipſa facit in anima in qua: quia uiuificat illam, dignificat, ornat, eleuat, illuminat, mundat. Ideo ſicut illa eſt inchoatio gloriæ, ſic etiam operatur ad gloriam: & ſicut dat

E animæ eſſe ſpiritale ſuper ſuum naturale, ita dat ei operari quodammodo ſuper naturaliter: ideſt, quodammodo meritoriè. Videns Apoſtolus nos non poſſe operari meritoriè per ſolam naturam, ſeu per ſolum eſſe aut poſſe naturale, dixit, Non ſunt condignæ paſsiones huius ſæculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sed uidens etiam nos poſſe operari meritoriè per gratiam gratum facientem, dixit pariter, Quod momentaneũ eſt & leue tribulationis noſtræ, ſupramodum in ſublimitate æternum gloriæ podus operatur in nobis. Talis enim gratia Dei, eleuat hominem quodammodo ſpiritali ſupra naturã ſuam: & ſicut dat ei ſupernaturale eſſe, ita dat ei ſupernaturale operari, modo expoſito. Spiritus noſter ex natura rei, & ſecundum præſentem ſtatum naturæ corruptæ, eſt re uera, ſpiritus uadens & non rediens, tum quia doctores graues ita interpretantur tum quia iã uiſum eſt ſatis, quam parum poſsit cum ſolis ſuis naturalibus. Spiritus autem noſter non ſolus, ſed inſertus Spiritui ſancto Dei per talem gratiam, fidem, ſpem, charitatem, obedientiam, ſic magnus eſt, altus, & potens, ut quidem ſecundum multos intelligatur nomine ſpiritus in eo loco Apoſtoli, *Galat. 5.* Fructus

F autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Quem ſenſum de ſpiritu noſtro ſic inſerto tenuit olim Ireneus Chriſti glorioſus Martyr. Et hunc proponit etiam Gloſsa Interlin. *Gloſſa Interlin.* immitandum, dicens circa illud uerbum Spiritus ſancti. Vel rationis gratia illuminatæ. Quaſi illi fructus ſint Spiritus ſancti uel etiam noſtræ naturalis rationis gratia illuminatæ, ſeu noſtri ſpiritus gratia illuminati, aut ſpiritui diuino inſerti. *Ioan. 1.* Quot quot recipiũt Chriſtum, non per nouam applicationem, ſed re ipſa, uerè dicuntur habere poteſtatem filios Dei fieri, nec dubium, quin omnes uiri iuſti ſimili modo, non per nouam applicationem, ſed re ipſa, uerè dicantur habere poteſtatem bene operandi ac merendi, maiorem gratiam & maiorem gloriam acquirendi. Nõ enim eſt maius inconueniens uiros iuſtos eo ipſo habere poteſtatem qua apud Deum poſſint mereri, quàm credentes habere poteſtatem filios Dei fieri. Attendenda eſt eleuatio naturæ humanæ eleuatæ per gratiam in uiris iuſtis, & ſecundum hanc eleuationem dicendum eſt de ſuis meritis, aut de ſua poteſtate merendi: quia ex quo iam ſunt filii Dei per adoptionem, eo ipſo cum ſuo adiutorio poſſunt operari meritoriè. *Agitur ex tertio modo.* Hoc enim dat eis ipſa Dei filiatio, ipſa per gratiam gratum faciẽtem eleuatio. Ex tertio mõ oſtenditur eadem ueritas, ratione contractus, fœderis, legis, G nouiq; teſtamenti, ſanguine Chriſti confirmati. In eo nanque habemus diuinas promiſsiones infallibiles quibus Deus bene operantibus promittit bona ſua, æterna, gloriam & beatitudinem: quaſi qui ſibi obediunt & uoluntatem eius faciunt, legem eius obſeruantes, ex contractu Dei habeant ſibi paratum præmium cœleſte, non facta mentione nouæ applicationis. Qui facit uoluntatem *Matt. 7.* Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Si autem uis ad uitam ingre *Mat. 19.* di, ſerua mandata. Non enim auditores legis *Rom. 2.* iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Circunciſio nihil eſt, & præpu *1. Cor. 7.* tium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. Et quidem cum eſſet Filius Dei, didicit *Hebr. 5.* ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Ex contractu igitur Dei & fœdere ſuo cum hominibus habẽt uiri iuſti & qui ſeruant legem eius, beatitudinem. Ob quod certè ipſa beatitudo, uitaq; æterna in cœlis, tanquam præmium reſpondens merito, & tanquam quid paratum non perſonæ ſed uitæ bonæ, per reſpectum ad contractum & fœdus Dei nobiſcum, optimè cõ *Mat. 20.* paratur denario diurno ex conuentione promiſſo datoq; laborantibus in uinea, atque H brauio promiſſo paratoq; currentibus in ſtadio. Neque hoc ſolùm, ſed in eadem ratione, optimo iure, corona iuſtitiæ, appellatur ipſa beatitudo, ſicut dicit Apoſtolus, Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui, In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iudex. Non ſolùm autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius. Ecce Apoſtolus Paulus beatitudinem appellat coronã iuſtitiæ, & Deum in ea danda ſuis cultoribus appellat iudicem iuſtum: quia in eo iuſtitiam ſeruat, contractum ſuum, & legem. Vnde doctores noſtri catholici bene dicunt, Deum quidem optimum maximum & infinitum nõ teneri aut obligari nobis hominibus; obligari tamen teneriq; quodammodo ſibi promittenti, ueritati ſuæ & ſuis legibus, ſecundum quas ita diſpoſuit cum hominibus huius ſæculi. De qua re ſatis Adrianus in ſuis quolib. di *Adrian. Quolib.* xit bene, bene etiam & Ioannes Driedonius *Driedon.* in De captiuitate & Redemptione generis hu *3. art.* mani: beneq; multi alii in ſuis libris, apud *3. partis.* quos non eſt difficile uidere, quantum ſit hæc *2. capitis* communis omnium ſententia. Sine dubio ui *tract. 2.* ta æterna poſita eſt in contractu ſeruandæ legis, iuxta illud, Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata & iuxta alia quæ poſuimus. Sicuti etiam in ueteri teſtamento habemus, Do-

A Domine quis habitabit in tabernaculo tuo
aut quis requieſcet ī mōte ſancto tuo? Qui in
greditur ſine macula & operatur iuſtitiam.
Qui loquitur ueritatem in corde ſuo, qui nō
egit dolum in lingua ſua. Nec ſecit proximo
ſuo malum, & opprobrium nō accepit aduer
ſus proximos ſuos. & cætera. Quis aſcendet
in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſan
cto eius? Innocens manibus & mundo cor-
de, qui non accepit in uanum animam ſuam,
nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet
benedictionem à domino, & miſericordiam
à Deo ſalutari ſuo. Hæc eſt generatio quærē
tium dominum, quærentiū faciē Dei Iacob.
Pſal. 33. Quis eſt homo qui uult uitam, & diligit dies
uidere bonos? Prohibe linguam tuam à ma-
lo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuer-
te à malo & fac bonum, inquire pacem & per
ſequere eam. Et alia penè infinita ſunt in di-
uina ſcriptura, quibus conſtat uitam æternā
Hac 3. proponi nobis hominibus ſub contractu ſer-
par. uandæ legis, ut etiam iam fuit dictum ſupe-
Part. 2. rius, & abundantius probatur inferius nec ſo
Lib. 1. lùm quantum ad rem, ſed etiam & quantum
Part. 2. ad gradum eius, ut quoque oſtenditur ſuo
Lib. 2. loco. Stella (enim) à ſtella differt in claritate.
1. Cor. 15. Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui
B ſeminat in benedictionibus, de benedictio-
Mat. 20. nibus & metet. Circa illud, Sedere autem
ad dexteram meam & ſiniſtram non eſt me-
um dare uobis, ſed quibus paratum eſt à
Patre meo. dicit diuus Hieronymus ad pro-
Hierony. poſitum, Regnum cœlorum non eſt dantis,
ſed recipientis. Non enim eſt acceptio perſo-
narum apud Deum, ſed quicunque talem ſe
præbuerit ut regno cœlorum dignus fiat, hic
accipiet. Quod non perſonæ, ſed uitæ paratū
eſt. Hæc ille. Hæc eſt inſuper conformis ſan-
ctorum doctorum ſententia, doctrina, & de-
terminatio, iuxta diuinas ſcripturas, de qua
Part. 2. etiam magis aliàs. Ex contractu igitur habe-
Lib. 2. mus meritum, ſeruando legem: ſed ex gratia
Chriſti eſt quòd talem contractum habemus,
& quòd legem eius obſeruamus: ſcilicet ex
gratia ſua quā habemus, & ex ſuis adiutoriis
quibus iuuamur: & nulla fit mentio in his lo-
cis de noua applicatione meritorum Chriſti
ad nos, quaſi quidem ſufficiat antiqua, quæ
ſemper ſtat, durat & uiget in diuina accepta-
Agitur tione. Ex quarto modo oſtenditur eadem ue-
ex quar- ritas ſine ulla ambiguitate. Doctores nanq;
to modo. ſancti & catholici, ſcholaſtici & alii, in eo om-
nes conueniunt, quòd omnes ponunt aut cō
cedunt gratiam gratum facientem ſeu charita
tem infuſam, eſſe in nobis hominibus princi-
pium operandi meritoriè uel meritoriè pa-
tiendi: circa quam ueritatem, nullam aliam
habent differentiam niſi quòd quidam, ut ſan
ctus Thomas & eius aſſeclæ, aſſerunt gratiam C
& charitatem huiuſmodi diſtingui inter ſe rea
liter; quidam uerò, ut Scotus & qui eum ſe-
quuntur, aiunt eas non diſtingui inter ſe reali
ter, ſed tantùm ratione aut officio. Itaque om
nes concedunt, quòd homo informatus gra-
tia gratum faciente, ſeu charitate, qualis eſt
omnis iuſtus, eſt in potentia propinqua ad a-
ctiones uel paſſiones meritorias: ita ut neq;
alio indigeat ad hoc, niſi diuino adiutorio in-
trinſeco quo excitetur, moueatur, & intrinſe
cè iuuetur, ut agat ſeu patiatur quod oportet,
ubi, quando, & propter quod oportet. Vt ſit
ipſa talis gratia ſeu charitas in homine princi-
pium merendi, ſicut eſt calor in igne uel in fer
ro uel in ligno principium calefaciendi: niſi
tamen quod calor eſt principium calefaciendi
ex natura rei; gratia uerò ſeu charitas eſt prin
cipium merendi non ex natura rei, ſed ex acce
ptatione Dei, atque ex meritis Chriſti appli-
catis nobis ab ipſo, propter quæ nobis datur,
conceditur, aut præſtatur ipſa gratia ſeu cha-
ritas. Quidem ut homo iam iuſtus per gratiā
gratum facientem ſeu charitatem conceſſam
ſibi propter merita Chriſti, poſſit iam mereri
ſine ulla applicatione denouo facta, ſicut po-
tuit mereri Adam iuſtus in primo ſtatu, & ſi-
cut potuit mereri iuſtus angelus ante ſuam D
confirmationem in bono, uel ante caſum. Ma
nifeſtus eſt ſermo doctorum in eorum libris
ſententiarum, de potentia merendi quam per
didimus omnes in priore Adam de terra ter-
reſtri, & de potentia merendi quam habent
omnes homines iuſti in poſteriore Adam de
cœlo cœleſti: ut intelligatur omnis iuſtus ha
bere potentiam merendi, ex quo habet gra-
tiam gratum facientem ſeu charitatem: poſi-
to tamen quòd habeat Dei adiutorium ſpecia
le intrinſecum, quo etiam indiguit homo in il
lo ſtatu primo ad merendum. Adam ante pec
catum, habuit utique gratiam gratum facien-
tem, charitatem, aliasq; uirtutes, prudētiam,
iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem: ut be *Magiſt.*
ne docet Magiſter ſententiarum ex Auguſti- *Li. 2. ſen.*
no, atque Ambroſio. Habuitq; propterea ip- *diſt. 29.*
ſe Adam in eo ſtatu ſpiritalem mentem, & uo
luntatem non peccati ſeruam, ſed à peccato li
beram. Quid ergo? Ideo profectò ut bene ac
meritoriè operaretur non indigebat gratia ſa
nante aut liberante: ſed bene indigebat gra-
tia præparante ac iuuante ad uolendum effi-
caciter bonum, ut pariter bene docet idē Ma
giſter in eodem loco. Sic omnes catholici tra-
ctatores dicunt de uiris iam iuſtis, qui cum iā
gratiam gratum facientem habeant, charita-
tem & uirtutes alias, iuſtam mentem, ac uo-
luntatem à peccato mortali liberam & ſic ſa-
nam, habentes ſic gratiam ſanantem, iam non

E indigeant niſi gratia præparante ac iuuante. Sanat enim mentem noſtram, ſanatq; noſtrã uoluntatem, gratia gratum faciens; & eam liberat à peccato, ſicut Apoſtolus baptizatis in *Rom.6.* Chriſto dicit, Gratias autem Deo, quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis an tem ex corde, in eam formam doctrinæ in quam traditi eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Ecce uiri iuſti liberati ſunt à peccato, ſerui facti ſunt iuſtitiæ, liberam habent à peccato mentem, liberamq́ue noluntatem: quia aliàs, quomodo eſſent à peccato liberati? qnomodo iam eſſent inſtitiæ ſerui, & non peccati? Igitur ut bene operentur & mereantur uiri inſti, iam non indigeut gratia ſanante ac liberante quam iam habent, ſed indigent gratia præparante ac iuuante, ut dictum eſt. Ita omnes loqnuntur catholici, & nullus nouæ applicationis mentionem facit. Quidem qnaſi ſufficiat antiqua. Eoſdem tamen, quæſo, doctores ſanctos & catholicos audiamus de hac re, in eorum uerbis propriis: & uideamus quid ipſi requirant in hominibns ut mereantur apud Deum, aut mereri poſſint, ſeu *Auguſt.* ut bona eorum opera dicantur merita. Auguſtinns non timet in hominibus aſſignare aut concedere bona merita, ea uidelicet bona opera quæ fidem ſequuntur & gratiam Chriſtianam: quæ ex fide ſunt, ex gratia iuſtifican- F te quam etiam præſtat Deus paruulis baptizatis, ex charitate, propter ipſum Deum, quæ Deus præparat in nobis, ut nos ea faciamus. Primum enim concedit bona merita hominũ *In Solilo. Lib.1. Cap.1. tom.1.* piorum, & abiicit eos qni ea negant, dicens, Deus per quem improbamus eorum errorẽ, qui animarum merita nulla eſſe apud te putant. Alibi etiam commendans ualenter gratiam Chriſti quæ facit in nobis bona merita, cùm multa dixiſſet contra Pelagium, adiecit ſtatim, Non quaſi nullum eſt meritum, uel bo*Epiſ.46. tom.2.* nnm priorum, uel malum impiorum: alioquin quomodo iudicabit Deus mundum? Sed miſericordia & gratia Dei conuertit hominem, de qua pſalmus dicit, Deus meus miſericordia eius præueniet me. nt iuſtificetur impius, hoc eſt, ex impio fiat iuſtus, & incipiat habere meritum bonum, quod Deus coronabit quando iudicabitur mnndus. Hæc ille. Deinde uerò aſſerit principium omnis meriti hominis, eſſe Chriſti gratiam & hominis uoluntatem ſeu liberum arbitrium. Fatetur quòd fides meretur iuſtificationem, & quòd bona nolnntas quia nolumus credere, aliquo modo præcedit fidem, quia non credimus niſi uolentes: ſed ſimul docet gratiam præcedere utrunque hornm, quia nec credere, nec uelle credere poſſumus, niſi uocati, niſi præuenti, niſi moti, niſi adiuti per gratiam. Vt nec fides

G noſtra, nec noſtra bona uoluntas, poſſit eſſe ſuperba. Concedit ergo quòd fides meretur aut impetrat iuſtificationem, mereturq; etiã aut impetrat charitatem tãquam facultatem bene operandi: tanquam fides & charitas ſint quædam principia bene merendi in nobis, & augendi in nobis meritum. Sed præcedenter ad iſta duo principia, ponit in nobis alia duo principia prima, de quibus diximus ſtatim, gratiam Chriſti & uoluntatem hominis. Dicit enim, Iuſtificati igitur ex fide, pacem habemus ad Deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Auguſt. Epiſ.106. tom.2.* Iuſtificati autem gratis per gratiã ipſius, ne fides ipſa ſuperba ſit. Ne dicat ſibi, Si ex fide quo modo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quàm donatur? Non dicat iſta homo fidelis, quia cum dixerit ut merear iuſtificationem, habeo fidẽ: reſponditur ei, Quid enim habes, quod non accepiſti? Cum ergo fides impetrat iuſtificationem, ſicut unicuique Deus partitus eſt etiam ipſius menſuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, ſed ipſa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici, comitante non ducente, pediſſequa non præuia uoluntate. Gratia ergo Dei & uoluntas hominis, ſunt principia duo prima bene operandi, beneq; merendi in homine: ſed gratia tanquam principium monens, uoluntas H tanquam principium motum, excitatum, præuentum. Quo tempore autem homo incipiat habere hanc gratiam bene merendi, declarat Auguſtinus ad Simplicianum, docens non opera gratiæ, ſed gratiam operibus debere anteponi: ut non gratiam per opera dari, ſed opera per gratiam fieri intelligamus; loquendo de gratia in generali prout ſe extendit ad gratiam gratum facientem, & ad uocantem, excitantem, præparantem, iuuantem. Dicit enim contra Iudæos qui audebant gloriari in eo, quod datæ ſibi legi ſeruiuiſſent, & ex hoc Euangelicam gratiam tãquam debitam meritis ſuis percepiſſent, quia legi ſeruiebant: unde nolebant eam gratiam dari gentibus tanquam indignis, niſi Iudaica ſacramenta perciperent. Non enim, inquit, intelligebant, quia *Lib.1. queſt.2. tom.4.* eo ipſo quòd gratia eſt Euangelica, operibus non debetur; alioquin gratia iam non eſt gratia. Et multis locis hoc ſæpe teſtatur fides, gratiam præponens operibus, non ut opera extinguat, ſed ut oſtendat non eſſe opera præcedentia gratiam, ſed conſequentia: ut ſcilicet non ſe quis arbitretur ideo percepiſſe gratiam, qnia bene operatus eſt: ſed bene operari non poſſe, niſi per fidem perceperit gratiam. Incipit autem homo percipere gratiã, ex quo incipit Deo credere, uel interna uel externa admonitione motus ad fidem. Hæc ille,

Qui

A Qui & in ſequẽtibus id maximè facit per mul
ta, ut oſtendat ad gratiam Dei pertinere, per
Chriſtum, quòd bona operamur, quòd diligi
mus, quò credimus, quòd uolumus credere,
& cuncta bona alia: bona opera, dilectionem,
fidem, uoluntatem credendi, & alia ſimilia.
Per mul. Docet & de his ſimiliter in De gratia & libe-
Per mul. ro arbitrio, in De gratia Chriſti & peccato ori
gin. atque in De prædeſtinatione ſanctorum,
ubi probat quòd etiam bonũ cogitare quod
certè frequenter reperitur ante bonum uelle,
Lib. 1. eſt à gratia. Ita igitur ponit Auguſtinus ubiq;
Cap. 2. gratiam Chriſti quam homo incipit percipe-
re, ex quo incipit credere Deo, & uolũtatem
noſtram ſeu liberum noſtrum arbitrium, tan
quam duo principia noſtri meriti apud Deũ:
ut ſit tamen gratia ipſa præuia, principaliſq;
Lib. 3. Eodem pertinet quod docet in Hypognoſt.
tom. 7. quòd ſicut ſeſſor & equus perambulant cor-
poralem, materialemq; uiam: ita gratia & li
berum arbitrium peragit ſine dubio iter fidei
liberum, dum Dei Chriſtianus facit præce-
pta, ſed non ſine gratia dirigente, uel guber-
nante. Propter quod dicitur in pſalmo, Di-
rige in conſpectu tuo uiam meam. &, A domino
greſſus hominis diriguntur. Additq;,
Itaq; nec gratia ſine libero arbitrio facit homi
nem habere beatã uitã, nec liberum arbitriũ
B ſine gratia. Et tamen paruulos ſine uſu libe-
ri arbitrii facit gratia habere beatam, & perpe
tuam, æternamq; uitam. Eos autem qui iam
rationis capaces ſunt, præuenit atque docet,
ut bonum uelint, & poſsint. Hæc ille. Oſten
dens autem quæ ſunt bona opera hominis, ex
quibus magis iuſtificatur ipſe, dicit in eodem
Vbi ſtati, paulò poſt opere, Opera liberi arbitrii bona, quæ ut fiãt
præparantur per gratiæ præuentum, nullo li-
beri arbitrii merito, & ipſo faciente, guber-
nante, & perficiente, ut abundent in libero
arbitrio, non damnamus: quia ex his uel hu
iuſmodi homines Dei iuſtificati ſunt, iuſtifi-
cantur, iuſtificabuntur in Chriſto. Hæc ille.
Itaque ſecundum Auguſtinum, homo quiuis
huius ſæculi, habẽs liberum arbitrium, fidem
Cſtriſtianam & charitatem, cum gratia Dei
præueniente ac præparante, ſeu dirigente, ha
bet principia ſufficientia ad meritum: & po-
teſt exinde eo ipſo mereri, bene operari, at-
que ſic per tale meritum, maiorem ſibi in cœ
lo parare gloriã. Sicut dicit Apoſtolus, Quod
momentaneum & leue eſt tribulationis no-
S.Tho. ſtræ, in ſublimitate æternum gloriæ pondus
Prim. 2. operatur in nobis. Sanctus Thomas eodem
quæſt. 50. modo docet, Ponit enim in anima gratiam
Art. 2. gratum facientem creatam, tanquam habitũ
quendam ſeu diſpoſitionem qua anima diſpo
nitur ad participãdum diuinam naturam mo-
do quodam ſpeciali: & iterum ponit illam in
anima, ueluti lucem quandam ſpiritalem. Ac- C
cipiendo autem gratiam pro tali habituali do *Ibidem.*
no, fatetur, quòd ſic eſt duplex gratiæ effe- *Quæ. 110.*
ctus, ſicut & cuiuslibet alterius formæ. Quo *Art. 1.*
rum primus eſt eſſe, ſecundus eſt operatio. *Ibidem.*
Sicut caloris operatio, eſt facere calidum, & ex *quæſt. 111.*
terior operatio. Vnde concludit, dicens, Sic *Art. 2.*
igitur habitualis gratia inquantum animam
ſanat, uel iuſtificat, ſiue gratam Deo facit, di
citur gratia operans; inquãtum uerò eſt prin
cipium operis meritorii, quod ex libero arbi
trio procedit, dicitur cooperans. Eodem ſpe *Ibidem.*
ctat manifeſtior doctrina ſua, ubi quærit, V- *quæſ. 114.*
trùm homo in gratia conſtitutus, poſsit mere *Art. 3.*
ri uitam æternam ex condigno? Ibi enim re-
ſpondendo ait, Dicendum quòd opus meri-
torium hominis dupliciter cõſiderari poteſt.
Vno modo ſecundum quòd procedit ex libe-
ro arbitrio, alio modo ſecundum quòd pro-
cedit ex gratia Spiritus ſancti. Si conſideretur
ſecundum ſubſtantiam operis, & ſecundum
quòd procedit ex libero arbitrio; ſic non po-
teſt ibi eſſe condignitas propter maximam in
æqualitatem, ſed eſt ibi congruitas propter
quandam æqualitatem proportionis. Vide-
tur enim congruum, ut homini operanti ſe-
cundum ſuam uirtutem, Deus recompenſet
ſecundum excellentiam ſuæ uirtutis. Si au-
tem loquamur de opere meritorio, ſecũdum D
quòd procedit ex gratia Spiritus ſancti, Sic eſt
meritorium uitæ æternæ de condigno. Sic.n.
ualor meriti attenditur ſecundũ uirtutẽ Spiri
tus ſancti mouentis nos in uitã æternam: ſe-
cundum illud, Fiet in eo fons aquæ ſalientis *Ioan. 4.*
in uitam æternam. Attenditur etiam precium
operis ſecundum dignitatem gratiæ, per quã
homo conſors factus diuinæ naturæ, adopta-
tur in filium Dei, cui debetur hæreditas ex ip
ſo iure adoptionis, ſecundum illud, Si filii, & *Rom. 8.*
hæredes. Hæc ille. Ita eodem modo, ſicut Au-
guſtinus, ponit ſanctus Thomas in homine
tria principia merendi, ſeu ad meritũ, uel ad
merendum; ideſt, liberum arbitrium, Spiri-
tum ſanctum mouentem, & gratiam gratum
facientem habitualem, per quam homo in-
ſtus fit formaliter conſors diuinæ naturæ, ele
uatur quodam modo ſupra ſe, & in filiũ Dei
adoptatur. Hæc ſunt igitur principia neceſſa-
ria, & ſufficientia, ut homo ſtatim mereri ua-
leat poſsitq; in potentia propinqua. Simili *ſecũda 2.*
modo docet de charitate, quòd ſit qualitas *quæſt. 23.*
quædam ſeu habitus datus nobis à Deo, ad di *Art. 2.*
ligendum Deum & proximum: quòd uita
Chriſtiana ſpecialiter in charitate conſiſtit, *Ibidem.*
per quam anima Deo coniungitur: & quòd *quæſt. 184*
ſecundum charitatem attenditur ſimpliciter *Art. 1.*
perfectio Chriſtianæ uitæ, ſecundum autem
alias uirtutes ſecundum quid. Fatetur quòd
dici-

E dicimur mereri actibus, ſicut dicimur mereri ipſo merito, eo modo quo dicimur currere curſu: ſed dicimur mereri uirtutibus & habitibus, tanquam quidem principio merendi, ſicut dicimur currere potẽtia motiua. Specialiter uerò de charitate dicit ueriſsimè, quòd fidei actus non eſt meritorius, niſi fides per dilectionem operetur, ut dicitur ad Galatas. Similiter etiam actus patientiæ & fortitudinis, non eſt meritorius, niſi aliquis ex charitate hæc operetur. Secundum illud, Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Sic ergo ubique aſſerit ſanctus Thomas, liberum arbitrium, gratiam gratum facientem, charitatem, ac Spiritum ſanctum mouentem, eſſe in hominibus principium merendi apud Deum. Omnino ſicuti Auguſtinus, qui conſtanter in multis locis poſuit charitatem tanquam principium bene operandi: ut uidelicet eadem charitas quæ formaliter de morte ad uitam transfert homines, ſit principium bene operandi in hominibus. Quemadmodum uidemus in omnibus aliis, eandem formam quæ dat alicui rei aliquod eſſe, in eadem re eſſe principium operandi ſecundũ eſſe illud: ut calor in ferro declarat ſatis. Eſt enim calor in ferro principium formale in eſſe calidum, ſiue eſſendi calidum: atque eo ipſo eſt principium in ferro operandi ſecundum tale eſſe, ut puta calefaciendi. Simile eſt de charitate, quæ cum ſit in anima principium formale uiuendi, ſiue in eſſe uiuo ſpiritali, iuxta illud, Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui nõ diligit, manet in morte. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Charitas operit multitudinem peccatorum. Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. eſt etiam in anima principium uiuè operandi, cum fructu & ualore, iuxta illud, Si charitatem autem non habuero, nihil ſum. Si charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Adeo ut & fides ipſa nihil quoque ualeat, niſi ſit fides quæ per charitatem operatur, ſicuti ad Galatas teſtatur Apoſtolus. Scotus eſt etiam in eadem ſententia, aſſerens eſſe ponendam charitatem, habitum quendam creatum operatiuum in anima, quæ ipſam animam gratam acceptamq; Deo faciat, & ſit ei principium merendi: unde quidem docet iuxta Auguſtinum, quòd charitas ipſa, quæ ſecundum ipſum non diſtinguitur realiter à gratia gratum faciente creata, & liberum arbitrium, ſunt in nobis principium operandi meritoriè. Quærit etiam, quod horum ſit primum & principale reſpectu actus meritorii, An charitas, An liberum arbitriũ?

Prima 2. quæſt. 55. Art. 1. ad 3. arg. — *Galat. 5.* — *1. Cor. 13.* — *1. Ioan. 3.* — *1. Ioan.* — *1. Pet. 4.* — *Luca 7.* — *1. Cor. 13.* — *Galat. 5.* — *Scotus. Lib. 1. diſt. 17. quæſt. 2.*

Reſpondet autẽ quòd actus meritorius conſideratur uel quantum ad intenſionem, & quantum ad ſubſtantiam actus, ſiue quantum ad rectitudinem moralem: uel etiam conſideratur quantum ad eſſe meritorium, ſeu quantum ad rationem meritorii: quæ eſt quod actus ipſe ſit acceptus à diuina uoluntate in ordine ad præmium, uel ſit acceptabilis, ſiue dignus acceptari. His ſuppoſitis reſpondet ultimò, quòd quantum ad primum, ideſt, quantum ad intenſionem actus, ſubſtãtiam, & rectitudinem moralem, potentia eſt quaſi cauſa principalis & prima; ſed quantum ad rationem meriti, eſt è contra, quia quantum ad hoc cauſa principalis & prima, eſt habitus charitatis. Docet denique quòd liberum arbitrium & charitas ſunt principiũ operandi meritoriè, ſeu merendi: nec declinat in hoc à ſancto Thoma, niſi in eo quòd aſſerit, hominem habentem charitatem, poſſe ſtatim mereri, poſito influxu generali; quaſi non ſit neceſſaria motio Spiritus ſancti ad talem actionem meritoriam, ſed ſufficiat generalis influxus. Conueniunt itaque Auguſtinus, ſanctus Thomas, & Scotus, quòd in nobis liberum arbitrium & gratia gratum faciens, ſunt principium merendi, ſeu meritoriè operandi: atque in hanc eandem ſententiam conueniunt omnes alii, prorſus nulla facta mentione nouæ applicationis prædictæ, ſed quaſi ſufficiat antiqua. Quomodo igitur meremur in meritis Chriſti, ſi nobis non applicantur denuo merita ipſius ad bona opera noſtra, ut & noſtra ſint denuo meritoria? Primùm, quia ex meritis eius habemus gratiam gratum facientem & charitatem, quæ eſt principium merendi quaſi formale: Secũdò, quia ex meritis eius mouet nos, pulſat, ac iuuat Spiritus ſanctus ad talia opera meritoria: Tertiò, quia ſtat, uiget, & ualet antiqua Chriſti applicatio, & antiqua Dei acceptatio. Ita profectò magis uidetur dicendum de applicatione huiuſmodi.

Qvid autem, quæſo, de diuina acceptatione? An requiritur noua acceptatio Dei quoad noſtra bona opera, ut ea in nobis ſint noua bona merita? Certum eſt omnino hominis ad Deum nullum poſſe eſſe meritũ ſimpliciter dictum, ſicuti non poteſt eſſe inter hominem & Deum ſimpliciter æqualitas, nec iuſtitia, nec iuſtum: utpote quòd quicquid habet homo boni, totum habet à Deo, & quot quot bona habeat homo, ſemper diſtat à Deo infinitè. Cũ igitur ratio meriti includat, præſupponat, aut aliquo modo conſignificet uel importet rationem iuſti, iuſtitiæ, aut æqualitatis: conſtat quòd ſicut hominis ad Deũ non poteſt eſſe ſimpliciter ratio æqualitatis, iuſtitiæ,

A tiæ, aut iuſti: ſic non poteſt hominis ad Deum eſſe ſimpliciter ratio meriti. Vt ſic dicamus, ratio meriti dicit aut præſupponit rationem iuſti, ratio iuſti dicit aut præſupponit rationem æqualitatis: igitur de primo ad medium & ad ultimum deducendo, ubi non reperitur ſimpliciter ratio æqualitatis aut æqualis, non reperitur ſimpliciter ratio iuſtitiæ aut iuſti, nec reperitur ſimpliciter ratio meriti. Ita dicimus filiũ ad patrem, ſerui etiam ad dominũ nõ eſſe ſimpliciter meritum aut iuſtum, quia nec eſt ibi ſimpliciter æqualitas: quanto magis hominis ad Deum, creaturæ ad creatorẽ, finiti ad infinitum. Verùm etiam non ſecus eſt certiſsimum reperiri frequenter meritum ſecundum quid, ſecundum aliquem modum, proportionem, aut ordinationem, ubi non reperitur meritum ſimpliciter: ſicuti dicimus filium mereri aliquid à patre, ſeruumque a domino, largè quidem & ſecundum quid; quẽadmodum & in ipſis ſecundum modum quendam reperitur ius quoddam, ut ius paternũ, ius dominatiuum. Hoc ſecundo modo reperitur meritum hominis ad Deum ſecundum præſuppoſitionem diuinæ ordinationis: utpote quòd Deus ordinauit ut homo conſequatur à Deo per ſuas operationes, quaſi mercedem, ad quas operationes exercendas Deus homini præſtat uirtutem operandi. Hæc eſt doctrina communis, & ſic docuit ſpe-

B cialiter ſanctus Thomas, dicens, Meritum & merces ad idem referuntur. Id enim merces dicitur, quod alicui recompenſatur pro retributione operis, uel laboris, quaſi quoddam precium ipſius. Vnde ſicut reddere iuſti precium pro re accepta ab aliquo, eſt actus iuſtitiæ; ita etiam recompenſare mercedem operis, uel laboris, eſt actus iuſtitiæ. Iuſtitia autem æqualitas quædam eſt, ut patet per Philoſophum: & ideo ſimpliciter eſt iuſtitia inter eos, quorum eſt ſimpliciter æqualitas: eorum uerò quorum nõ eſt ſimpliciter æqualitas, non eſt ſimpliciter iuſtitia, ſed quidam iuſtitiæ modus poteſt eſſe: ſicut dicitur quoddam ius paternum, ſiue dominatiuum, ut in eodem libro Philoſophus dicit. Et propter hoc in his, in quibus eſt ſimpliciter iuſtum, eſt etiam ſimpliciter ratio meriti, & mercedis: in quibus autem eſt ſecundum quid iuſtum, & non ſimpliciter, in his etiam non ſimpliciter eſt ratio meriti, ſed ſecundum quid, inquantum ſaluatur ibi iuſtitiæ ratio. Sic enim & filius meretur aliquid à patre, & ſeruus à domino. Manifeſtum eſt autem, quòd inter Deum & hominem, eſt maxima inequalitas, (in infinitum enim diſtant) totum quod eſt hominis bonum, eſt à Deo, unde non poteſt hominis à Deo (aliàs forte, ad Deum) eſſe iuſtitia, ſecundum abſolutam æqualitatem, C ſed ſecundum proportionem quandam; inquantum ſcilicet uterque operatur ſecundũ modnm ſuum. Modus autem & menſura humanæ uirtutis homini eſt à Deo, & ideo meritum hominis apud Deum eſſe non poteſt, niſi ſecundum præſuppoſitionem diuinæ ordinationis: ita ſcilicet, ut id homo conſequatur à Deo per ſuam operationem, quaſi mercedem, ad quod Deus ei uirtutem operandi deputauit: Sicut etiam res naturales hoc conſequuntur per proprios motus & operationes, ad quod à Deo ſunt ordinatæ: Differenter tamen, quia creatura rationalis ſeipſam mouet ad agendum per liberum arbitriũ, unde ſua actio habet rationem meriti, quod non eſt in aliis creaturis. Hæc ille. Ecce igitur noſtrum meritum hominis apud Deum, non eſt abſolutè, nec ſimpliciter, nec omnino ex natura rei; ſed præſupponit, includit, aut conſignificat diuinam ordinationem, qua Deus ordinauit dare nobis mercedem per noſtras operationes, & dedit nobis uirtutem operandi operationes huiuſmodi. Noſtrum ergo meritum, præſupponit Dei ordinationem noſtri operis ad præmium. Nunquid & præſupponit ſimiliter noſtrum meritum, Dei acceptationem? Præſupponit profectò, aut includit. Noſtrum enim opus, quantumuis aliàs bonũ, non habet completam rationem meriti erga Deum, niſi quia Deus illud ordinat ad merce-

D dem: Deus autem non ſic illud ordinat ex neceſsitate, ſed liberè, ſed uolens, ſed gratis, quia uult. Ipſa autem talis Dei ordinatio, ſine dubio eſt Dei Optimi acceptatio. Vt ergo noſtra bona opera ſint merita apud Deum, requiritur Dei ordinatio, requiriturq; Dei acceptatio; ut à Deo ordinentur, utq; à Deo acceptentur ad mercedem.

An requiritur noua Dei acceptatio, ut noſtra noua bona opera ſint noſtra noua bona merita? Alia eſt quæſtio. Saluo meliori indicio, uidetur quòd non: quia immo uidetur quòd ſufficiat antiqua, id eſt, quòd ſufficiat æterna. Sanctus Thomas enim ſupra principia bene operandi ſeu merendi, quæ iam declarauimus neceſſaria & ſufficientia, nihil aliud dicit neceſſarium ad rationem meriti in nobis, niſi Dei ordinationem, qua Deus ordinauit per tales operationes noſtras, dare nobis mercedem: & non uidetur quòd loquatur de ordinatione noua, ſed potius apparet quòd magis loquatur de ordinatione antiqua. Loquitur nanque de illa ordinatione qua Deus ordinauit dare hominibus mercedem per talia bona opera eorum, ad quæ facienda Deus illis præſtitit uirtutem faciendi: ſicut ordinauit ducere res naturales in ſuos fines per

S.Thom. Prima 2. quæſt.114. art.1.

Ethic.5.

E per ſuos motus & ſuas operationes. Et uidetur profectò utraque harum ordinationum diuinarum eſſe antiqua, eſſeq; æterna. Quia Deus ab æterno ita ordinauit, non ex tempore. Quæcunque enim ordinatio in mente diuina eſt, eſt æterna, non temporalis: ſicuti æterna eſt ſua ſapientia, ſcientia, præſcientia, prædeſtinatio, electio, prouidentia: de quibus aliàs, nonnihil abundantius. *Part. 2. Lib. 1.* Videantur uerba ſancti Thomæ paulò ante poſita. *Scotus. Lib. 1. diſt. 17. quæſt. 2. art. 1.* Scotus propter rationes multas & graues, fatetur ponendam eſſe charitatem creatam, habitum eſſe quendam infuſum à Deo in homine ſiue in anima hominis, quaſi decorem naturæ humanæ complacentem uoluntati diuinæ; declaratq; officium huius habitus inhærentis eſſe, primùm quidem facere hominem ipſum acceptum ſeu acceptabilem Deo, quoad æternam uitam, etiam ſi homo ipſe dormiat: deinde facere actus hominis ad quos inclinat, Deo acceptos uel acceptabiles, tanquam meritorios æternæ uitæ. Conſiderauit deinde *Ibidem, paulò poſt* Scotus in bonis actibus hominis iuſti, ſubſtantiam actus, intenſionem, ac rectitudinem moralem: & ſuper hæc, rationem meritorii, quæ ut dicit, eſt eſſe acceptum à diuina uoluntate in ordine ad præmium, uel acceptabile eſſe, uel dignum acceptari. Probat quòd actus hominis ex intrinſecis agentis, etiam F computando ut uidetur, gratiam gratum facientem, non habet rationem digni, uel dignè ordinabilis ad præmium: quia tunc, ut inquit, Deus non poſſet ei qui operatus eſt, non retribuere beatitudinem. Quaſi de intrinſeca ratione actus meritorii in ratione meriti, ſit diuina acceptatio. Arguit cõtra hoc, quia tunc non eſſet in poteſtate merentis mereri, quantumcunque eſſet iuſtus, adultus, bene operatiuus: quia non eſt in poteſtate eius illa diuina acceptatio, ſeu actio acceptationis diuinæ. Reſpondet, dicens, Actus qui eſt meritum, eſt in poteſtate mea, ſuppoſita influentia generali, ſi habeo uſum liberi arbitrii & gratiam: ſed completio in ratione meriti, non eſt in poteſtate mea, niſi diſpoſitiuè. Tamen ſic diſpoſitiuè, quòd ex diſpoſitione diuina ſemper ſequitur illud completiuum ad agere meum. Sicut ſemper ſequitur animatio ad organizationem factam à cauſa naturali. Hæc ille. Ecce determinat conſtanter, requiri Dei acceptationem ad cõpletam rationem meriti hominis. Declarando autem quòd hæc acceptatio Dei requiſita, eſt *Ibidem, paulò poſt* æterna, inquit, Et quod prædictum eſt, eſt intelligendum de acceptatione æterna, qua Deus ab æterno præuidens hunc actum ex talibus principiis eliciendum, uoluit ipſum eſſe ordinatum ad præmium: & ita actu uoluntatis ſuæ ordinando ipſum ad præmium, uoluit ipſum eſſe meritum: G qui ſecundum ſe cõſideratus abſq; tali acceptatione diuina ſecũdum ſtrictam iuſtitiam, non fuiſſet dignus tali præmio ex intrinſeca bonitate, quam haberet ex ſuis principiis. Hæc ille. Ecce, requiſita acceptatio diuina ad bona merita noua hominis, eſt æterna: perinde autem non temporalis, nec noua. Conformiter ergo dicunt ſanctus Thomas & Scotus, in opere bono hominis procedente ex gratia gratum faciente, liberoq; arbitrio & ſpiritu ſancto mouente, ſufficere ordinationem ſeu acceptationẽ Dei æternam ad rationem meriti, & non requiri nouam: niſi quòd Caietanus docet de mente ſancti Thomæ, quòd nulla acceptatio diſtincta requiritur, ut ſtatim dicitur.

Caietan. Prim. 2. quæſt. 114. art. 1. CAIETANVS circa hanc materiam bene notauit, quòd præordinationem diuinam noſtri actus in ratione meritorii, nec ab ipſo Deo, nec ab alio retributore oportet ſortiri illam mercedem: ut patet in eo qui aliquandiu perſeuerans in bono, obicem ponit præmio ante retributionis tempus. Et ratio eſt, quia non omnis præordinatio, eſt præordinatio prædeſtinationis, quæ effectum infallibiliter conſequitur: ſed aliqua præordinatio, eſt prouidentiæ non euentus, ſed cauſæ: ideſt, ſecundum præſentem iuſtitiam, uel ſecundũ diſpoſitionem cauſarum ſecundarum. Monet H & ibi quæſtionem, quam relinquit alibi diſcutiendam, An talis præordinatio diuina fiat uniuerſaliter per communicatum principiũ operis meritorii, An ratio meritorii quandoque fiat per ſolam diuinam ordinationem? Sed iſta quæſtio, alia eſt à præcedentibus quæſtionibus, ut eſt notum.

S. Tho. Prim. 2. quæſt. 114. art. 3. 2. Tim. 4. SANCTVS Thomas mouet quæſtionẽ, Vtrùm homo in gratia conſtitutus, poſſit mereri uitam æternam ex condigno? reſpondet quòd, ſic, iuxta illud, In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Fuſius autem declarando fatetur quòd opus meritorium, ſi conſideretur quantum ad ſubſtantiam operis, & prout procedit ex libero arbitrio, ſic non poteſt ibi eſſe condignitas propter maximam inæqualitatem: quamuis & ibi ſit quædam congruitas propter quãdam æqualitatẽ proportionis, ſecundum quod uidetur congruum, ut homini operanti ſecundum ſuam uirtutem Deus recompenſet ſecundum excellentiam ſuæ uirtutis. Si autem conſideretur opus meritorium ſecundum quòd procedit ex gratia Spiritus ſancti, ſic eſt meritorium uitæ æternæ ex condigno. Probat hoc ultimum, dicens, Sic enim ualor meriti attenditur ſecundum uirtutem Spiritus ſancti monẽ

tis

A tis nos in uitam æternam; ſecundū illud, Fiet *Ioan.4.* in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Attenditur etiam precium operis ſecundum dignitatem gratiæ, per quam homo conſors factus diuinæ naturæ, adoptatur in filiū Dei, cui debetur hæreditas ex ipſo iure adoptio- *Rom.8.* nis, ſecundum illud, Si filii, & hæredes. Hæc ille. Hoc loco, ſicuti apparet ex contextu, ui detur ſanctus Thomas docere quòd bona opera hominis iuſti iam per gratiam gratum faciente acceptati ad gloriam, ex libertate agentis, ex bonitate morali ipſius operis, ſimul & præſertim ex motione Spiritus ſancti ac ex gratia gratum faciente inexiſtente atq; dignificante perſonam agentem, habent completam rationem meriti de condigno apud Deum, non includendo nec requirendo aliā acceptationem ad completam rationem me- *Caietan. ſuper ſanctumThomam, ubi ſtatim.* riti. Sic refert & ſic intelligit Caietanus, ſanctum Thomam; atque in hoc ſenſu ſequitur doctrinam ſancti Thomæ, & illam defendit. Adducit ſententiam Scoti dicentis, quòd actus elicitus à gratia gratum faciente, non eſt meritorius ſimpliciter uitæ æternæ, ſed oportet quòd ultra hoc quòd eſt informatus gratia, ſit acceptus Deo, ideſt ordinatus à Deo ad conſequendam uitam æternam: tanquam in tali ordinatione ſeu acceptatione paſsiua B qua actus ipſe ordinatur uel acceptatur ad gloriam, compleatur ratio meriti de condigno. Adducit, inquam, illam: & relinquit. Format duo argumenta Scoti, Primum, Si actus ex ſolis intrinſecis, agenti eſſet ſic ordinatus ad beatitudinē, ſequeretur quòd Deus non poſſet ei, qui ſic operatus eſt, non retribuere beatitudinem, niſi iniuſtè eam ſubtrahendo: hoc eſt falſum: ergo etc. Secundum, Præmium ſemper eſt maius bonum merito: & iuſtitia ſtricta non reddit melius pro minus bono: ergo actus meritorius non eſt dignus tali præmio ex bonitate, quam habet ex ſuis principiis. His autem duobus argumentis ſic formatis, ita reſpondet. Ad primum dicitur, quòd iniuſtè ſubtraheretur merces tempore debito ei, qui operatus eſt ex gratia, & Deus, qui eſt debitor ſibi ipſi, qui ordinauit non per ſuperadditam ordinationem (ut Scotus putauit) ſed per ipſam gratiam, eius actum eſſe meritorium ex hoc ipſo ſolo, quòd eſt à gratia quòd eſt talis naturæ ſicut non poteſt contra ſeipſum facere, ita non pōt ſubtrahere mercedem. Cū quo tamen ſtat, quòd poteſt ēt beatos omnes annihilare de potētia abſoluta: ſed hoc eſt extra quæſtionem præſentem. Ad ſecūdum dicitur, quòd liberalitas diuina remunerans ſupra meritum, non adimit merito uim ſuam. Ex hoc nanq; quòd Deus actui merenti gloriam ut unum, reddit gloriam ut duo, non adimitur actui illi, quin meruerit ſecundum C ſtrictam iuſtitiam gloriam ut unum. Vnde ratius illa non probat, quòd actus non ſit meritorius: ſed hoc, quòd non ſit meritorius, totius præmii, quod dat Deus ſuppoſita tali liberalitate. Hæc ille.

Proseqvitvr autem Caietanus hanc doctrinam ſuam, quam aſſerit eſſe de mente & doctrina ſancti Thomæ, dicens, Et tu habes in litera pro doctrina ſancti Thomæ, auctoritatem Apoſtoli, Si filii, hæredes & cæ *Rom.8.* tera. ubi potes fundare rationem; quia filio obedienti, & ut filio operanti debetur hæreditas paterna ex ſolo ipſo iure ſtricto: ita quòd non niſi iniuſtè poteſt priuari: Sed ſola gratia conſtituit filios Dei, ſecluſa quacunque ordinatione. Ergo. Superflua quoque eſt ſuperaddita ordinatio illa; quoniam quicquid per illam fit, ſaluatur melius per motionem Spiritus ſancti mediante gratia. Vilificat quoque gratiam poſitio illa, dum ei proprium opus ſubtrahit, ſcilicet meritum, & nos non poſſe per gratiam mereri, niſi diſpoſitiuè, ponit: quæ omnia aliena à theologia reali ſunt. Et tu potes ſcire hanc eſſe ueram mentem auctoris, ex doctrina eius in quæſtione 21. ſuperius. ubi oſtenſum eſt, quòd actus humanus ex hoc, quòd eſt bonus uel malus mora- D liter, habet rationem meriti uel demeriti, etiam apud Deum. Ex hoc nanque ſequitur, quòd ex hoc ipſo, quòd actus eſt bonus, eſt ordinatus à Deo ad præmium: & hoc (ut ibi dicitur) quantum eſt ex ratione actus, nec oportet aliam ordinationem ſuperaddere. Hæc ille. Poſt hæc ſic mouet quæſtionem. Dubium occurit, quo pacto poſsit homo per gratiam mereri ex condigno uitam æternam; cum inter Deum & creaturam quamcunque multo minus, quàm inter patrem & filium poſsit eſſe iuſtum ſimpliciter? Conſtat enim quòd homo in gratia, creatura pura eſt: & filius adoptiuus non plus iuſti ſortitur apud patrem, quàm filius ſimpliciter. Mereri autem ex condigno, ad iuſtum ſimpliciter expectat. Soluit autem dicens, Opus meritorium ex gratia & Spiritu ſancto procedens, poteſt cōparari ad Deum retributorem. Et ſic propter rationes allatas ſolam rationem iuſti dominatiui ſeu paterni uideo, iuxta, illud Apo *2.Tim.4* ſtoli, Quam reddet dominus iuſtus iudex. Si autem referatur ad mercedem, ſcilicet uitam æternā, ſic eſt ratio iuſti ſimpliciter, & æqualitas. Et ad hanc æqualitatem tendunt uerba literæ, ut patet in reſponſione ad tertium, Hæc ille. Si autem quis dixerit quòd inter opus meritorium, ut eſt à Spiritu ſancto, & Deum, eſt iuſtum ſimpliciter, cum Spiritus ſanctus ſit Deus, æqualis, infinitus; quaſi ex

E hac parte ſeu conſideratione ſit ibi ſimplici-
ter iuſtum, ſicut eſt ſimpliciter æqualitas Spi-
ritus ſancti mouentis: & per conſequens ſit
ibi ſimpliciter meritum de condigno. Reſpon
det quod iuſtum quæritur inter retributorē
& operatorem, qui remuneratur; & non in-
ter primam cauſam mercedis & meriti.

ITAQVE ex quo homo aliquis eſt iu-
ſtus per gratiam gratum facientem, filius
Dei adoptiuus, & ad regnum ordinatus, ip-
ſe poſita motione Spiritus ſancti, poteſt bo-
na opera denuo facere, quæ ſint ſibi bona no
ua merita ad gloriam: Et ad rationem noui
meriti eius non requiritur noua Dei accepta
tio circa ipſum opus bonum, ſed ſufficit æter
na, ſicut dicit Scotus: uel ſufficit quòd tale
opus habeat bonitatem moralem, & ſit à gra
tia gratum faciente informante, atque à Spi-
ritu ſancto mouente, ſicut de mente ſancti
Thomæ dicit Caietanus. Quaſi acceptatio ip
ſius perſonæ iuſtæ ſufficiat, & non requira-
tur ad rationem meriti aliqua acceptatio di-
ſtincta, quæ ad ipſum opus meritorium ter-
minetur: Sed ſit ipſa perſona accepta & Spiri
tui ſancto inſerta, tanquam bona arbor, po-
tens ex eo bonos fructus facere, in uitam æ-
ternam. Qui acceptat arborem, acceptat
per conſequens bonos fructus eius. Iterum,
Qui acceptat antecedens, acceptat & conſe-
quens. Reſpexit dominus ad Abel, & ad mu
F nera eius.

*Ponitur, eliditur atque relinquitur eorum error
recèns exortus, qui putant iuſtificationem noſtram
ſolummodo remiſſionem peccatorum noſtrorum eſſe,
nec continere noſtram renouationem & ſanctifica-
tionem, quanquam ipſam ſemper habeat comitem,
ſeu neceſſariò conſequentem: atque etiam docent eam
extra nos eſſe in ſolo Christo, nec nos iuſtos eſſe in no-
bis, ſed tantum iuſtos cenſeri in illo; Deo nobis im-
putante iuſtitiam illius, ad iuſtificationem noſtram.
Refelluntur huiuſmodi errores, ex diuinarum ſcriptu
rarum auctoritate & doctoribus ſanctis.*

CAP. XI.

CONTRA hanc quam ha-
ctenus per multa monſtra-
uimus, manifeſtam ueritа-
tem catholicam in diuinis
ſcripturis expreſſam, exor
tus eſt nouiſſimè tempori-
bus hiſce noſtris calamito-
ſis error quidam, quo aſſeritur, noſtram ho-
minum iuſtificationem, qua nos Deus iuſtifi
cat à peccatis, conſiſtere in ſola remiſsione
peccatorum, & non continere ſimul noſtram
renouationem aut ſanctificationem, ſed no-
ſtram innouationem neceſſariò ſequi ſimul,
dum iuſtificatur quiſpiam. Qui error corolla G
rio conſequenter augetur, dum dicitur no-
ſtram iuſtificationem eſſe unicam & ſimplicē,
uidelicet ſolam remiſsionem peccatorum, to
tam contentam gratuita Dei acceptatione, &
totam extra nos, in ſolo Chriſto Saluatore no
ſtro: dumq; docetur, homines iuſtos ſic in ſo
lo Chriſto iuſtos eſſe, non quaſi ipſi iuſti ſint
in ſeipſis, ſed quia in ſolo Chriſto propter me
rita eius iuſti cenſentur, Deo imputante illis
iuſtitiam Chriſti, & non reputante illis deli-
cta ipſorum. Vnde peruersè aſſeritur, homi-
nes iuſtos in ſeipſis non habere iuſtitiam, ſed
iniuſtos eſſe in ſeipſis; reputari autem illis iu-
ſtitiam Chriſti, quæ illorum eſt ſolùm impu-
tatiuè: unde Deus propter illam, non repu-
tet illis eorum delicta, & illos iuſtos cenſeat.
Denique tota iuſtitia hominum iuſtorum
hoc errore dicitur eſſe extra ipſos in ſolo Chri
ſto, nec illos habere in ſeipſis iuſtitiā qua for-
maliter tanquam per iuſtitiam inhærentem
ſint iuſti, quinimo in ſeipſis eos eſſe iniuſtos:
ſed eorum iuſtitiam totam eſſe imputatiuam,
& omnes homines iuſtos eſſe atque denomi-
nari iuſtos à iuſtitia extrinſeca ſibi, quæ re ue-
ra exiſtit in Chriſto; ſicut medicina eſt & de-
nominatur ſana à ſanitate ſibi extrinſeca, quæ
re uera eſt, non in ipſa medicina, ſed in anima
li. Quaſi homines iuſti non habeant iuſtitiam
à Chriſto per participationem ab eo aliquid
recipiendo in ſeipſis, ſed ſolùm per imputa- H
tionem propriæ iuſtitiæ quæ eſt in Chriſto:
tanquam Chriſtus nihil poſitiuè nobis impri
mat aut præſtet, dum nos iuſtificat, ſed tan-
tùm peccata noſtra nobis remittat, faciens
per iuſtitiam ſuam propriam, peccata noſtra
non imputari nobis. Prorſus intolerabilis eſt
huiuſmodi error, omninoq; impius, & blaſ-
phemiam continens. Qui enim ita docent,
ſecundum ipſum errorem, dicunt neminem
re uera iuſtum eſſe gratia Chriſti in ſeipſo, &
filios Dei docent æquè, ut prius iniuſtos, im-
mundos, & ſceleratos, & Deo in ſe odibiles
manere; peccata uerò quibus contaminati
manent, propter Chriſtum non imputari eis.
Huic errori uidetur quodammodo primor- *Lutheri*
dia dediſſe Martinus Lutherus ut innuitur in *error.*
ſuo opere ſuorum articulorum, ubi ait pecca *Art. 31.*
re iuſtum in omni opere bono: & in ſermone
de natiuitate Beatæ Mariæ dominæ noſtræ, in
quo docet omnes Chriſtianos æquè magnos
eſſe ſicut eſt Mater Dei, & æquè ſanctos ſicut
ipſa eſt, ſi credunt Chriſtum habitare in ſeip-
ſis æquè ſicut in illa, quia per ſanguinem Chri
ſti pariter mundati ſunt omnes à peccatis. Ma
gis autem uidetur quòd Lutherus, non ita do
cuerit, ut ex quibuſdam doctrinis ſuis addu-
cendis paulò poſt, magis apparet. Tenuit au-
tem

Caluini error.

A tem hunc errorem quidam Ioannes Caluinus nomine, in illo ſuo lethali antidoto aduerſus, 8. cap. 6. ſeſsionis ſancti Concilii Tridentini: in quo libello ſuo conatur probare idem Caluinus, quòd iuſtificatio impii, ſit ſola peccatorum remiſsio, quodq; natura præcedat regenerationem Spiritus ſancti, mentis nouitatem, cordiſq; rectitudinem, renouationem hominis & ſanctificationem: quòd unica eſt & ſimplex noſtra iuſtificatio & iuſtitia, tota continetur gratuita Dei acceptione, & quòd tota eſt extra nos, in ſolo Chriſto, in quo iuſti cenſemur, quòd in nobis ſumus: quòd bene quidem ſi iuſti uiri in hoc ſæculo habẽt inchoatam nouitatem, renouationem, ſanctificationemq;, ſed quòd nullo modo habent in ſeipſis iuſtitiam nec inchoatam, prorſus nihil iuſtitiæ in filiis Adæ cognoſcẽs quod realiter ſit in ipſis, nec admittens quòd noſtra iuſtificatio conſtat ex remiſsione peccatorum & infuſione gratiæ gratum facientis creatæ, ſeu ſanctificatione, aut renouatione, ſed in ſola peccatorum conſiſtat remiſsione. Hũc errorẽ ex parte ſecutus eſt Albertus Pighius, qui ſicut prius docuerat omnes homines peccatores naſci in Adam, non quaſi aliquod proprium peccatum ſeu culpam contrahant in ſeipſis, ſed ex ſola imputatione peccati Adæ: ita poſterius docuit, homines iuſtificari in Chriſto formaliter à peccatis, non per aliquã

Vt refert Ruardus Tapperi De iuſtificatione. tom. 2.

B iuſtitiam quam in ſeipſis accipiant realiter, ſed per ſolam imputationem iuſtitiæ Chriſti. Id ergo aſſerit Pighius, ſimul docens cum Caluino, quòd in Chriſto iuſtificamur in Deo, non in nobis: non noſtra, ſed illius iuſtitia, quæ nobis cum illo iam communicantibus imputatur, & quòd propriæ iuſtitiæ inopes extra nos in illo docemur iuſtitiam quærere, à cuius iuſtitia per imputationem ſimus iuſti. Contra hunc errorem clamant tota ſcriptura diuina & omnes doctores ſancti, quibus manifeſtè docemur, noſtram iuſtificationem non conſiſtere in ſola peccatorum remiſsione, ſed etiam includere gratiæ gratum facientis creatæ infuſionem per Spiritum ſanctum qui datur nobis. Sola enim gratia Dei æterna quæ formaliter eſt in Deo & eſt ipſemet Deus, nos iuſtificat efficienter in Chriſto Ieſu Domino noſtro, ideſt, propter eius merita: ſed utique modus quo nos iuſtificat, non eſt ſolùm remotiuus, hoc eſt, non eſt ſolùm remittendo ſeu non reputando nobis peccata noſtra, ſed quoque eſt actiuus & poſitiuus, uidelicet donando nobis gratiam ſuam creatam quæ nos uiuificat, ſanat, iuuat, fortificat, & ad uitam acceptat æternam, ſignũ infallibile ſuæ acceptationis formalis, pignus ſpiritus, & ſeminarium gloriæ. Sic noſtra iuſtificatio, non eſt ſola peccatorum noſtrorum remiſsio, ſed eſt noſtrorum peccatorum remiſsio & gratiæ gratum facientis infuſio, quæ eſt noſtra formalis gratificatio, qua formaliter grati ſumus Deo intrinſecè, & iuſti poſitiuè, ueniens nobis effectiuè à ſolo Deo & à Saluatore noſtro ſecundum diuinitatem, meritoriè autem à ſolo Saluatore noſtro ſecundum humanitatem. Eſtq; noſtra iuſtificatio unus motus ſimplex, quo mutamur de impiis ad iuſtos: ſed duas includens mutationes, alteram ab eſſe peccati ad non eſſe peccati, alteram quæ eſt à non eſſe gratiæ gratum facientis ad eſſe gratiæ huiuſmodi; ſicut iam ſatis fuit dictum, expoſitum, atque probatum. Non enim iuſtificat nos Deus ſolum modo remouendo, ideſt, non imputando nobis peccata noſtra, & remittendo illa nobis: ſed quidem iuſtificat nos & nobis peccata noſtra remittẽdo, & nobis ſua dona poſitiuè donando, quæ realiter accipimus, & quibus realiter atque intrinſecè poſitiueque ſancti & iuſti ſumus, ei grati, quodammodo ſuper nos eleuati, uiui ſpiritaliter, pulchri, & ad regnum ordinati. Sic ſemper omnes doctores ſancti intellexerunt iuſtificationem noſtram à Deo, ſecundũ has duas mutationes noſtras, alterã qua mutamur ab eſſe ſub peccato ad non eſſe ſub peccato, quæ eſt peccatorum remiſsio, alteram

Pighij error.

C

D qua mutamur à non eſſe ſub gratia gratum faciente ſeu charitate, ad eſſe ſub illa, quæ eſt gratiæ gratum facientis ſeu charitatis infuſio, & poſitiua noſtra ſanctificatio, uiuificatio, & renouatio. Vnde quidem ſtante lege diuina data, iuſtificatio hominis includit peccatorum remiſsionem, ac poſitiuam gratiæ gratum facientis ſeu charitatis infuſionem, & perinde poſitiuam, realem, ac homini inhærẽtem poſitiuam hominis ac formalem ſanctificationem: quemadmodum illuminatio aeris includit tenebræ expulſionem, ac lucis aeri inhærentis realem inductionem ſeu productionẽ. Quam ob rem, ſine dubio, hominem à Deo iuſtificari, eſt hominem per peccatorum remiſſionem à peccatis liberari & iuſtitia ac ſanctificatione quadam à Deo imbui uel donari: nõ ſolùm per imputationem iuſtitiæ exiſtentis in Chriſto, ſed etiam per infuſionem ſeu communicationem cuiuſdam iuſtitiæ ac ſanctitatis de nouo productæ in homine. Deus eſt qui ſanctificat, & Deus eſt qui iuſtificat: ſanctificat ſanctos, iuſtificat iuſtos: id eſt, ſanctos & iuſtos facit. Iuſtificat autem ſanctificando, & ſanctificat iuſtificando: utrunque poſitiuè faciendo, atque operando. Pulchrè quæſiuit Auguſtinus, Quid eſt, Qui iuſtificat impium? Pulchrè etiam reſpondit, Ex impio facit piũ. Dũ igitur Deus iuſtificat homines, facit eos

Auguſt. ſuper: Ioa. ca. 1. trac. 3. tom. 9.

E de impiis pios: facit autem non alio modo
quàm dona pietatis ſuæ & gratiæ eis immittē
do, atque præſtando, pietatis, & iuſtitiæ. Sic
Paulus frequentisſimè docuit, Deū Optimū
iuſtificare nos homines infnudendo nobis do
na ſua, gratiam ſuam, fidem, ſpem & charita-
tem, per Spiritum ſanctum qui etiam datur
nobis: unde quidem gratiæ ac fidei formatæ
Rom. 1. tribuit iuſtificationem noſtram, & purifica-
Galat. 3. tionem cordis noſtri. Iuſtus ex fide uiuit. Om
Hebr. 10. nes enim peccauerunt, & egent gloria Dei: iu
Rom. 3. ſtificati gratis per gratiam ipſius, per redem-
ptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propo
ſuit Deus propitiatorem per fidem in ſangui-
ne ipſius. Arbitramur enim iuſtificari homi-
Ibidem. nem per fidem ſine operibus legis. Vnus eſt
Deus qni iuſtificat circuncisione ex fide, &
præputium per fidem. Iuſtificati ergo ex fide,
pacem habeamus ad Deum per dominum no
Rom. 5. ſtrum Ieſum Chriſtum, per quem habemus
acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua
ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum
Act. 15. Dei. Sicut etiam legimus dixiſſe Apoſtolum.
Petrum, Ab antiquis diebus Deus in nobis e-
legit per os meum audire gentes uerbum E-
uāgelii, & credere, Et qui nouit corda Deus,
teſtimonium perhibnit, dans illis Spiritum
ſanctum ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter
nos & illos, fide purificans corda eorum. Nec
ſolum hoc modo, ſed etiam alio quoque ma-
F nifeſto docet ſcriptura diuina Deum iuſtifica
re nos dādo nobis Spiritum ſanctum cum do-
nis ſuis, intelligens & conſtanter docens idē
eſſe ſecundum rem, noſtram iuſtificationem
& noſtram ſanctificationem, regenerationē
& renouationem, ſalutem & liberationem à
1. Cor. 6. peccatis. Dicit enim Apoſtolus Paulus, Neq;
fornicarii, neque idolis ſeruientes, neque adul
teri, neque molles, neque maſculorum con-
cubitores, neque fures, neque auari, neque e-
brioſi, neque maledici, neq; rapaces regnum
Dei poſſidebunt. Additque declarando ad
propoſitum, Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti
eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in
nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spi-
ritu Dei noſtri. Ecce eodem modo in Spiritu
Dei noſtri ablnimur, ſanctificamur, & iuſtifi-
camur: id eſt, per infuſionem Spiritus ſancti
& donorum eius in nos ipſos, à Deo. Ita decla
Tit. 3. rat idem Apoſtolus, rurſus dicens, Benigni-
tas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri
Dei: non ex operibus iuſtitiæ quæ ſecimus
nos, ſed ſecnndnm ſuam miſericordiam ſal-
uos nos fecit per lauacrum regenerationis &
renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in
nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem
noſtrum, nt iuſtificati gratia ipſius, hæredes
ſimus ſecundum ſpem uitæ æternæ. Ecce ſal-
uat nos Deus per lauacrnm generationis & G
renouationis, inſundēdo nobis in eo lauacro,
Spiritum ſanctum: ut ex inde eo ipſo inſtifi-
cati gratia ipſius, hæredes ſimus æternæ uitæ.
Secundum has & multas alias ſcripturas dini
nas edoctus, dicit Auguſtinus contra Iulianū *Auguſt.*
Pelagianum, capacem eſſe noſtram humanā *Lib. 2.*
naturam iuſtificationis & perfectionis, per *aliquan-*
gratiam Dei eam operantis in nobis: dicitq; *tulū poſt*
multa, quibus declarat idem eſſe, ut diximus, *medium.*
ſecundum rem, noſtram regenerationem & *tom. 7.*
noſtram inſtificationem. Cum enim adduxiſ-
ſet ex diuo Ambroſio duplicem noſtram re-
generationem, alteram lauacri ſancti baptiſ-
matis per quam deterſa colluuione peccato-
rum, in regeneratione cum ſederit Filius ho-
minis renouamur: alteram per quam ab o-
mni corporeæ concretionis purificati labe,
mundo animæ ſenſu in uitam regeneramur
æternam: Cum, inquam, ſic adduxiſſet ex di-
uo Ambroſio, ita dixit continuando ſermo-
nem, Nempe diſtinxit uir ſanctus & nerax, iu
ſtificationem uitæ huius, quæ fit per lauacrū
generationis, & illins perfectionem, cum &
noſtra corpora fuerint immortalitate renoua
ta. Infra paucis uerbis interpoſitis, Iuſtifica-
tio, inquit, porrò in hac uita, nobis ſecundum
tria iſta confertur, Prius lauacro regeneratio-
nis, quo remittuntur cuncta peccata. Deinde
congresſione cum uitiis, à quorum reatu ab-
ſoluti ſumns. Tertiò dum noſtra exauditur o-
ratio, qua dicimus, Dimitte nobis debita no-
ſtra. Ecce noſtra iuſtificatio utrunque com-
præhendit, noſtram regenerationem, & no-
ſtrorum peccatorum remisſionem: ob qnod
noſtra iuſtificatio aliquando dicitur noſtra re
generatio, & qnoque aliquando dicitur no- H
ſtrorum peccatorum remisſio. Idem Anguſti *Auguſt.*
nus in De peccatorum meritis & remisſio-
ne, oſtendens modum quo Deus nos iuſtifi-
cat noſtram iuſtificationem in nobis intrinſe-
cus operando, nobis ſnam gratiam latenter
inſundendo, etiam & nobis peccata noſtra cō *Lib. 1.*
donando, dicit, Apoſtolus dixit, Imitatores *Cap. 9.*
mei eſtote, ſicnt & ego Chriſti. Sed præter *tom. 7.*
hanc imitationem gratiæ eius, illuminationē
iuſtificationemq; noſtram etiam intrinſecus
operatur illo opere de quo idem prædicator
eius dicit, Neque qui plantat eſt aliquid neq;
qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.
Hæc enim gratia baptizatos quoque paruu-
los ſuo inſerit corpori, qui certè imitari ali-
quem nondnm ualent. Sicut ergo ille in quo
omnes niuificabuntur, præterquàm quòd ſe
ad iuſtitiam exemplum imitantibns præbuit,
dat etiam ſui Spiritus occultisſimam fidelib.
gratiam, quam latenter infundit & paruulis:
Sic & ille in quo omnes moriuntur, præter
quàm

A quàm quòd eis qui præceptum domini uolũtate transgrediuntur, imitationis exemplum eſt, occulta etiam tabe carnalis concupiſcentiæ ſuæ, tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe
Ibidem. uenientes. Infra, Nempe legimus, iuſtificari
Cap.10. in Chriſto qui credunt in eum, propter occultam communicationem & inſpirationem gratiæ Spiritalis, qua quis quis hæret domino, unus Spiritus eſt, quamuis eum & imitẽtur ſancti eius. Hæc ille. Ecce concludit Auguſtinus contra Pelagium & Pelagianos, non ſolùm iuſtificari homines in Chriſto per imitationem iuſtitiæ eius, ſed etiam per communicationẽ, infuſionem, & inſpirationem gratiæ Chriſti, quam ipſe intrinſecus operatur in nobis: Eodem modo nos concludimus contra Lutherũ & Lutheranos, iuſtificari homines in Chriſto non ſolùm per imputationem eius iuſtitiæ, ſed etiam per communicationem, infuſionẽ, & inſpirationem eius gratiæ. Ad quod idem
B Auguſtinus rurſus docet in eodem opere;
Auguſt. quòd propterea Chriſtus unus eſt in quo om
Ibidem. nes iuſtificantur, quia non ſola eius imitatio
Cap.15. iuſtos facit, ſed per Spiritum regenerans gratia: ſic nec iuſtos facit ſola iuſtitiæ Chriſti imputatio, ſed gratia regenerans per Spiritum, & realis participatio iuſtiæ Dei, quam Deus
Pſal.30. nobis præſtat in Chriſto. Idem docet Auguſti
Con.1. nus circa illud, Et in tua iuſtitia erue me, &
tom.8. exime me. Dicit namq;, Eſt enim iuſtia Dei: quæ & noſtra fit, cum donatur nobis. Ideo autem Dei iuſtitia dicitur, ne homo ſe putet à ſe ipſo habere iuſtitiam. Hæc ille. Eodem modo docuerunt ſemper omnes doctores ſancti, in noſtraque iuſtificatione noſtram regenerationem, renouationem, ſanctificationem, gratiæ infuſionem, & peccatorum remiſſionem intellexerunt. Ergo dum diuinæ ſcripturæ loquuntur de iuſtificatione impii quam facit Deus, non intelligũt ſolummodo quòd Deus reputat hominem iuſtum, cenſet, aut iudicat; ſed intelligunt iuſtificari idem eſſe, quod iuſtitia imbui uel donari. Vnde ab hac doctrina diuina, tanquam à manifeſta ueritate uictus, melius ſentiens Bucerus in hoc quàm Caluinus, tractans eum locum Apoſtoli, Et hæc quidem eratis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis per Dominum Ieſum, & Spiritum Dei ueſtri. dixit, Hic apparet, Paulum per ablutionem, ſanctificationem, & iuſtificationem, non ſolùm remiſſionem prioris cõtaminationis, impuritatis & iniuſtitiæ, & imputationem munditiei, ſanctitatis & iuſtitiæ Chriſti, ſed etiam inchoatam in ipſis ſanctis puritatem, ſanctimoniam & iuſtitiam, quam Chriſtus Spiritu ſuo in credentibus efficit, quaq; illos induit, intellexiſſe. Hæc ille. Abiicitur ergo & procul pellitur ille error Ca

luini, in eo quòd docet iuſtificationem no- C
ſtram conſiſtere in ſola remiſſione peccatorum, & non continere infuſionem, communicationem, aut inſpirationem gratiæ Dei, nec noſtram regenerationem, renouationem, nouitatem, aut ſanctificationem. Abiicitur etiã & procul pellitur error eius, in eo quòd dicit totam noſtram iuſtitiam extra nos eſſe in ſolo Chriſto, nec nos alio modo iuſtificari in Chriſti iuſtitia niſi per imputationem ſolùm, non per infuſionem, inſpirationem, productionem, aut efficientiam in nobis. Conſtat enim ex dictis, quòd dum Deus nos iuſtificat, eo ipſo in nobis aliquid facit, ſuam gratiã infundit poſitiuè, & ſua dona tribuit, ſuum Spiritum, & ſua munera: quæ gratiæ communicatio, infuſio, ac inſpiratio, ſine dubio ſignificant, important, & manifeſtant poſitiuam actionem Dei qua ex tẽpore in nobis aliquid producit poſitiuè, dum nos iuſtificat, ſicut re uera aliquid poſitiuè in nobis producit, dum nos ſanctificat, regenerat, renouat. Eodem modo, in eadem epiſtola, in eodem capite, & in eadem ſerie uerborum continuando, dicit
Apoſtolus de Saluatore noſtro, Qui factus eſt *1. Cor. 1.*
nobis ſapientia à Deo, iuſtitiaque, & ſanctifi- D
catio, ac redemptio, dicens, Ex ipſo autem nos eſtis in Chriſto Ieſu qui factus eſt nobis ſapientia, & iuſtia, & ſanctificatio, & redem-
ptio: ut (quemadmodum ſcriptum eſt) Qui *Hiere. 9.*
glorietur, in domino glorietur. Rurſus etiam *2.Cor.10.*
eodem modo tota diuina ſcriptura refert in Saluatorem noſtrum, noſtram ſapientiam, noſtram iuſtitiam, noſtram ſanctificationem, & noſtram redemptionem: noſq; eodem modo dicit eſſe ſapientes, iuſtos, ſanctos, & redẽptos in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Quam obrem igitur de noſtra ſapientia, iuſtitia, & ſanctificatione in Chriſto, loquendum nobis eſt eodem modo. Dicendumq; nobis eſt ſine dubio, uel quòd Chriſti ſapientia, iuſtitia, & ſanctificatio, ſunt in nobis ſolummodo per imputationem, quod cogitur dicere Caluinus, unus primus, & ſolus: uel quòd ſapientia, iuſtitia, & ſanctificatio Chriſti, ſunt in nobis non ſolùm per imputationem, ſed etiam per realem efficientiam, communicationem, inſpirationem, & infuſionem, quod dicit omnis fidelis Chriſtianus. Dixit Caluinus à manifeſta ueritate coactus, quòd ſanctificatio ſeu ſanctitas Chriſti eſt quidem in nobis non ſolùm per imputationem, ſed etiam per efficientiam: unde conceſſit ſimiliter quòd uiri ſancti in hoc ſæculo habent inchoatam quandam ſanctitatem in ſeipſis à ſanctitate Chriſti in illos dimanantẽ, atque effectam. Simulq; dixit quòd iuſtitia ſeu iuſtificatio Chriſti, eſt in nobis hominibus ſolum modo per imputatio

 nem,

E nem, non per realem participationem, aut dimanationem ab ipſo: unde negauit in uiris iuſtis huius ſæculi eſſe realiter aliquam iuſtitiam, uel inchoatam. Primum dictum horum poneret illum inter fideles Chriſtianos, Sed ſecundum dictum ponit illum inter culpabiles homines. Paulus de Saluatore noſtro maniſeſtè dixit hæc omnia, Qui factus eſt nobis ſapiẽtia, & iuſtitia, & ſanctificatio. Sicut igitur ſaluator noſter non ſolùm per imputationem, ſed etiam per efficientiam, infuſionem, & inſpirationem eſt nobis ſapientia & ſanctificatio: ita non ſolùm per imputationem ſed etiam per efficientiam, infuſionem, & inſpirationem eſt nobis iuſtitia & iuſtificatio. Quamobrem quidem uiri iuſti huius ſæculi habent in ſe quandam inchoatam iuſtitiam: ſicuti uiri ſancti huius ſæculi habent in ſe inchoatam quandam ſanctitatem: & ſicuti uiri ſapientes in hac uita habent in ſe quandam inchoatam ſapientiam. Hæc eſt ueritas Chriſtiana, catholica, & diuina, nobis à Deo reuelata, per eius Apoſtolos prædicata, & commendata ſummis uiribus per omnes uiros Apoſtolicos.

Lutherus palinodiã canit. Lutherus poſtquã à doctoribus ſanctis & ab ipſa ueritate receſsit, docuit quòd iuſtitia noſtra impura ſit, & quòd in omni opere, bono iuſtus peccat: ex quibus eius doctrinis ſtaſsis accepit Caluinus, quòd nullus iuſtus ha-

F bet in ſe iuſtitiam, nec inchoatam. Sed eã ſuã falſitatem ſeu falſam doctrinam in aliis ſuis locis recantat ipſe Lutherus, uel certè recantare uidetur: qui circa illud, Et ipſe iudicabit *Pſal. 9.* Orbem terræ in æquitate. ait, Regnum Chriſti in ueritate, iuſtitia, æquitate & ſapientia conſiſtit: non quia ſolus ipſe, ſed & fideles ſui per eum ſunt ueraces, iuſti, æqui, pacifici, ſapientes. Eſſet enim infœliciſsimus, ſi ſui eſſent mendaces, peccatores, iniqui, inquieti, quod eſt diaboli regnum. Sic Eſaias prædi-

Cap. 35. xit. Non addiiciet ultra, inquit, ut pertranſeat per te immundus & incircuncíſus. Vos mundi eſtis. & palmites mundos ipſe adhuc mundat. Et in annotationibus circa Eſaiam idem Martinus Lutherus dicit ſententiam E-

Cap. 64. ſaiæ, Facti ſumus immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ uniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. nihil ad hoc pertinere quòd iuſtitia noſtra impura ſit: & recantat quòd aliquando illum ſenſum uſurpauerit. Nam propheta, inquit, ipſe uidens optimos uiros in captiuitatem ductos, & in ea detineri propter aliorũ impietatem, dolet quòd omnes ſunt habiti tanquam impii, cùm dominus Sodomis pepercisset propter paucos iuſtos, & nunc omnes ſunt reputati tanquam immundi & iniuſti, ferentes ſcilicet pœnam etiam iuſti propter aliorum impietatem. Atque ita intelli-

G git eos immundos factos non ueræ immunditiei ſubſtantia, ſed imputatione Dei, qui ſæpe uindicat in communitatem ſcelera paucorum. Ecce non ſolùm Chriſtus Saluator noſter, ſed & fideles ſui per ipſum ſunt ueraces, re uera, iuſti, æqui, pacifici, ſapientes: non ſolùm per imputationem ueritatis, iuſtitiæ, æquitatis, & ſapientiæ Chriſti: ſed etiam per hoc quòd ipſi utique recipiunt à Deo per merita Saluatoris noſtri ueritatem, iuſtitiam, æqualitatem, & ſapientiam. Circa illud Apoſtoli, In Chriſto Ieſu, qui factus eſt ſapientia nobis à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, dicit optimè Chryſoſtomus, Et animaduerte quo modò ordine procedit, Primùm enim nos ſapientes fecit, cum ſuſtulit errorem; & tum demũ iuſtos & ſanctos reddidit, ſpiritum nobis elargitus, & ſic omnibus nos malis liberauit. Hæc ille. Ecce quidem ſecundum Chryſoſtomum, uirum ſanctiſsimum & doctiſsimum, Deus nos iuſtificat & ſanctificat, non ſolùm nobis iuſtitiam Chriſti imputando, ſed etiam ſpiritum ſuum nobis elargiendo: ut noſtra iuſtificatio, intelligatur eſſe non ſolùm peccatorum noſtrorum remiſsio aut non imputatio, ſed etiam Spiritus ſancti, gratia gratum facientis, & charitatis infuſio. Sic etiam intelligunt omnes catholici interpretes Apoſtoli Pauli, à quibus profectò non eſt recedendum: unde & Gloſſa ordinaria circa eadem uerba inquit, Illuminans nos ad ueritatem. Ideo autem dicitur nobis eſſe ſapientia, quia temporaliter, id eſt, ex aliquo tempore, nos ad illum conuertimur, ut cum illo maneamus in æternum. Et ipſa ſapientia caro facta eſt, & habitabit in nobis. Et hoc facit, id eſt, nos illuminat. Quia factus eſt nobis iuſtitia, id eſt, quia prius iuſtificat nos bona operatione. Iuſtitia enim quæ uiuit in ſeipſa, procul dubio Deus eſt, & quæ incommutabiliter uiuit. Sicut autem cũ ſit uita, nobis ſit iuſtitia, cum tamen eius efficimur participes: ita cum in ſe ſit iuſtitia, etiam nobis fit iuſtitia, cum ei cohærendo iuſtè uiuimus. Ecce Chriſtus factus eſt nobis iuſtitia, non ſolùm imputatione, ſed etiam bona operatione: id eſt, non ſolùm peccatorum noſtrorum remiſsione, quinimmo & bona ſua nobis poſitiuè tribuendo. Rurſuſq; fit nobis iuſtitia, cum ei cohærendo iuſtè uiuimus; ſicut nobis fit uita, cùm eius participes efficimur, per fidem, ſpem, charitatem, qua transferimur de morte ad uitam. Itaque dum quiſpiam iuſtus efficitur, eo ipſo ratione ipſius iuſtificationis recipit à Deo eximputatione iuſtitiæ Chriſti, non ſolùm peccatorũ remiſsionem, quin etiam gratiæ gratum faciẽtis creatæ infuſionem, fidei, ſpei, charitatis, & dono-

Chryſoſt. 1. Cor. 1. Homi. 5. tom. 4.

H

A donorum, quæ ſunt in nobis quædam à Deo participata ſeu communicata iuſtitia. Similiq; modo quiſquis iuſtus eſt, habet in ſe formaliter hanc participatã ſeu communicatam & inhærentem ſibi formalem iuſtitiam, quæ eſt in hac uita iuſtitia inchoata. Ob quod certè in hac uita ſicut quiuis iuſtus habet in ſe inhærentem inchoatam ſanctitatem, ita habet ſibi inhærentem inchoatam iuſtitiam, à qua formaliter & intrinſecè dicitur iuſtus: quia ſicut ab inchoata ſanctitate inhærente, formaliter & intrinſecè dicitur ſanctus. Et quidem inchoatam iuſtitiam iuſtis hominibus huius ſæculi inhærentem cognoſcunt non ſolùm catholici, quin etiam & proteſtantes in Concilio Ratiſponenſi. Nam circa articulum qui eſt de libero arbitrio, ubi liber ab Imperatore oblatus habet, quòd per gratiam quæ eſt in Chriſto Ieſu poſsit quis ſe nunc continere à peccato, obedire Deo, & facere eius mandata, maluerunt proteſtantes hoc modo dici, poſsit nunc reſiſtere peccato & præſtare inchoatam iuſtitiam. Et in explicatione capitis de iuſtificatione hominis Martinus Bucerus eodem libro palàm docet, iuſtitiam inchoatam & inhærentem eſſe ueram iuſtitiam, & ab ea uerè iuſtos denominari: quamuis nolit ea iuſtitia nobis eſſe nitendum coràm tribunali iuſti iudicis, propterea quòd nõ ferat Iudicium Dei, ob admiſtas noſtras ſordes, & tam languidè accommodatam motui Spiritus ſancti noſtrã

Proteſtãtes in Concilio Ratiſponẽſi.

Bucerus cõtra Caluinum.

B & mentem & uoluntatem; ea tamen ratione eſſe iuſtitiam, quia per eã iuſti ſumus, & quæ iuſta ſunt operamur. Dicitur enim in hoc libro, Et ſi is qui iuſtificatur, iuſtitiam accipit & habet per Chriſtum etiam inhærentem, ſicut dicit Apoſtolus, Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis, quare ſancti Patres iuſtificari, etiam pro eo quod eſt inhærentem iuſtitiam accipere, uſurparunt, tamen anima fidelis huic non innititur, ſed ſoli iuſtitiæ Chriſti nobis donatæ ſine qua omnino nulla eſt, nec eſſe poteſt iuſtitia: Et ſic fide in Chriſtum iuſtificamur ſeu reputamur iuſti, ideſt accepti per ipſius merita, non propter dignitatem aut opera, & propter inhærentem iuſtitiam eo iuſti dicimur, quia quæ iuſta ſunt operamur, iuxta illud Ioannis, Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt. Hæc uerba eius libri explicans Martinus Bucerus in conciliatione articuli iuſtificationis, inquit, De inchoata in nobis iuſtitia maximè conuertitur, An ea dum pollemus ueſtitiq; ſumus iuſtificatos nos iuſtosq; eſſe, id coràm Deo in iudicio Dei, dici conueniat. Cum enim nos ſecundum uerbum domini docemus homines quantumuis hac cõmunicata & quodam modo propria iuſtitia, in hac quidem uita præſtent, tamen eos iſta tantum iuſtitia fretos in iudicio Dei ſubſiſtere haberiq; iuſtos non poſſe, quia nimirum in conſpectu Dei nemo uiuens ſua quidem uirtute iuſtificabitur. Id per calumniam à multis eò rapitur, quaſi doceamus propriã hanc iuſtitiam nec eſſe hominibus neceſſariã ad ſalutem, nec etiam haberi eam in iudicio Dei pro iuſtitia: quòd utrunque cum ſcriptura pugnat, quæ docet iſtam inchoatam in nobis iuſtitiam & neceſſariam eſſe ad ſalutem, & à Deo iuſtitiam cenſeri. Hæc Bucerus. Additq; ille, Liber ergo iſtam controuerſiam quamuis breuiter, certò tamen & ſecundum ſcripturas decidit, clarè ac diſertè docens, primùm oportere & hanc nobis ineſſe inhærentem iuſtitiam, cum ait eum qui iuſtificatur principe ſcilicet iuſtificatione, accipere & habere per Chriſtũ in ſe manentẽ & uiuentem uitam Dei & iuſtitiam inhærentem. Deinde cum ſubiicit nos iuſtos dici & in ſcripturis cùm iuſta operamur, adducto adhoc reſtimonio Ioannis, docet hanc iuſtitiam à Deo pro iuſtitia reputari. Hæc Bucerus. Sic etiam habet antididagma uenerabilium uirorum eccleſiæ Colonienſis, qui docent, nos à Deo iuſtificari iuſtitia duplici tanquam per cauſas formales & eſſentiales, quarum una & prior, ut ſcribunt, eſt conſummata Chriſti iuſtitia, non quidem quomodo extra nos in ipſo eſt, ſed ſicut & quando eadem nobis (dum tamen fide appræhenditur) ad iuſtitiam imputatur: hæc

Viri eccleſiæ Coloniẽſis, in Antididagmate.

D ipſa nobis ita imputata iuſtitia Chriſti præcipua eſt & ſumma iuſtificationis noſtræ cauſa, cui principaliter inniti & fidere debeamus. Aliter uerò, inquit, iuſtificamur formaliter per iuſtitiam inhærẽtem, quæ remiſsione peccatorum ſimul cum renouatione Spiritus ſancti & diffuſione charitatis in corda noſtra ſecundum menſuram fidei uniuſcuiuſque nobis donatur, infunditur, & fit propria, atque ita per fructus ſpiritus exercetur, efficiturq; in nobis propria quædam iuſtitia qua afficiamur cui tamen inhærenti iuſtitiæ quòd ſit imperfecta, non innitimur principaliter, &c. Ecce ut Bucerus & uenerabiles illi uiri Coloniẽſis eccleſiæ, quoque docent, recipere nos homines à Deo, eo ipſo dum iuſtificamur, iuſtitiam quandam manentem & inhærentem qua formaliter iuſtificamur, & quæ uerè iuſtitia dicitur, licet tamen ſit imperfecta reſpectu iuſtitiæ Dei & Chriſti. Pugnant igitur contra Caluinũ noſtri auctores & ſui, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Bucerus, illi uiri Colonienſes, tota ſcriptura ſancta, & omnes doctores ſancti: & ſine dubio dicendum eſt ſecundum ſcripturas diuinas, omnem hominem eo ipſo quòd iuſtificatur, recipere à Deo propter merita Chriſti iuſtitiam quandam creatam ſibi inhærentem,

E rentem, ex cuius receptione & peccatorum remiſsione, perficitur & completur hominis iuſtificatio, in hoc ſtatu filiorum Adæ, & ſecundum Dei legem datam. In quo ſtatu & ſub qua lege communi, neminem Deus à peccatis iuſtificat, niſi eum cui gratiam gratum facientem infundit, quem à peccatis liberat, & ad cœlos cœlorumq; regnum ordinat, in uirtute meritorum Chriſti & ſua iuſtitia nobis imputata, ſeu applicata. Hæc eſt doctrina ſanctorum doctorum Chriſtianæ eccleſiæ, & hæc eſt communis & conformis doctrina doctorum Chriſtianæ ſcholæ. Vnde quotquot tractant de iuſtificatione impii ſecundum legem Dei datam, & de potentia eius ordinata, dicunt ex parte Dei requiri, cum gratiæ gratum facientis infuſionem, tum peccati ſeu peccatorum remiſsionem, aut nonimputationem, ſeu expulſionem: ex quibus doctoribus iam non pauca diximus, nomina eorum adducendo; & uerba. Ergo noſtra iuſtitia qua homines iuſti ſunt iuſti, eſt iuſtitia Chriſti nobis imputata: & eſt iuſtitia Chriſti nobis participata: & iuſti fiunt homines tum per iuſtitiæ Chriſti imputationem, tum etiã per iuſtitiæ Chriſti participationem. Non ſecus quàm noſtra ſapientia qua homines ſapientes ſunt ſapientes, eſt ſapientia Chriſti nobis imputata et eſt ſapientia Chriſti quam uobis impartitus eſt: & ſapientes fiunt homines, tum per ſapientiæ Chriſti imputationem, tum etiam &
F per ſapientiæ Chriſti participationem. Nec ſecus quàm noſtra ſanctitas qua homines ſancti ſunt ſancti, eſt ſanctitas Chriſti nobis imputata, & eſt ſanctitas Chriſti nobis impartita: & ſancti fiunt homines, tum per ſanctitatis Chriſti imputationem: tum etiam & per ſanctitatis Chriſti participationem. Simili enim modo legimus de Saluatore noſtro
1.Cor.1. Chriſto, quòd, Factus eſt nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, & ſanctificatio per participationem, ſic & nobis per participationem factus eſt & fit quotidie iuſtitia, atque iuſtificatio.
Baſilius. tom.1. Manifeſtè dixit Baſilius in de Pœnitentia ſecundum hanc ueritatem, Et eſt quod albo ſit magis album, & dulci, ſi compares, aliquid aliud dulcius eſt. Ita & iuſti ſumus, tanquam homines. Iuſtitiæ ratio non eſt eadem quæ peccati. Vnde Filius Dei iuſtitia dicitur. Nos uerò ex iuſtitiæ participatione iuſti ſumus. Hæc ille. Ecce participatam habemus iuſtitiam qua ſumus iuſti, alii & alii magis ſecundum Dei optimi iuſtiſsimam diſtributionem.

CAETERVM ut manifeſtiſsima ſit hæc ueritas quoad omnes Chriſtianos, ſicut illa eſt manifeſta, quoad ſe, ſtatuamus aliquam ueritatem notiſsimã ſcripturæ ſacræ ex qua agamus, & per illam noſtram hanc finiamus præſentem controuerſiam. Quæ erit illa? Hæc G
Iuſtitia qua homines à peccato iuſti ſunt, aut iuſti fiunt, eſt iuſtitia Dei. Hanc ueritatem continet explicitè diuina ſcriptura, & illam prædicat, explicat atque commendat Apoſtolus Paulus ſæpiſsimè: nec nobis de ea ueritate ullo modo datur dubitandi facultas, *Rom.3. & 10.*
quando nec de ea ad hanc uſque diẽ ullus dubitauit Chriſtianus. Iuſtitia enim Dei nunc manifeſtata eſt, teſtificata etiam olim à lege & Prophetis: & ea ſine lege iuſtificat à peccatis, quotquot iuſtificãtur, ſicut Apoſtolus abiicit legem factorum olim legaliũ, & introducit legem fidei. Ad Romanos, ad Galatas, ad Hebræos. *Rom.1.3. & 3.*
Nunc igitur quæſo, de iuſtitia Dei agamus quæ nos iuſtificat formaliter à peccatis, & uideamus de illa quid ſit, ut ſtatim ſciamus de illa ubi ſit, An in nobis? An extra nos? Quid ergo eſt illa? uel, Quæ eſt? Profectò illa non eſt ea iuſtitia quæ formaliter eſt in Deo, & qua Deus formaliter eſt iuſtus: nam eam iuſtitiam qua Deus formaliter eſt iuſtus, nemo unquam ignorauit, quinimmo ſemper omnes homines cognouerunt Deum eſſe iuſtum, quotquot cognouerunt Deum eſſe: inſtitiam autem Dei qua Deus homines iuſtificat, quidam ignorauerunt, de quibus dicit Apoſtolus, Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Et conſtat quòd Iudæi non ignorant iuſtitiam Dei, qua Deus in ſe iuſtus eſt: qui tamẽ ignorant iuſtitiam Dei, qua nos Deus iuſtificat. *Rom.10.* H
Vnde igitur iuſtitia Dei qua Deus nos inſtificat, non eſt realiter illa qua Deus eſt in ſeipſo iuſtus: ſed eſt aliaquam Deus nobis præſtat, & qua formaliter nos iuſtos facit. Ita intellexerunt ſemper omnes doctores ſancti & catholici. Auguſtinus ſuper Pſalmos inquit, Omnes igitur præuaricantes gratia Saluatoris inuenit, alios magis, alios minus. Quanto enim legis maior in quocunque cognitio, tanto minor peccati excuſatio. Quanto minor peccati excuſatio, tanto manifeſtior præuaricatio. Reſtabat ergo, ut omnibus non ſua, ſed Dei, ideſt, à Deo donata iuſtitia ſubueniret. Hæc ille. Idẽ in libro quæſt. *Auguſt. Ex trac. Pſal.118.*
Exod. Dicitur ſpiritus Heliæ qui eſt ſpiritus Dei, cuius particeps factus Helias illa potuit: Sic dicitur & Dei iuſtitia quæ noſtra eſt, ſed donata à Deo, De qua loquens Apoſtolus Iudæos arguens, dicit, Ignorantes enim Dei iuſtitiam, & ſuam uolentes conſtituere, ideſt, à ſe ſibi paratam. etc. Infra. Ignorantes Dei iuſtitiam, non qua inſtitia Deus iuſtus eſt, ſed quæ iuſtitia eſt homini à Deo. Alibi etiam, Carnales Iſraelitæ, terrenæ Hieruſalem ciues terrigenæ, qui ut dicit Apoſtolus, *Tit. 64.* *Ibidem. De ciuit. Dei. Lib.17. tom.5.*
Igno-

A Ignorantes Dei iuſtitiam, ideſt, quam dat ho-
Trac. Euang. ſecundum Ioan. 23. mini Deus qui ſolus eſt iuſtus atq; iuſtificans.
etc. Rurſus alibi. Quid eſt hoc iuſtitia Dei, &
iuſtitia hominis? Iuſtitia Dei hic dicitur non
qua iuſtus eſt Deus, ſed quam [dat] Deus ho-
mini ut iuſtus ſit homo per Deum. Iterum
Pſal. 30. tom. 8. alibi. Eſt enim iuſtitia Dei, quæ & noſtra fit,
cum donatur nobis. Ideo autem iuſtitia Dei
dicitur, ne homo ſe putet à ſe ipſo habere iu-
ſtitiam. Hæc & multa alia dicit Auguſtinus,
eam iuſtitiam Dei qua iuſtificantur homines
non eſſe illam qua Deus ipſe eſt iuſtus in ſeme
tipſo: ſed utiq; eſſe aliam quam Deus præſtat,
donat, & infundit hominibus, ut eos faciat
In De Spiri. & lit. iuſtos. Pro qua etiam ueritate alibi quoque
dicit, Iuſtitia, inquit, Dei manifeſtata; hanc
ignorant qui ſuam uolunt conſtituere: huic
nolunt eſſe ſubiecti. Iuſtitia, inquit, Dei ma
nifeſtata eſt. Non dixit iuſtitia hominis uel iu
ſtitia propriæ uoluntatis. Iuſtitia Dei, non
qua iuſtus eſt Deus, ſed qua induit hominem
cum iuſtificat impium. Hæc teſtificatur per
legem, & prophetas. Infra etiam exponens
illud, Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chri-
ſti in omnes & ſuper omnes qui credũt in eũ.
Inquit, Sicut autem iſta fides Chriſti dicta eſt
non qua credit Chriſtus, ſic illa iuſtitia Dei,
non qua iuſtus eſt Deus. Vtrunque enim no
B ſtrũ eſt, Sed ideo Dei & Chriſti dicitur, quòd
eius nobis largitate donatur. Hæc ille. Quæ
profectò ſunt clariſsima, & non pauca Augu
ſtini teſtimonia: iuxta quam ſuam determina
tionem idem ſemper ſapiens & ubiq;, contra
Iulianum Pelagianum dixit, Ignorantes Dei
iuſtitiam, ideſt, quam Deus dat qui iuſtificat
impium, & ſuam uolentes conſtituere tan-
quam ſuæ uoluntatis uiribus factam, iuſtitiæ
Dei non ſunt ſubiecti. Ita ille docuit conſtan
Hierony. tiſsimè, ac ueriſsimè. Hieronymus etiam ſe
Rom. 3. cundum eandem intelligentiam iuxta illud,
Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata
eſt. dicit in ſuis commentariis, Quæ nobis
gratis à Deo donata eſt, non noſtro labore
quæſita. Et circa illud, Iuſtitia autem Dei
per fidem Ieſu Chriſti in omnes. dicit, Iuſti-
tia, qua creditur Chriſto. Sic ille docet iuſti-
tiam Dei hic prædicari quam Deus nobis gra
tis donat, eamq; aſſerit eſſe fidem qua Chri-
ſto credimus: ut fides ipſa ſit ea iuſtitia, quæ
hic appellatur iuſtitia Dei, & de qua legimus,
Act. 10. Fide purificans corda eorum. Circa illud, Iu
Rom. 9. ſtitiam quæ ex fide eſt. dicit idem auctor, Quia
Rom. 10. iuſtitia ex fide eſt. & circa illud, Finis enim
legis, Chriſtus. ait, Talis eſt ille qui Chriſtũ
credidit, die qua credidit, qualis ille qui uni-
uerſam legem impleuit. Quibus ſatis docet,
iuſtitiam Dei qua nos ipſe iuſtificat, eſſe Dei
donum, quod nobis ipſe præſtat: illudq; eſſe
fidem qua credimus Saluatorem noſtrum, & C
ex qua formaliter eſt noſtra iuſtificatio. Vt
ipſa fides ſit noſtra formalis iuſtitia nobis hæ
rens, quæ nos formaliter iuſtificat, dum no
bis donatur. Circa illud, Qui factus eſt no- *1. Cor. 1.*
bis ſapientia à Deo & iuſtitia. inquit, Nobis
factus eſt, ſibi ſemper fuit: ut ſcilicet nos fa-
ceret ſapientes & iuſtos & ſanctos. Ecce Sal-
uator noſter factus eſt nobis ſapientia, iuſti-
tia, & ſanctificatio: quia nos ſapientes, iu-
ſtos, & ſanctos facit, & ut nos tales faceret.
Ambroſius iuſtitiam Dei declarat, eſſe ipſam *Ambroſ.*
Dei miſericordiam aut fidelitatem qua ſuum
ſeruauit promiſſum de ſalute hominum faciē
da, & confugientes ad ſe ſuſcipit; atque etiam
Saluatorem noſtrum quē propoſuit ipſe pro-
pitiatorem, & in quo uoluit inſtaurare om-
nia, iuſtitiam quoque appellauit Ambroſius.
Sed quoque docet Ambroſius, fidem eſſe id,
quo agnoſcitur donum dudum promiſſum à
Deo, & ſumitur: aſſerens nihil eſſe magis iu-
ſtum quàm cognoſcere Deum Patrem ex quo
ſunt omnia, & Chriſtum Filium eius per quē
omnia ſunt. Qui etiam quoque aſſerit quòd,
prima hæc iuſtitia eſt agnoſcere Creatorem,
deinde cuſtodire quæ præcepit: & quòd fides
poſita eſt, quæ crederet perfectionem legis,
ut omnibus prætermiſsis, fides ſatisfaceret
pro tota lege & prophetis. De his & hæc ipſe D
ait palàm circa illa Apoſtoli dicta, Nunc uerò, *Rom. 3.*
ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata, teſtimoniũ
habens à lege & Prophetis. Iuſtitia autem
Dei per fidem Ieſu Chriſti. Gentes quæ non *Rom. 9.*
ſectabantur iuſtitiam, compræhenderunt iu-
ſtitiam, iuſtitiam autem quæ ex fide eſt. Igno *Rom. 10.*
rantes enim Dei iuſtitiam, & ſuam quærentes
conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Fi
nis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni cre-
denti. Ecce igitur quòd fatetur Ambroſius
nos per fidem iuſtificari, & fidem eſſe pri-
mam noſtram iuſtitiam, ſecundam autem le-
gis diuinæ obſeruantiam: iuxta quam doctri
nam ſimili modo manifeſtò dicit fidē eſſe do-
num Dei, quo in Dei filios adoptamur. Cir-
ca illud, Fidelis Deus per quem uocati eſtis *1. Cor. 1.*
in ſocietatem Filii eius Ieſu Chriſti domini
noſtri. ait, Quis ambigat de promiſsis & fi-
de Dei, quia non erit aliter quàm dixit, fi-
lios nos adoptatos ſibi credentes in Chriſtũ.
Hoc enim nobis donat quòd credimus, ut
quia credimus Chriſtum Filium eſſe Dei, hoc
nos eſſe incipiamus manſuri in eadem digni-
tate, ſicut manet Chriſtus quem credimus Fi
lium Dei. Theophylactus etiam circa illud, *Theophy.*
Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in o *Rom. 3.*
mnes. dicit ad propoſitum, Iuſtitia, inquit,
ipſa, hoc eſt, iuſtitia qua nos iuſtificat Deus,
uenit in omnes per fidem. Adferentes enim

E fidem iuſtificamur omnes, Iudæi & Græci: non enim eſt diſtinctio. Ecce iuſtitia Dei eſt iuſtitia qua nos Deus iuſtificat; & nos habẽtes fidem, iuſtificamur: eo uidelicet quòd ip-

Rom. 4. ſa fides, iuſtitia quædam eſt. Et circa illud, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. & cætera, dicit quòd ſi fœlix eſt atque beatus, qui remiſsionem peccatorum accepit ex gratia: multo potius qui fidem demonſtrat, ex ea iuſtificatus, beatus eſſe cenſebitur. Ecce non dicit quòd ex fide quis homo cenſetur iuſtificatus, ſed quòd re uera homo ex fide eſt iuſtificatus, & eo ipſo cenſetur beatus. Atque

Rom. 9. pro eodem circa illud, Impegerunt enim in lapidem offenſionis. manifeſtè ait, Fides eſt quæ omnia efficit, & iuſtificat. Sic ſemper teſtatur quòd fides quidem iuſtitia quædam eſt, & quòd fides iuſtificat. Si fides non eſſet iuſtitia, non poſſet iuſtificare habentem: & ſi fides iuſtificat habentem, fides ſine dubio eſt iuſtitia. Vnde per idem, qui habet fidem, proculdubio habet iuſtitiam: habet, inquã, in ſeipſo iuſtitiam, ſicut & in ſeipſo habet fi-

1. Cor. 1. dem. Circa illud, Ex ipſo autem uos eſtis in Chriſto Ieſu, dicit, Quod ait ex ipſo, non accipies dici de productione ad eſſe, ſed de productione ad bene eſſe. Porrò quòd ait, eſt huiuſmodi, Filii Dei eſtis, & ex ipſo eſtis filii e-

F ius facti in Chriſto, pro, per Chriſtum. Et circa illud, Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio dicit, Hoc eſt, ſapientes nos, & iuſtos, & ſanctos, & liberos fecit. Infra, Quomodo igitur non dixit, Sapientes nos fecit, ſed factus eſt nobis ſapientia? Doni ut largitatem & exuberantiam uidelicet oſtenderet. Hæc ille: Ecce ideo Chriſtus dicitur factus nobis à Deo ſapiẽtia & iuſtitia, quia Deus per Chri-

1. Cor. 6. ſtum nos ſapientes facit & iuſtos. Circa illud, Et hæc quõdam eratis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine domini Ieſu, ex ſpiritu Dei noſtri. dicit, Habebatis enim uos hæc oĩa cõmemorata, uerũ ab his uos mundauit Deus, immo & ſanctificauit. Quomodo? Iuſtificans, inquit, uos. Abluit enim uos, deinde iuſtificans ſanctificauit. Ecce Deus iuſtificans ſanctificauit illos Corinthios olim impios. Dixit autem rem obſeruatione dignam, quòd Deus iuſtificans ſanctificauit: docens quòd Deus iuſtificando ſanctificat, includens ſanctificationem in ipſa iuſtificatione tãquam eius terminum ad quẽ.

Anſelm. Rom. 3. Diuus Anſelmus circa illud, Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt. &c. dicit, Et iuſtitia Dei, non qua iuſtus eſt Deus, ſed qua induit hominem cum iuſtificat impium. Infra, Sed, hæc iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti, ideſt, per fidem qua creditur in Chriſtum.

Sic enim hæc fides Chriſti dicta eſt, qua credimus in Chriſtum, ſicut illa iuſtitia Dei, qua G iuſtificamur à Deo. Vtraque enim noſtra eſt, Sed idcirco Dei & Chriſti dicitur, quia eius nobis largitate donatur. Hæc iuſtitia quæ confertur per fidem, fidesq́; ipſa, occulta inſpiratione Dei & gratiæ dono infunditur, non labore humano, nec opere ueteris teſtamenti acquiritur. *Rom. 10.* Et circa illud, Ignorantes iuſtitiam Dei, & cætera. dicit, Iuſtitia Dei hic dicitur, non qua iuſtus eſt Deus, ſed quam dat homini, ut iuſtus ſit homo per Deum. Hæc ille. Ita manifeſtè docet Anſelmus eam iuſtitiam Dei qua Deus iuſtificat hominem, non quidem eſſe eam qua Deus eſt iuſtus, ſed eam quam Deus dat, infundit, communicat, & præſtat homini, quando hominem iuſtificat: quam inſuper homo recipit à Deo, & per quam iuſtus dicitur, iuſtusq́; eſt. Ad hanc ueritatem dicit idem auctor in opere, Cur Deus homo. *Lib. 1. Cap. 11. Ibidem.* Dicit enim, Omnis uoluntas rationalis creaturæ, ſubiecta debet eſſe uoluntati Dei. Infra. Hoc eſt debitum quod debet angelus & homo Deo, quod ſoluendo nullus peccat: & quod omnis qui non ſoluit, peccat. Hæc eſt iuſtitia ſiue rectitudo uoluntatis, quæ iuſtos facit ſiue rectos corde, ideſt, uoluntate. Hic eſt ſolus honor & totus H quem debemus Deo, & quem à nobis exigit Deus. Hæc ille. *Vbi agit de cõcor. grat. & lib. arb.* Idem auctor pro eodem in libro de concordia præſcientiæ & prædeſtinationis Dei, ponit quidem primùm per iuſtitiam ſaluari quotquot ſaluantur, homines, quia omnibus & ſolis iuſtis promittitur uita æterna: deinde probat, quòd iuſtitia ſit rectitudo uoluntatis, qua rectè uult: ſeu ipſa uolitio, qua recta rectè uolumus, aut etiam ipſam rectitudinem propter ſe ſeruatam: affectione honeſtatis, non commoditatis, delectationis, aut utilitatis. Sic docuit ex multis hominem habere in ſeipſo inhærentem & manentem iuſtitiam, qua iuſtus eſt: à Deo tamen, & per Chriſtum Saluatorem noſtrum, in quo eſt ſalus, uita & reſurrectio, ſapientia & iuſtitia noſtra, per quem ſaluati, liberati, ſapientes, & iuſti ſumus. *Dionyſ. Carthuſ. Rom. 3.* Dionyſius Carthuſianus circa illud, Iuſtitia Dei, &c. ita interpretatur, Ideſt, iuſtificatio, quam Deus clementer & gratioſè efficit in nobis peccata tollendo, & gratiã infundendo. Et circa illud, Per fidem Ieſu Chriſti, id eſt, per fidem catholicam, cuius obiectum & cauſa eſt Chriſtus. Fides enim eſt fundamentum iuſtitiæ. Vnde Chriſtus frequẽter in Euangelio loquitur, Fides tua te ſaluũ fecit. Et ubi prius ait, Iuſtitia Dei. Id eſt, nobis à Deo collata eſt. Ita intelligit & declarat iuſtitiã Dei illã, eſſe quam Deus nobis cõfert, & efficit in nobis. Circa illud, Ignorantes. n. *Rom. 10.*

iu-

A iuſtitiam Dei.dicit idem doctor, Communiter enim dicunt doctores, non eſſe intelligendum hoc de increata Dei iuſtitia qua ipſe in ſe iuſtus eſt, ſed de iuſtitia quam efficit in nobis per fidem formatam, quæ iuſtitia facit dignũ uita æterna; eratq́; Iudæis ignota, quoniam non putabant hominem iuſtificari per fidem Chriſti, ſine operibus legis. Videtur tamen etiam de increata Dei iuſtitia poſſe intelligi: Iuſtitia quippe uel ſapientia, aut ſimilis diuina perfectio, dupliciter noſcitur. Primò, quo ad ſe ipſam: ſecundò, quoad ſuum effectum. Quamuis ergo Iudæi agnouerint iuſtitiã Dei, quo ad ſpeciem, ſcientes Deum eſſe iuſtum, non tamen quo ad homines & iuſtificationes ipſorum. Non enim arbitrabantur iuſtum in conſpectu Dei, uel diuinæ iuſtitiæ congruere, ut homo per fidem & gratiam ſine operibus legis conſequeretur ſalutem: cum tamen hoc iuſtum ſit ex parte Dei qui adeo bonus eſt, ut decens & iuſtum ſit eum taliter tamque gratioſe ſaluare. Hæc ille. Ecce manifeſtè determinat doctores communiter, non eſſe intelligendum illum locum de Dei iuſtitia increata quã bene cognoſcebant Iudæi; qua ipſe Deus eſt iuſtus: ſed de iuſtitia creata quam Deus efficit in nobis, dũ nos iuſtificat, per fidem formatam. A' qua ſententia ipſe doctor nullo modo recedit, niſi quòd ei addit poſſe etiam locũ

B hunc intelligi de iuſtitia Dei increata, uidelicet quantum ad modum quem Deus obſeruat iuſtificando nos ipſos per fidem formatã: id eſt, per fidem, ſpem, charitatem: ſine quibus nulla fides formata eſt, nec ſufficit ad iuſtitiam, & remisſionem peccatorum. Eandem determinationem tenent omnes alii doctores ſancti & catholici, quorum dicta modò adducere, non eſt ocium, & minimè neceſſitas poſtulat. Igitur dum Deus nos iuſtificat, nobis ſuam iuſtitiam communicat ſecundum partem aliquam ſibi notam, & ipſa iuſtitia nobis à Deo communicata, dicitur & eſt iuſtitia Dei quam ipſe in nobis facit: ſiue ipſa ſit fides, ſiue charitas, ſiue fides & charitas ſimul; ſiue gratia gratum faciens qualitas diſtincta realiter à fide & charitate, ſiue aliquid aliud quod nos non nominemus, aut etiam nominare neſciamus. Sicut perfectionis diuinæ, quæ eſt ſapientia, eſt in nobis aliqua pars communicata qua ſumus ſapientes: ſic perfectionis diuinæ quæ eſt iuſtitia, eſt in nobis aliqua pars communicata qua ſumus iuſti.

Ex alio loco diuinarum ſcripturarum manifeſto, agamus ad idem. Dauid dicit Deo, Sacerdotes tui induantur iuſtitia, & ſancti tui exultent. *Pſal. 131.* In hoc enim loco omnes doctores ſemper intellexerunt, ſicut utiq́; & nos intelligere debemus, iuſtitiam quandam participatam, communicatam nobis, & inchoatam; id C eſt, animæ uirtutes, fidem, ſpem, charitatem, & alias: Auguſtinus enim dicit, Te exurgentẽ à mortuis & eunte ad Patrem, regale illud ſacerdotium induatur fidem, quia iuſtus ex fide uiuit: & accepto pignore Spiritus ſancti, lætentur membra ſpe reſurrectionis quæ præceſſit in capite. *Auguſt. in quinquageſ.* Ecce per iuſtitiam quam iubentur indui ſacerdotes Dei, manifeſtè intelligit Auguſtinus, fidem. Hieronymus circa illud idem eiuſdem pſalmi, ait, ut iuſtitiæ lorica induti, non ſaucientur à iaculis inimici. *Hierony.* Explicatius tamen circa illud: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. dicit, Id eſt, mandata Dei Patris impleuiſti. Circa illud, Quicunq; enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, & circa illud, Induimini dominũ Ieſum Chriſtum. manifeſtè docet, Chriſtum eſſe indumentum noſtrum, noſque illum per fidem & uirtutes alias induere. *Pſal. 44. Galat. 3. Rom. 13.* Circa illud, Iuſtitiam, & iudicium, & æquitatem. dicit, In iuſtitia, actio recta: in iudicio, diſcretio boni & mali: in æquitate uerò, rectitudo mentis intelligitur. *Prouer. 1. tom. 7.* Iuſtitia eſt in his quæ ſecundum regulam ueritatis bene operamur. Sic ſemper docet diuus Hieronymus, homines iuſtos habere in ſeipſis quandam iuſtitiam inhærentem & manentem, quam à Deo recipiunt, quando ab ipſo Deo iuſtificantur: ſimili modo docẽs quòd per uirtutes & bonas operationes, quas ſuſcipit aut exercet homo ſecundum legem Dei, D iuſtificatur: ut abundantius conſtat etiam ex illis diui Hieronymi dictis quæ paulò ante poſuimus. Manifeſtè dixit Hieronymus ad Algaſiam, in expoſitione ſeptimæ quæſtionis, *Cap. 52.* Iuſtum autem & bonum non putemus eſſe diuerſum, nec aliquam propriè ſignificare perſonam, ſed abſolutè iuſtam rem & bonam. Vt uidelicet ſignificaret quòd etiam idem eſt homo iuſtus & bonus, atque per idem bonus per quod iuſtus, & è contra: quia idem eſt bonitas & iuſtitia, & utrunque, homo iuſtus & bonus in ſe. Igitur uerſiculus ille, Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, &c. ſatis ſuperq́; indicat, homines iuſtos habere in ſe iuſtitiam aliquam, tanquam ſpiritale indumẽtum animarum: id eſt, uirtutes & dona Dei, quibus inhærentibus ſibi, ſpiritaliter ornatur anima, & fit bona, pulchra, & iuſta. Sic etiam omnes alii doctores interpretantur, nec eſt de hoc ulla differentia. Rhemigius dixit, Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, id eſt, nos qui ſumus regale ſacerdotium, nos ipſos immolantes, in bona ſimus operatione. *Remigius* Sacerdotes eius induam ſalutari, ideſt, Chriſto, hoc eſt, conformitate Saluatoris, bona ſcilicet operatione. Diuus Brunus dixit, Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, Ideſt, nos qui ſumus ſacrifican- *Brunus.*

E tes nos met ipſos tibi, bene uiuendo, ideoq́; ſacerdotes tui dicimur; induamur iuſtitiam, per emphaſim, ideſt, repleamur ualde & adornemur iuſtitia uirtutum, & bonorum operũ: à ſimilitudine corporis, quod indumento circundatur & ornatur.
Iacobus Valent. Iacobus Valentinus inquit, ſacerdotes tui induãtur iuſtitiam. Ideſt, Virtutem & poteſtatem eccleſiaſticam, & dona Spiritus ſancti.
Chryſoſtomus. Chryſoſtomus ait, ſacerdotes tui induentur iuſtitiam. Alius, ueſtiantur. Alius, induantur, quod quidem eſt apertius. Eſt enim precantis, non prædicentis, & petẽtis poſſeſsionem uirtutis. Iuſtitiam autẽ hic dicit, ritus & ceremonias, ſacerdotium, cultũ, ſacrificium, oblationes, & cum his perfectam uitæ inſtitutionem, quoniam ea eſt maximè requirenda à ſacerdotibus. Sic & omnes alii doctores, ex quibus nõnulli adducuntur inſerius, docent.
Iob 23. Iob dixit, Vias enim eius cuſtodiui, & non declinaui à mandatis eius, neque diſcedam. Qui idem propter hanc iuſtitiam dixit,
Iob 29. Iuſtitia ueſtitus eram, & circundedi mihi iudicium, ſicut chlamidem.
Epiſ. 120. Cap. 21. tom. 2. Auguſtinus in epiſtola ad Honoratum expreſſè dicit, Non fit anima iuſta niſi participatione melioris qui iuſtificat impium. Et cum ibi multa dicat de fide quæ per dilectionem operatur, de timore Dei caſto, & de bona uoluntate ac bonis ope-
F ribus, quæ omnia Deus operatur in nobis; ad-
Ibidem. Cap. 22. dit ſtatim, Hæc eſt iuſtitia Dei, hoc eſt quod Deus donat homini, cum iuſtificat impium.
Epiſ. 105 Qui idem Auguſtinus in epiſtola ad Sixtum luce manifeſtius ait, Sed neque ab illo quod originaliter contrahitur, neque ab his quæ unuſquiſque in uita propria uel intelligendo uel nolendo intelligere, mala congregat, uel etiã extructus ex lege, additamento præuaricationis exaggerat, quiſquam liberatur & iuſtificatur, niſi gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, non ſolùm remisſione peccatorum, ſed prius ipſius inſpiratione fidei & timoris Dei, imparrito ſalubriter orationis affectu & effectu, donec ſanet omnes languores noſtres, & redimat de corruptione uitam noſtram, & coronet nos in miſeratione & miſericordia. Hæc ille. Ecce liberamur ac iuſtificamur homines à peccatis, non ſola peccatorũ remisſione, nec ſola gratiæ Chriſti imputatione: ſed etiam & ſimul & prius (tẽpore uidelicet uel natura) fidei & timoris Dei inſpiratione, impertito ſalubriter orationis affectu & effectu. Frequentisſimè diuina ſcriptura appellat noſtra peccata tenebras, noſtram autem iuſtitiam ſeu iuſtificationẽ appellat lucem: ut ibi, Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et alibi non raró. Vt trãſitus qui eſt hominis de iniuſtitia ſeu peccato ad uirtutem ſeu iuſtitiam, intelligatur eſſe ſicut tranſitus qui eſt aeris à tenebris ad lucẽ: G
quemadmodum Auguſtinus ſatis bene intelligit contra Stoicos, ut dicitur & oſtenditur inferius ex Auguſtino. Tranſitus autem qui eſt aeris à tenebris ad lucem, quomodo intelligitur? Sine dubio ſicut tranſitus ſeu motus acquiſitiuus, in quo non eſt ſola tenebræ expulſio, ſed quoque eſt lucis acquiſitio. Profectò igitur ita eſt in iuſtificatione noſtra. Acquirimus ergo iuſtitiam dum iuſtificamur, Spiritalem lucem animarum noſtrarum, qua formaliter illuminamur ſpiritaliter. *Epheſ. 5.* Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Vt dũ quis fidem habens, contra peccatum conatur per odium, ſtatim à Chriſto per gratiam gratũ faciẽtẽ creatã infuſam, illuminetur ac iuſtificetur. Optimè dixit diuus Hieronymus ad Algaſium, ſicut iã paulò ante poſuimús, Iuſtum autem & bonum non putemus eſſe diuerſum. *Hierony. ad Algaſium.* Sic & nos aliquid ſimile optimè dicamus, Non putemus eſſe diuerſum iuſtum & ſanctũ. Ad quid hæc? Vt ex his duobus unum aliquid quaſi tertium quoque uerisſimum ita concludamus, Ergo ſicut habent homines inchoatam quandam bonitatem ac ſanctitatem datam à Deo, communicatam, impertitam, & inhærentem, quã accipiunt dum boni redduntur & ſancti: ita
habent homines inchoatam quandam iuſtitiã H
datam ſibi à Deo, communicatam impertitã, & inhærentem, quam accipiunt dum iuſtificantur. An non habent uiri boni inchoatam bonitatem inhærentem? An non habent uiri ſancti inchoatam & inhærentem ſanctitatem? Immo habent. Ita habent uiri iuſti inchoatã & inhærentem iuſtitiam. Non putemus eſſe diuerſum iuſtum à bono. Non putemus eſſe diuerſum iuſtum à ſancto. Bona quidem & ſancta eſt charitas, quia ſicut legimus, Charitas operit multitudinem peccatorum: & quia per charitatem uiuimus, ſicut ſcriptum eſt, Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. *1. Ioan. 3.* An charitas non eſt iuſta? Abſit. Quomodo poteſt charitas non eſſe iuſta, cum ſit bona & ſancta? Clamat diuus Hieronymus, Iuſtum autem & bonum non putemus eſſe diuerſum, Clamant etiam oẽs ſapientes, Nõ putemus eſſe diuerſum iuſtum & ſanctum. Aut qũo poteſt charitas non eſſe iuſta, cùm ipſa hominem uiuificet, & peccata hominis operiat? Quid creatum eſt ſic, aut magis iuſtum? Ergo ſicut charitas facit hominem bonum & ſanctum, quia eſt bona & ſancta: ita facit hominem iuſtum, quia ſine dubio eſt iuſta. De charitate autẽ ita legimus apud Apoſtolum Paulum, teſtem fidelisſimum, doctoremq́; ſapiẽtisſimum, Charitas Dei diffuſa eſt in cordib. *Rom. 5.*

uo-

A nostris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Sic ergo & iuſtitia Dei diffuſa eſt in cordibus nobis per Spiritū ſanctū, id eſt, ipſa charitas quæ ſine dubio eſt quædam iuſtitia, ſicut eſt monſtratum. Habemus igitur iuſtitiam, non ſolùm illam Chriſti nobis à Deo imputatam: ſed etiam illam Chriſti nobis à Deo in noſtris cordibus diffuſam, communicatam, impartitam, traditam, præſtitam. De his autem quia iam ſatis in ſuperioribus dictum eſt, in præſentia plura ſcribere ſuperſedemus. Intolerabilis eſt error Caluini in eo quòd negat, homines iuſtos huius ſæculi qui ſunt aut fuerunt, habuiſſe aut habere in ſeipſis aliquam iuſtitiam inhærentem, nec inchoatam. pugnatque in eo cum tota ſcriptura diuina, quæ ubique docet, habere uiros iuſtos ſaltem inchoatam iuſtitiam inhærentem, fidem, ſpem, charitatem, gratiam Dei, alias uirtutes, obedientiam erga Deum ſeu erga ſuam legem, bonas operationes, bonas actiones, bona opera. Conuinciturq; ſatis ex eo quòd ipſe fatetur habere uiros iuſtos huius ſæculi in ſeipſis inchoatam quandam & inhærentem ſanctitatē. Eadem enim eſt ratio de utroque, Et ſicut hoc non poteſt negari de ſanctitate, ſic etiam non poteſt negari de iuſtitia. Quoque enim & ſanctitas conſideratur in nobis per reſpectum
B ad bonos mores, uirtutes, & uirtutum opera, ſicut & iuſtitia. Atque Saluator ipſe noſter eodem modo dicitur noſtra ſanctitas & noſtra ſanctificatio, quo dicitur noſtra iuſtitia & noſtra iuſtificatio. Vnde profectò ſi nobis largitur ſanctitatem aliquam inhærētem nobis, quando nos ſanctificat: ſine dubio eodem modo largitur nobis iuſtitiam aliquam inhærentem nobis, quando nos iuſtificat. Qui hoc confitetur de ſanctitate, debet hoc confiteri de iuſtitia. Nos uerisſimè ac conſtantisſimè confitemur utrunque, utrunque credimus, utrunque prædicamus & commendamus. Verisſimè etenim legimus, ſic Sapientem dixiſſe
Sap. 15. Deo, Noſſe enim te, conſummata iuſtitia eſt, & ſcire iuſtitiam, & uirtutem tuam, radix eſt
1. Ioan. 3. immortalitatis. Iterum legimus, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. Sicut & ille iuſtus eſt.
Auguſt. in De uerbis Apoſ. Serm. 16. in De natura & gratia. Cap. 70. tom. 7. Maniſeſtè docuit Auguſtinus noſtram fidē, quandam eſſe iuſtitiam: & ſecundum gradus charitatis poſuit in nobis gradus iuſtitiæ, ſignificans profectò charitatem, eſſe iuſtitiam quandam. De his autem Auguſtini dictis & ſatis dictum eſt ſupra, & ſatis dicitur infra. Itaque qui diuinas ſcripturas recipit, nullo modo negare poteſt, eſſe iuſtitiam quandam ſaltem inchoatam, formalem & inhærentem in homine qui habet fidem, ſpem, charitatem, & bona opera procedentia ex fide & charitate: quam doquidem diuina ſcriptura appellat iuſtitiā, fidem, ſpem, charitatem, & opera talia: & C
fides atque charitas, re uera, ſunt formaliter in eo homine qui credit & diligit. Fides eſt iuſtitia, quia, Iuſtus autem ex fide uiuit. *Rom. 1.* Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. *Rom. 4.* Corde creditur ad iuſtitiam. *Rom. 10.* Charitas eſt iuſtitia, quia eſt principium & finis totius legalis iuſtitiæ, In his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ. *Mat. 22* Qui diligit proximum, legem impleuit. *Rom. 13.* Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Charitas eſt iuſtitia, quia per illam transferimur de morte ad uitam. Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres, Qui non diligit, manet in morte. *1. Ioan. 3.* Eſt ergo charitas iuſtitia, quia per illam tanquam per formam tranſimus ad uitā iuſtitiæ. Charitas eſt iuſtitia, quia, Charitas operit multitudinem peccatorum, *1. Pet. 4.* operit enim charitas peccata, profectò expellendo illa, ſicut contrarium expellit contrarium. Vnde ſicut peccatum habet rationem iniuſtitiæ, ſic charitas habet rationem iuſtitiæ. Et multa alia. Igitur qui habet fidem & charitatem, iam habet in ſe quandam iuſtitiam inhærentem; quia fides & charitas ſunt quædam iuſtitia, ut eſt monſtratum, & ſunt in ipſo inhærenter. An fides & charitas non ſunt inhærenter in eo qui credit & diligit? Immo ſunt profectò. Sicut nemo uidet niſi per uiſionē quæ inhærenter eſt in ſuo oculo, & nemo ſentit per aliquem ſenſum niſi per ſenſationem quæ eſt inhærenter in tali ſenſu: ita nemo credit ni- D
ſi per fidem quæ eſt inhærenter in ſuo intellectu, nec aliquis diligit niſi per charitatē quæ eſt inhærenter in ſua uoluntate. Niſi quis modo aberrando, totum cœlum, ponat intellectum & uoluntatem communem ſeparatum & ſeparatam, in quibus dicat eſſe noſtram fidem & noſtram dilectionem, ſequendo imaginationem Commentatoris de intellectu cō muni ſeparato, & addendo ad illā. Solus Magiſter ſententiarum non poſuit charitatem habitualem creatam inhærentem propter ſuam imaginationem, in qua ab omnibus relinquitur: ſed poſuit nihilominus actualem dilectionem inhærentem in quouis homine, qui actualiter diligit. *Error Mag. ſent. Lib. 1. Diſt. 17.* Corde enim, ex corde & in corde, creditur ad iuſtitiam. Corde, ex corde, & in corde ſperamus ac diligimus, ad iuſtitiam ſimiliter. Eadem eſt ratio de iſtis omnibus, ut bene notauit Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium, bene quoque poſt Auguſtinum notauit Hugo à ſancto Victore, & bene iam nunc omnes doctores notant. *Auguſt. Cap. 32. Hugo.* Neque modo eſt aliqua philoſophia theologorum aut naturalium philoſophorum, quæ non dicat, in nobis ſubiectiuè eſſe fidem qua credimus, ſpem qua ſperamus, dilectionem

qua

E quæ diligimus, & ſimilia. Sed & de his inferius dicuntur etiam multa.

Part. 4. Lib. 5. CAETERVM, mirum eſt quàm grauiter errent ad pauca reſpicientes, qui dicunt, noſtram iuſtificationem in ſola remiſsione peccatorum conſiſtere: uidelicet dum Deus nobis remittit, nobis condonat, aut nobis nō imputat offenſas ſuas: tanquam noſtra iuſtificatio, nihil alind includat. Peccatum enim ſine dubio, eſt iniuſtitia, ſicuti tota ſcriptura diuina peccatum appellat dicitq; eſſe iniuſtitiam. Optimè autem dicit Scotus, Iniuſtitia cum ſit formaliter priuatio, non poteſt auferri ab aliquo, niſi ei detur habitus oppoſitus: quia auferre priuationem, eſt habitum ponere: quia ſunt immediatè oppoſita circa aptum natum. Anima eſt apta nata recipere iuſtitiam, ergo ille iuſtificatus, qui factus eſt de iniuſto iuſtus, recipit habitum oppoſitū illi priuationi. Si enim nihil ineſſet ſibi formaliter nunc quàm prius, non magis careret priuatione nunc quàm prius caruit. Hæc ille. Additq; & bene, quòd iuſtus ut iuſtus, eſt acceptus ad uitam æternam: & quòd iſta acceptatio non fit per ſolam peccatorum remiſsionem, ſed per iuſtitiæ infuſionem. Nā qui intelligitur cum ſola remiſsione peccatorum, intelligitur eo ipſo ut abſolutus ab inferno: qui autem intelligitur cum iuſtificatione ſeu iuſtitia, intelligitur eo ipſo ut acceptus ad regnum cœlorum. Vnde concludit ueriſsimè, quòd ſola remiſsio peccatorum ſeu offenſæ, ſecundum ſe, eſt minus, quàm iuſtum eſſe. De hoc tamen magis in ſequentibus, ex eodem Scoto, & aliis. Quidem enim demonſtratio eſt ſatis nota ad hanc noſtram ueritatem catholicam & Apoſtolicā, uniuerſaelm & diuinam, quantum materia præſens patitur demonſtrationem: ſi conſideramus ex diuinis ſcripturis, tum nomina & conditiones peccati, tum etiam iura & excellentias hominis iuſti, inquantum eſt iuſtus. Peccatum enim in diuina ſcriptura, dicitur uerè offenſa Dei, macula, atque tenebra: ex quo etiam peccatores dicuntur Deo odibiles, maculati, tenebræ, turpes, uiles. Hinc eſt quòd peccatum ut peccatum ſiue ex natura rei, ſiue ex lege diuina, dicit, includit, ſignificat, atque importat priuationem illorum bonorum quæ perdit homo ſeu amittit peccando, ſiue per peccatum. Quia autē priuatio non tollitur ullo modo niſi per poſitionem habitus, cuius eſt priuatio: ſequitur euidenter, quòd licet peccatum dimittatur quantum ad ſuum reatum, ut iam non imputetur ad pœnam ullam, nunquam eſt nec intelligitur remiſſum niſi tollatur etiam quantum ad priuationem boni quam importat, niſi ipſa priuatio intelligatur ablata, niſi oppoſitus habitus intelligatur poſitus. Dicimus ergo quòd cùm peccatum non ſit ſolùm reatus, nec ſignificet ſolum reatum, nec importet ſolam imputationem ad pœnam: quia immo importat hoc, & ultra hoc importat etiam maculam, tenebram, ac priuationem ſanctitatis quam tollit; non poteſt fieri ut per ſolam non imputationem, aut per ſolā ablationem reatus, ſit aut intelligatur remiſſum. Sed oportet ad eſſe, & peccati non imputationem per quam tollitur reatus atque peccatum quantum ad reatum, & bonorum infuſionem per quam tollitur macula ſeu tenebra atq; peccatum quantū ad priuationem boni amiſſi. Vnde quidem ſicut peccatum includit & importat hæc omnia, offenſam, maculam, tenebram, reatum, priuationem, quæ eſt macula: ſic non intelligitur remiſſum, niſi tollatur quoad hæc omnia. Quandoquidem cum peccatum includat multa, nō eſt utique remiſſum, ſi ſolum remittitur quoad unum: ſed oportet remitti quoad illa multa, quæ includit. Vt ſic quidem peccati remiſſio, importet reatus nonimputationem ſeu ſolutionem, atque offenſæ, priuationis, maculæ, tenebræque ablationem, & per conſequens pulchritudinis ac bonorum poſitionē, & per conſequens ſanctificationem: quia ſanctificatio, eſt pulchritudinis ac bonorum poſitio ſeu infuſio. Hanc ergo ueritatem habemus manifeſtè, ſi conſideramus peccati nomina & conditiones, ſtante lege diuina nobis data. Eandemq; profectò habemus ſi conſideramus iura & excellentias hominis iuſti. Iuſtus enim ut iuſtus, formaliter loquendo, uerè dicitur & uerè eſt filius Dei adoptiuus, hæres Dei, cohæres Chriſti, Chriſtiq; frater: ut de his omnibus nominibus conſtat etiam in diuina ſcriptura, tum noui, tum ueteris teſtamenti. Habetq; iuſtus ut iuſtus formaliter loquendo, ius ad regnum æternum: ſicut etiam doctrinaliter ac formaliter loquens, dixit Saluator noſter, Iuſti autem ibunt in uitam æternam. Sicut etiam aliàs legimus, Iuſti autem in perpetuum uiuent. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. Fulgebunt iuſti ſicut Sol in conſpectu Dei. Formales enim ſunt hæ locutiones, per ſe, & non accidentales: & licet ſit accidentale homini quòd habeat ius ad regnum cœlorum, non eſt tamen hoc accidentale iuſto, ſed per ſe. Quamobrem iſtud ius non conuenit omnibus hominibus, ſed quidem conuenit omnibus iuſtis. Eſtq; ius iſtud conſequens ad iuſtitiam & iuſtificationem, ut per ſe quoque conſtat. Debet ergo conuenire & conuenit iuſto, per id per quod eſt iuſtus; quia aliàs, ſi iuſtus per aliud eſt iuſtus

Marginal notes: *Scotus. Lib. 4. diſt. 17. quæſt. 2. cōtra concluſionē Mag. 5. Meta. t.c. 27. et 10. Met. t.c. 15.* — *Mat. 25.* — Section letters: G, F, G, H.

A ſtus, & per aliud habet ius ad regnum; iam illud ius non conuenit iuſto ut iuſto aut per ſe, ſed per aliquid aliud quo iuſtus non eſt iuſtus per ſe. Sic enim uidemus in omnibus aliis. Quia certè quod conuenit albo per ſe, conuenit albo per id per quod eſt album: & quod conuenit per ſe muſico, conuenit ei per id per quod eſt muſicum. Et ſic de aliis omnibus ſine inſtantia. Igitur quod conuenit per ſe iuſto, conuenir ei per id per quod eſt iuſtus. Iuſtus autem eſt homo per hoc quòd iuſtificatur, ſiue per iuſtificationem, ut conſtat: igitur iuſtus, ſiue homo iuſtus, per iuſtificationem habet ius ad regnum, loquendo per ſe. Iuſtificatio ergo dat ius ad regnum per ſe. uidelicet ſtante lege diuina nobis data, ſecũdum quam loquimur: & ſecundum quam agimus de iuſto, de iuſtificatione, atque de eius iuribus: quæ non conueniunt iuſto per ſe ex natura rei, ſed ex lege Dei.

Qvid ergo dicemus? Vbi non eſt per ſe ius ad regnum, nec eſt iuſtificatio: quia iuſtificatio per ſe habet & dat illud ius, ut conſtat ex dictis. Nou poteſt dubitari de hac concluſione. Sed ſola nonimputatio peccati ad pœnam non dat homini per ſe ius ad regnum, ergo illa nonimputatio ſola non facit aut non complet iuſtificationem, ſed aliquid aliud requiritur. Supereſt igitur ut oſtendamus, quòd ſola uoimputatio peccati, non habet
B per ſe, nec per ſe dat ius ad regnum. Oſtenditur autem hæc ueritas ex eo, quia poteſt Deus nou imputare homini peccatum, relinquendo hominem ipſum in ſuis naturalibus: liberum uidelicet à pœna, ſed nec ad gloriam ordinatum. Vnde quidem nonimputatio peccati, per ſe quidem hominem ab inferno liberat; ſed profectò hominem ipſum nequaquam ſic per ſe ad regnum cœlorum ordinat, aptat, uel introducit. Sed ea ſola poſita, manebit homo ipſe à gehenna liberatus, ad regnum non ordinatus, neutralis, medius, tã quam homo in naturalibus puris creatus. Hoc eſt enim quod per ſe ſignificat & per ſe importat, nou imputatio peccati: quia ſolùm eſt, negatio imputationis. Negatio autem imputationis, eſt mera puraq; negatio, ſicut negatio hominis. Quæ inſuper reperitur in brutis, plantis, ac lapidibus: quibus nullum ius ad regnum tribuit, nec præſtat, nec dat: non enim imputantur ad pœnam bruta, plantæ, aut lapides; ob quod & in ipſis reperitur nonimputatio, & non tamen reperitur in eis ius ad regnum, nec ad regnum ordinatio. Ergo nonimputatio peccati non habet per ſe tale ius ad regnum: quia aliàs ubi illa eſſet, eſſet per conſequens tale ius. Igitur non eſt per ſe iuſtificatio, nec complet iu- C ſtificationem, ſed aliquid aliud requirit, de quo nos agimus.

Dionysius ille magnus Areopagita in De Eccleſiaſtica Hierarchia docet, quòd ſimiles Deo pro uiribus efficimur et illi coniungimur, ſi Dei mandata diligimus & operamur. Declarat etiam quòd per Dei dilectionem qua Deum diligimus, uenimus ad talem ſtatum; & quòd per huiuſmodi dilectionem regeneramur in eſſe diuino. Sed de hoc magis in ſequenti capite, ubi de noſtra deificatione agitur, & uerba eiuſdem doctoris ſancti in ſeipſis & in ſua forma ponuntur. *Dionyſ. Cap. 2. Part. 1.*

Diuus Cyrillus ad Reginas de recta fide, dicit, Abſurdum eſt, nos quidem hæredes factos ſupplicii primi parẽtis, corruptione per inobedientiam immiſſa, non autem fieri participes iuſtitiæ ſecundi, qui ad uitam nos reuehit, per maximam illius obedientiam. Hæc ille. Ecce habemus iuſtitiam Chriſti nõ ſolùm per imputationem, ſed etiam per participationem: ſicut Adæ primi non ſolùm per imputationem, ſed etiam per participationem habemus corruptionem. *Cyrillus lib. poſteriori.*

Quo pacto homines è peccatoribus, iuſti efficiantur. Iudæorum Gentilium, aliorumq́; de hac re ſententiæ referuntur. Quo modo nos Chriſtiani, corãm Deo iuſti cenſeamur. Continuantur præcedentia de noſtra iuſtitia nobis inhærente, quæ tamen eſt Dei, producta in nobis à Deo, multaq́; de noſtra apotheoſi dicuntur. CAP. XII. D

SEMPER hæc credita fuere ab hominibus apud omnes nationes, Deum offendi malefactis, ſeu peccatis hominum, commiſsionis aut omiſsionis: Deum eſſe placabilem hominibus ſuper peccatis eorum: apud Deum eſſe remiſſionem peccatorum ſeu malè geſtorum noſtrorum, & quoſdam eſſe, quoſdamq; fuiſſe, atque fore alios homines bonos, ſanctos, iuſtos. Nulla fuit de huiuſmodi ueritatibus differentia aut controuerſia apud uiros ſapientes cuiuſuis nationis. Verùm de iuſtitia aut iuſtificatione hominis, quod ad præſentem diſputationem pertinet, in determinando quid eſt, quo iuſti homines ſunt iuſti, aut iuſti fiunt? non ita fuit ſemper apud omnes concors ſententia: ſed alii de hac re uno modo, alii autem alio uel alio ſenſerunt. Quidã enim prorſus inſipiẽtes homines idololatre, quos refert Lactantius Firmianus in ſuo opere diuinarum inſtitutionum, quaſi nullum cœleſtem ſenſum aut ſpiritalem haberent, ſed humanum ſolùm aut corporalem, cum eſſent omni- *Lactantius Firmianus. Lib. 6.*

E

Cap. 1. Sententia quorundam de iuſtificatione hominum. Quos etiam impugnat. Sophocles apud Iuſtinum Martyrẽ in lib. de Monarchia.

omnibus flagitiis ac ſceleribus iuquinati, religioſos ſe putabant, ſi templa ac aras hoſtiarũ ſanguine cruentaſſent, ſi focos adoleuiſſent, ac ueteris uini perfuſione madefeciſſent. Quin etiam ſacras dapes apparabant, & exquiſitas epulas quaſi aliquid inde libaturi offerebant. Quicquid aſpectu rarum, quicquid opere aut odore precioſum erat: & hæc grata eſſe diis ſuis, non ex aliqua diuinitatis ratione, quam neſciebant, ſed ex ſuis cupiditatibus iudicabant: nec intelligebant terrenis operibus Deum non indigere. Nihil enim ſapiebãt niſi terram, bonaq; & mala ſolius corporis ſenſu & uoluptate perpendebant. Huius arbitrio ut religionem ponderebant ſuam, iuſtitiam, ſanctitatem, ac munditiam, ſic totius uitæ ſuæ actã diſponebant. Et quoniam ſe ſemel à cœli contemplatione auerterant, ſenſumq; illum cœleſtem corpori mancipauerant, libidinibus frena permittebant: tanquam ſecum ablaturi uoluptatem, quam momentis omnibus capere feſtinabant: cùm animus miniſterio corporis, non corpus miniſterio animi uti debeat. Illi homines ita turpiter aberrantes maximum bouum iudicabant opes, quas ſi bouis artibus aſſequi non poterant, malis aſſequebantur; fraudabant, rapiebant, ſpoliabant, inſidiabantur, abiurabant. Contra illos

F

Vbi ſup. Cap. 2.

homines, ſolam religiouem terrenam habentes, non ſpiritalem, nec cœleſtem; argumentatur optimè Lactantius quòd mactaſſent optima & pingues hoſtias Deo, quaſi eſurienti: profunderent uina, tanquam ſitienti: accenderent lumina, uelut iu tenebris agenti. Sed nunc ſuperfluum eſt eos arguere, quia ſatis ſufficit ad eorum impugnationem, eorum ignoratio, atque immunditia.

Alia ſententia aliorum, de hominum iuſtificatione.

Quidam aliĩ putabant iuſtificari homines, mundari, ac ſanctificari, per legis obſeruantiam, ſi iuſta iuſtè facerent, per bonas uirtutes ac bonarum uirtutum opera, per cultum Dei, ac per munditiam mentium propriarum, & per pœnitentiam malorum præteritorum & ſacrificia: ſed hoc, ſecundum quòd naturalis ratio oſtendebat & lex naturalis, in lumine naturali. Ita Socrates, Plato, & Ariſtoteles docuerunt, multiq; alii poſt hos, qui eos ſecuti ſunt, ita ſentientes, & ita docentes. Legantur Platouis ſcripta in de ſanctitate, De Republica uel de iuſto, De legibus uel de legum latione. Adire ne pigeat Ariſtotelem in ſuis Ethicis: & Socratem apud Auguſtinũ in De ciuitate Dei.

Plato. Lib. 8.

Plato enim in Euthyphro uel de ſanctitate, cũ propoſuiſſet & agere, inquirere, diſputare, atque determinare de Sancto, cumq; ſancti nou nullas poſuiſſet definitiones, aſſerens quòd Deo dilectum opus eſt ſanctum, ac uir Deo dilectus, ſanctus, determinauit tandem iuſtum habere rationem uniuerſalis cuiuſdã G reſpectu ſancti, ut quicquid eſt ſanctum, ſit iuſtum, non autem è coutra quicquid iuſtum, ſanctum. Vt pote quod iuſtum duas habeat partes ſubiectiuas, alteram quæ circa Dei curam uerſatur, alteram quæ ad hominum curam pertinet: illam autem quæ circa Deum eſt, ſanctum ac pium eſſe docuit. Vt ſanctum ſit, ueluti determinat, atque ſanctitas, ſcientia quædam uouendi atque ſacrificandi: & quia ſecundum ipſum, ſacrificare, eſt munera Deo offerre à quo nobis eſt omne bonum, uouere autem eſt à Deo petere: iu uouendo, id eſt iu petendo à Deo bona, & in offerendo ei dona, uidelicet honorem, uenerationem, & gratiam, ipſe ſanctitatem ac pietatem conſtituit. In De Republica nel de iuſto, id longiſſima diſputatione effecit, ut coucedat atque ſtatuat firmiter, uirtutem animæ, iuſtitiam eſſe; iniuſtitiam, uitium Vnde & in ſequentibus aſſeruit quòd iniuſtitia ſit maximum malorum omnium quotquot ſuſtineat animus, iuſtitia uerò maximum bouum: ſicut, & inferius per multa docuit temperantiam, fortitudinem, prudentiam, iuſtitiam, uirtutes, pertinere ad hominis ciuitatisq; iuſtitiam, illamq; conſtituere. Et in De legibus uel de legum latioue, cum docuiſſet, quòd, ſicut antiquus quoque ſermo teſtatur, Deus principium, finem, & media rerum omnium continens, recta peragit ſecuudum naturã circuens: quòd Deum ſemper iudicium comitatur, eos qui à diuina lege deſciuerint puniens: cui iudicio quicunque fœlix futurus eſt, adhærens, humilis ſubſequitur atque compoſitus: qui autem ſuperbia elatus eſt, quòd pecunia uel honoribus antecellat, uel corporis forma polleat, qua cum iuuenilis animus dementia ſimul ardeat & petulantia, quaſi nec priucipe nec duce ullo indigeat, ſed aliorum ipſe ſufficiens ductor ſit, is penitus à Deo deſeritur. Oſtendẽs quid nobis hominibus ſit cogitandum, dixit, Nemini dubium quin cogitare quiſque debeat qua ratione ex eorum numero ſit qui Deum ſequantur. Quærens autem quæ actio ametur à Deo, ſequaturq; Deum? & determinans quæ illa ſit, quis hominum ſit Deo amicus, ſimilis, ac iuſtus, quis uerò inimicus, diſſimilis, & iniuſtus, Ait, Quæ'nam igitur actio à Deo amatur, Deumq; ſequitur? Vna certè, rationem unam antiquam habens atq; præcipuam, quod ſimile ſimili, quod moderatum ſit, amicum eſt. Immoderata uerò neque inuicem, neque moderatis ſunt amica. Deus profectò nobis rerum omnium maximè ſit menſura, multoq; magis quàm quiuis, ut ferunt, homo. Qui igitur huic tali amicus fore ſtudet, eum neceſſe eſt ut quàm maximè pro uiribu

Dialo. 2. Lib. 31. Lib. 31. Dialo. 2. Lib. 34. Dialo. 4.

H

A uiribus talis efficiatur. Atqui ſecundum hãc rationem quiſquis hominum tẽperatus eſt, Deo eſt amicus. Similis enim, Intemperatus autem, diſsimilis, differens, & iniuſtus, cæteraq́; ſimiliter. Sed intelligamus ad hæc rationem illam ſequi omnium rationum, ut arbitror, pulcherrimam atque uerisſimam, quòd bonum uirum decet ſacrificare diis, & intereſſe diuinis. Nempe illos proſequi orationibus, muneribus, alioq́; cultu diuino, pulcherrimum, optimum, commodisſimum ad beatam uitam, idq́; præ cœteris eſt decorum. Malo autem contra contingunt omnia. Impurus enim mali eſt animus, boni autem purus. Ab impuro autem capere munera, neq; bonum uirum, neque Deum decet. Fruſtra itaque circa deos prophani laborant, quod opportunè faciunt omnes ſancti. Atqui ſignũ quidem hoc eſt, quò aciem debemus intendere. Sagittæ uerò ad illud &c. Ita oſtendit Plato atq; docet, homines à Deo amari per hoc quòd ei aſsimilantur, aſsimilari autem homines ei per temperãtiam, aliasq́; uirtutes, per eademq́; homines eſſe Deo ſimiles, Deoque dilectos, iuſtos, pios, ſanctos. Vnde quidem & ipſe bene nouit motum hominis ad iuſtitiam, eſſe quidem non ſolùm remotiuum uitiorum, ſed etiam inductiuum ſeu acquiſitiuum uirtutum.

B *Ariſtot. Ethic.5. Manifeſtè etiam alibi. Ethic.2.* Ariſtoteles quoque Platonis diſcipulus eodem modo docuit, iuſtos homines eſſe qui iuſta faciunt, non ut cunque, ſed iuſtè, ſcientes, uoluntesq́ue, qui legalem iuſtitiam obſeruant, ſecundum iuſtum naturale ac iuſtum legale; quemadmodum omnis legislator intendit facere ciues bonos, ſanctos, iuſtos, prohibens mala, præcipiensq́; bona. *Ethic.10.* Qui auctor inſignis cum de intellectu noſtro ſiue de noſtra mente, ſiue de aliquo alio quod utique in nobis uidetur præeſſe, & dominari & intelligentiam habere de bonis & diuinis, ſiue diuinum & ipſum ſit, ſiue eorum quæ in nobis ſunt, diuinisſimum, egiſſet: *Ibidem.* paulò poſt oſtendit & docet, eos homines eſſe Deo amãtisſimos, qui intellectum ſuum amant, honorant, curant, mundant, & bene operantur. Vt pote quòd intellectus noſter ſit quid potisſimum præ omnib. quæ ſunt in nobis, Deoq́; magis cognatisſimum, atque ſimillimum omnium noſtrorum bonorum: ideoque & Deo *Ibidem.* magis dilectum. Ait enim, Secundum intellectum autem operans & hunc curans, & diſpoſitus optimè & Dei amantisſimus uidetur eſſe. Si enim quædam cura humanorum diis ſit, quemadmodum uidetur, erit utique gaudere rationabile ipſos optimo & cognatisſimo. Hoc autem utique erit intellectus. Et diligentes maximè hoc & honorantes beneficiare, ut de amicis ipſis curantibus, & rectè & bene

C operantes. Quoniam autem hæc omnia ſapiẽti maximè exiſtunt, non immanifeſtum. Deo amantisſimus eſt ergo. Eundem autem uerisſimè & fœlicisſimum. Quare & ſi ſic, erit ſapiens maximè fœlix. Hæc ille iuxta uerſionẽ antiquam. Ecce homines per hoc Deo ſunt dilecti, ſi intellectum ſeu mẽtem ſuam curant & ſecũdum illam operantur, per quod etiam ſunt fœlices; non dubium autem quin & per hoc boni, iuſti, ac ſancti. *Socrates.* Socrates etiam quicquid boni aut ueri huiuſmodi hi poſteriores philoſophi aut alii dixerunt, facilè credendus eſt dixiſſe: quippe qui, ut refert Auguſtinus in *Auguſt. de Socr. Lib.8. Cap.3.* De ciuitate Dei, Socrates primus uniuerſam Philoſophiam ad corrigendos, componendosq́; mores flexiſſe memoratur (unde eam è cœlo ipſo deductam fuiſſe quidam ſcriptum reliquerunt): cum antea omnes magis phyſicis, ideſt naturalibus rebus perſcrutandis operam maximam impẽderint. *Cicer. de Socrate. Lib.1.* Sic etiam de illo refert Cice. in Acad. quæſtionibus. Quod certè Socrates fecit, uel tædio rerum obſcurarum & incertarum, ut ad aliquid apertum & certum reperiendum animum intenderet, quod eſſet beatæ uitæ neceſſarium, propter quam unam omnium Philoſophorum inuigilaſſe & laboraſſe uidetur induſtria: Vel ſicut de illo quidam beneuolentius ſuſpicantur, quia nolebat immundos terrenis cupiditatibus animos ſe extendere in diuina conari. Quandoquidem ab eis cauſas rerum uidebat inquiri, quas primas atque ſummas, non niſi in unius ueri ac ſummi Dei uolũtate eſſe credebat: D unde nõ eas putabat niſi mũdata mente poſſe compræhendi: & ideo purgandæ bonis moribus uitæ cenſebat inſtandum, ut deprimẽtibus libidinibus exoneratus animus, naturali uigore in æterna ſe attolleret: naturamq́; incorporei & in commutabilis luminis, ubi cauſæ omnium factarum naturarum ſtabiliter uiuum, intelligentiæ puritate conſpiceret. *Socrates apud Platonem in Phædone.* De qua re Socrates moriturus apud Platonem in Phædone copioſè diſputat: ubi oſtendit philoſophari neminem rectè poſſe, niſi ſe, quàm maximè fieri poſſit, à conſortio corporis, ideſt, ab omnibus affectionibus ſeiungat: quod tum optimè fiet, cùm animus liber erit, corporisq́; carcere ſolutus: & in hac uita, ut quiſque ſe maximè perturbationibus exoluit, ita liberrimè uerisſimeque id quod eſt, uerumq́; ipſum, hoc eſt, Deum & diuina contemplatur. Hæc autem de hac ſecunda ſententia antiquorum dixiſſe modò ſufficiat. *Alia ſententia aliorũ, de iuſtificatione hominum.* Quidam uerò alii putabant ſanctificari homines iuſtificariq́; per datæ à Deo legis obſeruantiam, ut Iudæi qui ſoli legi Moſaicæ inhærentes, ſolùm per eiuſdem legis opera ſeſe iuſtificari putabant: unde & fidem quæ maxi

E mè præ operibus iuſtificat,abiiciebant, negligebant, non recipiebant: Fidem, inquam, Saluatoris,Mediatorisq; Dei & hominum in lege promiſſi, Dei & hominis,cunctis hominibus ad ſalutem & iuſtificationem, atq; ſanctitatem neceſſariam. Quidam malè falſeque putant iuſtificari homines per ſolam peccatorum remiſſionem non per aliquid poſitiuum inhærens illis. Nos autem Chriſtiani cœlitus edocti, omnes alios emendamus, profitemurque iuſtificari nos homines per gratiam Dei gratũ facientẽ,creatam nobis à Deo infuſuſam,fidem ẽt, ſpem, & charitatẽ, primùm:deinde uerò quaſi ſecũdò per bona opera legis Euangelicæ,ſequentia in nobis fidẽ & gratiam Chriſtianam, Dei,atque Euangelicam. Iuſtificati gratis per gratiam. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, Et multa alia, quæ iam poſuimus. Vt autem quantum poſsibile uidetur id de quo agimus abundantius declaremus,placet iuſtificationem noſtram ſeu modum eius explicare magis. Iuſtificatio paſſiuè accepta, importat motum ſeu mutationem ad iuſtitiam, ſicut & calefactio paſsiuè accepta importat motum ſeu mutationem ad calorem. Hæc eſt propria ſignificatio,propriaq; acceptio huius nominis, Iuſtificatio, quemadmodum & nomen ipſum præſefert, & omnes doctores ſancti iuxta diuinas ſcri-

Veritas catholica & Apoſtolica de hominũ iuſtificatione. Rom. 3. 1. Ioan. 3.

F pturas accipiunt, intelligunt & declarant, & ſatis eſt monſtratum. Iuſtitia autem de ſui ratione rectitudinem quandam importat ordinis; ob quod duobus modis accipitur, ſecundum quod ordo duobus modis cõſideratur. Vno enim modo importat iuſtitia ordinem rectum in actu ſeu actibus aut actionibus hominis, & ſecundum hunc ordinem aut hanc rectitudinem iuſtitia eſt uirtus quædam: ſiue ſit particularis iuſtitia quæ ordinat actum hominis ſecũdum rectitudinem in comparatione ad aliam, ſingularem hominem, ſiue ſit iuſtitia legalis quæ ordinat ſecundum rectitudinem actum hominis in comparatione ad bonum commune multitudinis. Alio modo dicitur iuſtitia pro ut importat rectitudinem quandam ordinis in ipſa interiori diſpoſitione hominis,pro ut uidelicet ſupremum quod eſt in homine,ſubditur Deo, & inferiores uires animæ ſubduntur ſupremæ, ideſt, rationi. His duobus modis conſiderauit Ariſtoteles iuſtitiã in ſuis Ethicis, niſi quòd iuſtitiam ſecundo modo acceptam,uocat iuſtitiam metaphoricè dictam. Hæc autem iuſtitia etiam duobus modis poteſt fieri. Vno modo per modum ſimplicis generationis, quæ eſt ex priuatione ad formam, quo modo iuſtificatio poteſt etiam conuenire ei qui nec eſt nec fuit unquam ſub peccato, ſi iuſtitiam

Ariſtot. Ethic. 5.

G huiuſmodi à Deo accipiat, ſicut Adam dicitur accepiſſe iuſtitiam originalem. Alio autem modo poteſt fieri iſta iuſtitia in homine ſecundum rationem motus qui eſt de contrario in contrarium: & ſecundum hunc modũ iuſtificatio importat tranſmutationem quandam de ſtatu iniuſtitiæ ad atum iſtuſtitiæ prædictæ. Talis autem eſt iuſtificatio impii, pro ut de illa omnes loquimur, attendentes ſecundum diuinas ſcripturas quæ in illa reperiuntur. Vnde igitur iuſtificatio accipitur tribus modis, Primo in communi prout eſt motus ad iuſtitiam. Secundo magis in particulari pro ut eſt motus ad iuſtitiam tanquam motus ex priuatione ad formam, ut dicitur fuiſſe in Adam, quando accepit iuſtitiam nõ prius exiſtens in peccato. Tertio etiam magis in particulari pro ut eſt motus ad iuſtitiã tanquam ex contrario, ſicut fit in omnibus peccatoribus dum iuſtificantur, qui, re uera, omnes prius ſub peccato fuere. Vt certè iuſtificatio intelligatur, tanquam quid commune, diuiſum aut diuiſibile in iuſtificationem quæ eſt tanquam motus uel mutatio ex priuatione ad formam, & in iuſtificationem quæ eſt tanquam motus ex contrario in contrarium: Iuſtificatio primi generis fuit in Adam, uel etiam in Angelis; iuſtificatio autẽ ſecundi generis,eſt in omnibus peccatoribus qui de ſtatu peccati, uel de peccato tranſeunt H ad iuſtitiam. Quocunque autem modo intelligatur iuſtificatio, ſemper eſt motus uel mutatio ad iuſtitiam: ut quidem etiam nomen ipſum præſefert ſuam ſignificationem. Quia uerò iuſtificatio impii intelligitur eſſe ut motus de contrario in contrarium, neceſſariò intelligitur eſſe tanquam inter duos terminos, ideſt, inter terminum à quo qui relinquitur, & illud eſt peccatum, atque inter terminum ad quem qui acquiritur, & iſtud eſt iuſtitia. Quam ob rem profectò iuſtificatio impii, ſecundum legem Dei nobis datam, neceſſariò intelligitur habere duas mutationes & illas ambas complecti, includereque: alteram quæ eſt expulſio termini à quo, alteram quæ eſt inductio ſeu introductio, infuſio aut acquiſitio termini ad quem. Sic enim loquimur generaliter & ſine limitatione,in omnibus motibus aut mutationibus quæ fiunt in aliquo uel aliquibus tanquam motus aut mutatio de contrario in contrarium. Porrò quia uniuerſaliter & ſine inſtantia,motus uel mutatio magis, potiusq; & magis propriè denominatur à termino ad quem, quàm à termino à quo: motus peccatoris à peccato ad iuſtitiam magis denominatur ab inductione iuſtitiæ, quàm ab expulſione peccati. Diciturq; profectò magis propriè ac magis potiſſimè

A ſimè iuſtificatio, ideſt, iuſtitiæ acquiſitio: quàm remiſsio peccati, ideſt, peccati expulſio. Denique iuſtificatio, à toto genere, ſi accipitur paſsiuè, eſt motus ad iuſtitiam: ideſt, eſt motus uel mutatio acquiſitiua iuſtitiæ: ſiue ſit tanquam ex priuatione ad formam, ſiue ſit tanquam de contrario in contrarium. Magis enim reſpiciendum eſt ad terminum ad quem, quàm ad terminum à quo. Eſt ergo iuſtificatio, motus uel mutatio poſitiua, acquiſitiuaq; iuſtitiæ, in quocunque intelligatur eſſe: aut in hominibus poſt peccatum, aut in hominibus uel angelis ante peccatum. Non theologum agit, ſed delirat, qui non ita ſentit. Omnis homo iuſtus eſt filius Dei adoptiuus, Ego dixi dii eſtis uos, & filii excelſi omnes. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Et profectò eo iuſtus, quo filius, eoq; filius, quo iuſtus. Hæc eſt lex Dei poſitiua, nobis data: prout nobis illam ſancti Apoſtoli doctoresq; ſacri ſcripſerunt, & orthodoxi ſcriptores illam nobis declarauerunt. Filios autem Dei adoptiuos intelligimus homines, non ſolùm per peccatorum remiſsionem ſimplicem, quæ eſt abſolutio hominum à reatibus peccatorum ad pœnas: ſed etiam per gratiæ Dei receptionem, communicationem, aut participationem. Vt ſicut homo intelligitur eſſe filius hominis naturalis per participationem naturæ, ita homo intelligatur eſſe filius Dei adoptiuus per participationem gratiæ. Hæc certè eſt gratia Dei, qua nos in filios adoptat: quæ non ſolùm nos à reatibus peccatorum liberat, ſed etiam nos animaſq; noſtras ſanctificat, emundat, dignificat, & filios regni facit. Quidem ut quoddam gloriæ ſeminarium, ſecum habens omnes uirtutes uel per identitatem, uel per concomitantiam, uel per efficientiam. Si concedimus angelos ſanctificatos fuiſſe, uideamus iuſtificationē illorum. An non fuit poſitiua & acquiſitiua? Eodem modo reſpiciamus iuſtificationem primorum parentum in primo ſtatu, ſi credimus eos tunc fuiſſe iuſtificatos. Quid? Non'ne poſitiua & acquiſitiua fuit eorum iuſtificatio, ut re uera, per illorum iuſtificationem intelligamus, eos mutatos ad iuſtitiam ideſt, ad qualitatem quandam unam ſimplicem, aut multiplicem, qua digni redditi fuerunt, in filios Dei adoptiuos acceptati, ad gloriam ordinati, & ad meritoriè operandū bene diſpoſiti? Vtique profectò talis fuit iuſtificatio eorum. Similem credimus & dicimus quo ad hoc, iuſtificationem hominum peccatorum, aut impiorum: niſi quòd iuſtificatio impii ſimul habet remiſsionem pec-

Ioan. 1.

De apotheoſi ſeu deificatione hominum.

B

cati, connexam, concomitantem, ſubſequētem, præcedentem, aut potius incluſam: Vt quidem per hoc differat iuſtificatio impii à iuſtificatione non impii, tanquam per ſuam differentiam ſpecificam: quia uidelicet iuſtificatio non impii eſt motus uel mutatio quaſi ex priuatione ad formam, de priuatione ſeu carentia iuſtitiæ ad iuſtitiam: iuſtificatio autem impii eſt motus uel mutatio de contrario in contrarium, ideſt, de peccato ſeu de ſtatu peccati ad iuſtitiam ſeu ad ſtatum iuſtitiæ. Videatur quid dicat Apoſtolus Paulus de gratia Dei qua Deus iuſtificat nos homines filios Adæ impios ſeu peccatores, ſeparans nos ab aliis in tota maſſa perditionis, uitiatæ, ſeu peccatricis naturæ. Multa enim dicit præclara atque lucida, quæ ſatis indicant noſtram iuſtificationem eſſe poſitiuam, atque acquiſitiuam. Ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, & fermè in omnibus epiſtolis ſuis. Poſitiua fuit iuſtitia Adæ in illo ſtatu primo, & ipſam ipſe noſq; omnes perdidimus in ipſo, per eius peccatū actuale quod noſtrum fuit originale. At quidem nos ad iuſtitiam gratificam Adæ noſtri interfectoris, licet non ad originalem, reducti ſumus per gratiam noſtri redemptoris. Niſi quòd, Non ſicut delictum, ita & donū. Sed utique abundantius donū & gratia Chriſti reperiuntur, operanturq; in nobis. Quæratur per quid iuſtus aut iuſtificatus fuit Adā, quia proculdubio fuit poſitiua inhærens iuſtitia eius: & credamus conſtanter, ſimilem eſſe iuſtitiam aut iuſtificationem noſtram: niſi quòd differt ſecundum differentiam prædictam. Sua enim iuſtificatio non includebat remiſsionem peccatorum, quia nullum peccatum in eo præfuit, illo primo tempore uel ſtatu: noſtra autem includit. Vtraque tamē eſt uel fuit motus ſeu mutatio ad iuſtitiam. Sæpiſsimè Apoſtolus Paulus, totaq; ſcriptura noui & ueteris teſtamenti, tribuit iuſtitiā aut iuſtificationem noſtram filiorum Adæ, gratiæ Dei, fidei, ſpei, charitati, uirtutibuſq; aliis & operibus ſequentibus fidem & gratiā Chriſtianam, ut conſtat ex dictis. Quamobrem profectò dicendum eſt, noſtram iuſtitiā in nobis eſſe poſitiuam & inhærentem, & noſtram iuſtificationem eſſe poſitiuam, acquiſitiuamq; gratiæ, fidei, ſpei, charitatis, aliarum uirtutum & bonorum operum, fidei atque gratiæ Chriſtianæ comitum. Optimè dicit Auguſtinus in De natura & gratia, Charitas inchoata; inchoata iuſtitia eſt: charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt: charitas magna, magna iuſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt. Sed charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, quæ

C

Rom. 5

D

Cap. ult. tom. 7.

A mines à peccatis per ſolam peccatorum remiſsionem, quæ ſolùm dicat remotionem aut ſolutionem reatus: ſed potius iuſtificari per gratiæ ac iuſtitiæ receptionem, communicationem, ac participationem. Conſideremus quæſo, quod dicitur, angelos in cœlo, & primos parentes in ſtatu primo, fuiſſe iuſtificatos: attendamus modum illius iuſtificationis quæ certè fuit per acquiſitionem iuſtitiæ, & ex illa intelligamus iuſtificationem hominum filiorum Adæ. Addentes tamen quòd noſtra iuſtificatio addit, ſeu potius includit remiſsionem peccatorũ: utpote quòd iuſtificatio angelorum & primorum parentũ noſtrorum fuit motus uel mutatio ad iuſtitiam, ſicut eſt motus aut mutatio priuationis ad formam; noſtra autem iuſtificatio eſt motus uel mutatio, ſicut eſt motus de contrario in contrarium: ut dictum eſt ſæpe. Ob quam cauſam includit expulſionem contrarii unius, & poſitionem ſeu acquiſitionem contrarii alterius. *Bernar. Serm. 22* Ita conſiderauit diuus Bernardus profectò, cũ docuit ſuper Cantica, Chriſtum dominum angelis ſicut hominibus fuiſſe redemptionem, iuſtitiam, ſapientiam, & ſanctificationem: licet tamẽ redemptio alio, modo fuerit, ut etiã ipſe ibidẽ explicat: quia Angelis fuit redemptio, dando illis ne laberentur; hominibus autem, homines erigendo: ut licet paſsim contrarium magis teneatur, B quòd uidelicet ſancti angeli ſuam iuſtitiã & beatitudinem non acceperint ex meritis Saluatoris noſtri, propter Apocalypſim quæ refert quidem gentes ſeu turbas quas uidebat, gratias egiſſe Deo & agno, angelos uerò Deo ſoli, nulla facta agni mentione. De qua re, modo non diſputamus. Redeamus quæſo, ad id de quo paulò ante agebamus: quia profectò certum eſt, uiros iuſtos, Dei filios adoptiuos eſſe, & quandam utique Deitatem habere; *Pſal. 81.* Sicut legimus, Ego dixi, Dii eſtis uos, & filii excelſi omnes. Videamusq; quomodo deificentur, an per ſolam remotionem malorum, an magis per participationẽ bonorum? An quia Deus illis non imputat mala, an quia illis communicat & præſtat ſua bona? *Dionyſ. Cap. 2.* Quidem diuus Dionyſius in De diuinis nominibus eodem modo oſtendit proceſſum Dei in ſuas creaturas, quantum ad bonitatem, & quantum ad apotheoſim: id eſt, per proceſſum poſitiuum, quo Deus efficit in uobis. Etenim declarando, quomodo homo *Ibidem.* fiat filius Dei, inquit, Rurſus ex ipſius deificentia, dum ſinguli imaginem Dei in ſe nituntur exprimere, multi fiunt dii: ac uidetur eſſe quidem & dicitur unius Dei diſcretio & multiplicatio. Hæc ille. Ecce homines efficiuntur dii, per hoc quòd imaginem Dei in ſe nituntur exprimere. C Vnde imaginis Dei in nobis expreſsio, eſt noſtra apotheoſis, ſeu deificatio. Concludamus ergo, noſtram deificationem includere noſtram iuſtificationem, & profectò uidebimus quod dum deificamur, eo ipſo iuſtificamur. Quandoquidem, impoſſibile eſt, quòd noſtra deificatio, noſtra iuſtificatio non ſit, aut noſtram iuſtificationem nõ includat. Deificamur autem dum imaginem Dei in nobis nitimur exprimere: Ergo eo ipſo iuſtificamur. Nitimur autem exprimere imaginem Dei, quomodo? Vtique dum bene ſentimus, dum bene uolumus, dum bene operamur, dum noſtram uoluntatem diuinæ uoluntati ſubiicimus, dum credimus, ſperamus, diligimusq; Deum ſuper omnia. *1. Cor. 15.* Iubemur portare imaginem cœleſtis Adæ poſterioris ſeu nouiſsimi, ſicut portauimus imaginem terreni Adæ prioris. Manifeſtum eſt autem ſecundum doctores omnes catholicos, quomodo imaginem Saluatoris noſtri portamus. Ergo tunc eo ipſo deificamur, & tunc eo ipſo iuſtificamur. Eſt noſtra deificatio, noſtra iuſtificatio, uel certè ſine dubio includit illam. Deus eſt iuſtiſsimus, & nullo modo poteſt intelligi hominis deificatio, ſi non intelligitur eo ipſo hominis iuſtificatio.

ABIICIMVS ergo illam prauam impiamq; hominum illorum antiquorum ſententiam de iuſtificatione hominis, poſitam primo loco: abiicimus aliam poſitam ſecundo loco: D abiicimus aliam poſitam tertio loco, quæ eſt perfidorum Iudæorum: abiicimusq; aliam poſitã quarto loco, quæ eſt profectò quorundam neoChriſtianorum, Eccleſiam Dei perturbantiũ in ſuam ipſorum damnationem, dicentiũ iuſtificari homines iuſtos per ſolã nõimputationẽ peccatorũ & nihil iuſtitiæ habere uiros iuſtos in ſeipſis, nec iuſtitiam inchoatam, ſed ſolã iuſtitiam extrinſecã ſibi imputatam. Credimus aũt cũ ſancta Dei Eccleſia iuſtificari hoĩes effectiuè per gratiã Dei increatam, meritoriè ſeu imputatiuè per gratiam Saluatoris noſtri, qui eſt Deus & homo, Mediator Dei & hominum, formaliter autem per gratiam Dei creatam habitualem inhærentem, quam recipimus à Deo propter merita Saluatoris noſtri, quot quot iuſtificamur paruuli uel adulti, atque per fidem, ſpem, charitatem, obedientiam erga Deũ, pœnitentiam, aliasq; uirtutes, & per obſeruantiam diuinorum mandatorum ſequentẽ fidem ac gratiam Chriſtianam, modo iam ex poſito; per gratiam, per uirtutes, per dona, per opera gratiæ, uirtutum, donorum, legis Dei, obedientiæ erga Deum. Vt certè qui iuſti ſunt in hoc ſæculo, iam in ſeipſis iuſtitiam quandam habeant ſibi formaliter in-

hærentem

E hærentem, ſaltem inchoatam: ſicut qui ſancti ſunt, inchoatam quandam habent ſanctitatem ſibi inhærentem: & qui dii ſunt, ſicut legimus, Ego dixi, Dii eſtis uos. inhærentē ſibi & inchoatam habent deificationem, atque deiformitatem. Optimè docuit diuus Dionyſius Areopagita in De Eccleſiaſtica. *Dionyſ.*
Hierarchia, omnia membra Chriſti quæ ei congruunt, conueniunt, aut conflantur ſeu uniuntur, tanquam membra eius uiua, qualia ſunt omnia Chriſti membra ſancta, habere quidem quandam Chriſti innocentiam & peccati priuationem, non ſolùm per imputationem, ſed etiam per imitationem: cuius auctoris inſignis de hac catholica ueritate, uerba ſunt hæc, Vnum enim illud etiam ſimplex atque ſecretum Ieſu diuini uerbi noſtræ humanitatis aſſumptione, ad compoſitum atque uiſibile ſine immutatione ſui, per ſummam clementiam benignitatemq; proceſsit: ſocietatemq; noſtrā qua ſibi iungeremur, beneficentiſsimè excogitauit, noſtra humilia diuinis ſuis excellentiis iungens, ſiquidem & nos illi tanquam membra corpori congruamus, & per uitæ ſynceræ ac diuinæ ſimilitudinem compaginemur: ne corrumpentibus mortificati uitiis, ad diuina & ſaniſsima membra incongrui efficiamur, ut qui hærere, eademq; uita uiuere nequaquam ualeremus. *Cap. 3. Part. 3.*

F Oportet enim nos, ſi ad illius aſpiramus ſocietatem, diuinam ipſius in carne uitam intueri aſsiduè, ſanctamq; ipſius impeccantiā imitando, pro uiribus ad ſacratiorem habitum exactiſsimamq; recurrere intelligentiā: ita enim conuenienter nobis ſocietatem ad ſimile conſortium largietur, ita his quæ myſticè fiunt, pontifex ſignat, dum operta munera in opertum ducit, ipſorumq; unitatem in plurima diuidit: & perfecta ſacramentorū ſic diſtributorum, ad ea in quibus fiunt inſitione, ſocios eorum illos qui ea perceperint efficit. Deſcribit enim in his, fermè ſenſibiliter in conſpectum dans, Chriſtum Ieſum noſtram ſpiritalem (ut in imaginibus) uitā, ex diuinitatis occulto (perfecta & incōfuſa noſtræ mortalitatis aſſumptione) clementiſsimè proprietatem ex nobis accepiſſe: atque ad diuiſibile noſtrum, ſine immutatione ſui ex unitate naturali proceſsiſſe, perq; hanc beneficam clementiam, ad participationem ſui ſuorumq; bonorum, inuitare genus humanum, Si tamen ipſius ſacratiſsimæ inſeramur uitæ, ipſam quantum fas eſt imitando: Sicq; ueraciter conſortes Dei, diuinorumq; participes efficiemur. Hæc ille. Ecce Saluator noſter noſtra humilia ſuis excellentiis iungit, ſi quidem & nos illi tanquam membra corpori congruamus, & per uitæ ſynceræ ac diuinæ ſimilitudinem compaginemur. Ecce oportet nos, ſi ad Saluatoris noſtri aſpiramus ſocietatem, diuinam ipſius in carne uitam intueri aſsiduè, & ſanctam ipſius impeccantiā imitando, pro uiribus ad ſacratiorem habitum e xactiſsimamq; recurrere intelligentiā: atque hoc modo conuenienter nobis, ſocietatem ad ſimile conſortium largitur ipſe. Ecce Saluator noſter per ſuam beneficam clemētiam ad participationem ſui ſuorumq; bonorum inuitat genus humanum, ſi tamen ipſius ſacratiſsimæ inſeramur uitæ, ipſam quantum fas eſt imitando. Ecce ſic ueraciter conſortes Dei, diuinorūq; participes efficimur: & non aliās, nec alio mō, ſtante Dei lege nobis hominibus data. Itaq; ergo, ut ſimus Chriſti membra ſancta, & participes bonorum ſuorū diuinorū, oportet inſeramur eius uitæ ſacratiſsimæ. Quo modo? Imitando quantū fas eſt, ipſam eius uitam, & ſanctam ipſius impeccantiam: Vt uidelicet inſeramur uitæ Chriſti nō ſolùm per imputationem, ſed etiam per imitationem: quemadmodum ipſe dixit, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. *Mat. 11.*
Et Apoſtolus eius Paulus, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Atque eius Apoſtolus Petrus, Chriſtus pro nobis paſſus eſt, uobis relinquos exemplum ut ſequamini ueſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Sicuti etiam Paulus alibi, inquit, Eſtote imitatores Chriſti. *1. Cor. 4. & 11. 1. Pet. 2.* H *Ephes. 5.*
Omnia igitur membra ſancta Chriſti habent per imitationem aliquid ſacratiſsimæ eius uitæ & impeccantiæ: & per conſequens omnia membra ſancta Chriſti habent per imitationē aliquid eius ſanctiſsimæ ac iuſtiſsimæ impeccātiæ, & iuſtitiæ operum, ſeu legis. Quod autem ſic habent homines non per ſolam imputationem, ſed etiam per imitationem, profectò illud habent per inhærentiam. Maximè quia tales uiri ſancti in diuinis ſcripturis dicuntur aſsimilari aut quoque ſimiles eſſe Deo & Saluatori noſtro, ut conſtat: non dicitur autem homo aliquis ſimilis niſi per ſimilitudinem quæ eſt in ipſo, nec habet ſimilitudinem formalem niſi habens fundamentum ſimilitudinis, ipſius. Eſt hoc notiſsimum apud eos qui ſciunt naturas rerum, ſubſtantiæ, accidentis, abſolutorum, reſpectiuorum, reſpectuum ſeu relationum: & norunt quæ ſequuntur relationes, aut ſuper quibus fundantur. Cæterùm quod qui per imitationem habent aliquid impeccantiæ, eo ipſo habent per imitationem aliquid iuſtitiæ operū, obedientiæ legis, ac legis obſeruantiæ; eo conſtat, quo certum eſt impeccantiam, eſſe legis obedientiam, & non peccare, eſſe legem obſeruare, ſeu à lege non deficere. Qui non deficit,

A deficit à lege omittendo uel tranſgrediendo, profectò non peccat. Eſt enim peccatum, defectus à lege. Igitur qui imitantur impeccantiam, imitantur legis obedientiam: & qui habent aliquid impeccantiæ, habent aliquid eiuſmodi legis obedientiæ. Quantum autem aliquis habet de obedientia legis, tantum habet de iuſtitia operis, ſeu operum. Sed hac de re aliàs.

Lib. præſenti.

SEMPER eſt etiam in memoria habenda determinatio Scoti, qua fatetur, quòd ſola remiſsio offenſæ ſecundum ſe, eſt minus quàm iuſtum eſſe. De qua determinatione nonnihil dictum eſt ſuperius, & latius dicetur inferius. Minus eſt enim quàm iuſtũ eſſe, non habere peccatum imputatum: & grauiter errat contra iuſtitiam & iuſtificationem Chriſtianam, quiſquis putat illam eſſe non imputationem ſolam peccati. Iuſtitia enim ſiue iuſtificatio Chriſtiana, eſt quid poſitiuũ, nonimputatio autem peccati eſt quid negatiuum & pura negatio: ut cum dicitur Deus hominem iuſtificare intelligitur Deus hominem iuſtum facere. Hæc nanque eſt propria ſignificatio uocabuli. Quid eſt iuſtificare? Iuſtum facere. Dum ergo Deus hominẽ iuſtificat, hominem iuſtum facit. Quo modo igitur? Nunquid ſolùm ab homine remouendo peccatum, ſiue ſolùm homini peccatum non imputando? Abſit. B Remotio ſeu nonimputatio peccati, eſt remotio ſeu nonimputatio iniuſtitiæ: quia peccatum, eſt iniuſtitia, ut de ſe eſt notiſsimum. Remotio autem iniuſtitiæ ab anima, non faceret iuſtam animam, niſi aliàs anima ſit iuſta: ſicut remotio ignorantiæ, non faceret animam ſcientem, niſi aliàs anima ſit ſciens, uel aliàs ſeu aliunde ſcientiam acquirat: quemadmodum & remotio frigidi non faceret calidum, ac remotio nigri non faceret album, niſi ſubiectũ acquireret calorem aut albedinem. Ita remotio iniuſtitiæ non faceret animam iuſtam, niſi anima acquireret iuſtitiam. Remotio nanque alicuius rei ab aliquo ſubiecto, ſi ſola eſt, nihil aliud facit, niſi quòd ipſum ſubiectum denudat à tali re quam remouet: & manet ſubiectum quod & quale erat antea, excepta illa re remota. Per remotionem igitur iniuſtitiæ, non manet anima iuſta, niſi ipſa antea fuerit iuſta, aut habuerit iuſtitiam ſimul cum iniuſtitia. Errant igitur grauiſsimè qui putant animam iuſtam fieri per ſolam, nudam, ac puram remotionem iniuſtitiæ: & eſt hic error utique contra iuſtitiam Chriſtianam animarum, quæ aliquid maius eſt quàm illa ſola remotio iniuſtitiæ, ſeu non inputatio peccati. Complectitur enim & iniuſtitiæ remotionem, & iuſtitiæ ſuſceptionẽ.

Sup. cap. præce. infra cap. ſequenti.

C Manifeſtius quæſo agamus. Iuſtificat Deus hominem impium, ut tota diuina teſtatur ſcriptura: Iuſtificat autem faciendo ipſum hominem iuſtum. quia ut conſtat, Deum aliquẽ hominem iuſtificare, eſt Deum ipſum hominem iuſtum facere. In hac enim ueritate omnes conuenimus. Inquirimus tamen modũ quo Deus animam facit iuſtam. Hoc opus, hic labor eſt. Dicimus autem nos catholici Chriſtiani antiquiſsimam atque ueriſsimam doctrinam & catholicam retinentes, quòd modus ille quo Deus facit animam iuſtam, non eſt modus ſolùm remotiuus iniuſtitiæ ſiue peccati, ſicut eſt modus ſolùm remotiuus ille quo ſtatuarius ſculptor facit imaginẽ pulchram aliquam in ligno uel lapide, per ſolam remotionem: nihil apponendo, nihil componendo, nihil addendo, ſed ſolùm remouendo. Sed quod profectò modus ille quo Deus facit animam iuſtam, eſt utique remotiuus iniuſtitiæ, atque eſt compoſitiuus & additiuus iuſtitiæ; ſicut eſt compoſitiuus & additiuus iuſtitiæ; ſicut eſt modus remotiuus atque cõpoſitiuus & additiuus, ille modus, quo pictor pulchram facit imaginem aliquam. Remouet enim pictor immunditias à ſubiecto, tabula, ligno, papyro, uel aliquo alio: & ponit, componitq; in ipſo, lineas, colores, & quæ ſunt neceſſaria. Ita ſine dubio & Deus Opt. Max. D facit animam iuſtam, & in ea depingit aut renouat ſuam ipſius Dei imaginem: remouendo immunditias ac non imputando peccata, & ponendo atque componendo in anima ipſa gratiam ſuam creatam, uirtutes & dona, quibus tanquam ſpiritalibus lineis & coloribus ſuam imaginem in ipſa anima depingit, renouat, atque reformat. Ad inſtar imaginis Dei antiquæ quã habuit primus parens ante peccatum, non ſolùm ex natura rei, ſed & per dona ſuperaddita, gratiam, & uirtutes: per intellectum, memoriam, uoluntatem, cũ ſuis habitibus, & actibus. Illa erat tunc Dei imago in homine, & ad illam reformat Deus animam, dum eam facit iuſtam: niſi quòd animã paruuli reformat ad habitus perditos, animã uerò adulti reformat & ad habitus & ad actus. Vnde & cognitionem, & amorem requirit, atque tribuit. Ergo hic eſt modus quo Deus animam facit iuſtam, remotiuus, & compoſitiuus: malum & iniuſtitiam tollens, bonum & iuſtitiam ponens. Sic declarat dominus apud Ezechielem, explicando modum, quo homo iuſtificatur ad uitam, & quo ipſe Deus iuſtificat hominem. Dicit enim, Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt. Ecce modum remotiuum peccati. Additque, Et cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſti-

Ezec. 18.

E iuſtitiam. Ecce modum acquiſitiuum ſiue
compoſitiuum. Concludit etiam, Vita ui-
uet, & non morietur. Ecce ultimam reſolu
tionem. Vt non ſit uita animæ niſi ex illis duo
bus. Idem ſecundum hæc omnia repetitur
Ibidem. in eodem loco. Et cum auerterit ſe impius
ab impietate ſua quam operatus eſt, & fece-
rit iudicium & iuſtitiam: ipſe animam ſuam
uiuificabit. Dicit, Cum auerterit ſe impius
ab impietate. quantum ad remotionem. Di
cit, Et fecerit iudicium & iuſtitiam. quan-
tum ad compoſitionem ſiue acquiſitionem.
Dicit, Ipſe animam ſuam uiuificabit. quan-
tum ad concluſionem uitæ, quæ uita eſt iuſti
tia, & uiuificatio eſt iuſtificatio. De iuſtifica
tione enim impii eſt ſermo, in toto illo capi-
Ibidem. te. Ad quod dicit etiam, Proiicite à uobis o-
mnes præuaricationes ueſtras in quibus præ
uaricati eſtis. Ecce modum remotiuum. Et
facite uobis cor nouum, & ſpiritum nouum.
Ecce modum acquiſitiuum ſiue compoſiti-
uum. Et quare moriemini domus Iſrael? Ec
ce concluſionem iuſtitiæ, uitæ, ac ſalutis. Ad
idem expreſsius ſignificando quæ facit Deus
dum animam iuſtificat, acceptatq; ſibi, dicit
Ezec. 36. ipſe, Et effundam ſuper uos aquam mũdam,
& mundabimini ab omnibus inquinamentis
ueſtris, & ab uniuerſis idolis ueſtris munda-
bo uos. Et dabo uobis cor nouum & ſpiritũ
F nouum ponam in medio ueſtri: & auferã cor
lapideum de carne ueſtra, & dabo uobis cor
carneum. Et ſpiritum meum ponam in me-
dio ueſtri, & faciam ut in præceptis meis am
buletis, &c. Ecce quantum admodum remo
tiuum dicit, Et effundam ſuper uos aquam
mundam, & mundabimini ab omnibus in-
quinamentis ueſtris. & auferam cor lapi-
deum de carne ueſtra. Quantum ad modum
compoſitiuum dicit, Et dabo uobis cor no-
uum & ſpiritum nouum ponam in medio ue
ſtri. & dabo uobis cor carneum. Quantum
autem ad concluſionem omnium dicit, Et
ſpiritum meum ponam in medio ueſtri, &c.
Eſaia. 1. Simile uel idem habemus apud Eſaiam, ubi
quantum ad modum remotiuum dicit domi-
nus, Lauamini, mundi eſtote, auferte malum
cogitationum ueſtrarũ ab oculis meis, quie-
Ibidem. ſcite agere peruersè. Verùm quantum ad mo
dum compoſitiuum ait, Diſcite bene facere,
quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudi-
cate pupillo, defendite uiduam. Sed quantum
ad concluſionem iuſtitiæ, uitæ, ac pacis cum
Ibidem. domino, inquit, Et uenite, & arguite me, di
cit Dominus: Si fuerint peccata ueſtra ut coc
cinum, quaſi nix dealbabuntur: et ſi fuerint
rubra quaſi uermiculus, uelut lana, alba erũt.
Eandem omnino doctrinam ſeruauit Apoſto
lus Paulus, qui diuinitus edoctus, ad quoſdã
prius malos & poſtea bonos, quantum admo G
dum Dei remotiuũ dixit, Sed abluti eſtis. Et *1. Cor. 6.*
quantum admodum poſitum ſeu compoſiti-
uum dixit, Sed ſanctificati eſtis. Et quãtum
ad concluſionem, quæ utrunque horum com
plectitur, dixit, Sed iuſtificati eſtis in nomine
domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei
noſtri. Quidem ad remotionem malorum
pertinet illud, Sed abluti eſtis. quia per ablu
tionem profectò remouentur mala, ſordes,
& maculæ. Vnde ſi hoc ſolum ſufficeret ad iu
ſtificationem, ſtatim dixiſſet Apoſtolus ſine
ullo medio interpoſito, Sed iuſtificati eſtis.
Non autem ita fecit, ſed inter uerbum, Ablu
ti eſtis. quod poſuit primum, & uerbum, Iu
ſtificati eſtis. quod poſuit ultimum. interpo-
ſuit uerbum, Sanctificati eſtis. Vt ſciamus
quòd iuſtificatio ſequitur ablutionem & ſan-
ctificationem,, id eſt, remotionem malorum
& poſitionem bonorum, ſicut totum ſequi-
tur ſuas partes integrantes. Sed abluti eſtis,
ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis. Atten
damus ordinem literæ, maieſtatem, grauita-
tem, & non ſuperfluitatem nec diminutio-
nem: tunc uidebimus hanc ueritatem mani-
feſtam, quam profectò nemo non uidet niſi
cæcus.

QVISQVIS ergo ille eſt, qui dicit iuſti-
ficari homines per ſolam nonimputationem
peccatorum, tanquam per remotionem ma- H
lorum, & non per acquiſitionem aut opera-
tionem bonorum: ſciat manifeſtè ſe pugna-
re contra Philoſophos naturales, contra Iu-
dæos, & contra catholicos Chriſtianos, ut
conſtat ex dictis. Sciat inſuper ſe pugnare cõ
tra ueritatem totius ſcripturæ diuinæ noui ac
ueteris teſtamenti: quæ tota declarat modũ
quo Deus iuſtificat ſeu iuſtam facit animam,
eſſe quidem non ſolùm remotiuum malorũ,
ſed remotiuum malorum & poſitiuum bono
rum, ut ſatis monſtratum eſt. Atque hoc eſt
unum, ob quod in hoc capite adduximus ea
quæ omnes hactenus dixerunt de modo quo
iuſtificantur homines: inter Gentiles, inter
Iudæos, inter Chriſtianos catholicos. Vna
eſt natura humana, una anima, unaq; uolun
tas quæ erat impia uel iniuſta, & quæ fit pia
atque iuſta: neque in hoc tranſitu, metu aut
mutatione, fit illa alia, ſed fit altera. Quia hæc
mutatio licet ſit dexteræ excelſi, non fit ta-
men in ſubſtantia, ſed fit in qualitate. Vt qui *Ambroſ.*
dem bene notauerunt Ambroſius in De uo- *Lib. 1.*
catione Gentium, Auguſtinus in De Trinita *Auguſt.*
te, Magiſter ſententiarum poſt ipſos, poſt *Magiſt.*
Magiſtrũ autem tota ſchola Chriſtiana ſimul. *Lib. 2.*
De illo autem motu quo anima de impia uel *diſt. 39.*
non iuſta, fit pia & iuſta à Deo, dicit Augu- *Lib. 15.*
ſtinus in De Trinitate, Hæc eſt imago in qua *Cap. 4.*
homi-

A homines ſunt creati, qua cæteris animalibus præſunt: quæ creatura in rebus creatis excellentiſsima, cùm à Deo iuſtificatur, à deformi forma in formoſam mutatur formã. Hæc ille. Ecce anima dum iuſtificatur eo ipſo mutetur à forma deformi in formam formoſam. Quis remouet ab anima ipſam formam deformem? Deus per modum remotiuum. Quis ponit in anima ipſam formam formoſam? Deus. Per quem modum? Non per ſolum remotiuum, ut ſtatuarius per ſolam remotionem ponit in lapide aut ligno formam formoſam, agalma, idolum, uel aliquid tale. Sed per modum poſitiuum, aut compoſitiuum, ut pictor componendo, facit pulchrã imaginem. Vtq; in principio Deus fecit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, non quidem ſolùm remouendo: ſed apponẽdo, & componendo. Vt quidem inſuper reparatio ſeu iuſtificatio aut reformatio imaginis huiuſmodi, ſit ſimilis, ad ipſius imaginis primam, productionem, aut formationem: ſicut eſt idem Deus, idemq; auctor, qui ipſam imaginem fecit, & qui ipſam imaginem reparat, atque iuſtificat.

Dionyſ. in De myſtica theologia. Cap. 2.

Anima eſt nobilis ex natura rei.

NOBILIS ualde eſt ipſa anima ex natura rei, & ſecundum gratiam creationis: quæ profectò etiam ex natura rei habet imaginẽ Dei naturalem per ſuas naturales potentias,
B intellectum, memoriam, uoluntatem. Sed hæc naturalis imago quæ eſt in ſolis potentiis, diminuta eſt, & ualde imperfecta, quæ poteſt decorari, ac deturpari: deturpatur enim per malas intellectiones, malas memorias, malas uolitiones: decoratur autem per gratiam, per uirtutes, per bonas operationes uirtutum, per remotionem malorum, per acquiſitionem bonorum. Sic decoratur, ſic abluitur, ſic ſanctificatur, ſic iuſtificatur, ſic à deformi forma in formoſam formã mutatur. Fit peccatrix per peccata & uitia, per quæ etiam amittit gratiam & uirtutes. Iuſtificatur autem non per ſolam peccati remiſſionem & uitiorum expurgationem; ſed per hoc, & per gratiæ perditæ ac uirtutum perditarum acquiſitionem: quia, ut monſtratum eſt, iuſtificatio eſt ad iuſtitiam mutatio. Ariſtoteles inueſtigando definitionem uirtutis moralis, præſupponit eam eſſe aliquid in anima; & ideo explicat prius quæ ſunt in anima, ut iſtis cognitis, inquirat poſtea, quod horum ſit uirtus. Aſſerit autem tria eſſe in anima, uidelicet paſsiones, potentias, habitus: infertq; quòd aliquod horum eſt uirtus; ut de his omnibus conſtat apud ipſum. Determinando uerò, dicit uirtutem quidem eſſe habitum, non potentiam, non paſsionem. Vt uirtus utique ſit aliquid in anima poſitiuum: ideſt, habitus: innatus, poſtea infuſus, uel poſtea acquiſitus; moralis, uel intellectualis. In hanc doctrinam conuenerunt ſemper omnes Peripatetici, ita tradentes cũ ſuo ipſorum principe Ariſtotele: ſecundum quam & dixerunt acquiſitionem uirtutum, eſſe non ſolùm uitiorum ab anima expurgationem, ſed & uirtutem ipſarum realem ac poſitiuam receptionem. Quia uidelicet, uirtus in anima, eſt aliquid poſitiuum. Poſt Ariſtotelem multos annos, Plotinus Platonicus mouit quæſtionem, An uirtutum acquiſitio, ſit ſola uitiorum expurgatio? Nihilo minus tum ante hanc quæſtionem motam, tum poſt, omnes ſapientes cum Ariſtotele docuerunt, & omnes dixerunt, ad uirtutem de qua loquimur, eſſe acquiſitiuum motũ, uel acquiſitiuam mutationem. Si autem aliquando apud doctorem aliquem reperiatur, extirpationẽ uitiorum, eſſe uirtutum acquiſitionem, uel hominem uitia deponere, eſſe illum uirtutes acquirere: intelligẽda eſt locutio non per identitatem, ſed per cauſalitatẽ, aut conſecutionem: quo modo dicimus communiter, corruptionem unius, eſſe generationem alterius: aut propter alias rationes bonas, quæ poſſunt aſsignari facillimè. Vt ſi fingamus nouum uerbum uirtutificationis, ſicut habemus uerbum iuſtificationis, ſanctificationis, calefactionis, frigefactionis, ædificationis, & ſimilia: uirtutificatio paſsiua ſit non ſolùm uitiorum extirpatio, ſed & uirtutis uel uirtutum realis acquiſitio: aut etiã ſit motus quidam continens utrunq;, extirpationem uitiorum, atque realem acquiſitionem uirtutum. Ita igitur dicendum eſt de animæ uirtutificatione, dum fit uirtuoſa: Atque eodem modo dicendum eſt de animæ iuſtificatione, dum fit iuſta. Eſt enim omnino ſimile de hoc, & de illo; niſi quòd pro magna parte, uel ex toto, eſt idem.

Naturalis imago Dei in anima.

Ariſtot. Ethic. 2.

C

D

LEGIMVS in diuinis ſcripturis manifeſtis, Ego dixi, dii eſtis uos: & filii excelſi omnes. Alibi etiam, Qui autem ſpiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei. Alibi, Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cum eo. Ipſe ſpiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui ante non diligit, manet in morte. His diuinis ſcripturis, & multis aliis, quas iam magna ex parte ſuperius adduximus, docemur euidenter, hominem iuſtum quemuis, diuinum eſſe habere quodammodo ex gratia, ſupra eſſe naturale quod habet ex natura: Deoq; optimo Maximo aſsimilari, & coniungi. Immo non ſolùm

Pſal. 81. *Rom. 8.* *1. Cor. 6.* *Rom. 8.* *1. Ioan. 4* *1. Ioan. 3.*

E hanc ueritatem declarant diuina eloquia, ſed
& modum & ea, quo & per quæ ad tale eſſe di
uinum, aſsimilationem, atque coniũctionem
Lib. præſenti per totum. peruenimus. Conſtant hæc omnia ſatis, per
ea quæ iam diximus in ſuperioribus: tum in
hoc tertio libro, tum in ſecundo, tum in pri-
Lib. 2. mo, huius partis. Vt non ſit opus modo ex il-
Cap. 2. 3. lis referre quicquam, præter locum unum di-
& alijs. ui Dionyſii Areopagitæ, quo abhinc mille
Lib. 1. quingentis annos aut etiam plures), eodem
Cap. 6. 7. 8. modo declarauit hanc ueritatem, quo nos eã
nunc declaramus ex eiſdem. Fatetur enim
Dionyſi. Areop. quòd Deo aſsimilamur & coniungimur pro
uiribus, ſi mandata Dei diligimus & cuſtodi-
mus, ſic operando diuina: tradens inſuper
quòd per dilectionem Dei qua ipſum diligi-
mus, regeneramur, ponimurq́; in ſtatu & eſſe
diuino, in quo iam poſſumus & pati & agere
Cap. 2. diuina. Hæc ſunt autem uerba eius in De Ec-
Part. 1. cleſiaſtica Hierarchia, Diximus itaque rite
ac piè (quantum ſentio) noſtram hanc fun-
ctionem hoc intendere, hoc agere, ut ſimiles
Deo pro uiribus efficiamur, ipſiq́; iungamur.
Ioan. 14. Hoc autem ita demum potiemur, ſi (ut diui-
nis monemur eloquiis) auguſtiſsima Dei mã
data diligamus atque operemur. Seruabit e-
nim (inquit) ſermonem meum is, qui diligit
me: & Pater meus diliget eum, & ad eum ue-
niemus, & manſionem apud eum faciemus.
Quod igitur initium eſt, reuerendiſsima Dei
F mandata peragendi? Quod animales habitus
noſtros ad alia ſuſcipienda ſacrata eloquia &
opera commodiſsimè format, quod nobis, ut
ad cœleſtia præmia ſubuehamur, uiam ſter-
nit, & ſacratiſsimæ ac penitus diuinæ regene-
rationis noſtræ traditio. Vt enim dux ille &
2. Tim. 1 præceptor noſter eximius ait, Primus animi
1. Cor. 13. ad diuina motus, Dei dilectio eſt. Porrò ſacræ
Galat. 5. dilectionis ad diuina mandata facienda princi
1. Cor. 7. palis omnino progreſſus, eſt ſecretiſsima illa
Col. 3. & ineffabilis prorſus operatio, qua diuinus in
nobis ſtatus efficitur. Si enim diuinus hic ſta-
tus, diuina natiuitas eſt; nunquam ille aliquid
ſciet ex iis quæ à Deo tradita ſunt, neque ope
rabitur, qui neque diuinum hunc ſtatum con
ſecutus eſt. An uerò nobis quoque ipſis, non
dicimus prius eſſe neceſſarium humanæ uitæ
ſtatum, ut ſic demum humana poſſimus ope
rari? Quippe quòd non eſt, id neque motum
ullum, neq; ſubſtãtiam omnino habet; quod
autem quoquo pacto eſt, ea ſolùm & agit &
patitur, quæ ſubſtantiæ ſtatusq; ſui ſunt. Ve-
rùm id quidem (reor) perſpicuum eſt. Hæc il
le. Ecce nullus agit aut patitur ea quæ ſunt ali
cuius ſtatus, niſi prius tempore uel natura ha
beat illum ſtatum, ſitq; in illo. Ecce dilectio
Dei qua Deũ diligimus, quæ eſt quidam mo-
tus animi noſtri, eſt quod animales habitus
noſtros ad alia ſuſcipienda ſacrata eloquia & G
opera commodiſsime format; eſt quod no-
bis ut ad cœleſtia præmia ſubuehamur, uiam
ſternit; eſt & ſacratiſsimæ ac penitus diuinæ
regenerationis noſtræ traditio. Ecce princi-
palis omnino progreſſus ſacræ dilectionis ad
diuina mandata facienda, eſt ſecretiſsima illa
& ineffabilis prorſus operatio, qua diuinus
in nobis ſtatus efficitur. Ecce operatio Dei
qua in nobis efficit diuinum ſtatum, eſt ope-
ratio ſua, qua nobis tradit dilectionem qua &
ipſum diligamus, & mandata eius operemur.
Ecce dum iam mandata Dei facimus, tunc ei
ſimiles in operando efficimur. Vt recipiendo
Dei dilectionem in ſtatu diuino reponamur,
& quodammodo ſimiles Deo ſimus in eſſen-
do: diuina autem mandata faciendo, quodã-
modo ſimiles Deo ſimus in operando. Hæc
eſt doctrina omnium doctorum catholico-
rum, communis, uera, antiqua, in diuinis ſcri
pturis contenta, reperta, & manifeſta, atque
ex illis fideliter nobis tradita: in qua iam in-
de à temporibus Apoſtolorum conuenerunt
ſemper omnes catholici tractatores, Diony-
ſius ille, & alii deinde. Charitas igitur deificat
nos formaliter, ſicut albedo formaliter deal-
bat: niſi quòd albedo id facit ex natura rei ſe-
cundum gratiam creationis, charitas autem
id facit ex acceptatione Dei ſecundum gratiã
redemptionis. Charitas eſt quæ formaliter
ponit atque conſtituit nos in eſſe uel ſtatu di- H
uino ſeu deifico, & quæ eſt nobis principium
operandi diuina. Quia uerò non poteſt intelli
gi eſſe diuinum, niſi intelligatur eſſe iuſtum
& ſanctum: non poteſt non ſequi euidenter,
charitatem eſſe iuſtitiam, charitatem eſſe ſan-
ctitatem. Non enim dat eſſe iuſtum, niſi iuſti-
tia: nec dat eſſe ſanctum, niſi ſanctitas: ſicut
nec dat eſſe album, niſi albedo; nec dat eſſe ni
grum, niſi nigredo. Rurſus charitas eſt nobis
principium operandi diuina, ac faciendi diui-
na mandata, ſicut legimus, Si quis diligit me, *Ioan. 14.*
ſermonem meum ſeruabit. Qui diligit proxi- *Rom. 13.*
mum, legem impleuit. Plenitudo legis eſt di-
lectio. Ergo charitas eſt nobis principium o-
perandi iuſta, quia iuſta ſunt diuina mandata,
ut expreſſè declarat tota diuina ſcriptura. Im
mo & charitas eſt nobis principium operandi
iuſtitiam, quia diuina mandata ſunt quædam
iuſtitia. Etiam & charitas eſt nobis principiũ
operandi iuſtificationem ſeu iuſtificationes,
quia mãdata diuina ſunt iuſtificationes Dei:
non quibus Deus ſe, ſed quibus Deus nos iu-
ſtificat. Legem pone mihi domine, uiam iu- *Pſal. 118.*
ſtificationum tuarum; & exquiram eam ſem
per. Doce me iuſtificationes tuas. Iuſtificatio
nes tuas doce me. Ex iſtis autem iam profe-
ctò ſequitur euidenter, quòd charitas ſit quæ
dam

A dam iuſtitia: quia eſt nobis principium eſſendi formaliter in eſſe diuino participato per gratiam, quod eſt iuſtum & ſanctum: & quia eſt nobis principium operandi iuſta, operandi iuſtitiam, operandi iuſtificationes. Hæc eſt charitas, qua diligimus Deum, de qua non eſt dubium quin ſubiectiuè ſit in nobis: ſicut nõ eſt dubium quin ſit in nobis fides ſeu cognitio, qua Deum credimus ſeu cognoſcimus. Neceſſariò igitur charitas qua diligimus Deũ & proximum, quæ nos conſtituit in eſſe atq; ſtatu diuino participato accidentali iuſto ac ſancto, & quæ nobis eſt principium operandi diuina, iuſta, iuſtitiam, iuſtificationem. eſt iuſtitia quædam. Quia non poteſt intelligi, quo modo id quod nos conſtituit in eſſe ac ſtatu diuino iuſto, non ſit iuſtia: nec poteſt intelligi, quomodo non ſit iuſtitia, quod eſt nobis principium operandi iuſtitiam: principium, inquam, operandi iuſtitiam, immediatum & proximum: quicquid ſit de principio mediato, aut remoto. Omnes igitur diligentes Deum & proximum, quales ſunt omnes homines iuſti & ſancti, habent in ſe iuſtitiam quandam participatam, inhærentem, ſaltem inchoatam, ipſam charitatem, qua Deum & proximum diligunt. Neque poteſt ipſa charitas non eſſe in diligentibus, ſicut non poteſt uiſio non eſſe in uidentibus.

B ADVERTENDVM eſt hic, quòd non negat Caluinus iuſtos homines huius ſæculi habere in ſeipſis inchoatam ſanctitatem aut inchoatam quandam nouitatem: concedit enim quòd ſic, ut per pœnitentiam, &c. ut poſtea in uerbis eius diſpiciemus. Sed hoc facit, quòd noſtram iuſtificationem à noſtra ſanctificatione omnino diſtinguit, & noſtram iuſtificationem non niſi noſtrorum peccatorum remiſſionem eſſe aſſerit, ſeu peccatorum non imputationem. Dicit quòd noſtra iuſtificatio eſt ſolùm noſtrorum peccatorum remiſſio uel non imputatio. Dicit quòd homines iuſti huius ſæculi prorſus nihil in ſe habent iuſtitiæ, ſed tota eorum iuſtitia eſt à dextra in ſolo Chriſto, & quòd ipſi per ſolam iuſtitiæ Chriſti imputationem dicuntur iuſti, nihil in ſe habẽtes iuſtitiæ inhærentis. Non tamen negat, ſed concedit homines iuſtos habere in ſe inchoatam ſanctitatem; docens etiam quòd dum Deus hominem iuſtificat, ſimul tempore ſed poſterius natura ipſum realiter ſanctificat. Vnde non negat mutari hominem in ſe realiter dum iuſtificatur: quia immo ut dicit mutatur realiter eo tempore & in eo inſtanti, per ſanctitatem quam in ſe recipit. Negat tamen mutari hominem in ſe realiter dum iuſtificatur, per motum realem acquiſitiuum iuſtitiæ formalis inhærentis, quæ ſit aut ponatur in illo: quia nullam talem iuſtitiam ponit in C homine aliquo iuſto huius uitæ. Nec aliquã iuſtitiam recognoſcit hominis niuentis, niſi ſolam iuſtitiam Chriſti, quæ formaliter atque inhærenter eſt in Chriſto, & quæ ſit noſtra, ut ait, per ſolam imputationem, dũ imputatur nobis. Omnia autem bona, quæ reperiuntur in nobis formaliter aut inhærenter, ut ſunt fides, ſpes, charitas, pœnitẽtia, & uirtutes aliæ negat pertinere ad iuſtitiam tanquam partes iuſtitiæ, licet tamen concedat pertinere ad ſanctitatem tanquam partes ſanctitatis. Nos uerò contra ipſum Caluinum dicimus ſecundum diuinas ſcripturas, noſtram iuſtificationem à Deo, continere & noſtrorum peccatorum nonimputationem aut remiſſionem, & gratiæ atque uirtutum infuſionem: aſſerentes ex eo quòd noſtra iuſtificatio habet non ſolùm per iuncturam in unum aut concomitantiam, ſed etiam per complexum, & uocatam cõtinentiam, noſtram ſanctificationem. Cognoſcimus iuſtitiam Chriſti, quæ formaliter eſt in ipſo, & quæ ſit noſtra dum imputatur nobis: ſed firmiter credimus & nullo modo dubitamus, ipſam imputationem qua nobis Deus imputat Chriſti iuſtitiam, operatiuam eſſe, operariq; in nobis gratiæ & uirtutum infuſionem ac peccatorum nonimputationem ſeu peccatorum remiſſionem. Omnino ſicut imputatio qua nobis Deus imputat D ſapientiam uel ſanctitatem Chriſti, eſt operatiua; & operatur in nobis non ſolùm malorum oppoſitorum expulſionem, quin etiam & ſapientiæ & ſanctitatis infuſionem aut cõmunicationem, ſeu participationem. Credimus & nullo modo dubitamus fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam & omnes uirtutes alias pertinere in nobis realiter ad iuſtitiam, ſicut pertinent in nobis realiter ad ſanctitatem. Deinde etiam firmiter credimus & nullo modo dubitamus, quòd dum homo iuſtificatur, non ſolùm ſimul, per iuncturam in unum, aut concomitantiam, ſed etiam eo ipſo, id eſt, uirtute ipſius iuſtificationis, & iuſtitiæ Chriſti imputationis mutatur realiter motu acquiſitiuo iuſtitiæ ſibi inhærentis, quia eo ipſo acquirit gratiam & uirtutem. Sicut dum homo ſanctificatur, eo ipſo, uirtute ipſius ſanctificationis, & ſanctitatis Chriſti imputationis, mutatur realiter motu acquiſitiuo ſanctitatis. Hæc ſunt quæ hactenus probauimus contra Caluinum ex diuinis ſcripturis, & doctoribus ſanctis.

VOLVIMVS autem hic de his præmonere lectorem huius operis, uel etiam aliorum, ut ſemel ſaltem aduertat non multum aut nihil eſſe, ſi quis agens contra Caluinum ĩ hac doctrina ſua de imputatiua iuſtitia, pro

E bet hominem dum iuſtificatur, mutari quaſi
in uirum alterum, per realem motum qui ſit
in ipſo homine: nanque & hoc concedit Cal
uinus, ut paulò poſt conſlabit ex dictis eius.
Diſtinguit enim inter ſeſe iuſtificationem &
ſanctificationem, ita ut neutra contineatur
in altera, nec ſit pars eius: non tamen eas di-
ſiungit, diuellitq́;, ut fiat iuſtificatio ſine ſan-
ctificatione: ſed fatetur fieri eſſeq́; iuſtificatio
nem per ſolam peccatorum nonimputatio-
nem, & illam neceſſariò ſequi ſimul tempore
ſanctificationem poſitiuam quidem & rea-
lem in ipſo homine iuſtificato. Quamobrem
fatetur, quòd dum homo iuſtificatur, ſimul
tempore mutatur motu quodam reali, non
ſolùm deperditiuo, ſed etiam acquiſitiuo: in
eo ſolùm à nobis & à noſtra doctrina uerisſi-
ma differens in hac parte, quòd aſſerit illum
motum realem acquiſitiuum eſſe tantùm ad
ſanctitatem uel uitæ nouitatem, non ad iuſti
tiā aliquam inhærentem; eſſeq́; & fieri ui aut
uirtute ſanctificationis, ſed non ui nec uirtu-
te iuſtificationis. Hæc eſt differentia. Quia
nos catholici dicimus noſtram iuſtificationē
continere etiam noſtram ſanctificationem:
aſſerentes inſuper duo, primum, quòd dum
homo iuſtificatur, mutatur in uirum alterum
motu quodam reali acquiſitiuo. Secundum
quòd ille motus fit & eſt non ſolùm uirtute
F ſanctificationis, ſed etiam uirtute iuſtificatio
nis; & eſt ad ſanctitatem, & eſt ad iuſtitiam:
quia eſt ad gratiam gratum facientem habi-
tualem creatam, fidem, ſpem, charitatem, &
cætera. Quiſquis igitur agit uel acturus eſt cō
tra Caluinum, oportet prius intelligat, quid
ipſe concedat, quid neget, & in quo ſit cardo
uel radix difficultatis, aut controuerſiæ. A-
liàs inanis erit actio, & labor erit in æqui-
uoco.

Aſſeruntur & ſoluuntur fundamenta Caluini, quibus conniteb atur aſtruere ſuum errorem, quo contendit, noſtram iuſtificationem non complecti noſtrā ſanctificationem, ſed eſſe duntaxat noſtrorum peccatorum remiſſionem, ſeu nonimputationem: ſimulq́; dum eiuſdem fundamenta conuelluntur euertunturq́;, falſa quoque eius doctrina magis magisq́; oppugnatur. Agitur de iis quæ ſunt in peccato mortali, de peccatorum remiſſione, de iuſtificatione, de beatitudine aut apotheoſi, ſeu ut uocant, beatificatione. CAP. XIII.

SIRGO rem altius intuea G
mur & conſideremus dicta
omnium, ſolùm Caluinus
uidetur ī hac perſiſtere per
fidia contra omnes, tum no
ſtros, tum ſuos: qui in pe-
ſtilenti quod edidit antido
to aduerſus cap. 8. ſeſſion 6. Concilii ſacri Tri
dentini, primum conatut confirmare, quòd
iuſtificatio impii ſit in ſola peccatorum remiſ
ſione, & non includat aliquam iuſtitiæ inhæ-
rentis infuſionem, quodq́; natura præcedat
regenerationem Spiritus ſancti, mentis no-
uitatem, cordisq́; rectitudinē. Deinde quòd
nulla ſit in hominibus iuſtis iuſtitia inhærēs,
completa, aut inchoata: ſed quòd omnis &
tota iuſtitia hominis iuſti, eſt extra ipſum in
ſolo Chriſto, cuius iuſtitia imputatur nobis
& fit noſtra ſolùm imputatiuè, dum iuſtifica
mur. Ad confutationem ergo horum homi-
nis huius errorum, impugnationem, & extin
ctionem, ſatis ſuperq́; ſufficiunt, quæ hacte-
nus dicta ſunt: quia uerò ipſe non ſolùm hoc
aſſerit, ſed & hoc multis mediis probare ni-
titur, placet eius fundamenta uerbis eiſdem
quibus ille ea complexus eſt adducere, eaq́;
omnia ſubruere atque euertere. Dicit ergo,
Quæſtio eſt uerbi, quid ſit iuſtificatio? Ne- *Verba Caluini.*
gant ſolam eſſe remisſionem, ſed renouatio-
nem & ſanctificationem ſimul contineri uo- H
lunt. Nunquid hoc uerum ſit uideamus.
Sic proponit Caluinus, & rectè dicit nos ne- *Verba Catholica.*
gare ſolam remisſionem peccatorum eſſe iu-
ſtificationem, ſed in ipſa iuſtificatione conti-
neri ſimul renouationem & ſanctificationē.
Ita enim nos dicimus ſecundum diuinas ſcri-
pturas & ſanctos Patres, ex quibus & cū qui-
bus hactenus locuti ſumus, aſſerentes no-
ſtram iuſtificationem continere remiſsionem
peccatorum, quæ nos à peccatis liberat, & ſi
mul noſtram ſanctificationem ſeu gratiæ gra-
tum facientis infuſionem, quæ nos etiam fi-
lios regni facit, & ad regnum introducit for-
maliter, ſicut arrhabo, pignus ſpiritus, & glo
riæ ſeminarium. Quod autem ipſe ſtatim aſſe
rit, quæſtionem eſſe uerbi, quid eſt iuſtifica-
tio? illud non eſt rectè dictum, ſed perperā.
Non enim eſt quæſtio de nomine, dum quæ-
ritur, quid ſit iuſtificatio, quid cōtineat, aut
in quo conſiſtat, Sed quidem eſt quæſtio de re
grauisſima, maximiq́; momenti & ſcitu di-
gna. Vtpote quòd maximi refert, maximeq́;
eſt ex uſu apud uiros, præſertim doctos, ſci-
re quid faciat Deus circa hominem quando
ipſum iuſtificat, & quid ſignificet illud nomē,
Iuſtificatio; quod profectò non eſt nomen
uanum, nec fictitium, ſed eſt nomen rei ue-
rè habens ſignificationem, & ſignificatum in
re.

A re. Nec parum refert dicere quòd iuſtificatio
hominis ſolùm ſignificat remiſsionem pecca
torum, in qua quidem ſolummodo eſt libera
tio hominis à peccato: aut dicere quòd etiã
ſignificat infuſionem gratiæ gratum facientis
per quam homo ſanctificatur, renouatur, fi-
lius Dei adoptiuus efficitur, & ad regnum cœ
lorum introducitur. Maximè cum poſsit ima
ginari facillimè ſtatus medius, qualis eſſet ſta
tus illius hominis quem Deus per ſuam om-
nipotentiam à peccatis omnibus peccato-
rumq; reatibus cunctis liberaret per remiſ-
ſionem peccatorum, & ad regnum non ordi
naret per gratiæ gratum faciẽtis infuſionem,
aut per ſuam Dei acceptationem. Quis nega
bit poſſe modo dari apud Deum, talem homi
nis ſtatum? Id enim apud Deum abſque du-
bio effici poteſt, cum poſsit ille hominibus
eorum peccata remittere, & omnino condo
nare ut non amplius ad gehennam uel pœnã
aliquam ſenſus teneantur: & illos ſic relinque
re, ut nullo modo ad claram Dei uiſionem ad
mittantur. Vel ſi ſtatus ille non poteſt da-
ri, poteſt tamen ſine dubio mente & ima-
ginatione complecti: hoc autem nobis ſuffi-
cit ad declarationem, quia illos homines ſic
à peccatis liberatos, non diceremus iuſtifica
tos, quos ſcimus uel ſupponimus ad gloriam
non ordinatos. Iuſtorum enim omnium eſt
B uita æterna ſecundum legem Dei datam, quẽ
admodum legimus, Iuſti autem in perpetuũ
uiuent. Fulgebunt iuſti ſicut Sol in conſpe-
ctu Dei. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt
& non tanget illas tormentum malitiæ, uiſi
ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt
in pace. Fulgebunt iuſti & tanquam ſcintillæ
in arundineto diſcurrent, iudicabunt natio-
nes & dominabuntur populis, & regnabit do
minus illorum in perpetuum. Iuſtus ſi morte
præoccupatus fuerit, anima eius in refrigeriũ
Mat. 25 erit. Ibunt iuſti in uitam æternam. Et multa
alia. Vnde igitur ſecundum Dei legem no-
bis datam, omnis & ſolus ille peccator intel-
ligitur iuſtificari, qui à peccatis liberatur, in
filium Dei adoptatur, & ad gloriam ordina-
tur, ſaltem ſecundum præſentem iuſtitiam:
ſecundum quam etiam legem datam Dei, ne
mo in Dei filium adoptatur, niſi eo ipſo ſan-
ctificetur, renouetur, & à uetuſtate in noui-
tatem ſpiritus mutetur. Quamobrem nos ip
ſi ſecundum diuinas ſcripturas & ſanctos pa-
tres, rem uel ſignificatum nominis declaran-
tes, optimè dicimus, nomine iuſtificationis,
ſignificari peccatorum remiſsionem, & ſi mul
hominis renouationem, ac ſanctificationem.
Semper intelligentes Deum iuſtificare homi
nes non ſolùm ab illis peccata remouendo,
ſed etiam illis gratiam gratum facientem &
ã

alia dona ſua impertiendo, communicando, C
atque donando poſitiuè. Non eſt igitur hæc
quæſtio uerbi, aut nominis, qua quæritur,
Quid ſit iuſtificatio hominis peccatoris? ſed
quidem eſt quæſtio rei, quærens quid faciat
Deus in homine peccatore uel circa ipſum,
dum ipſum iuſtificat: quid faciat, inquam, in
homine, tenens ſe ex parte iuſtificationis, ſeu
ex parte iuſtificantis: uidelicet eo ipſo quòd
iuſtificans iuſtificat. Quia certè non ſolùm
nobis peccata noſtra remittit, quin etiam gra
tiam gratum facientem & dona alia nobis in-
fundit. Duæ mutationes ſunt ſine dubio, re-
miſsio culpæ & infuſio gratiæ, ut iam ſatis di *Lib. præ-*
ctum eſt & monſtratum: atque illas duas po *ſenti.*
reſt Deus ſeparare inuicem de potentia ſua
abſoluta, ſecundum eam ſententiam docto-
rum quam reputauimus ueriorem: licet alii
dicant illas eſſe omnino ĩſeparabiles pro hoc
ſtatu, etiam ſecundum potentiam abſolutam
Dei. Sed nomẽ Iuſtificatio, ambas ſignificat:
Pulchrè quæſiuit Scotus in ſuis ſententiiis, *Scotus.*
An ex hoc ſuppoſito (uidelicet quòd per cir *Lib. 4.*
cuncifionem peccatum originale delebatur) *diſt. 1.*
ſequatur neceſſariò gratiam in circuncifione *quæſt. 6.*
conferri? & reſpondet quòd de potentia ab- *Ibidem.*
ſoluta Dei non, ſed de potentia Dei ordinata D
ſic. Pulchrè ſentit, quòd Deus de potentia *Lib. 4.*
ſua abſoluta poteſt remittere culpam abſque *diſt. 14.*
eo quod ipſam puniat. Et pulchrè etiam quæ *quæſt. 1.*
rit; Vtrùm remiſsio uel expulſio culpæ & in- *Art. 2.*
fuſio gratiæ, ſint una ſimpliciter mutatio? *Lib. 4.*
Ad quod etiam optimè dicit, quòd infuſio *diſt. 16.*
gratiæ & expulſio culpæ, ſeu magis propriè *quæſt. 2.*
loquendo, remiſsio culpæ, non ſunt ſimplici
ter una mutatio, ſed duæ: ambæq; ſeparabi-
les ab inuicem. Bene quoque notauit quòd *Lib. 4.*
in iuſtificatione peccatoris, eſt una mutatio *diſt. 1.*
priuatiua, qua de inimico fit non inimicus, *quæſ. 6.*
eſt etiam alia poſitiua, qua de indigno uita
æterna, fit dignus uita æterna, & de non po-
tente meritoriè agere, fit potens agere meri
toriè. Vbi concludit quòd licet ex prima mu
tatione non poſsit concludi aliqua forma no
ua in iuſtificatione, tamen ex ſecunda poteſt:
& reducit ſe ad argumentum quod alibi fece-
rat pro eodem. Itaque certiſsimum eſt & fuit *Lib. 1.*
ſemper apud omnes ſapientes catholicos, has *diſt. 17.*
eſſe duas mutationes: controuerſia eſt apud *quæſ. 2.*
Scholaſticos doctores, An poſsint ſeparari
altera ab altera in hoc ſtatu: ſed quoque eſt
certiſsimum ratumq; apud omnes, ambas
has contineri in iuſtificatione peccatoris.
Quem enim Deus iuſtificat, non ſolùm à pec
catis liberat, ſed ei quoque gratiam confert,
& ad regnum cœlorum ordinat: amicum ſuũ
facit, potentemq; iuſtè ſeu meritoriè uiuere
atque operari. Nõ eſt igitur hæc quæſtio uer
bi,

E bi, ſed rei: & rei quidem utique grauiſsimæ, ut conſtat ex dictis. Sed iam modo Caluinũ iterum audiamus ſuum falſum dogma probantem.

Verba Caluini. VERBA Pauli ſunt cap. ad Rom. 4. Dauid beatitudinem hominis dicit, cui Deus imputat iuſtitiã ſine operibus. Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates. Si ex hac Dauidis ſententia, Paulus gratuitæ iuſtitiæ definitionem rectè dicit, Sequitur in remiſsione peccatorum eſſe poſitã. Sic enim interpretatur Paulus, iuſtũ à Dauide nuncupari, cui Deus iuſtitiam imputat, non imputando peccata.

Verba Catholica. RESPONDEMVS, Primùm quidem ſermo Apoſtoli erat & intentio, in eo quod docere uolebat atque docebat, hominem iuſtificari apud Deum per fidem, id uidelicet quod Deus acceptat ſeu imputat fidem hominis ad iuſtitiam eius abſque operibus præcedentibus: & ad hoc introducit ſcripturam dicentem, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Vt autem ſuam hãc doctrinam confirmaret, aut magis perſpicuã claramq́; redderet, exemplum poſuit ex uerbis Dauid, dicens, Quemadmodum & Dauid beatificationem hominis dicit, cui Deus accepto fert, aliàs imputat, iuſtitiam abſque operibus: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata &c. Ex F hoc autem uerbo Dauidis adducto, nihil aliud noluit dicere Apoſtolus, niſi quòd ſi beatus eſt, cui peccata ſecundum gratiam remiſſa ſunt: terque, quaterq́; certè beatus eſt, quẽ Deus ſecundum gratiam iuſtificauit per fidẽ acceptando illam ſibi ad iuſtitiam. Ita interpretantur Photius, Oecumenius, Chryſoſtomus, Theophilactus: ut ſic intelligamus beatificationem & iuſtificationem hominis non ſolùm in eo quòd peccata ei non imputantur ex gratia, ſed etiam in eo quòd fides ei præſtatur & gratia, qua formaliter & poſitiuè iuſtificatur. Vt ſi iuſtificatio quædam intelligitur in remotione malorum, multo magis & melius intelligatur iuſtificatio in communicatione, participatione, & infuſione bonorũ. Quod profectò bene notat Chryſoſtomus, ſignificans, Deum magnificentius ſe habere nobiſcum dum nos iuſtificat, quàm quòd ſolùm nobis peccata remittat: quia uidelicet & nobis peccata remittit, & gratiam ſuam ac donа nobis infundit. Deinde dicimus conſtanter quòd Apoſtolus nullo modo hic definit iuſtificationem hominis ex ſola remiſsione peccatorum: ſed hoc tantùm facit, quòd ex illa oſtendit iuſtificationẽ quæ eſt à Deo per infuſionem & acceptationem fidei. Nõ quòd hæc duo aut alterum horum ab una iuſtificatione totali ſeparaſſet, ſed ut alterum per alterũ ſignificantius aut explicatius docuiſſet: G nec multum refert partem iuſtificationis appellare iuſtificationem, maximè dum fit ad maiorem declarationem. Dauid etiam non dixit, Iuſti quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Iuſtos uir cui non imputauit dominus peccatum. Sed dixit, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Et Apoſtolus iuxta hæc uerba non de hominis iuſtificatione, ſed de hominis beatificatione locutus eſt formaliter, dicens, Quemadmodum & Dauid beatificationem hominis dicit, cui Deus accepto fert iuſtitiam abſque operibus: Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates &c. Ecce de beatificatione hominis erat formalis ſermo, cui dominus accepto fert uel acceptat aut imputat ſeu reputat iuſtitiam, ad remiſsionem peccatorum. In diuina autem ſcriptura non ſolùm dicuntur beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, nec ſolùm dicitur beatus uir cui non imputauit Dominus peccatum, quin etiam & multi alii: Sic enim legimus, *Iob 5.*
Beatus homo qui corripitur à Domino. Beatus uir qui non abiit in conſilio impiorum. *Pſal. 1.* H
Beata gens cuius dominus Deus eius. Beatus *Pſal. 32.*
uir qui ſperat in eo. Beatus uir cuius eſt no- *Pſal. 33.*
men domini ſpes eius. Beatus qui intelligit *Pſal. 39.*
ſuper egenum & paupere. Beatus uir cuius *Pſal. 40.*
eſt auxilium abs te. Beatus uir qui timet do- *Pſal. 83.*
minum. Beatus homo qui inuenit ſapientiã. *Pſal. 111.*
Beatus qui miſeretur pauperis. Beatus ho- *Prou. 3.*
mo qui ſemper eſt pauidus. Qui cuſtodit le- *Ibi. 24.*
gem beatus eſt. Beatus uir qui miſeretur & *Ibi. 28.*
commodat. Beatus eſt qui non fuerit ſcanda- *Ibi. 29.*
lizatus in me. Beatus ille ſeruus quem cum *Matt. 11.*
uenerit dominus inuenerit uigilantem. Bea *Luca 12.*
tus uir qui ſuffert tentationem. Beatus qui *Iacob 1.*
legit & qui audit uerba prophetiæ huius. Bea *Apoc. 1.*
ti omnes qui confidunt in eo. Beati qui habi *Pſal. 2.*
tant in domo tua domine. Beati qui cuſtodiũt *Pſal. 83.*
iudicium & faciunt iuſtitiam in omni tempo *Pſal. 105.*
re. Beati immaculati in uia. Beati ſcrutan- *Pſal. 118.*
tur teſtimonia eius. Beati omnes qui timent *Pſal. 127*
dominum. Beati pauperes ſpiritu. Beati mi *Matt. 5.*
tes. Beati qui lugent. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Beati miſericordes. Beati mundo corde. Beati pacifici. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Beati eſtis cum maledixerint uobis homines, & perſecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus uos mentientes propter me. Et multa alia penè infinita. Vnde igitur ſicut ex nullo horum nec ex omnibus iſtis ſimul ſequitur, gratiæ infuſionem non pertinere ad hominis iuſtificationem: ſic nec ex illis uerbis allegatis. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.

Beatus

A Beatus uir cui nõ imputauit dominus peccatum. Quid ergo uoluit Apoſtolus Paulus ex illis deducere? Id quod iam paulò ante diximus, & omnes doctores catholici conformiter & ſine controuerſia dicunt, liberalitatem Dei & magnificentiam eius obſeruatam ab eo ſemper in iuſtificandis hominibus: qua non ſolùm eis peccata condonat per peccatorum remiſsionem, ſed etiam eos in filios adoptat & ad gloriam ordinat per gratiæ & aliorum donorum ſuorum infuſionem. Sed & ſi Apoſtolus aliquando peccatorum remiſsionem appellaſſet iuſtificationem, adhuc illud nullo modo cotra hanc catholicam doctrinam eſſet, qua dicimus iuſtificationem & remiſsionem peccatorum & infuſionem gratiæ continere. Tum quia cùm iuſtificatio infallibiliter & in ſeparabiliter contineat illas duas mutationes de quibus ſatis diximus, peccatorum remiſsionem, & gratiæ infuſionem; non multum eſt eam partem à toto denominari, quæ non poteſt de lege ordinata ſine toto reperiri. Tum etiam quia intelligendo per remiſsionem peccatorum, abolitionem omnium malorum quæ per peccatũ introducta fuerunt, & reductionem hominis in integrum ad omnia bona quæ per peccatum fuerunt deperdita; nullo modo poteſt intelligi, nedum eſſe, peccatorum remiſsio,

B abſque gratiæ infuſione. Conſtat hoc omnibus, qui ſciunt cũcta illa quæ in peccato mortali, ſaltem tranſgreſsionis ſeu commiſsionis continentur, & nomine peccati quodammodo ſignificantur. Quot ſunt illa? Octo. Quæ ſunt? Actus ipſe peccati, culpa, offenſa, macula, tenebra, reatus ad pœnam, pœna ipſa ad quam obligatur homo per peccatum, & pronitas ad peccandum quæ oritur ex peccato ſiue ex actu peccandi. Actus peccati, eſt ipſum opus, ſeu ipſe actus, in quo quis peccat: culpa, eſt quædam priuatio debitæ rectitudinis in ipſo actu uel in uoluntate, ſeu carentia ipſius rectitudinis debitæ haberi, in eo quod omnes tenemur operari uel non operari ſecundum legem Dei: Offenſa, eſt auerſio à Deo ſeu à bono incommutabili & conuerſio ad creaturam ſeu ad bonum commutabile, quod certè fit quoties homo mortaliter peccat, ſaltem formaliter, uel uirtualiter, uel æquiualenter, quod ſic dicimus propter peccatum omiſsionis: Macula, eſt deformitas in anima ſiue immunditia largè dicta, & re uera, eſt carentia ſeu priuatio pulchritudinis prius habitæ formaliter per gratiam gratum facientem, fidem, ſpem, charitatem, & alias uirtutes, & nunc debitæ in eſſe. Sicut enim in corpore humano quod adoratur ueſtibus corporalibus circundantibus illud, eſt

Octo ſunt in peccato, quæ intelliguntur nomine peccati, uel cadunt ſub illo.

Actus peccati.

Culpa.

Offenſa.

Macula.

G quædam pulchritudo, lux, gloria, & honeſtas, quibus ueſtibus ſi homo careat, deformis redditur, & non eſt illa deformitas niſi inopia ueſtium uel ornatus neceſſarii; ſic in animabus noſtris fit, quoties mortaliter peccamus. Eſt enim anima noſtra naturaliter imago Dei, & pulchritudo quædam eius ſuperaddita eſt gratia gratũ faciens, fides, ſpes, charitas, & quælibet uirtus: unde cum gratiam & uirtutes habeat, eſt pulchra nimis, bene ornata, beneq; ſpiritaliter compoſita: cũ autem gratia & uirtutibus caret, eſt deformis, & dicitur maculata, ſeu polluta, ipſis gratiæ ac uirtutum, carentiis, ſeu priuationibus. Aut etiam ſicut Magiſter ſententiarum bene dixit, macula eſt diſsimilitudo ſeu elongatio animæ à Deo. Dicit nanque, Sicut enim qui tangit morticinium uel aliud immundum, ita pollutus eſt poſt tactum quouſque lauetur, ſicut fuit dum tangeret; ita poſt actum peccati ita polluta remanet anima, ſicut fuit in ipſo actu peccati: quia ita eſt longe à Deo per diſsimilitudinẽ, qui eſt uita & munditia mentis, ſicut fuit dum peccatum ageret. Ipſa ergo diſsimilitudo quæ ineſt animæ ex peccato, & eſt à Deo elongatio, animæ macula intelligitur, à qua purgatur in pœnitentia. Hæc ille. Vnde igitur macula quam contrahit anima ex

D peccato, eſt carentia gratiæ & uirtutum, ſeu, quod idem eſt, quædam diſsimilitudo Dei, aut, quod idem eſt quoque, elongatio à Deo per diſsimilitudinem. Tenebra, eſt caligo quædam interior, quam incurrit anima per peccatum, ob id quod per illud uel propter illud perdit gratiam & uirtutes, & ex tunc eo ipſo patitur læſionem quandam bonorum naturalium à bonis gratuitis deſtitutorum, atque conſequenter manet ſub quadam caligine mentis, minus potens, & minus cognoſcens, aut minus ſciens. Sic doctores communiter diſtinguunt de macula & tenebra in peccato. Sed ſanctus Thomas peccatum, dicit eſſe maculam, in quantum eſt pura priuatio gratiæ, uirtutum, & ſimilitudinis aut conformitatis ad Deum: ipſumq; peccatum dicit eſſe tenebram, in quantum quaſi quid poſitiuum eſt quoddam obſtaculum interpoſitum ratione cuius anima non recipit à Deo gratiam & claritatem. Reatus, eſt obligatio ad pœnam; qui reatus ſurgit, ſeu ortum habet ex lege Dei ordinante tale uel tale peccatum ad talem uel talem pœnam. Pœna, eſt id quod pro peccato debetur, & ad quam homo per ipſum reatum ordinatur, obligatur, aut deputatur: ſiue ipſa pœna ſit æterna, ſiue temporalis, ſiue ſenſus, ſiue danni. Pronitas, eſt habitus uel diſpoſitio, uel tale quid aliud

per

Magiſt. ſent. Lib. 4. Diſt. 18. in ſinc. Leuit. 11. Num. 19.

Tenebra

Vbi ſup. cũ M. S. Lib. 4. diſt. 14. quæſt. 2. Art. 2.

Reatus.

Pœna.

Pronitas

E per modum habitus uel diſpoſitionis, quod per actum peccati naturaliter uel neceſſariò introducitur, poſt actum peccati manet tanquam quid poſitiuum, & ad peccandum inclinat, aut facilitat. Ecce octo quæ ſecundum Dei legem datam neceſſariò ſunt in quolibet peccato mortali, ſaltem in peccato commiſſionis: & quicquid ſit de omnibus aliis, tertium illorum, ideſt, macula, maximè conſiderandum eſt, aduertendum, ponderãdum, & cognoſcendum. Quia quidem non eſt dubium, nec eſſe poteſt, quin per peccatum maculetur anima ſuo modo, deformis fiat & polluta, diſſimilis Deo, & longè ab ipſo, uilis, & turpis, pauper, inops, ſordida, & abiecta: atque rurſus neque eſt nec eſſe poteſt dubium, quin talis maneat ipſa anima poſt actum peccati, quandiu eſt ſub peccato, quouſque ad perditam ſeu priſtinam pulchritudinem atque Deiformitatem reducatur, & reuertatur. Ita docent tota ſcriptura diuina & omnes doctores ſancti, in quibus nouimus manifeſtè ſpiritalem maculam, turpitudinem, deformitatem, nuditatem, immunditiam, contaminationem, uilitatem, fœtorem, ac fœditatem, & ſpurcitiam animæ peccatricis. Ergo ſi intelligimus remiſſionem peccati quantum ad omnia quæ ſunt in paccato, utique nullo modo poſſumus intelligere remiſſionem peccati, niſi ſimul intel-

F ligamus poſitionem eorum bonorum quorum priuationem importat, ſignificat, includit, aut ponit peccatum. Etenim iu uniuerſum priuatio nec intelligitur nec poteſt intelligi niſi per habitum, nec tollitur nec poteſt tolli niſi per poſitionem habitus: quod certè patet de cæcitate, quæ eſt priuatio uiſionis in ſubiecto apto nato uidere. Ita nanque definitur priuatio generaliter, ut ſi dicatur eſſe, Negatio in ſubiecto apto nato. Cũ igitur peccatum mortale quodcunque, tum commiſſionis, tum omiſſionis, importet, includat, ſignificet, aut ponat maculam iu anima, ſiue priuationem gratiæ gratum facientis, charitatis, uirtutum aliarum, & Deiformitatis: non poteſt intelligi peccati remiſſio, niſi eo ipſo intelligatur gratiæ, charitatis, ac Deiformitatis poſitio, ſeu infuſio. Saltem ſtante Dei lege data, ſecundum & iuxta quam nouimus quid eſt peccatum, & quid facit in anima: polluit enim illam, maculat, deturpat, immundat, fœdat, deformat: quia gratiam, charitatem; uirtutes alias, & Deiformitatẽ ab ipſa anima excludit, & priuationẽ tantorum bonorum continet. Leua in directũ oculos tuos, & uide unde nunc proſtrata ſis. Quam uilis facta es nimis iterans uias tuas. Tu autem fornicata es cum amatori-

Definitio ſeu deſcriptio priuationis.

bus multis, tamen reuertere ad me dicit dominus. Hoc eſt igitur propter quod & Dauid prius & Paulus poſterius, Propheta & Apoſtolus dixerunt, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Quia uidelicet remiſſio peccati ſeu peccati nonimputatio etiam ſi intelligatur ſola eſſe, per ſeipſam etiam ſola eſt magnum bonum: cum ſine dubio, ipſa mutatio qua anima fit de eſſe ſub peccato imputato ad nõ eſſe ſub peccato imputato, ſit ipſi animæ ualde conueniens: & conſtat quòd eſt magnum bonum, liberatio à magno malo. Rurſus etiam Propheta & Apoſtolus ita ueriſſimè dixerunt, quia ſtante Dei lege data, non datur nec poteſt dari peccati remiſſio, quin eo ipſo detur gratiæ & charitatis ac Deiformitatis infuſio, ſanctificatioque. Nihil ergo ualet argumentum Caluini, nec ulla probabili ratione ſaltem fucata nititur, quantum ad id quod ipſe per illud probare uult, iuſtificationem nou continere ſanctificationem, ſed ſolùm eſſe peccatorum remiſſionem. Quod etiam manifeſtè apparet in eo, quòd Apoſtolus, ipſam peccatorum remiſſionem ſeu non imputationem, appellauit beatitudinem, dicens ſtatim, Beatitudo ergo hæc, iu circunciſione tantùm manet, an etiam in præputio? Ecce beatitudinem appellat remiſſionẽ ſeu nonimputationem peccatorum, de qua ſtatim dixerat, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatum. His enim adiecit ſtatim, Beatitudo ergo hæc, in circunciſione tantùm manet, an etiam in præputio? Nunc igitur quæſo, Nunquid quia Apoſtolus remiſſionem ſeu nõ imputationem peccatorum appellauit beatitudinem, poſſumus concludere aut aſſerere quòd beatitudo ſolam peccatorum remiſſionem aut nonimputationem contineat? Nunquid ideo poſſumus dicere, beatitudinem nõ continere noſtram ſanctificationem? Nunquid ideo poſſumus dicere beatitudiuem nõ continere claram Dei uiſionem? Abſit. Continet enim beatitudo, æternam uitam: nec ſine uita æterna poteſt eſſe aut intelligi beatitudo, Vt optimè adnotauit Auguſtinus in De Trinitate. De uita uerò æterna dicit Saluator noſter ueriſſimè. Hæc eſt autem uita æterna: ut cognoſcant te, ſolum Deum uerum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Porrò etiam & de beatitudine omnes catholici conuenimus, quòd eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus: quòd etiam Beatus eſt qui habet quicquid uult, & nihil mali uult. Continet ergo beatitudo non non ſolùm

G *Pſal. 31.* *Rom. 4.*

H

Ioan. 17.

Lib. 4. ſentent. diſt. 49.

A lùm peccatorum noſtrorum remiſsionem ſeu nonimputationem, quin etiam & noſtrã ſanctificationem, atque glorificationem, noſtram claram Dei uiſionem, noſtramq; Dei clarè uiſi fruitionem. Vnde quidem per hoc quod Apoſtolus noſtrorum peccatorum remiſsionem & non imputationem appellauit beatitudinem, nullo modo poſſumus concludere aut aſſerere quòd beatitudo noſtra ſolam peccatorum noſtrorum remiſsionẽ aut nonimputationem contineat, aut complectatur. Eodemmodo nobis dicendum eſt de noſtra iuſtificatione, & ſi aliquando Apoſtolus peccatorum remiſsionem appellaſſet iuſtificationem: & iuſtificatio enim aliquid aliud à peccatorum remiſsione continet, ſicut & ipſa beatitudo, aut beatificatio. Secùdum hos reſpectus circa illud Apoſtoli, Quos uocauit, hos & iuſtificauit. Dicit Gloſſa, Remiſsione peccatorum. Quaſi iuſtificationem appellet aut per illam intelligat peccatorum remiſsionem. Propter quos reſpectus etiam cum ſanctus Thomas mouiſſet quæſtionem, Vtrùm iuſtificatio impii, ſit remiſsio peccatorum? determinauit iuxta hanc ſtatim allegatam Gloſſam, dicens, Ergo remiſsio peccatorum, eſt iuſtificatio. Videns autẽ in corpore articuli atque conſiderans, iuſtificationẽ paſsiuè acceptam importare motum ad iuſtitiam, ſicut & calefactio motum ad calorem

Rom.8. *Gloſſa ibidem.* *Prima 2. queſ.113. art.1.* *Ibidem.*

B ſignificat: quodq; iuſtitia huiuſmodi, fit in homine ſecundum rationem aut poteſt fieri uno modo per modum ſimplicis generationis, quæ eſt ex priuatione ad formam, alio modo ſecundum rationem motus qui eſt de contrario in contrarium: Sciens etiam quòd iuſtificatio impii fit quidem hoc ſecundo modo, & importat tranſmutationem quandam de ſtatu iniuſtitiæ ad ſtatum iuſtitiæ: atque quòd motus denominatur magis à termino ad quẽ quàm à termino à quo, ſic poſuit ultimam reſolutionem, Ideo huiuſmodi tranſmutatio qua aliquis trãſmutatur à ſtatu iniuſtitiæ per remotionem peccati, ſortitur nomen à termino ad quem, & uocatur iuſtificatio impii. Hæc ille. Quibus ſatis declarat quòd iuſtificatio impii aliquando quidem accipit nomẽ à termino à quo qui remouetur; & dicitur remiſsio peccati: Sed magis propriè accipit nomen à termino ad quem qui acquiritur, & dicitur iuſtificatio impii. Poteſt etiam optimè ſine dubio iuſtificatio non nunquam dici peccatorum remiſsio, accipiẽdo nomen à fine omnium aliorum quæ requiruntur ad iuſtificationem impii. Etenim in iuſtificatione impii, remiſsio peccatorum, eſt finis, ſaltem omnium aliorum neceſſariorum ad illam, ſicut legimus apud Eſaiam, Iſte

Eſa.27.

eſt omnis fructus, ut auferatur peccatum. Ita conſiderauit ſanctus Thomas remiſsionẽ peccatorum, ut probaret eam debere numerari inter ea quæ requiruntur ad impii iuſtificationem. Quia uidelicet in ennmeratione eorum quæ requiruntur ad rem, nõ debet prætermitti finis, qui eſt potiſsimum in unoquoque: & remiſsio peccatorum eſt finis in iuſtificatione impii. Adducit prædictam Eſaiæ teſtificationem. Sed hi ſunt alii reſpectus, qui non tollunt communem doctrinã doctorum ſanctorum, nec proprietatẽ maiorem ſermonum, nec ueritatem ſanctarum ſcripturarum, quibus certò nouimus, noſtram iuſtificationem continere etiam, magisq; ſignificare noſtram ſanctificationem, ut conſtat ex dictis. Quia re uera, motus magis nominatur à termino ad quem quàm à termino à quo, & iuſtificatio eſt motus ad iuſtitiam tanquam ad terminum ad quem. Poteſt etiam peccatorum remiſsio dici iuſtificatio, non per identitatem, ſed per cauſalitatem, concomitantiam, aut conſecutionem, ſicut dicimus omnes, quòd corruptio unius, eſt generatio alterius. C

Prim.2. queſt.113. art.6.

DICIMVS ergo quòd ſicut dum Apoſtolus remiſsionem peccatorum ſeu nonimputationem eorum, appellat beatitudinem aut beatificationem, nullomodo ita intelligit, quaſi beatitudo ſolùm dicat aut ſolùm ſignificet peccatorum remiſsionem ſeu non imputationem, ſed ab alios reſpectus bonos iam declaratos: Sic dum aliquis remiſsionem ſeu nonimputationem peccatorum appellat iuſtitiam aut iuſtificationem, nullo modo ita intelligit, quaſi iuſtitia ſeu iuſtificatio ſolam peccatorum remiſsionem ſeu nonimputationem dicat aut ſignificet, ſed propter alios reſpectus iam dictos. Et hoc, intelligendo per remiſsionem ſeu nonimputationem peccatorum, ſolam liberationem hominis à reatibus peccatorum quibus ordinatur uel ordinabatur ad pœnam. Si autem Caluinus per remiſsionem peccatorum intelligit liberationem hominis ab omnibus malis quæ ipſe propter peccatum incurrit, & quæ nomine peccati aliquo modo ſignificantur, profectò nihil dicit contra nos: Quia immo & nos eodẽ modo dicimus, quando remiſsionem peccatorum tali modo accipimus. Sed ſic accipiẽdo, manifeſtum eſt quòd non poteſt intelligi, nedum eſſe, peccatorum talis remiſsio, quin ſimul intelligatur omnium bonorũ quæ peccatum abſtulit, poſitio: & manet etiam hoc modo firma noſtra ſententia: ut noſtra iuſtificatio ſit quoque noſtra ſanctificatio, noſtraq; renouatio, & utique reformatio. D

PLACET multum quod docuit Scotus;

E ſolam remiſsionem peccatorum ſeu offenſæ
ſecundum ſe, minus eſſe, quàm ſit iuſtum eſ-
ſe: quia ut iam diximus & ſæpedicendum eſt,
ſola remiſsio offenſæ per ſe conſiderata, nihil
aliud facit niſi quòd hominem ab inferno li-
berat: iuſtificatio autem, iuſtitia, ſeu iuſtum
eſſe non illud ſolum habet, ſed inſuper red-
dit hominem ad gloriam acceptum. Iuſti au
tem in perpetuum uiuent. Fulgebunt iuſti ſi
Mat.25. cut Sol in conſpectu Dei, Iuſti autem ibunt
in uitam æternam. Et multa alia eodem ſpe-
ctantia de quibus conſtat apud omnes. Vt
nuda ſeu pura peccatorum remiſsio ſeu non-
imputatio, nullo modo ſit hominis iuſtifi-
catio: ſed quædam pars eius, uel quid requi
ſitum ad illam.

MIRA eſt igitur hæc prima Caluini pro-
batio, quæ omnino eſt extra propoſitum pro
poſitionis ac diſputationis, nec probat nec
ſuadet, nec aliquam probandi uel ſuadendi
faciem præſefert; & ſi aliquid faceret, magis
profectò probaret oppoſitum, quàm propo
ſitum: magis noſtrum, quàm Caluini. Eſt
extra propoſitum, quia cùm Caluinus pro-
ponit agere de iuſtificatione, noſq; agimus
de iuſtificatione, iuſtitia & iuſto: probatio
uerò hæc Caluini agit de beato, beatis, atq;
beatitudine; debuit probare quòd iuſtifica-
tio ſit ſola remiſsio peccatorum, & nihil aliud
includat niſi ſolam nonimputationem pecca-
F ti: nihil autem horum facit, ſed ſolùm oſten
dit illos appellari beatos quorum remiſsæ
ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt pecca
ta, & quibus dominus non imputat peccatũ.
De his autem quid? Et nos enim toto corde
confitemur, beatos appellari omnes hos ta-
les, quibus Deus ſic acceptato fert iuſtitiam,
ut peccata eorum remmittat, ut eorum pec-
cata tegat, ut eis peccatum non imputet: ad
dentes cum Apoſtolo quòd hæc beatitudo re
peritur non ſolùm in circuncisione, ſed etiã
in præputio: quia in fide quæ per charitatẽ
operatur, & non alibi. Sed hæc omnia ſunt
extra propoſitum, quia ut conſtat, non agi-
mus de beatitudine, beato, beatis, aut bea-
tificatione: immo agimus de iuſtitia, iuſto,
iuſtis, iuſtificatione. De his oportebat Cal-
uinum loqui, non de aliis, Ob quod etiam
ſua hæc probatio non ſolùm non probat nec
ſuadet, quinimmo nec probandi aut ſuaden-
di ullo modo aſpectum præſefert. Quæ enim
ſunt extra propoſitum; nec apparenter pro-
bant: unde apud omnes ſcientes repelluntur,
& tanquam flocci facienda, uerbo, Tranſeat;
intacta, eo quod impertinentia ſint, relinquũ-
tur. Dicimus igitur quòd quicquid ſit de bea
titudine, beatis, beato, & beatificatione,
de quibus nunc non loquimur: non tamen
iuſtificatio eſt ſola remiſsio ſeu nonimputa- G
tio peccatorum, ſed remiſsio peccatorum
eſt pars iuſtificationis: quia ad iuſtificationẽ
pertinet, & peccatorum nonimputatio, &
gratiæ ac uirtutum infuſio. Et ſi hæc proba-
tio Caluini aliquid faceret, magis probaret
oppoſitum quàm propoſitum, magis pro-
poſitum noſtrum quàm propoſitum Calui-
ni. Cum enim remiſsio ſeu nonimputatio
peccati, ſit & dicatur beatitudo, magis in-
de ſequitur quòd remiſsio peccati iclndat ali
quid poſitiuum, quàm quòd ſit pura nega-
tio. Quare ſic? Quia beatitudo utique, ali-
quod poſitiuum includit. Non enim eſt bea-
titudo ſolũ carere malis, ſed eſt beatitudo &
malis carere, & bona habere. Eſt enim bea-
tus, qui habet quicquid uult & nihil mali
uult: atque eſt beatitudo, ſtatus omnium
bonorum aggregatione erfectus. Satiſq;
conſtat ex iam dictis, beatitudinem include-
re multa bona poſitiua. Beati pauperes ſpi- Matt.5.
ritu. Beati mites. Beati qui lugent. Beati
miſericordes. Beati qui eſuriunt & ſitiunt
iuſtitiam. Beatus uir qui non abiit in con- Pſal.1.
ſilio impiorum & in uia peccatorum non
ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſe-
dit. Sed in lege domini uoluntas eius, &
in lege eius meditabitur die ac nocte. Quia
igitur beatitudo multa poſitiua includit,
& remiſsio ſeu nonimputatio peccati di- H
citur beatitudo: magis eſt argumentum ad
probandũ quòd remiſsio peccati aliquid po-
ſitiuum includit, quàm ad probandum quòd
iuſtificatio non includit aliquid poſitiuum.
Manifeſtius agamus ex hoc loco, ſic deducẽ-
tes, Remiſsio peccati, dicitur iuſtificatio ſeu
iuſtitia, & remiſsio peccati dicitur beatitu-
do ſiue beatificatio: Igitur ſicut ex eo quod
remiſsio peccati dicitur beatitudo, non poſ
ſumus concludere, quòd beatitudo nihil in-
cludat niſi peccatorum remiſsionem ſeu non
imputationem: Sic ex eo quòd remiſsio ſeu
nonimputatio peccati, dicitur iuſtitia uel iu-
ſtificatio, non poſſumus concludere quòd iu
ſtificatio ſiue iuſtitia nihil includat niſi pecca
torum remiſsionem ſeu nonimputationem.

QVARE igitur remiſsio ſiue nonimpu-
tatio peccati, dicitur beatitudo? Tum pro-
pter conſuetudinem loquendi, quæ omne
magnum bonum appellat beatitudinem; &
eſt magnum bonum non teneri reatibus pec
catorum: Tum quia liberari à peccatis ſeu li
berum eſſe ab illis, eſt magna pars & quaſi
prima in genere cauſæ materialis, peruenien
di ad propriam beatitudinem, & ingrediendi
regnum, quò non intrat aliquod immundum
ſeu inquinamentum habens: Tum quia ſecun
dum Dei legem datam nobis, nemini remit-
tuntur

A tuntur peccata, quin ei ſimul gratia atque uir
tutes condonentur, quibus fiat abſolutè iu-
ſtus, ſanctus, & ordinatus ad regnum beato
rum. Tum quia remiſsio peccati quantum
ad omnia quæ ſunt in peccato, ut iam ſæpe
dictum eſt, includit poſitionem per peccatū
amiſſorum bonorum. Eodem pertinet, quòd
Act. 26. ſi Apoſtolus optimo iure exiſtimabat ſe bea-
tum, cū eſſet defenſurus ſe illa die apud regē
Agrippā; quanto magis illos diceret beatos,
quibus apud Deum remiſſa eſſent peccata?

ITAQVE beatus eſt, cui dominus acce-
pto fert iuſtitiam, in remiſsionem peccato-
rum illius. Sed non minus beatus eſt, cui do
minus accepto fert iuſtitiam, ad conceden-
dum illi bona ſua, gratiam, uirtutes, gloriā.
Dauid dixit, Beati, quorum remiſſæ ſunt ini
quitates, & quorum tecta ſunt peccata. Bea
tus uir cui non imputauit dominus peccatū.
Et idem Dauid dixit, Beatus uir, qui non
abiit in conſilio impiorum, & in uia peccato
rum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non
ſedit. Sed in lege domini uoluntas eius, & in
lege eius meditabitur die ac nocte. Beatus
qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in
die mala liberabit eum dominus. Beatus uir
qui timet dominum, in mandatis eius uolet
nimis. Beatus uir qui miſeretur & commo-
Matt.11. dat. Et multa alia. Sic etiam legimus, Bea-
B tus eſt qui non fuerit ſchandalizatus in me.
Mat.16. Beatus es Simon Bariona quia caro & ſan-
guis non reuelauit tibi, ſed Pater meus. Bea
Iacob.1. tus uir qui ſuffert tentationem. Qui autem
perſpexerit in lege perfectæ libertatis & per-
manſerit in ea, nō auditor obliuioſus factus
ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.
Apoc.1. Beatus qui legit & qui audit uerba prophe-
tiæ huius, & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt.
Beati pauperes ſpiritu. Beati mites, Beati
qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud.
Ioan. 1. Beati qui lugent. Beati miſericordes. Beati
qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Beati mun-
do corde. Aliaq; penè infinita huiuſmodi.
Quibus certè manifeſtè docemur, beatos re
ctè dici, qui à peccatis liberantur, qui bona
recipiunt à Deo, qui bona habent, qui mala
uitant, qui aduerſa patienter ſuſtinent, qui
bona faciunt. Omnia autem hæc nobis ex gra
tia Saluatoris noſtri, ex ſuis meritis, ex ſua
iuſtitia.

MIRVM eſt igitur profectò, quòd ex
uocabolo ſic communi & ſignificante etiam
rem poſitiuam, uoluit Caluinus facere argu
mentum ad materiam ſpecialem, negando
ibi eſſe aliquid poſitiuum.

*Continuantur præcedentia ex dictis Caluini &
noſtris catholicis reſponſionibus. Agitur de recon-
ciliatione mundi, quantum ad peccatorum remiſſio* C
*nem, & quantum ad hominum ſanctificationem:
atque rurſus non nihil dicitur de iuſtitia Dei.*

CAP. XIIII.

DICIT etiam Caluinus, Sic *Verba*
& idem Apoſtolus, non ad *Caluini.*
ducto alterius teſtimonio
alibi loquitur, Erat Deus
in Chriſto mundum recon
cilians ſibi, non imputan-
do hominibus peccata. De
inde continuò poſt adiicit, Eum qui peccatū
non nouerat, pro nobis peccatum fecit, ut
eſſemus iuſtitia Dei in illo. Quid apertius re-
quiras, quàm nos coràm Deo iuſtos cenſeri,
quia Chriſti ſacrificio expiata ſunt peccata no
ſtra, ne amplius ſub reatu nos teneant.
Reſpondemus, Quidem ſine dubio docent & *VerbaCa*
probant hæc diuina uerba, ſicut & uniuerſa ip *tholica.*
ſa ſcriptura diuina, nos Adæ filios coràm Deo
iuſtos cenſeri, quia Chriſti ſacrificio expiata
ſunt peccata noſtra; ſimpliciter omnium ho-
minum quantum ſatis fuit, non autem om-
nium ſimpliciter ſed aliquorum quantum ad
efficaciam ſeu efficiētiam. Eſt enim Chriſtus, *Ioan.1.*
Agnus Dei qui tollit peccata mundi. Qui tra *Rom.4.*
ditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit
propter iuſtificationem noſtram. A' quo no D
bis uenit omne bonum, Qui dedit redemptio *1.Tim.2*
nem ſemetipſum pro omnibus. Interficiens
inimicitias in ſemet ipſo. Cuius liuore ſanati *Eſa.53.*
ſumus. Donans (nobis) omnia delicta, de- *Col.2.*
lens, quod aduerſus nos erat chirographum
decreti, quod erat contrarium nobis; & ip-
ſum tulit de medio, affigens illud cruci, & ex-
polians principatus & poteſtates traduxit cō
fidenter palàm, triumphans illos in ſemetip-
ſo. Et multa alia. Sed nihil horum, aut alio-
rum ſacrorum dictorum dicit, Deum iuſtifica
re homines, eis Chriſti iuſtitiam imputando
& nihil iuſtitiæ eis communicando aut imper
tiendo: cum tamen ſint multa alia diuina elo-
quia, quæ manifeſtè oſtendunt, Deum iuſtifi
care homines ſecundum utrunque, Id eſt,
peccatorum remiſsione, & gratiæ ſuæ ac do-
norum aliorum infuſione. Quod nanq; Apo
ſtolus ait, Deus erat in Chriſto mundum re-
concilians ſibi, non reputans illis delicta ipſo
rum: quaſi peccatorum hominum non impu
tatio, ipſa ſit mundi reconciliatio: Ita intelli
gitur, Primùm quia ſecundum Dei legem da
tam, peccata non dimittuntur, niſi ſimul &
gratia infundatur gratum faciens: nec gratia
huiuſmodi infunditur, niſi ſimul peccata re-
mittantur. Vnde quiſquis ponit remiſſionem
peccatorum, ponit ſimul gratiam: atque è
contra quiſquis gratiam ponit, ponit ſimul

E peccatorum remiſsionem. Secundò etiam intelligitur hoc dictum Apoſtoli, quia ſi intelligimus aut conſideramus omnia quæ ſunt in peccato, aut includuntur ſeu intelliguntur aliquo modo ſub ratione ſeu nomine peccati, tunc uiget militatq́;, re uera, illa ſententia doctorum quam memorauimus, dicétium peccatum mortale ſimpliciter remitti non poſſe abſque gratiæ, charitatis, aut alicuius creatæ formæ infuſione. Quandoquidem ſub nomine peccati, uidelicet transgreſsionis ſeu commiſsionis, hæc octo ſignificamus & intelligimus, Actum peccati; Culpam, quæ eſt deordinatio in ipſo actu; Offenſam Dei, quæ eſt auerſio à Deo; Maculã animæ, quæ eſt carentia gratiæ & charitatis; Tenebram, quæ eſt debilitas potentiarum propter inopiam uel abſentiam uirtutum; Reatum, qui eſt ordiuatio peccatoris ad pœuam, ſeu peccati imputatio; Pœuam, quæ eſt id ad quod ordinatur homo propter peccatum puniendus: Pronitatem quandam ad peccandum, quæ eſt quidam habitus ſeu quædam diſpoſitio habens ortum naturalem ex actu peccandi, ſaltem ex actu peccandi frequentato. Sic autem intelligendo manifeſtum eſt nullo modo poſſe peccatum dimitti abſque gratiæ charitatisq́; infuſione, & ad gloriam acceptatione: etenim ſic intelligendo, nomine peccati comprehen-

F duntur macula & tenebra quæ ſunt carentia gratiæ, charitatis, & aliarum uirtutum: non tollitur autem priuatio, niſi per habitum, ſeu per poſitionem eius cuius eſt priuatio. Rurſus etiam ſic intelligendo, nomine peccati intelligitur pœna debita inflicta uel infligenda pro peccato: & conſtat, inter pœnas peccato mortali debitas, maiorem eſſe pœnam dãni quæ eſt priuatio uiſionis Dei, & quæ non tollitur niſi per Dei uiſionem claram, aut per ordinationem hominis ad illam. Vnde profectò ſi in remiſsione peccati intelligimus ablationem omnium malorum, defectuum, & priuationum quæ uel in peccato includuntur, uel peccatum neceſſariò ſequuntur ſecundũ legem datam, quidem in remiſsione peccati uerè eſt hominis iuſtificatio, ſanctificatio, fortificatio, adoptatio, & ad gloriam ordinatio: & ita intelligendo ſententiam illorum doctorum qui aiunt Deum non poſſe filiũs Adæ peccata remittere, quin eis gratiam ſuam infundat, uera eſt ſua ſententia, & irrefragibilis. Sic Apoſtolus Paulus intellexit eo loci remiſſionem peccatorum hominum, ideoq́; illam dixit eſſe reconciliationem mundi: id eſt, omnium hominum qui ſunt, erunt, uel fuerunt in mundo: uidelicet quantum ad ſufficientiã. Generaliter loquendo; Non ſunt, nec intelliguntur plenè remiſſæ iniquitates, niſi impio

G iterum in priorem gratiam recepto: ſicut Abſoloni non eſt plenè remiſſum peccatum, niſi quando ei licebat uidere faciem Dauid patris ſui. Peccata noſtra diuiduut inter nos & Deũ noſtrum, ſicut legimus, Peccata ueſtra diuiſeruut inter uos & Deum ueſtrum: ideo non plenè intelliguntur dimiſſa, uiſi reducti ſimus ad unionem cum Deo, ad pacem, ad amicitiam, iuſtificationem, ſanctificationemque. Hinc eſt quòd Paulus dicit, Deus erat iu Chriſto muudum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum: ſignificans idem eſſe recõciliationem hominum & remiſsionem peccatorum ſuorum, plenam intelligendo peccatorum remiſsionem quoad omnia quæ uomine peccati ſignificantur, & in qua plena remiſſione peccati multa alia contiuentur, infuſio gratiæ & charitatis, ſanctificatio, muuditia, decor, fortitudo, uiuificatio, adoptio. Hoc modo intellexit Apoſtolus remiſsionem peccatorum, & ideo illam dixit eſſe reconciliationem hominum: quod certè manifeſtè oſtenditur, ſi locum hunc legamus cum immediatè præcedenti, qui ita habet, Siqua ergo in Chriſto noua creatura, uetera tranſierunt: ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorũ. Ecce Apoſtolus expreſsè H
agit de noua creatura, quã Deus facit iu Chriſto per fidem, ſpem, & charitatem: ſeu quod idem eſt, per fidem uiuam: & tunc deiude introducit reconciliationem mundi, ac poſterius remiſsionem delictorum hominum. Idcirco circa hunc locum dicit Oecumenius, Siquis uiuit in Chriſto, inquit, hoc eſt in fide uel per fidem ipſius, noua creatura eſt, ad nouam enim ac iuuenilem uenit uitam (Siquidem ſupernè nati ſumus per Spiritum) ut uiuat, non uita quæ iu peccatis agitur, ſed quæ Spiritu. Vetera præterierunt. Quæ'nam uetera? Aut peccata dicit & impietates, aut cũcta Iudaica. Alio modo, Quomodo autem uetera præterierunt? Anima ac corpus nobis inuouata ſunt, nempe purificata per baptiſmum; datum eſt nouum teſtamentum, pro ueteri; pro terrena Ieruſalem, cœleſtis, pro templo ſenſibili, templum Spirituale: pro tabulis lapideis, carneæ tabulæ: pro circunciſione, baptiſmus: pro manna, corpus dominicum: pro aqua data ex petra, ſanguis dominicus: pro uirga Moſis, crux: pro terra promiſſionis, regnum cœleſte: pro innumeris ſacerdotibus iuxta legem inſtitutis, unus pontifex Chriſtus: pro immaculata oue ſiue agno, filius Dei: pro nudo nomine adoptionis, uera ado-

A adoptio. Noua ſiquidem creatura dicta eſt, & conferendo ad uitam quæ in peccatis agebatur, & ad mores ac præcepta ſecundum legem data. Hæc ille. Ecce qualem Apoſtolus in eo loco intelligit remisſionem peccatorum & reconciliationem mundi, nouam uidelicet creaturam de qua agebat, hominisq; renouationem in Chriſto. Et Chryſoſtomus ibidem per reconciliationem, non ſolùm intelligit remisſionem peccatorum, quin etiam & Dei amicitiam qua Deus nobis factus eſt amicus ob quod deinde nobis noſtra peccata condonauit. Atque gloſſa Interl. circa illud, Non reputans illis delicta ipſorum. ita interpretatur, Hoc modo reconcilians, non puniens æternaliter. quod utique intelligitur quoad pœnam ſenſus, & maximè quoad pœnam damni. Nō tollitur autem pœna damni huiuſmodi peccato mortali debita, niſi per claram Dei uiſionem, aut per ordinationem hominis ad illā. Hieronymus quoque in ſuis commentariis *Auguſt.* in eo loco fidem introducit. Et Auguſtinus contra peccatum quod diuidit inter nos & Deum Saluatorem noſtrum, commendat Chriſtum Ieſum benedictum, qui tollit pecca- *Trac. 38.* ta mundi, mediator Dei & hominum: ſuper Ioannem. Ita ergo omnes catholici tractatores nullo modo per remisſionem peccatorū intelligunt noſtram reconciliationem aut iuſtificationem, niſi ea remisſio peccatorum ſit B plena, & quæ peccata plenè excludat, ut ſæpe eſt dictum: ideſt, quantum ad offenſam, maculam, tenebram, reatus æternos, pœnam æternam. Quod autem Apoſtolus dicit in ſequentibus, Eum enim qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. non ſolùm declarat iuſtitiam Dei quæ eſt in Deo, ſed etiam iuſtitiam Dei quæ eſt in nobis à Deo per Chriſtū. *In libro de gratia Noui teſtamenti.* Vnde Auguſtinus dicit, Illa namque iuſtitia Dei, commendatur, eo quòd dicitur, Ignorātes Dei iuſtitiam, qua nos ex eius gratia iuſti ſumus, ut ipſa iuſtitia eius nos ſimus, cum iu- *Rom. 10.* ſtè uiuimus credentes in eum qui iuſtificat impium, non illa qua ipſe iuſtus eſt æterna ſua, & incommutabili iuſtitia. Hæc itaque iuſtitia, qua nos Dei munere iuſti ſumus, ſigni- *Pſal. 35.* ficatur in pſalmo illo, ubi ſcriptum eſt, Iuſtitia tua ſicut montes Dei. Montes quippe Dei ſancti eius ſunt, de quibus alibi dicitur, *Pſal. 71.* Suſcipiant montes pacem populo tuo. Et illa ergo ſalus gratuita eſt, de qua in alio pſalmo dicitur, Domini eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua. Sicut ergo quod legitur, Domini eſt ſalus. non ea ſalus intelligitur qua dominus ſaluus eſt, ſed qua hi ſalui fiunt, quos ipſe ſaluos facit; ſic cum legitur, Dei iuſtitia. non eſt illa intelligenda, qua Deus iu-

ſtus eſt, ſed qua iuſti homines ſunt, quos gratia ſua iuſtificat. C Inde enim ſalui, unde iuſti. Infra, Hæc iuſtitia Dei, qua eius fideles iuſti ſunt, interim uiuentes ex fide, donec perfecta iuſtitia perducantur ad ſpeciem, ſicut ſalute perfecta, etiam ad ipſius corporis immortalitatem. gratia eſt teſtamenti noui. Vnde dicit, pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. &c. Eodem modo habet Gloſſa Ordinaria, ſicut etiam eodem modo intelligunt omnes alii catholici doctores, tum ſcholaſtici, tum alii. De iuſtitia Dei hic agit Apoſtolus, qua iuſti ſunt iuſti homines: & dicit, Vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo, ita ſignificans, Vt nos efficeremur iuſti iuſtitia Dei. nomen abſtractum ponens pro concreto: quia certè nec ſumus nec efficimur nos ipſa iuſtitia per identitatem, ſed efficimur utique iuſti. Appellat autem illam iuſtitiam Dei, quia profectò omnis iuſtitia eſt à Deo, uel eſt Deus: Deus, ſi eſt increata: à Deo, ſi eſt creatura. Non ſemel Apoſtolus meminit huius iuſtitiæ Dei, quidem non ſolùm intelligens iuſtitiam quæ eſt realiter in Deo, quin etiam & iuſtitiam quam à Deo nobis inhærentem habemus, & qua iuſti formaliter ſumus: nempe gratiam Dei, fidem formatam quæ per charitatem operatur, & quæ poſita in fundamento, neminem perire permittit: fidem, ſpem, charitatem. Quod ergo dicit Apoſtolus, Vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ip- D ſo. ſic intelligitur & ſic eſt intelligendum, Vt nos efficeremur iuſti iuſtitia Dei in Chriſto ideſt, per merita Chriſti. Efficimur autem iuſti iuſtitia Dei in Chriſto; ſicut in Chriſto efficimur ſapientes, Dei ſapientia; fortes, Dei fortitudine: temperati, Dei temperantia: uiui, Dei uita: ſani, Dei ſanitate: ſalui, Dei ſalute: Ideſt, iuſtitia, ſapientia, fortitudine, temperantia, uita, ſanitate, ſalute, quæ realiter ſunt in nobis à Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro: Et Dei dicuntur licet in nobis ſint, quia à Deo in nobis ſunt: Deus illa in nobis producit, conſeruat, auget, & remunerat. Nō abiiciunt ergo uerba hæc Apoſtoli iuſtitiam Dei quæ in nobis realiter & inhærenter eſt à Deo in Chriſto, quam ipſe Apoſtolus tantopere ſæpisſimè commendauit. Cæterùm omnes nos piè confitemur, Deum optimum Maximum recōciliaſſe ſibi mundum in Chriſto Ieſu Saluatore noſtro non reputando illi delicta ipſorum, & hanc eſſe perpetuam legationem quam audimus quotidie in Eccleſia Dei, cuius etiam altisſimæ legationis uerbū poſuit Deus ipſe optimus in Apoſtolis, apoſtolicisq́ue uiris, doctoribus, paſtoribus, & Chriſtianæ ueritatis prædicatoribus uerisſimis. Sed recta intelligentia, propria ſignificatio,

E tio, natura & eſſentia huius diuinæ & altiſſi-
mæ reconciliationis, deſtruit, ô Caluinæ, tuũ
falſum dogma tuæ iuſtificationis: tuæ iuſtifi-
cationis, inquam, ideſt, quam tu fingis eſſe in
ſola remiſſione peccatorum, ſine intrinſeca
infuſione gratiæ & ſanctitatis. Verbum enim,
reconciliare, ſeu Græce, καταλλάττειν, eſt in
gratiam reſtituere, quoties ſcilicet amici, qui
interpoſita aliqua offenſa, aliquandiu fuerãt
inimici, in priſtinam redeunt beneuolentiam
ac familiaritatem; à quo reconciliatio, κατα-
λλαγή. Reconciliare exiſtimationem, eſt recu-
perare. Recõciliare filium, ait Plaut. in Capt.
ideſt, efficere ut reducatur filius domum. Ita
intelligunt omnes quotquot linguarum ha-
bent peritiam, Latinæ atque Græcæ. Vnde e-
tiam theologi noſtri rectè ſapientes, in eo
Rom. 5. quod Apoſtolus dicit reconciliatos fuiſſe ac
eſſe homines Deo, & mundum; Si enim cùm
inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per
mortem filii eius: multo magis reconciliati,
2. Cor. 5. ſalui erimus in uita ipſius. Quoniam quidem
Deus erat in Chriſto mundum reconcilians
ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & po-
ſuit in nobis uerbum reconciliationis. intel-
ligũt ſine dubio omnes homines iam eſſe re-
conciliatos Deo quantum ad ſufficientiam,
per Saluatoris noſtri ſanguinem. Atque hanc
altiſſimam reconciliationem optimè ſcien-
F tes intelligunt ſic factam, non ſolùm quaſi ho
mines ſint facti de inimicis non inimici: ſed
etiam tanquam homines ſint facti de inimi-
cis amici: Ideſt, non quaſi homines per hanc
reconciliationem ſolùm ſint liberati à pecca-
tò & pœnis peccato debitis, quod intelligi-
tur in ſola remiſſione ſeu nonimputatione
peccatorum nuda; quin etiam & in eo quòd
ſunt reducti ad priſtinam beneuolentiam, a-
micitiam, & familiaritatem, ad ſanctitatem,
ad hæreditatem, ad regnum, ad gloriam & bea
titudinem, ad iuſtitiam & ad bonam uitam:
abundantius per Chriſtum Saluatorem no-
ſtrum recipiendo bona, quàm per Adam pri-
mum interfectorem noſtrum receperunt ma
Rom. 5. la. Ita etiam declarat Apoſtolus, dicens, Sed
non ſicut delictum, ita & donum: ſicut enim
unius delicto, multi mortui ſunt: multo ma-
gis gratia Dei & donum, in gratia unius ho-
minis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et nõ
ſicut per unum peccatum, ita & donum: nam
iudicium ex uno, in condemnationem: gratia
autem ex multis delictis, in iuſtificationem.
Si enim unius delicto, mors regnauit per u-
num; multo magis abundantiam gratiæ & do-
nationis & iuſtitiæ accipientes, in uita regna
bunt per unum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut
per unius delictum, in omnes homines in cõ
demnationem: ſic & per unius iuſtitiam, in
omnes homines in iuſtificationem uitæ. Ipſe G
eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principiũ, Coloſ. 1.
primogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus
ipſe primatum tenens: quia in ipſo compla-
cuit omnem plenitudinem inhabitare, & per
eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans
per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris,
ſiue quæ in cœlis ſunt. Et uos cum eſſetis ali-
quando alienati & inimici ſenſu, in operibus
malis: nunc autem reconciliauit in corpore
carnis ſuæ per mortem, ut exhiberet uos ſan
ctos & immaculatos, & irreprehenſibiles co-
ràm ipſo. Ecce reconciliatio mundi facta per
Saluatorem noſtrum, uerè eſt reductio homi
num ad priſtinam amicitiam & familiaritatẽ
Dei, non ſolùm quãtum ad peccatorum præ-
teritorum remiſſionem, ut iam nobis non
imputentur ad pœnam, qui fidem eius tenue
rimus & legem; ſed etiam quantum ad ſancti
tatem & iuſtitiam, ut ſancti ſimus, iuſti, im-
maculati, & irreprehenſibiles coràm ipſo.
Hæc eſt reconciliatio Chriſtiana, ſicut ipſe A-
poſtolus declarauit expreſſè, & ſine obſcuri-
tate ulla. Dixit ergo Apoſtolus; Deus erat in
Chriſto mundum reconcilians ſibi. Sed quod
ſtatim adiecit, Non reputans illis delicta ipſo
rum. non totam reconciliationem explicat,
ſed quandam eius partem: quia ad eam recon
ciliationem pertinet etiam noſtra ſanctitas,
ſanctificatio, bona uita atque irreprehenſibi H
litas, ut ipſe idem Apoſtolus declarat ad Co-
loſ. in uerbis ſuis allegatis. Aut ſi quiſpiam di-
xerit quòd Apoſtolus in eo quod adiecit, in-
tellexit explicare mundi reconciliationem,
per non imputationem delictorum: quidem
tunc ſine dubio dicendum eſt quòd illa deli-
ctorum non imputatio, non ſolùm continet
peccatorum remiſſionem, ſed etiam cõtinet
noſtram hominum ſanctificationem. Quan-
doquidem ſatis conſtant ea manifeſta uerba
Apoſtoli ad Coloſſenſes: quibus dicit recon-
ciliatos nos eſſe per Chriſtum Saluatorem no
ſtrum non ſolùm ad nonimputationem deli-
ctorum, ſed etiam ut exhiberet nos ſanctos,
& immaculatos, & irreprehenſibiles. Et ſic
profectò manifeſtè faciunt uerba Apoſtoli,
contra doctrinam Caluini: quia tunc remiſ-
ſio ſeu non imputatio peccati, eſſet ſine du-
bio intelligenda quantum ad omnia quæ ſunt
in peccato, quantum ad actum, quantum ad
culpam, quantum ad offenſam, quantum ad
maculam, quantum ad tenebram, quantum
ad reatum, quantum ad pœnam, quantum ad
pronitatem. Mors Saluatoris noſtri ſi conſi-
deretur in communi ſecundum ipſam ratio-
nem mortis, quidem ut ſic, non fuit ita Deo
accepta ut per ipſam ſic conſideratam, recon-
ciliaretur Deus nobis, aut nos reconciliare-
mur

A mor Deo: quia Deus mortem non fecit in hu
Sapien.1. mana natura, ſed eſt per peccatum indućta: nec lætatur Deus in perditione uiuorum. Rurſus etiam mors Saluatoris noſtri prout eſt aut fuit in uoluntate & actione occidentium, & ſic etiam non potuit facere hanc talem reconciliationem: quin immo ut ſic, fuit maxima offenſa Dei, quæ maximè diſplicuit Deo, & quæ maximæ indignationis cauſa fuit. Conſiderando autem illam prout proceſsit ex uoluntate Saluatoris noſtri uolẽtis, acceptantis, patientis, et offerentis mortem ſuã patri ſuo pro nobis, eiq; obediẽtis uſque ad mortẽ illam crucis: ſic mors illa ſanctiſſima & ſacratiſsima fuit Deo mirũ in modũ gratisſima, meritoria & talis quæ ſatisfaceret pro omnibus peccatis noſtris & totius mundi, ſic Deo accepta, quòd optimè ſuffecit & ſufficit ad plenam reconciliationem omnium hominum, etiam occidentium ipſum Chri-
Luca 23. ſtum, ex quibus aliqui ſunt ſaluati, ipſo orante, quando dixit, Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Saluator ergo noſter nos Deo reconciliauit. Quid eſt nos Deo reconciliauit? Nos ad priſtinam Dei amicitiam, ac familiaritatem, & domum reduxit; hæc eſt uera & propria & uſitatiſsima ſignificatio uerbi, Reconciliare, aut reconcilio, aut reconciliatio. Quia uerò inimicitiæ inter Deum &
B homines erant propter peccatum, ſicut legi-
Eſaia.59 mus, Peccata ueſtra diuiſerũt inter nos & Deum ueſtrum. quod peccatum abſtulit Saluator noſter ſatisfaciens pro illo, compenſando noſtras inobedientias tum originales, tũ actuales, in ſua obedientia abundantisſima: & ne turbarentur homines propter peccata priſtina, putantes ſeſe pro eis adhuc pœnas aliquas luituros, quanquam iam eſſent ad priſtinam amicitiam & familiaritatem & domũ reducti: poſtquam Apoſtolus propoſuit reconciliationem iam factam, dicẽs, Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum recõcilians ſibi, adiecit ſtatim, Non reputans illis delicta ipſorum. Ideſt, Non habens in memoria illorum delicta tam actualia quàm originalia ad puniendum, pro quibus Chriſtus plenè ſatiſfecit. Quaſi dicat, Sic abundè facta eſt reconciliatio, ut non ſolùm reducti ſint homines ad priſtinam Dei amicitiam, familiaritatem, & domum, quod eſt primum & maximum in reconciliatione: ſed etiam omnia eorum delicta cõdonentur, remittantur, aut non imputentur eis, nec ſint homines pro eis delictis ulterius daturi pœnas. Talis gratia
Chryſoſt. Dei communicatur à Deo, omnibus bapti-
Rom.5 zatis. Diuus Chryſoſtomus circa illud, Quod
Hom.9. cum adhuc eſſemus peccatores. &c. dicit de
tom.4. re huiuſmodi, Primùm quidem, quòd mortuus eſt: ſecundum, quòd pro impiis: tertiũ, C quòd reconciliauit, quòd ſeruauit, quòd iuſtificauit, quòd immortales reddidit, quòd filios effecit, & hæredes. Et circa illud, Nam *2.Cor.5.*
qui dedit nobis miniſterium recõciliationis; *Hom.11.*
quandoquidem Deus erat in Chriſto, mun- *tom.4.*
dum reconcilians ſibiipſi, non imputans illis peccata illorum. ait, Ne putetis quòd nos ſimus huius rei auctores, miniſtri ſumus. qui autem totum operatur, Deus eſt, qui per unigenitum totum Orbem conciliauit. Et quomodo conciliauit? Sibiipſi. Hoc eſt enim mirabile, non quòd amicus factus eſt ſolùm, ſed quòd ſic amicus factus eſt. Quomodo ſic? Quia dimiſit illis peccata. Hæc ille. Vides abundantiſsimam & abſolutam reconciliationem. Quia amicus factus eſt, & quia peccata dimiſit. Porrò ſi tu, ò Caluine, per reconciliationem mundi iam factam in ſanguine crucis Chriſti, intelligis ſolam remiſsionem aut nonimputationem delictorum, excludendo noſtram ſanctificationẽ, manifeſtè Paulo Apoſtolo contradicis, & tua culpa eſt: nec iam tunc mirabimur quòd ſic noſtram iuſtificationem in ſola peccatorum remiſsione conſtituas, ut ab ipſa noſtra iuſtificatione, ſanctificationem noſtram excludas. Nos Apoſtolum Paulum credimus & ſequimur etiam noſtrã ſanctificationem reconciliationi tribuẽtem, ac dicentem, Et cum eſſetis aliquando alie- D
nati & inimici ſenſu, in operibus malis, nunc *Coloſ.1.*
autem reconciliauit in corpore carnis ſuæ per mortem, ut exhiberet uos ſanctos & immaculatos, & irreprehenſibiles coràm ipſo. Vnde quidem noſtra reconciliatio facta per Chriſtum, ponit utique diuinam acceptationem quantum ad peccatorum noſtrorum remiſsionem, & ponit diuinam acceptationem quantum ad noſtram ſanctificationem. Vtrunquè enim Apoſtolus Paulus in eam refert. Si autem quiſpiã hic obiiciat, dicens, Cum ſit homo iam Deo reconciliatus & in priſtinam amicitiam, familiaritatẽ, ac domum reductus; quare non fuit homo ſtatim in priſtinum ſtatum innocentiæ reſtitutus? Alia eſt quæſtio de qua modò non agimus, & de qua multa tradunt doctores ſcholaſtici in ſuis libris ſententiarum: oſtenden- *Lib.4.*
tes quid ſit in cauſa ut non redeamus ſtatim *Diſt.4.*
baptizati, ad immortalitatem, ad in corruptibilitatem, & ad obedientiam potentiarum ſeu uirium inferiorum reſpectu ſuperiorum: Sic enim expedit, ut fides locum habeat, & propter multa alia, quæ eo loci adducuntur: ut habeamus in bello poſiti, unde maior ac maior nobis uictoriæ paretur corona: & ut ſemper ingemiſcamus ad regnum properantes, ac dicentes, Heu mihi, quia incolatus meus

E meus prolongatus eſt. Scientes quia non ha-
bemus hic ciuitatem permanentem, ſed fu-
turam inquirimus. Quem locum haberet fi-
des, ſi omnes baptizati redirent ſtatim ad ſta
tum primæuum, iuſtitiam originalem, &
immortalitatem? Eſſet enim tunc euidentia,
Lib. 4. quam habet omnis experientia. Magiſter ſen
Diſt. 4. tentiarum bene quæſiuit, beneq; determina
uit, dicens, Cum uerò in baptiſmo peccatũ
deleatur, & ſatisfactio exterior nonimpute-
tur; quæritur, cur pœnalitas, cui pro pecca-
to addictis ſumus, non tollatur? Hoc ideo
tradunt fieri ſancti, quia ſi à pœna homines
per baptiſmum liberarentur, ipſum putarent
baptiſmi precium, non æternum regnum.
Ideo ſoluto reatu peccati, temporalis pœna
tamen manet; ut illa uita ſtudioſius quæra-
tur, quæ erit à pœnis omnibus aliena. Ideo
etiam manet, ut ſit fideli, & certandi mate-
ria, & uincendi occaſio: qui non uinceret, ſi
non pugnaret: nec pugnaret, ſi in baptiſmo
fieret immortalis. Hæc ille. Eodem modo
omnes doctores, tum ſancti, tum catholici
dixerunt hactenus, agentes de hac quæſtio-
ne ſpeciali: cui eorum optimæ determinatio
ni addere poſſumus, quod celeberrimè dicit
Gregor. diuus Gregorius in quadam homilia, Fides
non habet locum, ubi humana ratio præbet
experimentum. Quod nanque ſentimus, nõ
credimus: quia, Fides eſt de non uiſis. Simi
F liter etiam, & de his quæ ſunt ſupra ſen-
ſuum captum.

SED iam modò ipſum Caluinum iterum
audiamus dicentem, Nec locus uulgari ca-
uillo, de iuſtificationis initio ipſum agere.
Verba Nam utroque loco tractat, non qualiter in-
Caluini. cipiant iuſti eſſe, qui fuerant hactenus infi-
deles, ſed quomodo iuſtitiam quam ſemel
conſecuti ſunt, retineant toto uitæ curſu.
Dauid enim de ſe loquitur, poſtquam inter
filios Dei fuerat cooptatus, & Paulus aſſerit
hanc eſſe perpetuam legationem, quæ in Ec-
Verba Ca cleſia quotidie auditur. Hæc Caluinus. Tuũ
tholica. eſt hoc commentum Caluine, non noſtra do
ctrina. Nos quantum ad rem pertinet, nul-
lam differentiam adhibemus inter iuſtificatio
nis initium, & eius augmentum: ſemper di-
cimus iuſtificari hominem de nouo uel auge
ri in iuſtitia, per iuſtitiam quandã ſibi inhærẽ
tem, ſibi à Deo datam, infuſam, ſeu commu
nicatam. Vt intelligamus ſecundum Augu-
ſtinum, quòd ſicut prior Adam de terra ter-
renus, nos tabificauit & polluit non ſolùm
per imitationem & exemplum, ut dicebat Pe
lagius, ſed etiam in nos ſuos poſteros ſuam
culpam, maculam, tenebram, & reatum trãs
fundendo, ut dicunt omnes catholici Chriſtia
ni, ſic poſterior Adam de cœlo cœleſtis nos

uiuificat, iuſtificat, ſanat, & mundat non ſo G
lum per imitationẽ aut imputationẽ ſuæ iu-
ſtitiæ ad nos, ſed etiam nobis iuſtitiam quan-
dam communicando & infundendo. Ita do-
cuit Auguſtinus loco ſuperiore, ita ſine du- *Lib. 2.*
bio eſt docendum: Sic iam nunc tota ſchola *ſentent.*
teſtatur Chriſtiana, id quod ueriſſimum, ad *diſt. 31.*
uenire agnoſciq; nobis ab Adam terreno per
naturalem generationem noſtrã ab illo, defe
ctum quendam qui propriè habeat in nobis
rationem peccati & culpæ: peccatum uideli-
cet originale, quod quantum ad materiam
ſpectat, eſt fomes peccati, quantum uerò ad
formam, eſt inopia ſeu, ut dicitur, carentia
originalis iuſtitiæ cum debito habendi illam
& cum debito carendi illa: A qua carentia &
à quo debito Chriſtus nos abſoluit & liberat,
ſtatim atque nobis ſuam gratiam gratum fa-
cientem infundit, & donat. Reiicimus hic
Albertum Pighium in rebus huiuſmodi à ne-
ſcio quibus circunſcriptum maleq; deceptũ.
Culpa eſt enim noſtra & non ſolùm pœna,
peccatum originale: uerè peccatum, culpa
& iuſtitia: quæ in nobis oritur, per traducẽ
& naturalem generationem ab Adam terre-
no: & per quam uerè peccatores ſumus, iniu-
ſti, immundi, & à regno excluſi, niſi ab eo
malo, peccato, iniuſtitia, & immunditia,
per Chriſtum liberemur, eiuſq; gratiam. Sæ
pe agit Apoſtolus Paulus de Dei iuſtitia qua
nos homines Adæ filii à peccato tum origina H
li tum actuali iuſtificamur, maximè ad Ro- *Rom. 3.*
manos dicens, Nunc autem ſine lege iuſtitia
Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & pro-
phetis. Iuſtitia autem Dei, per fidem Ieſu
Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credunt
in eum, non enim eſt diſtinctio. Ignorantes *Rom. 10.*
enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſta-
tuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Vt nos *2. Cor. 5.*
efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Omnes au-
tem catholici doctores, hic intelligunt iuſti-
tiam quæ in nobis eſt à Deo, nec tantùm eã
qua Deus iuſtus eſt, quantum eam quam ip-
ſe nobis donat, & qua nos iuſti ſumus. Au- *In De Spi*
guſtinus enim de re huiuſmodi agens, ita *ri. & lit.*
dicit, Parum ne inſonat ſurdis? Iuſtitia, in-
quit, Dei manifeſtata: hanc ignorant, qui
ſuam uolunt conſtituere, huic nolunt eſſe ſu
biecti. Iuſtitia, inquit, Dei manifeſtata eſt.
Non dixit, Iuſtitia hominis uel iuſtitia pro-
priæ uoluntatis. Iuſtitia Dei, non qua iuſtus
eſt Deus, ſed qua induit hominem cum iu-
ſtificat impium. Hæc teſtificatur per legem,
& Prophetas. Huic quippe teſtimonium per
hibent lex & Prophetæ. Lex quidem hoc ip-
ſo quòd iubendo, & minando, & neminem
iuſtificando, ſatis indicat dono Dei iuſtifica-
ri hominem per adiutorium ſpiritus. Prophe

tæ

A tæ autem, quòd id quod prædixerunt Chriſti aduentus implenit. Nam hinc ſequitur, & adiungit, dicens, Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum. Hoc eſt per fidem qua creditur in Chriſtum. Sicut autem hæc fides Chriſti dicta eſt, non qua credit Chriſtus, ſic illa iuſtitia Dei, non qua iuſtus eſt Deus. Vtrunque enim noſtrum eſt, Sed ideo Dei & Chriſti dicitur, quòd eius nobis largitate donatur. Hæc ille. Alibi etiam inquit, Dicitur ſpiritus Heliæ qui eſt ſpiritus Dei, cuius particeps factus Helias illa potuit. Sic dicitur & Dei iuſtitia quæ noſtra eſt, ſed donata à Deo. De qua loquens Apoſtolus Iudæos arguens dicit, Ignorantes enim Dei iuſtitiam & ſuam uolentes conſtituere. ideſt tanquam à ſe ſibi paratam. Contra quales dicit, Quid enim habes, quod non accepiſti? Alibi etiam, Quid eſt hoc iuſtitia Dei, & iuſtitia hominis? Iuſtitia Dei hic dicitur, non qua iuſtus eſt Deus ſed quam dat Deus homini, ut iuſtus ſit homo per Deum. Quæ autem erat illorum iuſtitia? Qua de ſuis uiribus præſumebant, & quaſi impletores legis ſeipſos ex ſua uirtute dicebant. Alibi quoque, Eſt enim iuſtitia Dei, quæ & noſtra ſit, cum donatur nobis. Ideo autem iuſtitia Dei dicitur, ne homo ſe

In lib. quæſt. Exo. tt. 64.

Ex tract. Euang. ſecundum Ioan. 23.

In tract. Pſal. 30.

B putet à ſeipſo habere iuſtitiam. Hæc Auguſtinus. Ecce quid eſt aut quæ ſeu qualis, eſt iuſtitia Dei, qua iuſtificatur homo: quia uidelicet eſt iuſtitia quædam non qua Deus in ſeipſo iuſtus eſt, ſed quam donat homini, quando illum facit iuſtũ. De qua iuſtitia Dei quia iam multa diximus, modo ſatis. Refert diſtinguere de iuſtitia Dei qua ille in ſe iuſtus eſt, & de iuſtitia Dei quam ipſe nobis præſtat: quando nos facit iuſtos: quia illa eſt æterna, hæc temporalis: illa extra nos, hæc in nobis: illa creator, hæc autem creatura. Quidem ſicut oportet diſtinguere de ſapientia Dei qua ipſe in ſe eſt ſapiens, & de ſapientia Dei quam nobis dat, quando nos facit ſapientes: quia illa ſapiententia Dei eſt æterna, extra nos, creator, & una ſimpliciſsima in omnibus diuinis perſonis, hæc uerò eſt temporalis, in nobis, creatura, & multiplex ſecundum numerum in hominibus ſapientibus. Et ſiue loquamur de iuſtificatione hominis quantũ ad eius initium, ſiue de iuſtificatione hominis quantum ad eius augmentum; ſemper uerum eſt iuſtificari hominem paruulum uel adultum, aut in iuſtitia augeri, per participationem diuinæ iuſtitiæ quam accepit: ſicut ſemper homo aut fit ſapiens de nouo aut augetur in ſapientia, per participationem ſapientiæ Dei quam accipit à Deo. Non eſt differentia quantum ad hoc. Sed eſt utique

C differentia iuſtificationis, quantum ad eam iuſtitiam quam acquirit homo per bonas operationes, & legis obſeruantiam: quia hæc non requiritur ab hominibus ut de nouo iuſtificentur, licet bene requiratur ab hominibus ut in iuſtitia conſeruentur. Bona enim opera iuſtitiæ ex quibus magis ac magis homo iuſtificatur & in iuſtitia conſeruatur, ut diuus Auguſtinus bene dixit, Sequuntur iuſtificatum, non præcedunt iuſtificandum: & prima gratia iuſtificans datur hominibus ſine ſuis meritis ullis præcedentibus, ſaltem ſine præcedentibus eius meritis de condigno. Hæc tamen differentia eſt alia, & de qua modo non agimus: quanquam tamen de illa longior habendus ſit ſermo & multa admodum ſint determinanda circa illam. Modo de ſola iuſtificatione impii loquimur, & de modo agendi quem Deus optimus ſeruat in agendo, quando impium iuſtificat: de hoc loquimur, de hoc dicimus & conſtanter aſſerimus ex diuinis ſcripturis & ſanctis doctoribus, quòd cùm Deus iuſtificat impium, illi eo ipſo ſuã iuſtitiam communicat, infundit, & impertitur; ut pote quòd iuſtificet impium non ſolùm illi ſua peccata remittendo, ſed etiam illi iuſtitiam ſuam infundendo. Ignorat modum iuſtificationis Dei erga nos homines, qui ſecus de illa loquitur: quia non iuſtificat nos Deus, ſolùm à nobis noſtra peccata remouendo, quinimmo & peccata noſtra à nobis remouendo, & nobis dona ſua poſitiua impertiendo. D

Part. 2. Lib. 2. & lib. 3. per mul.

Dvo itaque ſunt hic ualde conſideranda Alterum quòd nos nunquam dicimus iuſtificationem eſſe ſolam remiſsionem peccatorum: ideſt, neque in initio, quando homo de non iuſto ſiue ex peccatore fit iuſtus. neque in augmento, quando de iuſto fit homo magis iuſtus. Accipiendo remiſsionẽ peccatorum, pro ſola remotione reatuum propter peccata debitorum: ſiue illa peccata fuerint ſolùm originalia, ſiue ſolùm actualia, ſiue originalia & actualia ſimul. Quia ſi alio modo accipiatur aut intelligatur peccatorũ remiſsio, uidelicet quoad remotionem omnium malorum quæ homo propter peccatũ habet, & quodam modo peccatum dicuntur; longè aliud eſt iudicium, ut iam dictum eſt atque probatum ſatis. Importat enim peccatum illa octo quæ memorauimus, inter quæ ſunt offenſa, macula, tenebra; quæ non tolluntur niſi per poſitionem bonorum oppoſitorum, ut de ſe eſt notiſsimum. Vnde ſi tollitur peccatum quantum ad hæc mala, neceſſariò ponuntur oppoſita bona, eo ipſo. Alterum quòd recõciliatio noſtra cum Deo facta per Chriſtum Saluatorem noſtrum non

E ſignificat ſolam remiſsionem peccatorum. ſi remiſsio peccatorum ſignificat ſolam remotionem reatus ſeu ſolam nonimputationem ad pœnam: quia immo ſignificat quidē hoc, & utique multa alia, ut conſtat ex dictis. Vnde, ſi Apoſtolus aliquando remiſsionem peccatorum appellauit reconciliationem noſtrā cum Deo, ſicut aliquando peccatorum remiſsionem appellauit beatitudinem, profectò ob alios reſpectus id fecit: uidelicet quia remiſsio peccatorum eſt quidam magnus effectus huius reconciliationis, uel quia hic magnus effectus habet cōnexos ſibi multos alios effectus reconciliationis eiuſdem, ut ſanctitatem, adoptionem & ſimilia: uel certè quia accepit remiſsionem peccatorum in ſua amplitudine, ut ſignificat remotionem omnium malorum quæ per peccatum incurrit homo. Si autem ſic amplè accipiatur peccatorum remiſsio, poteſt ſine dubio tunc dici beatitudo ſeu beatificatio, reconciliatio, & iuſtificatio; quia tunc multa admodum complectitur, priſtinam animæ munditiam per remotionem malorum, priſtinam animæ ſanctitatem per acquiſitionem ſeu poſitionē gratiæ gratum facientis atque uirtutum, & alia, nouitatem, Deiformitatem (ſic enim noſtri uocant) deiaſsimilationem & ſimilia. Quod ſi nomine remiſsionis peccatorum, in

Cap. præſenti.

F tellexerimus quæ intelligimus nomine iuſtificationis, nihil prohibet quominus remiſsio peccatorum dicatur & ſit iuſtificatio. Videat tamen Caluinus, ſi hoc eſt aliud à ſua re.

QVANTVM autem pertinet ad iuſtitiam operum externorum, quæ eſt per legis obedientiam & obſeruantiam, magna eſt differentia inter eos qui denuo iuſtificātur in ſuæ iuſtificationis initio, & eos qui in iuſtitia cōſeruantur perficiunturq́;. Vnde & de re huiuſmodi ſunt duæ leges diuinæ, inter ſe differentes ualde: quia longè alia eſt lex quoad homines non iuſtos iuſtificandos, & alia longè etiam eſt lex Dei quoad homines iam iuſtos in iuſtitia conſeruandos atque perficiendos. Dei his duabus legibus dicuntur multa inferius ſuo loco, ibi poterit uideri reſolutio. Nunc non de illo, ſed de hoc ſolo agimus, quòd iuſtificatio filiorum Dei, iuſtorum hominum, non conſiſtit in ſola remiſsione peccatorum pura, prout ſolùm eſt negatio, ſeu nonimputatio peccati: ſed aliquid aliud continet, dicit, ſignificat, & includit, reale poſitiuum circa ipſos qui iuſtificantur, & de ſtatu peccati ad ſtatum iuſtitiæ transferuntur. Quam ueritatem noſtram qui negant, uel ignorant quid peccatum ſignificat, includit, aut importat: uel certè ignorant modum quo Deus iuſtificat animam, ſeu quo eam facit iu

Part. 2. Lib. 1. & lib. 2.

G ſtam. Iuſtificantur continuò multi in quibus nulla legis obedientia præceſsit, nulla operatio bona aut mala, nullus actus proprius bonus aut malus; ut quidem iuſtificantur omnes paruuli octo dierum baptizati, ſine ulla præuia uel concomitante eorū actione bona uel mala propria. Etiam iuſtificantur multi aut iuſtificari poſſunt, in quibus non præceſſerunt ulla bona opera externa; ſed uocati à Deo credentes, Deum diligentes, peccata peroſi, Deo obedientes in corde, iuſtitiam accipiunt. Hæc omnia ſunt ueriſsima. Sed quoque eſt ueriſsimum, nemiuem unquam iuſtificari paruulum aut adultum per ſolam peccati nonimputationem: ſed quot quot iuſtificantur peccatores, paruuli uel adulti, per hoc iuſtificantur, quòd eis peccata remittuntur ſeu nonimputantur, & ipſi dona quædam Dei poſitiua recipiunt, gratiam gratum facientem creatam, & uirtutes: quibus etiam ſanctificantur, & apti fiunt ad ſobriè, iuſtè, ac piè uiuendum. Credimus ex toto corde quod dicit Apoſtolus, Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nobis abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, ut iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum

Ad Titum 3.

H ſpem uitæ æternæ. Ecce ſaluos nos fecit Deus non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam. Eodem autem modo credimus & dicimus, Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam iuſtos nos fecit per lauacrum generationis & renouationis, &c. ut uerè, rectéq; ſciamus, nulla opera iuſtitiæ aut merita noſtra præceſsiſſe iuſtificationem noſtram, ſed Deū incipere noſtrā iuſtificationē, mediare atq; complere, paruulis ſolummodo recipientibus, nobis autem adultis recipientibus, conſentientibus; cooperantibusq́; ad fidem actualem, dilectionem, pœnitentiā, obedientiam. Vt noſtra ſalus ſeu ſaluatio ſignificata in illo uerbo, Saluos nos fecit, ſit utique noſtra iuſtificatio: non ſolùm continens noſtrorum peccatorum nonimputationem, quin etiam & noſtram poſitiuam aptationē ad regnum, filiationem adoptiuam, ſanctificationem. Omnia hæc declarauit Apoſtolus in illo uerbo allegato ad Titum. Qui cum dixiſſet, Saluos nos fecit. uolens declarare quòd illa noſtra ſalus continet noſtram iuſtificationem uel eſt illa, dixit ſtatim, Vt iuſtificati gratia ipſius, &c. uolens autem explicare quòd noſtra iuſtificatio non ſolùm ſoluit uel liberat nos à reatibus peccatorum noſtrorum, ſed etiam aptat nos ad regnum & facit nos filios

A lios adoptiuos hæredes, poſtquàm dixit, ut iuſtificati gratia ipſius, adiecit immediatè, Hæredes ſimus ſecundum ſpem uitæ æternæ. Qua doctrina Apoſtoli inſtructi ſciamus ordinatè quòd noſtra ſalus per lauacrum regenerationis facit nos iuſtos, noſtra autem iuſtificatio facit nos hæredes uitæ æternæ: ut noſtra ſalus ſit noſtra iuſtificatio, uel includat illam; noſtra uerò iuſtificatio ſit noſtra adoptatio, uel includat eam. Quia dicit Apoſtolus, Saluos nos fecit, ut iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus. Declarant hæc uerba ſatis, quòd ius ad hæreditatem includitur in iuſtificatione, & iuſtificatio includitur in ſalute: uel ſecundum identitatem, uel ſecundum continentiam aut incluſionem. Salus igitur habet iuſtificationem, iuſtificatio habet ius ad hæreditatem. Vt etiam manifeſtè oſtenditur, prout hæ locutiones ſeu enuntiationes ſunt per ſe & non per accidens, ſtante lege diuina nobis data, Iuſti autem ibunt in uitam æternam Iuſti autē in perpetuum uiuent. Fulgebunt iuſti ſicut Sol in conſpectu Dei. Quemadmodum de uocata formalitate harum enuntiationum, alibi dicitur abundantius. Ergo talis debet credi, concedi, & prædicari hominis ſalus, ut per ſe habeat uel includat iuſtificationem: atque talis debet credi, concedi, & prædicari iuſtificatio Chriſtiana à Deo, ut habeat uel includat

Mat. 25
Pſal.

B per ſe ius ad hæreditatem, aut regnum. Quia uerò ſola non imputatio peccatorum, eſt pura negatio, ut conſtat, ob quod certè non includit iſtud tale ius, ut per ſe conſtat plurimū, quia eſt iſtud ius quid poſitiuum: non poteſt illa ſola conſtituere, aut æquare iuſtificationem.

Qvisqvis eſt igitur ille, qui putat gratiam iuſtificationis noſtræ à Deo ſolùm in eo eſſe, quòd peccata noſtra non amplius ſub reatu nos teneant, ut hic docet Caluinus, errat grauiſsimè contra ipſam gratiam iuſtificationis: quia ipſam detruncat, & in parte negat. Maior eſt enim gratia iuſtificationis, quàm quæ ſolùm reatus peccatorum à nobis tollat, dimittat, non imputet. Quid enim ſunt reatus illi peccatorū, niſi reſpectus quidam? Gratia autem iuſtificationis non ſolùm attendit reſpectibus tollendis, ſed etiam profectò & maximè, uitæ ac moribus mutandis: ut re uera, uerè atque realiter animam quam iuſtificat, immutet: non ſolùm ab ea reſpectus tollendo, quin etiam eam uiuificando, roborando, ſanando. Ob quam ueritatem prædicandam bene optimeq; Auguſtinus in De natura & gratia, uiuificationem atque ſanationem exponit per iuſtificationem: dicit enim, Ipſe autem Deus cum per Mediatorem Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum ſpiritali-

Auguſt. Cap. 26. tom. 7.

ter ſanat ægrum uel uiuificat mortuum, id eſt, iuſtificat impium, & cum ad perfectam ſanitatem, hoc eſt, ad perfectam uitam iuſtitiamque perduxerit, non deſerit ſi non deſeratur, ut piè ſemper iuſteque uiuatur. Hæc ille. C

Animadvertenda eſt maximè hæc doctrina Caluini, & uelis remisq; fugienda, ſtatimq; conſpecta relinquēda: qua audet dicere totā iuſtitiam ſeu iuſtificationem hominū iuſtorum, eſſe ſolam remisſionem peccatorū: tum quando homines primò iuſtificantur, tum quando in iuſtitia conſeruantur, uel in iuſtitia ſeu iuſtificatione magis ac magis perficiuntur: & hanc talem iuſtitiam ſeu iuſtificationem, aſſerit homines conſequi atque poſſidere per ſolam fidem aut ſolam confidentiam, toto uitæ ſpecio quo iuſti ſiunt aut iuſti ſunt. Atque à toto genere excludit à iuſtitia & iuſtificatione hominis obedientiam erga Deum, obſeruantiam legis Dei, operationē ſecundum legem diuinam: ita adeo ut non ſolùm obedientiam uel obſeruantiam legis huiuſmodi à iuſtitia ſeu iuſtificatione hominis à toto genere excludat, quin immo ut illam dicat nullo modo ad iuſtificationem ſeu iuſtitiā neceſſariam, nec antecedenter, neque concomitanter, neque ſubſequenter. Rurſusq; intantum, dicit hanc obedientiam Dei nulla tēpore eſſe neceſſariam in homine ad iuſtificationem uel iuſtitiam, ut dicat eam ſi ad iuſtificationem uel iuſtitiam prædicetur neceſſaria, pugnare cum fide. hæc eius doctrina in hoc ſuo libello, ut partim conſtat ex dictis, & abundantius conſtabit ex dicendis. Non poſſumus igitur non maximè admiratione affici ob hominis deliramenta plurima, quantum uerò ad rem ſuſpectat modò ob duo. Primū in eo quòd ſic traducit infamiaque notat noſtram Chriſtianam religionem, ut dicat non eſſe nobis Chriſtianis neceſſariam ad iuſtificationem, iuſtitiam uel ſalutem, Dei obedientiam, aut bonam aliquam operationem ſecundum Dei legem, nec ante liberationem à peccatis, nec poſt illam. Quæ enim maior infamia? Quæ nāque uel qualis iudicabitur Chriſtiana religio, ſi ad ſalutem Chriſtianorū nullam unquam dicatur exigere aut bonorum operum operationem, aut malorum operum uitationem, nec ullam erga Deum obediendiam? Si religio Chriſtiana nihil horum requirit unquam ad ſalutem ſuorum, ſed ſaluat omnes etiam ſceleratisſimos, dum modò firmiter ipſi credant ſe iuſtos uel iuſtificatos occultè à Deo: qualis eſt ſua ſanctitas, bonitas, pietas, & humanitas? Quomodo facit ſuos ciues bonos? Secundò non poſſumus non admiratione affici ob hanc eiuſdem Caluini uel falſam blaſphemiam, uel blaſphemam falſita- D

E tem dum prædictum ſuum errorem adſtrue-
re & confirmare nititur tum ex Paulo, tum
ex Dauide: cùm hi duo ſint, qui inter diuinos
ſcriptores frequenter obedientiam erga Deũ
& bona opera ſecundum legem Dei prædica-
uerunt neceſſaria hominibus ad ſalutem, ad
regnum. Quod ut fiat manifeſtum, placet nõ-
nulla horum ſacrorum ſcriptorum referre.
Paulus quidem non requirit ab hominibus
iuſtificandis bona opera præcedentia exter-
na; requirit tamen ab hominibus iuſtifican-
dis atque ſaluandis, fidem, dilectionem Dei,
obedientiam erga Deum, pœnitentiam: atq;
requirit ab hominibus iam iuſtis à peccato,
bona opera ſecundum legem Dei, ut magis
iuſtificentur, ut in iuſtitia conſeruentur, ut
tandem ſaluentur. Quidem quod non requi-
rit bona opera externa ab hominibus iuſtifi-
candis, omnes concedimus, & eſt ueriſſimũ,
Ad Ti. 3 & non eſt controuerſum. Non ex operibus
iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam
Auguſt. miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum
ubi ſup. regenerationis. &c. Et Auguſtinus ait, Bona
opera ſi quæ ſunt, ſequuntur iuſtificatum,
Part. præ non præcedunt iuſtificandum. Quod à iuſtifi-
ſenti. candis requirit obedientiam erga Deum, con
F ſtat ex dictis eius ſuperiori libro allegatis,
Lib. 2. quæ & ex epiſtola ad Romanos & ex epiſtola
Cap. 3. ad Hebræos adduximus. De nobis enim fate
Rom. 6. tur ingenuè, quòd ſerui ſumus eius cui obedi
Hebr. 5. mus: ſiue peccati, ad mortem: ſiue obeditio
Rom. 6. nis, Dei, aut iuſtitiæ, ad uitam & iuſtitiam.
De Saluatore autem noſtro ſimiliter ingenuè
Hebr. 5. docet, quòd, Factus eſt omnibus obtempe-
rantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Sicuti & E-
Eſa. 53. ſaias de eodem Saluatore noſtro prædixit, In
ſciẽtia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos
multos, & iniquitates eorum ipſe portabit.
Quod autem Apoſtolus ab hominibus iam
iuſtis requirit bona opera ſecundum legem
Dei ut in iuſtitia conſeruentur, ut magis iuſti
ficentur, ut tandem ſaluentur. Conſtat ex illis
Rom. 2. dictis ipſius, Benignitas Dei ad pœnitentiam
te adducit. Secundum autem duritiam tuam
& impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, in
die iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei, qui
reddet unicuique ſecundum opera eius. iis
quidem qui ſecundum patientiam boni ope-
ris, gloriam & honorem, & incorruptionem
quærunt, uitam æternam: iis autem qui ſunt
ex contentione, & qui non acquieſcunt ueri-
tati, credunt autem iniquitati, ira & indigna-
tio. Tribulatio & anguſtia in omnem animã
hominis operantis malum, Iudæi primùm &
Græci: gloria autem & honor & pax omni
operanti bonum, Iudæo primùm & Græco.
Non enim eſt acceptio perſonarum apud
Deum. Quicunque enim ſine lege peccaue-
runt, ſine lege peribunt: & quicunque in lege G
peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non
enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum,
ſed factores legis iuſtificabuntur. An neſcitis *Rom. 6.*
quoniam cui exhibetis uos ſeruos ad obe-
diendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue pec
cati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiã?
Gratias autem Deo, quòd fuiſtis ſerui pecca-
ti, obediſtis autem ex corde in eam formam
doctrinæ in qua traditi eſtis. Liberati autem
à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Humanum
dico, propter infirmitatem carnis ueſtræ. Si-
cut enim exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire
immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem: ita
nũc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ,
in ſanctificationem. Cum enim ſerui eſſetis
peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fru-
ctum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc e-
rubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Nũc
uerò liberati à peccato, ſerui autẽ facti Deo,
habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem
finem uerò uitam æternam. An neſcitis quia *1. Cor. 6.*
iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite
errare. Neque fornicarii, neq; idolis ſeruien-
tes, neque adulteri, neque molles, neque ma
ſculorum concubitores, neque fures, neque
auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque
rapaces, regnum Dei poſſidebunt. Circunci- *1. Cor. 6.*
ſio nihil eſt, & præputium nihil eſt; ſed obſer
uatio mandatorum Dei. Nam in Chriſto Ie-
ſu, neque circunciſio aliquid ualet, neque præ
putium; ſed fides quæ per charitatem opera H
tur. Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ *Galat. 5.*
ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, lu- *Ibidem.*
xuria, idolorum ſeruitus, ueneficia, inimici-
tiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſ-
ſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, æbrieta-
tes, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædico
uobis, ſicut prædixi, quoniã qui talia agũt, re
gnum Dei nõ cõſequentur. Fructus aũt ſpiri
tus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, beni
gnitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo,
fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Om- *2. Cor. 5.*
nes enim nos manifeſtari oportet ante tribu-
nal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria
corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue ma
lum. Apparuit enim gratia Dei Saluatoris no *Ad Ti-*
ſtri omnibus hominibus: erudiens nos, ut *tum 2.*
abnegantes impietatem & ſæcularia deſide-
ria, ſobriè, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſæ
culo, expectantes beatam ſpem & aduentum
gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu
Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis. Et
conſummatus, factus eſt omnibus obtem- *Hebr. 5.*
perantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Et mul-
ta alia. Hæc eſt legatio, qua fungebatur Apo
ſtolus Paulus pro Chriſto, quæ in Eccleſia
quotidie auditur, & quæ ſatis declarat homi-
nibus

A nibus adultis iuſtificandis neceſſariam eſſe obedientiam cordialem qua Chriſto obediant in corde, hominibus autem iam iuſtis ſiue à peccato liberatis, neceſſariam eſſe obediētiā qua Chriſto obediant etiam in opere, declinando à malo & faciendo bonum: illis iuſtificandis, ut iuſtificentur: iſtis iam iuſtis, ut in iuſtitia conſeruentur, ut ad regnum admittantur. Eandem prædicationem ſeruauit & Dauid in ſua prophetia altiſsima per modum diuinæ laudis. *Pſal. 1.* Beatus uir, qui non abiit in conſilio impiorum & in uia peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege domini uoluntas eius & in lege eius meditabitur die ac nocte. *Pſal. 14.* Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Qui loquitur ueritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua. Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, timētes autem dominum glorificat. Qui iurat proximo ſuo & non decipit, qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & *Pſal. 23.* munera ſuper innocentem non accepit. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Quis aſcendet in montem domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mūdo corde, B qui non accepit in uano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem à domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob. *Pſal. 33.* Quis eſt homo qui uult uitam, diligit dies uidere bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo & fac bonum, inquire pacem & perſequere eam. *Pſal. 40.* Beatus uir qui intelligit ſuper egenum & pauperē, in die mala liberabit eum dominus. *Pſal. 83.* Beatus uir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in ualle lacrymarum in loco quem poſuit. Etenim benedictionem dabit legis lator, ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum in Sion. *Pſal. 111.* Beatus uir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis. Iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non commouebitur. In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit. Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. *Pſal. 18.* Lex domini immaculata conuertens animas. *Pſal. 118.* Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Legem pone mihi domine uiam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. Super ſenes intellexit, quia mandata tua quæſiui. Portio mea domine, dixi cuſtodire legem tuam. C *Pſal. 102.* Miſericordia autem domini ab æterno, & uſque in æternum ſuper timentes eum. Et iuſtitia illius in filios filiorum, his qui ſeruant teſtamentum eius. Et memores ſunt mandatorum ipſius, ad faciendum ea. Et multa alia. Hæc fuit etiam prædicatio Dauid. Vt iuſtitia Dei ſit in filios filiorum, his qui ſeruant teſtamentum eius. Et memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea: utq; nemo adultus admittatur ad regnum, niſi qui diuertit à malo & facit bonum. Ecce igitur & Paulus & Dauid, Apoſtolus & Propheta, ſimul & conformiter prædicant hominibus adultis ad ſalutem, eſſe neceſſariam obedientiam ſecundum mandata diuina; iuſtificandis in corde, iuſtificatis etiam in opere: iuſtificandis ut iuſtificentur, iuſtificatis ut in iuſtitia conſeruentur, ut in iuſtitia magis perficiantur, ut ad regnum admittantur. Nō poteſt igitur Caluinus eos adducere in teſtes ad ſuum ipſius manifeſtum errorem aſtruendum ſulciendumq; contra quem nos ex his manifeſtè loquentibus agimus. Paulus itaque Apoſtolus & Dauid Propheta à nobis ſtant, dicuntq; quod nos dicimus cōtra Caluinum: nunc candidi piiq; lectoris ſit iudiciū.

Continuantur præcedentia, agiturq; ſpecialiter de lege factorum & lege fidei, de iuſtitia, & iuſtitia hominis, de iuſtitia fidei & iuſtitia legis: de operibus quibus opponitur fides, & operibus quibus fides non opponitur: atque demonſtratur ex eo cui iuſtitia operum opponatur iuſtitia fidei, & cui non opponatur. CAP. XV. D

DICIT Caluinus, In eundem quoque ſenſum ad Romanos. 10. *Verba Caluini.* Moſes iuſtitiā legis deſcribit, quòd qui fecerit ea uiuet in ipſis. Fides autem iuſtitia ſic dicit, Qui crediderit &cæt. Videmus ideo legis iuſtitiæ oponi fidei iuſtitiam, quòd operibus minimè conſtet, ſicut illa. *Verba Catholica.* Reſpondemus, Quidem aliquo modo Apoſtolus uidetur docere oppoſitas eſſe has duas iuſtitias, fidei, & legis: Diuidit enim illas, & aliud tribuit uni, aliud alteri: Diuiſio autem ſemper datur per oppoſita, Saltem per oppoſita formaliter, licet non ſemper membra diuidentia ſint oppoſita realiter. Attentè tamen in re huiuſmodi nobis hominibus loquēdum eſt, ne contra Paulum doceamus aut ſentiamus. Ipſe fidem prædicando & maximè extollendo atque commēdando dicit, *Rom. 3.* Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit. Sed legē ſtatuimus. Quamobtem fides ſine dubio non de-

E deſtruit ſed ſtatuit legem, uirtutem legis oſtẽdendo & defectum, officium, finem, & opera moralia neceſſaria, perficiẽdo illã, dãdo quod illa non dabat, meliora præcepta continendo, & eius abijciendo rigorem. Vnde igitur ſine dubio potius nobis dicendum eſt, quòd iuſtitia fidei, iuſtitiam legis perficiat, ordinet, & rectificet, atque impleat dando illi, quod illa ex ſe non habet, quàm quod illi opponatur. Sicut Saluator noſter de ſe dixit, Nolite putare quoniam ueni ſoluere legem. Non enim ueni ſoluere legem, ſed adimplere. Si ergo prædicator fidei, Apoſtolus Paulus, non deſtruit ſed ſtatuit legem, prædicando fidem: ſimiliter & ipſa fides tantũdem facit. Si autem fides non deſtruit ſed ſtatuit legem, uidetur quòd eodem modo iuſtitia fidei non deſtruit ſed ſtatuit iuſtitiam legis. Quomodo ergo opponuntur? Attentè certè & prudenter, ſapiẽter & cum modeſtia nobis eſt loquendum. Magis quidem Moſes in illis uerbis oſtendit legis iuſtitiam à iuſtitia fidei deficere, quàm ei opponi: niſi quis dicat, generaliter opponi imperfectum perfecto, aut perfectum imperfecto. Quod non ita ſimpliciter eſt dicendum. Manifeſta enim eſt ſcientia oppoſitorum, natura eorum, & lex. Sed his omiſſis, ad propoſitum magis loquamur. Quod doces ò Caluine, iuſtitiam fidei opponi iuſtitiæ legis, eo quòd operibus minimè conF ſtet, ſicut illa: quaſi iuſtitia legis conſtet ex operibus, iuſtitia autem fidei non. Quod, in quam, doces ita, falſiſsimum eſt. Non enim hinc diſtinguuntur, ſed aliunde. Quandoquidem & iuſtitia legis etiam habet fidem, quia & fidem præcipit atque requirit lex, Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus unus eſt: & iuſtitia fidei etiã habet opera, ſicut legimus, Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Sed fides quæ per charitatem operatur. Operatur ergo fides, & non poteſt dici quòd opera fidei non pertineant ad fidei iuſtitiam, nec poteſt fides uiua eſſe ocioſa. Satiſq; monſtratur inferius quòd fides ſeu ipſum credere quod eſt actus fidei & fides quædam actualis, eſt opus noſtrum internum noſtræ mentis; licet quoque magis ſit opus Dei altiſsimi, nos præuenientis, præparantis, uocantis, iuuantis, facientis ut nos faciamus, ut nos operemur, ut nos credamus. Quòd ſi aliquando reperiamus in diuinis ſcripturis ab operibus ſeiungi diſcerniq; fidem, ut eo loci, Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis: quoque in eiſdem ſcripturis diuinis repe rimus, non diſcerni fidem ab opere, ut ibi, Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis &c. Quod utrunque bene uidit Auguſtinus ſuper Ioannem, idq; docuit, dicens, Diſcernitur quidem ab operibus fides, ſicut Apoſtolus dicit iuſtificari hominẽ per fidem ſine operibus legis. Et ſunt opera quæ uidentur bona ſine fide Chriſti, & non ſunt bona, quia non referuntur ad eum finem ex quo ſunt bona. Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Ideo noluit diſcernere ab opere fidem, ſed ipſam fidem dicit eſſe opus. Ipſa eſt enim fides quæ per dilectionem operatur. Nec dixit, Hoc eſt opus ueſtrum, ſed hoc eſt opus Dei ut credatis in eum quem miſit ille, ut qui gloriatur in domino glorietur. Hæc Auguſtinus. Idem in De prædeſtinatione Sanctorum manifeſtè dixit & probauit, fidem qua credimus, eſſe opus Dei & noſtrum: ſicut dixerat in De ſpiritu & litera, fidem qua credimus & quæ eſt initium humanæ ſalutis, in noſtra eſſe poſitam uoluntate ac poteſtate, à Deoq; eſſe & à nobis eam noſtram bonam uoluntatem qua credere uolumus. Pulchrè dicit Auguſtinus in De prædeſtinatione ſanctorum, Ipſam quoque fidem opus Dei eſſe dicit Ieſus, & hanc ut operemur iubet. Dixerunt enim ad eum Iudæi, Quid faciemus ut operemur opera Dei? Reſpõdit Ieſus & dixit eis. Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eũ quẽ miſit ille. Hactenus Aug. Quomodo igitur diſtinguit Apoſtolus fidem ab operibus? Reſpondet Auguſtinus H in eodem opere, dicens, Sic ergo diſtinguit Apoſtolus ab operibus fidem, quemadmodum in duobus regnis Hebræorum diſtinguitur Iudas ab Iſrael. Ex fide autem ideo dicit iuſtificari hominem, non ex operibus: quia ipſa prima datur, ex qua impetrentur cætera, quæ propriè opera nuncupantur, in quibus iuſtè uiuitur. Hæc ille. Et quod iterum Apoſtolus dicit, Etiam fides non ex operibus, ne forte quis extollatur: ideo intelligit Auguſtinus dictum, non quia fides non ſit opus, ſed quia fides uel cognitio Dei uel ſemper uel ſæpe eſt ante bona opera alia à fide. Non igitur eo modo aſsignanda eſt diſtinctio harum iuſtitiarum duarum, fidei & legis, quo illam aſsignat Caluinus. Quomodo ergo aſsignabitur? Optimè ſicut aſsignant doctores ſancti & catholici. Egerat prius Apoſtolus de lege factorum & de lege fidei, non factorum ſed fidei legi iuſtificationem hominis tribuendo, ac per hoc gloriationem hominis excludendo, maximè Iudæorum: atque egerat etiam de iuſtitia Dei & de iuſtitia hominum illorum qui ſuam iuſtitiã ſtatuere uolentes, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti: Quibus ſuis ſermonibus adiecit, hunc alium de quo agimus, iuſtitiã fidei & iuſtitia legis pro

ponens,

Matt.5. *Deut.6.* *Rom.10.* *Galat.5.* *Part.4. Lib.1.* *Rom.3.* *Ioan.6.*

Auguſt. Trac.22 *Lib.1. Cap.3. & 7. tom.7.* *Cap.31. 32.33.& 34.* *Lib.1. Cap.7.* *Ioan.6.* *Vbi ſtatĩ* *Rom.3.* *Rom.10.*

A ponens, & diuidens. Quantum ad legem factorum & legem fidei attinet, Auguſtinus in multis locis nixus eſt illarum duarum aſsignare differentiam: maximè in De baptiſmo paruulorum, ubi multa admodum dicit de legibus huiuſmodi. Dicit quòd Rectè quiſque dixerit legem operum eſſe in Iudaiſmo, legem autem fidei in Chriſtianiſmo: propterea quia circũciſio cæteraq; opera talia legis ſunt, quæ Christiana iam diſciplina non ſeruat. Sed hoc ei non placet plenè, quia ut dicit & probat, etiam lex fidei præcipit, peccatum oſtendit, & opera ſua habet. Sed in hoc ipſe oſtendit harum legum differentiam, quia quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. Illa dicit, Non concupiſces, iſta dicit, Cum ſcirem quia nemo poteſt eſſe continens niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cuius eſſet hoc donum, adii dominum & deprecatus ſum. Ipſa eſt illa ſapientia quæ pietas uocatur, qua colitur Pater luminum, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum. Colitur autem ſacrificio laudis, actionibusq; gratiarum, ut cultor eius non in ſeipſo ſed in illo glorietur. Ac per hoc lege operũ dicit Deus, Fac quod iubeo: lege fidei dicitur Deo, Da quod iubes;

Lex factorũ & lex fidei. Lib. 2.

B Ideo enim iubet lex, ut admoneat quid faciat fides. Alibi etiam. Hæc eſt lex fidei qua credimus & oramus, per gratiam nobis donari, ut faciamus quod per noſmetipſos implere non poſſumus: ne ignorantes Dei iuſtitiam, & noſtram nolentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſimus ſubiecti. In lege itaque factorum eſt Dei iubentis iuſtitia, in lege autem fidei ſubuenientis miſericordia. Hæc ille. Ecce ſecundum Auguſtinum, lex factorum eſt, quæ ſolùm imperat: lex autem fidei eſt, quæ & imperat, & ad Deum recurrit, Deum orat, & à Deo orando impetrat, unde fiat quod iubetur fieri. Hieronymus in ſuis commentariis hic putauit, legem factorum eſſe naturalem legem, legem autem fidei, eſſe ſtatum ſiue terminum, hoc eſt, nouum teſtamentũ. Chryſoſtomus hic quærit, Quæ porrò fidei lex eſt? Reſpondet, Per gratiam ſeruari. Nicolaus Lyranus per legem factorum, intelligit legem ueterem, quæ in obſeruationibus carnalibus exiſtebat: ſed per legem fidei, intelligit legem Euangelicam, quæ ſpiritualis eſt. Athanaſius ſeu Vulgarius, per legem factorum, intelligit Moſaicam legem Iudæorum: & per legem fidei, intelligit ipſam fidem, exiſtimans ipſam fidem appellari, legem fidei, quia legis hoc nomen apud Iudæos uenerationi habetur. Sanctus Thomas ſuper epiſtolam ad Romanos, per legem factorum intelligit legem exterius propoſitam & deſcriptam, per quam exteriora facta hominum ordinantur, dum præcipitur quid debeat fieri, & à quo debeat abſtineri: per legem autem fidei intelligit legem interius deſcriptam, per quam non ſolùm exteriora facta, ſed etiam ipſi motus cordium diſponuntur, inter quos primus eſt motus fidei. Et de hac lege docet intelligi illud, Lex ſpiritus uitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu. Anſelmus Auguſtinum imitatus dicit, Lex enim fidei eſt, qua in Chriſtum credimus, & auxiliũ gratiæ eius ad bene agendum præcamur. Lex fidei eſt in ſpiritu iuuante, lex factorum in litera iubente. Quod lex operum minando imperat, hoc lex fidei credendo impetrat. &c. Dionyſius Carthuſianus per legem factorum intelligit legem Moſaicam, præſertim quantum ad ceremonialia & iudicialia: per legẽ autem fidei, intelligit legem Euangelicã, quæ ſaluat per fidem ſine operibus legis Moſis ceremonialibus aut iudicialibus. Hæc de lege factorum, & de lege fidei dixiſſe ſufficiat, quia in his uel in aliquo horum, omnes alii doctores quoque conueniunt. Quantum autem ad iuſtitiam Dei & hominum pertinet, de quibus Apoſtolus ait, Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. etiam multa tradunt doctores, et quidem omnes conformiter dicunt,

Pſal. 117. tom. 8. Alibi etiam fatetur Auguſtinus, quòd lex fidei, eſt fides qua per charitatem operatur. Hierony. Chryſoſt. Nicolaus Lyranus Athanaſius ſeu Vulgar. S. Tho.

C *Rom. 8. Anſelm. Dionyſ. Carthuſ.*

D iuſtitiam Dei eam ibi intelligi debere non æternam, qua Deus iuſtus eſt in ſe, quia hanc bene nouerũt ſemper Iudæi & omnes alii homines, cũ ſemper hoc fuerit apud omnes homines notum creditumq;, Deum eſſe iuſtum: ſed iuſtitiam Dei creatam, quam Deus hominibus dat, dum eos iuſtificat, & de qua iam multa admodum diximus. Iuſtitiam autem hominis eo in loco omnes dicunt, eam quæ in operibus legis conſiſtebat, & quam homines per ſe ipſos ſuo arbitrio & ſuis uiribus aut facere aut poſſe facere putabant. Vnde Auguſtinus ait, Quid eſt hoc iuſtitia Dei, & iuſtitia hominis? Iuſtitia Dei hic dicitur non qua iuſtus eſt Deus, ſed quam dat Deus homini, ut iuſtus ſit homo per Deum. Quæ autem erat illorum iuſtitia? Qua de ſuis uiribus præſumebant, & quaſi impletores legis ſeipſos ex ſua uirtute dicebant. Hæc ille. Ob quod alibi etiam hæc uerba Apoſtoli ita interpretatur, De Iudæis hoc dixit, qui de ſe præſumentes gratiam repellebant, & in Chriſtum propterea non credebant, Suam uerò iuſtitiam dicit eos uolentes conſtituere, quæ iuſtitia eſt ex lege: non quia lex ab ipſis ſit conſtituta, ſed in lege quæ ex Deo eſt ſuam inſtitiam cõſtituerant quando eandem legem ſuis uiribus ſe implere poſſe credebant. Hæc ille. Eandem doctrinam ponit in De ſpiritu & litera, di-

Iuſtitia Dei & iuſtitia hominis. Rom. 10. Trac. Euang. ſecundum Ioan. 23.

E dicens, Ignorantes enim Dei iuſtitiam & ſuam uolentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Quia ipſum, Non cõcupiſces, & cætera eiuſmodi mandata ſancta & bona ſibi tribuebant, quæ ut poſsit homo facere, Deus operatur in homine. Anſelmus in ſuis commentariis circa illud uerbũ, Et quærentes ſtatuere ſuam iuſtitiam. ita interpretatur, Ideſt, quam ſuis uiribus per obſeruantiam legis putabant ſe facere. Et infra, Iuſtitia Dei hic dicitur, non qua iuſtus eſt Deus, ſed quam dat homini, ut iuſtus ſit homo per Deum. Iuſtitia autem illorum erat, quia de ſuis uiribus præſumebant, & quaſi impletores legis ſeipſos ex ſua uirtute dicebant. Ignorabant ergo iuſtitiam Dei, ideſt, quã dat homini Deus qui ſolus eſt iuſtus atq; iuſtificans: & uolebant conſtituere ſuam, ideſt uelut à ſe ſibi paratam, non ab illo impertitã: & ideo iuſtitiæ Dei non erant ſubiecti, quia ſuperbi erant, de ſuo putantes, non ſe Dei placere poſſe ſe Deo. Dionyſius etiam ita legit & interpretatur, Et ſuam quærentes ſtatuere, ideſt, propriam iuſtitiam allegantes, & in legis carnalibus iuſtitiis confidẽtes, ſed; propriis uiribus legem poſſe implere præſumentes, Iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti, quia ſic ſentiendo, nec Deo obediunt, nec ad iuſtitiam quam fecit Deus in nobis per fidem con F fugiunt, pro eius conceſsione rogando, ſed contradicunt eidem. Sanctus Thomas eodem modo iuſtitiam Dei dicit qua Deus iuſtificat per fidem, iuſtitiam uerò eorum hominum dicit eam quæ conſiſtit in operibus legis, quæ ſecundum eorum opinionẽ non expectabat aliquid à Deo, ſed ſolùm ex arbitrio operantium erat. Chryſoſtomus per illam iuſtitiam quam illi quærebant ſtatuere, ob quod etiã iuſtitiæ Dei non erant ſubiecti, intelligit iuſtitiam quæ ex legalibus eſt obſeruationibus: & illam docet appellari ab Apoſtolo ſuam ſeu propriam eorum, uel ob id, quòd legem præſtare, nec dum potuerint, uel quòd laborum eſſet ac ſudorum. Et ut quoque exponit, aliam uocat Apoſtolus iuſtitiam Dei, nimirum quæ ex fide, propterea quòd omnino ea ex ſuperna gratia ſit, in qua non laboribus, ſed Dei dono iuſtificamur. Hieronymus hic, iuſtitiam Dei, dicit eſſe fidem, ideſt, fidem formatam quæ ſola iuſtificat: iuſtitiam autem ſuam eorum, dicit eſſe opera legis, quã ipſi non cuſtodierunt. Et addit, bene dixiſſe Apoſtolum, iuſtitiam ſuam: quia iam non Dei eſt, ſed ipſorum. Ita ii ſancti doctores intelligunt iuſtitiam Dei & iuſtitiam hominis, quos certè ſequitur libenter tota ſchola, & ſimul tota eccleſia Chriſtiana. Cæterùm

Anſelm. *Rom. 10.* *Ibidem.* *Dionyſ. Carthuſ.* *S. Thom.* *Chryſoſt.* *Hierony.*

de iuſtitia legis atque de iuſtitia fidei, ut & G de illis iam dicamus, multa etiam ſancti patres, uiri quidem doctiſsimi, tradiderunt: ex quibus omnibus prorſus nullus eſt qui diſtinguat realiter iuſtitiam fidei ab omni opere hominis, & multo magis prorſus nullus eorum eſt qui diſtinguat iuſtitiam fidei ab omni opere Dei quod Deus exercet circa nos homines aliquid in nobis efficiendo. Immo omnes & conſtantisſimè & manifeſtisſimè in iuſtitia fidei ponunt opus aliquod ſaltem internum hominis adulti, quod eſt credere ex corde: ſicut etiam Apoſtolus ait, Corde enim creditur ad iuſtitiam. Credidit Abrahã Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Simulq; omnes, nullo excepto, docent ipſam fidem fideiq; iuſtitiam, eſſe opus Dei, ſecũdum quòd legimus, Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eũ quem miſit ille. Qui iuſtificat circũciſionem ex fide, & præputium per fidem. Gratia enim ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex uobis, Dei enim donum eſt. Fide purificans corda eorum. Quando igitur agimus de iuſtitia fidei & de iuſtitia legis, primùm utique nobis animaduertendum eſt, quæ iuſtitia ſit illa, & quæ iuſtitia ſit hæc: tunc enim & nõ ante, exactè magis ſentire, loqui, atque docere poterimus de utraque. Has autem duas iuſtitias ſi ad amuſsim exquirimus ſecundum Apoſtolũ Paulum qui de illis maximè agit, reperiemus H certè eſſe ſecundum rem illas duas iuſtitias quas Apoſtolus ipſe paulò ante ac ferme immediatè poſuerat, iuſtitiam Dei, & iuſtitiam hominum: quod ipſemet declarat ſatis, qui cùm eas duas iuſtitias propoſuiſſet, Dei, & hominum: ſtatim de iuſtitia fidei & de iuſtitia legis continuauit ſermonem, ut pote quòd eædem ſunt hæ iuſtitiæ ſecundum rem, quamuis aliquo modo uideantur differre nomine. Idem ſunt igitur ſecundum rem, iuſtitia Dei & iuſtitia fidei: atque pariter idem ſunt ſecundum rem, iuſtitia hominum & iuſtitia legis. Vnde cùm Paulus docuiſſet de iuſtitia Dei quæ nunc ſine lege manifeſtata eſt, teſtificata tamen à lege & prophetis, ſubiunxit, Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti: tanquã ipſa fides, ſit utique iuſtitia Dei & fidei. Quã obrem iam nunc communiter & ſine ulla differentia, per iuſtitiam legis, intelligimus legis opera, quæ qui faciebat homo uiuebat aliquomodo in illis, eo ipſo euadens mortem quam ipſa lex ſuis tranſgreſſoribus imponebat: per iuſtitiam autem fidei eam intelligimus, quam per fidem Saluatoris noſtri habemus: ipſum credentes, ſperantes, amantes, colentesq; ſuper omnia. Quanquam etiam quidam ex noſtris, uiri catholici & doctiſsimi, per eam iuſtitiam quæ ex fide eſt, quam gentes

Iuſtitia fidei, & iuſtitia legis. *Rom. 10.* *Rom. 4.* *Rom. 3.* *Epheſ. 2.* *Rom. 3.*

A gentes non ſectabantur & apprehenderunt, *Rom. 9.* intelligunt iuſtitiam legis Euangelicæ: ſecundum quos certè iuſtitia fidei, ipſa eſt iuſtitia Euangelii, quæ quodammodo incluſa erat & contenta in lege Moſis, ſicut nouum teſtamentum in ueteri. Et non eſt dubium quin iuſtitia fidei, poſsit dici ipſa lex fidei, per quam excluſa eſt gloriatio Iudæorum: quam fidei legem nititur introducere Apoſtolus ſicut ipſam fidem, aut fidei iuſtitiam. Quaſi idem intelligat per utrunque. Diuus Hieronymus in eo loco de his duabus iuſtitiis fidei & legis, ita diſtinguit & docet, Moſes, inquit, diſtinxit in Leuitico inter utranque iuſtitiam, fidei ſcilicet atque factorum: quòd altera operibus, altera ſola fidei credulitate accedente fit. Hæc ille. Quibus uerbis & ſi diſtinguat ſeiungatq; iuſtitiam fidei à iuſtia legis & per conſequens ab externis operibus legalibus, non tamen eam diſtinguit ab opere interno hominis: quinimmo fatetur eam conſtare interno quodam opere mentis noſtræ, quia docet eam fidei credulitate accedēte fieri. Eſt enim fidei credulitas, quædam noſtra interna operatio, & magis Dei: ut infra oſtenditur ſatis, ſuo loco. Nullo igitur modo fieri poteſt ut rectè quis dicat, iuſtitiam fidei excludere omnia, opera aut omne opus, ſicut uidetur dicere Caluinus: quia profectò non excludit ea opera hominis externa etiā,

Hierony. Rem. 10.

Part 4. Lib. 1. per mul.

B quæ fiunt ſecundum legem Euangelicam; ſaltem non excludit opera hominis externa circa Deum, Dei fidem, ſpem, dilectionem, quibus Deum credimus, ſperamus, diligimus: ſaltem non excludit illud opus noſtrum internum quod eſt fidei credulitas, de qua meminit Hieronymus. Maximè autem ſaltem iuſtitia fidei qua à peccatis iuſtificamur, non excludit opus Dei quod Deus ipſe circa nos & in nobis ipſis facit, dum nos iuſtificat: & de hoc opere nos modo agimus, non de aliis. Eſt nanque modo quæſtio, An Deus aliqnid poſitiuè in nobis agat, dum nos iuſtificat? An nos inſtificet Deus per ſolam nonimputationem uel remiſsionem ſolam peccatorum, nihil iuſtitiæ aut donorum ſuorum nobis communicando? Nihil ergo faciunt ad propoſitum præſentis diſputationis, quæ hic adducit Caluinus de iuſtitia legis & de iuſtitia fidei: nihil enim minus faciunt, quàm quod probent iuſtitiam fidei aut non eſſe aut non includere opus Dei, quo nobis Deus ſuam iuſtitiam, ſuam gratiam, & ſua dona communicat. Opera enim legalia excludebat ibi Apoſtolus, ſicut & alibi ſæpe, quibus dediti erāt Iudæi, & quibus ſolis ſeſe iuſtificari putabant corām Deo, etiam ſine fide Saluatoris, non alia: præſertim non excludebat opus Dei, no

bis iuſtitiam infundentis. Porrò nos adhuc ipſum Caluinum audiamus, ita dicentem, Idē ſibi uolunt uerba quibus Lucas apud Antiochenos ipſum eſſe uſum refert, Per hunc uobis annuntiatur remiſsio peccatorum, & ab omnibus à quibus non potuiſtis iuſtificari in lege Moſis, in hoc omnis qui credit iuſtificatur. Nam & remiſsioni peccatorum iuſtificatio, uelut interpretationis loco, ſubiicitur, & abſolutionem proculdubio ſignificat, & legis operibus detrahitur, ut ſit gratuita, & fide percipi dicitur. Reſpondemus, Neque hæc denuo adducta, ullo pacto fiant à Caluino. Primùm enim quia iuſtificatio in his uerbis diuinis, magis profectò fidei, & credulitati, tribuitur, quàm remiſsioni peccatorū: quandoquidem ſic legimus in illis, Per hunc uobis annuntiatur remiſsio peccatorum, & ab omnibus à quibus non potuiſtis iuſtificari in lege Moſis. Et ſequitur, In hoc omnis qui credit, iuſtificatur. Ecce ſtatim & manifeſtius tribuitur iuſtificatio, fidei. Sicut alibi, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Et alibi, Corde creditur ad iuſtitiam. Deinde quia cùm iuſtificatio noſtra filiorum Adæ, eas duas mutationes includat, gratiæ ac fidei infuſionem & peccatorum remiſsionē, quæ ſecundum legem datam nunquam ſeparantur in iuſtificatone peccatoris, & quæ ſine dubio ſufficiunt, poteſt iuſtificatio uel peccatorum remiſsioni, uel fidei formatæ optimè tribui. Tertiò & fortaſsis maximè, quia cùm peccatum mortale quod omne & ſolum facit hominem iniuſtum, includat priuationem gratiæ gratum facientis ac charitatis diffuſæ in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, ut eſt oſtenſum, & conſtat; nō poſſumus intelligere plenam peccati remiſsionem niſi quoque intelligamus gratiæ gratum facientis & charitatis poſitionem: In quibus duobus conſiſtit certè peccatoris iuſtificatio, & à peccatis liberatio. Nec iuſtificatio remiſsioni peccatorum ſubiicitur, uelut interpretationis loco: ſed quia remiſsio peccatorum eſt altera pars iuſtificationis, & quæ non eſt nec eſſe poteſt ſecundum legem ordinatam, ſine iuſtificatione. Ob quam rationem inuenimus in diuinis ſcripturis, iuſtificationem fidei tribui, gratiæ, aut charitati, nulla tunc facta mentione de remiſsione peccatorum: fidei, inquam, fidei legi, aut etiam fidei iuſtitiæ, ut cō ſtat ex dictis & adductis. Ad quæ ſi denuo redeamus, & magis ac magis attendamus, etiā millies, idem ſemper reperiemus. Eſt enim fidei iuſtitia, non ſolùm ea quam fides habet obiectiuè, nec ſolùm ea quam fides habet meritoriè, ſed etiam ea quam fides facit in anima

C *Verba Caluini.*

Verba Catholica.

Rom. 4. Rom. 10.

D

E ſormaliter: quia ipſa fides per ſe iuſtitia quædam eſt, qua anima formaliter quodammodo eleuatur, rectificatur, ordinatur quantum ad intellectum circa Deum, & ex illa parte iuſtificatur. Dicimus conſtanter legis iuſtitiam conſtare ex operibus arbitrii & cognitionis quam ex lege habemus: Similiter ergo eadem eſt ratio, ut dicamus iuſtitiam fidei conſtare ex fidei & gratiæ operibus, cum non ſit ocioſa fides, gratia, charitas. Preſertim ergo & ipſa fides pertinet ad iuſtitiam fidei, ad quam pertinent & ipſa fidei opera. Iuſtitiam igitur fidei appellamus iudicem in hac quæſtione terminanda, cui Apoſtolus pluries noſtram tribuit iuſtificationem. Eſt namque in illa aliquod opus noſtrum, ut infra oſtendetur; & ſaltem eſt in illa aliquod opus Dei, quo ipſe in nos ſua diffundit dona, fidem, ſpem, charitatem. Iuſtitia fidei, eſt quam oſtendit ipſa fides, Saluator noſter. Iuſtitia fidei, ſunt opera fidei & gratiæ, ſecundum Euangelium Dei. Iuſtitia fidei, quoq; eſt ipſa fidei credulitas, qua credimus uerbum Dei annuntiantis Chriſtum. Et iuſtitia fidei, eſt gratia gratum faciẽs, quam Deus communicat omnibus & ſolis credentibus,
F ſperantibus, diligentibusq́;. Doctores ſanctos de his loquentes audiamus, in quibus certè reperimus ſecundum diuinas ſcripturas, quòd fides quidem habet iuſtitiam obiectiuam, ideſt, Saluatorem noſtrum, quem tanquam obiectum ſuum fides cognoſcit, credit, & oſtẽdit: habetque iuſtitiam formalem quã ipſa fides facit in anima formaliter, iuſtificando animum ex illa partte cum Deo, ideſt, quãtum ad intellectum quem ordinat fides circa Deum, ut cognoſcat & credat de Deo, quæ de Deo cognoſcenda atque credenda ſunt: & habet iuſtiriam à ſe effectam, uidelicet ipſa opera iuſtitiæ, quæ fides operatur per charitatẽ, iuxta ſanctam Dei legem Euangelicam. Attẽtè igitur loquendum eſt & nullo modo dicendum, iuſtitiam fidei minimè conſtare ex operibus: namque & ipſa fidès in ſeipſa opus quoddam eſt, tum Dei, tum noſtrum, quæ etiam eſt noſtra quædam formalis iuſtiria: & opera fidei atque charitatis ſecundum ſanctũ Dei Euangelium facta, ad fidei iuſtitiam pertinent. Sic enim dicit Apoſtolus, Non enim *Rom. 2.* auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Circuncisio nihil *1. Cor. 7.* eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. Nam in Chriſto Ieſu, neq; *Galat. 5.* circuncisio aliquid ualet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Vnde Hieronymus & Richardus à ſancto Victore, conſtanter teſtati ſunt, ſicut etiam ex illis iam diximus, quòd lex talis erat, quæ ſeruata ſaluare & iuſtificare poterat: ſimul tamen docentes quòd ſine fide & adiutorio gratiæ Dei per G Saluatorem noſtrum non poterat ſeruari lex. Et diuus Ioannes ait, Filioli nemo uos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. *1. Ioan. 3.* Igitur & per fidem iuſtitiam percipimus, in quantum per fidem iuſtitiam cognoſcimus, Saluatorem noſtrum: per fidem iuſtitiam habemus, inquantum ipſa nos iuſtificat formaliter: & per fidẽ iuſtitiam operamur, credentes, obtemperantes, & ſecundum legem Dei uiuentes. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. *1. Ioan. 3* In iuſtitia ſua quam operatus eſt, uiuet. *Ezec. 18.* Beati, qui faciunt iuſtitiam in omni tempore.

Ergo non multum nec mirum eſt quòd iuſtitia ſeu iuſtificatio tribuatur remiſsioni peccatorum, propter rationes iam dictas: & quòd adinuicem alterum nominetur nomine alterius, propter eaſdem dictas rationes. Quod uerò Caluinus ſic intelligit quaſi Apoſtolus per oppoſita diuidat iuſtitiam, in iuſtitiam legis & iuſtitiã fidei: & quod addit ideo iuſtitiam fidei opponi iuſtitiæ legis, quia iuſtitia legis conſtat ex operibus, iuſtitia uerò fidei minimè; alterius ſunt negocii, alteriusq́; ſpeculationis. *August.* Etenim Auguſtinus in De prædeſtinatione ſanctorum, ut paulò ante diximus, uidit quidem Apoſtolum diſtinguere fidem ab operibus, non tamen quaſi per oppoſita, tanquam fides non ſit opus quoddam H Dei & hominis qui credit: ſed alio modo, & propter alias cauſas quas declarat, tum ibi, tum alibi, & quas paulò ante poſuimus ex eodem. Operaq́; nonnulla Auguſtinus, in doctrina Apoſtoli optimè inſtructus, ſecluſit à iuſtificatione Chriſtiana coràm Deo: ſed profectò non omnia. Quæ nam excluſit? Omnia quæ fidem Chriſti abiiciunt, qualia ſunt omnia opera Iudæorum iuſtitiam legis Moſis ſectantium, & fidem Chriſti non recipientium: atque omnia generalium ſiue Iudæorum ſiue Gẽtilium, quæ fidem Chriſti & gratiam Chriſtianam in hominibus antecedunt. Quæ autem, quæſo, non excludit? Omnia quæ in hominibus fidem Chriſti & gratiam Chriſtianam, præſertim gratiam gratum facientem ſequuntur. In multis locis declarauit hanc doctrinam ſuam, immo Apoſtolicam, Auguſtinus, ut partim iam conſtat ex dictis: ſed manifeſtè omnino illam ponit expreſſè in Hypognoſtico cõtra Pelagianos. *Lib. 3. tom. 7.* Ibi enim gratiam prædicans atque commendans, multa memorauit de Saluatore noſtro & de bonis ac iuſtitia quæ habemus per ipſum, quòd uenit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, & *Mat. 17. 1. Tim. 1.* ad noſtram reparationem, reformationem, redemptionem, reconciliationemq́; formam ſerui ſuſcipere uoluit: quòd contumelias ſuſtinuit à Iudæis, & mortem perpeſſus eſt, quæ

utique

A utique omnia pro noſtra ſalute dignatus eſt ſuſtinere, dominus bonus & miſericors pro ſeruis malis & impiis, liber pro captiuis, iuſtus pro iniuſtis, uita pro mortuis, ſpes pro deſperatis, recõciliatio pro offendẽtibus, ſicut *1. Ioan. 2.* dicit Ioannes Apoſtolus de eo, Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro noſtris *1. Petr. 2.* autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. Quòd peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui, iuſtitiæ *1. Petr. 3.* uiuamus, cuius liuore ſanati ſumus. quòd ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus *1. Ioan. 3.* pro iniuſtis, ut nos offerret Deo mortificatos carne, uiuificatos autem ſpiritu. quòd in *Act. 10.* hoc apparuit Filius Deus, ut diſſoluat opera diaboli. quòd pertranſiuit benefaciendo & *Hebr. 1.* ſanando omnes oppreſſos á diabolo. quòd cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, portansque omnia uerbo uirtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens ſedet ad *Hebr. 9.* dexteram patris. quòd ſi ſanguis hircorum & taurorum & cinis uitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſan- *Ephes. 2.* ctum ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo, B emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo uiuenti? *Rom. 9.* quòd gratia ſalui facti ſumus, non ex operibus, ne quis glorietur. quòd uõ ex operibus, *Hierem. 1.* ſed ex uocante dictum eſt ei, priuſquam te formarem in utero, noui te, & priuſquam exires de uulua, ſanctificaui te, & Prophetam in gen- *Iacob. 1.* tibus poſui te. quòd præparatur uoluntas à domino, à quo omne datum optimum, & o- *Rom. 3.* mne donum perfectum eſt. ut omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mũdus Deo, quia ex operibus non iuſtificabitur omnis caro coràm illo. quia iuſtitia Dei præuentu (alias forte, per aduentum) miſericordiæ per fidem Ieſu Chriſti apparuit ſuper omnes qui crediderunt. quòd, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionẽ quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationẽ per fidem in ſanguine ipſius. &c. Hæc & multa alia adduxit ibi Auguſtinus declarando & commendando fidem Chriſti, gratiam Chriſtianam, & iuſtitiam quã habemus per Chriſtum: Vt autem oſtenderet quòd hæc diuina eloquia non excludunt à iuſtitia ſeu iuſtificatione noſtra, bona opera noſtra ſequentia hanc fidem & gratiam Chriſtianam, quæ bona opera frequenter commendat Apoſtolus; ſed excludunt à iuſtitia ſeu iuſtificatione noſtra, opera noſtra præcedentia hanc fidem & gratiam Chriſtianam huiuſmodi, quæ opera exaltabat & commendabat Pelagius, dixit ſtatim Auguſtinus contra Pelagium, Ecce audiſti, Iuſtificati gratis per gratiam Dei. Noli ei præponere opera propria, nec ex eiſdem C gloriari, quia ut iam ſuperius dictum eſt, ex operibus non iuſtificabitur omnis caro coràm illo. Hæc ille. Ne autem Pelagius obganniret contra Auguſtinum ex his dictis, quaſi uellet Auguſtinus per hæc excludere à iuſtitia & iuſtificatione noſtra, opera bona liberi arbitrii, de quibus nobis præcipit Apoſtolus, abundare in operibus bonis. dixit Auguſtinus ſtatim, declarando magis ſeipſum, Audi hæretice, ſtulte, & inimice fidei ueritatis, opera liberi arbitrii bona, quæ ut fiant præparantur per gratiæ præuentum, nullo liberi arbitrii merito, & ipſo faciente, gubernante, & perficiente ut abundent in libero arbitrio, nõ damnamus, quia ex his uel huiuſmodi homines Dei iuſtificati ſunt, iuſtificantur, iuſtificabuntur in Chriſto: Damnamus uerò auctoritate diuina, opera liberi arbitrii, quæ gratiæ præponuntur, & ex his tanquam meritis, in Chriſto iuſtificari extolluntur. Hæc Auguſtinus. Quid nos modo poſſumus dicere reſpondendo Caluino, niſi hoc quod tunc ibi dixit Auguſtinus reſpondendo Pelagio? Excludimus à iuſtitia & iuſtificatione, opera liberi arbitrii quæ gratiæ Chriſti præponuntur: Non autem excludimus à iuſtitia & iuſtificatione, bona opera liberi arbitrii quæ ut fiant præparantur per gratiæ Chriſti præuentum, nullo liberi arbitrii merito, & ipſo faciẽte, gubernante, & perficiente ut abundent in D libero arbitrio: quia ex his uel huiuſmodi homines Dei iuſtificati ſunt, iuſtificantur, iuſtificabuntur in Chriſto. Hæc igitur nos dicimus, hæc nos reſpondemus, Et hæc eſt doctrina Apoſtoli, quam maximè intelligit & ſequitur Auguſtinus. Maximè attendenda eſt mens A- *Auguſt. Lib. 1. quæſt. 2. in principio. tom. 4.* poſtoli, ut ex illa tum melius, tum facilius, dicta, ſententiamq; illius intelligamus. Auguſtinus autem ad Simplicianum, oſtendens ſeu declarans intentionem Apoſtoli quæ uiget per totam epiſtolam ad Romanos, ait, Hæc eſt autem, ut de operum meritis nemo glorietur, de quibus audebant Iſraelitæ gloriari, quòd datæ ſibi legi ſeruiſſent, & ex hoc Euangelicam gratiam tanquam debitam meritis ſuis percepiſſent, quia legi ſeruiebant: unde nolebant eam gratiam dari gentibus tanquã indignis, niſi Iudaica ſacramenta perciperẽt. *Act. 15.* Quæ orta quæſtio, in Apoſtolorum actibus ſoluitur. Non enim intelligebant, quia eo ip- *Rom. 11.* ſo quòd gratia eſt Euangelica, operibus non debetur. Alioquin gratia iam non eſt gratia. Hæc ille. Ergo illa ſola opera excludebat Apoſtolus à iuſtificatione, quæ gratiæ Euangelicæ, ideſt, gratiæ Chriſti in ſancto Euangelio prædicatæ & commendatæ præponũtur, aut fidem Chriſti abiiciunt.

E AVT, quæſo, dic nobis Caluine, Qui iuſtitiam fidei & iuſtitiam legis ſeu operum diuidis, tanquam per oppoſita; in qua parte uel, ſub quo membro conſtituis charitatem? Nō enim poteſt eſſe dubium, quin ipſa charitas ad aliquam iuſtitiam pertineat. Dicit enim *Col. 3.* Apoſtolus Paulus ad Coloſſenſes, eam eſſe *1. Pet. 4.* uinculum perfectionis. Apoſtolus Petrus dicit eam eſſe operimentum peccatorum. *1. Ioan. 3.* Apoſtolus Ioannes dicit per eam nos de morte ad *ſuperius. Lib. 2. Cap. 5.* uitam transferri. ut conſtat in dictis ſuperius allegatis. Ergo illa pertinet ſine dubio ad iuſtitiam. Sub quo igitur membro conſtituis illam Caluine? Sub iuſtitia operum? an ſub iuſtitia fidei? Si ſub iuſtitia operum, Ergo quot quot habent charitatem in hac uita, quam quidem habent omnes uiri iuſti, habēt eo ipſo iuſtitiam operum, ſaltem inchoatam. Si ſub iuſtitia fidei, Ergo iam non ſola fides iuſtificat in eo genere uel in ea ſpecie iuſtitiæ, ſed etiam & charitas. Quid ad hæc? Nunquid charitatem ab omni iuſtitia excludis, ut neq; pertineat ad iuſtitiam fidei, nec pertineat ad iuſtitiam operum? Abſit tanta inſania. Qualis eſt tibi charitas, rogo, ſi eam ab omni iuſtitia tum fidei, tum operum excludis? Satis miſera illa tibi eſt, ſatis inops, ſatis abiecta: quæ tamen apud Deum ſic eſt fœliciſsima, ſic diues, ſic nobilis, ut per illam de morte ad uitam transferamur, per illam peccata noſtra *1. Ioan. 3.* operiantur, per illam perficiamur. Translati F ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. *1. Petr. 4.* Qui non diligit, manet in morte. *Col. 3.* Super omnia charitatem habete, quæ eſt uinculum perfectionis. Ante omnia autem charitatem habete, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Ex his prærogatiuis charitatis conſtat quòd fides non poteſt iuſtificare ſine charitate & per conſequens quòd charitas pertinet ad iuſtitiam fidei. Conſtat etiam quòd charitas pertinet ad iuſtitiam operum, *Mat. 22* tum quia illa eſt maximè præcepta *Deut. 6.* in lege, ſicut Saluator noſter declarauit apud *Leuit. 19.* Matthæum, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile huic, Et proximum tuum, ſicut te ipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. *Rom. 13.* Tum quia charitas eſt finis omnium præceptorum & totius legis. *1. Tim. 1.* Qui diligit proximū, legem impleuit. Plenitudo legis, eſt dilectio. Finis præcepti charitas. Si charitas eſt finis præceptorum, quo modo poteſt de illa eſſe præceptum? Inquantum illa eſt medium per ueniendi ad Deum, finem ultimum ſimpliciter. Itaque igitur charitas pertinet ad utranque iuſtitiam. Ad iuſtitiam operum, quia illa eſt maximè præcepta: & ad iuſtitiam fidei, G quia eſt opus internum mentis, & ſine quo nullo modo poteſt fides iuſtificare à peccatis, nec iuſtificationē à peccatis obtinere. *Auguſt. Cap. 63. tom. 7.* Auguſtinus conſpicatus has prærogatiuas charitatis, optimè confeſſus eſt in De natura & gratia, quòd ea iuſti ſunt, quot quot iuſti ſunt: & propter has charitatis prærogatiuas, ſecundum gradus charitatis diuiſit gradus iuſtitiæ, *Ibidem. Cap. 70.* ut conſtat ex dictis, & conſtabit magis ex dicendis. Mutes ergo ô Caluine, ſententiam, & poteris ex ea parte habere iuſtitiam, quod ualde optamus, & poſcimus.

AN' non opponitur iuſtitia fidei, alicui iuſtitiæ operum? Opponitur quidem. Refert tamen multum, multumq́; intereſt uidere cui iuſtitiæ operum opponatur fidei iuſtitia: quia profectò non opponitur iuſtitia fidei, omni iuſtitiæ operum ſine diſcrimine; ut luce clarius conſtat ex dictis. Alicui ergo iuſtitiæ operum opponitur iuſtitia fidei. Alicui autem non opponitur. Videamus cui opponatur; ut ſaltem ex hoc cognoſcamus abūdantius cui non opponitur. Quidem non melius noſſe poſſumus cui iuſtitiæ operum opponatur iuſtitia fidei, quàm cognoſcendo quibus operibus fides opponitur, & quæ opera abiicit: *Cui iuſtitiæ operum opponatur iuſtitia fidei.* quæ enim iuſtitia operum habuerit ea opera, quibus opponitur aut quæ abiicit fides, ſine dubio illa iuſtitia operum opponitur iuſtitiæ fidei, & iuſtitiam fidei habet ſibi oppoſitam. Ad ea opera igitur ueniamus quibus fides opponitur, uel quæ fides H abiicit ſeu excludit. *Quibus operibus opponatur fides.* Primùm quidem fides ſtrictè opponitur omnibus operibus incredulitatis, omnibus aſſenſibus uidelicet mentis qui ſunt contra fidem, contra ueritatem aut doctrinam fidei. Secundò opponitur fides largè omnibus operibus quæ ſunt contra confeſsionem fidei; quia ſicut fides uult credere credenda, ſic uult confiteri omnia credibilia. Tertiò opponitur largè ſchiſmati & operibus eius, quia ſunt contra unitatem ſpiritus in uinculo pacis, quam unitatem & pacem maximè commendat fides. Quartò opponitur fides largè cūctis operibus quæ ſunt contra charitatem, quia charitas eſt finis omnium quæ continentur in lege & in prophetis, ob quod etiam & ipſius fidei: quia &, fides quoque in lege & prophetis continetur, præcipitur, & commendatur. Quintò opponitur fides largè quodammodo oībus operibus malis, omnibusq́; peccatis, pro ut omnia peccata ſunt contra legem Dei, quam totam credit fides ueriſsimam, iuſtiſsimam, ſanctiſsimam, optimam. Sextò opponitur fides Chriſtiana omnibus operibus cuiuſcunque ſtatus aut conditionis ſint, quæ ipſam fidem abii-

A abiiciunt, nolunt, non recipiunt, dum pu-
tant ſe ſufficere ad iuſtitiam hominis, ſine fide
Chriſti: quia fides omnibus ſuis oppoſitis op
ponitur, & præſertim fidei opponuntur,
quæ fidem abiiciunt, ſiue ex natura rei, ſiue
ex ignorantia uel malitia hominũ. Septimò
opponitur fides omnibus operibus quæ & ſi
fidem ipſam recipiant tanquam ueram, cum
illa tamen Iudaiſmum ſeruari uolunt, quia
putant Iudaiſmum etiam eſſe neceſſarium uel
licitum ſaltem, cum tamen Iudaiſmus iam
nunc non ſit neceſſarius nec licitus. Ecce qui
bus operibus opponitur fides aliquo modo,
directè uel indirectè, immediatè uel media-
tè, ſtrictè uel largè, per ſe uel per accidẽs. Alia
uerò ſunt opera, quibus nullo modo opponi
Quibus operibus non opponatur fides. tur fides. Quæ ſunt illa? Omnia & prorſus o-
mnia quæ fides præcipit, conſulit, aut ſaltem
in differentia relinquit. His enim operibus,
profectò nullo modo fides opponitur: ſi e-
nim illis opponeretur, illa utiq; prohiberet.
Non prohibet autem hæc, fides; ergo non op
ponitur his. In uniuerſum enim, nulla res ma
gis prohibet aliquid, quàm id cui opponitur:
nec aliqua res magis opponitur alicui, quàm
ei quod prohibet, & eſſe non uult. Igitur
certè fides non opponitur operibus quæ ipſa
præcipit, conſulit, aut indifferentia relin-
quit: ſed amat, uult, & amplectitur, tan-
quam à ſe præcepta, à ſe conſulta, à ſe indif-
Galat. 5. ferentia relicta. Nouimus ex Apoſtolo Pau-
B lo, quòd fides per charitatem operatur: no-
2. Pet. 1. uimus ex Apoſtolo Petro, quòd per bona o-
pera certam facimus noſtram uocationem &
Iacobi. 2. electionem: nouimus ex Apoſtolo Iacobo,
quòd ex operibus bonis noſtram fidem oſtẽ-
dimus. Ergo fides non opponitur ſuis pro-
priis operibus, quæ opera, ipſa fides opera-
tur per charitatem: ſicut nulla cauſa opponi
tur ſuis effectibus, ſed magis eos diligit. Nec
opponitur fides, illis operibus, quæ noſtrã
uocationem certam faciunt, nec illis, quæ
ipſam fidem oſtendunt: nec illis operibus,
quæ à Deo laudantur & ab ipſo Deo promiſ-
Gen. 22. ſiones bonas accipiunt, ut obedientia Abra-
hæ: nec illis, quæ nobis ad iuſtitiam reputã-
Pſal. 105. tur, ut factum Phinees, Et ſtetit Phinees, &
placuit: & ceſſauit quaſſatio. Et reputatum
eſt ei in iuſtitiam in generationem & genera-
tionem, uſque in ſempiternum. nec illis ope
ribus, de quibus manifeſtè dicit Apoſtolus,
Rom. 2. Sed factores legis iuſtificabuntur. Circunci-
1. Cor. 7. ſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſer
uatio mandatorum Dei. Ad propoſitum er-
go iam dicamus, Quemadmodũ aliqua ſunt
opera quibus opponitur fides, & aliqua ſunt
opera quibus non opponitur fides, ut de his
omnibus conſtat ex dictis ſtatim: ita aliqua

eſt iuſtitia operum cui opponitur iuſtitia fi- C
dei, & aliqua eſt iuſtitia operum cui non op-
ponitur iuſtitia fidei. Iuſtitia enim operum,
opera eſt, & ad opera pertinet: unde ſicut ſe
habent opera ad fidem, ſic ſe habet operum
iuſtitia ad fidei iuſtitiã. Et manifeſtũ eſt quòd
iuſtitia fidei, non opponitur alicui, niſi illi o-
mni & ſoli cui opponitur fides: Quo enim iu-
re iuſtitia fidei opponeretur alicui rei, cui rei
non eſſet oppoſita ipſa fides? Cõcludamus igi
tur & optimè & ueriſsimè ſic, Iuſtitia fidei op
ponitur iuſtitiæ operũ includẽti opera oppo
ſita fidei: atq; iuſtitia fidei nõ opponitur iuſti
tiæ operum non includenti opera oppoſita fi
dei. Hæc eſt doctrina Chriſtiana, uera, catho
lica, Apoſtolica, Diuina: hoc eſt quod Salua
tor noſter docuit, quod Apoſtoli eius prædi
cauerunt, quod nos toto corde credimus &
confitemur. Hinc eſt etiam quòd Apoſtolus
aliqua opera abiicit atque excludit, ut lega-
lia omnia, ceremonialia & iudicialia; quia ui
delicet fidei opponuntur in eo, quòd quem
legalia figurabant Saluatorem uenturum, fi-
des dicit iam ueniſſe: & in eo quòd ſacrificiũ
quod legalia uolunt ſecundum ordinem Aa-
ron, fides uult ſecundum ordinem Melchiſe
dec. Sic illa talis iuſtitia operum, opponi-
tur fidei & iuſtitiæ fidei: illam ideo abiiciebat
Apoſtolus, dicens, Arbitramur enim iuſtifi- *Rom. 3.*
cari hominem per fidem ſine operibus legis.
State, & nolite iterum iugo ſeruitutis conti- D
neri: Ecce ego Paulus dico uobis, Quoniam *Galat. 5.*
ſi circuncidamini, Chriſtus uobis nihil pro-
derit. Quomodo conuertimini iterum ad in *Galat. 4.*
firma & egena elementa, quibus denuo ſer-
uire uultis? Dies obſeruatis, & menſes, &
tempora, & annos. Timeo uobis, ne ſine
cauſa laborauerim in uobis. Scientes autem *Galat. 2.*
quòd non iuſtificatur homo ex operibus le-
gis niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chri
ſto Ieſu credimus, ut iuſtificemur ex fide
Chriſti, & non ex operibus legis. Propter
quod ex operibus legis non iuſtificabitur om
nis caro, Atque hinc eſt quòd eam iuſtitiam
quæ in lege eſt, & ſecundum quam conuerſa
tus fuerat ſine querela, ipſe Apoſtolus arbi- *Philip. 3.*
trabatur detrimenta: Ergo illam ſolam iuſti-
tiam operum abiiciebat Apoſtolus, illi ſoli
opponebat iuſtitiam fidei, ut conſtat. Fidem
autem, legem fidei, iuſtitiam fidei, opera
quæ fides operatur per charitatem, obſerua
tionem mandatorum Dei, opera denique ſe
quentia fidem & gratiam libertatemq; Chri-
ſtianam, ſummopere atque totis uiribus præ
dicabat & commendabat Apoſtolus, præſer *Rom. 1. 2.*
tim ad Romanos, ad Galatas, ad Corinthios, *3. 4. & 10.*
ut manifeſtum eſt ex dictis. Vt quidem iuſti- *1. Cor. 7.*
tia fidei non ſolùm non opponatur huic tali *Galat. 5.*
iuſti-

E iuſtitiæ operum, ſed profectò illam uelit multum, prædicet, atque operetur. Et fides quæ *Galat. 5.* per charitatem operatur. Operatur igitur fides per charitatem, Quid operatur? Non dubium quin opera fidei, opera charitatis, opera præceptorum, opera conſiliorum, opera legis fidei, opera iuſtitiæ fidei, iuſtitiam talium operum. Ergo huic iuſtitiæ operum quam operatur fides per charitatem, non opponitur fides, nec opponitur iuſtitia fidei: quinimmo eam maximè uult, & commendat, tanquam facturam ſuam, quia illam operatur.

Continuantur præcedentia ex dictis Caluini & noſtris catholicis reſponſionibus. Agitur de iuſtificatione, ſanctificatione, Dei acceptatione, & noſtra renouatione. CAP. XVI.

Verba Caluini. DICIT Caluinus, Quid? Iuſtificatio Publicani Lucæ 17. quid aliud ſonat, quàm iuſti tiæ imputationẽ, dum gratis acceptus eſt Deo? *Reſponſio Catholic.* Reſpondemus, Sonat quidem iuſtificatio Publicani, iuſtitiæ Chriſti imputationem à Deo, ſicut & omnis alia cuiuſuis hominis iuſtificatio: utpote quòd Deus optimus neminem hominum filiorum Adæ iuſtificet, niſi eos omnes & ſolos F quibus Chriſti filii ſui & Saluatoris noſtri iuſtitiam imputat, libenter & gratis. Sed utique cum hoc etiam iuſtificatio Publicani ſonat aliud, quia uidelicet ſonat, ſignificat, & includit gratiam Dei creatam, donum Dei creatum, & creatam quandam eius iuſtitiam, quam Deus Publicano illi communicauit, quando illi iuſtitiam Filii ſui Saluatoris noſtri imputauit. Fecit enim illum iuſtum, certè ei aliquid iuſtitiæ communicando, ſeu infundendo, qualis qualis ipſe publicanus antea fuerit. Nec ipſa imputatio iuſtitiæ Chriſti ſola eſt in ſeipſa & in Deo interius manens dum Deus hominem quempiam iuſtificat, ſed procedit etiam exitq́; in actionem Dei exteriorem, qua Deus dona ſua confert illi homini uidelicet quem iuſtificat. Hanc autem Dei optimi donorum ſuorum collationem, communicationem, aut largitionem, ſimul cum peccatorum remiſsione, nos conſtanter appellamus impii iuſtificationem: ſi- *1. Cor. 6.* cut Apoſtolus ait, Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei Noſtri. Aliaq́; multa. Dicit enim, Abluti eſtis, quod explicat remiſsionem peccatorum, ſicut corporalis lotio expurgat, eliminatq́; & aufert ſordes & immunditiam. Dicit, Sanctificati eſtis, quod G explicat infuſionem ſeu receptionem bonorum: ueluti profectò Deus bona ſua confert illis, quos ſanctificat. Dicit, Iuſtificati eſtis. quod explicat utrunque: quia ſine dubio iuſtificatio utrunque includit, & peccatorum remiſsionem, & donorum receptionem: atque perinde, ablutionem, & ſanctificationem. Quos enim Deus iuſtificat, illos eo ipſo abluit & ſanctificat: abluit, peccata remittendo, non imputando, aut condonando: ſanctificat, dona ſua communicando, impertiendo, infundendo. Nihil ergo facit pro Caluino, ea quam adducit, iuſtificatio Publicani: quia fuit illa regularis, & ſecundum communem legem, continens tum remiſsionem peccatorum, tum receptionem donorum diuinorum. Quam etiam Publicani iuſtificationem præceſsit tempore uel natura ſua, ſuorũ peccatorum cognitio, ſua cordialis peccatorum ſuorum confeſsio, & ſua ipſius ad Deũ optimum conuerſio: ſicut uerba ipſa ſancti Euangelii declarant de ipſo, quòd aſcendit in *Luca 17.* templum ut oraret, quòd eminus ſtabat, quòd pectus ſuum tundebat, quodq́; tandem dicebat, Deus propitius eſto mihi peccatori. Neque eſt in toto Euangelio uerbũ aliquod, quo oſtendatur, aut inſinuetur, aut innuatur, iuſtificatum fuiſſe Publicanum per ſolã peccatorum remiſsionem aut ſolam iuſtitiæ Chriſti imputationem ſine gratiæ creatæ in- H fuſione, ut perperam uult docere Caluinus: ſed fuit iuſtificatio Publicani paſsiua per peccatorum remiſsionem cum iuſtitiæ ſuſceptione, ac per motum quidem realem ipſius Publicani, de peccato ſeu de iniuſtitia ad iuſtitiam. Sic enim re uera, fuit mutatus, eo tempore, uel eo inſtanti, atque eo ipſo quo fuit iuſtificatus. Nihil ergo ualet argumentatio Caluini, deducta ex iuſtificatione Publicani. Sed ipſum Caluinum iterum audiamus, illiq́; iterum reſpondeamus. *Verba Caluini.* Dicit ergo, Et quoniam de uerbi proprietate lis eſt, cùm Chriſtus à Paulo iuſtitia & ſanctificatio noſtra prædicatur, certè inter hæc duo ſtatuitur diſcrimen, quod Tridentini patres confundunt. Nam ſi duplex eſt gratia, quod nos Chriſtus iuſtificat & ſanctificat, iuſtitia uitæ innouationem ſub ſe non complectitur. *Reſponſio Catholic.* Reſpondemus, Quidem de proprietate uerbi, ſimul atque de proprietate, quidditate, ac definitione, ſeu deſcriptione rei, hic agimus, & in his duobus præſens noſter ſermo laborat: ut oſtendat quid hoc nomen, iuſtificatio, propriè apud nos Chriſtianos ſignificet, & quid ipſa res, iuſtificatio, propriè apud nos Chriſtianos ſit, importet, aut includat. Dicit Caluinus quòd iuſtificatio propriè dicta, eſt ſola re-

A remiſsio peccatorum ſine receptione bonorum, donorum, aut gratiæ creatæ, ſeu uirtutum. Dicimus nos, quòd iuſtificatio propriè dicta, non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed eſt peccatorum remiſsio & bonorum, donorũ, gratiæ gratum facientis creatæ, ac uirtutum receptio: Vnde manifeſtum eſt, noſtram iuſtificationem continere noſtram ſanctificationem, noſtramq́; uitæ innouationem. Quandoquidem horum donorum Dei receptio, eſt noſtra ſanctificatio, noſtra autem ſanctificatio, eſt noſtra uitæ innouatio. Ob quod igitur, quia noſtra iuſtificatio continet noſtram donorum Dei receptionem, ſimul eo ipſo cõtinet noſtram ſanctificationem & noſtram uitæ innouationem. Argumentatur ergo nunc Caluinus pro ſe contra nos, ex eo quòd Chriſtus à Paulo iuſtitia & ſanctificatio noſtra prædicatur: argumentatur autem dupliciter, Primùm inferens ex illis uerbis Apoſtoli, quòd inter hæc duo ſtatuitur diſcrimen; quaſi ſit ibi duplex gratia explicata in illis duobus uerbis, iuſtitia ſanctificatio, & quaſi nos diſcrimen harum duarum gratiarũ confundamus, docentes quòd iuſtificatio complectitur ſanctificationem. Secundò argumentatur, inferens, quòd ſi ibi eſt duplex gratia, iuſtitia non complectitur ſub ſe uitæ innouationem. Nos uerò quia multa de noſtra iuſtificatione iam

Duo infert Caluinus.

Primum illatum.

Secundũ illatum.

B diximus, multaq́; de noſtra renouatione, quãtum ſufficit, nonnihil modò de noſtra ſanctificatione æquum duximus dicendum: ſunt enim hæc omnia digna ſcitu in religione Chriſtiana, iuſtitia, ſanctitas, nouitas, ſeu iuſtificatio, ſanctificatio, innouatio, aut etiam renouatio. Iuſtificatio paſſiua eſt, motus ad iuſtitiam. Renouatio paſſiua eſt, motus ad nouitatem. Vt iam ſatis ſuperq́; dictum eſt de his duobus. Sanctificatio autem paſſiua ſicuti conſequenter uidetur, eſt motus ad ſanctitatem. Ita enim ſecundum eandem rationem, philoſophiam, aut theologiam, apparet dicendum eſſe. Tutius uerò erit, ſi antequam poſtremò definierimus, ſententias poſuerimus aliorum doctorum, dicentium quid ſit ſanctitas, ſanctimonia, aut ſanctificatio. Vt autem dicamus omnia etiam ab externis accipiendo incipiendoque, Sanctus, ſancta, ſanctum, participium eſt à uerbo, ſancio, quod ſignificat aliquid ſanctum, uel conſecratum facio ſub ſanguine hoſtiæ. Vnde ſanctum dicitur, qua ſi ſanguine conſecratum: & ſanctio uocatur lex cum terrore pœnæ. Aliquando ſancire eſt firmare, munire roborare, conſtituere: & hinc ſanctio & ſancta res dicitur, id eſt decreta, & inuiolabilis. Et ſecundum Martianum Iuriſc. ſanctum propriè dicitur, quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt, tractum à ſagminibus (herba hæc eſt uerbenaca à Latinis, à Græcis *hierobotanē* dicta id eſt ſacra herba) quæ Legati pop. Romani ad hoſtes profecturi ferre ſolebant, ne quis eos uiolaret. Vlpianus ſcriptum reliquit, ſanctum eſſe, quod nec ſacrum, nec prophanum eſt, ſed ſanctione aliqua firmatum: ut ſanctæ leges, hoc eſt ſanctione quadam ſubnixæ. Alii dicunt ſanctum eſſe religioſum, ſacrum, & incorruptum. Verg.

Sanctum quid ſecũ dum quoſdam.

Quid ſecundum alios.

L.ſanctu. ff.de rerũ di.

C

Poſt d.l. ſanctu.ff. eod.tit.

Sancta ad uos anima, atque iſtius inſcia culpæ
Deſcendam;

id eſt, incorrupta. Idem.

Tuq́; ô ſanctiſſima coniux
Fœlix morte tua,

id eſt caſtiſsima. Vnde ſanctus uir, dicitur integer moribus. Donatus, Sanctum dicitur, quod omni obſeruatione inuiolatum eſt. Lege quæ ſcripta reliquerunt Volaterranus lib. 30. com. urb. Budæus in Annot. ad Pand. ad.l.i.de iuſt.& iure, & ad.l.ſanctum. de rerum diuiſ. Beroaldus in com.in lib.7.Apuleii. Macrob. lib.3. Satur. cap.3. Aggenus Vrbicus in com.in Frontinum, & Io.Ferrarius.§. ad ſanctæ res. Inſtit.de rerum diuiſione. In ſacris autem ſcripturis, ſanctum dicitur mundum, purificatum atque expiatum. Vnde ſancti dicuntur fidelium filii, quòd quaſi candidati ſint, & nullis idololatriæ ſordibus polluantur. Vaſa quoque ſancta in tabernaculo legimus, & cætera quæ ad ritum ceremoniarum pertinent: ut etiam omnia primogenita hominum, & iumentorum: cum utique ſancta eſſe non poſsint propriè, niſi ea quæ ſentiunt, & uenerantur Deum. Ideoq́; licet in diuinis ſcripturis quodlibet dedicatum Deo, aliquo modo dicatur ſanctũ: ſanctum tamen propriè in illis dicitur, mundum, purificatum, atque expiatum, in hominibus maſculis, aut fœminis; etiam in angelis, etiam in Deo. Deus enim ſanctus eſt & ſanctus dicitur, ſanctus angelus, ac ſanctus homo. Sancti eſtote, ſicut & ego ſanctus ſum. Et in hanc ſignificationem accipiunt propriè loquentes uſurpanteq́; omnes doctores ſancti hanc uocem, quæ eſt ſanctus, præſertim attendentes, ſanctum hominem ſecundum integritatem morum, quaſi ſit ſanctitas, morum integritas; ſecundum uirtutes, uirtutumq́; bonas operationes. Quamobrem iubemur in diuinis ſcripturis, ſanctificare animas noſtras. De hoc tamen forte magis paulò poſt. Hæc enim de ſancto dicta modo ſufficiant. Sanctifico, autem, uerbum eſt à ſancto deflexum, quaſi ſanctum facio: à quo ſanctificator, ſanctificatrix, ſanctificatio. Vnde quidem ſanctificatio, idẽ eſt quod ſanctum facio; & ſanctificare, idem quod ſanctum

Quid ſanctum ſecũ dum diuinas ſcripturas.

D

Sanctifica mihi omne primogenitũ

Hoc eodẽ cap. præſenti.

Quid ſit ſanctifico, aut ſanctificatio.

E ctum facere: ſanctificor, ſanctus fio: ſanctificari, ſanctum fieri. Sanctum uerò facio, nihil profectò eſt aliud, quàm ſanctitatem induco: ſanctificare, ſanctitatem inducere: Omnino ſicut albifico, eſt, album facio; & facere album, eſt inducere albedinem: albificor eſt albus fio, & albificari eſt album fieri Sanctifico ergo, eſt ſanctum facio: & utique ſanctum facio, eſt ſanctitatem induco. Ita omnes ſapientes intelligunt hoc uerbum.

Quid ſit ſanctitas.

Sanctitas autem quid eſt? Re uera, eſt illud quod inducit, qui ſanctum facit; quo profectò mediante, ſanctificat. Quid eſt illud? Sanctitas, (pro ut communiter uerè ac propriè loquimur) ſanctitudo, & ſanctimonia, ἁγιότης idē ſignificant.

Α'γιότης.

Cice. 1. de nat. deo.

Eſt autem ſanctitas, ex ſententia Ciceronis, ueri Dei luminæ carentis, ſcientia colendorum deorum: qui aliàs benè eſſet locutus ſi dixiſſet, ſanctitas eſt ſcientia firma ac effectuoſa colendi ueri Dei; ut ſimul habeat cognitionem ueram eius, ſpem, amorem, cultum, atque obedientiam.

Plato.

Plato Cicerone antiquior, de ſanctitate multa diſſerit. quærens de illa quid ſit, illamq; definiens: primùm quidem in Luthyphro uel de ſanctitate, ſecundò in Gorgia uel de Rhetorica. Euthyphro enim licet ita fermè totus in confutatione uerſetur, ut nonnulli Platonicorum ipſum librum quēadmodum Euthydemum

F

& Hippiam, litigioſum uocarint, dum tamē falſas Euthyphronis de ſanctitate opiniones Plato in perſona Socratis confutat, uenantibus ueritatem illius, ideſt, ſanctitatis, ueſtigia ſignat.

In Euthyphrone. Lib. 8.

Vnde quidem determinat ſanctitatem, partem eſſe iuſtitiæ aut iuſti: ſed inquirens, cuius iuſtiti aut cuius iuſtitiæ pars eſt? duas explicat partes iuſtitiæ in hominibus, alteram quæ uerſatur circa curā deorum, alteram quæ pertinet ad curam hominum: illam autem partem iuſtitiæ quæ circa deorum curam uerſatur, appellat, ſanctum & pium.

Ibidem.

Et cum poſtea nonnulla interponat, determinat tandem, ſanctum atque ſanctitatem, eſſe ſcientiam quandam uouendi, atque ſacrificandi: hoc eſt dandi Deo per ſacrificia, & petendi à Deo per uota: dandi ſeu offerendi Deo, ut declarat, honorem, uenerationem, gratiā. Itaque in Eurhyphro atque in Gorgia ſanctitatem Plato nominat eam iuſtitiæ partē, quæ ſuum Deo tribuit. Suum tribuit Deo, qui illa quæ ſine medio accepit à Deo, Deo reddit. Vt autem Plato in De natura diſputat, corpus quidem ab elementis quatuor, naturale ſpeciei temperamentum, à cœleſtibus ſphæris, partes animæ quæ trahuntur affectibus, à dæmonibus & animis ſiderum ſphærarum que ſuſcepit homo, rationem uerò ac mentem noſtri parentis imaginem, ab ipſo mundi totius opifice ſine ullo cœlicolarum aut dæmonum miniſterio. G

Hæc itaque Dei ſunt ſine medio etiam ſecundum Platonem, hæc Deo reddenda, atque hæc retributio, ſanctitas nuncupatur. Hinc ſecundum Platonē à Platonicis tria ponuntur, Pietas, Sanctitas, Religio: ut pietas præcedat ſanctitatem, religio ſequatur. Eſt enim pietas, ut inquiunt, Dei parentis agnitio. Sanctitas, eius quod Dei eſt, Deo agnito, retributio. Religio, eius quod Deo redditum eſt aſsidua meditatio ne iuſsuſq; operibus cum Deo ipſo indiſſolubilis religatio. Vnde ſanctitas ſecūdum illos, eſt mentis & rationis intentio in Deum noſcēdum amandumq;. Quamobrem, Mercurius ita definit ſanctitatem, frequentem intuitum in cognoſcenda amandaq; diuinitate. Sanctitas à Platonicis dicitur, cura miniſtra Dei. Dum autem quæritur ad quod opus Dei miniſtra? Reſpondent. Ad conuerſionem animæ. Opus enim Dei eſt, creare, conuertere, purgare, illuminare, perficere. Cū primùm per pietatis inſtinctum inſpirando conuertere Deus ad ſe incipit animum, illa ipſa aſſenſio qua ſeſe libenter in conuertentem Deum animus ipſe reſtituit, ſanctitas nuncupatur, quæ quidem ita miniſtra Dei eſt ad conuerſionem perficiendam formaliter. H

Hæc ergo eſt ſanctitas ſecundum Platonem & Platonicos, ſcientia offerendi Deo, honorem, uenerationem, gratiam, & petendi à Deo bona, pulchra quidem cum bonis, ut Plato docet in Alcibiade ſecundo uel de uoto. Eſt etiam ſanctitas ſecundum ipſos, conuerſio rationis ac mentis noſtræ in Deum per conſenſum noſtrum quo ipſi Deo conuertenti noſmetipſos conſentimus. Eſtq; iterum ſanctitas, frequens intuitus in cognoſcenda amandaq; diuinitate: atque eſt illa quædam pars iuſtitiæ quæ circa Deum uerſatur, offerendo Deo & petendo à Deo quæ diximus. Hæc ſecundum Ciceronem, Platonem, & Platonicos.

Quid ſanctitas ſecundum Chriſtianos.

Secundum noſtros autem ſanctos & catholicos Chriſtianos doctores, ſanctitas quidem in Deo iuxta doctrinam diui Dionyſii in De diuinis nominibus, ut ſecundum nos loquamur, eſt libera perfectaq; & penitus in coinquinata munditia.

Quid in Deo. Dionyſ. Cap. 12.

In nobis autem conſequenter loquendo, ſanctitas eſt quædam diuinæ ſanctitatis munditiæq; participatio: ſicut noſtra bonitas, eſt participatio quædam diuinæ bonitatis: ſapientia, ſapientiæ, iuſtitia, iuſtitiæ, & alia ſimilia.

Auguſt. Cap. 9. tom. 4.

Quidem ſecundum Auguſtinum in De ſalutaribus documentis, ſanctitas in operibus iuſtitiæ conſtat: ubi ſimul ait quòd iuſtitia duobus completur, ut quæ prohibita ſunt à Deo, non faciamus: & quæ iuſſa ſunt ab eo faciamus: iuxta Prophetam, Diuerte à malo,

A malo, & fac bonum. In De moribus Eccleſiæ
Lib.1. tradit quòd ablutos & ſanctificatos nemo in-
Cap. 35. telligere audebit, niſi fideles, & eos qui huic
tom. 1. mundo renunciauerint: unde quidem ſan-
ctos dicit per Chriſti fidem, & mundi renun-
tom. 7. ciationem. In De perfectione iuſtitiæ aliquan
in fine. tulum ante finem, docet quòd per gratiam re
nouationis, filii Dei ſumus, tamen propter re
liquias infirmitatis nondum apparuit quod
erimus, ſcimus quoniam cum apparuerit, ſi-
miles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſi-
cuti eſt. Tunc peccatum nullum erit, quia in-
firmitas nec interior nec exterior ulla rema-
nebit. His addit ſtatim, Et omnis qui habet
hanc ſpem in eum, ſanctificat ſeipſum ſicut
& ipſe ſanctus eſt. Sanctificat enim ſe, non per
ſeipſum, ſed credendo in illum & inuocando
illum qui ſanctificat ſanctos ſuos. Cuius ſan-
ctificationis perfectio, quæ nunc proficit &
creſcit de die in diem, omnes infirmitatis re-
liquias ablatura eſt. Ecce ſecundum Auguſti
num, per fidem, ſpem, & amorem atque obe
dientiam hominis erga Deum, ſanctificat ho
mo ſeipſum cum adiutorio Dei principaliter
agentis: qui, re uera, Auguſtinus in hac ſua
doctrina manifeſtè conſtituit ſanctitatem no
ſtram, in noſtra fide, ſpe, charitate, obedien-
Hierony. tia. Hieronymus etiam euidenter docet i-
dem. Nanque circa illud, Sanctis omni-
Epheſ. 1. bus qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chri-
B ſto Ieſu. atque circa illud, Vt eſſemus ſan-
cti & immaculati, in ſuis commentariis aſ-
ſignat differentiam inter ſanctos & fideles,
inter ſanctitatem & fidem, ac inter ſanctum
& immaculatum, ſemperq; uelt illum homi
nem eſſe ſanctum, qui ſanctitatem comparat
uoluntate, & ſtudio: ob quod negat paruu-
lum eſſe ſanctum, licet ſit ipſe immaculatus.
Quo uidetur clarè docere, quòd ſanctitas re
fertur ad mores, & ad bona opera, moralia
uel intellectualia. Vnde ipſe ibi quoque do-
cet, Quòd immaculatus dici poteſt ille qui
peccata non fecit, ſanctus autem is qui uirtu
tibus plenus ſit; iuxta illud quod in quodam
Pſal. 14. pſalmo ſcribitur, Qui ambulat ſine macula &
Canti. 4. operatur iuſtitiam. Et in Cantico Cantico-
rum, Tota ſpecioſa es proxima mea, & ma-
cula non eſt in te. Infra, Non enim ut ante iã
diximus eliguntur Paulus & qui ei ſimiles
ſunt, quia erant ſancti & immaculati: ſed eli
guntur & prædeſtinantur, ut in conſequenti
uita per opera atque uirtutes ſancti & imma
culati fiant. Ecce ſecundum diuum Hierony
mum, ſancti & immaculati fiunt homines
per opera atque uirtutes: ipſa ergo opera bo
na & uirtutes ſecundum ipſum, ſunt ſancti-
Ambroſ. tas, qua ſanctificantur homines. Ambroſius
circa eadem uerba Apoſtoli in ſuis commen-
tariis pro eodem reputat uitam ſanctam & C
uitam bonam, ſi fiat ſub nomine Chriſti: in-
telligens uitæ ſanctitatem eſſe uitæ bonita-
tem, intra Chriſtianam fidem ſeu religionẽ.
Et circa illud, Omnibus qui ſunt Romæ dile *Rom. 1.*
ctis Dei uocatis ſanctis. eos dicit ſanctos,
qui de Dei filio rectè ſentiunt: tanquam ſan-
ctitas quædam in nobis ſit, de Saluatore no-
ſtro bene ſentire, ipſum credere, ſperare, a-
mare, ipſiq; obedire. Gregorius in expoſi- *Gregor.*
tione ſua in. 1. Reg. cap. 14. circa illud, Con *Lib.5.*
ſuluit Saul dominum, & non reſpondit ei do *Cap.4.*
minus in die illa. nihil reputat ſanctius, quàm *tom.2.*
conſilium accedendi ad Deum: & expreſsè
æſtimat nihil magis ſacrum dari poſſe, quàm
id per quod quiſque ire ad cõditorem debet.
Illud ergo dicit ſanctum, illudq; ſacrum, per
quod ad Deum itur, fidem, ſpem, charita-
tem, pœnitentiam, obedientiam, uirtutes
alias, uirtutum opera. Infra in eodem ope- *Lib.6.*
re, circa illud, Sanctificamini, & uenite me *Cap.3.*
cum. dicit manifeſtè, Sanctificatio quippe *1. Reg. 16.*
corporis, pudicitia eſt; ſanctificatio mentis,
charitas & humilitas. Ecce ſanctificatio ani-
mæ charitas eſt atque humilitas; quia dum ea
accipit anima, ſanctificatur eo ipſo formali-
ter. Chryſoſtomus circa illud, Elegit nos in *Chryſoſt.*
ipſo ante conſtitutionem mundi, ut eſſemus *Epheſ. 1.*
ſancti & immaculati. ait, Sanctus autem eſt *tom. 4.*
is, qui fidei particeps factus, innocens uitã
exigit nulla dignam repræhenſione. Sic ſem- D
per omnes doctores, tum ſancti, tum catho
lici docuerunt, quòd in fide, ſpe, charitate,
& aliis uirtutibus, conſiſtit ſanctitas. Igitur
profectò harum uirtutum infuſio ſeu indu-
ctio, eſt ſanctificatio: paſsiua, paſsiua; acti-
ua, actiua. Conſtat ergo quid ſit ſanctifica-
tio, quia eſt fidei, ſpei, charitatis, & aliarum
uirtutum infuſio, largitio, communicatio,
aut participatio. Nunc ad primum obiectũ
quod hic contra nos infert Caluinus uenia-
mus, Infert primùm, quòd in illis uerbis cõ
ſtituitur diſcrimen inter iuſtitiam & ſanctifi-
cationem, quodq; illud diſcrimen Tridenti-
tini patres confundunt. Reſpondemus, Quis *Reſponſio*
tibi dixit ò Caluine, quòd dum Saluator no- *ad 1. illa-*
ſter ab Apoſtolo Paulo prædicatur, noſtra iu *tum Cal-*
ſtitia & noſtra ſanctificatio, tunc in illis duo- *uini.*
bus uerbis, iuſtitia, ſanctificatio, duæ res ſi- *1. Cor. 1.*
gnificantur, duæ gratiæ, aut duo diſtincta en
tia, aut duo dona diſtincta quoad rem? Sæpe
enim eadem res diuerſis ſignificatur, prædi-
catur, aut commendatur nominibus, pro-
pter diuerſos reſpectus, aut propter diuerſas
rationes, aut propter diuerſos eiuſdem rei
effectus: cuius ueritatis exempla ſunt, tum
plura, tum manifeſta, in diuinis ſcripturis;
etiam in ſcientiis humanitus inuentis, ideſt,

E non infuſis. Non ſolùm in aliis diuinarum ſcripturarum locis, quin etiam & in eadem epiſtola diuini Pauli Apoſtoli, ubi poſtquam nominauit fornicarios, idolis ſeruientes, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, auaros, ebrioſos, maledicos, rapaces, quos omnes à regno Dei excludit, dixit ſtatim. Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Quo loco per ea diuerſa uocabula, Abluti, Sanctificati, Iuſtificati, idem myſterium intelligunt, eandemq́; gratiam ſecundum rem, multis uocabulis explicatum & explicatam, propter multos reſpectus effectus ac rationes rei unius, & eiuſdem: intelligunt, inquam ò Caluine, doctores, tum noſtri, tum tui. De noſtris conſtat omnibus, De tuis autem conſtat apud tuum Martinum Bucerum qui circa hæc uerba Apoſtoli ait, Hic apparet Paulum per ablutionem, ſanctificationem & iuſtificationem, non ſolùm remiſsionem prioris contaminationis, impuritatis & iniuſtitiæ, & imputationem mundiciei, ſanctitatis & iuſtitiæ Chriſti, ſed etiam inchoatam in ipſis ſanctis puritatem, ſanctimoniam & iuſtitiam, quam Chriſtus ſpiritu ſuo in credentibus efficit, quaq́; illos induit,

1.Cor.6.

Martin. Bucerus.

F intellexiſſe. His uerbis conſtat eandem rem intellexiſſe Bucerum per illas uoces, ablutionem, ſanctificationem, iuſtificationem. Manifeſtius Henricus Bullingerus circa eundem locum inquit, Diuerſis uerbis eandem rem ſignificat, cum ait, Abluti, ſanctificati, iuſtificati eſtis: abluti propter ſacrum Baptiſma, ſanctificati propter Spiritum ſanctum, iuſtificati autem propter fidem. Iuſtitia enim ſicut Deo mentem ſubiicit, ita & ipſi eam conſecrat, mundat, & à prophanis ſegregat. Nec ſolùm doctores tui ò Caluine, ita intelligunt, ſed & tu ipſe tibi doctor & ductor ita intelligis, qui in commentariis tuis, ſic exponis uerba prædicta, Tribus uocabulis utitur ad rem unam exprimendam, quo magis eos deterreat, ne rurſum eodem reuoluantur unde exierant. Ecce dum Apoſtolus dicit, Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis. tribus illis uocabulis, abluti, ſanctificati, iuſtificati, unam rem ſignificat atque exprimit: quæ una res, ſi una eſt, iam non poteſt eſſe diuerſa, differens, aut multiplex, niſi ſecundum rationem, reſpectus, aut effectus. Alioquin, quomodo eſſet res una, tribus illis uocabulis expreſſa, ſignificata, uel commendata? Ergo eodem modo dum Apoſtolus in eadem epiſtola prædicat Saluatorem noſtrum eſſe noſtram iuſtitiam & noſtram ſanctificationem, eãdem rem unam intelligit illis duo

Henric. Bullingerus.

Caluinus ipſe.

bus uocabulis, iuſtitia, ſanctificatio. Nec G magis mirum eſt Apoſtolum unam & eandẽ rem explicaſſe uocabulis duobus, quàm mirum ſit eundem Apoſtolum unam & eandẽ rem explicaſſe uocabulis tribus: immo ſi mirum eſſet, magis hoc uideretur mirum, quam illud. Maior enim numerus eſt ternarius quàm binarius, ubicunque ponatur, ſiue in uocabulis, ſiue in lapidibus, brutis animalibus, hominibus, aut angelis. Sicut ergo Apoſtolus illis tribus uocabulis, abluti, ſanctificati, iuſtificati, intellexit unam & eandem rem, ita illis duobus uocabulis, Iuſtitia, Sanctificatio, intellexit unam & eandem rem multos habentem effectus: quia iuſtificat, ſanctificat, uiuificat, ſanat, purgat, mundat, & alia id genus multa. Sic autem neutiquam confundimus res aliquas aut rem aliquam, ſed potius rem unam altiſsimam prædicamus & commendamus, multos effectus habentem: rem, inquam, quoad ſuum eſſe, unam; quoad ſuum effectum autem, multiplicem: multis uocabulis expreſſam, propter multos reſpectus. Ita Patres Tridentini optimè loquuntur, & nihil confundunt, ſed magis explicant, diſtinguũt, atque declarant, rem ipſam, effectus eius, rationes, uocabula: iuxta diuinas ſcripturas, ſanctoſq́; doctores, antiquos, atque moder H nos. Hæc de primo illato. Infert ſecundò ipſe Caluinus contra nos, quod ſi ibi eſt duplex gratia, iuſtitia non complectitur ſub ſe uitæ innouationem. Reſpondemus, Mira talis argumentatio, quæ nihil concludit niſi contra ſuum auctorem: Nobis ibi non eſt duplex gratia quoad rem, ſed tantùm quoad effectũ, reſpectum, nomen, & rationem: ideo nihil concludit argumentum contra nos, qui dicimus iuſtificationem quoad rem, non ſolùm includere ſanctificationem & uitæ innouationem, ſed prorſus eſſe idem, nec differre ſecundum rem, ſed modis prædictis, ratione, reſpectu, effectu, nomine. Concludit autem hæc argumentatio contra ſtructorem ſuum, primum quia pro eodem accipit ſanctificationem & uitæ innouationem, iuſtificationem uerò & uitæ innouationem non item Quare hoc? Quomodo uitæ innouatio, eſt ſanctificatio, & uitæ innouatio non eſt iuſtificatio? Quidem ad noſtram renouationem & ad nouum hominem quem iubemur induere, pertinent ex æquo, tum iuſtitia, tum ſanctitas, ſicut dicit Apoſtolus, Renouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouũ hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate ueritatis. Ecce ad renouationem mentis noſtræ & ad nouum hominem pertinent ſimul iuſtitia & ſanctitas. Quomodo

Reſponſio ad 2. illatum Caluini.

Epheſ. 4.

A modo ergo renouatio eſt ſanctificatio, & renouatio non eſt iuſtificatio? Aut ſi tibi Calui ne, renouatio ſeu innouatio non eſt ſanctificatio, quomodo agens ac proponens de iuſtificatione & ſanctificatione iuxta illud Pauli, *1.Cor.1.* Qui factus eſt nobis iuſtitia & ſanctificatio. concludis de iuſtificatione & innouatione? Quò, precor, uertis ſermonem? Quare hac de re proponis, & de illa concludis? Iccirco profectò, quantum arbitror, niſi te iudicem indoctiſsimum, quia pro eodem reputas ſanctificationem & uitæ innouationem: hoc (ut exiſtimo) eſt in cauſa, quòd proponis de ſanctificatione diſtinguendo illam à iuſtificatione, & concludis de innouatione, ſimilem à iuſtitia diſtinctionem. Velis nobis confiteri cogeris, quòd uitæ innouatio eodem modo ſe habet ad ſanctitatem & ad iuſtitiam, ad ſanctificationem & ad iuſtificationem: propterea uerba Apoſtoli quæ ſtatim poſuimus ex epiſtola Pauli ad Epheſios. *Ephes. 4.* Renouamini autē ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate ueritatis. Niſi loquaris de alia ſanctitate, quæ non eſt uirtutis, ſed falſitatis: de qua ſi agis, nihil ad nos. Deinde concludit argumentatio Caluini contra ſtructorem ſuum, nempe Caluinum ipſum, quia etſi iuſtificatio diſtinguatur à ſanctificatione ac innouatione, non tamen ſequitur, quòd iuſtificatio non complectatur uitæ innouationem. B Multa enim diſtinguuntur inter ſeſe, quorum alterum profectò complectitur atque includit alterum. Quare apud quemuis ſapientem, nullius penſi momentiq; eſt argumentatio hæc, ſi quis ita proponat atque concludat, A. & B. diſtinguuntur inter ſe; ergo A. non complectitur aut non includit, B. Generaliter enim omnis numerus maior diſtinguitur à numero minori, & tamen omnis numerus maior complectitur & includit numerum minorem. Communiter etiam ſine inſtantia, Omne totum diſtinguitur à qualibet ſua parte, & tamen omne totum complectitur & includit quamlibet ſuam partem. Ita eſt in propoſito, Quia ſine dubio iuſtificatio uel eſt ſecundum rem, idem quod ſanctificatio, uel ſi diſtinguuntur ſecundum rem, iuſtificatio eſt quaſi totum, & ſanctificatio eſt quaſi pars eius: quia iuſtificatio includit ſanctificationem, & aliquid aliud. Quod aliud? Remiſſionem peccatorum. Si autem ſanctificatio includat quoque & complectatur peccatorum remiſſionem: prorſus ſunt idem ſecundum rem, licet differant modis prædictis. Ruunt igitur ſponte ſua, argumenta Caluini, eiuſque illata, ſeu potius commenta falſaq; & ridicula placita à nobis iure optimo pero-

C ſa, in quibus miſer dæmonis technis excæcatus Andabatarum more contra oculatiſsimos catholicos pugnare uidetur. Sed nihilominus ipſum iterum audiamus. *Verba Caluini.* Nec aliter, inquit, poteſt exponi illud ad Rom. 8. Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus eſt qui iuſtificat, quàm de gratuita acceptatione. *Reſponſ. Catholic.* Reſpondemus, Nos Dei gratuitam acceptationem magis credimus, exaltamus, & prædicamus ſuper omnes alios, eamq; magis uolumus, amamus & cōmendamus; quia niſi Deus nos acceptaret ad bonum, prorſus nullum bonum haberemus. Ab ipſo eſt enim omne bonum, in quo uiuimus, & mouemur & ſumus. *Act.17.* A' quo omnia, in quo omnia, per quem omnia. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. *Rom. 11.* Ipſe autem nullum bonū præſtat nobis ſpiritale, naturale, aut temporale; gratiæ, naturæ, famæ, honoris, aut fortunæ; niſi illud omne & ſolum ad quod nos acceptat. Quia nanque nobis uult aliquod bonum, ideo illud nobis communicat. Sua enim uoluntas, eſt cauſa efficaciſsima. Omnia quæcunque uoluit, fecit: fecit autem quæ uoluit, uolendo. Porrò Deum uelle nobis aliquod bonum, eſt Deum nos acceptare ad illud. Et quot quot dona Dei creata haberet homo, fidei, ſpei, charitatis, pœnitentiæ, obedientiæ, gratiæ gratum facientis creatæ quantum ad eſſentiam rei, uel D quorumuis aliorum donorum, ſeu gratiarū: adhuc ad cœlum homo nō fuiſſet ordinatus, niſi Deo fuiſſet acceptus, gratus, aut charus. Quidem à diuina acceptatione pendent omnia noſtra bona, & poteſt Deus nos acceptare ad unum illorum quoduis magis, non nos acceptando ad aliud realiter diſtinctum. Stat tamen cum hoc ſecundum Dei legem datam, quòd Deus Optimus Maximus ſemper quod nos acceptat ad gloriam ſecundum præſentem iuſtitiam, nobis ſuam gratiam gratum facientem condonat: atque è contra, ſemper quòd nobis ſuam gratiam gratum facientem cōdonat, nos acceptat ad gloriam ſecundum præſentem iuſtitiam. A' ſua acceptatione pendet noſtra ordinatio ad gloriam, noſtra ſanctificatio, noſtra peccatorum noſtrotum remiſſio, noſtra iuſtificatio, noſtra obedientia, noſtra bona uita: ſed hoc penitus non eſt ad propoſitum, quia non agimus de hoc. Agimus enim nunc de modo quo nos Deus iuſtificat, cùm nos ad præſentem, iuſtitiam, uel ſecundum præſentem iuſtitiam ad gloriam acceptat. De hoc modo tantùm nunc agimus, & illud explicando, dicimus quòd nos iuſtificat, nobis gratia gratum facientem creatam, ſeu creatam quandam iuſtitiam inchoatam infun-

E dendo, præſtando, aut communicando, & nobis noſtra peccata condonando. Deum nanque nos iuſtificare, eſt nos de impiis aut iniuſtis iuſtos, pios facere. Deum autem facere nos pios & iuſtos, eſt Deum nobis ſuam iuſtitiam ac pietatem pro modulo noſtro communicare, ſeu præſtare. Quemadmodum dū Deus nos bonos reddit, tunc nobis eo ipſo ſuam bonitatem pro modulo noſtro largitur. Nullo igitur pacto, ut in confeſſo eſt hæc Apoſtoli uerba ad Caluini ſententiam aſtruēdam faciunt, ſiquidem non declarat in illis Apoſtolus, quo modo iuſtificet nos Deus: quā rem tamen declarat ſcriptura diuina aliis in locis, ſecundum quam etiam & doctores ſancti id ipſum faciunt, ut iam ſupra diximus, atque ſatis manifeſtè monſtrauimus. Itaq; ſanctificatio paſſiua, eſt motus ad ſanctitatem, ſicut iuſtificatio paſſiua, eſt motus ad iuſtitiam ipſaque (ita dicam) bonificatio, eſt motus ad bonitatem dealbatio, motus ad albedinem. Si autem quiſpiam dixerit, ſanctificationem cum ſit motus ad ſanctitatem, poſſe intelligi duobus modis, Altero, ſicut eſt motus priuationis ad formam, Altero uerò ſicut eſt mo-

F tus à contrario in contrarium; uidebit ſatis quomodo ſe habent ſanctificatio & iuſtificatio: & iuſtificatio, inquam, ſimilibus duobus modis accepta. De his tamen, plura modò afferre non eſt operæprecium. Sufficiunt quæ de iuſtificatione, ſanctificatione, Dei acceptatione, & noſtra renouatione dicta ſunt. Dictū eſt enim ſatis, quid ſit iuſtitia ſeu iuſtificatio, quid ſanctitas ſeu ſanctificatio, quid Dei acceptatio, quid noſtra renouatio: & de noſtra iuſtificatione ſatis monſtratum eſt, quòd includat noſtram ſanctificationem, ſicut totum includit partem ſimul & noſtram renouationē aut reformationem. Eſt enim iuſtificatio noſtra, motus quidam à contrario in contrariū, expulſiuus contrarii, ideſt, peccati: & acquiſitiuus contrarii, ideſt, iuſtitiæ, ſanctitatis, renouationis, ſeu reformationis, gratiæ, ac uirtutum. Cœterùm igitur nullo modo admittimus quod perperam dicit Caluinus, noſtram iuſtificationem, eſſe ſolummodo noſtrorum peccatorum remiſſionem, quaſi noſtra iuſtificatio ſit ſolùm quædam mutatio excluſiua peccati, & non includat mutationem inductiuam gratiæ, ac uirtutum. Admittimus autem, ut par eſt, patres Tridentinos, qui in iuſtificatione noſtra utrumque includunt, peccatorum remiſſionem, ac gratiæ & uirtutum infuſionem: ita enim docuerunt ſemper omnes doctores ſancti antiqui, & ita docent modò omnes doctores catholici recentiores. Sanctus Thomas, Sanctus Bonauentura, Guilelmus Altiſſiodorenſis, & denique omnes

qui catholicè de iuſtificatione impii, locuti G ſunt. Neque aliud fecerunt Tridentini patres in hoc, niſi quòd antiquos patres, ſanctiſſimos & doctiſſimos, ſunt imitati, quos ſupra iam in medium adduximus, Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Gregorium, Chryſoſtomum, & alios. Pulchrè dixit Theophylactus ſuper Lucam, circa illud, In ſanctitate & iuſtitia coràm ipſo, omnibus diebus noſtris. *Theoph. Luca 1.* Eſt autē ſanctitas, iuſtitia erga Deū: iuſtitia uerò erga homines. Vt exempli gratia, Siquis abſtineat à ſacris, & ad diuina non accedit impiè, ſed uenerabilibus omnem honorem exhibet, is eſt ſanctus. Similiter & qui honorat parentes, ſanctus eſt: nam & illi dii domeſtici. At ſi quis non fuerit auarus, non rapax, non fur, non adulter, is iuſtus dicetur. Itaque oportet ſeruire Deo in ſanctitate, hoc eſt, reuerentia erga diuina: & iuſtitia, hoc eſt, laudata in humanis rebus uita. Hæc ille. Ecce ſanctitas eſt quædam pars iuſtitiæ, ideſt, eſt iuſtitia erga Deum. Verùm nos de iuſtificatione nunc agimus, de iuſtitia mox dicturi. *Cap. 77.* Sequitur autem Theophylactus Platonem. Porrò & de noſtra acceptatione à Deo quantum nobis ſit neceſſaria, iam conſtat ex dictis. Quia profectò nullus homo intelligitur ut iuſtus, ut filius Dei adoptiuus, ut hæres regni; niſi intelligatur Deo gratus, Deoq; acceptus: niſi ex ſuppoſita, ſimul intellecta, uel incluſa Dei acceptatione. H Dictum eſt enim de gratia gratum faciente creata, qua homo formaliter gratus, acceptusq; eſt Deo, ideſt, quā Deus præſtat homini cùm ipſum iuſtificat & acceptat ad regnum, dignificat, eleuat & adoptat, quid eſt ex natura rei: *Par. præſenti. Lib. 4.* & iterum, quid eſt quantum ad ſuum connotatum. *Lib. præſenti.* Sed & de diuina acceptatione quæ ſecundum Scotum, requiritur in nobis ad abſolutam rationem meriti, etiam non pauca diximus. *lib. præſ.* Ideoq; de illa ſatis cùm dictum ſit, plura in præſentia ſcribere ſuperuacaneum uidetur.

AVGVSTINVS declarando nonnulla quæ pertinent ad noſtram iuſtitiam & iuſtificationem in hac uita, *Auguſt. tom. 7.* dicit in libro de perfectione iuſtitiæ paulò poſt reſponſiones ad decem & ſex ratiocinationes Cœleſtii, Quamdiu ergo peregrinantes à domino, per fidem ambulamus, non per ſpeciem, unde dictum eſt, Iuſtus ex fide uiuit: Hæc eſt noſtra in iſta peregrinatione iuſtitia, ut ad illam perfectionem plenitudinemq; iuſtitiæ ubi in ſpecie decoris eius iam plena & perfecta charitas erit, tunc ipſius curſus rectitudine & perfectione tendamus, caſtigando corpus noſtrum & ſeruituti ſubiiciendo, & eleemoſynas in dandis beneficiis, & dimittēdis quæ in nos ſunt commiſſa peccatis, hilariter & ex corde faciendo,

&

A & orationibus indeſinenter inſiſtendo, & hoc faciendo in doctrina ſana qua ædificatur fides recta, ſpes firma, charitas pura. Hæc eſt nunc noſtra iuſtitia qua currimus eſurientes & ſitientes ad perfectionem plenitudinemq́; iuſtitiæ, ut ea poſtea ſaturemur. Hæc ille. Paulò poſt etiam cum docuiſſet perfectionem huius uitæ in uia iuſtitiæ, eſſe perfectè currere, adiecit, curramus, credendo, ſperando, deſiderando, curramus corpus caſtigando & eleemoſynas in dandis bonis maliſq; ignoſcendis, hilariter & ex corde faciendo, & currentium uires ut adiuuentur orando, & ſic audiamus præcepta perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem charitatis. Hæc ille. Ecce noſtra iuſtitia eſt, & ad noſtram iuſtitiã pertinet in hac uita; fides, ſpes, charitas, oratio, ieiunium, eleemoſyna, quibus iuſtificamur, quibus etiã magis & magis perficimur ad perfectionem tendentes: cum etiam certò conſtet hæc pertinere ad noſtram ſanctitatẽ & ſanctificationem, atque ad noſtram renouationem & uitæ nouitatem, de qua inferius multa admodum dicuntur.

Agitur de noſtra reformatione & iuſtificatione per Dei obedientiam, & oſtenditur eam etiam ſi ſit inchoata, eſſe neceſſariam: fidem minimè exinanire Deiq́; promiſſionem non abolere, innocentiam uerò perfectam, niſi ſecundum gradus ſuos, nequiquam requirere. De fide, & factorum lege: quænam utraque ſit, quæ contineat, & cur ſic dicta declaratur. B *Quædam eſſe opera, quibus ſi fulciatur fides, eam ruere neceſſe eſt: aliqua uerò quibus neceſſariò illa magis perficiatur & roboretur. De prærogatiuis bonorum operum fidelium, multa obſeruatione digna aſſeruntur, præſertim de bonis operibus filiorum Dei adoptiuorum.* CAP. XVII.

Verba Caluini.

DICIT iterum Caluinus, Nollem de uerbo litigare, niſi inde totus cauſæ ſtatus penderet. Verùm cum tũc iuſtificari hominẽ tradunt, cum in obediẽtiam Dei reformatur, totum illud Pauli argumentum euertunt. Si ex lege eſt iuſtitia, exinanita eſt fides & abolita promiſſio.

Reſponſio Catholica

Reſpondemus. Nec nos de uerbo litigare uellemus, niſi inde penderet totus cauſæ ſtatus: quia ſuperflua & propè nana, inutilis & parui momenti eſt quæſtio aut litigatio de ſolo nomine, ex qua non pendet ſtatus rei alicuius. Intereſt autem noſtra, qui Chriſtiani ſumus, ſcire quid in religione noſtra, ſit iuſtitia quæ nos reddit iuſtos. Quotidie .n. legimus in diuinis ſcripturis, ſolos iuſtos homines de cunctis hominibus ſaluari apud Deum, ſoloſq́; iuſtos eſſe glorificandos. C Maximè cum uideamus in eiſdem ſcripturis diuinis aliam eſſe iuſtitiam hominis & legis quæ ſi ſola ſit auertit hominem à Deo, & quam Apoſtolus reputauit ut ſtercora & detrimentum: aliam Dei & fidei, qua iuſtificamur coràm Deo, & quam tantopere prædicat & commendat Apoſtolus neceſſariam & ſufficientem ad ſalutem. Ideo igitur ſic grauiſsimè ac latiſsimè agimus de nomine iuſtitiæ, oſtendentes quid ſignificet: ut hoc pacto oſtendamus quid ſit iuſtitia, quid complectatur, quam ſectionem admittat, & multa alia neceſſaria longeq́; utiliſſima: ut à quo ſit, in quo ſit, quid ſub ſe contineat, & quem effectum habeat. Cum uerò dicimus tunc iuſtificari hominem, cum reformatur in obedientiam Dei, nullo modo in magno, uel paruo, uel minimo, illud Pauli argumentum euertimus, Si ex lege eſt iuſtitia, exinanita eſt fides & abolita promiſsio. Agebat enim tunc Paulus contra Iudæos & Iudæorum dogmati addictos, qui ſolam legis iuſtitiam reſpicientes & per illam ſeſe coràm Deo iuſtificari exiſtimantes, fidẽ ac fidei iuſtitiam abiiciebant & legem fidei, promiſſum Saluatorem, & de Saluatore promiſſo promiſsionem: per promiſſum enim Saluatorem promiſſa erat ſalus, uita, benedictio, iuſtitia, & gloria, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Non dicit in ſeminibus quaſi in multis, ſed in ſemine tuo, quod eſt Chriſtus. D Ob quod certè Iudæi dum ſibi ipſis pollicebantur iuſtitiam coràm Deo, benedictionem ac hæreditatem, per ſolam legis obſeruantiam, abolitam reddebant diuinã promiſsionem, quæ huiuſmodi bona non in legis obſeruantia, ſed in ſemine Abrahæ, Chriſto Saluatore noſtro, promittebat. Quando autem nos dicimus tunc iuſtificari hominẽ, cum in obedientiam Dei reformatur: tunc maximè fidem ſupponimus, ſine qua nemo unquam poteſt in obedientiam Dei reformari, & promiſsionem Dei ex qua in Saluatore noſtro iuſtificantur, quotquot iuſtificantur. Vnde igitur nec exinanitam reddimus fidem, nec abolitam promiſsionem: ſed rem utranque uolumus ex toto corde, utranque accipimus, utranque prædicamus & pro uiribus commendamus. Non ergo ullo pacto argumentum Apoſtoli euertimus, ſed illud in ſuo uigore contra Iudæos perſiſtit. Et certè nunquam homo magis ex parte ſua iuſtificatur, quàm cum in obedientiam Dei reformatur: ipſa eſt enim maior iuſtificatio in quam homo habet actionem iuxta quartum modum iuſtitiæ aut iuſtificationis ſupra poſitum, dũ homo ex corde obedit Deo, & Deo ſubditũ ſeſe præbet. Hæc obedientia hominem reformat,

In fine huius capitis, contra quos ageret Apoſt. latius explicatur.

Gen. 22. Galat. 3.

E mat, iuſtificat, & ſanctificat, ſuo modo: quem
tamen magis reformat, iuſtificat, & ſanctifi-
cat formaliter gratia gratum ſaciens Dei crea
ta, in quam homo ipſe nullam habet actio-
Pſal. 1. nem directam. Sic enim legimus, Beatus
uir qui non abiit in conſilio impiorum, &
in uia peccatorum non ſtetit, & in cathedra
peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege domini fuit
uoluntas eius, & in lege eius meditabitur
Pſal. 118. die ac nocte. Beati immaculati in uia, qui
ambulant in lege domini. Subditus eſto Deo,
Hebr. 5. & ora eum. Et quidem cum eſſet filius Dei,
didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam, &
conſummatus, factus eſt omnibus obtem-
perantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Magna
reformatio eſt hominis, cùm ipſe ad Dei obe
dientiã reuertitur: acquirit enim tunc quod
in Adam perdidit, qui inobediens factus, o-
mnes ſuos poſteros à ſe naturaliter & ſecun-
dum legem communem propagatos, per in
obedientiam maculauit, interfecit, & pecca
tores conſtituit. Atque magna in eo eſt ho-
minis iuſtitia & ſatisfactio, cum per eam obe
dientiam ordinetur homo ad Deum iuſtiſsi-
mum, creatura ad creatorem: & ſi rilla obe-
dientia operatio quædam boni, qua quan-
tum poſſumus malam operationem in obe-
dientiæ compenſamus. Talem enim opera-
F tionem conſueuerunt homines olim appella
Ariſtot. re iuſtificationem, ut iam ſupra ex Ariſtote-
Richard. le poſuimus: & aperte dixit Richardus à San-
cto Victore in Deciſione aliquorum dubio-
rum Apoſtoli, Quid enim rectius dicitur iu-
ſtitia, quàm diuini mandati obſeruantia? Et
Anſelm. Anſelmus in libro de Concordia præſcientiæ
& prædeſtinationis Dei, eo in loco quo agit
de concordia gratiæ & liberi arbitrii, aſſerit
conſtantiſsimè iuſtitiam, rectitudinem eſſe
uoluntatis: idq; probat auctoritate ſacræ ſcri
Pſal. 93. pturæ dicentis, Quia non repellet dominus
plebem ſuam, & hæreditatem ſuam non de-
relinquet? Quoad uſque iuſtitia conuertatur
in iudicium, & qui iuxta illam? omnes qui
recto ſunt corde. Omnes igitur qui recto cor
de ſunt, ſine dubio eo ipſo iuſtitiã habent: nõ
poſſumus autem maiorem cordis rectitudi-
nem in aliquo conſiderare, quàm in eo quod
aliquis ex corde ſubditus ſit Deo, & ad eius
obedientiã reformatur. Secundum hanc ueri
Lib. 1. tatẽ docuit iterũ diuus Anſelmus in ſuo ope-
Cap. 11. re, Cur Deus homo, quòd, Omnis uoluntas
rationalis creaturæ, ſubiecta eſſe debet uolũ-
Ibidem. tati Dei. Cui ſuæ determinationi uerisſimæ
ita addit, Hoc eſt debitũ quod debet angelus
& homo Deo, quod ſoluẽdo nullus peccat:
& quod oĩs qui nõ ſoluit, peccat. Et ſequitur
ad propoſitum manifeſtiſsimè, Hæc eſt, in-
quit, iuſtitia ſiue rectitudo uoluntatis, quæ

iuſtos facit ſiue rectos corde, ideſt, uolunta- G
te. Hic eſt ſolus honor & totus quem debe-
mus Deo, & quem à nobis exigit Deus. So-
la nanque talis uoluntas, opera facit placita
Deo, cum poteſt operari: & cum non poteſt,
ipſa ſola per ſe placet: quia nullum opus ſine
illa placet. Hunc honorem debitum qui Deo
non reddit, auſert Deo quod ſuum eſt, &
Deum exhonorat, & hoc eſt peccare, Quam
diu autem non ſoluit quod rapuit, manet in
culpa. Infra, Sic ergo debet omnis qui peccat *Ibidem.*
honorem, quem rapit, Deo ſoluere: & hoc *paulò poſt*
eſt ſatisfactio, quam omnis peccator debet
Deo ſacere. Hæc ille. Ecce ſubiectio uolun-
tatis noſtræ ad Dei uoluntatem, quæ eſt no-
ſtra obedientia erga Deum, ſeu noſtra refor-
matio in Dei obedientiam, eſt noſtrum debi
tum Deo, eſt noſtra iuſtitia & noſtræ uolun-
tatis rectitudo quæ iuſtos nos facit & rectos
corde, eſt honor ſolus & totus quem debe-
mus Deo & quem à nobis exigit Deus, & eſt
ſatisfactio quam nos debemus Deo. Sic opti
mè theologizatus eſt diuus Anſelmus ſupra
Caluinum, & ſupra omnes mundi Caluinos.
Nos diuum Anſelmum ſequimur ſecundum
diuinas ſcripturas. Sed iam rurſus denuò Cal
uinum audiamus loquentem, & illi reſpon-
deamus, Dicit enim ſuum continuando ſer- H
monem, Intelligit enim neminem inuentũ *Verba*
iri inter homines, in quo ſalutis promiſsio *Caluini.*
compleatur, ſi innocentiæ conditione ſit im
plicita, & ruituram mox eſſe fidem ſi operi-
bus fulciatur. Reſpondemus, Tu tibi Calui- *Reſponſio*
ne, in illis uerbis Apoſtoli intellige quic- *Catholic.*
quid uolueris: Nos autem, ſicut & tota Ec-
cleſia Dei, intelligimus in illis Apoſtolum
prædicantem contra Iudæos, in eo quod Iu-
dæi ex ſola legis obſeruãtia abſq; fide & abſq;
promiſsione benedictionis habendæ per Meſ
ſiam, ſeſe coràm Deo iuſtificari putabant
aut exiſtimabant fore ſeruandam legem fa-
ctorum cum Euangelio, uel dicebant deberi
ſibi gratiam Euangelicam ob legem à ſeipſis
ſeruatam. Illam enim Iudæorum falſiſsimam
doctrinam impugnauit Apoſtolus, multis ua
riiſq; modis euertit, atq; demolitus eſt per
ſcripturã ſanctam ſeu eius auctoritatem, per
exemplum in ſcriptura ſancta refertum, per
rationes optimas, & per miracula uiſa. Vt au
tem nos abundantius etiam tuis Caluine ar-
gumentis reſpondeamus, ecce dicimus: Et ſi
nos aſſeramus, hominem tunc iuſtificari,
cum ad imaginem Dei reformatur, id quod
eſt uerisſimum, ſicut conſtat ex dictis: nullo
modo tamen dicimus promiſsionem Dei de
ſalute noſtra per Saluatorem noſtrum habita
uel habenda, implicitam eſſe conditione in-
nocentiæ noſtræ. Scimus enim, & bene ſci-
mus,

A mus gratiam Dei quæ pertinet ad benedictionem promiſſam nobis per Meſsiam, non ſolùm dari innocentibus, ſed etiam peccatoribus, nocentibus, & indignis: immo etiam ſcimus, & bene ſcimus, eam dum primò aduenit, neminem reperire dignum, ſed eſſe quæ formalite dignnm facit eum cui aduenit, iuſtum, & ſanctum. Scimus quoque, & bene ſcimus, gratiam eandem ad promiſsionem de noſtra ſalute pertinentem nosq; iuſtos & filios regni reddentem, nec cùm nobis aduenit, nec cùm in nobis manet, omnimodam innocentiam in nobis requirere, nec ut in nobis de nouo ſit, nec ut in nobis conſeruetur. Verba enim ſanctorũ ſunt iſta, & uerisſima, Non intres in iudicio cũ ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. *i.Ioan.* Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis nõ eſt. Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce Luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mũdæ in conſpectu eius: quanto magis homo putredo? & filius hominis uermis? Neque aliquis ſine peccato eſt aut mundus, neque infans cuius eſt unius diei uita ſuper terram. Facti ſumus uelut immundi omnes nos, & qua

B ſi pannus menſtruatæ uniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Et alia. *Auguſt.* Ob quæ Auguſtinus, in De peccatornm meritis & remiſsione, In De natura & gratia, & alibi ſæpe dicit & probat neminem in hac uita ſine peccato eſſe, aut fuiſſe, aut fore, ſaltem ſine aliquo ex leuioribus illis propter quæ quotidie non ſolùm ex humilitate, ſed etiam ex ueritate Deo dicimus, Et dimitte nobis debita noſtra. Quotidie habẽtes unde quotidie uerba hæc uerè dicamus. A' qua tamen ſua determinatione excipit Saluatorem noſtrum, qui peccatum nõ fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. Agnus Dei qui tollit peccata mundi, In quo princeps mundi huius non habet quicquam: & glorioſiſsimam dominam noſtram Virginẽ ſanctiſsimam, de qua non uult habere quæſtionem, quoties de peccatis agit. Scimus igitur, & bene ſcimus, non reperiri in hominibus huius ſæcnli, etiam iuſtiſsimis, innocẽtiam: qui tamen ſcimus ſimul, & bene ſcimus, reperiri in hominibus huius ſæculi iuſtitiam, ſanctitatem, & ſalutem ſecundum præſentem Dei iuſtitiam. Quando ergo dicimus tunc iuſtificari hominem, cum in Dei obedientiam reformatur: non ibi intelligimus omnimodam reformationem in Dei obedientiam, quam habet innocentia: ſed eã reformationem in Dei obedientiam ſignificamus, quam Deus optimus à nobis homi- C nibus huius ſæculi requirit, & qua ipſe contentus eſt. Vt ipſi ſubdamus nos Deo, ipſum credendo, ſperando, diligendo, noſtra præterita peccata odio proſequendo, & bonam uitam futuram proponendo, ſecundum legem eius: hæc enim noſtra obedientia ipſi cordi inſita contentus eſt Deus, quia hæc iam in uoto totam Dei legem obſeruat, & per hanc quo quo modo reformamur ad obedientiam quam Adam inobediens perdidit, atque ad illam quam Saluator noſter, Adam poſterior & ſpiritalis de cœlo cœleſtis habuit, Factus obediens uſque ad mortem. Significamus ergo inchoatam reformationẽ in Dei obedientiam, & illam dicimus requiri ac ſufficere ut tũc homo iuſtificetur, cùm illã habet in qua etiã homo magis proficit, ſicut & in renouatione, in ſanctitate, iuſtitia, ſanctificatione, ac iuſtificatione. Vt quemadmo- *Apo.22.* dum dicimus uerisſimè, Qui iuſtificatur, inſtificetur adhuc. Qui ſanctificatur, ſanctificetur adhuc. Qui renouatur, renouetur adhuc. Ita uerisſimè dicamus, Qui reformatur, reformetur adhuc. Quj obedit, magis ac magis obediat adhuc. Quouſque uerè dicat, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Non timebo quid faciat mihi caro. Viuo ego, iam non ego, ſed uiuit in me Chriſtus. & totus ſemper quantum posſibile eſt, D feratur in Deum, ſicut ille qui dixit, Benedicam dominum in omni tẽpore, ſemper laus eius in ore meo. In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me à mandatis tuis. Clamaui in toto corde meo exaudi me domine, iuſtificationes tuas requiram. Inchoatam ergo reformationem in Dei obedientiã requirimus, inchoatamq; obedientiam ipſam, & illam ſufficere prædicamus ad inchoatam etiam iuſtificationem, atque iuſtitiam. Habent autem hanc inchoatam obedientiam multi, quotquot Deum ſaltẽ illi quantum par eſt tribuentes ſuper omnia credunt, ſperant, & diligunt, proximum ſicut ſeipſos amant, opera externa mandatorum Dei faciunt ſecundum eorũ potentiam ut locus & tempus exigit, non ſecundum carnem uiuunt, deſideria carnis non perficiunt, ſpiritu, facta carnis mortificant, & concupiſcentiis eius non obtemperant: ſic quod etſi non plenè faciunt quod dicitur, Nõ concupiſces, propter carnis cõcupiſcentiam continuò ebullientem, faciunt tamen quod alibi præcipitur, Poſt cõcupiſcentias tuas nõ eas. Ita dicit Apoſtolus, Nihil ergo damna- *Rom. 8.* tionis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu qui non ſecundum carnem ambulant. Ad obeditionẽ *Rom.16.* enim fidei ac Euangelii pacis uocati ſumus, multiq; Euangelio obedierunt olim, & mul-

ti

E ti obediunt modò, qui ſine dubio ſaluantur:
ſicut multi non obedierunt, & multi non obe
Rom. 10. diunt, qui perierunt, & pereunt. Dixit Apo
ſtolus quòd, Non omnes obediunt Euange-
lio. Sed quoque dixit, quòd multi Euangelio
obediunt, ut conſtat in multis locis doctri-
Rom. 6. næ ſuæ, Gratias autem Deo, quòd fuiſtis ſer
ui peccati, obediſtis autem ex corde, in eam
Philip. 2 formam doctrinæ, in quam traditi eſtis. Ita-
que chariſsimi mei, ſicut ſemper obediſtis,
non ut in præſentia mea tantum, ſed multo
magis nunc in abſentia mea, cum metu & tre
Act. 4. more ueſtram ſalutem operamini. Multi qui
Act. 6. audierant uerbum, crediderunt. Multa etiam
turba ſacerdotum obediebat fidei. Et alia.
Atque profectò qualis, qualis hæc obedien-
tia eſſet, hominum adhuc in humanis agen-
tium, illa erat utique ad iuſtitiam illis, ad re-
formationem, ad ſalutem. Sic enim legimus
Rom. 6. manifeſtè, An neſcitis quoniam cui exhibetis
uos ſeruos ad obediendum; ſerui eſtis eius
cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue o-
beditionis ad iuſtitiam? Gratias autem Deo,
quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex
corde, in eam formam doctrinæ in quam tra
diti eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui fa-
cti eſtis iuſtitiæ. Ecce per noſtram obedien-
tiam reſoluit & definit Apoſtolus ſtatum uo
ſtrum, uel ad mortem, uel ad iuſtitiam: Ad
F mortem, ſi obedimus peccato: ad iuſtitiam,
ſi ſeruimus obedientiæ eiq; ſerui ſumus, ſi o-
bedimus ex corde in eam formam doctrinæ
in quam traditi ſumus. Et ut conſtat, non alio
modo diſtinguit Apoſtolus hic ſtatum noſtrũ
ad mortem uel ad iuſtitiam, quàm per noſtrã
obedientiam: ut ſi obedimus peccato, ſub ne
ceſſitate adhuc ſimus & morte, & damnatio-
ne; ſi obedimus obeditioni, Euangelio, Euan
gelicæq; doctrinæ nobis traditæ, iam tranſea-
mus ad iuſtitiam, ad uitam, ad nouitatem,
& bonam formam nouam quam Dat nobis
ſanctum pacis Euangelium. Quidem euiden
ter hic docet Apoſtolus nos homines tunc iu
ſtificari, cum in Dei obedientiam reformar
mur: quia per hoc ſolum noſtrum ſtatum di-
ſtinguit, uitæ aut mortis, iuſtitiæ aut pec-
cati. Nunquid in hoc Apoſtolus facit ex ina-
nitam fidem, aut abolitam promiſsionem?
Abſit. Non enim facit exinanitam fidem, o-
bedientia in legem fidei: nec facit abolitam
promiſsionem, obedientia in ipſum promiſ-
ſum, in fidem & legem ipſius. Nunquid in
hoc Apoſtolus facit promiſsionem de ſalute
in Saluatore noſtro habenda implicitam con
ditione innocentiæ noſtræ, ut nemo iuſtifice
tur niſi qui innocens reperiatur aut fit? Ab-
ſit. Non enim hic exactiſsimam & completã
iam aut conſummatam requirit obedientiã;
qualem primi parentes in ſtatu innocentiæ G
habebant, aut qualem ſancti in ſtatu gloriæ
habent, & habebunt: ſed qualem nos homi-
nes modò in ſtatu iſto præſenti habemus, aut
habere ualemus in carne hac mortali, & cor
pore quod corrumpitur & aggrauat animam
& deprimit ſenſum multa cogitantem. Quod
certè Apoſtolus manifeſtè docuit in uerbis ſe
quentibus, dicens, Humanum dico, propter Rom. 6.
infirmitatem carnis ueſtræ: ſicut enim exhi-
buiſtis membra ueſtra ſeruire immũditiæ &
iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete
membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctifica-
tionem. Ecce ſecundum ueriſsimam doctri-
nam Apoſtoli, qualem obedientiam à nobis
iuſtificandis aut in iuſtitia conſeruandis re-
quirit Deus, & quali noſtra obedientia erga
ſe Deus ipſe contentus eſt, potens utique
à nobis exigere maiorem: quia uidelicet eã
talem à uobis requirit, qualem nos exhibe-
mus mundo aut rebus mundi, quando ei uel
illis efficaciter ſeruire uolumus, aut de facto
ſeruimus. Sic grauiſsima hæc, & grauiſsima
Apoſtoli Pauli determinatio intelligitur, ſi-
cut ipſa præſefert ſuum ſenſum Apoſtolicũ,
catholicum, diuinumq;; & ſic illam intelle-
xerunt ſemper omnes doctores ſancti, & ca-
tholici, de quibus paulò poſt nonnulla dice-
mus. Obedientia igitur in Deum & legem
fidei nobis eſt neceſſaria ad noſtram reforma H
tionem, ut per eam habeamus imaginem Sal
uatoris noſtri Adæ poſterioris de cœlo cœle-
ſtis, qui factus eſt obediens uſque ad mortẽ;
& deponamus imaginem Adæ prioris de ter
ra terreſtris, qui factus inobediens ſua ino-
bedientia nos ſuos poſteros fœdauit omnes:
atque ea obedientia nobis eſt neceſſaria ad
noſtram iuſtificationem, ad iuſtitiam, uitã,
ſalutemq;, ut docuit Apoſtolus Paulus.
Quod autem Caluinus addit, ruituram mox
eſſe fidem ſi operibus fulciatur, ſua eſt dam-
nata & damnabilis doctrina, non Apoſtolo-
rum Dei: Apoſtoli enim Dei, fidem prædi-
cant & opera: opera, inquam, non legis Mo
ſis quæ excludebat Apoſtolus Paulus, ſed o-
pera legis fidei quæ ipſemet prædicabat Apo
ſtolus. Ruitura mox erit fides, ſi ut Iudæi o-
lim iactitabant, dixerimus, iuſtitiam, operũ
ſeu opera ipſa legis ſufficere ſine fide, aut de-
bere ſeruari legem cum Euangelio, uel aliud
quid tale: ſed non eſt mox ruitura fides, ſi
eam prima & maximè ſuper omnia externa
opera neceſſariam prædicamus. Fulcitur e-
nim fides operibus, non ſic ut fides non ua-
leat eſſe ante opera, nec ſic ut fides ſine ope-
ribus nullo modo eſſe ualeat: ſed ſic operi-
bus fulcitur fides, ut non ualeat fides apud
Deum niſi ea omnis & ſola, Quæ per chari- Galat. 5.
tatem

A tatem operatur. Quæ & ſi non habeat adhuc
opera, iam ſaltem habet obedientiam Euan-
Rom.2. gelii ad operandum. Sic nanque legimus, Nō
enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum;
1.Cor.7. ſed factores legis iuſtificabuntur. Circunci-
ſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed ob-
Galat.5. ſeruatio mandatorum Dei. Nam in Chriſto
Ieſu, neque Circunciſio aliquid ualet, neque
præputium, ſed fides quæ per charitatem o-
Galat.6. peratur. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cru
ce domini Ieſu Chriſti: per quē mihi mundus
Epheſ.2. crucifixus eſt, & ego mūdo. In Chriſto enī Ie
ſu, neq; Circūciſio aliquid ualet, neq; præpu-
tiū, ſed noua creatura. Ipſius enī ſumus factu
ra, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis,
quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus.
Philip.2 Itaq; chariſsimi mei, ſicut ſemper obediſtis,
non in præſentia mea tantùm, ſed multo ma-
gis nunc in abſentia mea, cum metu & tremo
Ad Ti.3 re ueſtram ſalutem operamini. Fidelis ſermo
eſt. Et de his uolo te confirmare, ut curent
bonis operibus præeſſe, qui credunt Deo.
Iacob.2. Hæc ſunt bona & utilia, hominibus. Quid
prodeſt fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe ha-
bere, opera autem non habeat? Nunquid po
terit fides ſaluare eum? Sic & fides, ſi non ha-
beat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Vis au-
tem ſcire ò homo inanis, quoniam fides ſine
operibus ocioſa eſt? Abraham pater noſter
B non'ne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens
Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniā
fides cooperabatur operibus illius, & ex ope
ribus fides conſummata eſt? Et ſuppleta eſt
ſcriptura, dicens, Credidit Abraham Deo,
& reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus
Dei appellatus eſt. Videtis quoniam ex ope-
ribus iuſtificatur homo, & non ex fide tan-
tum? Similiter & Raab meritrix, non'ne ex
operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens nuntios, &
alia uia eiiciens? Sicut enim corpus ſine ſpiri
tu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus
2.Petr.1. mortua eſt. Satagite ergo frates ut per bona
opera ueſtram electionem & uocationem cer
Mat.19. tam faciatis. Si uis ad uitam ingredi, Serua
mandata. Ergo prædicanda ſunt opera; & nō
eſt ideo mox ruitura fides ſi operibus fulcia-
tur, ut malè putauit & docuit Caluinus: niſi
forte quiſpiam opera prædicando, fidem abii
ciat, ut Iudæus, qui putat iuſtitiam legis ſi-
ne iuſtitia fidei ſufficere. Sed iam nunc denuo
Caluinum rurſus audiamus, Dicit enim ite
Verba rum nobis obiiciens, Quòd ideo uerum eſt,
Caluini. quia quandiu reſpicimus quales ſumus, ne-
ceſſe eſt nos coràm Deo trepidare: tantum
abeſt, ut certa & inconcuſſa uitæ æternæ fi-
ducia nobis conſtet. De regeneratis loquor.
Quantum enim abeſt à iuſtitia quæ in hac ui-
ta inchoatur, uitæ nouitas? Reſpondemus,

Sine cauſa, ratione, ant neceſsitate, uel occa C
ſione tuum hic ò Caluine uertis ſemonem. *Reſponſio*
Agebamus antea de partibus iuſtificationis, *Catholic.*
de noſtra innouatione, iuſtitia & ſanctitate:
atque tandem de noſtra reformatione per o-
bedientiam Dei, & de noſtra iuſtificatione.
Quid his ſermonibus, & ſermoni iſti tuo
quem modo aſſummis de noſtra trepidatio-
ne, aut ſecuritate? Alia quæſtio eſt in alium
locum & tempus differenda, quando & ubi
prolixus admodum habendus eſt ſermo.
Eſt noſtra ſubſtantia tanquam nihilum ante
ſubſtantiam Dei, ſicut legimus, Subſtantia
mea tanquā nihilum ante te. Sic noſtra ſancti
tas ante Dei ſanctitatem, ſic noſtra iuſtitia an
te Dei iuſtitiam, & ſic noſtra munditia ante
Dei munditiam. Vt uerè dixerit Iob ille ſan- *Iob.25.*
ctus, Nunquid iuſtificari poteſt homo com-
paratus Deo, aut apparere mundus natus de
muliere? Ecce luna etiam non ſplendet, &
ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius: Quā
to magis homo putredo, & filius hominis
uermis? Hoc tamen non impedit quominus
certiſsimas, ueriſsimas, firmiſsimas, & con
ſtantiſsimas habeamus promiſsiones Dei de
noſtra ſalute, uitaq; æterna conſequenda, ob
tinenda, habenda, poſsidenda. Ex parte e-
nim cognoſcimus, & ex parte prophetamus:
iuxta quem ueriſsimum loquendi modum,
ſimiliter quodammodo dicere poſſumus, Ex D
parte credimus, ex parte ſperamus, ex parte
diligimus, ex parte pœnitētiā agimus, ex par
te obedimus, ex parte legem Dei obſerua-
mus, quam diu hic in carne mortali & corpo
re quod corrumpitur obſepti uiuimus. Sed
nihilominus nobis ſic ex parte credentibus,
ſperantibus, diligētibus, pœnitentibus, obe
dientibus, & legē Dei obſeruātibus, promit-
tit Deus fortiſsimè ac infallibiliter, ueniā, &
uitam ſempiternam. Qui crediderit & ba- *Mar.16.*
ptizatus fuerit, ſaluus erit. Iuſtus ex fide ui- *Rom.1.*
uit. Spe ſalui facti ſumus. Tranſlati ſumus *Rom.8.*
de morte ad uitam, quoniam diligimus
fratres. Qui non diligit, manet in morte. Pœ *Mat.4.*
nitentiam agite, appropinquauit enim re- *Mat.19.*
gnum cœlorum. Si autem uis ad uitam ingre
di, ſerua mandata. Quamuis ergo ex parte
credamus, ſperemus, diligamus, pœniten-
tia corripiamur, obediamus, legem Dei ob
ſeruemus, eæ promiſsiones Dei nobis uitam
ſempiternam & ſalutem promittunt, qui be
nignus & miſericors & multus ad ignoſcen-
dum, noſtram uidet & non imputat fragilita
tem: ob quod etiam nobis pignus dedit ſpi-
ritus, quo ſuper omnia certi reddimur de ſua
ueritate, liberalitate, benignitate, miſeri-
cordiaq; confiſi. Renouationem igitur no-
ſtram, reformationem, obedientiam, ſancti

E tatem, & iuſtificationẽ prædicat Apoſtolus Paulus frequenter; & nihil abeſt à iuſtitia quæ in hac uita inchoatur, uitæ nouitas: ſed, eadem eſt; & quantum creſcit, uel deficit una, tantum & altera. Ex parte profectò habemus hic nouitatem, ſicut uerisſimè dictũ
2.Cor.4. legimus, Is enim qui intus eſt homo noſter, renouatur, in dies. ſed huic noſtræ inchoatæ nouitati promittit Apoſtolus ualorem & ſa-
Galat.6. lutem, dicens, In Chriſto enim Ieſu, neque circuncisio aliquid ualet, neque præputium, ſed noua creatura. Et quicunque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſeri-
Rom.1. cordia, & ſuper Iſrael Dei. Simili, eodemq; modo ſe habet noſtra inchoata iuſtitia. Iuſtus ex fide uiuit. Ibunt iuſti in uitam æternam. Et multa alia. Cæterùm de noſtra iuſtitia inchoata, requiſita & ſufficiente dicamus adhuc nonnulla ex doctoribus ſanctis & ca-
Rom.6. tholicis iuxta illũd Apoſtoli, Humanum dico, propter infirmitatem carnis ueſtræ: ſicut enim exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ, &c. Satis enim conſtat ex uerbis Apoſtoli præcedentibus & iam allegatis, atque ex aliis multis tum Apoſtoli eiuſdem, tum aliorum Apoſtolorum & ſcriptorum ſacrorum, nobis hominibus iuſtificandis atque ſaluandis neceſſariam eſſe obedientiam erga Deum ſecundum ſanctiſsimam legem eius: & per illam obedientiam aſsimilari nos
F Saluatori noſtro obedientisſimo, eiusq; imaginem portare, Deo obedientes, ſicut ille
Philip.2 maximè Patri ſuo obediuit, Factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Atque profectò non minus conſtat, eam noſtram obedientiam, quandam in nobis eſſe iuſtitiam: uel maiorem, uel minorem: prout nos Deo obedientes, legẽ eius obſeruamus: nec poteſt hæc obedientia non eſſe quædam
1.Ioan.3. iuſtitia, ut conſtat ex dictis. Qui facit iuſtitiã, iuſtus eſt. Et rurſus, ut hæc obedientia ſit iuſtitia in nobis, nullo modo requiritur quòd ipſa, uel cum ipſa, ſit innocentia: aliud eſt enim loqui de obedientia nobis neceſſaria, requiſita, atque ſufficiẽti pro hoc ſtatu, & aliud eſt loqui de innocentia. Multos nanque adultos homines obedientes & iuſtos memorat ſanctum Dei Euangelium, innocentes autẽ, non ita. Quandoquidem innocentia, aliquid importat: quod forte non reperitur, niſi ubi omnino perfecta eſt obedientia. Vnde grauiſſimè errauit Caluinus, putans eam obedientiam Dei quam à nobis iuſtificandis & ſaluandis requirit ſanctum Euangelium, debere eſſe innocentiam, aut non eſſe ſine innocentia: ſeu putans quòd ubi ſanctum Euangelium requirit obedientiam, ibi requirat innocentiam. Non enim ita res habet, quinimmo aliud de obedientia, & aliud de innocentia eſt G
iudicium. Niſi & in innocentia ipſa, gradus quoſdam fecerimus, incipientium, proficientium, & perfectorum: ſicut eoſdem gradus facimus in charitate, & obedientia, ut paulò poſt dicitur & declaratur magis. Quos certè gradus innocentiæ quoque diſtinguere debemus, propter diuinas ſcripturas quæ etiam in hoc ſtatu naturæ lapſæ ita habent, Quis a- *Pſal.23.*
ſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in
loco ſancto eius? Innocens manibus, & mun *Pſal.24.*
do corde: qui non accipit in uanum animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Innocentes, & recti adhæſerunt mihi; quia ſuſti-
nui te. Ego autem in innocentia mea ingreſ- *Pſal.25.*
ſus ſum; redime me, & miſerere mei. Iudica *Pſal.7.*
me domine ſecundum iuſtitiam meam; & ſe-
cundum innocentiam meam ſuper me. Cu- *Pſal.36.*
ſtodi innocentiam, & uide æquitatem, quo niam ſunt reliquiæ homini pacifico. Me autẽ
propter innocentiam ſuſcepiſti, & confirma- *Pſal.40.*
ſti me in conſpectu tuo in æternum. Non pri- *Pſal.83.*
uabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine uirtutum, beatus homo qui ſperat
in te. Perambulabam in innocentia cordis *Pſal.100.*
mei, in medio domus meæ. Et dixit domi- *Iob.2.*
nus ad Satan, Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra, Vir ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiã?
Manifeſtè enim declarant hæc uerba diuina H
iuſtos homines huius ſæculi habere quãdam innocentiam, quam Deus Optimus Maximus reſpicit, uidet, atque præmio afficit in illis, perfectam aut imperfectam, incipientiũ,
proficientium, aut perfectorum. Et quidem *Epiſ.106*
ut refert Auguſtinus, malè docebat Pelagius, *tom.2.*
homines filios Dei non poſſe uocari, niſi om- *& in De*
nino abſque peccato fuerint effecti: Diſtin- *perfectio-*
guit enim Auguſtinus ſapientisſimè gradus *ne iuſti-*
iuſtitiæ ſecundum gradus charitatis, ut infra *tiæ.*
oſtenditur manifeſtè: nec admittit ut nemo *tom.7.*
dicatur habere iuſtitiam, niſi qui dicatur non habere peccatum. Nanque ut docet uerisſimè, multi iuſtitiam dicuntur habere & habent, qui tamen à perfecta legis obedientia deficiunt, & peccata nonnulla habent, ſaltem uenialia ſeu leuia, aut minuta, ſine quibus uita hæc noſtra præſens ac mortalis nõ dicitur. Vnde quidem uiri iuſti huius ſæculi, legi Dei obediunt, & iuſtitiam habent inchoatam: tametſi leuium peccatorum ratione dicatur, Septies in die cadit iuſtus. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, &
ueritas in nobis non eſt. Vnde Auguſtinus *Auguſt.*
probans quòd uiri ſancti inchoatam iuſtitiã habeant, etſi à perfecta iuſtitia deficiant, circa illud Apoſtoli, Quos autem prædeſtinauit, hos

A hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iuſtificauit: Dicit in De uerbis Apoſtoli, Quid eſt iuſtificare? Audemus dicere iam hoc tertium habere nos? Et erit quiſquam noſtrum qui audeat dicere, Iuſtus ſum? Puto enim hoc eſſe, Iuſtus ſum: quod eſt, Peccator non ſum. Si audes hoc dicere, occurrit tibi Ioannes, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Quid ergo? Nihil habemus de iuſtitia? An habemus? Sed non totum habemus, hoc ergo quæramus. Si enim aliquid habemus, & aliquid nõ habemus, creſcat quod habemus, & implebitur quod non habemus. Ecce enim baptizati ſunt homines, omnia illis peccata dimiſſa ſunt, iuſtificati ſunt à peccatis, negare non poſſumus: reſtat tamen lucta cum carne, reſtat lucta cum mundo, reſtat lucta cum diabolo. Qui autem luctatur, aliquando ferit, aliquando percutitur, aliquando uincit, aliquando perimitur: quomodo de ſtadio exeat, attendatur. Nam ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, noſmetipſos decipimus, & ueritas in nobis non eſt. Item ſi dixerimus, quia iuſtitiæ nihil habemus, aduerſum Dei dona mentimur. Si enim iuſtitiæ nihil habemus, nec fidem habemus. Si fidem non habemus, Chriſtiani non ſumus: Si autem fidem habemus, iam aliquid habemus iuſtitiæ. Ipſum aliquid uis noſſe quantum ſit? Iuſtus ex fide uiuit, quia credit quod non uidit. Beati, inquit dominus,

Serm. 16.

B qui non uiderunt & crediderunt. Beati prædicti ſumus, & de iuſtitia nihil habemus? Omnino habemus. Grati ſumus ex eo quod habemus, & non perdamus quod habemus. Ergo & hoc tertium iam agitur in nobis. Iuſtificati ſumus, ſed ipſa iuſtitia cum proficimus creſcit. Hæc ille. Ecce uiri iuſti, aliquid habent iuſtitiæ. Quid? Fidem. Fidem autem, quæ per charitatem operatur: alioquin non eſſent uiri iuſti, ut ſæpiſſimè declarat Auguſtinus ex Apoſtolo Paulo. Habent ergo uiri iuſti inchoatam iuſtitiam ſaltem, quicquid ſit de perfecta legis obſeruantia, quicquid ſit de perfecta hominis innocentia. Concludamus ergo dicentes, Nullo modo exinanitam faciunt fidem nec abolitam permiſſionem, qui cum Apoſtolo Paulo prædicant bona opera ſeu iuſtitiam bonorum operum, ſequentia ſeu ſequentem fidem & gratiam Chriſtianam: Faciunt autem exinanitam fidem & abolitã promiſſionem Dei, qui fidem aut gratiam Chriſtianam abiicientes, negantes, aut ignorantes, iuſtitiam operum exaltant tanquam ſufficientem ad ſalutem animæ, ut Iudæi, Gẽtiles, Pagani, & alii. De his tamẽ, quia iã multa diximus, modò hæc ſatis ſint. Cæterùm

C quantum ad innocentiam attinet, propter ea multa quæ de ipſa dicta ſunt, & propter illud quod legimus, Amen dico uobis, niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Sine dubio diſtinguendum eſt de gradibus innocentiæ, ſicut diſtinguimus de gradibus charitatis: incipientium, proficientium, & perfectorum. Eodemq́; modo de gradibus obedientiæ noſtræ in legem Dei, Atque pariter de gradibus iuſtitiæ noſtræ, quæ in his eſt ſine dubio, & quæ magis eſt Dei. Sed hac de re, magis in his quæ ſequentur. Quantum autem ad diuinas promiſſiones Abrahæ & ſemini eius factas, quòd hæres eſſet mundi, & de benedictione omnium gentium in ſemine ipſius Abrahæ, quomodo iam completæ ſunt quoad omnes, quantum ad ſufficientiam, & quomodo eas conſequimur quantum ad efficaciam ſiue efficientiam, iam dictũ eſt ſatis in ſuperioribus: quia uidelicet eas aſſequimur per legem fidei, per fidem quæ per charitatem operatur;

Mat. 18.

D per obedientiam erga Saluatorem noſtrum, facientes Dei uoluntatem: non per ſolam fidem, nec per ſolam confidentiam. Vt ſatis monſtratum fuit per diuinas ſcripturas manifeſtas.

VIDEMVS etiam manifeſtè in diuinis ſcripturis, Abraham non audiuiſſe mirabilẽ illam promiſſionem diuinam de benedictione omnium gentium in ſemine ſuo, Saluatore noſtro, niſi poſt obedientiam ſuam erga Deum; poſtquam Deo obediuit, uolens ex corde offerre filium ſuum iuxta mandatum domini: Tunc enim & nõ ante dixit ei Deus, Per me metipſum iuraui dicit dominus, quia feciſti rem hanc, & non peperciſti unigenito filio tuo propter me; Benedicens benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & uelut arenam quæ eſt in littore maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti uoci meæ. Ecce quia Abraham obediuit uoci domini, prædixit ei dominus benedictionem omniũ gentium futuram in ſuo ſemine. Vnde & nos ſimili modo dicimus, Sicut Abrahã non audiuit de tali benedictione futura, niſi poſtquam obediuit: ita filii Abrahæ ſecundum ſpiritum non conſequimur ipſam benedictionem de facto & quantum ad efficaciam ſiue efficientiam quoad remiſſionem peccatorum, niſi poſtquam obedimus. Hoc enim eſt quod uerè dicit Apoſtolus, Et quidem cum eſſet filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Hæc Paulus. Paulus ergo magis prædicat obedien-

Commẽdatio obedientiæ Abrahæ. Gen. 22.

Hebr. 5.

E dientiam noſtram erga Deum,& illam decla-
rat nobis eſſe neceſſariam ut ſalutem conſe-
quamur æternam: aſſerens in his uerbis ſuis
ueriſsimis, paſsionem Saluatoris quantum
ad hunc effectum æternæ ſalutis, quo ad ob-
temperantes Saluatori, habere efficaciam
ſiue efficientiam, quæ quantum ad omnes
homines ſimpliciter habuit & habet ſuffi-
cientiam.

PORRO & de noſtra inchoata nouitate,
quòd & ipſa inchoatam noſtram iuſtitiam for
malem & nobis inhærentem contineat, infra
oſtenditur ſatis latè. Sed & de noſtra inchoa-
lib. præf. ta obedientia quòd & illa ſufficiat in ſuis gra-
dibus abundanter, conſtat ex dictis, atque a-
bundantiſsimè conſtabit ex dicendis. Opti-
Auguſt. mè docuit Auguſtinus id quod eſt notum a-
pud diuinas ſcripturas, quidem non omnia
peccata facere homines filios diaboli, ſicut ne
que omnia bona faciant homines filios Dei.
Filius enim Dei adoptiuus Deoq; ualde dile-
1. Ioan. 1. ctus erat qui dicebat, Si dixerimus quoniam
peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus
& ueritas in nobis non eſt. Habent igitur filii
Dei in hoc ſæculo nonnulla peccata leuia atq;
minuta, quæ non impediunt huiuſmodi filia
tionem, licet impediant ſimplicem perfectio
nem, de qua paulò poſt. Quemadmodum au-
F tem non omnia peccata impediunt hanc filia
tionem, ita neque omnes inobedientiæ illam
impediunt: quia profectò peccata ſunt ino-
bedientiæ, immo etiam nullum eſt peccatum
actuale quod non ſit inobedientia quædam.
Auguſt. Peccatum enim eſt, dictum, factum, uel con-
contra cupitum contra legem Dei. Et ſicut ubi non
Fauſtū eſt lex, nec eſt præuaricatio: ſic ubi nō eſt ino
bedientia legis, ſeu defectus à lege, non eſt
peccatum: quia peccatum eſt iniquitas, ſiue
legis Dei præuaricatio, ut conſtat.

PRAEDICAMVS ergo obedientiam
noſtram eſſe nobis neceſſariam ad ſalutem, ſi
cuti iam ſatis eſt mōſtratum in ſuperioribus:
Lib. 2. obedientiam, inquam, noſtram erga Deum,
Cap. 3. ſecundum legem eius. Quam legem? Non fa-
ctorum. Sed utique legem fidei. Omnino ſi-
cut prædicabat Apoſtolus ad Romanos, ad
Galatas, ad Hebræos: ubique legem factorū
abiiciendo, legem autem fidei introducendo,
ſtatuendo, commendando: legem fidei, in-
quam, legem Euangelicam, ſanctum Dei E-
uangelium, continens Chriſti hiſtoriam, do-
ctrinam, præcepta, conſilia, promiſsiones,
Marc. 1. comminationes in ſalutem omni credenti. Iu
dæo primùm, & Græco. Sic enim Saluator no
ſter prædicauit ante paſsionem, Pœnitemini
igitur, & credite Euangelio. ſic & præcepit
prædicandum eſſe, poſt reſurrectionem, Eun
Mat. 28. tes ergo docete omnes gentes, baptizantes
eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſan- G
cti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque
mandaui uobis. Euntes in mundum uniuer- *Marc. 16*
ſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.
Sicut etiam dixerat, Si autem uis ad uitam *Mat. 19.*
ingredi, ſerua mandata. Quemadmodum etiā
& Paulus Apoſtolus, Vbi eſt ergo gloriatio
tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorū? *Rom. 3.*
Non, ſed per legem fidei. Non enim erubeſco
Euangelium. Virtus enim Dei eſt in ſalutem
omni credenti. Non enim auditores legis iu- *Rom. 2.*
ſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtifica
buntur. Circuncifio nihil eſt, & præputium *1. Cor. 7.*
nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. In
Chriſto Ieſu, neque circuncifio aliquid ualet, *Galat. 5.*
neque præputium, ſed fides quæ per charita-
tem operatur. Et quidem cum eſſet Filius
Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam,
& conſummatus, factus eſt omnibus obtem-
perantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. *Hebr. 5.*

NOS igitur ſeruamus totam Apoſtoli præ
dicationem. Maximè etiam agimus contra il
los, contra quos maximè agebat ille. Contra
quos? Contra eos profectò agebat Apoſto-
lus loco ſuperius allegato, qui dicebant, le-
gem Moſis aut ſolam ſufficere ſine fide Chri-
ſti, aut cum fide Chriſti eſſe neceſſariam: etiā
contra eos qui dicebant deberi ſibi gratiam
Euangelicam propterea quòd legem Moſis
ſeruabant, aut illis qui cum Euangelio legem
Moſis quoque ſeruaſſent. Aduerſus eos qui H
dicebāt deberi ſibi gratiam Chriſtianam pro-
pter Iudaiſmum à ſe ſeruatum, dicit Apoſto-
lus, Si enim Abraham ex operibus iuſtifica-
tus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum.
Quid enim dicit ſcriptura, credidit Abraham *Rom. 4.*
Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ei au-
tem qui operatur, merces non imputatur ſe-
cundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei
uerò qui non operatur, credenti autem in eū
qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad
iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ. Si au
tem gratia, iam non ex operibus, Alioquin *Rom. 11.*
gratia iam non eſt gratia. Aduerſus eos qui
dicebant ſolam iuſtitiam legis ſufficere, dicit
Apoſtolus, Si ex lege eſt iuſtitia, exinanita eſt
fides, & abolita promiſsio. Si enim per legem *Rom. 4.*
iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Ad *Galat. 2.*
uerſus eos autem qui dicebant ſeruandum eſ
ſe Iudaiſmum cum Euangelio, dicebat idem
Apoſtolus, Dies obſeruatis, & menſes, & tem
pora, & annos. Timeo uobis, ne ſine cauſa la *Galat. 4.*
borauerim in uobis. Ecce ego Paulus dico
uobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus *Galat. 5.*
uobis nihil proderit. Hæc Pauli prædicatio
fuit. Hæc noſtra prædicatio eſt. Eadem ueri
tas, eadem fides, eadem prædicatio: qua con
ſtanter & Chriſtianè prædicamus Euangeliū,
legemq;

A legemq; fidei, non legem factorum, Non eſt prædicatio Apoſtoli, quæ nō prædicat legem fidei: & eſt prædicatio Apoſtoli, quæ prædicat legem fidei. Quia certè legem fidei prædicabat Apoſtolus, legem autem factorum abiſciebat, ut conſtat ex dictis eius allegatis. Quæ eſt lex fidei? Quæ eſt lex factorum? Ex uera atque legitima determinatione harum quæſtionum, pendet magnam in partem uera cognitio noſtræ ueræ determinationis, qua obedientiam erga Deum prædicamus: uidelicet ſi ſaltem ſemel ſciamus, quid ſit lex fidei, quæ contineat, & quam ob cauſam ſic appelletur: ſimiliter etiam & de lege factorum, quid ſit, quæ contineat, quam ob rem ita nominetur. De lege autem fidei non eſt dubium quin ea ſit lex Euāgelica, ſanctum Dei Euangelium: de quo dicit Apoſtolus, Non enim erubeſco Euangelium. Virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti: Iudæo primùm & Græco. Continet autem totam Saluatoris noſtri hiſtoriam ſuæ conceptionis, natiuitatis, uitæ, prædicationis, paſsionis, mortis, reſurrectionis, aſcenſionis, ad iudicium reuerſionis: ſuamque doctrinam totam, præcepta, conſilia, promiſsiones, comminationes, ſacramentorum inſtitutiones. Sic etiam ſpecialiter appellatur lex fidei, ſiue lex Euangelica; quia multum ſpiritalis eſt, & propter optimas nunB tiationes eius: redemptionis, reconciliationis, pacisque iam factæ per Saluatorem noſtrum; & propter ſuas ſpiritales promisſiones. Hæc ſine dubio eſt lex fidei, quam tantopere prædicabat & commendabat Apoſtolus: quæ inſuper quo ad ſuas doctrinas & promisſiones, requirit à nobis fidem indubitatā, qua credatur: & quo ad ſua præcepta requirit à nobis obedientiam, qua à nobis in opere impleatur, ſuis locis & temporibus, & ſecundum noſtram facultatem ac posſibilitatem cum Dei adiutorio. De lege uerò factorum, certum eſt etiam eam eſſe legem ueterem, præſertim non tantùm quoad præcepta decalogi in duabus tabulis primitus contenta, quantum quoad legalia mandata, ceremonialia & iudicialia: quæ omnia continebat ipſa, ut conſtat in multis locis eius: & ex quibus omnibus ſola moralia remanſerunt, quæ erāt decalogi & duarum tabularum, legisq; naturalis. Cæterùm ſi quæratur, quare lex Euangelica, lex noua, ſiue nouum teſtamentum, dicatur lex fidei: lex autem Moſis, lex uetus, ſiue uetus teſtamentum dicatur lex factorum? Alia eſt quæſtio. Cum præſertim utraq; contineat tum credibilia, tum factibilia: ideſt, & præcepta credibilium ſiue de credibilibus, & præcepta factibilium ſiue de factibilibus. Ratio facillimè apparet, ſi conſideramus utriuſque legis qualitatem, ſua contenta, & ſuos modos. Etenim lex illa uetus præter præcepta ſiue doctrinam fidei explicitæ, quæ continebat paucisſima, tria alia continebat genera præceptorum quoad factibilia: ideſt, moralia, ceremonialia, iudicialia: ex quibus hæc duo genera ultima, hoc eſt, ceremonialia & iudicialia dicebantur ſpecialiter legalia. Nō quaſi omnia hæc præcepta data fuerint ſimul à Deo, quia immo prius dedit Deus illi populo patrum per Moſen decalogum, ſiue præcepta moralia duarum tabularum in monte ſina ſiue in Horeb: poſtea uerò dedit eis legalia in campeſtribus Moab. Neque quaſi obſeruantiam horum ex æquo exigeret Deus, qua profectò principalius exigebat obſeruantiam moralium & ſui obedientiam, ut eſt uidere in exodo & alibi frequenter: atque exinde expeteba obſeruantiam aliorum præceptorum legaliū, quæ ipſe non in principio dedit, ſed poſt offenſam idololatriæ capituq; ui tuli, iusſit ſibi Deus hoſtias fieri magis quàm dæmonibus, quodammodo auferens religionem puram mandatorum Dei ipſius, & concedens ſanguinem uictimarum, carniumque deſiderium. Poſtea itaque dominus per Moſen præcepit holocauſta & uictimas ſibi offerri à populo, ne talia offerrent idolis, ad quam rem procliues erant, & ad experiendum ſeu manifeſtandum obedientiam populi, & ad D præfigurandum immolationem futuram Saluatoris noſtri. Vnde conquerebatur de populo illo & gente Iudæorum quoties omiſſa ſui obedientia & decalogi obſeruantia, holocauſtomata & uictimas offerebant: ſicuti legimus, Holocauſtomata ueſtra addite uictimis ueſtris, & comedite carnes. Quia non ſum locutus cum patribus ueſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de uerbo holocauſtomatum & uictimarum. Sed hoc uerbum præcepi eis, dicens, Audite uocem meam, & ero uobis Deus, & uos eritis mihi populus. Quemadmodum & alibi ſcriptum eſt, Melior eſt enim obedientia, quàm uictimæ. Alibi etiam, Quò mihi multitudinē uictimarum ueſtrarum, dicit dominus? plenus ſum: holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem uitulorum, & agnorum & hircorum nolui. &c. Alibi iterum, Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Immola Deo ſacrificium laudis, & redde altisſimo uota tua. Differentia erant igitur illa mandata, nec ſimul data; ſed iam erant omnia in præcepto & lege, ut conſtat in Deuteronomio per multa admodum, & uariis in locis eiuſdem libri: in quorum uno ita habemus

Rom. 1. — C *Lex uetus, quæ continet.* — *Exod. 19 & 20.* — *Hiere. 7.* — *1. Reg. 15.* — *Eſaie. 1.*

E

Deut. 7. 10. 29. 30 27. 28.

habemus, Hæc ſunt uerba fœderis quod præcepit dominus Moſi ut feriret cum filiis Iſrael in terra Moab, præter illud fœdus quod cũ eis pepigit in Horeb. &c. Vnde iam illa omnia continebat lex illa, moralia, ceremonialia, iudicialia. Et ut iam explicatius dicamus, uerè tamen, præter paucisſima præcepta fidei & præter præcepta moralia, atque præter præcepta iudicialia multa nimis quæ continebat illa lex, quantum ad ſola ceremonialia attinet, Rabi Moſes enumerauit pluſquam ſexcenta præcepta ad quæ omnia tenebantur Iudæi. Ita refert Auguſtinus ad inquiſitiones Ianuarii. ita etiam habetur in Canonibus. & ita etiam refert Scotus in ſuis ſententiis. Atq; illa talia erant omnia, qualia poſſet tradere aut inſtituere ſolus populus, niſi præueniretur à Deo: ut pote quòd tota poteſtas Eccleſiaſtica illius temporis, nullum habebat effectum ſpiritalem, niſi quod ſpiritalis erat prout ordinabat ad Deum & finem ſpiritalem; neque ſacrificia, ſacramentalia, uel ſacramenta illa priſca conferebant gratiam ex opere operato, neque ex natura rei conducebant, ſed ex ſola lege. Talia erant olim illa legalia, multa, egena, infirma: licet inter doctores ſit controuerſum de circunciſione, An ex opere operato conferret gratiam. Taliſq; erat illa lex olim.

Deut. 29. Exod. 19.

Auguſt. diſt. 13.

Omnia uniuerſaliter.

Scotus. Lib. 3. diſt. 40. Quæſt. unica.

F

Lex Euãgelica quæ contineat.

Lex autem noua noſtra, lex gratiæ, lex Euangelica, nouum teſtamentum, longè alio modo ſe habet. Continet enim multa pertinentia ad fidem, quia licet eadem ſit fides noſtra quæ fuit illa antiquorum, apud nos tamen iam communiter eſt magis explicita: & à maximo uſque ad minimum omnes ſciunt explicitè altiſsima myſteria, illa etiam quæ olim non ſciebant explicitè, niſi maiores. Continet etiam lex noſtra Euangelica eadem moralia decalogi; ſed quidem magis explicata, ut conſtat apud Matthæum: niſi quòd illud præceptum, Sabbata Sanctifices, quantum ad id quod cæremoniale erat ſiue poſitiuum, mutatum eſt ad obſeruantiã diei dominici, propter myſteriorum memoriã. Quantum autem ad ceremonialia, lex noſtra noua pro ut Auguſtinus optimè notauit ubi ſupra, & pro ut ex ipſa ſatis conſtat, paucis & manifeſtis ſacramentorum ritibus contenta eſt. Non enim habet niſi ſeptem ſacramenta, quorum nonnulla non ſunt omnibus Chriſtianis neceſſaria: quia non omnes tenentur ad ordinem ſuſcipiendum, nec omnes ad matrimonium contrahendum. Sic Lex noua pauciſsima habet ceremonialia, in quantum ſeu pro ut nobis à Saluatore noſtro data eſt. Quo ad iudicialia uerò patet etiam, quia nulla iudicialia Chriſtus nobis impoſuit: ſed licitum eſt principibus leges ſtatuere ad pacem ſeruandam & miniſtrandam iuſtitiam, ſicuti rationabiliter uidebitur expedire.

Matt. 5. 6. & 7.

Ad Ian.

G

Cur lex Euangelica dicatur lex fidei.

Itaque igitur, quia Lex Euangelica explicitè continet multa fidei, ſeu credendorum explicitè, multa etiam moralia quia omnia legis naturalis, etiam cum optimis declarationibus non habitis uel non intellectis in lege ueteri: & quia pauciſsima habet ceremonialia, & quia prorſus nulla habet iudicialia; dicitur Lex fidei, & non dicitur lex factorum.

Cur lex uetus dicatur lex factorũ.

Quidem autem è contra, quia lex uetus ſeu Moſis continebat pauca credenda explicitè, & moralia continebat non ita explicata uel ſaltem non ita intellecta, & quia continebat pluſquam ſexcenta ceremonialia de rebus, operibus ſeu factis ex ſuo genere non bonis ſed indifferentibus, nec conferentibus gratiam ex opere operato ſed ſolùm ex opere operantis: & quia multa etiam continebat iudicialia, ut de cunctis his conſtat omnibus: dicitur iure optimo lex factorum, & non lex fidei. Palàm eſt enim unũquodque denominari ab eo, de quo plus, ſeu magis habet. Hæc igitur eſt ratio, cur lex Euãgelica, dicatur lex fidei & non lex factorum; lex autem Moſis dicatur lex factorum & non lex fidei. Ad idem facit manifeſtè quod Apoſtolus dicit ad Galatas, Lex autem non eſt ex fide. Primùm quia lex non eſt ex fide materialiter, ſicut ſtatua eſt ex ære. Secundò, quia in lege ueteri non fuerunt data præcepta de credendis: quia hoc pertinet ad legem nouã in qua facta eſt explicatio credendorum. Non quaſi patres ueteris teſtamenti fuerint ſine fide, quia immo multi illorum fuerunt ſancti & Deo placentes, quod eſſe non potuerunt ſine fide: ſed non haberunt illi fidem explicitã; ſicut patres noui teſtamenti in quo ueritas aperte eſt per Chriſtum reuelata. Ob quod etiam legimus, Lex per Moſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Diuus Ambroſius in ſuis commentariis in epiſtolam ad Galatas diſtinguit legem præceptorum moralium ſcriptam olim in tabulis, quã fatetur prodeſſe; & legem factorum; quæ iam ceſſauit; dicit etiam de hac, quòd ut oneri eſſet data fuit, & ideo legem factorũ dici, quia docet quæ Deo iubente corporaliter fiant, de ſacrificiis, de primogenitis, de decimis, & de cæteris id genus.

Galat. 3.

Nicolaus ibidem.

H

Hebr. 11.

Ioan. 1.

Ambroſ. Galat. 3.

SIT ergo certum apud omnes, debere nos Chriſtianos prædicare legem fidei & hãc fuiſſe prædicationem Apoſtoli ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Hebræos: ut tranſlata ſit iam lex factorum in legem fidei, lex Moſis in legem Chriſti, uetus teſtamentum in nouum teſtamentum: ſicut re uera iã tranſlatum eſt ſacerdotium Aaron in ſacerdotium Melchiſedec, & ceſſauerunt illa omnia legalia,

A legalia, quorum lex propter transgreſsionẽ poſita eſt. Deinde certum ſit eodem modo legem fidei, non eſſe ſolam fidem, excludendo omnia alia à fide nuda, qua nihil aliud facimus niſi quòd in noſtris mentibus credimus. Non enim lex fidei ita dicitur, quaſi ſolùm contineat præcepta credibilium aut credendorum: ſed dicitur lex fidei tanquam per oppoſitum ad legem factorum legalium, uel propter prædictas rationes optimas. Multa præcepta tradidit nobis Saluator noſter atque declarauit, in quibus abundare debet

Matt. 5. 6. & 7. iuſtitia noſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum: tali pacto etiam, quòd niſi ita abundauerit, non intrabimus in regnum cœlorum: de quibus præceptis conſtat in eodem loco, quòd pertinent ad bonos mores, & ad bona opera moralia. Vbi ſunt autem hæc talia præcepta? Debẽt enim eſſe in lege aliqua,

Vbi ſtatí ſupra. quia ſunt præcepta. Sunt autem in ſancto Euangelio, ut conſtat apud Matthæum, apud

Matt. 7. quem etiam dicit Saluator, Qui autem fecerit uoluntatem Patris mei qui in cœlis eſt,

Mat. 19. ipſe intrabit in regnum cœlorum. Si autem uis ad uitam ingregi, ſerua mandata. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos

Mat. 28. in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mãdaui uobis. Similiter etiam multa præcepta habemus credibilium ſeu credendorum, de

B quibus iterum non minus certum eſt quòd ad aliquam legem pertinent, quia ſunt præcepta, & de quibus conſtat quòd in ſancto Euangelio continentur de Saluatore noſtro, tum quoad eius diuinitatem, tum quoad eius humanitatem, de liberatione noſtra per ipſum, & cætera. Ergo ſanctum Euangelium eſt lex fidei, quia continet præcepta de credendis; & pariter eſt lex morum, quia continet præcepta de agendis ac uitandis, in quibus debet abundare iuſtitia noſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum. Vnum Euangelium eſt ipſummet à quatuor Euangeliſtis conſcriptum, unaq; lex Chriſti, Chriſtiana, Euangelica, noua, gratiæ: quæ certè has duas partes habet, præcepta fidei & credendorum, atque præcepta morum & agendorum. Diuidit ergo ſanctum Euangelium, detruncat, atque lacerat diſiicitque in partes, qui ſolam alteram partem harum accipit; uel ſolam partem præceptorum de credendis, uel ſolam partem præceptorum de agendis. Atque non ſecus diuidit, detruncat, & lacerat diſiicitq; in partes prædicationem Euangelii, qui ſolam alteram partem prædictarum illius prædicat: quia eſt utraq; pars prædicanda, ut ſit prædicatio Euangelii integra. Totum enim Euangelium eſt prædicandum, quoad credenda, quoad agenda, C quoad uitanda. Hæc fuit prædicatio Saluatoris noſtri, & prædicatio Apoſtolorũ eius, eſtq; hæc prædicatio noſtra Chriſtianorum fidelium. Ipſum ſanctum Euangelium ſit iudex. Et uerè manifeſtus iudex eſt, quia ambas has partes præceptorum manifeſtè complectitur: de credẽdis, de agendis, de uitãdis.

QVARE igitur lex Euangelica, ſanctum Dei Euangelium, dicitur lex fidei? Propter rationes prædictas, Specialiter propter ſuam ſpiritalitatem, quia multa continet pertinentia ad fidem explicitam, quibus illuſtratur rectusq; redditur noſter intellectus circa diuinas ueritates: quia multa continet pertinentia ad mores, quibus cum ſuis declarationibus optimè inſtituitur noſter affectus circa Deum, circa nos metipſos, circa proximum: quia pauciſsima continet ceremonialia, uidelicet ſeptem ſacramenta, & ea talia; cum quibus recipimus gratiam quam ſignificant, etiam ex opere operato: quia prorſus nulla continet iudicialia, ut conſtat ex illa & quia habent ſpiritales promiſsiones. Quia igitur ita ſpiritalis eſt, & non continet illas carnalitatis ueteris legis, holocauſtorum, ſacrificiorum, hoſtiarum, aut aliorum legalium, lex Euangelica dicitur lex fidei: ut quia fides D ſpiritalis eſt, ex ipſo nomine quo lex fidei dicitur, cognoſcatur ſtatim eius ſpiritalitas. Ideo etiam quia ſi conſideramus præcepta morum ſeu agendorum aut faciẽdorum quæ ſunt in Euangelio, præter noſtra pauciſsima ceremonialia prædicta, ea talia ſunt, ut nunquam fuerint ſine fide, nec fides aliquãdo fuerit ſine illis: quia omnia ſunt legis naturalis, quæ omni tempore fuit inter homines, ex quo homines eſſe cœperunt, quod etiam humanæ leges ipſiq; Iureconſulti teſtantur. Nõ fuit autẽ idẽ de lege factorum legalium, quæ data fuit tempore Moſis in campeſtribus Moab post quadringentos & tringinta annos à *Galat. 3.* *Gen. 22.* promiſsione facta Abrahæ de benedictione omnium gentium in ſemine ſuo: qua promiſſione etiam multo antiquior eſt fides, ut palàm eſt apud omnes ſapientes. Vt quidem promiſsio ſit antiquior lege illa factorum, & fides ſit antiquior promiſsione illa: lex autẽ naturalis & fides ſint ſimul in hominibus, nulla anterior alia, nulla poſterior: niſi quòd quidam exiſtimant primum parentem ante lapſum habuiſſe altiorem cognitionem quàm ſit cognitio fidei, ſed hoc & ſi ita ſit, non refert. Ab hac igitur unione potuit lex Euangelica dici lex fidei. Fortaſsis rurſus legem Euãgelicam appellauit legem fidei, ut facilius ſub nomine antiquo & noto quale erat nomen, Fides, legem nouam introduceret, & amabi

lem

E lem illis reddere quibus Chriſtus erat ſcanda-
lum aut ſtultitia, Iudæis uidelicet aut Gentili-
bus. Præſertim ptopter Iudæos qui de fide
Gen. 15. multa legebant, Credidit Abraham Deo, &
reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Iuſtus autem
ex fide uiuit. Spóſabo te mihi in fide. Et mul
ta alia: unde facilius poterant ad legem Euan
gelicam adduci nomine fidei, dum lex fidei di
ceretur. Eodem pertinet, quòd ſi lex Moſis
dicebatur etiam quidem ſancta, & mandatũ
ſanctum & iuſtum & bonum: atque iterum
dicebatur lex ipſa ſpiritualis, ut de omnibus
Rom. 7. his conſtat in epiſtola ad Romanos: non ob-
ſtantibus illis multis legalibus, ceremonia-
libus atque iudicialibus, & temporalibus
promiſsionibus ſuis expreſsis quas habe-
bat. Quanto magis lex Euangelica, omiſsis
omnibus illis antiquis legalibus, quæ iam om
nia ceſſauerunt, debet dici lex ſpiritualis,
lexq; fidei? Non enim continet niſi præcepta
credibilium, præcepta morum legis natura-
lis, ſpiritales promiſsiones, præcepta ſeptem
ſacramentorum nouiſsimorum, & altiſsimo-
rum; nullum legalium antiquorum, ceremo
Ambroſ. nialium uel iudicialiũ. Bene dicit diuus Am-
Galat. 3. broſius in commentariis in epiſtolam ad Ga-
latas, Cum enim duo populi inuicem aduer-
G ſum ſe dimicarent, ſemper diſsidentes & ini-
mici diuerſitate doctrinæ, Saluator horum
arbiter uenit, amputans utriſque populis per
F quod diſcordabant, ut poſſent eſſe pacifici:
Abſtulit ergo gentibus numerum deorum,
& famulatum elementorum, quod ſcanda-
lum erat Hebræis. Abſtulit & Iudæis opera
legis, ideſt, Neomenias, circuncíſionem, &
curam Sabbati, & diſcretiones eſcarum, &c.
quæ abominabãtur. Gentiles: & ſic facti ſunt
pacifici, qui prius fuerant inimici. Maximè
igitur Lex noſtra Euangelica, eſt Lex fidei, lex
ſpiritalis, lexq; ſancta: & mandatum eſt iu-
ſtum, ſanctum, & bonum: ut notum eſt in il-
lis, & palàm eſt etiam omnibus intuentibus
intelligentibus. Iam enim non habet illa an-
tiqua legalia, quia non illa ceremonialia in fir
ma & egena, neque illa iudicialia rigoroſa, ta
lionis & alia; de quibus legalibus dicebat do-
Ezec. 20. minus; Ergo & ego dedi eis præcepta non bo
S. Thom. na, &c. nec habet illas antiquas permiſsio-
Prima 2. nes, libelli repudii, uſuræ ad extraneos, uel
Cur dice alias. Sed eſt iam munda magis, magisq; pu-
rentur il- ra: iugum ſuaue, & onus leue. An licet prin
la præce- cipibus leges ſtatuere poſitiuas humanas? Li
pta non cet ſine dubio ad bonam obſeruantiam legũ
bona. diuinarum; Sæcularibus, inquam, ad iuſti-
tiam & pacem ſuorum populorum: Eccleſia
ſticis etiam ad bonum animarum, quoad mo
res, quoad cauſas eccleſiaſticas, quoad cere-
monias neceſſarias ad cultum & ad diuina ſa-
cramenta percipienda aut miniſtranda, de mi G
niſtris, aut aliis. Non enim uidetur quomi-
nus ſancta Mater Eccleſia habeat auctorita-
tem bene inſtituendi filios ſuos in illis, qui-
bus eos uiderit egere, quoad animarum ſalu-
tem, curationem, eleuationemq; in Deum
optimum: magis etiam, ſaltem non minus
quàm mater carnalis habet auctoritatem be-
ne inſtituendi ſuos filios carnales, ut nemo ſa-
piens dubitare poteſt. Sed hac de re fortasſis
aliàs plura. Audi fili mi diſciplinam patris tui
& ne dimittas legem matris tuæ. Obedite præ *Hebr. 13.*
poſitis ueſtris & ſubiacete eis: ipſi enim per-
uigilant quaſi rationem pro animabus ueſtris
reddituri.

PRAEDICANDVM eſt igitur ſanctũ
Dei Euangelium totum, & ſecundum illud
prædicanda eſt etiam & commendanda obe-
dientia noſtra erga Deum, tanquam utiliſsi-
ma, & quidem tanquam nobis neceſſaria ad
ſalutem, ad reuelationem, uitam, ſanctita-
tem, iuſtificationem. Quia autem ſuperius *Lib. 2.*
iam multa diximus de noſtra neceſſaria obe- *Cap. 3.*
dientia, modò de his ſatis. Nihil eſt profectò *& infra.*
quod frequentius à nobis ſaluandis aut iuſtifi
cãdis requirat Deus, ut ſimus populus eius,
& pacem habeamus cum ipſo. Videãtur quæ *Vbi ſtatĩ.*
ſuperius dicta ſunt. Sufficit hic monere quòd
ſanctum Dei Euangelium non ſolùm eſt ho-
minibus prædicandum, ſed eſt etiam profe-
ctò ab hominibus recipiendum. Quandoqui H
dem Euangelium ſalutis, non prodeſt ad ſalu *Euange-*
tem ſolùm prædicatum: ſed prodeſt ad ſalutẽ *lium non*
receptum. Multi enim euangelium audierũt, *prodeſt*
qui tamen ſalutem non ſunt conſecuti, quia *prædica-*
Euangelium ſalutis non receperunt. Sic & *tũ uel au-*
medicina non ſanat prædicata, audita, aut co *ditũ, ſed*
gnita: Sed quidem ſanat recepta. Ita & ſan- *receptũ.*
ctum Dei Euangelium, medicina ſpiritalis.
Eſt enim ſimpliciter ſalutis quãtum eſt de ſe, *Solos reci*
ſecundum Dei Optimi ordinationem, miſeri *pientes ſa*
cordiam, & pactionem: ſed non ſanat niſi re- *nat, Euã*
cipientes. Debet enim recipi, ut ſanet. Et *gelium ſa*
non uidetur eſſe in diuinis ſcripturis aliqua *lutis.*
ueritas magis nota, quàm hæc: Sanat Euan-
gelium ſalutis, ſed receptum. Sanat Chriſtus,
ſed receptus. Recipitur autem Euangelium
ſalutis, quomodo? Quantum ad doctrinas,
hiſtoriam, & promiſsiones per fidem; ideſt,
per fidem, quantum ad omnia credibilia.
Quantum uerò ad præcepta & conſilia, per
obedientiam ex corde: ideſt, dum quis in cor
de ſuo ſe ſubdit præceptis Euangelicis, inten
dens ſeruare illa cum adiutorio Dei. Nec alio
modo poteſt recipi Euãgelium quantum ad
ſe totum, niſi hoc ipſo: quia non recipiuntur
credibilia niſi per fidem, nec recipiuntur præ
cepta niſi per obedientiam: & continet Euan
gelium

A geliumſ tum credibilia, tum præcepta, ut di-
ctum eſt', & conſtat. Sic recipimus totum E-
uangelium, & ſic recipimus Chriſtum docto
rem ac promittentem, illi credentes: ſic e-
tiam recipimus Chriſtum legislatorem, ei
Ioan. i. obtemperantes. Mox uerò, Quotquot au-
tem receperunt eum, dedit eis poteſtatem fi
lios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.
Hebr. 5. Factus eſt omnibus obtēperantibus ſibi cau-
ſa ſalutis æternæ. Hoc eſt igitur recipere, cre
dere & obtemperare ſiue obedire: atque per
conſequens hæc ſunt nobis neceſſaria ad reci
piendum Euangelium ſalutis, & per idem ad
ſalutem, fides, & obedientia. Hæc eſt prædi
catio Euangelica. Væ illis qui alio modo præ
dicant: diuidunt enim euangelium, & nec
euangelium neque Chriſtum recipiunt.

NVNC autem iam expreſſius intelligen
tes aut aduertentes, iterum audiamus Calui
num in dictis ſuis iam hic poſitis, & erit ma-
gis notum quantum deuiet à tota ueritate.
Argumentum Caluini. Dicit enim contra nos, Cum tunc iuſtificari
hominem tradunt, cum in obedientiam Dei
reformatur, totum illud Pauli argumentum
euertunt, Si ex lege eſt iuſtitia, exinanita eſt
Reſponſio Catholic. fides & abolita promiſſio. Reſpondemus, Pa
pè, ad quas nænias, & ad quæ inania ueniunt
homines qui ueritatem iam reliquerunt, etiā
aliàs docti aut ingenioſi: ut arguant ex Apo-
ſtoli uerbis contra Apoſtoli intētionem, abu
B tendo diuinis donis, ingenio ac eruditione
contra diuinas ueritates? Dicit quidem Apo
ſtolus, Si ex lege iuſtitia, exinanita eſt fides
& abolita promiſſio. quo uerbo eius nihil ue
rius. Et nos enim ita dicimus, ita credimus
ex toto corde, ita confitemur ore, & ita præ
dicamus priuatim, ac publicè. Sed non dicit
Apoſtolus, Si ex euangelio iuſtitia, exinanita
eſt fides & abolita promiſſio. Immò dicit,
Rom. 1. Non enim erubeſco euangelium. Virtus .n.
Dei eſt, in ſalutem omni credenti: Iudæo pri
Rom. 3. mum, & Græco. Et iterum, Vbi eſt ergo glo
riatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Fa
ctorum? Non, ſed per legem fidei. Vnde qui-
dem ex euangelio ſalutis, eſt iuſtitia, ſalus, &
pax: atque ex lege fidei, quæ eſt ipſum euan-
gelium, ut conſtat ex dictis, & per ſe. Quan-
do igitur Apoſtolus dicit, Si ex lege iuſtitia,
exinanita eſt fides, & abolita promiſſio. ma-
nifeſtum eſt quòd in illo uerbo, Ex lege, non
intelligit euangelium, neque intelligit legem
fidei. Quid ergo ibi intelligit nomine legis?
Rom. 3. Sine dubio intelligit legem factorum, quam
paulò ante excluſerat, & quam ubique exclu
Rom. 3. dit: de qua etiam dixit, Arbitramur enim iu-
ſtificari hominem per fidem ſine operibus le
gis. de qua poſtea addidit hoc uerbum ex quo
Rom. 4. agimus, Si ex lege iuſtitia, exinanita eſt fides,
& abolita promiſſio. Alibi, Si enim per legē C
iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Ali- *Galat. 2.*
bi, Scientes autem, quòd non iuſtificatur ho
mo ex operibus legis. Quicunque enim ex *Galat. 2.*
operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scri- *Galat. 3.*
ptum eſt enim, Maledictus omnis qui nō per *Deu. 27.*
manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro
legis, ut faciat ea. In qua lege eſt ſcriptum il-
lud uerbum, Maledictus omnis qui non per
manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro
legis. Quidem certum eſt ſcriptum eſſe in le-
ge factorum, ut conſtat in Deuteronomio.
Ergo illam legem excludit Apoſtolus, & de il
la dicit, Si ex lege iuſtitia, exinanita eſt fides,
& abolita promiſſio; ut eſt notiſſimum. Vt
quoque bene notat Auguſtinus in De natura *Auguſt.*
& gratia, etiam ibi intelligitur lex naturalis
prout ex extra fidem aut legem Chriſtianam:
ut de illa etiam ut ſic extra fidem dicat Apo-
ſtolus, Si ex lege iuſtitia, exinanita eſt fides, *Rom. 4.*
& abolita promiſſio. Si ex lege iuſtitia, ergo *Galat. 2.*
gratis Chriſtus mortuus eſt. Non poteſt au-
tem fieri ut in illo uerbo, Si ex lege iuſtitia, exi
nanita eſt fides & abolita promiſſio. nomine
legis, intelligatur lex euangelica, lex fidei, e-
uangelium: quia immo ex lege euangelica, ex
lege fidei, atque ex euangelio eſt iuſtitia, &
per legem euangelicam maximè plantatur fi-
des, nutritur, augetur, completur, perfici-
tur: & promiſſio declaratur, confirmatur,
impleturq; in nobis. Siquis ergo dixiſſet tunc D
iuſtificari hominem, cum in Dei obediētiam
reformatur ſecundum legē factorum ut olim
dicebant & nunc dicunt Iudæi, aut ſecundum
legem naturalem extra legem & fidem euāge
licam, ut olim dicebant & nunc dicunt Genti
les: ille ſine dubio exinanitam faceret fidē &
abolitam promiſſionē, atq; contra illū curre
ret argumentū Apoſtoli. Nos autē nō ita dici
mus ſed ingenuè cōfitemur cū ſancto Dei E-
uangelio & ex illo, tunc iuſtificari hominem,
cum ad Dei obedientiam reformatur ſecun-
dum legem Euangelicam, ſecundum legem fi
dei, ſecundum Euangelium ſalutis ac iuſtitiæ,
pacis & uitæ. Hæc eſt prædicatio Apoſtolo- *Rom. 6.*
rum, hæc fides eorum: hæc ſimiliter & no-
ſtra. An neſcitis quoniam cui exhibetis uos
ſeruos ad obediendum: ſerui eſtis eius cui o-
beditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obedi-
tionis ad iuſtitiam? Gratias autem Deo,
quod fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex
corde, in eam formam doctrinæ in quam tra-
diti eſtis. liberati autem à peccato, ſerui facti
eſtis iuſtitiæ. Nunc uerò liberati à peccato,
ſerui autem facti Deo, habetis fructum ue-
ſtrum in ſanctificationem, finem uerò uitam
æternam. Lex enim ſpiritus uitæ in Chriſto *Rom. 8.*
Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Fa-

E ctus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Ecce diſtinguuntur ſerui Dei & ſerui diaboli, per aliam & aliam obedientiam: quia ſerui diaboli ſunt ſerui peccati ad mortem; ſerui autem Dei ſunt ſerui obeditionis ad iuſtitiam: nec alio modo niſi ſerui facti Deo, habent homines fructum ſuum in ſanctificationem, aut finem uitã æternam: nec aliis dicit Apoſtolus Chriſtum factum cauſam ſalutis æternæ, niſi ſibi Chriſto obtemperantibus: & lex Spiritus in Chriſto, quæ eſt lex Euangelica, liberat homines à lege peccati, & mortis, & factorum. Hæc dicit Apoſtolus Paulus, in quo ſine dubio loquitur Chriſtus: hæc etiam & nos credimus, confitemur, atque prædicamus cum Paulo; immo & cum Chriſto in Paulo loquente. De cætero nemo nobis moleſtus ſit, qui doctrinam Saluatoris noſtri tum in corde, tum in ore portamus.

Argumẽtatio Caluini.

Dicit iterum Caluinus, Intelligit enim neminem inuẽtum iri inter homines, in quo ſalutis promiſsio compleatur, ſi innocentiæ conditione ſit implicita. & ruituram mox eſſe fidem ſi operibus fulciatur. Ad hæc omnia iam ſatis reſpondimus, ſed propter grauitatẽ materiæ placet iterum atque, iterum argumenta Caluini formare & noſtras catholicas

Reſponſ. Catholic.

F reſponſiones apponere, ſemper magis & magis declarando atque probando noſtram catholicam doctrinã iuxta diuinas ſcripturas. Dicimus ergo quòd diuina promiſsio ſalutis ut impleatur in nobis, non eſt implicita conditione innocentiæ: ideſt, non requirit innocentiam in iuſtificandis aut iuſtificatis: loquẽdo de innocentia quæ eſt prorſus ſine peccato, ſeu quæ nullum peccatum habet: quam & ſi requireret, illam forte in multis inueniret, nobis incognitis, ſed Deo notis: uel ſic; quam & ſi requireret, illam forte in multis faceret, quia quod boni ipſa promiſsio requirit, ipſa facit: fidem, ſpem, charitatem, obedientiam, pœnitentiam, & alia: omnia enim bona huiuſmodi pertinẽt ad promiſsionem, ſeu promiſſam benedictionem, ut conſtat ex dictis. Promiſsio tamen ſalutis ut impleatur in nobis, eſt implicita conditione innocẽtiæ, quæ omnia peccata mortalia in ſuo ſubiecto odio proſequatur, & propoſitum obediendi Deo habeat. Ita legimus, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Si non pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Pœnitemini igitur & conuertimini, ut deleantur peccata ueſtra. Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Qui facit uoluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorũ. Tollite iugum meum ſuper uos & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Ecce quam conditionem innocentiæ habet implicitam, aut requirit promiſsio ſalutis, in adultis hominibus. Declarabimus fortaſsis melius hanc ueritatem & totum eius negocium, ſi ita agamus. Non uidetur explicatius aut uerius intelligi poſſe innocentiam, quàm per peccati priuationem: quia non uidetur aliud innocentem eſſe aut innocentiam retinere, quàm non peccare uel non peccaſſe: & innocentes quippe ſumus ex ea parte, qua nõ peccamus: unde frequenter dicimus, innocens ego ſum à tali uel tali malo, à tali uel tali peccato, à tali uel tali iniquitate. Neque uidentur explicatius aut uerius intelligi hæc quàm per legis Dei obedientiam, legis, inquam, Euangelicæ. Quia peccatum non cognoſcimus niſi per legem. ut Apoſtolus dicit, concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret, Non concupiſces. Et certum eſt, quòd ubi non eſt lex, nec eſt præuaricatio. ut ipſe etiam docet Apoſtolus. Ex qua manifeſta ueritate Auguſtinus cõtra Fauſtum Manichæũ ita definiuit optimè, Peccatum eſt dictum, factum, uel concupitum contra legem. quam definitionem tota ſchola Chriſtiana accipit, ut peccatum ſit defectus à lege, per commiſſionem, uel per omiſsionem. Neque uidetur

H explicatius aut uerius intelligi legis Dei obedientiam quàm per charitatem ſiue dilectionem Dei & proximi. quia ſicut Saluator noſter dicit, In his duobus mandatis tota lex pẽdet & prophetæ. atque Apoſtolus eius Paulus ait, Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Et multa alia, de quibus paulò poſt. Ergo innocentia maximè attenditur ex peccati priuatione; quam impeccantiam uocant, eaq; maximè eſt & legis obedientia; legis obedientia, maximè ex dilectione: & ſic ordine retrogrado procedendo, dilectio maximè facit legis obedientiam, legis obedientia maximè facit impeccantiam, impeccantia maximè facit innocentiam. Quid igitur? Sine dubio ſecundum gradus dilectionis ſunt gradus obedientiæ legis, ſecundum gradus obedientiæ, ſunt gradus impeccantiæ, ſecundum gradus impeccantiæ, ſunt gradus innocentiæ. Et ſic, à dilectione Dei & proximi, pendent omnia hæc alia & prout illa in nobis reperitur, hæc omnia in nobis reperiuntur: & prout illa in nobis ad ſalutem ſufficit, hæc omnia in nobis ad ſalutem ſufficiunt. Eodem modo Deus à nobis exigit dilectionem, quo & hæc alia, obedientiam, impeccantiam, innocentiam: atq; eodem modo contentus eſt noſtra obedientia, impeccantia, & innocentia, quo contentus

Mat. 4. Luce. 13. Act. 3. Hebr. 5. Mat. 7. Mat. 11.

G *Mat. 19.*

Innocentia maximè eſt per peccati priuationem.

Peccati priuatio maximè eſt per legis Dei obedientiã Rom. 7. Rom. 4.

Obedientia legis Dei maximè eſt per dilectionem Dei & proximi. Mat. 22. Rom. 13.

A tus eſt noſtra dilectione ſui & proximi: neq; magis auſterus eſt, exigendo à nobis obedientiam, impeccantiam, innocentiam, quàm exigendo à nobis ſui & proximi dilectionem.
Mat.22. Satis declarauit ipſe quòd in his duobus mandatis, tota lex pendet & prophetæ: & ſatis clarè dixit Apoſtolus eius, quòd plenitudo le- *Rom.13*
Iob.2. gis, eſt dilectio. Ita Iob, ſuam innocentiã retinebat, ita Dauid orabat iudicari ſecundum in- *Pſal.7.*
Pſal.100. nocentiam ſuam, & ambulabat in innocentia
Pſal.118. cordis ſui in medio domus ſuæ. ita innocen-
Pſal.24. tes & recti adhærebant Saluatori noſtro. ita
Iob.27. dicuntur beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. ita innocentes & recti
Mat.12. adhærebant Dauid. ita Iob non recedebat ab
Oſea.6. innocentia. Ita & Saluator noſter dixit, Si autem ſciretis quid eſt, Miſericordiam uolo & non ſacrificium, nunquam condemnaſſetis innocentes. quo loco certè diſcipulos innocentes appellauit, ut conſtat omnibus. Sic ergo nobis theologizandum eſt, & ſic ſentiendum, ut innocentiam iudicemus per impeccantiam, impeccantiam per obedientiam, obedientiam per dilectionem Dei & proximi; in quibus duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ.

Argum. Caluini. ¶ DICIT etiam Caluinus, ruituram mox eſſe fidem ſi operibus fulciatur. Responde-
B mur nos, Nullum uerbum proferri potuit
Reſpon. Catholic. magis inimicum Chriſtianæ fidei ueritatis euangelicæ, aut chriſtianæ religionis, quàm iſtud, in hac communitate acceptum, ut dicitur: quia docet abiicienda eſſe opera, & nihil curanda aut facienda, ad fidei conſeruationẽ, ut conſeruetur fides. Nihil poteſt dici magis ex diametro pugnans cõtra dilectionem Dei & proximi, ſiue contra charitatem: & nihil poteſt dici indirectè magis contra ipſam fidẽ. Dilectio enim non eſt ocioſa, nec agit perperam, nec operatur malum: operatur autem dum poteſt, quia eſt uiuaciſſima & operatiua. Qui ergo abiicit bona opera, abiicit ſimul dilectionẽ, quæ eſt mater, genitrix, nutrixq; bonorum operum iuſtitiæ: ſine quibus profectò non eſt illa, ut palàm dicit diuus Ioan-
1.Ioan.3. nes, Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & uiderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Vnde abiectis bonis operibus miſericordiæ, neceſſe eſt abiici dilectionem proximi: & abiectis bonis operibus cultus diuini, neceſſe eſt abiici dilectionem Dei. Atque inſuper neceſſe eſt abiici dilectionem Dei, abiecta dilectione proximi; quia Deus non amatur ut amandus eſt, niſi ametur & proximus. Ob quod de illo qui omittit dilectionem, dicit Ioannes, Quo modo charitas Dei manet in eo? Abiectis autem uel neglectis bonis operibus, & abiecta ideo dile- C
ctione Dei & proximi; quæ dilectio erit in uoluntate hominis, niſi amor proprius, niſi dilectio ſeu affectio commodi, niſi dilectio ſiue affectio, ſiue amor, ſiue cupiditas boni utilis, aut delectabilis, mundi, aut carnis? Abiecta enim charitate ab anima, neceſſe eſt in anima regnare cupiditatem. Poſita uerò in anima cupiditate, & abiecta charitate; neceſſe eſt cupiditate regnante, fidem non intrare, uel iam ingreſſam expelli. Sic namque dicit
Saluator noſter, Quomodo uos poteſtis cre- *Ioan.5.*
dere, qui gloriam ab inuicẽ accipitis? Et Paulus Apoſtolus eius, Radix enim omnium ma- *1.Tim.6.*
lorum eſt cupiditas: quam quidem appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Igitur nemo fortius, ſicuti nemo occultius, fidem abiicit, quàm qui bona opera excludit, damnat, negat, aut uilipendit. Poſt abiecta enim bona opera, neceſſe eſt abiici charitatem: poſt abiectam charitatem, neceſſe eſt regnare in uoluntate cupiditatem: regnãte autem cupiditate, neceſſe eſt abiici uel perdi fidem. Conſtant hæc omnia ex diuinis ſcripturis allegatis, & ex natura rei: quæ ſatis demonſtrat neceſſe eſſe regnare in uoluntate
noſtra hominum adultorum, alterum horum D
charitatem, uel cupiditatem: affectionem iuſtitiæ, uel affectionem commodi. Confirmari poteſt hæc ueritas ex natura rei, quia malitia poſita in uoluntate, quæ neceſſe ibi ponitur abiecta charitate: facit errare intellectũ circa principia practica, circa quæ & de quibus pro magna parte eſt fides, ut eſt notum. Quod igitur dicit Caluinus, ruituram mox eſſe fidem ſi operibus fulciatur. quia opera abiicit, ſimul charitatem ac fidem abiicit: & Caluinus uel non conſiderat, non intelligit, uel non curat. Non ſic prædicauit Saluator noſter, nec ſic prædicauerunt Apoſtoli eius, ut Caluinus hic in hoc prædicat abiiciens opera: quin immo Saluator noſter & Apoſtoli eius ſummopere prædicauerunt opera, ut ex iam allega-
tis dictis eorum eſt manifeſtum. Niſi abunda *Mat.5.*
uerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum & *Mat.19.*
Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlo *Rom.2.*
rum. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mã *1.Cor.7.*
data. Factores legis iuſtificabuntur. Circuncifio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed ob-
ſeruatio mandatorum Dei. Nam in Chriſto *Galat.5*
Ieſu, neque circuncifio aliquid ualet, neque
præputium, ſed fides quæ per charitatem ope *Ad Ti.3*
ratur. Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus: erudiens nos, ut abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,

E qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorũ operum. Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. *2.Petr.1* Fratres magis ſatagite ut per bona opera, certam ueſtram nocationem & electionem faciatis. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tan-*Iacob. 2.* tum? Similiter & Raab meretrix, non'ne ex oberibus iuſtificata eſt ſuſcipiens nuncios, & alia uia eiiciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt, ita & fides ſine operibns mortua eſt. Filius enim hominis uenturus eſt in gloria Patris ſui cum angelis ſuis; & tunc reddet unicuique ſecundum opera eius. Et multa alia. Ecce Saluator noſter, & Apoſtoli eius, Petrus, Paulus, Iacobus, prædicant opera; ſicut & Ioannes dicens, Beati mortui, qui in domine moriuntur: opera enim illorum, ſequũtur illos. Sicut & beatus Petrus alibi, In om-*Act. 10.* ni gente qui timet Deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Melius enim nouerunt non eſſe mox ruituram fidem, ſed potius per manſuram diutius, firmius, ſecurius, beatius, ſi operibus fulciatur bonis. Malè igitur dicit Caluinus in hac ſua aſſertione, contra Chriſtum, contra Apoſtolum Petrum, contra Apoſtolum Paulum, contra Apoſtolum Ioannem, contra Apoſtolum Iacobum. Maximè

F ergo prædicanda ſunt bona opera, quia conſeruant charitatem, quia per conſequens abiiciunt cupiditatem, quia per idem magis ac magis diſponunt ad fidem. Hæc eſt rei ueritas, & fides infallibilis Chriſtiana. Abeant qui alio modo ſentiunt. Quædam opera ſunt quidem quæ opponuntur fidei, & illis ſi fides fulciatur, certum eſt eam mox ruituram. Sed quædam opera ſunt in quibus uiget fides, roboratur, nutriturque: & his ſi fides fulciatur, neceſſe eſt illam magis roborari, augeri, ac permanere. Quæ ſint opera quæ opponũtur fidei, uel quibus opponitur fides? Alibi dici-*lib. præſ.* tur latius. Sed quantum modò ſufficit, Sunt omnia opera carnis de quibus dicit Apoſtolus ad Galatas. Sunt omnia opera legalia legis factorum, de quibus dicit Apoſtolus ad Galatas & ad Romanos. Sunt denique omnia opera mala ſeu peccata, de quibus omnibus certum eſt quòd aliquo modo fidei opponuntur, per ſe uel per accidens, directè uel indirectè, immediatè uel mediatè. Vt alibi etiam dicitur & declaratur. Sunt omnia opera naturæ puræ aut puræ legis naturalis, præcedentia fidem & gratiam Chriſtianam, quæ prædicabat & exaltabat Pelagius: quia qui talia opera prædicat ſeu exaltat tanquam bona merita ex quibus daretur fides aut gratia Chriſtiana, quidem repugnat fidei & gratiæ Chri-

Opera quæ opponuntur fidei, & quibus ſi fides fulciatur, neceſſe eſt, ut ruat.

G ſtianæ: quæ gratia non eſt ex operibus bonis, ſed omnia bona opera ſunt ex illa. Sunt omnia opera legis Moſis quæ ſignificant Chriſtũ naſciturum aut paſſurum: qnia fides certò eunnciat Chriſtum iam natum, iam paſſum, & cætera. Et Lex ut lex ſi ſola ſit, & ſine adiutorio gratiæ Chriſti: quid facit niſi quòd dnm peccatum oſtendit & peccare prohibet, per *1.Cor. 15.* occaſionem fit uirtus peccati. Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. *Rom. 7.* Et cum ueniſſet mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum, & inuentum eſt mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc eſſe ad mortem. Nam peccatum occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me, & per illud occidit. Ideſt, per occaſionem tantùm: quia, Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum. Sed homo nititur in uetitum: & dum eſt lex imperans, niſi ſit gratia iuuans, deficit. Vnde niſi adſit gratia, quid faciet homo ſub lege imperãte: ſeu quæ aut qualia erunt illa opera, cùm lex, ſaltem per occaſionem dicatur uirtus peccati? Multa ſunt igitur opera quæ aliquo modo fidei opponuntur: & illis ſi fides fulciatur, certum eſt fidem mox eſſe ruituram. Contrarium quod fulcitur cõtrario, neceſſe eſt mox ruat.

H Quæ ſunt autem opera, quibus fides uiget, nutritur, & roboratur? Sunt quidẽ quæ ſequuntur fidem uel gratiam Chriſtianã, quæ Deus præparat in nobis, in quibus nos aptat Deus, ut faciamus illa: maximè quæ per fidem & charitatem operamur, & ſunt effectus fidei per charitatem operantis. De his nanque operibus ita legimus, Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. Ecce bona opera ſunt in quib. nos creat Deus in Chriſto, quæ Deus præparauit ut nos ambulemus in illis. *Ephes. 2.* Nunquid hæc opera prædicata, admiſſa, uel operata faciunt fidem ruere, aut fidem abiiciuut? Abſit. Deus enim plautator eſt fidei, non deſtructor: ideo opera quæ ipſe in nobis præparat ut nos ambulemus in illis, nou deſtruuut fidem, ſed plantant; non minuunt, ſed augent: non deprimunt, ſed erigunt. Alioquin Deus ageret contra ſeipſum, qui nolens & plantans fidem, præpararet nos ad opera deſtruentia fidem. Ad idem eſt quod alibi dicit Apoſtolus, Nam in Chriſto Ieſu, neque circunci-*Galat. 5.* ſio aliquid ualet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Ecce fides operatur per charitatem. unde certò habet opera à ſe facta, tanquam effectus ſuos proprios. Nunquid his ſuis effectibus, operibus quibuſdam ſi fulciatur fides, mox erit ruitura?

Opera quibus fides uiget, nutritur & roboratur: & quibus ſi fides fulciatur, melius ſe habet.

A ra? Abſit. Vnaquæque enim cauſa creata melius ſe habet cum ſuo eſſe, quàm ſine illo: neque effectus aliquis operatur ad interitum ſuæ cauſæ, niſi forte per accidens, tanquã catuli uiperarum quos creditum eſt abroſo matris utero eam enecare. Bona autem opera quæ ſunt effectus fidei & charitatis, ſiue fidei per charitatem, non ſunt ut catuli uiperarum, ſed ſunt tanquam boni fructus ab arbore bona, ob quæ Deus magis ac magis ſuſtinet ipſam arborem, plantat, rigat, nutrit, conſeruat, Sicut dicit Saluator noſter, Omnem palmitatem in me non ferentem fructũ, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructus plus afferat. Talis eſt igitur fides quantum eſt de ſe, ueluti arbor quædam bona: non ſterilis, ſed fertilis atque fœcunda: & ſi eſt cum charitate, operatur per charitatem opera. Quæ opera? Iudicet totus mundus, quæ opera poteſt operari fides per charitatem. Certè Chriſtiana, Salutis, ſanctitatis, iuſtitiæ, pacis. Nunquid his ſi fulciatur fides, ruet? Abſit. Sed magis firmabitur ſine dubio. Roboratur enim fides Chriſtiana in operibus fidei & charitatis Chriſtianæ: ſimile in ſuo ſimili, cauſa in ſuo effectu. Optimè dixit Auguſtinus in Hyppognoſt. contra Pelagianos, declarando quæ opera fidem roborent, & quæ fidem deſtruant. Audi hæretice ſtulte & inimice fidei ueritatis, Opera liberi arbitrii bona, quæ ut fiant præparantur per gratiæ præuentum, nullo liberi arbitrii merito, & ipſo faciente, gubernante & perficiente ut abundent in libero arbitrio, non damnamus, quia ex his uel huiuſmodi homines Dei iuſtificati ſunt, iuſtificantur, iuſtificabuntur in Chriſto. Damnamus uerò auctoritate diuina, opera liberi arbitrii, quæ gratiæ præponuntur, & ex his tanquam meritis, in Chriſto iuſtificari extolluntur. Hæc ille. Quidem hæc eſt rei ueritas, & non poteſt aliud dici niſi contra ueritatem. Diſtinguendum eſt igitur de operibus, ſecundum aliam & aliam diſtinctionem, eſt alio & alio modo dicendum: Optima Apoſtoli Pauli eſt oratio, Deus autem pacis qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: aptet uos in omni bono, ut faciatis eius uoluntatem, faciens in uobis quod placeat coràm ſe per Ieſum Chriſtum: cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Sic & nos oramus Deum, ut aptet nos in omni bono. ideſt, etiam in bonis operibus: ut faciamus eius uoluntatem, tum uoluntatem beneplaciti quæ eſt formaliter in ipſo, & eſt ipſe: tum uoluntatẽ ſigni, quæ eſt extra ipſum, & eſt ſua lex.

Ioan.15. *Auguſt. Lib. 3. tom.7.* B *Hebr.13.* *Apud ſẽtentias Lib. 1.*

Dicit iterum Caluinus, Quòd ideo uerum eſt, quia quamdiu reſpicimus quales ſumus, neceſſe eſt nos coràm Deo trepidare: tantum abeſt, ut certa & inconcuſſa uitæ æternæ fiducia nobis conſtet. Reſpondemus, Verum eſt quòd quam diu reſpicimus quales ſumus, neceſſe eſt nos coràm Deo trepidare: niſi aliquis de ſuo ſtatu habeat ſpecialem reuelationem Dei, ut habuit mulier illa quæ erat in ciuitate peccatrix, audiens dominum dicentem, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: ut etiam habuit paralyticus audiens à domino, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Lex autem hæc communis, ſiue conditio naturæ noſtræ in hoc ſæculo poſt peccatum, quòd neceſſe eſt nos coràm Deo trepidare, quamdiu reſpicimus quales ſumus, nullo modo pugnat cùm fide Chriſtiana, cum fide Chriſti, cum fide Euangelii: nec prohibet quominus homo prudenter procedens, ſeipſum conſiderans, uitam ſuam præteritam malã peroſus, Deoq; tunc obedire proponens, pro comperto habere poſsit, ſe iuſtum eſſe aut iuſtificari à peccato per Dei miſericordiam. Quidem mea trepidatio de media iuſtitia à peccatis in particulari, non pugnat cũ fide Euangelii: quia Euãgelium nullibi dicit mihi remiſſa eſſe aut remitti de facto & in particulari peccata mea quæ poſt baptiſmum commiſi. Pugnat enim cũ fide Euangelii, ſi quiſpiam trepidet ambigatq; in illis quæ Euangelium dicit: & talis trepidatio abiicit, tollit, ac deſtruit Euangelii fidem, quæ debet eſſe omnino inconcuſſa, firma, nullo modo formidans, nullo modo trepidans. Non pugnat autem cum fide Euangelii, ſiquis trepidat, aut dubitat, aut hæſitat in illis, quæ Euangelium non dicit: ſed poteſt ſtare fides Euangelii firmiſsima, cum trepidatione, dubitatione, hæſitatione, aut etiam negatione omnium aliorum de quibus non agit ſanctum Dei euangelium. Sicut firmiſsima ſcientia hominis integra, poteſt ſtare cum trepidatione, dubitatione, hæſitatione, aut etiam negatione ueritatum non contentarum in ſcientia hominis. Ita eſt in propoſito. Quid fidei euangelii firmiſsimæ & aſſenſibus uel diſſenſibus aliorũ ab euangelio? Ergo trepidatio de noſtro ſtatu in particulari, hominum qui modo ſumus ſecundum cõmunem legem uiuentes, non repugnat nec opponitur aliquo modo fidei firmiſsimæ euãgelii, quia ſanctum euangelium non loquitur de ſtatu alicuius noſtri in particulari, ut palàm eſt omnibus. Et mirũ eſt quomodo Caluinus ita labatur erretq; contra ueritatem hanc adeo manifeſtam. Aut ipſe oſtẽdat, quod euangelium de ſtatu alicuius agens, dicit remiſſa

C *Argumentatio Caluini.* *Reſponſio Catholica* *Luca 7.* *Matt.9.* D

E miſſa eſſe uel remitti de facto & in particulari alicui homini peccata ſua quantum ad efficaciam uel efficientiam; & ab illo homine exigat fidem inconcuſſam de ſua iuſtificatione, atqne in illo homine dicat pugnare trepidationem de ſua iuſtificatione, cum fide euangelii. Quam diu hoc oon oſtenderit, non habet quid dicat: quia profectò non pugnant, *Prou.28.* cùm euangelium non loquatur de hac re. Beatus uir qui ſemper eſt pauidus. Etiam fideliſſimus, etiam in tota fide certiſsimus atque firmiſsimus. Non pugnat hæc beatitudo, cũ fide. Cæterùm, neque poteſt certa & inconcuſſa uitæ æternæ fiducia nobis conſtare. Talis eſt ſtatus noſter huius præſentis uitæ, præſentis atque hæreditariæ miſeriæ: ut inter ſpẽ & timorem ſeu metum, ſecurius peregrinemur: non deiecti animo propter ſpem, ne- *Eccl.9.* que elati corde propter timorem. Sunt iuſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu *Superius* Dei; & tamen neſcit homo, utrùm amore; *Lib.2.* an odio dignus ſit. Verba ſunt Spiritus ſancti: *Inferius.* Quia de hac re iam ſuperius nonnulla dicta *Part.4.* ſunt, & inferius de eadem plura dicentur ſuo *Lib.3.* loco, modò hæc ſint ſatis. Manifeſtè etiam di *per mul.* cit Apoſtolus Paulus, Cum metu, & tremo *Philip.2* re ueſtram ſalutem operamini.

DICIT Caluinus, Quantum enim abeſt à iuſtitia quæ in hac uita inchoatur, uitæ nouitas? Reſpondemus, Quidem nouitas quæ F in hac uita inchoatur non abeſt à iuſtitia, ſed illam includit, ut inchoata nouitas neceſſariò includat inchoatam iuſtitiam, ſeu multa *Lib.præſenti.* quidem ad iuſtitiam pertinentia. Oſtenditur hæc ueritas manifeſtè ex diuinis ſcripturis in- *Cap.21.* ferius, ubi ex eiſdem diuinis ſcripturis monſtratur quid ſit nouitas ſeu renouatio, quæ contineat, ex quibus fiat, quibus'ue con- *Rom.6.* ſtet. Nunc ſufficit, quòd iubemur ambulare in nouitate uitæ: cum tamen non ſit aliud in nouitate uitæ ambulare, quàm nouam uitæ inire rationem: quæ noua uita pertinet profectò ad nouam creaturam, de qua dicit Apo *Galat.6.* ſtolus, In Chriſto enim Ieſu, neque circunciſio aliquid ualet, neque præputium, ſed noua creatura. Quam enim uitam habere poteſt noua creatura, niſi nouam? Quia immo ſi creatura aliqua quantumuis aliàs noua ſequatur uitam ueterem, eo ipſo iam uetus creatura efficitur. Vt noua uita quodammodo faciat nouam creaturam, non mutata ſubſtantia, ſed mutatis accidentibus; qualitatibus, actibus, habitibus. Quomodo nouam uitã *AdTi.2* uiuimus? Apoſtolus declarat, dicens, Apparuit enim gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus: erudiens nos, ut ab negantes impietatem & ſæcularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſæculo. Ecce nouitas uitæ, quam docet nos gratia Dei; G ut impietatem & ſæcularia deſideria abnegemus, ut ſobriè, & iuſtè, & piè uiuamus. Nota uerbum, Et iuſtè. Ecce uita, quam docet nos gratia, continet iuſtè uiuere: ſicut continet uiuere ſobriè, ſicut continet uiuere piè. Vt ſobriè, inquit, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſæculo. Eſt autem hæc uita, qnam hic nos docet gratia Dei apparens in hoc ſæculo omnibus hominibus, quidem uita noua: quia certè noua uita eſt, quam docet noua gratia, nouus Adam de cœlo cœleſtis, nouus homo de Spiritu ſancto ex Virgine conceptus, nouus doctor orbis. Ecce noua facio omnia, Et facta ſunt omnia noua: ſicut etiã ille ualde dilectus dicit, Vidi ciuitatem ſan- *Apoc.21.* ctam Hieruſalem nouam deſcendem de cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. Ita igitur prædicat Paulus nouam creaturam ad Galatas, ita prædicat nouam uitam ad Romanos, ita declarat & prædicat nouam uitam ad Titum. Noua igitur uita, includit ſeu complectitur uiuere ſobriè, uiuere iuſtè, uiuere piè: & per conſequens, immo autem per idem, uitæ nouitas includit ſeu complectitur ſobrietatem, iuſtitiam, pietatem. Neceſſe eſt enim eo ipſo, ut qui ſobriè uiuit, habeat ſobrietatem: qui uiuit iuſtè, habeat iuſtitiam: qui uiuit piè, habeat pietatem: ſicut etiam dicit diuus Ioannes, Qui facit iuſtitiã, *1.Ioan.3.* iuſtus eſt. Fit ergo conſequens, ut qui conce H dit inchoatam nouitatem, eo ipſo concedat inchoatam iuſtitiam. Hæc modò ſufficiant de hac ueritate.

QVO magis conſideramus hanc Caluini doctrinam quam explicat hoc loco, eo quidem magis ob eam, atque ob ipſum admiratione afficimur, maximè uerò quòd auctor ſit talis figmenti, nihil habentis ueritatis, nihil ſimilitudinis ueri. Vt mirum ſit quomodo ipſe in opinionem tam falſam uenerit, & in talem errorem manifeſtum; niſi fortè aliqnis inimicus eius hoc illi impoſuit, ut ex hoc partu malo ſuppoſito, ipſum traduceret infamemq; redderet. Dicit enim mox ruituram fidem, ſi operibus fulciatur, quaſi omnia opera ſint uana & inutilia, immo etiã quaſi omnia opera ſint pernicioſa, quaſi omnia opera ſint fidei oppoſita. Hoc autem uerbum quis unquam proferret, niſi uel fatuus, uel prorſus indoctus, aut Chriſtianæ religionis inimicus? Etenim Chriſtiana religio utrunque habet, & utrunque prædicat; fidem Chriſti, & opera ſequentia fidem ipſam, atque ex ipſa fide enata. Niſi abundauerit iuſti- *Matt.5.* tia ueſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorũ, non intrabitis in regnum cœlorum. Si autẽ *Mat.19.* uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Talia enim

A enim opera non ſunt uana neque inutilia, quia immo ſunt ſolida & utilia ualde: neque ſunt pernitioſa nec fidei oppoſita, quia ſunt Dei dona, ſunt fidei conformia. Quiſquis es Chriſtiane lector, te interpello, uides ope-
Matt.5. rum neceſsitatem, in illo uerbo, Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœ-
Mat.19. lorum. Vides operum utilitatem & ualorem in illo uerbo, Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Vides operum ſoliditatem &
Apoc.14. durationem in illo uerbo, Beati mortui, qui
Mat.16. in domino moriontur. Opera enim illorum
Rom.2. ſequuntur illos. Et tunc reddet unicuique ſe
2. Cor.5. cundum opera ſua. Nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis pro ut geſsit, ſiue bonum, ſiue malum. Vides operum conformitatem aut etiam germanitatem uterinam ad fidem,
Galat.5. in illo uerbo, Nam in Chriſto Ieſu, neque circuncíſio aliquid ualet, neque præputium, ſed fides quæ per charitaté operatur. in quo prædicantur atque aſſeruntur opera, effectus eſſe fidei: & eſt ſine dubio maior conformitas effectus ad caoſam, fratris ad uterinum fratrem. Vides operum effectum omnino ſicut
Rom.2. effectum fidei, in illo uerbo, Factores legis iuſtificabuntur. ut ſicut quidam dicuntur iuſtificari ex fide, ita dicantur iuſtificari ex operibus ſequentibus fidem & gratiam Chriſtia-
B nam. Quia inſuper ſicut legimus de fide Abra
Gen.15. hæ, Credidit Abraham Deo, & reputatum
Rom.4. eſt illi ad iuſtitiam. Sic etiam legimus de bo-
Pſal.105 no opere Phinees, Et reputatum eſt ei ad iuſtitiam, in generationem & generatione, uſque in ſempiternum. Vides quòd opera ſunt dona Dei in Chriſto, ſicut & fides, quemad-
Epheſ.2. modũ legimus, Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex uobis. Dei enim donũ eſt, non ex operibus, ut nequis glorietur. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operib. bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. Ecce fides non eſt ex operibus præcedentibus: ſed donum Dei eſt, conceſſum multis, nulla habentibus bona opera præcedentia: Deus tamen aptat nos in bonis operibus quæ præparauit, ut ambulemus in illis, & ſunt etiã ipſa bona opera, quædam Dei dona, ut eſt notum. Quamobrem ſicut dicimur & ſumus factura Dei, in Chriſto, in fide: ita dicimur & ſumus factura Dei, in Chriſto, in operibus bonis. Vt etiam dicit
Philip.2 Apoſtolus, Deus eſt enim qui operatur in uobis & uelle, & perficere. Perficere, nanque ibi, eſt operari. Opera igitur bona hominum fidelium & filiorum Dei adoptiuorum, ſunt quidem dona Dei, habent neceſsitatem, habent utilitatem, habent permanentiam & durationem in ſempiternum, habent conformi C tatem ad fidem quia ſunt effectus eius, habẽt ſimilitudinem ad fidẽ quia iuſtificant ſuo modo formaliter aut meritoriè ſicut fides. Ergo non ſunt uana, ergo non ſunt inutilia, ergo non ſunt pernicioſa, ergo non ſunt fidei oppoſita. Vlterius etiam, Ergo non eſt ruitura fides, ſi talibus fulciatur. Magis potius in talibus fides perficitur, nutritur, roboratur: quia ſunt dona Dei, effectus quidam fidei per charitatem operantis.

Respiciendvm eſt igitur ad bona opera filiorum Dei adoptiuorum, & ad ipſorum operum prærogatiuas: quia ſunt ſine dubio dona Dei in Chriſto domino noſtro, habent neceſsitatem, utilitatem, durationem æternam, atque germanitatem & ſimilitudinem maximam ad fidem, ut effectus ad ſuam cauſam, atque habent certam remunerationem à Deo, in ſuo iudicio. Sunt dona Dei, & ma-
nent in æternum; ſicut ſcriptum eſt, Diſperſit *Pſal.111.*
dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Igitur non eſt ruitura fides, ſi talibus fulciatur. Ruet autem fides propediem, ſi talia opera abiiciat, negligat, aut omittat, ut conſtat ex dictis: quia fides ſine operibus
mortua eſt, ut teſtatur manifeſtè Apoſtolus *Iacobi.2.*
Iacobus. Et ſatis notum eſt, quàm crebrò, atque quàm efficaciter lex fidei, ſanctum Dei euangelium, commendat & prædicat bona o-
pera, atque præcipit inceſſanter, ubique, & D
ſemper. An commendaret, prædicaret, uel præciperet lex fidei bona opera, ſi ea bona opera eſſent fidei contraria? Abſit. Non enim agit, commendat, prædicat, aut præcipit lex fidei, contra fidem.
Evangelivm ergo Chriſti, eſt uir- *Rom.1.*
tus Dei, in ſalutem omni credenti: Iudæo primùm, & Græco: eodemq; modo ſine dubio eſt uirtus Dei, in ſanitatem, iuſtitiam, & ſanctitatem omni credenti. Saluat igitur, ſanat, iuſtificat, ſanctificat, ſuo modo: Non quidem autẽ dum ſolummodo auribus corporis auditur, aut mente quoad ſuum ſenſum intelligitur; ſed utique dũ corde & mente recipitur. Receptum enim hos mirabiles effectus facit, non alias: ut conſtat in multis, qui illud audierunt & intellexerunt, ſed non ſancti fuerunt, quia illud non receperunt. Recipitur autem quoad partem credibilium ſeu credendorum, per fidem: & recipitur quoad partem agibilium ſeu factibilium, præceptorum aut conſiliorum, per obedientiã: Obedientia igitur eſt neceſſaria, ſicut & fides; ut ex illa parte recipiatur ſanctum Dei Euangelium. Eſt inſuper ſanctum Chriſti E-
uangelium, lex fidei, lexq; iuſtitiæ, de qui- *Rom.3.*
bus agit Apoſtolus affatim ad Romanos: ne *Rom.9.*
que

E que aliquid eſt ſub cœlo, quod poſsit dici aut
lex fidei, aut lex iuſtitiæ; niſi ſanctum Euan
gelium Chriſti. Euangelium etiam dicitur &
eſt lex fidei, propter multa, quæ iam explica
uimus: quia multa continet pertinentia ad fi
dem explicitam; quia multa quoad mores,
cum mirabilibus explicationibus declaratio
nibusq; præceptorum moralium legis natu-
ralis: quia pauciſsima continet præcepta cæ
remonialia, uidelicet ſeptem ſacramentorũ
diuinorum noui teſtamenti: quia prorſus nul
la præcepta continet iudicialia: quia habet
promiſsiones ſpiritales, & altiſsimas. Vnde
ſanctum Chriſti Euangelium dicitur etiam
lex gratiæ, amoris, mitis affectus, & huma-
nitatis: & quidem ita eſt, ut conſtat omni-
bus uidere uolentibus: quam ob rem etiam
Matt. 11. dicitur & eſt, iugum ſuaue & onus leue. Ita
Scotus. conſiderauit Scotus optimè legem nouam &
Lib. 3. eius facilitatem, atque ſuauitatem, ſecundũ
diſt. 40. quòd ipſa fuit & eſt à Chriſto Saluatore no-
quæſt. 1. ſtro nobis tradita. Vidit tamen, & quoque
optimè, licitum eſſe principibus ſtatuere le-
ges ad pacem ſeruandam: & non dubiũ quin
tam eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus. Vt ſi-
cut licet principibus ſæcularibus in his quæ
ſuæ ditionis ſunt, leges condere: ita liceat
hoc ipſum principibus eccleſiaſticis, in his
F quæ ſunt ſuæ: quoad bonum animarum & mi
niſtrationem ſacramentorum, quoad mini-
ſtros, uaſa, indumenta, tempora, modum;
& quoad alia huiuſmodi, de quibus conſtat
quòd aliquo modo pertinent ad bonum Dei
cultum, & nullo modo ſunt explicata in ſan-
cto Dei Euangelio, ſed poteſtati eccleſiaſti-
cæ commiſſa. Ex quo enim conſtant in diui-
na ſcriptura noui teſtamenti illæ poteſtates,
tum principum eccleſiaſticorum, tum prin-
cipum ſæcularium: conſtat eo ipſo, quòd il-
læ poteſtates poſſunt condere has tales leges:
modo nullam legem condant contra legem
diuinam. Satis autẽ declaratur poteſtas prin-
Rom. 13. cipum ſæcularium in illo uerbo; Omnis ani-
ma poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.
Non eſt enim poteſtas niſi à Deo; quæ au-
tem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui re
ſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui
aũt reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acqui-
runt; nam principes non ſunt timori boni o-
peris, ſed mali. Vis autem non timere pote
ſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex il-
la. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si au
tem malum feceris, time: non enim ſine cau
ſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, uin
dex in iram, ei qui malè agit. Ideoq; neceſsi
tati ſubditi eſtote, non ſolum propter iram,
1. Pet. 2. ſed etiã propter conſciẽtiam. Subiecti igitur
eſtote omni humanæ creaturæ propter do-
minum, ſiue Regi quaſi præcellenti: ſiue Du- G
cibus tãquam ab eo miſsis ad uindictam ma-
leſactorum, laudem uerò bonorum. quia ſic
eſt uoluntas Dei, ut bene facientes, obmu-
teſcere faciatis imprudentium hominum i-
gnorantiam. Satis etiam declaratur poteſtas
principum eccleſiaſticorum in illo uerbo, O- *Hebr. 13.*
bedite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis: ip
ſi enim peruigilant quaſi rationem pro ani-
mabus ueſtris reddituri, ut cum gaudio hoc
faciant, & non gementes. Attendite uobis *Act. 20.*
& uniuerſo gregi in quo uos Spiritus ſanctus
poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quã
acquiſiuit ſanguine ſuo. Etiam ad principes
eccleſiaſticos dicit Saluator noſter, explican
do eorum officium, dignitatem, & poteſta-
tem, Vos eſtis lux mundi. Vos eſtis ſal ter- *Matt. 5.*
ræ. Qui uos audit, me audit: & qui uos ſper *Luca 10.*
nit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſper
nit eum qui me miſit. Si autem eccleſiam nõ
audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publica-
mus. Amen dico uobis, quæcunque alliga- *Mat. 18.*
ueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo;
& quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt
ſoluta & in cœlo: Accipite Spiritum San- *Ioan. 20.*
ctum, quorum remiſeritis peccata, remit-
tuntur eis: & quorum retinueritis, retenta
ſunt. Sicut miſit me Pater; & ego mitto uos.
Et multa alia. Specialiter autem dixit ad H
Petrum, principem, caput, & uerticem
omnium aliorum eccleſiaſticorum princi-
pum, Tu es Petrus, & ſuper hanc pe- *Mat. 16.*
tram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ
inferi non præualebunt aduerſus eam. Et ti-
bi dabo claues regni cœlorum. Et quodcun
que ligaueris ſuper terram, erit ligatum &
in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper ter-
ram, erit ſolutum & in cœlis. Simon Iona, *Ioan. 21.*
diligis me plus his? Simon Iona, diligis me?
Simon Iona, amas me? Paſce agnos meos,
Paſce agnos meos. Paſce oues meas. Ego au *Luca 22*
tem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua,
& tu aliquando conuerſus, confirma fratres
tuos. Vade ad mare, & mitte hamum, & eũ *Mat. 17.*
piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aper-
to ore eius; inuenies ſtaterem; illum ſumẽs,
da eis pro me & te. Et multa alia, quibus ſa-
tis declaratur primatus eccleſiaſticæ poteſta-
tis in Petro, à Saluatore noſtro ipſi Petro tra
ditus. Erant Apoſtoli legati Chriſti, ut fate-
tur Apoſtolus ad Corinthios. quibus ipſe Sal *2. Cor. 5.*
uator dixit, Euntes ergo docete omnes gẽ *Mat. 28.*
tes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii
& Spiritus ſancti, docẽtes eos ſeruare omnia
quæcunque mandaui uobis, & ecce ego uo-
biſcum ſum omnibus diebus, uſque ad con-
ſummationem ſæculi. Euntes in mundum u- *Mar. 16.*
niuerſum prædicate Euangelium omni crea-
turæ.

A turæ. Miſit ergo eos dominus per orbem legatos ſuos, & quidem cum poteſtate ſua: tũ quoad corpus Chriſti uerũ, quæ eſt poteſtas conſecrandi, ſiue ordinis: ut illis dixit, Hoc facite in meam commemorationem. Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis. tum quoad corpus Chriſti myſticũ, quæ eſt poteſtas remittendi peccata, regendi populum, ſiue iuriſditionis, de qua iam diximus. Hanc poteſtatem eccleſiaſticam, præſertim iuriſditionis memorabat & prædica-
2.Cor.10. bat Apoſtolus, quando dicebat, Nam & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra quam dedit nobis dominus in ædificationem, & non in deſtructionem, ueſtram, non
2.Cor.13 erubeſcam. Ideo hæc abſens ſcribo, ut non præſens durius agam ſecundum poteſtatem quam dominus dedit mihi in ædificationem & non in deſtructionem. In quibus uerbis Theophilactus, id quod omnes alii ſancti doctores ſemper intellexerunt, intelligit poteſtatem regendi, moderandiq; populum Chriſtianum; in primis benefaciendo, deinde autem quando opus fuerit, etiam & puniendo.
Theoph. Vnde ait idem auctor, Quomodo igitur ipſis
Ibidem. interminaris, ſi non in deſtructionem acce-
2.Cor.10. piſti poteſtatem? In primis, inquit, & præcipuè ad ædificationem accepi: ſin quiſquam fuerit incurabilis, demolitione utemur. Si
B igitur uoluero, inquit, gloriari, quòd Deus plus dederit mihi quiddam, ut poteſtatem habeam benefaciendi in primis, & quando cogar, etiam puniendi: non pudefiam, non monſtrabor eſſe mendax, aut arrogans. Ali-
2.Cor.13 bi etiam, Poſtquam acriter eos terruerat, & interminatus eis erat, nunc defenſionem parat. Eam inquiens, ob cauſam ſic ſcripſi, quòd uoluerim minas meas ad literas uſque eſſe, & ſeueritatem, neque re ipſa & operibus demonſtrari. Non correctos enim, & eos qui ſeſe non emendauerint, duriter puniam ac ſeuerè, poſtquam poteſtatem dedit mihi dominus. Hinc indicat quòd dominus etiã per ipſum, ut medium, punit. Commonſtrans porrò quòd nõ deſideret poteſtate ſua uti ad illorum ſupplicium, appoſuit, non ad deſtructionem, ſed ad ædificationem: hoc eſt, in primis & ante omnia Deus non uult deſtruere, ſiue punire, ſed ædificare: hoc eſt, benefacere. Atqui demoliri ea ac deſtruere quæ ſunt inedificabilia, ædificare etiam eſt.
Chryſoſt. Hæc ille. Idem prorſus intelligit Chryſoſto-
2.Cor.10 mus, quod & Theophilactus, atque ante il-
Hom.22 lum: qui ita exponit, Ego enim habeo ab illo magnam illam quos uolo puniendi & reſecandi poteſtatem. Infra, uidiſti quomodo iterũ mitigat inuidiam quæ ex laudibus, & auditorem allicit, uſum propter quem poteſtatẽ

accepit exponens. Et quo dicit, deſtruentes C
cogitationes? Quia iſthuc maximum ædificationis genus eſt, auferre ea quæ impediunt, & quæ putria amouere, & uera ad ædificationem componere. Sane ad hoc accepimus, ut ædificemus. Si autem quis certet, ac reſiſtat, & incurabilis ſit, etiam altera utemur efficacia, deſtruentes illum & deiicientes. Hæc il-
le. Qui circa illud, Et in promptu habentes 2.Cor.10.
ulciſci omnem inobedientiam, cum impleta Hom.21.
fuerit ueſtra obedientia. & circa illud, Ideo 2.Cor.13.
hæc abſens ſcribo, ut non præſens durius agã Hom.30.
ſecundum poteſtatem quam dominus dedit mihi in ædificationem & non in deſtructionẽ. nihil agit abundantius, quàm quòd ſummè oſtendat Apoſtolum ipſum habuiſſe poteſtatem puniendi ſicuti & benefaciendi, pariter & maximam benignitatem, manſuetudinem,
atque clementiam. Sicuti & Gloſſa Interli- Gloſſa in
nearis in illis locis per poteſtatem, interli- terl.
git poteſtatem Apoſtolatus, poteſtatemq;
ligandi & ſoluendi: ueluti & Nicolaus etiam Nicolaus
ibi intelligit donum linguarum & gratiam mi Lyranus
raculorum. Atque re uera talis poteſtas ibi declaratur, quæ eſt ad ædificationem, regendi, gubernandi, docendi, moderandi, paſcendi, corripiendi, etiamq; ulciſcendi & puniendi, dum opus fuerit. Et in hanc ſententiam conueniunt omnes catholici tractatores, ut
acceperint à Saluatore noſtro primi princi- D
pes eccleſiaſtici pro ſe & ſuis ſucceſſoribus talem poteſtatem eccleſiaſticam, ordinis & iuriſditionis, directiuam atque coercitiuam: regendi omnes, & coercendi, puniendiq; rebelles. Conſtat autem illa poteſtas apud diuinas ſcripturas noui teſtamenti iam adductas.
Cæterùm & uſus eius non minus in illis con- Vſus po-
ſtat. Videmus enim Apoſtolos uſos fuiſſe illa teſtatis ec
poteſtate, in multis: ut palàm eſt uidere in il- cleſiaſti-
la ſua directione, moderatione, atque guber ca.
natione, qua illam ſanctiſsimam Eccleſiam primitiuam in qua erat anima una & cor u-
num in Deo, regebant & gubernabant. Om- Act.2.
nes enim qui credebant, erant pariter, & ha- Act.4.
bebant omnia communia. Poſſeſsiones & rẽ domeſticam uendebant, & diſtribuebant omnibus, pro ut cuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum. Non dubium autẽ quin illa paupertas, illaque bona ordinatio, eſſet ex inſtitutione Apoſtolorum humana; quia de illa ut notum eſt, nullum erat præceptum diuinum, quod ita obligaret omnes & ſingulos credentes ad talem paupertatem, iugem orationem, & continuam communionem. Vſi ſunt etiam poteſtate illa diuina, quã

E do Hieroſolymis connenerunt Apoſtoli & ſe
Act.15. niores uidere de nerbo hoc, ideſt, de obſerua
tione uel non obſernatione legalium : dumq;
niſum fuit Spiritui ſancto & illis, nihil ultra
imponere illis hominibus quàm hæc tunc ne
ceſſaria, ut abſtinerent ab: immolatis ſimula
chrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & forni
catione, à qua etiam modò eſt omnibus ab-
ſtinēdum. Ea poteſtate in ſuper uſi ſunt, quā-
do illos cauones, quos canones Apoſtolo-
rum appellamus, inſtituerunt : de quibus cō
ſtat etiam apud doctores antiquos, & anti-
qua concilia ſacra : ſimiliter & per eandem po
teſtatem, præcepta tradiderunt nonnulla: un
Act.15. de Apoſtolus perābulando Syriam & Ciliciā,
confirmansq; eccleſias præcipiebat cuſtodire
præcepta Apoſtolorū & Seniorū. Specialiter
etiā legimus, Petrū & Paulū Apoſtolos, fuiſſe
uſos hac poteſtate non ſemel. Petrus.n. in illis
diebus, ſtatī poſt domini aſcenſionē, exurgens
iu medio fratrum, & procedens ad electionē
alicuius ſubrogandi in teſtem reſurrectionis
domini & Apoſtolatum, loco Iudæ prodito-
Act.1. ris, ita propoſuit primns & caput, Viri fra-
Pſal.40. tres, oportet impleri ſcripturam, quam præ
Ioan.18. dixit Spiritus ſanctus per os Dauid de Iuda,
qui fuit dux eorum, qui compræhenderunt
Ieſum, &c. uſque ad illud uerbum incluſiuè,
Pſal.68. Fiat commoratio eorum deſerta, & non ſit
Pſal.108. qni inhabitet in ea. Et epiſcopatum eius acci
F piat alter. Quibus ſtatim adiecit, Oportet er
go ex his uiris, qui nobiſcum ſunt congrega-
ti, in omni tempore, quo intrauit & exiuit
inter nos dominus Ieſns, incipiens à baptiſ-
mate Ioannis nſque in diem qua aſſumptus
eſt à nobis, teſtem reſurrectionis eins nobiſ-
cum fieri unum ex iſtis. Et ſequitur ſtatim ef
fectus, Et ſtatuerunt duos, Ioſeph, qui uo-
catur Berſabas, qui cognominatus eſt iuſtus,
& Mathiam. Et orantes, dixerunt, Tu do-
mine, qui corda noſti omnium, oſtende quē
elegeris ex his dnobus unum accipere locum
miniſterii huius & Apoſtolatus, de quo præ-
uaricatus eſt Indas, ut abiret in locum ſuum,
&c. Eodem modo ipſe primus & caput, in il-
lis diebus, poſt receptum Spiritum ſanctnm
Act.2. in ſigno uiſibili, Stans Petrus cum undecim,
leuauit uocem ſuam, & locutus eſt Iudæis ex
omni natione quæ ſub cœlo erat, annuntians
illis Chriſtum, dignitatem eius, paſsionem,
mortem, reſnrrectionem, & gloriam, dicens,
Viri Iudæi, & qui habitatis Hieruſalem uni-
uerſi, hoc uobis notum ſit, & auribus perci-
pite uerba mea, &c. Auditisq; uerbis Petri,
cùm multi compuncti eſſent corde, & tum ad
Petrum, tú ad reliquos Apoſtolos dixiſſent,
Quid faciemus uiri fratres? Petrus ſolus, tan
quam uerè primus & caput, dixit ad illos, Pœ
nitentiam (inquit) agite, & baptizetur unuſ- G
quiſque ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti in re-
miſſionem peccatorum ueſtrorum : & acci-
pietis donum Spiritus ſancti. Eodem modo
poſtquam Petrus hominem clandum ex nte- *Act.3.*
ro matris ſuæ in nomine domini ſanum fecit,
cum eſſet cum Ioanne, & omnis populus ad
eum cucurriſſet ad porticum quæ appellaba-
tur Solomonis, ſtupentes, ſolus Petrus reſpō
dit ad popnlum, dicens, Viri Iſraelitæ, quid
miramini in hoc, aut nos qnid intuemini, qua
ſi noſtra uirtute aut poteſtate fecerimns hunc
ambulare? &c. Cumq; mirabiliter annnntia- *Deut.18.*
ret Chriſtum, etiam ex lege, Multi qui audie *Gen.22.*
runt uerbum, crediderunt: & factus eſt nu-
merus uirorum quaſi qninque millia. Eadem
auctoritate ſeu poteſtate uſns, Petrus de facto *Act.4.*
Ananiæ & Saphiræ uxoris illius cognouit, in- *Act.5.*
quiſiuit, iudicauit, puniuitq; eos. Cum enim *Act.4.*
multitudinis credentium eſſet cor nnū & ani
ma una, nec quiſquam eorum quæ poſside-
bat, aliquid ſuum eſſe diceret, ſed eſſent illis
omnia cōmunia : cumq; nec quiſquam egens
eſſet inter illos, & quotquot poſſeſſores agro
rum aut domorum erant, uendentes offerrēt
precia eorum quæ nendebant, & ponerent
ante pedes Apoſtolorum, diuidereturq; ſin-
gulis prout cuique opus erat: Tunc Ioſeph
qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis
(quod eſt interpretatum, filius cōſolationis)
Leuites, Cyprius genere, quidem benefaciēs H
& iuxta illam optimam religionem Chriſtia-
nam, cum haberet agrum, uendidit eum, &
attulit precium, & poſuit ante pedes Apoſto
lorum. Verùm eo tempore, Vir quidam no-
mine Ananias cum Saphira uxore ſua uendi- *Act.5.*
dit agrum, &, non rectè agens, fraudauit de
precio agri, conſcia uxore ſua, & afferens par
tem quādam, ad pedes Apoſtolorum poſuit.
Tunc Petrus auctoritate ſeu poteſtate eccle-
ſiaſtica ſibi tradita utens, de cauſa cognoſcēs,
inquirens, pronnncians, & indicās atque pu
niens, dixit ad Ananiam, Anania, cur tenta-
uit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui ſan-
cto, & frandare de precio agri? Non'ne ma-
nens tibi manebat, & uenundatum in tua e-
rat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hāc
rem? Non es mentitus hominibus, ſed Deo.
Audiens autem Ananias hæc uerba, cecidit &
expirauit. Et factus eſt timor magnus ſuper
omnes qui audierunt. Surgentes autem iune
nes amouerunt enm, & efferentes ſepelierūt.
Deinde facto quaſi horarum trium ſpacio, u-
xor ipſius neſciens quod factum fuerat, introi
uit; cui Petrus ipſe eademq; poteſtate de cau
ſa cognoſcens, inquirens, & iudicans, dixit,
Dic mihi, ſi tanti agrum uendidiſtis? At illa
dixit, Etiam, tanti. Petrus autem ait ad eam,
Quid

A Quid utique conuenit uobis tentare ſpiritum
Domini? Ecce pedes eorum qui ſepelierunt
Act.5. uirum tuum, ad oſtium, & efferent te. Confe
ſtim cecidit ante pedes eius, & expirauit. In-
trantes autem iuuenes, inuenerũt illam mor
tuam, & extulerunt & ſepelierunt ad uirum
ſuum. Et factus eſt timor magnus in uniuerſa
eccleſia, & in omnes qui audierunt. Eodem
pertinet, quòd cùm Apoſtoli & ſeniores con
uenirent uidere de uerbo legalium, & magna
cõquiſitio fieret, Petrus ſua poteſtate utens,
Act.15. ſurgens primus dixit ad eos, Viri fratres uos
ſcitis quoniam ab antiquis diebus Deus in
nobis elegit per os meum audire gentes uer-
Act. 10. bum Euangelii, & credere; &c. cum tamen
præſens eſſet Iacobus, præſens item Paulus.
Ita ergo frequenter fuit Petrus uſus ſua pote
ſtate. Paulus etiam non ſemel & ſua uſus eſt.
1. Cor.5. Specialiter nanque Corinthium illum forni-
carium tradidit Satanæ in interitum carnis,
ut ſpiritus eius ſaluus fieret in die domini: ſpe
cialiter etiam donauit, ſiquid donauit, pro-
2. Cor.2. pter Corinthios, in perſona Chriſti: unde
prius præcepit Corinthiis ut illum obiurga-
rent & uitarent, poſterius uerò eis ſcripſit ut
eum adhortarentur conſolarenturque; in u-
troque uolens eorum obedientiam, quidem
1. Tim.1. ſibi Paulo debitam. Specialiter etiam Apoſto
lus Paulus eadem poteſtate uſus, tradidit Sata
B næ Hymenæum & Alexandrum, qui repellen
tes bonam conſcientiam, circa fidem naufra
Galat.1. gium fecerunt. Generaliter etiam per eandẽ
poteſtatẽ anathematizauit eos, qui aliud do-
cerent, quàm ipſe docuit: & multa propoſuit
tum præcepta, tũ conſilia: aliquando in per-
ſona domini, aliquando in perſona ſua: mu-
1. Tim.2 lieribus docere non permiſit; bigamos, ho-
1. Tim.3. micidas, & alios malorum morum à ſacris or
Ibidem. dinibus recipiendis excluſit. Per eandem in-
1. Tim.5. ſtruxit Timotheum de ordinandis epiſcopis
atque diaconis, de modo tractandi diuerſos:
Ibidem. ſeniores, iuuenes, uiduas: deq; illis qui du-
plici honore digni ſunt, dum bene præſunt,
maximè qui laborant in uerbo, & doctrina:
Ibidem. quòd aduerſus præsbyterum accuſationem
non reciperet, niſi ſub duobus aut tribus te-
ſtibus: quòd peccantes, coràm omnibus ar-
gueret, ut & cæteri timorem haberent. At-
Ibidem. que ſuper hæc omnia, teſtatus eſt ipſum Ti-
motheum coràm Deo & Chriſto Ieſu & ele-
ctis angelis, ut hæc cuſtodiret ſine præiudicio,
nihil faciens in alteram partem declinando.
Hæc profectò poteſtatem eccleſiaſticam de-
monſtrant, quam exercebant & Paulus & Ti-
1. Tim.4. motheus. Ad idem dicit iterum, Noli negli-
1. Tim.5. gere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi
per prophetiam, cum impoſitione manuum
præsbyterii. Et iterum, Manus cito nemini
impoſueris, neque communicaueris pecca- C
tis alienis. Ad Titum etiam dicit, Huius rei Tit.1.
gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt cor-
rigas, & conſtituas per ciuitates præsbyteros
ſicut & ego diſpoſui tibi. Ita eadem poteſta-
te multas inſtituit traditiones, tum uerbo,
tum ſcripto, quas pari obſeruantia ab omni-
bus teneri uoluit: dicit enim; Itaque fratres 2. The.2
ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſi-
ue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtrã.
Vt quid alia afferamus, quæſo? Satis probãt
diuina hæc eloquia, prædictam poteſtatem ec
cleſiaſticam datam eſſe Apoſtolis, à Chriſto
domino: eosq; illa fuiſſe uſos, regendo, gu-
bernando, diſponendo, paſcendo, cognoſcen
do, inquirendo, audiendo, iudicando, bene-
faciendo, puniendo. Non ſolùm ſecundum
ea quæ diuina lex præcipit, aut prohibet: ſed
etiam ſecundum alia, quæ Apoſtoli ipſi ordi-
nabant: non tanquam eſſent diuinæ legi con-
traria, ſed tanquam ad perfectiorem diuinæ le
gis obſeruantiam pertinerent, ad bonam ui-
tam, bonum exemplum, ſanctimoniam, de-
uotionem, & quandam honeſtatem. Conſtat
hoc, ex ipſis inſtitutionibus Apoſtolicis: in-
ter quas ſine dubio multas reperimus, de qui
bus nihil expreſsè diſponit diuina lex ſcripta:
ut de bigamia, irregularitate, accuſatione Epi
ſcoporum ſuſcipienda; & alia id genus nõ pau
ca, quæ omittimus. D

HAEC præſenti loco libenter poſuimus,
occaſione eorum quæ etiam uerè diximus in
hoc eodem capite. Dictum eſt enim ceſſaſſe
iam omnia legalia ueteris teſtamenti, ut ſatis
declarat nouum teſtamentum in multis: atq;
ſimul dictum eſt legem noſtram Euangelicã,
legem fidei, legemq; iuſtitiæ, & legem gratiæ,
nullum prorſus continere præceptum iudi-
ciale, nec alia continere præcepta ceremonia
lia præter ſeptem, ſeptem ſacramentorum: ui
delicet pro ut ipſa noſtra lex fidei, tradita eſt à
Saluatore noſtro. Ne autẽ occaſione horum
putaret aliquis, nos Chriſtianos neceſſariò
ita debere eſſe abſque ullis præceptis aliis le-
galibus humanis, ceremonialibus aut iudicia
libus; monſtrauimus Saluatorem noſtrum
dediſſe poteſtatem eccleſiaſticam principi-
bus eccleſiaſticis ad præcepta eccleſiaſtica ta-
lia ſtatuenda, eosque illa poteſtate uſos fuiſ-
ſe: & ſimul probauimus, id quod eſt & uerũ,
& conſtans, Saluatorem noſtrum reliquiſſe
principes ſæculares cum ſua poteſtate ſæcula
ri ad ſtatuendas condendas'ue leges ſuas, quæ
uiderentur bono regimini ſuorum ſubditorũ
expedire. Vnde quidem poteſtatem eccleſia-
ſticam mirabilem, principibus eccleſiaſticis
nouam & de nouo dedit, habentem effectus
aliquos purè ſpiritales: ſed poteſtatem ſæcu-

E larem, à principibus ſæcularibus non abſtulit. Illam poteſtatem habuerunt, illaq; uſi ſunt Apoſtoli, ut conſtat ex dictis: & ab illis nos accepimus multas traditiones ſuas, quas habemus & obſeruamus. Quas? Multas ſcriptas, quas facillimum eſt uidere: & iterum, multas non ſcriptas, ſed moribus obſeruatas. Quæ ſunt hæ ultimæ? Omnes conſuetudines Eccleſiæ Chriſti generales & antiquæ, quarum initii nulla eſt memoria: quia profectò omnes tales conſuetudines Eccleſiæ Chriſtianæ, uel ab Apoſtolis fuerunt introductæ, uel ab Apoſtolis fuerunt probatæ: uel abſque dubio, ut tales debent haberi, propter earum generalitatem & antiquitatem in Eccleſia Chriſtiana, cuius maximam curam habuerunt Apoſtoli, & maximam curam habet ſemper Deus, tanquam ſponſæ ſuæ maximè dilectæ. Hinc eſt, quod diuus Chryſoſtomus optimè dixit, Traditio eſt, nihil quæras amplius. Auguſtinus etiam in epiſtola ad Ianuarium inquit, Illa autem quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum Orbe obſeruantur, datur intelligi, uel ab ipſis Apoſtolis, uel plenariis Conciliis, quorū eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata atque ſtatuta retineri.

Chryſoſt. Auguſt. eſt epiſt. 1. ad illum. Dionyſius. Areopagita, in De Eccleſiaſtica Hierarchia, Cap. 1. Aliquantulum ante finem.

F ADDERE his poſſumus, immo & addere his debemus, quòd illa eadem poteſtas Eccleſiaſtica, quam olim Saluator noſter dedit principibus eccleſiaſticis eccleſiæ Chriſtianæ primitiuæ, eſt proculdubio in Eccleſia Chriſtiana quæ modo eſt. Quandoquidem omiſſa illa quæſtione de ſubiecto primo huius poteſtatis eccleſiaſticæ, qua inter doctores catholicos quæritur, An illa per primum ſit in Eccleſia, & per Eccleſiam in perſonis? An illa per primum ſit in perſonis, & per perſonas in Eccleſia? de qua quæſtione in De Axiomatibus Chriſtianis multa diximus; nullo modo poteſt eſſe dubium, quin Saluator dederit hanc poteſtatem propter Eccleſiam: neque poteſt eſſe dubium, quin hæc poteſtas ſit in Eccleſia. Data eſt hæc poteſtas propter Eccleſiam. quia ad Eccleſiæ utilitatem, directionem, honorem, ædificationem: ut conſtat ad Corinthios per multa & ad Epheſios ubi ſermo eſt ampliſsimus & manifeſtus de gratiis gratis datis, de poteſtate eccleſiaſtica in ædificationem, & de gradibus Eccleſiæ. Conſtat etiam ex natura rei, ideſt, ex natura ipſius poteſtatis: quia ipſa uel ſolùm uel magis eſt ad utilitatem aliorum, quàm hominis habentis ipſam. Data eſt igitur propter Eccleſiæ utilitatem, atque ædificationem. Cuius Eccleſiæ? Non dubium quin Chriſtianæ. Sed Eccleſia Chriſtiana durauit ad hanc uſque diem, modò eſt, & durabit uſque in finem mundi: Ergo

Lib. 4.

1. Cor. 12. 2. Cor. 10. & 13. Epheſ. 4.

S. Thom. contr. gentiles. Lib. 4. Cap. 74. & infra.

poteſtas quæ ſibi data eſt, propter ſuam utilitatem, & ædificationem, in ea durauit hactenus, modò eſt, & durabit ſemper. Ita dicit Saluator noſter, Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi. Quomodo? Vtique multis modis aliis. ſpecialiter etiam per fidem, ſpem, charitatem, ſpecialem protectionem, ſacramentalem præſentiam, & poteſtatem eccleſiaſticam mirabilem. Maximè quia primitiua eccleſia olim tempore Apoſtolorum & eccleſia quæ modò eſt, conſtituunt unam Eccleſiam: maximè quia ſunt eadem, maximè quia ſemper eſt in ædificatione, aut ſaltem ſemper eſt in tempore ædificationis: unde profectò ſemper habet, quod uel ſemel ad ſuam ædificationem diuinitus accepit. Conſtituunt unam Eccleſiā, quia una eſt ſponſa Chriſti, una eſt dilecta, unaque eſt Regina: de qua & in Pſalmis, & in canticis canticorum multa legimus: & pro qua Saluator noſter & ſanguinem ſuum fudit in precium ſimul & lauacrum, ut exhiberet illam mundam, ſine macula & ſine ruga, totam pulchram & immaculatam. Sunt uel eſt eadem. quia & ſi particulares perſonæ quæ fuerunt in primitiua Eccleſia iam migrauerint ex hoc ſæculo, ſemper tamen aliæ & aliæ perſonæ ſucceſſerunt Chriſtianæ in ſimili ſitu & ſimili figura: ſub eodem Chriſto capite principali & inuiſibili, ſub eodem Spiritu ſancto docente dirigente, ſub eadem lege, ſub eadem fide, ſub eiſdem ſacramentis. Eadem igitur eſt Eccleſia Chriſtiana quæ modo eſt, cum Eccleſia Chriſtiana primitiua, quodam certo modo identitatis: magis quàm hic fluuius Tridentinus, Atheſis, dictus, eſt idem cum eo fluuio qui hic fuit ante mille annos. Nam hic fluuius, cum fluat aqua eius continuò tota, nihil habet commune cū illo fluuio qui fuit antea, niſi quod partes ſeu aquæ denuo uenientes ſemper ſucceſſerunt in eadem diſpoſitione, loco eodē, ſitu, & figura. Hæc autem Eccleſia Dei quæ modo eſt, non ſolùm habet quod partes ſemper ſucceſſerunt in eadem diſpoſitione, loco eodem, ſitu, & figura, per propagationes eccleſiarū & ſucceſsiones Epiſcoporū: ſed etiam habet multa, quæ prorſus ſunt eadē inuariata, ut caput principale Chriſtum, Spiritum ſanctum docentem & dirigentem, legē, fidem, ſacramenta. Ob quod profectò maior idemtitas eſt eccleſiæ Chriſtianæ quæ modò eſt, ad primitiuam eccleſiam Chriſtianā quæ fuit olim; quàm ſit huius fluuii, qui modò eſt, ad fluuium qui fuit ante mille annos. Aſſimilaturq; magis hæc idemtitas eccleſiæ ad eccleſiam, illi idemtitati quæ eſt hominis in ſenectute ad eundem in iuuentute, aut hominis in iuuentute ad eundem hominem in pueritia

G *Mat. 28.*

H

A tia. Idem enim homo eſt in ſenectute, qui fuit aut erat in iuuentute: quia licet multas partes corporis perdidiſſet per reſolutionem caloris naturalis in humidum radicale, uel alio modo, & licet multas alias & alias partes corporis acquiſiuiſſet per uirtutem conuerſiuā, nutritiuam, & augmentatiuam: tamen alia pars hominis eſſentialis, quæ eſt anima rationalis, manſit eſſentialiter inuariata. Eſt nihilominus differentia in hoc, quia anima eiuſdem hominis, eſt pars eius eſſentialis & per ſe, nō ſolùm dirigens & mouens, ſed etiam informans, ut docuit ſemper tota ſchola Peripatetica, & eſt ueriſsimum: Chriſtus autem & Spiritus ſanctus non ſunt partes eſſentiales Eccleſiæ, nec unquam fuerunt. Eſt quidem Chriſtus caput Eccleſiæ, ut euidentiſsimè habetur apud omnes catholicos Chriſtianos, ex diuinis ſcripturis: ſed ſic eſt caput modo ſpeciali, quòd non eſt membrum coniūctum Eccleſiæ, neque eius pars. Totam enim eccleſiam, quodlibet eius cōiunctum membrum, & quamlibet eius partem redemit Chriſtus; qui tamen non redemit ſeipſum, neque redemit Spiritum ſanctum. In hoc igitur deficit ſimilitudo; ut quidem iam ſit ſimilitudo magna, ut conſtat: ſed ſit ſimilitudo diſsimilis. Qualis eſt ſimilitudo, quæ in rebus corporalibus ad res ſpiritales reperitur: ſimilitudo uidelicet diſsimilis, ut notauit diuus Dionyſius in cœleſti Hierarchia. Eadem eſt igitur Eccleſia cum illa primitiua, quodam certo modo identitatis. Eſt etiam hæc Eccleſia quæ modo eſt, in ædificatione, ſine in temporeædificationis: quia adhuc multi ſunt non credentes, qui debeant uenire ad fidem: multi ſunt iam fideles, qui debeant uenire ad iuſtitiam & ſanctitatem: atque multi ſunt iam ſancti & iuſti, qui debeant uenire ad perfectionē. Igitur quia Eccleſia Chriſtiana, eſt una, quia eſt eadem, & quia eſt in tempore ædificationis; manifeſtum ſine dubio eſt, quòd eam poteſtatem eccleſiaſticam modo habet, quæ olim ad ſuam ædificationem diuinitus accepit. Aut oſtendat aliquis ubi, quando, aut quomodo Eccleſia, illam poteſtatem perdidit: uel ubi, quando, aut quo modo Deus ab Eccleſia, illam poteſtatem abſtulit. Non perdidit illam poteſtatem Eccleſia, neque abſtulit ab Eccleſia illam poteſtatem Deus: ergo abſque dubio eſt in Eccleſia illa poteſtas, & nullo modo poteſt de hoc dubitari. Eadem igitur poteſt Eccleſia, quæ modò eſt, per eandem poteſtatem, quæ per eandem poteſtatem potuit Eccleſia primitiua: ubi enim eſt eadem poteſtas, eadem eſt potentia, & quoque idem poſſe, idem principium, eadem uirtus.

1.Cor. 11. Epheſ. 1. 4. & 5. Col. 1. et. 2

Dicitur Chriſtus membrum, ut notat gl. 1. Cor. 11. circa illud, Et membrū de mēbro. Sed loquitur de Chriſto ſecundū humanitatem per reſpectum ad eius diuinitatem quia recipit profectò humanitas eius, à ſua diuinitate, ſicut legimus. caput Chriſti, Deus. 1. corint. 11.

VBI eſt autem, quæſo, eccleſia uera Chriſtiana? apud quos eſt? quæ eſt? Quidem eſt C apud eos qui unam ueriſsimam Chriſti fidem habent, catholicam, Apoſtolicam, Euangelicam, legem Euangelicam, ueram intelligentiam diuinarum ſcripturarum, legitimumq; uſum diuinorum ſacramentorum, &c. ſuccedentes primitiuæ Eccleſiæ in eadem diſpoſitione partium, ſitu, & figura, per propagationes eccleſiarum, & ſucceſsiones Epiſcoporū. Eſt enim Eccleſia Chriſtiana, populus Chriſtianus: & ex quo eſſe cœpit, nunquam eſſe deſiit. Qui ſunt tales? Sumus nos, qui omnes illas prædictas cōditiones, ſeu qualitates habemus: unam ueriſsimam Chriſti fidem, catholicam, Apoſtolicam, Euangelicam, confeſſionem eius, Euangelicam legem, ueram intelligentiam diuinarum ſcripturarum, & legitimum uſum diuinorū ſacramentorum: charitatem Dei & proximi, communionem corporis Chriſti myſtici, in fide catholica & pace chriſtiana. Quæſtio fuit olim, tempore Donatiſtarum, Vbi eſſet tunc Eccleſia Chriſtiana? Vtrùm apud catholicos ex quibus & in quibus erat Auguſtinus? An apud illos Donatiſtas qui partes ſequebantur Donati, non uerentes aſſerere apud ſe ſolos eccleſiam Chriſti eſſe? Hanc quæſtionem tunc controuerſam refert Auguſtinus in libro ſuo ſiue in quadam ſua epiſtola contra Petiliani Donatiſtæ epiſtolam. D Poſt hanc quæſtionem relatam aut propoſitam, determinat Auguſtinus quòd in diuinis ſcripturis, & nō in dictis hominum quærere debemus Eccleſiam Chriſti & ubi illa ſit. Si enim, inquit poſtea Auguſtinus, ſanctæ ſcripturæ in Africa ſola deſignauerunt Eccleſiam & in paucis Romæ Rupitanis uel Montenſibus, & in domo uel patrimonio unius Hiſpanæ mulieris, quicquid, de chartis aliis aliquid proferatur, non tenent Eccleſiam niſi Donatiſtæ. Si in paucis Mauris prouinciæ Cæſarienſis eam ſancta ſcriptura determinat, ad Rogatiſtas tranſeundum eſt. Si in paucis Tropolanis & Bizacenis & prouincialibus, Maximianiſtæ ad eum eam peruenerunt. Si in Solis Orientalibus, inter Arrianos & Macedonianos & Eunomianos, & ſi qui illhic alii ſunt, requirenda eſt. Quis autem poſsit ſingulas quas ſi hæreſes enumerare gentium ſingularum? Si autem Chriſti Eccleſia canonicarū ſcripturarum diuinis & certiſsimis teſtimoniis in omnibus gentibus deſignata eſt, quicquid attulerint & undecūque recitauerint, qui dicunt; Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illhic, audiamus potius, ſi oues eius ſumus, uocē paſtoris noſtri, dicentis, Nolite credere. Illæ quippe ſingulæ in multis gentibus, ubi iſta eſt, non inueniuntur: hæc autem, quæ ubiq; eſt, etiā ubi illæ ſunt inuenitur. Ergo in ſcripturis ſanctis canoni-

Auguſt. Cap. 2. tom. 7.

Cap. 3.

Mat. 24

E canonicis eam requiramus. Hæc Auguſtinus. Poſtea uerò ita dicit, Totus Chriſtus caput: & corpus eſt, Caput unigenitus Dei Filius, & corpus eius Eccleſia; ſponſus & ſponſa, duo in carne una. Deinde declarando qui non ſint de Eccleſia Chriſtiana, inquit manifeſtè, Quicunque de ipſo capite à ſcripturis ſanctis diſſentiunt, etiam in omnibus locis inueniantur in quibus Eccleſia deſignata eſt, non ſunt in Eccleſia. Et rurſus, quicunque de ipſo capite ſcripturis ſanctis cõſentiunt, & unitati Eccleſiæ non communicant, non ſunt de Eccleſia: quia de Chriſti corpore quod eſt eccleſia, ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiunt. Verbi Gratia, Qui non credunt Chriſtum in carne ueniſſe ex Virgine Maria ex ſemine Dauid, quod apertiſsimè ſcriptura Dei loquitur, aut non in corpore ipſo reſurrexiſſe in quo crucifixus & ſepultus eſt, etiã ſi per omnes terras inueniantur per quas eſt Eccleſia, non utique ſunt in Eccleſia: quia ipſum caput Eccleſiæ non tenent, quod eſt Chriſtus Ieſus; nec in aliqua diuinarum ſcripturarum obſcuritate falluntur, ſed notiſsimis & apertiſsimis earum teſtimoniis contradicunt. Item quicunque credunt quidem quòd Chriſtus Ieſus ita ut dictũ eſt, in carne uenerit, & in eadem carne in qua natus & paſſus eſt reſurrexerit, & ipſe ſit Filius Dei, Deus

F apud Deum & cum Patre unum, & incommutabile uerbum Patris, per quod facta ſunt omnia: ſed tamen ab eius corpore, quod eſt Eccleſia, ita diſſentiunt, ut eorum communio non ſit cum toto quacunque diffunditur, ſed in aliqua parte ſeparata inueniatur, manifeſtum eſt eos non eſſe in catholica Eccleſia. Hæc ille. Optimè, autem ex diuinis ſcripturis, lege, & Prophetis, & pſalmis, & Euangelio, demonſtrat, Eccleſiam Chriſtianam ubique terrarum eſſe, incipiendo ab Hieruſalem: de qua re agit per multa, uſque ad caput nonum incluſiuè. Probat quòd neque quia in orbem terrarum plerunque regna diuiduntur, ideo & Chriſtiana unitas diuiditur, cum in utraque parte catholica inueniatur Eccleſia pro qua ueritate id adducit, quod dominus olim regnum Dauid in Iuda & Iſrael diuidi iuſsit, non ut religio, ſed ut regnum diuideretur. Adducit multa teſtimonia diuinarum ſcripturarum de miſtione malorum cũ bonis in eadem communione ſacramenti: dũ creſcunt zizania ſimul & triticum uſque ad meſſem, & cætera. Sed mirabili quadam eruditione doctrinaq; uериſsima oſtendit qui ſunt mali qui ſtatim ab Eccleſia præſcinduntur etiam ante uiſibilem aut ſenſibilem ſeparationem, etiam ſi ſacramenti communionem retineant: & qui ſunt mali qui non ſtatim ab Eccleſia præſcinduntur, licet reddantur infructuoſi. Quia uidelicet primi generis ſunt mali, qui ueritati reſiſtunt, aut contra illam inimicum geſtant animum: ſecundi autem generis ſunt mali, qui non reſiſtentes ueritati, mala tamen quadam cupiditate agũt illa opera, de quibus dictum eſt, Quoniam qui talia agunt regnum Dei non poſsidebunt. Vt primi generis intelligantur eſſe hæretici: ſecundi uerò intelligantur eſſe alii peccatores. Ecce igitur ubiq; eſt Eccleſia Chriſtiana; quia ubique terrarum toto orbe diffuſa, multas habet eccleſias particulares, tanquam plura membra ipſius unius Eccleſiæ uniuerſalis: Suntq; in Eccleſia, qui ueram fidem, & communionem cum toto corpore habent. & cætera: per oppoſitum ad eos qui non ſunt in eccleſia, iuxta doctrinam ueriſsimam Auguſtini iam dictam. Eſt igitur Eccleſia Chriſtiana apud nos, & nos ſumus in illa: quia fidem tenemus ueriſsimam & antiquiſsimam, pariter & communionem ſacramentorum legitimam, iuxta antiquiſsimam obſeruantiam totius orbis Chriſtiani. Verùm de Eccleſia Chriſti, quæ ſit, ubi ſit, in quo fundetur, quo iuſtificetur, quibus uiuificetur, roboretur, perficiatur, quibus'ue uniatur ubiq; diffuſa, compaginetur, aut conglutinetur, ut uerè

H ſit una non ſolùm inuiſibilis, ſed & uiſibilis, aliàs fortè dicentur multa: in eo uidelicet opere cuius titulus, domino donante, erit, De Eccleſia Chriſti una & uniuerſali, deq; ſuis nominibus & prærogatiuis.

Specialiter ad particularia deſcendendo, Apoſtolicam poteſtatem illam agnoſcimus, quemadmodum omnes doctores ſancti, catholici, & antiqui agnouerunt in Romano Pontifice: nõ inquantum eſt Romanus põtifex per ſe, Epiſcopus illius ciuitatis & ſuæ diœceſeos Romanæ, ſed inquantum eſt Apoſtoli Petri ſucceſſor ĩ Sede Apoſtolica, quæ ibi eſt, ſicut uiuẽte inter nos petro Apoſtolo, ibi erat ſua ſedes & cathedra, quæ prius cũ ipſo & ſub ipſo fuerat Anthiochiæ. Vnde ratione ſui prælati, põtificis, capitis, & rectoris, in Rom. eccleſia recognoſcimus Apoſtolicã poteſtatẽ plenã & integrã: ſicuti illã à Saluatore noſtro Petrus habuit ſuper omnes Chriſti ipſius oues, iuxta illud, Tibi dabo claues regni cœlorum &c. & iuxta illud, Paſce agnos meos, Paſce agnos meos, Paſce oues meas. Vt ex hac ratione, ideſt, ratione prælati ſui, Romana eccleſia ſit & uerè dicatur principalis, prima, & princeps omnium eccleſiarum Chriſti, catholica etiam, ſiue uniuerſalis: ob caput quod habet; uniuerſalem epiſcopum, uidelicet Petri ſucceſſorem in Apoſtolica ſede & poteſtate. Audiamus, quæſo, doctores ſanctos

Marginal notes: *Cap. 4.* — *Ibidem ſtatim.* — *Ibidem. Cap. 12.* — *Cap. 13.* — *Mat. 13.* — *Ibidem. Cap. 20.* — G — *Galat. 5.* — *Ibidem. Cap. 11.* — *Ibidem. Cap. 4.* — *Opus ab auctore ſcribendũ de Eccleſia Chriſti &c.* — *Mat. 16.* — *Ioan. 21.*

A ſanctos & antiquos de hac ueritate & ad illam loquentes, pro Romano pontifice & Romana eccleſia. *Auguſt.* Auguſtinus frequenter de his agit, qui aduerſus Donatiſtas eo quòd Romana ſede & Apoſtolica inconſulta Cicilianum Carthaginen. Epiſcopum damnarint, dicit, *Epiſt. 162 tom. 2.* Erat antè in Tranſmarinis uicina regionibus, & fama celeberrima nobilis: unde non mediocris utique auctoritatis habebat Epiſcopum, qui poſſet non curare conſpirantē multitudinem inimicorum, cum ſe uideret & Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ cathedræ uiguit principatus, & cæteris terris unde Euangelium ad ipſam Africam uenit, per comminatorias literas eſſe coniunctum: ubi paratus eſſet cauſam ſuam dicere, ſi aduerſarii eius ab eo illas eccleſias alienare conarentur. Ecce ſecundum Auguſtinum, in Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ cathedræ uiguit principatus; quam ob cauſam ipſe cum *Epiſt. 90. & 92.* aliis patribus Mileuitani Concilii Numidiæ ab Innocentio tunc temporis Romano pontifice acta ſua tanquam à Chriſti Vicario, Petriq́; legitimo ſucceſſore, cæteriſq́; aliis ſuperiore, confirmari petierunt. Idem Auguſtinus commemorans ea quæ illum in Eccleſia tenebant Chriſtiana, dixit, *Contra epiſtolam Manichæi. Cap. 4.* In catholica eccleſia, ut omittam ſinceriſſimam ſapiētiam (ad cuius cognitionem pauci ſpiritales in hac uita perueniunt) multa ſunt alia, quæ in eius gremio me iuſtiſſimè teneant. B Tenet conſenſio populorum atque gentium. Tenet auctoritas, miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, uetuſtate firmata. Tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem dominus commendauit, uſque ad præſentem ſucceſſio ſacerdotum. Tenet poſtremò ipſum catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta eccleſia ſola obtinuit, ut cum omnes hæretici ſe catholicos dici uelint, quærenti tamen peregrino alicui, Vbi ad catholicam conueniatur? nullus hæreticorum uel baſilicam ſuā uel domum audeat oſtendere. Iſta ergo tot & tanta Chriſtiani nominis chariſſima uincula rectè hominem tenent credentem in catholica Eccleſia: etiam ſi propter noſtræ intelligētiæ tarditatem, uel uitæ meritum, ueritas nondum ſe apertiſſimè oſtendat. Hæc Auguſtinus. Ecce unum de illis, quæ Auguſtinum in eccleſia tenebant, erit ſucceſſio ſacerdotum *Epiſt. 156. tom. 2.* à ſede Petri Apoſtoli uſque ad præſentem Epiſcopatum temporis ſui: ſacerdotum, inquam, id eſt, pontificum, quos alio in loco cōtra Donatiſtas nominatim ex ordine commemorat, *Ambroſ. Habetur 24.q.1.* à Petro uſque ad Anaſtaſium primum, uix bene quadraginta. Ambroſius ad hanc ueritatē dicit, Quæ dignior domus Apoſtolicæ prædicationis ingreſſu, quàm ſancta Romana Eccleſia? C *c. Quà dignior.* Aut quis præferendus magis omnibus uidetur, quàm Chriſtus? qui pedes ſuis conſueuit lauare hoſpitibus, & quoſcunque ſua receperit domo, pollutis non patitur habitare ueſtigiis: ſed maculoſos licet in ea acceperit uitæ prioris, in reliquum tamen mundare dignatur proceſſus. Idem ſuper epiſtolas Apoſtoli, *1. Tim. 3. habetur. diſt. 22. c. Omnes* Scribo tibi, ut ſcias quam eccleſiam ordines, quæ eſt domus Dei: ut cum totus mundus Dei ſit, eccleſia tamen domus eius dicatur, cuius hodie rector eſt Damaſus. Idem etiam profitetur ſe in omnibus ſequi magiſtrā, ſanctam Romanam eccleſiam. Hæc ille. *Hierony. habetur. 24.q.1. c. Hæc eſt fides.* Hieronymus pro eodem dicit ad Romanum pontificem ſui temporis, Hæc eſt fides Papa beatiſſime, quam in catholica didicimus eccleſia, quamque ſemper tenuimus: in qua ſi minus peritè, aut parum cautè forte aliquid poſitum eſt, emendari cupimus à te, qui Petri ſedem; & fidem tenes. Si autem hæc noſtra confeſſio Apoſtolatus tali iudicio comprobatur, quicunque me culpare uoluerit, ſe imperitum uel maleuolum uel etiam non catholicum, ſed hæreticum comprobabit. Item, Sancta Romana Eccleſia, quæ ſemper immaculata permanſit domino prouidente, & beato Apoſtolo Petro opem ferente, in futuro manebit ſine ulla hæreticorum inſultatione: atque firma, & immobilis omni tempore perſiſtet. D *24.q.1. c. Quoniā uetus.* Idem, Fatiſcat inuidia, Romani culminis recedat ambitio, cum ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo Chriſti loquor. Ego nullum præmium, niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, hoc eſt, cathedræ ſancti Petri, communionem conſortior. Super illam petram fundatam Eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Hæc ille. *Gregor. Lib. 4. Cap. 92. diſt. 22. De Conſtantinopolitana.* Gregorius in epiſtolis ex regiſtro, fatetur, probatq́; Romanos pontifices debere dici uniuerſales. Et Ioanni Epiſcopo Syracuſano dixit, De Conſtantinopolitana Eccleſia quod dicunt, quis eam dubitet ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectam? Tamen ſi quid boni, uel ipſa uel altera eccleſia habet, ego etiam minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus ſum. Stultus enim eſt, qui ſe in eo primum exiſtimat, ut bona quæ uiderit, diſcere contemnat. Idem, Nam quòd primas Bizanzenus ſedi Apoſtolicæ dicit ſe ſubiici, ſi qua culpa in Epiſcopis ſuis inuenitur, neſcio quis ei ſubiectus nō ſit. Hæc ille. Ecce omnes ii doctores, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Gregorius, in hanc conformiter ueniunt ueritatem. *Irenæus.* Irenæus ille Lugdunenſis Archiepiſcopus, & glorioſus Chriſti Martyr, beati Polycarpi Ioannis Euan-

E Euangeliſtæ diſcipuli auditor, aduerſus Valentinum, cæterosq́; ſui temporis hæreticos inquit, Traditionem Apoſtolorum toto Orbe manifeſtam in omni eccleſia adeſt perſpicere omnibus qui uera audire uoluerint, eam uidelicet, quam primitiua in Eccleſia ab Apoſtolis acceptam per ſucceſſionem continuã patrum & Epiſcoporum tranſmiſit ad nos. Sed quoniam per omnes Eccleſias diſcurrere prolixum fuerat, & infiniti operis, ex omnibus maximam, antiquisſimam, atque omnibus cognitam Romæ à glorioſisſimis duobus Apoſtolis, Petro & Paulo, fundatam eligens, eius, inquit, fidem traditionemq́;, quã habet ab ipſis annunciatã, & per ſucceſsiones epiſcoporum ad nos peruenientẽ indicantes, cõfundimus oẽs eos, qui quoquo pacto uel per ſui placentiam, uel uanam gloriam, uel cæcitatẽ, & malam ſententiam, fidem præter quam o-

Lib. 3. Cap. 13. portet colligunt. Idem auctor glorioſus & antiquiſsimus, Ad hanc, inquit, Eccleſiam, Romanam ſcilicet, propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conueni re eccleſiam, hoc eſt, omnes qui ſunt undi-

Cyprian. epiſtolarũ Lib. 1. Epiſ. 3. que fideles. Hæc ille. Cyprianus aduerſus eos qui à loco delicti ad Romanam ſedem purgandi confugiebant, eos redarguens de ſuis criminibus, & Romanam eccleſiam in ſuis præ eminentis atque prærogatiuis laudans, ait, Poſt iſta adhuc inſuper pſeudoepiſcopo ſibi

F ab hæreticis conſtituto nauigare audent, & ad Petri cathedram, atque eccleſiam principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & prophanis literas ferre: nec cogitare eos eſſe Romanos, quorum fides Apoſtolo prædicante, laudata eſt, ad quos

Epiſtolarum li. 4. Epiſ. 8. perfidia habere non poſsit acceſſum. Idem ad Cornelium Papam, Nos enim ſingulis nauigantibus, ne cum ſcandalo ullo nauigarẽt, rationem reddidiſſe nos ſcimus, & hortatos eſſe, ut Eccleſiæ catholicæ matricem, & ra-

Clemens. in epiſ. ad Iacobum Apoſto. refert & Platina. dicem agnoſcerent, ac tenerent. Hæc ille. Clemens Martyr Chriſti glorioſus, & Petri diſcipulus optimus, fatetur ſibi à beato Petro ad martyrium eunte, commiſſam fuiſſe Apoſtolicam auctoritatem, cathedram, & ſedẽ: potiusq́; Eccleſiæ Chriſtianæ regimen, ſicuti hoc munus ſibi Petro traditum fuerat à Chri

Anaclet. diſt. 22. c. Sacroſancta Romana. ſto Saluatore noſtro. Anacletus etiam bene dixit, Sacroſancta Romana & Apoſtolica eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo domino & Saluatore noſtro primatum obtinuit, ſicut beato Petro Apoſtolo dixit, Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam

Iulius. 3. q. 6. c. Dudũ. meam. Iulius etiam Orientalibus epiſcopis dixit, Dudum à ſanctis Apoſtolis ſucceſſoribusq́; eorum in antiquis decretum eſt ſtatutis, quæ hactenus ſancta & uniuerſalis Apo-

ſtolica tenet Eccleſia, non oporteret præter G
conſcientiam Romani pontificis Concilia celebrari, uel Epiſcopum damnari quoniam ſanctam Romanam eccleſiam primatum omnium eccleſiarum eſſe uoluerunt. Et ſicut beatus Petrus Apoſtolus primus, fuit omnium Apoſtolorum, ita & eccleſia ſuo nomine conſecrata (domino inſtituente) prima ſit, & caput cœterarum, & ad eam quaſi ad matricem, atque apicem, omnes maiores Eccleſiæ cauſæ & iudicia Epiſcoporũ recur-

rant. Marcellus uniuerſis etiam Epiſcopis per Antiochyam dixit optimè, Rogamus uos fratres dilectiſsimi, ut non aliud doceatis, neque ſentiatis, quàm quod à beato Petro & reliquis Apoſtolis & patribus accepiſtis. *Marcell. 24. q. 1. c. Rogamus.* Ipſe enim eſt caput totius Eccleſiæ, cui ait dominus, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Eius enim ſedes primitus apud uos fuit, quæ poſtea iubente domino Romam tranſlata eſt, cui (adminiculante gratia diuina) hodierna præſidemus die. Si uerò ueſtra Antiochæna, quæ olim prima erat, Romanæ ceſſit Sedi; nulla eſt, quæ eius non ſit ſubiecta ditioni. Nec ab eius diſpoſitione uos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora eccleſiaſtica negocia (diuina diſponente gratia) iuſſa ſunt referri: ut ab ea regulariter diſponantur, à qua ſumpſere

principia. Innocẽtius tertius etiã dit optimè *Innocent. tertius.*
Conſtãtino Imperatori, Nobis autẽ in beato Petro ſunt oues Chriſti cõmiſſæ, dicẽte domino, Paſce oues meas. non diſtinguẽs inter has oues & illas: ut alienum à ſuo demõſtraret ouili, qui Petrũ & ſucceſſores ipſius magiſtros non recognoſcerent, & paſtores. Vt illud tãquam notiſsimum omittamus, quod dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad ſucceſſores ipſius, Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. &c. nihil excipiens, qui dixit, Quodcunque. H *Extra de maior. & obedientia. c. Solitæ.*

Athanaſius ad hanc ueritatem, præter id quod factis docuit, ab aliis damnatus ad Romanum pontificem tanquam ad uerum Chriſti Vicarium, Petriq́; ſucceſſorem confugiens, Liberio Romano pontifici, hæreticos tangens, dixit, Mutauerunt gloriam catholicæ eccleſiæ propria nouitate, ſicut per ea quæ illicitè in eis defenſione geſta ſunt, hæreticam turbulentiam inducẽtes, illud competens ad nos detinentes, quod bene ad Ieſum filium Sirach dictum eſt, Vſque ad mortem certa pro ueritate, & dominus pugnabit pro te. Huius rei gratia uniuerſalis uobis à Chriſto Ieſu commiſſa eſt eccleſia, ut pro omnibus laboretis, & cunctis opẽ ferre non negligatis: quia, Dũ fortis armatus cuſtodit atrium ſuũ, in pace ſunt omnia, quæ *Athana.*

poſsidet. Pelagius etiam Epiſcopis omnibus *Pelagius.*
ortho-

A orthodoxis ait, Quamuis uniuerſæ per Orbẽ catholicæ & Apoſtolicæ conſtitutæ eccleſiæ, unus thalamus Chriſti ſit, tamen ſancta Rom. Eccl. catholica & Apoſtolica nullis Synodicis conſtitutis, cæteris eccleſiis prælata eſt, ſed Euangelica uoce domini & Saluatoris noſtri primatum obtinuit. Tu es, inquiens, Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam. Cyrillus etiã in lib. theſaurorũ inquit, Vt membra maneamus in capite noſtro Apoſtolico throno Romanorum Pontificum: à quo noſtrum eſt quærere, quid credere, & tenere debemus: ipſum uenerantes, ipſum rogantes pro omnibus: quoniam ipſius ſolũ eſt repræhendere, corrigere, ſtatuere, diſponere, ſoluere, & loco eius ligare, qui ipſum ædificauit: & nulli alii quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit: cui omnes iure diuino caput inclinat; & primates mundi, tanquam ipſi domino Ieſu Chriſto, obediunt. Chryſoſtomus etiam in De Sacerdotio ait, Qua nam itẽ de cauſa idem ſanguinem effudit ſuum? Certẽ ut pecudes eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus committebat. Hæc ille. Ad hanc etiam ueritatẽ ſunt ſacroſancta concilia, tum uniuerſalia, tum alia nationalia, uel prouincialia: multa uidelicet ex illis, quæ hactenus fuerunt ſanctiſsima. Nicænum nanque concilium uniuerſale

diſt. 21. c. Quamuis.

Cyrillus. in lib. theſaurorũ.

Chryſoſt. Lib. 2.

Ad idem Concilia uniuerſalia, et alia

B trecentorum decem & octo Epiſcoporum, temporibus Silueſtri Papæ & Conſtantini Imperatoris celebratum ad idem definiuit, Vt nullus Epiſcopus niſi in legitima Synodo, & ſuo tempore Apoſtolica auctoritate conuocata, ſuper quibuſdam determinationibus pulſatis audiatur, & damnetur. Quod ſi ſecus à quibuſdam præſumptum fuerit, in uanum deducatur quod egerint, nec inter eccleſiaſtica ullo modo computentur. Ipſa uerò prima ſedes, hoc eſt, Romana, conuocandarum generalium Synodorum iura detinet, & iudicia Epiſcoporum ſingulari priuilegio illi Sedi Euangelicis & Apoſtolicis atque canonicis conceſſa ſunt inſtitutis. Ita ut ſemper maiores cauſæ ad ſedem Apoſtolicam referantur. Nec ullo modo poteſt maior à minori iudicari. Ipſa nanque omnibus maior & prælata eſt eccleſiis. Calcedonenſe uniuerſale concilium ad idem dixit, Siquis Epiſcopus prædicatur infamis, liberam habet poteſtatem appellandi ad beatiſsimum Epiſcopum antiquæ Romæ, quem habemus Petram petram refugii: & ipſi ſibi libera poteſtate loco Dei ſit ius diſcernendi Epiſcopi infamiam ſecundum claues ſibi à Deo datas. Conſtantinopolitana Synodus ait, Veneramur ſecundum ſcripturas, canonum definitiones ſanctiſsimum antiquæ Romæ Epiſcopum primum eſſe, & maximũ

Cõcilium Nicænũ.

Conciliũ Calcedo.

Cõcilium Conſtantinopolitanum.

Epiſcoporum. Octaua Synodus ad idem etiã epiſtolam Ignatii Cõſtantinopolitani Patriarchæ ad Adrianum Romanum pontificem directam legit, recepitq́; in qua ſic erat, Solus & ex toto magiſter omnium Deus dixit Petro magno & ſummo Apoſtolorum, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi, &c. Iterum, Tibi dabo claues, etc. Tales enim beatas noces non ſecundum quandam utique ſortem Apoſtolorum principi Petro ſolùm circunſcripſit, & definiuit: ſed per eũ & ad omnes qui poſt illum ſecundum ipſum efficiendi erant ſummi paſtores, & diuiniſsimi, ſacriq́; pontifices ſenioris Romæ tranſmiſit. Concilium Florentinum uniuerſale, ex Latinis, Græcis, Armeniſq́;, ita dixit, Diffinimus ſanctam Apoſtolicam ſedem & Romanum Pontificẽ in uniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Romanum pontificem ſucceſſorem eſſe beati Petri principis Apoſtolorum, & uerum Vicarium Ieſu Chriſti, totiuſq́; Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem & doctorem exiſtere: & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi uniuerſalem Eccleſiam à domino Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe: quemadmodum & in geſtis œcumenicorum, & in ſacris canonibus continetur. Hanc determinationem magno

C *Synodus octaua.*

Cõcilium Florentinum.

D examine præcedente, Armeni, Græciq́ue ſequente ſubſcriptione approbarunt, Nos igitur oratores nomine noſtro, noſtriq́; reuerẽdi patriarchæ, & omnium Armenorum, ſicut & ueſtra ſanctitas in ipſo decreto atteſtatur hoc ſaluberrimum Synodale decretum, cum omnibus capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, præceptis, & ſtatutis, omnemq́; doctrinam in ipſo deſcriptam, nec non quicquid tenet & docet ſancta Sedes Apoſtolica, & Romana eccleſia, cum omni deuotione & obedientia acceptamus, ſuſcipimus, & amplectimur. Illos quoque doctores & ſanctos patres quos Eccleſia Romana approbat, reuerenter ſuſcipimus; quaſcunque uerò perſonas, & quicquid ipſa Romana eccleſia reprobat, ac damnat, nos pro reprobatis ac damnatis habemus. Profitentes tanquam ueræ obedientiæ filii, nominequo ſupra, ipſius ſedis Apoſtolicæ ordinationibus fideliter obtemperare. Ad iſtam ueritatem facit quæ Imperatores antiqui iuxta illam, pro auctoritate ac poteſtate & primatu uniuerſalium conciliorum, Romani pontificis, Romanæq́; Eccleſiæ determinarunt. Etenim Martianus pius & catholicus imperator, hanc ſtatuit legem in Codice imperiali, Iniuriam facit iudicio Reuerendiſsimæ Synodi, ſiquis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita, reuo-

Approbatio Græcorũ & Armenorum.

Imperatores & eorum leges ueritatẽ eandem aſtruunt.

Martia. C. de ſum. trin. l. Nemo.

E reuoluere, ac publicè diſputare contenderit. Ideo in contemptores huius legis pœna non deerit, Quia non ſolùm contra fidem uerè ex poſitam uenit, ſed etiam Iudæis & paganis, ex huiuſmodi certamine prophanat ueneranda myſteria. Iuſtinianus etiam Imperator (cuius ſumma eſt apud Iureconſultos auctoritas) in Authenticis ſuis, tot iam ſæculorum conſenſu publicè receptis, & per totum Romanum Imperium approbatis, de conciliorum canonibus & decretis, in hæc uerba, loquitur, Sãcimus uicem legum obtinere ſanctas eccleſiaſticas regulas, quæ à ſanctis quatuor conciliis expoſitæ ſunt, aut firmatæ. (Hoc eſt, in Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino primo, & Calcedonenſi conciliis) Prædictarum enim quatuor Synodorum dogmata, ſicut ſanctas ſcripturas accipimus, & regulas ſicut leges obſeruamus. Idem Imperator in alia conſtitutione, exhæredationis quoque pœnam, tanquam in hæreticos, decernit in eos, qui non ſunt catholicæ fidei, nec in ſacroſancta Eccleſia communicant, in qua omnes, inquit, beatiſsimi patriarchæ, una conſpiratione & concordia fidem rectiſsimam prædicant: & ſanctas quatuor Synodos, Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Calcedonenſem; amplecti ſeu recitare noſcuntur. Idem Imperator Iuſtinianus primus ita habet in ſuis legibus, ad Ioannem Papam ſecundum. Ideoq; omnes Sacerdotes uniuerſi Orientalis tractus & ſubiicere & unire ſedi ueſtræ ſanctitatis properauimus, quæ caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum. Et in authenticis ipſius, ita habet alia lex eius. Ideoq; ſancimus, ſanctiſsimum ſenioris Romæ Papam, primum eſſe omnium ſacerdotum, Beatiſsimum autem Archiepiſcopum Conſtantinopoleos Nouæ Romæ, ſecundum habere locum poſt ſanctam Apoſtolicam ſedem ſenioris Romæ. Aliis autem omnibus ſedibus, præponatur, Hæc pro parte Imperatorum antiquorum, eorumq; teſtimonii ueriſsimi, ad auctoritatem prædictam manifeſtandam, faciunt profectò ſatis: cum quibus etiam eandem auctoritatem oſtenderunt alii Imperatores Romani ualde antiqui, ut Aurelianus, Gratianus, Valẽtinianus, Theodoſius. Accedit his, quòd Phocas Romanus Imperator, rogante Bonifacio Papa, ſtatuit ut ſedes Romanæ Eccleſiæ, caput eſſet omnium eccleſiarum: anno ſalutis humanæ, DC. VIII. Non quaſi Phocas primus fuerit Imperator qui ita ſtatuiſſet, quia ut conſtat ex ſtatim dictis, multi alii Imperatores R[illegible]ani idipſum per ſua ſtatuta, ſuaſq; leges declarauerant, iuxta ſacroſancta concilia antiquiſsima, mox allegata: ſed ita

Iuſtinia. In authẽ. col. 9. conſtit. 6. in princ.

In authẽ. col. 8. conſti. 22. ut cũ De appel. §. ſi quis.

F

C. de ſum. tri. l. Nos reddẽtes.

In authẽ. de princ. eccl. §. Ideoq;. col. 9.

Phocas Imperator Rom.

ſtatuit quidem Phocas contra arrogantiam patriarchæ Conſtantinopolitani, uniuerſalem ſeipſum uocitantis. Vnde hac permotus occaſione, ita decreuit Phocas, non nouum aliquid adducendo ſed antiquum ſtatutum innouando; aut ſi quo quo modo opus eſſet, apud ſuos ſubditos recentem ei uigorem tribuendo. Nec ſtatuit Phocas, ut ſedes beati Petri Apoſtoli caput eſſet omnium eccleſiarum: ſed ſtatuit ut ſedes beati Petri, quæ caput erat omnium eccleſiarum, ita ab hominibus diceretur & haberetur. Sic nanque bene refert de hac re, Platina. Bonifacius tertius, patria Romanus, à Phoca Imperatore obtinuit, magna tamen contentione, ut ſedes beati Petri Apoſtoli, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum, ita & diceretur & haberetur ab omnibus. Quem quidem locũ Eccleſia Conſtantinopolitana ſibi uendicare conabatur, fauentibus interdum malis principibus, affirmantibusque, eo loci primam ſedem eſſe debere, ubi imperii caput eſſet. Affirmabant Romani Pontifices, urbem Romam, unde Conſtantinopolim Colonia deducta eſt, Caput imperii meritò habendã eſſe. Cum etiam Græci ipſi literis ſuis principem ſuum Romæum Imperatorem uocent. Ipſiq; Conſtantinopolitani etiam ætate noſtra Romæi non Græci uocentur. Omitto quòd Petrus Apoſtolorum princeps ſucceſſoribus ſuis Pontificibus Romanis regni cœlorum claues dederit, poteſtatemq; à Deo ſibi conceſſam reliquerit, non Conſtantinopoli, ſed Romæ. Hæc ille. Ecce nihil aliud fecit Phocas in hac re, niſi quòd aduerſus quæſtionem recens ortam, uel iam olim ſopitam, & tunc ſuſcitatam, & id quod antea multi Imperatores in fauorem Romani pontificis ſecundum ueritatem ac iuſtitiam fecerant, innouauit. Sic enim habet lex una trium Auguſtorũ, magis antiquorum, Gratiani, Valentiniani, & Theodoſii, Cunctos populos, quos clementiæ noſtræ regit imperium, in ea uolumus religione uerſari, quam diuinum Petrũ Apoſtolum tradidiſſe Romanis, religio uſq; adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quanq; põtificem Damaſum ſequi claret, Infra. Hanc legem ſequentes, Chriſtianorum catholicorum nomen iubemus amplecti. Reliquos uerò dementes ueſanoſq; iudicantes hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere, diuina primùm uindicta, poſt etiam animi noſtri, quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus, ultione plectendos. Hæc illi, in ea lege ualde Chriſtiana: cui ſimilis eſt in eodem libro alia lex, ſiue conſtitutio, Iuſtiniani, ita habens, ad Ioannem Papam, Romanumq; pontificem, Nos reddentes honorem Apoſtolicæ ſedi & ueſtræ ſan-

G

Verba Platinæ.

H

Lex una trium Auguſtorum Gratiani, Valentinia. Theodoſii. C. de ſum. trin. l. i.

Lex Iuſtiniani ibidem. L. Nos reddẽtes.

A ſanctitati, quod ſemper nobis in uoto fuit, &
eſt, ut decet, patrem honorantes ueſtram bea
titudinem, omnia quæ ad eccleſiarum ſtatum
pertinent, feſtinauimus ad notitiam deferre
ueſtræ ſanctitatis: Quoniam ſemper nobis
fuit magnum ſtudium, unitatem ueſtræ Apo
ſtolicæ ſedis, & ſtatum ſanctarum Dei eccle-
ſiarum cuſtodire, qui hactenus obtinet, &
incommotè permanet, nulla intercidente
contrarietate. Ideoq́ue omnes ſacerdotes u-
niuerſi orientalis tractus & ſubiicere, & uni-
re ſedi ueſtræ ſanctitatis properanimus, quæ
caput eſt omnium ſanctarum eccleſiarum.
Hæc Iuſtinianus, Gratianus, Valentinianus,
Theodoſius: poſt quos & alii, conſimiles cõ
ſtituerunt leges contra diuerſos hæreticos, ut
eſt uidere in Codice legum, ſub titulo, De hæ
reticis. Vt quidem omnes ii uno ore conue-
niant pro eccleſiaſtica & Apoſtolica poteſtate
ac ſede & auctoritate Romani pontificis, Ro-
manæq́; eccleſiæ, Auguſtinus, Ambroſius,
Hieronymus, Gregorius, Ireneus, Cypria-
nus, Clemens, Anacletus, Iulius, Marcellus,
Innocentius tertius, Athanaſius, Pelagius,
B Cyrillus, Chryſoſtomus; etiam Concilia uni
uerſalia & alia, ut concilium Nicænum, conci
lium Calcedonenſe, Concilium Conſtantino
politanum, Synodus octaua, Concilium Flo-
rentinum: etiam Imperatores, ut Gratianus,
Valentinianus, Theodoſius, Iuſtinianus. Vti-
que ut firmiter credamus & confiteamur om
nes, hanc ueritatem eſſe diuinam in qua ab an
tiquisſimis temporibus omnes principes cõ
uenerunt, tum eccleſiaſtici, tum ſæculares,
omnes etiam ſancti doctores, Chriſti Marty-
res, & penè infiniti uiri Apoſtolici, ſanctisſi-
mi, doctisſimi, antiquisſimi. ex omni natione
quæ ſub cœlo eſt. Latini, Græci, Armeni. Ro-
mani, Conſtantinopolitani, Afri, Itali, Galli,
Hiſpani, Germani. Iuxta quam diuinam ueri-
tatem diuus Bernardus, hanc fidem ſuam ex-
plicando, & nos ſuos poſteros docendo ac
Bernar. præmonendo, ad Eugenium Papam, Roma-
Lib. 2. num põtificem optimè dixit in ſuo opere de
Cap. 6. conſideratione ad Eugenium, Tu quis es? Tu
ſacerdos magnus, põtifex ſummus, princeps
Epiſcoporum, hæres Apoſtolorum, primatu
Abel, gubernatu Noæ, patriarchatu Abrahã,
ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, aucto
ritate Moſes, iudicatu Samuel, poteſtate Pe-
trus, unctione Chriſtus. Iterum, Tu es, cui
traditæ ſunt claues regni cœlorum, cui oues
traditæ ſunt. Sunt quidem & alii cœli ianito-
res, & gregum paſtores, ſed tu tanto glorio-
ſius, quanto & differentius utrumque præ cæ
teris hæreditaſti. Habent alii asſignatos gre-
ges, ſinguli ſingulos: tibi uniuerſi crediti ſunt.
Vnus uni, nec modo ouium, ſed & paſtorum:
tu unus omnium paſtor. Vnde illud probe- C
tur quæris? Ex uerbo domini, cui non dico
Epiſcoporum, ſed Apoſtolorum etiam ſic ab
ſolutè, & indiſtinctè totæ commiſſæ ſunt o-
ues. Si me, inquit, amas, paſce oues meas. &c.
Iuxta quod idem ſanctus ad Magiſtrum Gau
fridum de l oratorio dicit, Nec infructuosè, *Ephe. 4.5*
Alemaniæ, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hiſpania
rum & Hieroſolymorum reges cum uniuer-
ſo clero & populis fauent & adhærent domi-
no Innocentio tanquam filii patri, tanquam
capiti membra, ſolliciti ſeruare unitatem Spi-
ritus in uinculo pacis.

Haec in præſentia diximus de ueritate
fidei agentes, tum quia ad ueram fidem Chri-
ſtianam pertinet recognoſcere poteſtatẽ Ec-
cleſiaſticam diuinitus nobis datam, & ubi illa
ſit, quæ eſt, & quid posſit: Tum, quia neceſſa-
rium eſt ad ſalutem, poteſtatem huiuſmodi
cognitam uenerari, eiq́; obedire: ſicuti neceſ
ſarium eſt ad ſalutem, ſeruare unitatem ſpiri-
tus in uinculo pacis, ac reddere omnibus de-
bitum; cui tributum, tributum; cui uecti-
gal, uectigal: cui obedientiam, obedientiam:
quia qui poteſtatibus ſublimioribus reſiſtit,
Dei ordinationi reſiſtit. Tum etiam, ut oſten
deremus, quòd & ſi neceſſarium ſit omnibus
Chriſtianis ad ſalutem, poteſtatem hanc co-
gnitam uenerari ac recipere, eiq́; parere: ma D
ximè tamen neceſſarium eſt omnibus ad ſalu
tem, hanc poteſtatem iam receptam non di-
mittere. Etenim poteſtatem hanc recipere,
eſt præcepti affirmatiui, quod obligat ſem-
per, ſed non ad ſemper, ſeu non pro ſemper:
poteſtatem autem hanc iam receptam non
dimittere, eſt præcepti negatiui, quod obli-
gat ſemper, ad ſemper, pro ſemper. Vt iam be *Ioan.*
ne olim notauit huiuſmodi differentiam, Ioã *Gerſon.*
nes Gerſon. Quartò, ut ſit notum omnibus,
principes & ſæculares & eccleſiaſticos, præ-
ſertim Romanum pontificem, ac Romanam
eccleſiam per ipſum, poſſe ſtatuere leges ſuas
iuxta ſuam poteſtatem ſibi à Deo datam, pro
ut iam ſatis dictum, explicatum, probatumq́;
eſt. Quid multa? Sic nota fuit hæc poteſtas di
uina, eccleſiaſtica & Apoſtolica in Papa ſeu
Romano pontifice, ut de illa, ab ipſa manife-
ſta ueritate uictus, ita dixerit Lutherus in pri
mo reſolutionum ſuarum libro, antequàm
tam capitale odium contra Papam concipe- *Lutherus*
ret. Clarum eſt, inquit, quòd ad remisſionẽ *pro pote-*
pœnarum & caſuum, ſola ſufficit poteſtas Pa- *ſtate eccle*
pæ. Quando ergo ſacerdotali officio ex com- *ſiaſtica*
municat, abſoluit, ordinat, deordinat, ſtatuit, *Papa.*
abrogat, præcipit, prohibet, diſpẽſat, mutat, *In reſolu.*
interpretatur. In his omnibus agit uirtute *Conclu. 61*
iſtius uerbi, Quodcunque ſolueris. &c. Item, *Ibidem.*
Tenentur, inquit, Epiſcopi & curati, ueniarũ *Concl. 69.*

E Apoſtolicarum commiſſarios, cum omni reuerentia admittere, quia auctoritati Papali in omnibus cum reuerentia credendum eſt. Qui enim poteſtati reſiſtit, reſiſtit Dei ordinationi. Qui autem Deo reſiſtunt, ipſi ſibi dānationem acquirunt. Et dominus ipſe, Qui uos ſpernit, me ſpernit. Et rurſus, contra ueritatem, inquit, Apoſtolicarum ueniarum qui loquitur, ſit ille anathema & maledictus: quia & ſi res parua ſit ueniarum largitio, tamen contra poteſtatem ſuperbè agit, qui contradixerit. Ideo meritò maledicetur. Item, Non eſt noſtrum, inquit, iudicare uoluntatem Papæ, ſed tantummodo ferre, etiam ſi quando fuerit iniquiſsima. Hæc ille. Si autem dixerit quiſpiam eum poſtea retractaſſe, ſeu reuocaſſe librum illum, non ualet ea excuſatio ſeu ſuga. Primùm quia ſemel emiſſum, uolat irreuocabile uerbum. Secundò, quia propria Lutheri proteſtatio caſſam facit & inualidam eius reuocationem. Non enim in illo dumtaxat libro, ſed & in diſputatione Lipſica, & Auguſtæ corâm Cardinali Legato, proteſtatus eſt contrarium, Tunc pro ut nunc, & nunc quemadmodum tunc. Tertiò, quia poſt multos

Ibidem. Concl. 71.

Ibidem. Concl. 86

F deinde annos, dum contra anabaptiſtas ſcriberet, reprobando ſtultitiam (ut uocat) Suermorū, qui in odium Papæ, baptiſmum, & corpus Chriſti in ſacramento reiiciebant & abnegabant, damnando eos dixit, Nam ea ratione oporteret eos negare & totam ſcripturam & prædicandi officium. Hoc totum enim à Papa habemus, Fatemur nanque, ait, ſub Papatu plurimum eſſe boni Chriſtiani, immo omne bonum Chriſtianum, atque etiam inde ad nos perueniſſe. Fatemur, inquam, in Papa ueram eſſe ſcripturam ſacram, uerum baptiſmum, uerum ſacramentum altaris, ueras claues ad remiſsionem peccatorum, uerum prædicandi officium, uerum Catechiſmum. Dico inſuper ſub Papa ueram Chriſtianitatem, immo uerum nucleum Chriſtianitatis eſſe. Hæc ibi Lutherus. Quidem à manifeſta ueritate ui ctus, quæ conſtat apud diuinas ſcripturas manifeſtas, inſuper & in communi fide ac confeſſione omnium Chriſtianorum per Orbem, ſanctorum doctorum, ſacrorum cōciliorum, Chriſtianorum Imperatorum.

Confeſsio Lutheri pro auctoritate & poteſtate Romani pontificis.

ITAQVE nomen, Eccleſia, tam in diuinis ſcripturis, quàm apud ſacros canones & eccleſiaſticas traditiones, diuerſis modis accipitur. Primo, pro domo materiali diuinis laudibus & orationi dedicata: illo genere locutionis, quo continens ſolet accipi pro contē to. Secundo modo, pro uniuerſitate omnium fidelium, uiatorum & compræhenſorum, hominum ſcilicet & angelorum. Tertio, pro uniuerſitate fidelium hominum tantùm, pro qui bus, Chriſtus natus eſt Saluator, & fuit mortuus. non pro angelis, ſaltem non tali modo, quali pro hominibus. Quarto, pro uniuerſitate omnium fidelium uiatorum. Quinto, pro uniuerſitate unius prouinciæ aut unius familiæ. Sexto pro uniuerſitate fidelium habentiū fidem charitate formatam. Septimo, ſecundū aliquos, pro uniuerſitate prædeſtinatorum ſiue electorum, tantùm: ad quod inducitur illud, Nouit dominus qui ſunt eius. & Gloſſa ibi. Octauo, pro præſidentibus in eccleſia. Dic eccleſiæ. Nono pro ſubditis. ut in actibus Apoſtolorum, Oratio autem fiebat ab eccleſia ſine intermiſsione ad Deum pro eo, ideſt, Petro. In quo poſuit uos Spiritus ſanctus regere eccleſiam. Decimo, pro maioribus & potioribus in eccleſia, ſiue ſint eccleſiaſtici ſiue laici. Vndecimo, pro perſonis minoribus ſiue interioris gradus in eccleſia. Duodecimo, pro ſolis eccleſiaſticis uiris, ſiue pro ſolis clericis. Decimo tertio accipitur non pro omnibus clericis, ſed pro maiori parte clericorum. Decimo quarto pro ſolis canonicis matricis eccleſiæ. Decimo quinto pro forma alicuius ſacramenti eccleſiæ, ut etiam reperitur apud aliquos, prout nonnulli exponunt. Decimo ſexto, nomen, Eccleſia, ſecundum quoſdam etiam accipitur aliquando pro auctoritate. Sic uidemus accipi multis modis nomen, Eccleſia, etiam apud diuinas ſcripturas.

Eccleſia accipitur multis modis.

ut Iudit. 6
1. Cor. 11.
ut Ephe. 11
Epheſ. 5.

G

Lucæ 2.
ut Pſal. 21
& Gl. ibi.
ut Rom. et
Glo. ibi.
ac. 2. Cor.
1. ut Sap. 3
1. Tim. 1.
ut Mat. 18.
& 1. q. 1. ca.
Si. peccauerit.
Act. 12.
Act. 20.
ut. 3. Reg. 10
1. Paralyp.
29.
Epheſ. 3.
ut Act. 15.
& Glo. 16.
ut. 63. diſt.
cap. 1.
ut. 56. diſtin.
c. Apoſtolic.
& Glo. 16.
ut extra De
uerb. ſignifi.
c. cum clerici.
ut. 2. q. 1.
cap. extra.
Sanct. Tho.
lib. 4. ſent.
Diſtin. 13. ut
24. q. 1. cap.
Quodcunq.
& Glo. ibi.

H

LOQVENTES autem de Eccleſia uniuerſali ſecundum conditionem ſtatus præſentis, pro ut dicitur regnum Chriſti in hoc ſæculo, & Eccleſia uniuerſalis militans, extenſa per Orbem, atque conſtans ex omnibus particularibus eccleſiis, Europæ, Aſiæ, Africæ, Hiſpaniarum, Galliarum, Germaniarum, Italiæ. &c. eccleſia ſic accepta, eſt collectio ſiue uniuerſitas fidelium catholicorum, catholicam fidem integram tenentium & paſtoris ſui cenſura ab Eccleſia non præciſorum per ſacrum baptiſmum renatorum, confitentium nomen Chriſti, legem Chriſti accipientium, & in ſacramentis eius communicantium: ſiue ipſi fideles ſint prædeſtinati, ſiue non ſint prædeſtinati: ſiue exiſtant in charitate, ſiue non exiſtāt in charitate. Vt quidem regnum Chriſti in hoc ſæculo, ſiue Eccleſia uniuerſalis hic militans, contineat non ſolos prædeſtinatos, nec ſolos iuſtos, nec ſolos bonos; ſed etiam contineat non prædeſtinatos, non iuſtos, non bonos: uidelicet omnes fideles ſupradictos. Quia Eccleſia Chriſti eſt collectio ſiue uniuerſitas fidelium in unius ueri Dei cultu, unius fidei Chriſtianæ profeſsione cōuenientium: ideſt, omnium hominum qui in catholica fide & ſacramentorum ſocietate conueniunt. Quòd autem ita debeamus intelligere regnū Chriſti

Eccleſia Chriſti cōtinet bonos & malos.

A Chriſti in hoc ſæculo, ſine Eccleſiam Chriſti
militantem,& quòd hic ſenſus ſit magis con-
ueniens,conſtat ſatis manifeſtè, tum ex uer-
bis eiuſdem Chriſti Saluatoris noſtri, Apoſto
lorum, Prophetarum, Euangeliſtarum: tum
ex dictis aliorum doctorum ſanctorum, &
manifeſtis rationibus. Eodem pertinet quòd
Saluator noſter in Euangelio, ſanctam uni-
uerſalem Eccleſiam multis legitur comparaſ
ſe rebus, quæ miſturam malorum cum bonis
ſimul patiuntur, admittunt, & habent. Apud
Mat. 13. Matthæum ita legimus, ſimile eſt regnum cœ
lorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni gene
re piſcium congreganti. &c. quo loco compa
rauit dominus Eccleſiam ſagenæ congregan-
ti & continenti piſces bonos & malos. Ibidẽ
etiam comparauit illam agro, in quo unà cũ
bono ſemine ſuborta eſt Zizania. Alibi iterũ
Mat. 3. Eccleſiam comparauit areæ, in qua granis pa
leæ admiſcentur. Rurſus nomine regni cælo-
rum, comparauit Eccleſiam, decem uirgini-
bus, quarum quinque erant fatuæ, & quinq;
prudentes. Et alibi ſignificans in ſua Eccleſia
eſſe ſimul malos cum bonis, dixit, Mittet fi-
lius hominis angelos ſuos, & colligent de re-
gno eius omnia ſcandala. Sic intra domum re
gis ad menſam repertus fuit homo non ha-
bens ueſtem nuptialem: quidem intra Eccle
ſiam, ſine charitate. Simili modo figurata fuit
B Eccleſia per arcam Noæ, in qua immitia cum
Gen. 6. 7. mitibus, & munda cum immundis animalia
1. Pet. 3. locata ſimul fuiſſe leguntur: columba etiam,
& coruus. Hinc enim ſecundum has ſimilitu-
dines & comparationes, doctores ſancti in-
telligunt Eccleſiam continere bonos & ma-
los in hoc ſæculo. Vnde Auguſtinus in De fi-
de ad Petrum dicit, Firmiſsimè tene & nulla-
Auguſt. tenus dubites, aream Dei eſſe Eccleſiam ca-
Cap. 4. tholicam, & intra eam uſque in finem ſæculi
frumenti paleas contineri: hoc eſt, bonis ma
los ſacramentorum communione miſceri, &
in omni profeſsione ſiue clericorũ, ſiue mo-
nachorum, ſiue laicorum eſſe bonos, ſimul
Gregor. & malos. Gregorius etiam in quadam homi
lia. Boni ſoli, nuſquam ſunt niſi in cœlo: &
Habetur. mali ſoli, nuſquam ſunt niſi in inferno. Hæc
23. q. 4. autem uita, quæ inter cœlum & infernum ſi-
c. Hæc au ta eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita utrarumq;
tem uita. partium ciues communiter recipit: quos ta-
men ſancta Eccleſia & nunc indiſtinctè ſuſci-
pit, & poſtmodum in egreſsione diſcernit.
Hæc ille. Non ſecus omnes alii ſancti docto-
res docent. Vt nullo modo poſsimus dicere
regnum Chriſti in hoc ſæculo ſiue Eccleſiam
eius militantem hic continere ſolos prædeſti
natos, ſolos iuſtos, aut ſolos bonos: quin e-
tiam & malos, ut dictum eſt. Eodem perti-
net, quòd populus Dei etiam in hoc ſæculo,

& ampliſsimus eſſe debet, & notiſsimus, at- C
que ab omnibus aliis populis ſeparatus, etiã
ſenſibiliter. In multitudine populi dignitas *Prou. 14.*
Regis: & in paucitate plebis ignominia prin
cipis. O Iſrael quàm magna eſt domus domi *Baruch. 3*
ni, & ingens locus poſſeſsionis eius. Faciam *Gen. 13.*
ſemen tuum ſicut puluerem terræ. Suſpice *Gen. 15.*
cœlum, & numera ſtellas ſi potes. Sic erit ſe-
men tuum. Multiplicabo ſemen tuum ſicut
ſtellas cœli. In Iſaac uocabitur tibi ſemen.
Nos ſumus filii Abrahæ ſecundum fidem, ſe-
cundum promiſsionem Iſaac, & uerè Iſraeli-
tæ ſecundum ſpiritum. Atque in nobis Chri
ſtianis regnũ Chriſti factus eſt mons magnus
& repleuit totam terram, comminuitq; re-
gna alia. Debetq; regnum Chriſti, eſſe non ſo
lùm magnum, ſed & notum: ſimiliter popu-
lus eius magnus & notus, Eccleſiaque ipſius
magna & nota. Neque poſſumus hæc duo,
nec alterum eorum ſeparare à regno Chriſti,
populo, ſeu Eccleſia eiuſdem: magnitudinẽ,
& omnia peruadentem paſsimq; crebreſcen-
tem notitiam, cum de utroque loquatur diui
na ſcriptura, & utrunque pertineat ad digni-
tatem regis Chriſti, tum magnitudo, tum ip
ſa regni ſui manifeſtatio. Si autem Eccleſia
uniuerſalis, dicatur eſſe uniuerſitas tantùm
prædeſtinatorum, aut collectio tantùm iuſto
rum: erit talis aſſertio contra has regni Chri
ſti conditiones, quia & prædeſtinati & iuſti D
homines pauci ſunt, reſpectu aliorum, atque
ſunt prorſus ignoti. Ob quod ſancta Mater
Eccleſia ita canit Deo, Deus, cui ſoli cogni-
tus eſt numerus electorũ in ſuperna fœlicita-
te locandus. &c. Ideo quidem neque prædeſti
natione, neque charitate, conſtat aut ſtat re-
gnum Chriſti in hoc ſæculo, populus eius, ſeu
Eccleſia Chriſtiana militans: quia eſſet regnũ
quidem paruum, & inuiſibile, ſeu inſenſibile.
contra prærogatiuas ipſius regni prædictas:
Nam & prædeſtinatio & charitas iuſtificans,
prorſus inſenſibilia ſunt, neque in multis re-
periuntur, reſpectu aliorum qui nõ ſunt præ
deſtinati aut iuſti. Similiter & de fide dicen-
dum eſt, quòd Eccleſia ſeu regnum Chriſti
non conſtituitur ſola fide, nec ſola fide uni-
tur: quia & ſi fides reperiatur in multis, & li
cet ſit nota habenti, ut planè dicit Auguſti- *Auguſt.*
nus in De Trinitate, quem ſequitur tota ſcho *Lib. 13.*
la Chriſtiana cum Magiſtro ſententiarum; *Cap. 1.*
non tamẽ fides credentis per ſe eſt nota aliis, *Lib. 3.*
nec per experientiam aliis eſt cognoſcibilis, *diſt. 23.*
aut ſenſibilis. Quam ob rem non dicimus cõ
ſtare Eccleſiam Chriſtianam ex ſola fide, ſed
potius ex fide & ſacramẽtorum ſocietate uel
participatione: ut cultus Religionis Chriſtia
næ & ipſius catholicæ fidei ſacramentum in
quo catholica ſocietas conuenit pertineant

utique

E utique ad Eccleſiam, & faciant illam uiſibilem. Quia igitur Eccleſia Chriſtiana eſt uiſibilis, debet ipſa habere aliquid uiſibile, in quo eius partes uiſibiles uiſibiliter conueniant, aut participent, & coadunentur: alioquin erit inuiſibilis, & minuetur regni Chriſti dignitas. Eodem pertinet, quòd ſicut homines qui ſunt partes Eccleſiæ, conſtant ex anima ſpiritali & corpore: ita per fidem tanquam per quid ſpiritale, & per participationem ſacramentorum ſenſibilium, tanquam quid corporale ſunt de eccleſia, & conſtituũt eccleſiam, ſenſibilem bonos & malos continentem. *Auguſt.* Auguſtinus in lib. De Baptis: Eſt unitas Eccleſiæ quæ latè patet in ſacramentorum uidelicet ſocietate & communione, quæ *Habetur De cõſec. diſt. 4. c. Eſt unitas.* ampleсtitur cum granis etiam paleas. Itaque ſi aduertimus quod regnum Chriſti, ſiue Eccleſia eius magna nimis, continet bonos & malos, & eſt nota ſeu manifeſta: conſequenter dicere debemus quòd illa nõ habetur per ſolam prædeſtinationem, nec per ſolam charitatem, nec per ſolam fidem, nec per hæc tria ſimul: ſed per fidem & ſacramẽtorum participationem: quia illa tria, ſunt ſine dubio inuiſibilia, & inſenſibilia, cum ſint ſpiritalia. *1. Cor. 10.* Sic Apoſtolus Paulus dicit, Vnus panis & unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Ecce multi ſumus unũ corpus Chriſti myſticum, F per participationem ſacramenti corporalem: in quo omnes uiſibiliter conuenimus: ita enim dicit Apoſtolus, Quoniam unus panis, & unum corpus multi ſumus: omnes quidẽ de uno pane, & de uno calice participamus. Quibus uerbis probat, nos Chriſtianos multos eſſe unum corpus Chriſti myſticum, non per aliquod inuiſibile, prædeſtinationem, charitatem, fidem, uel aliquod eiuſmodi: ſed per aliquòd uiſibile. idest, per participationem ſacramenti, ultimatè, aut completiuè uiſibiliter. Attendamus igitur Eccleſiã Chriſti in hoc ſæculo, ſiue regnum eius, & eius populum, unum eſſe, & uiſibile, atque bonos & malos continere: tunc uidebimus eã fide & ſacramentorum participatione debere accipi, intelligi, & cẽſeri; uero cultu ueri Dei, *Rabanus in De inſtitutis cler. Cap. 1.* ſub lege & confeſsione Chriſti. Benedixit Rabanus, Eccleſia Dei catholica, ideſt, uniuerſalis, quæ per totum mundum dilatata diffunditur, Chriſti nominis nobilitate glorificatur. Omnis enim homo qui rectæ fidei exiſtit particeps, & ſacro baptiſmate regeneratur, à *Alio modo continet Eccleſia bonos, alio malos.* Chriſto Chriſtianus uocatur, & Dei Patris ac Eccleſiæ matris eſſe noſcitur filius. Differenter tamen Eccleſia continet bonos & malos, quia boni & iuſti fideles qui non ſolùm in unitate fidei ac participatione ſacramentorum uniuntur, quin etiam & ſpe & charitate, quæ G eſt uinculum perfectionis, multo differentius *Coloſ. 3.* & nobilius ad Eccleſiam iudicãtur pertinere *Auguſt.* & pertinent; quàm fideles peccatores, qui *27. q. 1.* in unitate fidei tantùm & communione qua- *c. Nuptiarum.* dam exteriori ſacramentorum, cæteris ſanctis fidelibus communicant. *1. q. 1. c. multa.* Vt pote quòd fideles boni & iuſti ſunt corporis Chriſti myſtici membra uiua, fideles autem mali & iniuſti ſunt corporis Chriſti myſtici membra mortua: potentia tamen à morte peccatorum ſurgere, quam diu ſunt in hoc ſæculo. *Epheſ. 5.* Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Vna igitur eſt Eccleſia Chriſti, continens bonos & malos in hoc ſæculo, licet differenter: illaq; una uerè dicitur & uerè eſt, ſancta, catholica, & Apoſtolica: & illa in diuinis ſcripturis dicitur regina, ſponſa, columba, immaculata, unica, mulier amicta ſole, coronata ſtellis, Luna ſub pedibus eius, domus Dei, regnum cœlorum. Illa, licet ſub aliis nominibus, ritibus ac legibus, fuit ſemper ab initio, ſiue ab Adam, ſiue ab Abel: & ex quo incœpit, non deſiit eſſe. In illaq; fides, ſanctitas, doctrina, prælatio, diuina ſacramenta durabunt uſque in finem ſæculi: ſicut dicit Saluator noſter, *Mat. 16.* Super hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam. & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. *Epheſ. 4.* Et Apoſtolus Paulus, Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, H quoſdam autem Prophetas, alios uerò Euangeliſtas; alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti: donec occuramus omnes in unitatẽ fidei & agnitionis filii Dei, in uirum perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Et ſunt multa alia diuina eloquia ad idem, penè infinita. Intra hanc Eccleſiam eſt ſalus, præterq; hanc haud quaquam ſalus exiſtit. Væ nobis, ſi illa non eſſet nota. Eſt igitur nota, eſt una, eſt ſancta, eſt catholica, eſt Apoſtolica.

Eccleſia eſt una. SED quidem eſt una, Primùm, ex unitate principis ſeu capitis nunc nobis inuiſibilis, quo inuiſibiliter regitur & gubernatur: qui unus eſt Chriſtus dominus Deus noſter, quẽ *Epheſ. 1.* Pater dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus eius. Secundò eſt una, ex unitate fidei qua illuſtratur & in qua fundatur. *Mat. 16.* Super hãc petram ædificabo Eccleſiam meã. *Hierony. ad Euandrum.* Et Hieronymus, Nec altera Romanæ urbis eccleſia, altera totius de his exiſtimanda eſt & Galliæ & Britanniæ. Nam & Africa, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes Barbaræ *Habetur. 93. diſt. c. Legimus.* nationes unum Chriſtum adorant, unam obſeruant regulam ueritatis. Tertiò eſt una, ex unitate ſpei qua ad bona cœleſtia erigitur & eleua-

A eleuatur in unā ſpem beatitudinis, ſicut dicit *Epheſ.4.* Apoſtolus, Vocati eſtis in unā ſpem uocationis ueſtræ. Gloſſa ibi, Ad unam rem ſeparatam, quæ eſt effectus, ſeu finis, uocationis. Quartò eſt una, ex una charitate, qua connectitur & uiuificatur: de qua dicit Apoſto- *Col.3.* *Philip.2.* lus quòd eſt uinculum perfectionis. Et alibi, Eandem charitatem habentes, unanimes, *1.Cor.12.* idipſum ſentientes. Quintò eſt una, unitate Spiritus ſancti uiuificantis. Idem autem ſpi- *Epheſ.4.* ritus, ſoliciti ſeruare unitatem ſpiritus. Sextò eſt una, unitate ultimi finis; ad unam enim *Mat.20.* beatitudinem intendit, unum Deum, unum denarium diurnum. Quia autem hæc omnia ex quibus Eccleſia habet, unitatem, ſunt in ſenſibilia, & quia Eccleſia eſt ſenſibilis, ut hæc conſtant & per ſe, & ex dictis: Supereſt etiam ex diuinis ſcripturis oſtendere uiſibilis Eccleſiæ, uiſibilem unitatem: ut ſicut Eccleſia eſt uiſibilis congregatio hominum, ita ea in quibus aliàs congregatur, ſint uiſibilia. *Habetur De cõſec. Diſt.4. c.Eſt unitas Eccleſie.* Septimò eſt una, unitate diuinorum ſacramentorum: quæ eadem ſunt apud omnes, eandem materiam habent, eandem formam, eundem effectum. Vnde ſpecialiter dicit Apoſtolus, Quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus, omnes qui de *1.Cor.10.* uno pane & de uno calice participamus. Octauò eſt una, unitate unius præſidentis rectoris & gubernatoris uiſibiliter conuerſan- B tis cum ea. de quo, cùm dominus dixiſſet, *Ioan.1.* Et fiet unum ouile & unus paſtor, dixit po- *Ioan.21.* ſtea Petro & ſucceſſoribus eius in ipſo, Paſce oues meas. Ad quam ueritatem iam paulò ante non pauca diximus, tum ſanctorum, tū etiam aliorum teſtimonio, firmata. Vt profectò ſicut Eccleſia Chriſtiana eſt uiſibilis quoad eius partes, ideſt, quoad homines qui ſunt partes ipſius: ſic etiam ſit uiſibilis & una quoad nonnulla, in quibus ipſæ partes adunantur, aut congregantur. Congregatur enim, & ut ita dicam, unificatur ſenſibiliter, uiſibilibus quibuſdam rebus: nimirum ſacramentis, fidei confeſsione, bonis operibus, publicis orationibus, & capite uno uiſibili Romano pontifice, Chriſti Vicario cum plenitudine poteſtatis, Petri ſucceſſore. Simili modo probari poteſt manifeſtè de Eccleſia Chriſti, quòd ſit catholica, quòd ſit Apoſto- *Eccleſia eſt catholica.* lica, & inſuper quòd ſit ſancta, licet contineat & bonos & malos. Eſt enim catholica eccleſia, Primùm, quoad locum, quia eſt toto orbe diffuſa. De qua re, ita dicit Augusti- *Auguſt.* nus in tractatu de Symbolo. Diuerſorum autem hæreticorum ideo eccleſiæ catholicæ nō dicuntur, quia per loca ac ſuas quaſque prouincias continentur. Hæc uerò à Solis ortu uſque ad Occaſum unius fidei ſplendore diffunditur. Secundò eſt catholica, ideſt, uniuerſalis, uniuerſalitate temporis, nunquam C enim defecit ex quo cœpit eſſe, neqne eſt un quam defectura. Tertiò eſt catholica, ideſt, uniuerſalis, quantum ad omnem gentem. Colligitur enim Eccleſia ex omni tribu, & lin *Apoc.5.* gua, & populo, & natione, & nulla fuit pars Orbis principalis, in qua quoad aliquas nationes non fuerit recepta fides, aut plantata Eccleſia. Quartò eſt uniuerſalis ex conditione hominum quos admittit, quia nullam hominis conditionem, ſtatum, nationem, aut ſexum excludit; non dominum, non ſeruū, non maſculum, non fœminam, non Græcum, non Iudæum, non Scytham, non ſenem, non iuuenem, non diuitem, non pauperem, non ſanum, non infirmum, non nobilem, non ignobilem, non Barbarum, non ſeruum, non liberum. Apoſtolus ait, Vbi *Col.3.* non eſt maſculus, & fœmina, Gentilis & Iudæus, circuncifio & præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed omnia in omnibus Chriſtus. Quintò Eccleſia eſt uniuer- *Boethius in princ. libri De Trinit.* ſalis, quia articuli fidei ſunt uniuerſales: non habentes inſtantiam ſiue exceptionem, quia fidei non poteſt ſubeſſe falſum. Sextò eſt catholica ſiue uniuerſalis, quia in ea datur ge- *2.Cor.5. & Gloſ. ibi.* neralis doctrina de uiſibilibus & inuiſibilibus, de cœleſtibus & æternis, quæ ad inſtructionem hominum ſalutemq; humani gene- D ris neceſſaria ſunt & utilia. Anſelmus, Nihil *Anſelm.* utiliter ad ſalutem ſpiritualem prædicamus, quod ſacra ſcriptura Spiritus ſancti miraculo fœcundata non protulerit, aut in ſe non contineat. Hic planè, ut Auguſtinus ait ad Volu *Auguſt.* ſianum, phyſica, ethica, & logica, ad quæ tria omnis reducitur philoſophia, ut docet Plato, & Auguſtinus refert in De ciuitate Dei. Septimò eſt uniuerſalis, propter uniuerſalia præcepta Dei: quæ utique ſunt uniuerſalia tum quoad tempus, quia ſemper durabunt, tum quoad gentem, quia ad omnes ſe extendunt, & omnes obligant, tum quoad conditiones *Galat.3.* hominum. Octauò eſt uniuerſalis, quia habet uniuerſalia remedia ſine medicamenta, ad curationem cuiuſcunque membri ſpiritalis efficaciam habentia ſalutarem, ſeptem diuina ſacramenta. Multa horum explicat Iſi- *Iſidorus. Lib.1.* dorus in De officiis, oſtendens quibus modis Eccleſia dicatur uniuerſalis. Rurſus Eccleſia dicitur Apoſtolica, etiam ex multis cau *Eccleſia eſt Apoſ.* ſis aut rationibus. Primùm, quia in Apoſto- *Gl.Gē.38* lis qui fuerunt primi qui adhæſerunt Chriſto, Eccleſia primordia habuit, & ſui eſſe, ſecun- *Auguſt. De ciuit. Dei.* dum tempus gratiæ reuelatæ, ſuſcepit originem. Et ut dicit Auguſtinus alibi, Apoſto- *35.q.1.§. hac itaq.* li primitiæ fuerunt Chriſtiani populi, & ordine temporis, & amplitudine perfectionis. Secuudò,

E Secundò, quia poſt Aſcenſionem domini, Apo-
ſuper ſtoli in fide & ſancta doctrina uerbo prædica-
Pſal.44. tionis, miraculis, ſanctitatis exemplis, ſunda
Rom.8. uerunt & roborauerunt Eccleſiam. Superæ-
Epheſ.3. dificati ſuper fundamentum Apoſtolorum &
Prophetarum. Et licet Saluator noſter ſit ſun
damentum principale, & unicum ſuo modo,
1.Cor.3. ut dicit Apoſtolus ad Corinthios & alibi: Apo
ſtoli tamen dicuntur fundamenta quaſi ſecun
Apoc. 21 daria, & modo alio diſtincto. Murus ciuita-
tis habens fundamēta duodecim, in ipſis duo
decim nomina Apoſtolorum, & Agni. Circa
Pſal.86. illud, Fundamenta eius in montibus ſanctis.
dicit Gloſſa, in Apoſtolis & Prophetis. Ter-
tio, quia Apoſtolorum fidem, prædicationē,
documenta, auctoritatem, ſcripturas & tra-
Pſal. 44. ditiones retinet ſemper, & obſeruat. Circa
illud, Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii, &c.
Auguſt. dicit Gloſſa Auguſtini & Hieronymi. Genue
Hierony. runt Eccleſiam Apoſtoli, ipſi miſſi ſunt, ipſi
prædicauerunt, ipſi patres, pro quibus nati
ſunt tibi filii, id eſt, conſtituti ſunt Epiſcopi,
quibus regaris, & guberneris. Et quidē ſum-
mè neceſſarium eſt Eccleſiæ, obſeruare anti-
quos terminos, quos poſuerunt ſancti Apo-
ſtoli: quia ut optimè dicit diuus Hierony-
Super mus, Eccleſia non parietibus conſiſtit, ſed in
Pſal.133. dogmatum ueritate & Eccleſia, ubi fides ue-
ra eſt. Ex fide Apoſtolorum cognoſcimus,
quis in Eccleſia ſit. Idem ubi ſupra, In Eccle
F ſia ſumus, ſi habemus fidem Eccleſiæ, fidem
Apoſtolorum, fidem Chriſti, dogmatum ue
diſt.11. ritatis. Quartò, quia omnis Chriſtianæ reli-
c. Eccle- gionis ritus & ſacrarum inſtitutionum eccle-
ſiaſtic. ſiaſticarum obſeruantia à traditione Apoſto-
lica creditur in Eccleſia diriuata. Vnde Au-
Auguſt. guſtinus in De baptis. contra Donatiſtas ait,
Lib.2. Illa quæ per uniuerſam cuſtodiuntur Eccle-
ſiam ab ipſis Apoſtolis tradita & commemo
rata creduntur, quamuis in eorum dictis uel
conſiliis non reperiantur. Et cum conſtet ex
diuinis ſcripturis, aliquas fuiſſe eſſeq; tradi-
tiones Apoſtolorum nobis ſine ſcripturis tra
ditas & commendatas, ut ex dictis palàm eſt
uidere, utq; manifeſtè teſtatur Dionyſius A-
Dionyſ. reopagita, Pauli Apoſtoli diſcipulus: de illis
in De Ec traditionibus hoc magis credēdum eſt, quod
cleſiaſti- ab Apoſtolis uenerūt, quæ per uniuerſam Ec
ca Hie- cleſiam obſeruantur. Quintò dicitur Apoſto
rarchia. lica, quaſi deſuper miſſa, quia de cœlo exem-
Cap. 1. plata, iuxta illud, Ecce ego Ioannes uidi ciui
Apoc. 21 tatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de
cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam
uiro ſuo. Ita.n. quidam interpretantur illud
uerbum, Apoſtolus, i. deſuper miſſus. Eſt in ſu
Eccleſia per Eccleſia Chriſtiana ſancta, prorſus ſine du
eſt sācta. bio. Multis.n. modis aliquid ſanctum dicitur,
aut dici poteſt: & quod magnum quid eſt oīb.

illis Eccleſia Chriſtiana ſancta eſt, & ſancta G
uerè dicitur, etiam hæc militans, & in terris
hic laborans. Sanctum quippe idem eſt, quod
mundum, ut notat Dionyſius in De diuinis *Dionyſ.*
nominibus: & eſt eccleſia hoc modo ſancta,
quia munda à fœditate & corruptione pecca-
ti. Tota pulchra es amica mea & macula non *Canti. 4.*
eſt in te. Sanctum alio modo idem eſt, quod
firmum: ſicuti apud antiquos ſancta diceban
tur, quæ legibus erant munita: unde & ſan-
ctum dicebatur, quod lege firmatum erat.
Etiam hoc modo ſancta eſt eccleſia, quia eſt
firmiſſima. Super hanc petram ædificabo Ec- *Mat.16.*
cleſiam, & portæ inferi non præualebunt ad-
uerſus eam. Sanctum inſuper olim diceba-
tur, quod erat ſanguine tinctum, uel reſper-
ſum ſiue emundatum: & nihil apud ueteres
ſanctum dicebatur, niſi quod ſanguine ho-
ſtiæ eſſet reſperſum. Antiquitusq; homines *Iſidorus.*
qui purificari uolebant, ſanguine hoſtiæ tin-
gebantur. Et Apoſtolus ait, Omnia penè ſe- *Hebr. 9.*
cundum legem, ſanguine mundantur, & ſine
ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Iſto mo-
do eccleſia eſt ſancta, quia Chriſti ſanguine re
ſperſa purificationem peccatorum ſuſcepit, &
decorem induit ſanctitatis. Gensq; ſancta, *1.Petr.2*
& populus acquiſitionis optimè dicitur. Di- *Epheſ.4.*
lexit enim Chriſtus Eccleſiam, & tradidit ſe-
metipſum pro ea, ut illam ſanctificaret. Qui *Apoc.1.*
dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in
ſanguine ſuo. purgationem peccatorum no- H
ſtrorum faciens. Sanctum idem quoque dici
tur, quod diuinis obſequiis applicatum: quē
admodum homines, loca, dies, uaſa, & ue- *Exod.28*
ſtimenta quæ diuino cultui dedicantur, ſan- *& 30.*
cta dicuntur: ut uideri poteſt in Exodo, in *2.Eſd.10*
Pſalmis, apud Eſdram. In hac ſignificatione *& 11.*
meritò Eccleſia dicitur ſancta, quia ea unius
ueri Dei famulatui & cultui tota eſt dedicata:
immo in ea ſola uerus Dei cultus eſt, qui fi- *Auguſt.*
de, ſpe, & charitate perficitur. Sanctitas etiā *Habetur*
dicitur religio ſiue obſeruatio quædam iuſti- *1.q.1.*
tiæ eorū quæ ad Deum pertinēt: unde Andro *c.Extra.*
nicus, ut dicit ſanctus, Tho. ita diffinit ſan-
ctitatem, Sanctitas eſt uirtus faciēs fideles ſer
uare ea quæ ad Deum iuſta ſunt. de qua legi-
mus, Seruiamus domino in ſanctitate & iu- *Luca.1.*
ſtitia coràm ipſo, omnibus diebus noſtris.
Secundum hāc rationem Eccleſia dicitur ſan
cta, quia ſumma in ea munda & immaculata
obſeruatur religio; ſancta eſt in uotis, ſancta
in ſacrificio, ſancta in miniſteriis, ſancta in ce
remoniis, ſancta in ſingulis obſeruationibus
quæ ad cultum, & reuerentiam pertinent ſan-
ctæ diuinitatis. Sancta etiam dicitur, quia o- *1.Cor.1.*
mnibus, gratiis ac donis ſpiritaliter fœcun- *& 12.*
data eſt, & dotata. ut nihil ei deſit in ulla gra- *Epheſ.4.*
tia. Replebimur in bonis domus tuæ. San-
ctum

A ctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate. Aſtitit Regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata uarietate. Gloriam regni tui dicent &c. Sancta iterum dicitur, quia optimis, iuſtiſsimis, & ſacratiſsimis legibus
Rom. 7. uiuit, regitur, & gubernatur. Lex enim ſancta, & mandatum ſanctum, iuſtum, & bonũ. Lex domini immaculata conuertens animas.
diſt. 21. c. Sic. 25. q. 1. c. Violatores. Leges etiam publicæ, quæ pro Eccleſiæ regimine à ſanctis patribus ſancitæ ſunt, tanta pro earum ſanctimonia ueritate firmantur, ut de illis ſancti patres multa præclara dicant teſtimonia. Sancta etiam dicitur, pro ut ſactum dicitur, quod eſt præditum ſcientia iuſtorũ. earum rerum uidelicet, quæ ſunt ad Deum. Sanctitas enim eſt uirtus ſcientiæ, ea faciens quæ ad Deum ſunt iuſta. ut dicit Ariſtoteles, & refert Albertus Magnus libro laudabilium
Sapien. 1 bonorum. Sic legimus, Dedit illis ſcientiam
Zach. 8. ſanctorum. Et quàm plena ſit Eccleſia Chri-
24. q. 1. ſti ea benedicta ſcientia, ſatis eſt notum.
c. Quia. Sancta etiam eſt Eccleſia, quia ſacramenta habet, quibus homines ſanctificantur. Chri-
Epheſ. 5. ſtus dilexit Eccleſiam, ut illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ.
Auguſt. Auguſtinus ſuper Ioannem, Quæ uis eſt aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat? Sancta demum dicitur, quia à ſancta & glorioſa
B Eccleſia triumphante eſt exẽplata. Ego Ioan
Apoc. 21 nes uidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouã deſcendentem de cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, &c.

VERISSIMA longeq; maniſeſtiſsima ſunt hæc omnia, tum ex iam dictis & allegatis diuinis teſtimoniis, tum ex illo quod in ſymbolo uenerando frequenter canimus per totum orbem Chriſtianum, Credimus in unam, ſanctam, catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, nempe, Chriſtianam, Vt illa ſit una, ſancta, catholica, Apoſtolica, ſponſa Chriſti, regina, tota pulchra, ſuauis, formoſa, ſine macula aut ruga, potentiſsima, ſapientiſsima, terribilis, ut caſtrorum acies ordinata. Rectè igitur dicimus, Credimus in unam, ſanctam, catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, intelligentes Eccleſiam Chriſtianam: & ut bene ſatis dixit ſapientiſsimus ille Epiſcopus Abulen. cognomento Toſtatus. nullibi periculoſius erratur, quàm ſi quis erret con-
Auguſt. Serm. 1. de uigilia pent. De uerb. dom. Serm. 61. to. 10. tract. 29. ſuper Ioãnem. In enarrat. tra iſtum articulum, Non credendo ueram Eccleſiam. Quod & declarat, & probat optimè. Verùm Auguſtinus, Magiſter ſententiarum, & tota ſchola Chriſtiana ſimul, uerè ita docet, Aliud eſt enim credere in Deum, aliud credere Deo, aliud credere Deum. Credere Deo, eſt credere uera eſſe quæ loquitur, quod

& mali faciunt: & nos credimus homini, ſed C
non in hominem. Credere Deum, eſt credere quòd ipſe ſit Deus. quod etiam mali faciunt. Credere in Deum, eſt credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei adhærere & eius membris incorporari. *Pſa. 77 to. 8 Mag. lib. 3. Diſt. 23. Credere Deo, credere Deũ, credere in Deũ.*
Vtque etiam idem Auguſtinus alibi fatetur, In Chriſtum credere, eſt amando in ipſum tendere: tanquam id in quod credimus deſignetur finis fidei noſtræ, qui eſt Deus, & non creatura. *De pœn. diſt. 2. §. Expræmiſſis.*
Alibi etiam tractans illud, Creditis in Deum, & in me credite. dicit, Nunquam aliquis apoſtolorum dicere auderet, qui in me credit. Omnino enim non diceret, qui in me credit. Credimus enim Apoſtolo, ſed non credimus *Ioan. 14.*
in Apoſtolum. Alibi in Gloſſa ſuper illud, *Rom. 4*
Omni credenti in eum &c. dicit idem Auguſtinus, Attende quod ait credenti in eum. Aliud enim eſt credere in eum, aliud credere ei, aliud credere illum. Credimus Petro, ſed non in Petrum. Hinc eſt quòd doctores ſancti & catholici nituntur illud declarare, quo dicimus omnes, Credimus in unam ſanctam catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam: non propter aliud, niſi propter illam præpoſitionem, in. *Quomodo intelligitur ille articulus, Credo in unã ſanctam &c.*
Auguſtinus nanque in epiſtola ad Neophitos, ait, Non eodem modo interrogamus, ut quomodo in Deum creditur, ſic in Eccleſiam ſanctam & catholicam. Propterea ſancta & catholica eſt, quòd rectè credit *Auguſt. De cõſec. Diſt. 4. Cap. 1.*
in Deum: Non ergo diximus, ut in Eccleſiã D
quaſi in Deũ crederetis, ſed intelligite nos dicere, & dixiſſe, ut in Eccleſia ſancta catholica in Deum crederetis. Hinc rurſus Albertus magnus dixit, Dictum illud ſanctorum patrum non eſt ita accipiendum, ac ſi nos Synodus iubeat credere ĩ aliud quod nõ eſt Deus: quia hoc idolatria, & non fides eſſet. *Albertus Magnus*
Alexander de Ales & ſanctus Thomas ita teſtantur, Leo Papa dicit non debere dici, in unam ſanctam. ſed ſimpliciter, unam ſanctam. Anſelmus aſſerit poſſe dici, in unam ſanctam, inquantum in hoc effectu intelligitur ueritas increata, ſcilicet Spiritus ſanctus. *Alexan. de Alez. S. Thom. lib. 3. ſen. diſt. 25. Anſelm.*
Vt ſit ſenſus, Credo in ſanctam Eccleſiam. ideſt, in Spiritum ſanctum ſuis donis unientem, & ſanctificantem Eccleſiam. In eodem ſenſu affirmat idem ſanctus Thomas, dicens, Si dicatur, in ſanctam Eccleſiam catholicam, hoc eſt intelligendum ſecundum quòd fides noſtra refertur ad Spiritum ſanctum, qui ſanctificat Eccleſiam: ut ſit ſenſus, Credo in Spiritum ſanctum ſanctificantem Eccleſiam. *S. Tho. ſecũda 2. quæſt. 2. Art. 10.*
Addit tamen ſanctus Thomas, Sed melius eſt & ſecundum communiorem uſum, ut non ponatur, in, ſed ſimpliciter dicatur, ſanctam Eccleſiam catholicam. ſicut etiam Leo Papa dicit. Albertus Magnus in expoſitione Symboli, ita declarat *Albert.*

E illum articulum, ut dum dicimus, credo in Spiritum ſanctum. intelligamus ipſum quoad ſe, & dum dicimus, credo in unam Eccleſiã. intelligamus Spiritum ſanctum ſecũdum proprium opus eius, quod eſt, quod ſanctificat Eccleſiam. Rufinus in explanatione Symboli, non legit, in unam ſanctam, ſed ſimpliciter unã ſanctam, & dicit hac de re multa, quæ breuitatis cauſa omittimus. Videndum eſt tamen inſuper & conſiderandum, An ille articulus ita fuerit poſitus, ut dũ dicimus, Credo in unam ſanctam catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. intelligamus Eccleſiam non ſeparatam, ſed cum ſuo capite principali Chriſto, uero Deo, & uero homine. Qui Chriſtus, licet non ſit caput coniunctum, aut coniunctum membrum, propter rationes hoc eodem capite iam dictas: caput tamen eſt Eccleſiæ, ut manifeſtè dicit Apoſtolus, & iã fuit oſtenſum. Ita autem intelligendo Chriſtum in ſua Eccleſia, non mirum uidetur quòd propter illum rectè poſsimus dicere, Credo in unam Eccleſiam, Chriſtum etiam in Eccleſia intelligentes.

Rufinus.

ROMANA uerò Eccleſia prærogatiuas habet multas, precipua multa, & excellentia ſuper omnes alias eccleſias particulares, ex quibus tanquam ex quibuſdam ſuis partibus

F cõſtat Eccleſia Chriſti illa uniuerſalis, de qua hactenus illa multa & præclara diximus, & probauimus. Eccleſia enim Romana, omniũ aliarum mater eſt, & magiſtra: caputq; & domina omnium aliarum eccleſiarum prædictarum. Eſtq; omnium mater & Regina fundata etiam non ſolùm ab Apoſtolis, ſed & à Deo. Omnes oppreſſi ad eam uelut ad matrem appellant. Eſt unum caput, una origo, una mater copioſæ fœcunditatis, quæ adulterari non poteſt. Sicut bene dixit Pelagius Papa uniuerſis Orthodoxis, Romana Eccleſia nullis Synodicis conſtitutis cæteris eccleſiis prælata eſt, ſed uoce Euangelica domini & Saluatoris noſtri, primatum obtinuit. Nec ualent ſtatuta conſiliaria, ſi non habuerint robur ab eccleſia Romana: ſaltem in his quæ pertinent ad ius poſitiuum, uel ad communem omnium obſeruantiam. Cæterùm quia de illa eiuſque excellentia & commendatione multa diximus quæ lectoris oculos ſatis explere poſſint: modò nihil aliud dicere uolumus, niſi quòd ea quodam modo ſingulari uerè dicitur Apoſtolica, uereq; catholica, ſiue uniuerſalis. Romana igitur Eccleſia, eſt Apoſtolica: quia Petrus Apoſtolus ſpecialiter in ea reſedit, & prædicauit. Sic enim quandoque reperitur, quòd eccleſiæ in quibus Apoſtoli corporaliter perdocuerunt, apoſtolicæ ſunt uocatæ. Eſt Apoſtolica, quia habet Apoſtolicã

9. q. 3. per totum. 22.
diſt. c. Quis
neſciat.
De ſumma
trin. cap. 2.
Diſt. 12.
Cap. 1. & 2.
Diſt. 22.
Ca. omnes.
in cap. fundamenta.
de elect.
Lib. 6.
Epiſt. inter
claras. C.
de ſumma
trinit.
Diſt. 22.
c. ſacroſan.
c. ad Romanam. el. 1.
& 2. 2. q. 6.
24. q. 1. c. loquitur. & c.
omnibus.
Diſt. 21.
c. Quamuis
Diſt. 96.
c. bene quidem.

Romana Eccleſia eſt Apoſtolica.

ſedem. Et eſt apoſtolica, quia Petrus & Paulus principes Apoſtolorum Romanam eccleſiã, quæ caput & prælata eſt omnium eccleſiarũ, pariter Chriſto domino conſecrarunt, eam quoque omnibus urbibus, uidelicet uniuerſo mundo, ſua præſentia atq; uenerando triũpho, prætulerat. Iterum eſt Romana Eccleſia ſpecialiter Apoſtolica, quia habet Apoſtolicam ſedem: & quidem non uacuam, ſed cum Apoſtolica poteſtate, atque auctoritate: ut ſemper hoc recognouerunt omnes doctores ſancti ſuis quiſque temporibus, omneſque Monarchæ orbis Chriſtiani, Imperatores & Reges, ſicuti ſatis conſtat ex dictis. Romana eccleſia eſt etiam catholica, ideſt, uniuerſalis, tum quia in uniuerſali Eccleſia eſt caput, tum quia uniuerſalem fidem ſiue catholicam habet integram: uelut olim fides Romanorum annuntiabatur in uniuerſo mundo, ut dicit Apoſtolus: & ad quorum fidem nunquam potuit habere acceſſum perfidia, ut dicit Cyprianus. Verùm quod eo eccleſia Romana dicatur catholica, quo fidem habet catholicam, ratio communis eſt, & ad omnes eccleſias Chriſtianas pertinet uel pertinere poteſt. Sicut enim omnis homo habens fidem catholicam, dicitur catholicus: ſic omnis Eccleſia habens fidem catholicam, dicitur catholica. Illa autem ratio huius rei, eſt ſpecialis pro eccleſia Romana, ut dicatur catholica: quia ſpecialiter eſt caput Eccleſiæ catholicæ, mater & magiſtra omnium aliarum eccleſiarum particularium. Deinde Eccleſia Romana ſpecialiter eſt catholica ſiue uniuerſalis, quia in ea poſita eſt à Beato Petro, & remanſit ſedes Apoſtolica, ſedes, inquam, Apoſtolica, non uacua, ſed habẽs poteſtatem Apoſtolicam. Poteſtas namque Apoſtolica, eſt catholica & uniuerſalis, potens exercere omnem actum iuriſdictionis in omni loco Orbis, & circa omnes Chriſtianos: ſicuti idem omnes Apoſtoli poterant, maximè Petrus propter ſuum primatum. Ab hac igitur Apoſtolica ſede & Apoſtolica poteſtate, Eccleſia Romana, illa quæ eſt una particularis cathedralis, dicitur & ſine dubio eſt catholica ſiue uniuerſalis: ideſt, extrinſecus accedẽte quadam denominatione, quia ex accidenti habuit habetque illam Apoſtolicam ſedem. Sedes enim illa Apoſtolica non eſt per ſe in Eccleſia Romana, ſed per accidẽs: quia uoluntariè illam ibi poſuit & reliquit Apoſtolus Petrus, qui illam alibi conſtituere & relinquere poterat. Neque illa ſedes ex natura rei habet determinatum locum, ſed totus orbis Chriſtianus eſt ſuæ ditionis: licet ipſa nunc quodam modo accidentali ſit in ſede cathedrali Romana uel cum illa, per unionẽ, connexionem, uel modo alio. Vt quiſquis modo

G

Romana eccleſia eſt catholica, ſiue uniuerſalis.
Rom. 1.

H

A modò habuerit ſedem cathedralem Romanam, ſimul habeat ſedem Apoſtolicam; atq; è contra. Quatuor modis accipitur Eccleſia Romana communiter: quia aliquando pro Papa, aliquando pro iuriſditione temporali, aliquando pro eccleſia cathedrali Lateranenſi, aliquando pro eccleſia ſancti Petri, ut notant doctores. Similiter Romana eccleſia quodammodo conſiderata non eſt uniuerſalis, ſed de uniuerſo, ut dicit Greg. & Gloſſa ibid. Sed hæc non impediunt quo minus ipſa ſecũdum huiuſmodi conſiderationes dicatur catholica & uniuerſalis: ſicuti ipſe Epiſcopus Romanus modò uerè eſt uniuerſalis, ratione ſedis & poteſtatis Apoſtolicæ, quam uerè habet. Sedes igitur & poteſtas Apoſtolica, eſt in cauſa ut Eccleſia Romana ſpecialiter dicatur & ſit catholica ſiue uniuerſalis: ſimiliter & quare Epiſcopus Romanus uniuerſalis dicatur, & uniuerſalis ſit. Vnde quod ſanctus Gregorius Alexandriuo Patriarchæ ſcripſit, quidem ex humilitate dictum fuit.

Bal. in authent. quas actiones. C. de ſacr. ſan. eccle.
Arch. in. c. 2. de præſcrip. in 6. & in c. fundamento. de elec. eo. lib.
In c. Ecce. iuncta glo. 99. diſt.
99. diſt. cap. Eccle. Et in ca. Nihil. De præſc.

Apoſtolica ſedes an poſſit tranſferri è Romana urbe in alium locum.
Petrus Cardinalis.

An poteſt Papa mutare ſeu transferre ſedem ſuam Apoſtolicam è Roma ad alium locum? Grauis eſt quæſtio. Vt bene dicit Petrus Cardinalis Cameracenſis in ſuo tractatu de poteſtate eccleſiaſtica & Papali, Sanctus Petrus prius fuit ſummus pontifex, quàm Epiſcopus Romanus: nam per illa uerba, paſce oues meas, dominus conſtituit eum ſummum pontificem. Similiter & eiſdem uerbis B dedit ei poteſtatem eligendi ſedem ubicumq; uellet, & ut ibi eſſet particularis Epiſcopus. Quatuor annis tenuit ſedem Eccleſiæ uniuerſalis, nullam ſibi particularem eccleſiam eligendo: ſed tanquam prælatus & caput omnium fidelium ſedebat, ubicunque uolebat. Poſt quatuor ſere annos elegit ſedem Antiochiæ, ubi ſedit annis ſeptem, & illam eccleſiã ſibi propriam reddidit. Deinde ſedem ſuam Romam tranſtulit, & ibi factus eſt Romanus Epiſcopus. Vtq; eſt longè ueriſſimum, ibi ſedem Apoſtolicam reliquit. An poteſt Romanus pontifex, ſeu Papa qui modo eſt PIVS huius nominis quartus, illam inde in alium locũ transferre? Multi doctores dicunt quòd non; ſuamque ipſorum ſententiam aſtruunt eo quòd Petrus iuſſu ſeu mandato domini ſedem Apoſtolicam ex Antiochia Romam trãſtulit: tanquam contra iuſſum domini faciẽs, non poſſit Papa illam modò Romana exurbe transferre, quia non eſt ſeruus maior domino ſuo. Dictum autem domini iuſſum dicunt fuiſſe, quando dominus dixit Petro, Vado Romam iterum crucifigi, tu ergo redi Romam. ad quod etiam allegant textum in cap. Per uenerabilem. Qui filii ſint legitimi. Ita tenet Archi. in cap. Rogamus. & in capit. Fundamenta. Abbas iuxta cap. Ego. N. Videtur ad idem facere contextus in ca. Mutationes. & idem Abbas in cap. Per uenerabilem. Idem etiã tenuit Okam, ut eſt uidere apud ipſum. ubi dicit quòd undecim anni fluxerant à paſſione domini, cùm ſedes Romam tranſlata eſt. Albericus in L. Glorioſiſſimo. in prin. Aluarus Pelagius de planctu Eccleſiæ, Petrus De Monte in ſua monarchia. Archiepiſcopus Florentinus in ſua ſumma. ubi ait, Ex quo iubente domino tranſlata eſt ſedes Apoſtolica Romam, non poteſt à Papa transferri. Sic ergo docent ii doctores, Archi. Abbas, Okam, Albericus, Aluarus Pelagius, Petrus de Monte, Archiepiſcopus Florentinus, & alii, qui hos ſequuntur. Additq; idem Florentinus, quòd ſine aſſenſu generalis concilii ſuper hoc ſpecialiter conuocati, & Dei reuelatione ſuper hoc implorata, non eſſet tranſlatio hæc facienda: quia non niſi contraria Dei iuſſione mutandum eſt, quod ſemel iuſſit. Cõfirmat, quia nec propter tranſgreſſionem nec propter captiuitatem populi Dei per. 70. annos licuerit locum templi quem dominus elegerat, immutare. Quid nos hic dicere poſſumus? Vbi eſt ius diuinum, certum eſt illud non poſſe mutari per hominem: cum ſit omnis homo diuinorum iurium obſeruator, nõ mutator. Quidem in capitulo, Rogamus, legimus, ſedem Petri ex Antiochia Romam eſſe tranſlatam, iubente domino; ſicuti in eodem capitulo dixit Marcellus Papa, uniuerſis Epiſcopis per Antiochiam conſtitutis. Si autem quærimus, ubi uel unde habeatur illud domini præceptum? nihil aliud aſſignatur, niſi quòd dum Petrus ex urbe fugiens, exiuiſſet, uolens eum dominus ad locum quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo, Domine, quo uadis? reſpondit, Venio Romam iterum crucifigi. quod ſuæ fugæ gratia dictum eſſe intelligens, ad locum ipſum protinus eſt reuerſus. Ita enim dixit olim Innocentius tertius, & habetur in capitulo, Per ueuerabilem. Tanquam urbs Roma ſit locus electus à domino, in quo ſedes Apoſtolica neceſſariò habenda aut locanda ſit, & à quo nõ liceat eam transferre. Verùm illa uerba domini & ſi conſtituerent præceptum quo teneretur Petrus Romam redire: non tamen apparet, quomodo præceptum faciant, ne Papa qui pro tempore fuerit, ſedem Petri Apoſtolicam ſecum ad alium locum transferre non poſſit, quando & quoties ſibi uidebitur opportunũ. Decorauit atque exaltauit Petrus, urbem Romam, ſuo glorioſo martyrio: ſed ſuam ſedem & poteſtatem Apoſtolicam ſic liberam & plenam ſuis ſucceſſoribus reliquit, ut ipſe habuit. Quod Petrus primùm ſedem & poteſta-

24. q. 1. c. Rogamus.

Opinio quòd ſedes Apoſtolica nõ poteſt ex urbe Ro. aliò transferri.

24 q. 1. De el in. 6. De iureiuran.

C 7. q. 1. Qui filii ſint legitimi.
Part. 1. Lib. 5. Cap. 21.
C. de ſum. trin.
Art. 31. Quæſt. 2. in fine.
Part. 3. tit. 23. Cap 5. §. ſeptima & ultima poteſtas.
ubi ſupr.
24. q. 1.
D
Extra, Qui filii ſint legitimi.

E tem Apoſtolicam habuit ſine ullo determinato loco, legimus quòd poſtea ſedem huiuſmodi Antiochiæ conſtituit, legimus, quòd illam inde Romam tranſtulit, legimus. quòd autem præceptum à domino habuerit de nõ trãsferẽdo illã ex Romana urbe nõ legimus. Immo magis uidetur quòd Papa poſſit Epiſcopatum Romanum ponere & relinquere, atque in illum, quem uellet creare Epiſcopũ, ſeruata ſibi atque retenta ſede Apoſtolica: ut iam inde non eſſet illa unio aut connexio ſedis Apoſtoli, cum ſede Epiſcopi Romani. Quid enim prohibet? Quidem non eſt illa unio eſſentialis, non eſt neceſſaria, non eſt ullo diuino mandato præcepta: ſed facilè poteſt ſeparari ſedes Epiſcopi Orbis, à ſede Epiſcopi urbis: ut diſtinctæ ſint, & diſtinctos ſeſſores habeant. Si autem ſedes Apoſtolica Romæ exiſtens, poteſt ſeparari, quomodo non poterit è Roma mutari? Si ſecundum rationes magis apparentes iudicare licet, magis uidetur, quòd ſicut Apoſtolica poteſtas non habet determinatos limites, ſed eſt in toto Chriſti regno militante: ſic & Apoſtolica ſedes nõ habet determinatum locum, ſed poteſt eam Papa ita ab omni loco liberare, ut ſit ſemper ubi ipſe eſt, aut fuerit. Aſſignatio loci pro ſummo

F ſacerdote Leuitici generis, iam tranſiuit, & ceſſauit cum aliis legalibus. Caietanus in Apologia de poteſtate Papæ, probat illam priorem patrum multorum ſententiam, ex eiſdem fundamentis. Melius tamen D. Magiſter Dominicus à Soto ita dixit, Nulla profectò ex Euãgelio prohibitio planè colligitur, quominus poſſit Eccleſiæ conſtitutione fieri, ut Epiſcopus Orbis ſua ſedem ab urbe demutaret. &c.

Caietan. Cap. 3. Soto. Lib. 4. ſen. Diſt. 24. queſt. 2. Art. 5. in fine.

Qvicqvid ſit de illa tranſlatione, ſiue poſſit fieri, ſiue non; de Eccleſia catholica et Romana dicamus cum Auguſtino doctore præclariſſimo, Quòd ſi nullo modo, inquit, rectè dici poteſt Eccleſia, in qua ſchiſma eſt: reſtat ut quoniam Eccleſia nulla eſſe non poteſt, ea ſit, quam in ſedis Apoſtolicæ per ſucceſſores Epiſcoporum radice conſtitutam, hominum nullorum malorum malitia, etiam ſi nota excludi non poſſit, ſed pro temporis ratione toleranda iudicetur, ullo modo ualeat extinguere. Vnde & numerauit ſucceſſores Petri Romanos pontifices. ut ſupra iam diximus. Audiamus etiam diuum Hieronymum, qui palàm fatetur, profanum eſſe, qui extra Eccleſiam beati Petri agnum comedere tentat. Etenim aduerſus orientales quoſdam qui ſchiſma eo tempore aut faciebant aut tentabant facere, & in laudem atque obedientiam ſuam erga Romanam eccleſiam, conſtanter dixit, Quoniam uetus Oriẽs inter ſe populorũ furore colliſus, indiſciſſam domini tunicam, & deſuper contextam minutatim per fruſta diſcerpit; & Chriſti uineã uulpes exterminant, inter lacus cõtritos qui non habent aquam, & difficilè ubi fons ſignatus & hortus ille concluſus ſit, poſſit intelligi: Ideo mihi cathedram Petri & fidem Apoſtolico ore laudatam, cenſui conſulendam. Inde nunc meæ animæ poſtulans cibum, unde olim Chriſti ueſtimenta ſuſcepi. Neque enim uaſtitas tanti elementi liquentis, & interiacens latitudo terrarum, me à precioſæ margaritæ potuit inquiſitione prohibere. Vbicunque fuerit corpus, illhic cõgregabuntur & aquilæ. Profligato à ſobole mala patrimonio, apud uos ſolos in corrupa patrum omnino ſeruatur auctoritas. Ibi cœſpite terra fœcundo dominici ſeminis puritatem centeno fructu refert: hic obruta ſulcis frumenta in lòlium auenaſq; degenerant. Nunc in occidente ſol iuſtitiæ oritur: in oriente autem lucifer ille, qui ceciderat, ſupra ſidera poſuit thronum ſuum. Vos eſtis lux mundi. Vos eſtis ſal terræ. Vos uaſa aurea, & argentea. Hic teſtacea uaſa, uirga ferrea & æterno operiẽtur incẽdio. Quanquã igitur tui me terreat magnitudo, tamen inuitat humilitas, à ſacerdote uictima ſalutẽ, à paſtore præſidiũ ouis flagito. Faticat inuidia; Romani culminis recedat ambitio. Cũ ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo Chriſti loquor. Ego nullum præmium niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, ideſt, cathedræ ſancti Petri communionem conſortior. Super illam petram fundatam Eccleſiã ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Siquis in arca Nohæ non fuerit, peribit regnante diluuio. Hæc ille. Idem Ambroſius, Idem & Cyprianus, qui eo dem Ambroſio referente, aduocauit ad ſe Epiſcopum Satyrum, à quo & quæſiuit, utrùm de catholicis Epiſcopis eſſet? hoc eſt, ſi cum Romana Eccleſia conueniret. Optimè ratus de catholicis eum Epiſcopis non eſſe, qui cũ Eccleſia. Romana non conuenit. Idem Lucius, idem Sixtus, idem Euſebius, idem Innocentius, idem iterum & Hieronymus, idem & omnes alii ſancti patres, ſancti doctores, & catholici tractatores, ex quibus iam multa admodum atque affatim adduximus. Vnde & ſatis conſtat, teneri nos omnes Chriſtianos, oues atque ouium paſtores, ad Romanæ Eccleſiæ communionem, fidei & obedientiam; qui eam non habent, ut eam recipiant; & qui eam habent, ut eam non amittant, non deſerant. Ea tamen differentia ualde notanda, quam notauit optimè doctor ille uero lumine præditus, Ioannes Gerſon, Cancellarius Pariſienſis: ut qui eã non habent nec eam unquam

Auguſt. 24. q. 1. c. Pudenda. in fine. Diſt. 68. Quorum uices.

In epiſto. ad Damaſum.

G *24. q. 1. c. Quoniam uetus.*

Mat. 5.

H

In oratione funebri de obitu fratris. Habetur. 24. q. 1. c. Aduocauit. Ibidem. c. Arcta ergo. c. Memor ſum. c. In ſede. c. Quoties. §. Hac eſt.

Ioannes. Gerſon.

A quam habuerunt, teneãtur eam recipere præcepto diuino affirmatiuo: qui uerò eam habent, teneantur eam non relinquere præcepto diuino negatiuo: quia eſt præceptum affirmatiuum de ea recipienda, & eſt præceptum negatiuum de ea non relinquenda. Igitur, qui eam nunquam receperunt, quiq; eam aliquãdo habuerunt & reliquerunt, in quo ſint periculo perſpiciunt.

Continuantur præcedentia ex dictis Caluini & noſtris catholicis reſponſionibus. Agiturq; contra ipſum in eo quòd ſanctificationem & iuſtificationẽ, duas eſſe res exiſtimat; iuſtificationem quidem eſſe ſolam peccatorum remiſſionem, noſtram ſanctificationem aut innouationem, (tanquam quid poſterius) ſequi noſtram iuſtificationem: & declaratur probaturq; contra ipſum, aliud eſſe loqui de noſtra iuſtitia, aliud uerò de noſtra iuſtificatione. Adhæc oſtenditur quid ſit iuſtitia, quid iuſtificatio, quid ſanctificatio, quid innouatio, quid peccatorum remiſſio, quid diuina imputatio.

CAP. XVIII.

Verba Caluini.

DICIT Caluinus, Neque tamen interea negandum eſt, quin perpetuò coniunctæ
B ſint & cohæreant duæ iſtæ res, ſanctificatio & iuſtificatio: ſed perperam inde infertur unam ac eandem eſſe. Exempli gratia, Solis lumen & ſi nunquam ſeparatur à calore, non tamen calor. exiſtimatur eſt, nemoque tam rudis inuenitur, qui non unum ab altero diſtinguat. Fatemur ergo, ſimul atque iuſtificatur quiſpiam, neceſſariò innouationem quoque ſequi. Neque uerò de eo ambigitur, an ſanctificet Chriſtus, nec ne, quoſcunque iuſtificat. Hoc enim eſſet lacerare Euangelium, adeoq; Chriſtum ipſum diſcerpere, ſiquis iuſtitiam quam fide conſequimur, ſeparari uelit à pœnitentia. Sed tota noſtra diſceptatio eſt de cauſa iuſtificationis. Hanc Tridentini patres duplicem eſſe fingunt, ac ſi partim remiſsione peccatorum, partim ſpirituali regeneratione iuſti eſſemus, uel, ut aliis uerbis exprimam quod ſentiunt, ac ſi partim imputatione, partim qualitate iuſtitia noſtra conſtaret. Hæc Caluinus.

Reſpon. Catholic.

In quibus uerbis ſic multa habet, explicat, implicat, ponit, atque inuoluit, ut rectè iudicemus longiſsimum ſimulq; tædioſum fore legentibus, ſi quiſquam uno contextu ea omnia referre, explicare, & impugnanda impugnare niteretur; quam ob rem, & melioris faciliorisq; intelligentiæ gratia, placet multa hæc quæ ipſe quaſi in unum collegit, per partes diuidere, ſingulisq; partibus iam diuiſis reſpondere. Diuidamus ergo has hominis doctrinas per articulos, & illis reſpondeamus. C

Verba. Caluini.

DICIT itaque Caluinus, Neque tamẽ interea negandum eſt, quin perpetuò coniunctæ ſint & cohæreant duæ iſtæ res, ſanctificatio & iuſtificatio:

Reſponſ. Catholic.

Reſpondemus, Quid tibi interea non ſit negandum aut ſit concedendum, uel'ne, tu uideris. Nos autem, quantum ad præſentem diſputationem attinet, dicimus interea negandum non eſſe, quin ſanctificatio ſit motus ad ſanctitatem, iuſtificatio uerò ſit motus ad iuſtitiam: id eſt, prout ſanctificatio & iuſtificatio accipiuntur paſsiuè: hoc eſt, prout eſt in eo qui iuſtificatur; Sicut dealbatio eſt motus ad albedinem, ſi accipiatur dealbatio paſsiuè, hoc eſt, prout in eo qui dealbatur. Hæc eſt ueriſsima noſtra determinatio, quæ interea nullo modo negari poteſt. Suntq; iſti motus non ſecundum locum, neque ſecundum corporalem quantitatem, ſed ſecundum qualitatem, eamq; uidelicet ſpiritalem. Vnde igitur ſi ſanctificatio & iuſtificatio conſiderantur ut motus, ſicut, re uera, ſunt quidam motus; non poſſumus loqui de eorum identitate aut diſtinctione, niſi ſecundum quod loquimur de identitate aut diſtinctione motuum ſimilium: conſiderando omnia, quæ ad hoc conſiderare debemus. D Sed de hoc magis ſtatim, paulò poſt.

Tu uerò Caluine, interea erras grauiſsimè, in his uerbis multipliciter, Primùm, quia dicis non eſſe negandum, id quod maximè eſt negandum, ſanctificationem & iuſtificationem, eſſe duas res: & ſupponis id quod probare intendis, ſed non probas: quaſi tua ſuppoſitio ſufficiat pro oſtenſione, demonſtratione, aut probatione: eadem facilitate nos tuã ſuppoſitionem non admittimus, qua tu illam introducis: niſi quòd nos multas rationes habemus non admittendi, & tu nullam habes ita ſupponendi. Secundò, quia ſanctificatio & iuſtificatio pro ut ſignificantur in his terminis, potius ſunt actiones ſeu paſsiones rerum, quàm res: ſicut calefactio, frigefactio, dealbatio & ſimilia. Et licet non ſit motus præter res ad quas eſt motus, licetq; eadem res ſic actio & paſsio, quæ dicitur actio pro ut eſt ab hoc, & dicitur paſsio pro ut in hoc, ut notauit Ariſtoteles & obſeruant omnes Philoſophi poſt ipſum: *Phyſic. 3.* diſtincta tamen prædicamenta habent ad quæ pertinent per ſe ac directè, res ipſa, actio, paſsio, pro ut ipſe auctor diſtinxit ac numerauit prædicamenta, & diſtincta nomina habere debent, *In ſuis prædic.* quando de eis formaliter, proprieq; loquimur: nec ſic faciliter licet apud uiros doctos, confundere res ipſas, actiones, aut paſsiones rerum

E rerum. Tertiò in hoc erras grauiſsimè ò Caluine, contra teipſum & propriam doctrinam tuam, qua frequenter dicis, iuſtificationem eſſe ſolam peccatorum remiſsionem, ſeu peccatorum non imputationem: pro quo adducis illud ex quo iam diſputauimus, Beati quo rum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatum. Etenim remiſsio ſeu non imputatio peccati, prout ſic ſignificatur, nihil ponit, ſed quidem remouet: nec eſt affirmatio ſed negatio, quia eſt remotio peccatorum, & negatio imputationis. terminatur nanque peccatorum remiſsio, ad peccatum non eſſe; & terminatur peccatorum non imputatio, ad peccatum non imputari: eſtq; ideo à termino in non terminum, hoc eſt, à termino affirmatiuo ad terminum negatiuũ, ſecundum phraſim Ariſtotelis; quia eſt ab eſſe peccati ad non eſſe peccati, & ab eſſe imputationis ad non eſſe imputationis. Si autem iuſtificatio tibi eſt ſola remiſsio peccatorum, non imputatio, & per conſequens tibi eſt negatio: malè, falſeq; modò dicis ſanctificationem, & iuſtificationem duas eſſe res, ſibi coniunctas, & inhærentes. Non ſic dicere debuiſti, ſed potius quòd, ſecundum tuam doctrinam, ſanctificatio & iuſtificatio ſunt una res & una negatio: id eſt quòd ſanctificatio, ſit res quædam, iuſtificatio autem ſit ne-

F gatio eius rei quæ eſt peccatum; hoc eſt, remiſsio, ſiue nonimputatio, & per conſequẽs negatio rei malè commiſſæ uel malè omiſſæ. Quandoquidem pro certo aſſeris, iuſtificationem, eſſe ſolam peccatorum remiſsionem, aut ſolam peccatorum, commiſsionis uel omiſsionis, uidelicet, nonimputationem, & per conſequens negationem, permanentiæ, condemnationis, damnationis, ſiue imputationis peccati. Quartò hic dicimus oportuiſſe te prius uidere aut uidiſſe omnia, ut poſtea certiore uti ſermone poſſes, quod ita admonemus, quia exiſtimas ſanctificationem & iuſtificationem, duas res eſſe perpetuò coniunctas & cohærentes. Quid ſi aliquando ſeparẽtur, aut profectò ſeparari dicantur ſanctificatio & iuſtificatio? In quo hominum poteſt magis eſſe peccatorum remiſsio, & per conſequens iuſtificatio, ſecundum tuam doctrinam, quàm in homine immaculato? Qui enim immaculatus eſt, profectò remiſsionem peccatorum habet, cum naſcamur & concipiamur in peccatis, filii iræ, atque de maſſa perditionis, ſicut legimus, Ecce enim in ini

Pſal. 31. *Rom. 4.*

Pſal. 50. quitatibus conceptus ſum, & in peccatis con cepit me mater mea. Quid eſt homo, ut

Iob. 15. immaculatus ſit, & ut iuſtus appareat natus de muliere? Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cœli non ſunt mundi in conſpectu eius: Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quaſi aquas iniquitatem? Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce Luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius: Quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Eramus omnes naturâ filii iræ, Nemo ſine ſorde eſt, nec infans cuius eſt unius diei uita ſuper terram. Ex quibus omnibus profectò uidetur, quòd ſi iuſtificatio eſt ſola peccatorum remiſsio, nemo eſt magis iuſtificatus, quàm qui eſt immaculatus: & quòd in nullo homine eſt magis iuſtificatio, quàm in homine immaculato, ſicut iam fuit propoſitum. Diuus autem Hieronymus in ſuis commentariis ſuper epiſtolam Pauli ad Epheſios, circa illud uerbum, Vt eſſemus ſancti & immaculati. docet quòd ſanctum & in maculatum nõ ſe habeant coniunctim, ut ſtatim ſit ſanctus qui eſt ĩmaculatus, licet bene è contra, ut ſi quis ſanctus eſt, ſtatim immaculatus ſit: quam ſentẽtiam ſtatim ſuã probat in paruulis, quos dicit eſſe quidem immaculatos, ſed non ſtatim ſanctos. Verba eius ſunt, Inter ſanctum & ĩmaculatum hoc intereſt, quòd ſanctus, & immaculatus quoque intelligi poteſt; immaculatus uerò, non ſtatim & ſanctus. Paruuli quippe immaculati ſunt, quia integro corpore nullũ fecere peccatum: & tamen non ſancti, quia ſanctitas uoluntate & ſtudio comparatur. Quid etiam de illa ſentẽtia illorum doctorũ qui olim minus bene intelligentes dicebant paruulis quidẽ in Baptiſmo peccatum remitti, ſed non eis in baptiſmo gratiam aut uirtutes dari, præſtari, aut communicari. quam eorum ſententiam falſam inuenimus relatam, in pugnatam, & relictam apud multos, & in uariis locis, apud Magiſtrum ſentẽtiarum, & apud ſanctos Canones, De Baptiſmo, atque in De ſumma Trinitate & fide catholica, in Clementinis. Vbi ſancta Eccleſia olim reliquit diſputationi doctorum, Vtrùm uirtutes in baptiſmate paruulis infundantur, uel non: licet tamen ibi magis eligat eam catholicorum doctorũ ſententiam, qui aſſerunt gratiam & uirtutes in baptiſmo infundi. De qua re non pauca dixit Gabriel Biel in ſuis ſententiis. Vnde igitur doctores illius ſententiæ relictæ negabant in paruulis ſanctificationem; quia negabant in illis gratiæ ſeu uirtutum infuſionem concedentes tamen in illis eiſdem paruulis remiſſionem peccatorum, & per conſequens ſecũdum Caluinum, iuſtificationem: quia uidelicet Caluinus dicit iuſtificationem, eſſe peccatorum remiſsionem, & nihil aliud. Quid etiam

G

Iob. 25.

Hierony.

Epheſ. 1.

Verba Hierony. de ſancto & immaculato.

H

Lib. 4. Diſt. 4. *C. Man.* *C. Vnico.*

Lib. 4. Diſt. 4. Queſt. 1. Art. 2. Concluſ. 6.

A etiam ſi dixerit quiſpiam, iuſtificationem, eſſe quidem motum ad iuſtitiam, non quaſi ex ſola priuatione formæ ad formam, ſed qua ſi ex contrario informam contraria: ſanctificationem autem eſſe motum ad ſanctitatem, non quaſi ex contrario, ſed tanquam ex priuatione? Qui enim ita dixiſſent, conſequenter docuiſſent, angelos in cœlo, & homines in terreſtri paradiſo ante peccatum, fuiſſe uti que ſanctificatos, ſed non iuſtificatos: & ita docentes, tunc ſanctificationem à iuſtificatione ſine dubio ſeparaſſent, ut conſtat. Hæc dixiſſe uoluimus admonendo, ut uideant omnes, quanta poteſt in illa aſſertione Caluini eſſe differentia&, quot dubia circa illam ſubo riri poſſunt. Verùm quia iam manifeſta res hæc eſt ſecundum legem communem & ordinatam Dei quoad nos homines ſanctificandos, ac iuſtificandos, nos facilè damus eam inſimul animorum iuncturam & cohærentiã perpetuò, ſanctificationis & iuſtificationis. Sed quæſo, ulterius progrediamur ad eorum unitatem, idemtitatem, aut diſtinctionem. Sic tamen ut intelligamur hic concedere horum in ſimul iuncturam & cohærentiam ubi non fuerit probata horum unitas, atque B idemtitas.

Verba Caluini. DICIT Caluinus, Sed perperam inde infertur unam ac eandem eſſe. Exempli gratia, Solis lumen & ſi nunquam ſeparatur à calore, non tamẽ calor exiſtimãdus eſt, nemoq; tam rudis inuenitur, qui non unum ab altero diſtinguat. *Reſponſio Catholic.* Reſpondemus, Profectò ſi nos ex ſola ſimultate uocata & cohærentia ſanctificationis & iuſtificationis inferre uellemus aut niteremur, eorum unitatem ſeu idemtitatẽ, bene tu inferres contra nos, noſtram ruditatem, & meritò nos rudes appellaſſes: quandoquidem ex natura rei, inſimul iunctura, & cohærentia aliquorum, non inferunt eorum unitatem aut idemtitatem: ſed potius inferũt eorum diſtinctionem aut differentiam. Non enim alicuius ad ſeipſum eſt unio aut cohærẽtia, ſed unitas & idemtitas: nec aliquid eſt ſecum ſimul aut ſibi cohærens, ſed eſt ſibi idem, unumque. Et de idemtitate alicuius ad ſeipſum non parum agitur inter doctores, quærentes de illa, quid ſit, quæ res, quæ relatio? realis? an rationis? Sed & de unione & cohærentia ſimiliter non pauca doctores dicunt, oſtendentes, quid ſit ſimultas, & quid cohærentia: quæ ſunt ſimul, & quæ cohærent. Nos igitur non inferimus unitatem ſeu idemtitatem ſanctificationis & iuſtificationis ex unione & cohærentia eorum. Ex quo ergo? Ex eorum termino ad quem, atque ex ea re poſitiua, in qua formaliter fit, tum ſanctificatio; tum iuſtificatio, eſt enim ille terminus unus & idem atque eſt C illa res una & eadem. Eſt enim iuſtificatio ad gratiam & uirtutes, tanquam ad ſuum terminum ad quem; & etiam ſanctificatio eſt ad gratiam & uirtutes tanquam ad ſuum terminũ ad quem: rurſusq; gratia & uirtutes ſunt res in quibus formaliter fit poſitiua iuſtificatio, & gratia ac uirtutes ſunt res in quibus formaliter fit poſitiua ſanctificatio. Eaſdem nanque res ſpiritales Deus Optimus Maximus producit in animas noſtras, dum nos iuſtificat & dum nos ſanctificat, uidelicet gratiã atque uirtutes: ipſaq; diuina actio qua Deus in noſtras animas producit has res ſpiritales, uocatur ablutio, ſanctificatio, iuſtificatio, uiuificatio, illuminatio, ſanatio, reformatio, innouatio, deificatio, deiformatio, eleuatio. Noſq; dum has res ſpiritales à Deo recipimus, gratiam & uirtutes, dicimur ablui, ſanctificari, iuſtificari, uiuificari, illuminari, ſanari, reformari, innouari, deificari, deiformari, eleuari. Habemusq; hæc multa & uaria nomina ab eiſdem rebus, ob multas rationes, multos effectus, & multos reſpectus earundem rerum: ob quam rationem etiam una ipſa Dei prædicta actio, multa atque uaria habet nomina prædicta: ut dicatur ablutio, ſanctificatio, iuſtificatio, uiuificatio, illuminatio, &c. ſicuti diximus. Ergo non inferimus D unitatem ſanctificationis & iuſtificationis ex unione aut cohærentia eorum, ſed ex unitate ac identitate eorum termini ad quem: hoc eſt, ex ipſis eiſdem rebus ad quas terminatur, tam ſanctificatio, quàm iuſtificatio, & è contra. Quantum ergo dicere poſſumus ex hac parte, una res ſunt ſanctificatio & iuſtificatio: quia unus terminus ad quem, eſt iuſtificationis & ſanctificationis, id eſt, gratia & uirtutes. Ad idem enim, unum, uel plura, terminantur: ideſt, ad eandem gratiam & ad eaſdem uirtutes. Includit autem iuſtificatio hominis illas duas mutationes de quibus diximus ſuperius, peccatorum remiſsionem, ac gratiæ & uirtutum inductionem: omnino ſicut illuminatio aeris, includit expulſionem tenebrarum, ac inductionem luminis: Sicut etiam omnis motus includit duos terminos, hoc eſt, terminum à quo, & terminum ad quem: ſed differenter, quia terminum à quo includit, expellendo; terminum autem ad quem includit, acquirendo: unde pariter omnis motus includit illas duas mutationes, expulſionem termini à quo quæ terminatur ad non eſſe eius, atque acquiſitionem termini ad quem, quæ terminatur ad eſſe illius. Sicut etiam nullus eſt motus qui non includat has duas mutationes, alteram expulſiuam termini à quo, alteram uerò acquiſitiuam termini ad

E ad quē; ſic iuſtificatio peccatoris, de qua modò loquimur & in tota hac noſtra diſputatione, includit illas duas mutationes, remiſſionem peccatorum, quæ eſt expulſiua peccati, tanquam termini à quo, & acquiſitionem gratiæ ac uirtutum, quæ eſt acquiſitiua gratiæ & uirtutum, tanquam termini ad quem. Sicut etiam non intelligitur aer illuminatus, niſi intelligatur cum expulſione tenebrarum & acquiſitione luminis: ita non intelligitur homo iuſtificatus, niſi intelligatur cum remiſſione peccatorum, tenebrarum ſpiritalium animæ, & cum acquiſitione gratiæ ac uirtutum, ſpiritualium animæ luminum. Hæc eſt igitur iuſtificatio peccatoris, quæ has duas mutationes includit; alteram, quæ eſt remiſſio ſeu expulſio peccatorum, qua homo mutatur de eſſe ſub peccato, ad non eſſe ſub peccato, & dicitur mutatio de termino in non terminum, id eſt, de termino affirmatiuo ad terminum negatiuum: alteram, quæ eſt acquiſitio gratiæ & uirtutum, qua homo mutatur de non eſſe ſub gratia, & uirtutibus, ad eſſe ſub gratia & uirtutibus, & dicitur mutatio de non termino in terminum, id eſt, de termino ſeu extremo negatiuo, in terminum ſeu extremum affirmatiuum. Si altera harum mutationum deficiat, certè non eſt iuſtificatio peccatoris: nec altera mutatio harum ſo-
F la, tale habet nomen; ut proprie dicatur peccatoris iuſtificatio: & poſſunt ſine dubio ſeparari hæ duæ mutationes ab inuicem per diuinam potentiam abſolutā, ſicuti iam ſatis probatum eſt. Siue autem ſeparari ualeant in filiis Adæ peccatoribus, ut quidam concedūt, ſiue in eis ſeparari non ualeant, ut quidam dicunt; ſemper uera eſt doctrina quæ ponit iuſtificationem cōtinere has duas mutationes. In hoc conformes ſunt oēs catholici tractatores, ſic accipiunt hoc nomen, & ita definiunt rem huius nominis, ut nullo modo aliquis motus propriè ſit aut dicatur iuſtificatio, niſi habeat, niſi contineat, niſi includat has duas mutationes. Quid ſi aliquis motus aut aliqua mutatio ita dicatur impropriè? De improprietatibus non curamus. Non enim cadunt improprietates ſub ſcientia, uel arte, ſicut nec accidentia: ſed poſſunt multiplicari in infinitum, Saltem ſincathegoreumaticè: id eſt, non tantum, quin magis. Quid ſi quiſquam aliquam harum mutationum ſolam appellet iuſtificationem, nihil exprimendo de alia, propter aliquam conſiderationem ſcientialem? Hoc eſt aliud, de quo iam diximus affatim. De iuſtificatione igitur, modò hæc dicta ſufficiant. De ſanctificatione autem quid dicendum? Duo ſunt ſine dubio concedenda, Alterum, quòd ſanctitas eſt motus ad ſanctitatem, ſicut iuſtificatio eſt motus ad iu- G
ſtitiam: Alterum, quòd quantum ad terminum ad quem, ſanctificatio coincidit cum iuſtificatione: per eaſdē enim res iuſtificamur & ſanctificamur formaliter, per gratiam uidelicet nobis à Deo communicatam & præſtitam, atque per uirtutes. Poteſt autem uerti in quæſtionem, An ſanctificatio ſit ab eodem termino à quo & eodem modo, à quo termino & quo modo eſt iuſtificatio? id eſt, poteſt uerti in quæſtionem, An ſanctificatio eodem modo includat remiſſionem peccatorum, tā quam mutationem expellentem terminum à quo, quod eſt peccatum? Vel, An ſolùm intelligatur eſſe tanquam motus qui eſt non à contrario in contrarium, ſed à priuatione ad formam, cum tamen iuſtificatio impii intelligatur eſſe & uerè ſit tanquam motus qui eſt non à priuatione ad formam, ſed à contrario in contrarium, qui motus neceſſariò ex natura ſua eſt expulſiuus contrarii præexiſtentis, cum non poſſint duo contraria eſſe ſimul. Iterumq; poteſt uerti in quæſtionem, An ſanctificatio quantum ad terminum ad quem, dicat totum quod dicit iuſtificatio? An non totum, ſed partem? Quæ quæſtio poteſt uideri non parua, ex eo quòd quidam dicunt, ſanctitatem eſſe partem iuſtitiæ, ut ſupra uidimus. De his autem non ſunt modò nobis dicenda plura, cùm ea quæ dicta ſunt, uidean- H
tur ſatis ſuperq; ſufficere. Neque modò de his agimus principaliter, ſed de iuſtificatione; oſtendentes quòd ea includit tum peccatorum remiſſionem, tum gratiæ & uirtutū acquiſitionem, & per conſequens ſanctificationē: ſiue ſanctificatio dicat totum quod dicit iuſtificatio quātum ad terminum ad quia, ſiue partem: ſiue quoque intelligatur eſſe ut motus à contrario in contrarium, ſiue ut motus qui eſt à priuatione ad formam. Eſt iuſtificatio, motus ad iuſtitiam: eſt ſanctificatio, motus ad ſanctitatem: iuſtitia autem & ſanctitas idem ſunt, quantum ad rem quam ponunt: ut eadem res quoque ſit iuſtificatio & ſanctificatio, ſicut dictum eſt: id eſt quantum ad terminum ad quem. Si autem ſit differentia quantum ad partem, non refert ad propoſitum. Cæterùm exemplum quod ponit Caluinus nihil facit, deficit enim in unitate, deficit in unione, deficitq; à propoſito. Deficit ab unitate, quia lumen & calor non ſunt unū: ſed calor eſt calor, & lumen eſt lumen: nec calor reperitur in ſole ſecundum actum, ſed ſolùm repetitur in ſole ſecundum uirtutem: quia corpora cœleſtia non ſunt ſuſceptiua peregrinarum impreſſionum, quales impreſſiones ſunt, calor, frigus, humiditas, ſiccitas. Deficit ab unione, quia calor & lumen,

ſeu

A ſeu lumen & calor non ſemper ſunt idem ſecundum actum: ut certò conſtat in corporibus cœleſtibus, quæ actu habent lumen, & non habent actu calorem: quæ inſuper illuminant & non calefiunt: ſicut & ferrum recipit calorem & calefactionem à ſole, non tamen recipit ab eo lumen nec illuminationẽ. Non enim habet diaphani rationem, nec id quod ad illuminationem ſeu ad luminis receptionem requiritur. Deficit etiam à propoſito, quia nos non comparamus ſanctificationem & iuſtificationem inter ſe, ſicut comparantur inter ſe illuminatio & calefactio, ſeu lumẽ & calor: ſed comparamus iuſtificationem & ſanctificationem inter ſeſe, ſicut comparantur inter ſe, totum & pars. Quia profectò iuſtificatio peccatoris includit & ſanctitatis infuſionem, quæ eſt ſanctificatio; & peccatorum remiſſionem, quæ eſt peccati expulſio. Ambo enim hæc, includit peccatoris iuſtificatio. Omnino ſicut illuminatio aeris, quâ ſol illuminat aerem, dicit, includit, aut ſuppouit, tum luminis in aere inductionem, tum tenebræ ab ipſo aere remotionem, ſeu expulſionem: Sit illuminatio animæ, qua ſol iuſtitiæ Chriſtus illuminat animam, quæ illuminatio eſt animæ iuſtificatio, dicit includit, aut ſupponit, tum ſpiritalis luminis inductionem ſeu infuſionem, tum tenebrarum ſpiri-
B talium, peccatorum, inquam, remotionem ſeu expulſionem, aut remiſſionem. Pecca-
Ephes.5. tori enim iuſtificando dicit Apoſtolus, Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Quid eſt illuminabit? Iuſtificabit. Illuminat enim iuſtificando, & iuſtificat illuminado, ſecundum iſtud tale lumen. Vnde hominibus iam iuſtificatis dicit, Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino: ut filii lucis ambulate. Itaque dum Chriſtus ſol iuſtitiæ iuſtificat animam, duo facit circa illam, alterum quòd illam illuminat gratiam gratum facientem infundendo: alterum quòd animam purgat, peccatum ab ea remouendo, remittendo, expellendo. Gratiæ infuſio, eſt ſanctificatio: peccatorum remotio ſeu expulſio, eſt peccatorum remiſſio: & ambo hæc includit iuſtificatio. Ergo iuſtificatio & ſanctificatio, non comparantur à nobis inuicem, ſicut comparantur illuminatio & calefactio: ſed comparantur inter ſe modo maximè differenti, qui iam ex dictis conſtat ſatis.

DICIMVS ergo, Deum dum animam iuſtificat, duo facere circa animam, alterum eſt, quòd ei gratiam infundit, alterum eſt, quòd ab ea peccatum remouet: quam ob rem conſequenter loquendo, dicimus iuſtificationem continere utrunque horum tanquam partem, & ex illis conſtare. Profectò etiam C illos duos actus Dei, gratiam infundere animæ, & peccatum remouere ab anima, non comparamus inuicem, ſicut comparamus duos hos actus Solis, illuminare, & calefacere: Sed illos duos actus Dei comparamus inuicem, ſicut hos duos actus Solis, illuminare aerem, expellere tenebras ab aere: uel etiam ſicut hos actus Solis, aeri lumen infundere, tenebras remouere. Non enim poteſt Sol illuminare, aerem non lucidum, niſi tenebras remouendo: nec poteſt tenebras remouere, niſi illuminando, aut lumen infundendo. Maximè quia tenebra, eſt priuatio luminis, ob quod nullo modo tollitur, niſi per luminis poſitionem, ut conſtat. Eodem modo, peccatum, eſt priuatio gratiæ, quæ nullo modo tollitur niſi per poſitionem gratiæ. Ob quod certè iuſtificatio quæ ſine dubio peccatum tollit, eo ipſo & per ſe, gratiam ponit. Aut oſtendat aliquis quomodo in uniuerſum tollitur priuatio, niſi per poſitionem habitus.

DICIT Caluinus, Fatemur ergo ſimul atque iuſtificatur quiſpiam, neceſſariò innouationem quoque ſequi. Neque uerò de eo ambigitur, an ſanctificet Chriſtus, nec'ne, quoſcunque iuſtificat. Hoc enim eſſet lacerare Euangelium adeoq; Chriſtũ ipſum diſcerpere, ſi quis iuſtitiam quam fide conſequimur, ſeparari uelit à pœnitentia. Reſpondemus. Hic quoque Caluinus repetit ſuam ſententiam per modum illationis, negans unitatem ſeu identitatem iuſtificationis & ſanctificationis, concedendo tamen illarum inſimul unionem, cui ſuo errori iam ſatis impugnato, modò denuo addit, quòd & ſi iuſtificatio, ac ſanctitas ſint ſimul, innouatio ſequatur iuſtificationem, non è contra: per innouationem intelligendo ſanctificationem, & ut exprimit pœnitentiam. Apud Caluinum qui dicit iuſtificationem eſſe ſolam peccatorum remiſſionem, habet locum diſputatio & quæſtio, An iuſtificatio ſic accepta, ſit prius tempore, uel natura quàm ſit innouatio uel ſanctificatio quæ eſt per receptionem gratiæ & uirtutum? Sicuti apud nos eſt quæſtio & diſputatio non parua, An prius ſit tempore uel natura peccatorum remiſſio, quàm gratiæ ac uirtutum infuſio, uel è contra, prius ſit tẽpore uel natura gratiæ infuſio, quàm peccatorum remiſſio. Sicuti etiam apud Philoſophos eſt quæſtio & diſputatio grauis, omniũ mutationum quæ fiunt inter contraria, An expulſio unius contrarii, ſit prior inductione alterius? an è conuerſo, inductio, prior expulſione? Et quantum pertinet ad hanc quæſtionem, iam nos multa diximus cum de ordine,

Verba. Caluini.

D *Reſponſ. Catholic.*

E dine, poſterioritate, prioritate, ac unione harum duarum mutationũ ageremus, ideſt, de peccatorum remiſsione, & de gratiæ infuſione: ſunt enim hæ duæ mutationes diſtinctæ, quarum illa eſt ſine dubio deperditiua, quia eſt priuatio obligationis & ſublatio pœnæ, peccatiq; extractio: & hæc eſt acquiſitiua, quia eſt creatio ſeu productio gratiæ in anima. Latiſsimè diſputauit Gabriel Biel in ſuis ſententiis hanc quæſtionem quantum ad diſtinctionem & ordinem harum mutationum inter ſe, agens de remiſsione peccati & de inductione gratiæ, quas quoque concedit eſſe mutationes diſtinctas: & dicit duo quantum ad hoc, primùm quòd ſimpliciter loquendo, nec expulſio culpæ eſt prior naturâ infuſione gratiæ, nec è conuerſo, quia per diuinam potentiam, culpa & gratia poſſunt eſſe ſimul, & una ſine altera, quia Deus poſſet peccatori dare gratiam ſine remiſsione peccati, & peccatum remittere ſine infuſione gratiæ: ſecundum quod, ſtante ordinatione diuina, ſic infuſio gratiæ eſt prior remiſsione culpæ, quia remiſsio culpæ non fit ſine infuſione gratiæ: ſed bene è conuerſo, gratia infundi poteſt, ſine remiſsione culpæ: poteſt enim infundi ei qui non habet culpam, ut patet de Chriſto Saluatore noſtro ſecundum humanitatem, & de Beatiſsima Virgine Domina noſtra, & de angelis.

Gabriel Biel. Lib. 4. Diſt. 14. quæſt. 1. Art. 1. Notab. 4. Et 16. art. 2. circa concluſ. 5.

Quibus duobus ſuis F dictis, ipſe addit tertium docens, quòd, Vbi præceſsit culpa, neutra harum mutationum poteſt fieri ſine alia, & ideo quantum ad hominem qui fuit peccator neutra eſt prior alia: quia ſeparari non poſſunt, ſaltem loquendo de prima gratia, ut in iuſtificatione impii, aut in lapſu iuſti. Nam iuſto poteſt augmentari gratia per infuſionem noui gradus gratiæ, ſine expulſione culpæ; Et ita in iuſtificatione impii, ſecundum ipſum auctorem, non eſt ordo naturæ, inter expulſionem culpæ & infuſionem gratiæ. Melius tamen ſanctus Thomas, cõſiderando quòd gratia eſt aliquo modo cauſa expulſionis culpæ, dixit, infuſionem gratiæ, eſſe utique priorem remiſsione peccati in genere cauſæ efficientis; ſed remiſsionem peccati, eſſe priorem infuſione gratiæ in genere cauſæ naturalis. Omnino ſicut dicendũ eſt de inductione luminis in aere, & de expulſione tenebræ ab ipſo. Ecce igitur quid dicendum eſt ô Caluine, ſecundum quod tu loqueris de iuſtificatione, eam accipiendo pro ſola peccatorum remiſsione, & de illa ſic accepta loquendo per comparationem ad ſanctificationem aut renouationem, quæ eſt gratiæ ac uirtutum infuſio, inductio, ſeu productio, aut receptio. Sanctificatio enim ſeu renouatio, eſt prior in genere cauſæ efficientis, remiſsione peccatorum: ſicut & ipſa gratia, ſeu ipſius G gratiæ infuſio, quæ eſt ſanctificatio.

S. Tho. Prima 2.

Secundũ autem doctrinam noſtram ueriſsimam, quia iuſtificatio includit & continet, tum peccatorum remiſsionem, tum ſanctificationem, id eſt, gratiæ & uirtutum infuſionem, quaſi tanquam duas eius partes integrantes; comparando iuſtificationem ad ſanctificationem, etiam ſanctificatio habet rationẽ prioris, quia profectò habet rationẽ partis. Omnis.n.pars eſt cõſtitutiua ſui totius, ob quod certè habet reſpectu eius rationẽ cauſæ, & per conſequẽs prioritatẽ quandam: ſicut generaliter & ſine inſtantia, omnis cauſa eſt prior aliquo modo, tẽpore, natura, uel ordine, ſuo effectu. Cæterùm quod hic dicis, nõ ſeparari quidem tẽpore iuſtificationẽ tuam, ideſt, ſolam peccatorũ remiſsionẽ, à pœnitentia, eſt utiq; ueriſsimũ: ſed quod addis, pœnitentiam ſequi ad illam, eſt profectò falſiſsimum. Etenim nõ datur nobis à Deo pœnitentia, per peccatorum remiſsionem; ſed è contra datur nobis à Deo peccatorum remiſsio, per pœnitentiam. Pœnitẽtia ergo habet rationem præcedentis, & peccatorum remiſsio habet rationem ſubſequentis quoad naturam; licet bene quidem ambo ſiant ſimul tempore, & non ſeparentur quoad tempus. Oſtendamus igitur concedi nobis remiſsionem peccatorum per pœnitentiam. Sic enim docet expreſsè tota fermè ſcriptura ſancta, utriuſque teſtamẽti, Noui & Veteris, H ut conſtabit ſtatim ex ſcripturis allegandis: quamuis de hoc alibi copioſior habendus ſit ſermo, quando contra Lutherum pro pœnitentia ſunt dicenda multa. Eſt enim pœnitentia, diſpoſitio ex parte noſtra cum adiutorio gratiæ Dei iuuantis, requiſita ad remiſsionẽ peccatorum, ad gratiam gratum facientem, ad iuſtificationem, ad uitam, ad regnum cœlorum, ad gloriam, ad beatitudinem: & ideo cum gratia gratum faciẽs, ſit prior quàm peccatorum remiſsio in genere cauſæ efficientis, certè quoque pœnitentia eſt prior natura quàm remiſsio peccatorum in genere cauſæ diſponentis, ſeu materialis, cum pertineat ad diſpoſitionem materiæ, ſubiecti, ſeu animæ recepturæ gratiam gratum facientem habitualem creatam. Neque pœnitentia intelligitur ut poſterior ipſa gratia gratum faciente, niſi prout intelligitur pœnitentia formata: in tali enim eſſe, hoc eſt, in eſſe formato; pendet pœnitentia à gratia huiuſmodi & charitate, ſicut & quæcũq; alia formata uirtus, fides, ſpes, prudentia, fortitudo, temperantia, iuſtitia, à charitate pendet. Diuinas ergo ſcripturas audiamus. Sic.n. legimus, Et uenit in omnem regionem Iordanis, prædicãs baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum. Pœnitẽtiam

Lucæ 3. Mat. 4.

A tiam agite, appropinquauit enim regnum cœ
Luca.13. lorum. Si non pœnitentiam habueritis, om-
Luca 5. nes ſimiliter peribitis. Non enim ueni uoca-
re iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Id
Luca 24. eſt ut iuſti fiant per pœnitentiam. Oporte-
bat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis ter
tia die, & prædicari in nomine eius pœniten
tiam & remiſsionem peccatorum. Sic & Pe-
trus docuit eos qui dixerunt, Quid faciemus
Act.2. uiri fratres? Pœnitentiam, inquit, agite, &
baptizetur unuſquiſque ueſtrum in nomine
Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorum ue-
Act.3. ſtrorum. Et rurſus, Pœnitemini igitur & cō-
uertimini, ut deleantur peccata ueſtra. Pau-
Act.26. lus etiam manifeſtè teſtatus eſt corām Rege
Agrippa ſeſe mandatum accepiſſe à domino,
prædicandi populis & gētibus in quas miſſus
erat, Vt conuertantur à tenebris ad lucem,
& de poteſtate ſatanæ ad Deum, ut accipiant
remiſsionem peccatorum. Quæ utique con-
uerſio ipſa eſt pœnitentia cordialis ſiue ex cor
Act.26. de, quæ arctiſsimè eſt in præcepto. Et ſecun
dum iſtud præceptum diuinum quod accepe
rat, fatetur in eodem loco ſe annuntiaſſe his
qui ſunt Damaſci primùm, & Hieroſolymis,
& in omnem regionem Iudææ, & gentibus,
ut pœnitentiam agerent, & conuerterentur
ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.
Act.20. Sic etiam & maioribus natu ab Epheſo ad ſe
B uocatis aſſerit ſe nihil eis ſubtraxiſſe utilium,
quominus anuuntiaret eis & doceret publicè
& per domos, teſtificans Iudæis atque Gen-
tilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in do
Act.17. minum noſtrum Ieſum Chriſtum. Non ſecus
etiam Athenienſibus dixit, Et tempora qui-
dem huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc
annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœ
nitentiam agant, eo quòd ſtatuit diem in quo
iudicaturus eſt orbem in æquitate. Secundū
hanc doctrinam catholicam dixit Petrus illi
Act.8. Simoni Mago, Cor enim tuum non eſt rectū
corām Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac
nequitia tua, & roga Deum, ſi forte remit-
tatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Et quidā
qui erant ex circunciſione poſtquam Petrus
geſta diuina corām illis prædicauit, tacuerūt,
Act.11. & glorificauerunt Deum, dicentes, Ergo &
gentibus pœnitentiā dedit Deus ad uitam. Et
2.Cor.7. Paulus, Quæ enim ſecundum Deum triſtitia
eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem opera-
2.Tim.2. tur. Nequando Deus det illis pœnitentiam
ad cognoſcendam ueritatem, & reſipiſcant à
diaboli laqueis, à quo captiui tenentur. Nos
Sap.11. quoque libro Sapientiæ, Deo dicimus, Diſ-
ſimulas peccata hominum propter pœniten-
tiam. Atque Ezechiel in perſona Domini ait
Ezec.18. manifeſtiſsimè, Si autem impius egerit pœni
tentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ opera-
tus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & C
fecerit iudicium & iuſtitiam: uita uiuet, &
non morietur. Omnium iniquitatum eius
quas operatus eſt, non recordabor. Infra, *Ibidem.*
Conuertimini, & agite pœnitentiam ab om-
nibus iniquitatibus ueſtris; & non erit uobis
in ruinam iniquitas. Infra, Iuſtitia iuſti non *Ezec.33.*
liberabit eum in quacunque die peccauerit:
& impietas impii non nocebit ei, in quancū-
que die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Vi *Ibidē pau*
uo ego, dicit dominus: nolo mortem impii, *lò ante.*
ſed ut conuertatur à uia ſua, & uiuat. Conuer
timini conuertimini à uiis ueſtris peſsimis: &
quare moriemini domus Iſrael? Hæc & mul-
ta alia diuina eloquia penè infinita quæ ſunt
in diuinis ſcripturis, profectò manifeſtè do-
cent non quidem concedi nobis hominibus
peccatoribus pœnitentiam per remiſsionem
peccatorum, ſed è contra docent concedi no
bis à Deo remiſsionem peccatorum per pœ-
nitentiam. Vnde igitur ſine dubio pœniten-
tia habet locum & rationem prioris, priorq;
eſt reſpectu remiſsionis peccatorum: prior,
inquam, uel tempore, uel ſaltem natura. Vt
pote quòd non pœnitentiam per peccatorum
remiſsionem, ſed peccatorum remiſsionem
per pœnitentiā nobis concedit Deus: Prior
eſt igitur in nobis pœnitentia, ipſa peccatorū
remiſsione. Ergo ſi noſtra iuſtificatio, eſt ſo-
la noſtrorum peccatorum remiſsio, & noſtra
pœnitentia, eſt noſtra ſanctificatio, ut hæc am D
bo hoc in loco doces ò Caluine; nullo modo
noſtra ſanctificatio, ſequitur noſtram iuſtifi-
cationem, ſed è contra, noſtra iuſtificatio ſe-
quitur noſtram ſanctificationem. Quare? Eo
quòd remiſsio peccatorum ſequatur noſtram
pœnitentiam, cum ſit per illam. Malè igitur
doces duas eſſe res, ſanctificationem noſtram
& noſtram iuſtificationem: & quòd dum iu-
ſtificatur quiſpiam, neceſſariò ſimul ſequitur
noſtra innouatio, aut ſanctificatio. Sed ſi ue-
ra eſſet tua doctrina, quæ tamen eſt falſiſsi-
ma, qua doces noſtram ſanctificationem no-
ſtramq; iuſtificationem eſſe duas res, & no-
ſtram iuſtificationem eſſe ſolam remiſsionem
peccatorum noſtrorum; tunc tibi dicendum
erat, non quòd noſtram iuſtificationem ſe-
quatur noſtra innouatio aut ſanctificatio, ſed
è contra quòd noſtram innouationem aut ſan
ctificationē ſequitur noſtra iuſtificatio. Quia
ut mōſtratum eſt ſatis per diuinas ſcripturas,
non habemus à Deo pœnitentiam per pecca
torum remiſsionem, ſed habemus à Deo re-
miſsionem peccatorum per pœnitentiam: ob
quod certè pœnitentia habet rationem prio-
ris, eſtq; prior tempore uel natura, quàm ſit
peccatorum remiſsio. Eſtq; pœnitentia, in-
nouatio quædam noſtra, & quædam noſtra

zz 2 ſancti-

E ſanctificatio: ut tu ipſe quoque hic doces. Et illud ad pœnitentiam pertinet, Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino. Sequitur autem, Et tu remiſiſti impietatem peccati mei. Illud quoque eſt monentis ad pœnitentiam, Dic tu prior iniquitates tuas. Et ſequitur, Vt iuſtificeris. Aberras igitur grauiſsimè in eo quòd doces ò Caluine, ſanctificationem & iuſtificationem eſſe duas res, iuſtificationem eſſe ſolam peccatorum remiſſionem, & quòd noſtra innouatio ſequitur noſtram iuſtificationem. Noſtra ſanctificatio, eſt noſtra iuſtificatio, quantū ad id quod noſtra iuſtificatio poſitiuè ponit in anima, & noſtra pœnitentia eſt prior tempore uel natura; quàm ſit noſtrorum peccatorum remiſſio: eſt tamen fides prior quàm ſit ipſa pœnitentia, quia fides eſt prima qua Deum attingimus, & ante fidem non poſſumus ſperare aut diligere, nec poſſumus propter illum pœnitere, nec pœnitentiam propter Deum habere. Sed de neceſsitate ac prioritate pœnitētiæ reſpectu remiſsionis peccatorum, futurus eſt ſermo magnus in multis locis: Nnnc de iuſtificatione agimus, oſtendendo de illa quid ſit, quas partes habeat, quæ contineat; & quia de his ſatis dictum eſt, iam nūc ad alia Caluini dicta tranſeamus, & ſuis argumentis reſpondeamus: quæ prorſus nihil probant, niſi ſuam eius cæcitatem.

F

Verba Caluini. DICIT Caluinus, Sed tota noſtra diſceptatio eſt de cauſa iuſtificationis. Hanc Tridentini patres duplicem eſſe fingunt, ac ſi partim remiſſione peccatorum, partim ſpirituali regeneratione iuſti eſſemus, uel, ut aliis uerbis exprimam quod ſentiunt, ac ſi partim impntatione, partim qualitate iuſtitia noſtra conſtaret.

Reſpon. Catholi. Reſpondemus, Multa hic dicis Caluine, in quibus non poſſumus nou maxima admiratione affici. Quod enim ais, Sed tota noſtra diſceptatio eſt de cauſa iuſtificationis, uideant omnes quàm uerum ſit. Non enim hactenus egimus de iuſtificationis cauſa, ſed de iuſtificationis quidditate, atque complexu, attendentes quid noſtra iuſtificatio ſit, quid contineat, quid complectatur. Scimus enim omnes, cauſas ipſius iuſtificationis noſtræ formalis, efficientem, quæ eſt Deus ipſe: ſubiectiuam, quæ eſt noſtra anima; & finalē, qnæ eſt noſtra glorificatio: ad hoc enim iuſtificamur, ut glorificemur: cauſam autem formalem ipſa non habet, quia immo noſtra iuſtitia, eſt forma quædam qua iuſtificamur formaliter, cuius forma profectò non eſt alia forma. Non diſceptamus igitur de cauſa iuſtificationis, ſed de eius quidditate, & continentia, & partibus: Quia tamen partes alicuius totius, quodammodo conſtituunt, integrant & complent ipſum ſuum totum, ob quod reſpectu eius habent etiam rationem cauſæ, admittimus & patienter ferimus quòd ſermonem de iuſtificationis partibus, dicit eſſe de iuſtificationis cauſa. Sed quod ultra addis, Hanc Tridentini patres duplicem eſſe fingunt, ac ſi partim remiſſione peccatorum, partim ſpirituali regeneratione iuſti eſſemus, non eſt tolerabile. Patres enim Tridentini in hoc nihil fingunt, ſed quod dicunt, rectè, uereque ſentiunt: aſſerentes noſtram iuſtificationem cōſtare ex remiſsione peccatorum & ſpirituali regeneratione, ideſt, gratiæ ac uirtutum infuſione: uerè ſcientes noſtram iuſtificationem, eſſe motum quendam includentem illas duas mutationes, alteram perditiuam, quæ eſt ad non eſſe peccati, alteram acquiſitiuam, quæ eſt ad eſſe gratiæ ac uirtutum. Neque patres Tridentini in hoc aliud faciunt niſi quòd diuinas ſcripturas & antiquos patres, tum ſanctiſſimos, tum doctiſsimos imitantur, & ſecundum illos credunt, loquuntur, & docent, eandem habentes fidem, eandem doctrinam fidei. Atque ſi rectè animaduertimus, & differentiam quandam notabiliſsimam facere uolumus, Tridentini patres non tantùm dicunt quòd partim remiſsione peccatorum, partim ſpirituali regeneratione iuſti ſumus: quātum dicunt quòd partim remiſsione peccatorum, partim ſpirituali regeneratione iuſti efficimur. H Magna ualde eſt differentia in hoc, Aliud enim eſt loqui de noſtra iuſtitia qua iuſti ſumus, & aliud eſt loqui de noſtra iuſtificatione qua juſtificamur: noſtra nanque iuſtitia ut ſic, ſignificatur & intelligitur ut forma; noſtra autem iuſtificatio ut ſic, ſignificatur & intelligitur ut motus ad formam. Ideo noſtra iuſtificatio ut ſic, includit remiſsionem peccatorum tanquam mutationem deperditiuā ſeu expulſiuam contrarii; noſtra uerò iuſtitia ut ſic, quia eſt forma poſitiua realis ſpiritalis, nō ita includit remiſſionem peccatorum, ſed uel præſupponit uel facit illam. Ecce grauiſſimam differentiam, & ualde notandam. Iuſtificamur ergo per remiſsionem peccatorum & receptionem gratiæ ac uirtutum: iuſti autem ſumus per ipſam gratiam & per ipſas uirtutes quas habemus: atque remiſsio peccatorum includitur in noſtra iuſtificatione, ſed non ita includitur in noſtra iuſtitia. Quid manifeſtius? Certè in qnolibet fieri naturali, poſuit Ariſtoteles tria principia intrinſeca ipſius fieri, materiam, formam, & priuationem: non autem ita in quolibet eſſe naturali, propter priuationem quæ iam non manet. Sed de hoc magis infra. Qnod etiam iterum addis Caluine, Vel, ut aliis uerbis exprimam quod ſentiunt, ac ſi partim imputatione

A ne, partim qualitate iuſtitia noſtra conſtaret. quoque tuam redolet audaciam, ſeu libertatem, ſuperbiæ ſeruam. Nos enim, ut iam diximus, non dicimus iuſtitiam noſtram partim ex remiſsione ſeu nonimputatione peccatorum, & partim ex qualitate conſtare; ſed dicimus noſtram iuſtificationem utrunque includere, noſtram autem iuſtitiam gratiam gratũ facientem & uirtutes eſſe. Alio modo loquimur de noſtra iuſtificatione, & alio modo de noſtra iuſtitia: quandoquidem iuſtificatio, ut iuſtificatio, ſignificatur ut motus è contrario in contrarium; iuſtitia uerò ut iuſtitia, ſignificatur ut forma ad quam eſt per ſe ille motus. Etenim iuſtificatio, eſt motus à peccato per expulſionem, tanquam à termino à quo qui relinquitur: iuſtitia autem eſt forma ad quam eſt ipſe motus, tanquam ad terminum ad quem qui acquiritur. Malè igitur uertis ſermonem à noſtra iuſtificatione quæ eſt motus à contrario in contrarium, quo iuſtificamur; ad noſtram iuſtitiam, quæ eſt forma quædam qua formaliter iuſti ſumus. Rurſusq́; malè dicis in eo quod paulò ante dicebas ſecundum noſtram ſententiam, conſtare iuſtitiam noſtram partim remiſsione peccatorum, partim ſpirituali regeneratione: nunc autem dicis ſecundum noſtram ſententiam,

B conſtare iuſtitiam noſtram partim imputatione, partim qualitate. Hoc enim tuum uerbũ, tot habet obuolutas obſcuritates, ut ſecundum illud clarè procedere nemini ſit integrum: quia profectò ſecunda tua explicatio ſententiæ noſtræ, cum tua prima explicatione eiuſdem noſtræ ſententiæ haud quaquam perſiſtere uidetur. Si noſtra iuſtificatio aut iuſtitia conſtat tibi ex remiſsione peccatorum & ſpiritali regeneratione, quomodo ſtatim dicis conſtare illam ex imputatione & qualitate? Namque & ſi ſpiritalis regeneratio ſit qualitas, gratia gratũ faciens, & uirtus: multiplex; remiſsio tamen peccatorũ non eſt imputatio, ſed potius eſt nõimputatio. Proculdubio peccatorum remiſsio, eſt peccatorum nonimputatio. Vnde tunc magis noſtra iuſtitia, non ex imputatione & qualitate, ſed potius ex non imputatione & qualitate conſtaret. Quid ergo intelligis in illo uerbo, partim ex imputatione? Quid ſignificat illud uerbum? Imputatione? Imputatio non eſt peccatorum remiſsio, ſed potius peccatorum remiſsio eſt peccatorum nonimputatio. Si autem per illud uerbum, Imputatione, intelligis propriæ gratiæ Chriſti imputationem: certè ab imputatione gratiæ Chriſti uenit nobis non ſolum remiſsio peccatorum, qua à peccatis liberamur per peccatorum expulſionem, ſed etiam infuſio gratiæ qua formaliter ac poſitiuè iuſti efficimur per gratiæ ac uirtutum receptionem. C

Nec noſtra iuſtitia conſtat formaliter in nobis ex ipſa imputatione gratiæ Chriſti, ſed ex ipſa imputatione conſtat in nobis noſtra iuſtitia formaliter, ex gratia ac uirtutibus. Gratia namque & uirtutes ſunt noſtra iuſtitia formalis, quæ nobis conciliatur ex imputatione gratiæ Chriſti, in quo eligimur à Deo, uocamur, præparamur, iuſtificamur, glorificamur. Malè igitur hac de re ſentis, maleq́ue explicas ſententiam noſtram. Quantum enim pertinet ad noſtram ſententiam, noſtra iuſtificatio continet ac complectitur peccatorum remiſsionem, & gratiæ uirtutumq́ue acquiſitionem: noſtra autem iuſtitia, eſt gratia gratũ faciens, uirtutum cœtus, ac opera uirtutum. Aliudq́; eſt loqui de noſtra iuſtificatione, & aliud eſt loqui de noſtra iuſtitia: de qua ueritate quia iam multa ſcripſimus, hæc in præſentia dixiſſe ſufficiat.

Similis ſermo eſt, ſi quis loquatur de muſica, & de muſificatione uocata, uel de motu hominis qui eſt ad muſicam, quo quis fit muſicus. Muſica enim quædam ſcientia eſt, una ex artibus liberalibus, ſubalternata ad Arithmeticam: habitus unus uel multiplex, actu uel uirtute: pertinens ad prædicamentum qualitatis ſecũdum eſſe, licet aliquo modo poſsit pertinere ad prædicamentum ad aliquid, ſecundum dici: tota ſecundum ſe & quã D libet partem ſui poſitiua ac realis. Muſicum autem fieri, ſeu, quod idem eſt, motus alicuius ad Muſicam, non ſic ſe habet: nec ita loquimur de Muſica, ſicut de Muſicum fieri. Nãq; ad Muſicum fieri, concurrunt tria, ideſt, forma ipſa, quæ eſt Muſica; materia, quæ eſt ſubiectum: & priuatio formæ: & hæc ſunt tria principia, quæ ad muſicum fieri, concurrunt & requiruntur. Sic manifeſtè docuit Ariſtoteles in ſuis Phyſicis. Agens. n. de principiis rerum ſeu actionum uel paſsionum naturaliũ, ſeu naturæ, primùm aſſeruit ea eſſe contraria ſecundum omnium ſententiam, & ſecundum ueritatem: deinde quæſiuit de eorum pluralitate, an eſſent tria, uel plura, uel pauciora? Proceſsit autem primò ad inueſtigandum numerum principiorum diſputatiuè, oſtendens non eſſe duo tantùm principia, ſed tria: pro qua re tres adduxit rationes grauiſsimas & pariter demonſtrans non eſſe plura principia quàm tria, quod ſimiliter duabus rationibus comprobauit. Determinando autem ueritatem non iam diſputatiuè, ſed aſſertiuè ac demonſtratiuè ſeu determinatiuè, prius proponit tactare ea quæ in omni generatione ſeu alteratione uel tranſmutatione reperiũtur, pro ut naturæ accommodatum eſt primùm communia dicere: ſupponit autem ad hoc, quòd

Ariſtot. Lib. 1. Phyſic. t. tex. com. 41. & 42 & tex. com. 50. Ibidem. tex. com. 50. & infra. Ibidem. t.c. 51. & 52. Ibidem. t.c. 56. 57.

cum

E eum in quolibet fieri aliud dicatur fieri ex alio, quantum ad fieri ſecundum eſſe ſubſtantiale, uel alterum ex altero, quantum ad fieri ſecundum eſſe accidentale, ob id uidelicet quòd omnis mutatio habet duos terminos, dupliciter contingit hoc dicere, eo quòd termini alicuius factionis uel mutationis poſſunt accipi ut ſimplices, aut ut compoſiti: Verbi gratia ſi dicimus, homo fit muſicus, ſeu non muſicum fit muſicum, tunc ambo termini ipſius fieri, ſunt ſimplices, ideſt, & ſubiectum & prædicatum harum enuntiationum quibus ſic enuntiamus, homo fit muſicus, non muſicum fit muſicum: quia ambo hi termini ſunt incomplexi. Si autem dicimus, nõ muſicus homo, fit muſicus homo, tunc ut cõſtat, uterque terminorum eſt compoſitus. Aliquando id ſolum cui tribuitur fieri, ideſt, ſubiectum toties ipſius actus, ſignificatur ut compoſitum, & tunc eſt tantùm compoſitio ex parte ſubiecti, ut ſi dicimus, non muſicus homo, fit muſicus: aliquando uerò id ſolum ad quod terminatur fieri, ſignificatur ut compoſitum, & tunc eſt compoſitio tantùm ex parte prædicati, ut ſi dicimus, homo fit muſicus homo. Secundò ſupponit duas eſſe differẽtias in re huiuſmodi, Prima eſt quòd in quibuſdam præmiſſorum utimur duplici modo dicendi ſeu loquendi, uidelicet, quòd hoc fit hoc, & ex hoc fit hoc, ſicut dicimus F quòd non muſicus fit muſicus, & ex non muſico fit muſicus: ſed non in omnibus ita dicitur, quia non dicimus ex homine fit muſicus, ſed dicimus, homo fit muſicus. Secunda differentia quam ponit, eſt, quòd cùm duobus ſimplicibus attribuatur fieri, ſcilicet ſubiecto & oppoſito, horum alterum eſt permanens, & alterum non permanens: quia cum aliquis iam factus eſt muſicus, permanet homo, ſed non permanet oppoſitum, ſiue ſit negatiuè oppoſitum, ut non muſicum, ſiue priuatiuè aut contrariè ut immuſicum. Neque etiam compoſitum ex ſubiecto & oppoſito permanet. Non enim permanet homo nõ muſicus, poſt quam homo factus eſt muſicus. Et tamẽ his tribus attribuebatur fieri. Dicebatur enim quòd homo fit muſicus, & non muſicus fit muſicus, & homo non muſicus, fit muſicus. Quorum trium ſolum primum manet abſoluto ipſius fieri actu, alia uerò duo non manent. Ex his autem ſuppoſitis concludit Ariſtoteles generaliter, quòd in quolibet fieri ſeu qualibet mutatione naturali, inueniuntur tria; forma uidelicet, priuatio ſeu oppoſitum formæ, ſubiectum ſeu materia horum, ideſt, circa quam eſt actio agentis ſeu facientis. Poſtquam autem Philoſophus determinauit quòd in qualibet mutatione naturali tria reperiuntur prædicta, docuit conſequenter quot ſunt principia naturæ, quæ, & quomodo: docens uerò, aſſeruit principia rerũ G naturalium, generationum, mutationum, ſeu factionum, eſſe illa tria, ſed differenter; quia materia & forma ſunt principia per ſe, priuatio autem ſeu contrarium aut oppoſitum ex quo fit aliquid, eſt principium per accidens. Accidit enim ſubiecto: ſeu materiæ, quòd careat tali forma, aut quòd habeat formam oppoſitam: ob quod illa priuatio, ſeu formæ oppoſitæ poſitio, eſt principium per accidens rei quæ fit, & non manet poſt ipſius rei factum eſſe: nec eſt principium rei quoad ſuum eſſe permanens, quia non manet: quæ tamen fuit principium quoddam ipſius rei, quantum ad ſuum fieri. Deinde oſtendit Philoſophus quomodo ipſa principia ſint oppoſita & quomodo non, ſed illud eſt aliud. Non enim opponitur materia formæ aut priuationi, ſed opponitur priuationi forma. Ad propoſitum redeamus, Conſtat itaque priuationem formæ, ſeu etiam eius oppoſitum cõtrariè, eſſe principium rei quoad ſuum fieri, quæ tamen non eſt principium eius rei quantum ad ſuum eſſe permanẽs, nec manet cum illa, ſed tranſit. Vt cùm aliquis de non muſico fit muſicus, ipſius mutationis eſt principium & cauſa quodam modo priuatio ſeu oppoſitum muſicæ; ſed poſtquàm abſoluta eſt mutatio illa qua aliquis ex non muſico ſeu immuſico fit muſicus, tranſit ipſa priuatio, iam non manet, nec eſt pars muſicæ, nec principium eius quoad eius permanentiam. Non enim H manet ipſa priuatio, nec manet oppoſitum formæ inductæ. Sic non manet etiam expulſio priuationis, nec expulſio contrarii: ſed tranſit, ceſſat, & iam non eſt, poſtquàm completa eſt inductio formæ contrariæ. Ita generaliter non plus durat unius contrarii expulſio, quàm duret alterius contrarii inductio: durat autem contrarium quod inducitur, ſeu potius, quod inductum eſt. Si ergo non manet oppoſitum inductæ formæ, quod certè fuit in illa mutatione tanquam eius accidentale principium; ſi deſiit eſſe, ſi tranſiuit, & iam non eſt; ſi completa aut terminata eſt inductio contrarii quod inducebatur: profectò quoque non manet nec durat iam expulſio ipſius oppoſiti. Album & nigrum ſeu calidum & frigidum, oppoſita quidem ſunt contrariè, & mutuò ſeſe expellunt, pro ut contingit alterum eorum eſſe fortius: Certè autem non plus durat alterius eorum expulſio, quàm durat alterius eorum inductio. Alioquin ſi terminata inductione unius, adhuc eſſet expulſio alterius, iam ſimul eſſent duo ipſa contraria in eodem ſubiecto, ut facillimum eſt oſtendere.

Ibidem. t.c.57. *Ibidem. t.c.58.* *Ibidem. t.c.58.* *Ibidem. t.c.59.* *Ibidem. t.c.60. & infra. t.c.61. 62. 63. 64.*

A dere. Quemadmodum igitur non manet contrarium quod præfuit, ita non manet eius expulſio: & conſtat inſuper id quod non eſt, non expelli: nec poſſe plus durare expulſionem alicuius rei, quàm duret ipſa res. Durat generatio quandiu id quod generatur eſt in generari, durat corruptio quandiu id quod corrumpitur eſt in corrupi, durat expulſio quàndiu quod expellitur, eſt in expelli: poſt hæc autem, iam non eſt generatio, iam nõ eſt corruptio, iam non eſt expulſio; ſed fuerunt hæc, & iam non ſunt. Quod igitur Ariſtoteles determinauit de oppoſito quod præfuit, quod uidelicet non manet ſimul profectò intelligendum eſt determinari de eius expulſione, quod uidelicet nec ipſa maneat. Poſtquam ergo homo de non muſico aut immuſico, factus eſt muſicus, non manet non muſicus, nec manet immuſicum; ſic non manet expulſio non muſici, nec expulſio immuſici: nec aliquo modo ipſa expulſio non muſici aut immuſici eſt pars muſicæ, licet aliquo modo non muſicum, ſeu immuſicum, aut expulſio eius fuiſſet principium eius mutationis quæ erat, muſicum fieri.

Eodem igitur modo iuſtificari, eſt aliquod fieri: B & licet hominem iuſtificari, non ſit hominem fieri ſimpliciter, eſt tamen ſine dubio hominem fieri talem: atque ipſum iuſtificari eſt mutatio quædam, ſeu quidam motus realis, quo homo uerè realiterq́; mutatur in ſeipſo dum fit iuſtus, non minus quàm uerè realiterq́; mutetur in ſeipſo dum fit muſicus. In ipſo igitur fieri, ſicut & in quolibet alio, reperiuntur illa tria, de quibus ſic latè dixit Philoſophus, forma, priuatio ſeu oppoſitum ipſius formæ, & ſubiectum horum; Forma eſt iuſtitia, priuatio ſeu oppoſitum eſt carentia iuſtitiæ ſeu peccatum, ſubiectũ autem eſt homo ipſe qui iuſtus fit aut iuſtificatur. Et in hac mutatione reperiuntur termini, ſimplices, aut compoſiti, prout iuſtũ fieri attribuitur termino ſimplici aut compoſito, uel prout ſimplex aut compoſitum eſt id ad quod terminatur ipſum fieri. Verbi gratia, Si dicimus, non iuſtum, fit iuſtum, iniuſtum fit iuſtum, homo fit iuſtus, ſimplices profectò ſunt omnes termini: ſi autem dicimus, non iuſtus homo ſeu iniuſtus homo fit iuſtus homo, compoſiti ſunt hi termini. Nec ex non iuſto, aut ex iniuſto, fieret iuſtus, niſi eſſet aliquod ſubiectum horum quod fieret de non iuſto aut de iniuſto iuſtum, cum non poſſit fieri non iuſtitia aut iniuſtitia, iuſtitia: nec aliquid fieret de non iuſto aut iniuſto iuſtum, niſi prius eſſet ſub priuatione aut oppoſito iuſtitiæ: nec iuſtus quis recens fieret, niſi iuſtitiam recẽs acquireret: nec iuſtitiam quis acquireret, niſi priuationem aut oppoſitum iuſtitiæ perderet, aut eo careret. C Rurſus, Sicut non muſicum aut immuſicum non manet in eo qui fit muſicus, poſtquam factus eſt muſicus: ſic non iuſtum aut iniuſtum non manet in eo qui fit iuſtus, poſtquam factus eſt iuſtus: & ſicut non manet expulſio non muſici aut immuſici poſtquam non manet, ſed expulſum eſt non muſicum aut immuſicum, ſic non manet expulſio non iuſti aut iniuſti poſtquam non manet, ſed expulſum eſt non iuſtum aut iniuſtum: ut quidem iuſtum eſſe, maneat; iuſtum autem fieri, non maneat ſed tranſeat: ſic non iuſtum aut iniuſtum expelli tranſeat, non iuſtum uerò aut iniuſtum expulſum eſſe, maneat. Denique ut optimè concludamus, Sicut non muſicum aut immuſicum requiritur ad muſicum fieri, tanquam eius principium accidentale, & non requiritur ad muſicum eſſe, nec eſt ullo modo pars eius: ſic non iuſtum aut iniuſtum requiritur ad iuſtum fieri, tanquam eius principium quoddam accidentale, & non requiritur ad iuſtum eſſe; nec eſt ullo modo pars eius: nec manet, ſed tranſit. Et ſicut accidit homini eſſe non muſicum aut immuſicum, ita accidit homini eſſe non iuſtum aut iniuſtum. D Fuit enim homo prius iuſtus quàm iniuſtus, aut non iuſtus, ſaltem ſecundum eos qui dicunt ipſum ſimul habuiſſe naturam & gratiam: ſed ipſe homo poſtea ſe fecit iniuſtum, per opus ſuum malum quod potuit facere, uel uitare. Sumus autem modo omnes naturà filii iræ, propter ſub introductum peccatum: peccatum, inquam, quod certè ſemper eſt uoluntarium, uel actualiter, uel originaliter. Quid ergo de expulſione peccati? Hoc eſt, Quid de expulſione non iuſti ſeu iniuſti? Non expellitur quod non præfuit, nec expellitur quod nullo modo eſt: ideo poteſt homo iuſtus creari, atque poteſt homo iuſtus eſſe, ſine expulſione non iuſti uel iniuſti. An poteſt homo fieri iuſtus ſine expulſione peccati? Quicquid ſit de hoc quantum ad potentiam Dei abſolutam, & quicquid ſit de hoc quantum ad naturam rei abſolutè conſideratam: loquendo ut modò eſt in rebus, ex ſuppoſitione ſtatus huius & legis datæ, atque ut nomen ſignificat ex communi conſenſu & acceptione doctorum; non poteſt homo de non iuſto ſeu de iniuſto fieri iuſtus ſine expulſione peccati. Talis eſt iuſtificatio impii, prout de illa loquimur omnes, quòd neceſſariò includit, uel ſaltem neceſſariò requirit peccati expulſionem. An illam neceſſariò includit? Vtique. Non enim poteſt ſine illa intelligi. Videtur autem quòd neceſſariò eſt de eſſentia, quòd neceſſariò eſt de intelligentia: ſaltem

E ſaltem uidetur quòd id in aliqua re includi-
tur, ſine quo res ipſa non intelligitur. Porrò
quòd iuſtificatio impii prout ita ſignificatur,
non poſsit intelligi ſine expulſione peccati,
conſtat ex dictis. Quicquid enim ponatur eſ
ſe aut fieri in homine, non intelligitur homo
iuſtus fieri, niſi intelligatur à peccato libera
ri, niſi intelligatur peccatum expelli. An po
teſt homo eſſe iuſtus ſine expulſione peccati?
Poteſt ille qui nunquam fuit ſub peccato. An
homo qui aliquando fuit ſub peccato poteſt
eſſe iuſtus ſine expulſione peccati? Non po-
teſt ſine expulſione de præſenti & de præteri
to. An poteſt ſine expulſione de præſenti?
Poteſt profectò. Qui enim heri factus fuit
iuſtus, & mox ad hanc uſque diem iuſtus per
ſeuerauit; utique ille modò iuſtus eſt & iu-
ſtus eſſe intelligitur ſine expulſione peccati
præſenti, ſed non ſine expulſione peccati præ
terita. Abiit enim illa expulſio peccati, quæ
tunc fuit, quando peccatum expellebatur:
præteriit, tranſiuit; iam non manet. Manet
autem iuſtitia iuſti, quandiu manet iuſtus:
manet, inquam, iuſtitia iuſti, ideſt, tota iu-
ſtitia, qua iuſtus ipſe eſt iuſtus: ſicut manet
tota muſica, qua quiſpiam eſt muſicus. Igi-
tur ſine dubio expulſio peccati, eſt pars iuſti
ficationis impii, qua impius fit iuſtus, & quã
diu iuſtificatio impii eſt in fieri: ſed expulſio
F peccati non eſt pars iuſtitiæ iuſti, qua iuſtus
eſt iuſtus, & poſtquam iuſtificatio impii eſt
iam in facto eſſe. Tota iuſtitia iuſti qua quis
eſt iuſtus, eſt poſitiua, permanens, realis,
& affirmatiua: expulſio autem peccati non
ſic, ſed ut ſic, eſt quid ſucceſsiuum, perdi-
tiuum, negatiuum, aut tendens in non eſſe
peccati. Et ut clarius dicamus, peccatum ex
pelli, eſt peccatum non imputari, & per con
ſequens eſt negatio imputationis: non ut cũ
que, ſed tali modo ſignificata; uidelicet ut
quid ſucceſsiuum, ſicut ipſa expulſio: licet
tamen non imputatio peccati maneat, & ex-
pulſio peccati tranſeat. Idem autem omnino
quod eſt dictum de expulſione peccati reſpe-
ctu iuſtificationis impii & iuſtitiæ iuſti, eſt ſir
miter dicendum de remiſsione peccati reſpe
ctu eiuſdem iuſtificationis & eiuſdẽ iuſtitiæ.
Eſt nanque omnino idem, peccati remiſsio,
quod eſt peccati expulſio. Igitur remiſsio pec
cati, eſt pars noſtræ iuſtificationis, qua iuſtifi
camur; ſed non eſt pars noſtræ iuſtitiæ, qua
iuſti ſumus. Noſtra iuſtificatio, eſt noſtra iu-
ſtificatio, & noſtra iuſtitia, eſt noſtra iuſtitia:
& licet non ſit motus præter res ad quas eſt
motus, alio tamen modo loqui debemus de
motu, & de eius termino, alio de forma pro
ut eſt in fieri, & alio de forma prout eſt in ſa-
cto eſſe. Ad noſtrum iuſtificari requiritur pec
catum expelli ſeu remitti, ad noſtrum autem G
eſſe iuſtum, requiritur peccatum eſſe expul-
ſum ſeu remiſſum; & eſt quidem differentia
ualde notanda inter peccatum expelli aut re-
mitti, & peccatum expulſum uel remiſſum
eſſe. De peccatoribus iam iuſtis dicit ſcriptu
ra ſancta, Beati quorum remiſſæ ſunt iniqui *Pſal. 31.*
tates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus
uir, cui non imputauit dominus peccatum.
Omnia hæc uerba ſunt de præterito, remiſſæ
ſunt iniquitates, tecta ſunt peccata, non im
putauit dominus peccatum: & quæ non ſigni
ficant peccatum prout remittitur aut eſt in
remitti, ſed ſignificant peccatum prout eſt re
miſſum aut inremiſſum eſſe. Sicut id quod
eſt actu frigidum fiat actu calidum, requiri-
tur corruptio ſeu expulſio frigiditatis: ſed ut
id quod eſt iam factum calidum, ſit actu cali
dum, non requiritur frigiditatis corruptio
ſeu expulſio, ſed requiritur frigiditatem eſſe
iam corruptam ſeu expulſam. Nunquid pec
catum eſſe remiſſum, eſt pars iuſtitiæ noſtræ?
Videtur quòd non. Noſtra enim formalis iu
ſtitia qua formaliter iuſti ſumus, tota eſt po-
ſitiua, realis, affirmatiuaque: peccatum au
tem eſſe remiſſum non ſic ſe habet, ſed eſt
quid negatiuum: quia peccatum eſſe remiſ-
ſum, eſt peccatum non eſſe imputatum, &
peccatum non eſſe imputatum, eſt negatio
imputationis. At uerò negatio non eſt pars H
affirmationis, ſeu rei alicuius poſitiuæ: licet
aliquando concomitetur & requiratur ad il-
lam, ut fit frequenter. Negatio igitur non eſt
pars iuſtitiæ, quia iuſtitia tota eſt poſitiua.

Si autem hic obiiciat quiſpiam quòd im-
mo negatio, eſt pars iuſtitiæ, ſecundum id *Pſal. 33.*
quod legimus, Declina à malo & fac bonum.
Reſpondemus. Omnes catholici tractatores
ita exponunt illa uerba, ut dicant quòd decli-
nare à malo & facere bonum, ſunt partes iu-
ſtitiæ, integrantes illam. Vnde Auguſtinus *Auguſt.*
in De correctione & gratia ponit ad iuſtitiam
legis pertinere declinare à malo & facere bo-
num. Et ſanctus Thomas cum mouiſſet quæ *S. Tho.*
ſtionem, Vtrùm declinare à malo & facere *ſecũda 2.*
bonum, ſint partes iuſtitiæ? determinauit *Quæſt. 79.*
quæſtionem affirmatiuè, quod ſic, iuxta Au *Art. 1.*
guſtinum: intelligendo etiam determinatio-
nem, tum de iuſtitia pro ut eſt omnis uirtus,
tum de iuſtitia pro ut eſt uirtus ſpecialis, licet
tamen iuſtitia pro ut eſt uirtus communis
& iuſtitia pro ut eſt uirtus ſpecialis diffe-
renter reſpiciant ſeu intendant bonum, bo-
num facere & à malo declinare. Verùm au- *Ibidem.*
tem in eodem loco determinat ſanctus Tho- *Ad 2.*
mas, quòd declinare à malo ut ponitur pars *arg.*
iuſtitiæ, non importat negationem puram,
quod eſt non facere malum, ſed importat mo
tum

A tum uoluntatis repudiantis malum, ut ipſum nomen declinationis oſtendit. Sic non fert ſanctus Thomas negationem eſſe aut dici partem iuſtitiæ noſtræ, niſi negatio ipſa importet aliquod poſitiuum in nobis: ob quod profectò bene philoſophatus non admittit, quòd declinare à malo ſit pars noſtræ iuſtitiæ, niſi importet aliquod poſitiuum. Eodem modo dicẽdum eſt de remiſsione peccati, quia cùm peccati remiſsio, ſit peccati nonimputatio, & per conſequens imputationis negatio; niſi aliquod poſitiuum in nobis importet, pars iuſtitiæ noſtræ formalis non erit.

QVID de diuina imputatione, cuius hic meminit Caluinus? Quantum ad peccatum, aliud eſt peccati imputatio, & aliud eſt peccati non imputatio: peccati imputatio eſt peccati ad pœnam ordinatio, & peccati non imputatio eſt peccati remiſsio, eſtq; ipſius imputationis ſeu ordinationis ad pœnam negatio. Quantum uerò ad gratiam, dinina imputatio duobus modis accipitur, ſignificatur, aut intelligitur & prædicatur: Altero ſecundum quòd Deus optimus Maximus imputat nobis ſeu applicat gratiam & merita Saluatoris noſtri, dum illa aſpiciens eorum gratia nobis benignè nobis facit, nos eligit, B nos uocat, nos præparat, nos iuſtificat, nos *Rom. 3.* glorificat: ſicut legimus, Inſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propi- *1. Cor. 1.* tiatorem per fidem in ſanguine ipſius. Ex ipſo autem uos eſtis in Chriſto Ieſu qui factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio *Epheſ. 1.* & redemptio. Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate: qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum. Et multa alia penè infinita. Altero pro ut Deus propter merita Saluatoris noſtri, nobis noſtra bona opera, imputat, tum interna, tum externa, ad iuſtitiam, ualorem, & meritum, quæ ex natura rei non talia eſſent: nanque & de hoc simili- *Rom. 4.* ter legimus, Credidit Abraham Deo, & re- *Galat. 3.* putatum eſt illi ad iuſtitiam. Non enim audi- *Iacobi 2.* tores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed facto- *Geneſ. 15.* res legis iuſtificabuntur. Id enim quod in præ- *Rom. 2.* ſenti eſt momentaneum & leue tribulationis *2. cor. 4.* noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternũ *2. Tim. 4.* gloriæ pondus operatur in nobis. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum eius. Et ſtetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio. C Et reputatum eſt ei in iuſtitiam in gene- *Pſal. 105.* ratione & generationem, uſque in ſempiternum. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore *Rom. 10.* autem confeſsio fit ad ſalutem. Aliaq; non pauca. Ita de domino ſentimus in bonitate, ut firmiter credamus aduenire affluereq; nobis à Deo omnia bona, propter merita Saluatoris noſtri ex diuina imputatione, modis duobus prædictis, uel aliis etiam, ſi ſunt alii: ob quod ſimul credimus & confitemur, omnia noſtra bona merita ex diuina acceptatione conſtare, & in meritis ac gratia Saluatoris noſtri nobis uenire, uirtutes etiam, dona, aliaq; ad ſalutem, pietatem, ac religionem pertinentia. Caput noſtrum eſt Saluator noſter, à quo & in quo nobis omnia bona dimanant Deo nobis bona ſua imputante. Cæterùm hanc nobis diuinam imputationem meritorum & gratiæ Saluatoris noſtri, nos alio modo intelligimus, credimus, & confitemur, quàm Caluinus. Firmiter enim credimus & nullo modo dubitamus, Saluatorem noſtrũ *1. Cor. 1.* factum eſſe nobis ſapientiam & iuſtitiam & ſanctificationem & redemptionem, & in hoc omnes qui Nouum teſtamentum recipimus, conuenimus. Eſt tamen differentia inter nos & Caluinum, in eo quòd ipſe dicit, Saluatorem noſtrum factum eſſe nobis in hoc ſæculo D iuſtitiam ſolùm imputatiuè, non autem effectiuè, ut nos ſolùm habeamus in nobis iuſtitiam, imputatam, non autem effectam, per ſolam imputationem ſeu reputationem diuinam, non per diuinam in nobis efficientiam: Nos autem dicimus Saluatorem noſtrum factum eſſe nobis iuſtitiam, primùm quidem imputatiuè, non autem ſolùm imputatiuè, ſed etiam effectiuè; ſicuti factus eſt nobis imputatiuè, non ſolùm imputatiuè, ſed etiam effectiuè, noſtra ſapientia, & noſtra ſanctificatio. Aſſerimus enim cum omni conſtantia & ueritate, quòd dum Deus nobis imputat ad iuſtitiam, iuſtitiam Saluatoris noſtri, eo ipſo nobis communicat, exhibet, præſtatq; iuſtitiam quandam creatam nobis inhærentem: ſicut dum nobis imputat ad ſapientiam uel ſanctificationem, ſapientiam aut ſanctificationem noſtri Saluatoris, eo ipſe nobis cõmunicat, exhibet, & præſtat ſapientiam quãdam & quandam ſanctificationem inhærentem nobis. Vt quidẽ ipſa diuina imputatio, ſicut re uera eſt, ita intelligatur eſſe, actio quædam Dei non immanens tantùm & ineſſiciens, ſed actio tranſiens in nos, & utique effectiua, actiua, productiua: tum imputatio ſapientiæ, tum imputatio iuſtitiæ ac ſanctificationis. Omnes firmiter credimus quòd Deus aliquando imputat hæc nobis homini-

 bus,

E bus, & aliquando non, ob quod certè aliquando eſt imputans & aliquando eſt non imputans, & fit aliquando de non imputante imputans, & aliquando fit de imputante nõ imputans: quidem ſecundum præſentem iuſtitiam, & ſecundumdenominationem. Vnde igitur iſte tranſitus de contradictorio in contradictionem? Propfectò non à mutatione aliqua quæ fit aut fiat in Deo, quia eſt Deus omnino immutabilis quoad omnem motum aut mutationem ſuam formalem, ſicut ipſe inquit, Ego Deus, & non mutor. Vnde ergo eſt ille trãſitus, ut aliquãdo Deus dicatur imputans, aliquando non imputans: & è conuerſo aliquando non imputans, aliquando imputans, ſecundum præſentem iuſtitiam? Certè à mutatione quæ fit in creatura, dum Deus ipſe immutabilis in ſe, immutat illam, aliquid ei imprimendo quo ipſa creatura fit mutata & imputata, uel ab ea aliquid ſubtrahendo quo ſubtracto ipſa creatura fit mutata & non imputata, ſecundum præſentem iuſtitiam ſimiliter. Ita intelligimus diuinam imputationem, actionem Dei tranſeuntem in eum hominem cui imputat, efficientem, actiuam, productiuam.

OPEREPRECIVM eſſet intelligere uel ſemel ab ipſo Caluino, quid ipſe intelligat per peccatum, aut quid ipſe concipiat in ſuo ani-
F mo, nomine peccati: ex eo enim profectò conſtaret ſtatim ſua deceptio in eo quod ſic concipit, uel ſaltem in eo quod docet. Nos enim per peccatum, ſeu nomine peccati, intelligimus illa octo quæ ſuperius memorauimus. Et certè non poteſt dubitari quin peccatum ponat aut dicat circa animam, aliquam deordinationem, fœditatem, carentiam, maculam, turpitudinem, tenebram, priuationem: non poteſt, inquam, dubitari de hoc, oculatius reſpiciendo uerba diuina quæ in diuinis ſcripturis ſunt de anima peccatrice, & contra illam. Non enim talis manet anima poſtquam facta eſt peccatrix qualis fuit quando erat iuſta: in ſe ipſa ſine dubio mutata eſt, & facta quidem eſt per peccatũ non quidem alia, ſed utique altera: & hoc ſecundum realem mutationem in ſeipſa. Nec eſt hæc mutatio ſolùm acquiſitiua mali, quod fecit: ſed quoque perditiua boni, quod antea habuit, & per peccatum amiſit; apti nati ineſſe, & debiti haberi. Eſt etiam ipſa talis omiſsio talis boni, quædam ipſius boni carentia, & illiuſmet priuatio: atque propriè eſt peccatum, quia eſt defectus culpabilis: quia non aliunde homo hunc habet defectum niſi ex culpa ſua, niſi quia peccauit, niſi quia peccare uoluit. Dicat ergo Caluinus, An peccatum mortale ponat aliquam talem priuationem alicuius talis boni in anima? An non. Si dixerit quòd non, Manifeſtè pugnat cum tota ſcriptura diuina, quæ ſic loquitur cum anima peccatrice, tanquã ipſa anima uoluntate ſua, ſuaq; culpa, & ſuo peccato, bona amiſſerit peccando, quibus iuſto iudicio caret & priuatur: quorũq; carentia & priuatione à formoſa in deformẽ mutata eſt formam, uiliſq; facta, fœda & turpis. Non poteſt ergo dicere quòd non, niſi toti ſcripturæ repugnare uelit. Si autẽ dixerit quòd ſic, ſicut, re uera, dicendum: iam ponit in anima peccatrice priuationem quandã boni aut bonorũ per peccatũ ipſius animæ peccatricis in ſeipſa anima introductũ: & per conſequens ab ipſo peccato dependentem, quã diu peccatũ fuerit imputatũ. Quid ergo dicendum? Nunquid dum Deus animam iuſtificat, eo ipſo eandem animam ab illa priuatione expurgat? An ſolùm peccatum remittit, & illam priuationem quæ per peccatum introducta fuit & ab ipſo peccato pendebat, relinquit in ſuo eſſe ſicut antea? Mirabilis talis iuſtificatio, quæ quantum eſt de ſe, peccatum quidem remitteret, ſed illam priuationem boni quæ per peccatũ introducta erat, & à peccato dependebat, non tolleret: ineptum quidem eſt & indoctum, ita cogitare de iuſtificatione peccatoris à Deo. Igitur dũ Deus optimus maximus hominẽ iuſtificat, H
eo ipſo & peccatum hominis remittit, & priuationem illam quæ per peccatum introducta fuit, & à peccato pendebat, eliminat. Nunquid autem tollitur priuatio ſine poſitione habitus oppoſiti? Nunquid tollitur priuatio ſine poſitione bonorum, quorum eſt priuatio? Abſit, Reclamat enim tota logica facultas, philoſophia, tota metaphyſica, & *5. Meta.*
philoſophorum, Chriſtianorumq; omnium *tex.c.27.*
theologia. Verum eſt enim in uniuerſum, *12. Meta.*
quòd non tollitur priuatio niſi per poſitionẽ *tex.c.15.*
habitus oppoſiti: nec tollitur aliqua priuatio, niſi per poſitionem eius cuius eſt priuatio. Ergo iuſtificatio, quæ per ſe peccatum remittit, & per ſe priuationem per peccatum inductam ac à peccato dependentem tollit, per ſe quoque habitum ſeu bonum ipſius priuationis oppoſitum ponit.

SI autẽ quæratur de expulſione priuationis, & de poſitione habitus oppoſiti, quod eſt prius, uel poſterius? Iam ſatis dictum eſt, *Lib. præf.*
ubi egimus de infuſione gratiæ & remiſsione peccati: ibi enim monſtrauimus ſatis infuſionem gratiæ, eſſe priorem in genere cauſæ efficientis, remiſsionem autem peccati, eſſe priorem in genere cauſæ materialis. Quia profectò cùm actus actiuorum ſint in patiente aut ſubiecto diſpoſito, & peccatum ſit in anima indi-

A indiſpoſitio ad ſanctificationem; ordo exigit,
ut dum Deus uult ſanctificare animam, prius
tempore uel natura peccatum ipſum ab ani-
ma remoueat, quo remoto, anima ſit diſpoſi-
ta ad ſanctitatem, quæ non ſtat ſimul cum pec
cato. Et quia hic proceſſus eſt naturalis quo-
ad res naturales & quoad modum naturæ, ac
eſt magis intelligibilis, ac magis notus nobis
ex his quæ experimur, & ſecundum noſtrum
intelligendi modũ, dum cõſideramus, nõ poſ
ſe idem ſubiectũ ſimul eſſe ſub duobus oppo
ſitis, ſed oportere illud denudari ab altero, ut
recipiat alterum: regulariter diuina ſcriptu-
ra prius loquitur de remiſsione tanquam de
remotione peccati ac diſpoſitione animæ, de-
inde loquitur de ſanctificatione tanquam de
productione formæ oppoſitæ peccato, tertiò
loquitur de iuſtificatione tanquam de ea quæ
complectitur utrunque, peccatorum remiſ-
ſionem ac ſanctitatis inductionem ſiue infu-
1. Cor. 6. ſionem. Sic legimus apud Apoſtolum Pau-
lum, Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed
iuſtificati eſtis. Abluti eſtis. pertinet ad re-
motionem peccati, ſicut generaliter per ablu
tionem eluuntur remouenturque maculæ &
immunditiæ. Sanctificati eſtis. pertinet ad in
fuſionem bonorum gratiæ creatæ atque uir-
tutũ, quibus formaliter ſanctificatur anima.
Iuſtificati eſtis. pertinet ad iuſtificationem,
B quæ complectitur utrunque horum: peccato
rum remiſsionem, & ſanctitatis, gratiæ ac uir
tutum infuſionem. Igitur deducendo argu-
mentum ab ordine literæ Apoſtoli, in genere
cauſæ materialis ſiue diſpoſitionis ſubiecti,
prius eſt ablutio, ſecundò eſt ſanctificatio, ter
tiò eſt iuſtificatio: quia dicit Apoſtolus, ſed
abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati
eſtis. Ergo malè dicit Caluinus ſanctificatio-
nem ſequi iuſtificationem. Non enim ita res
habet: Sed ſecundum Apoſtolum, iuſtifica-
tio ſequitur ſanctificationem. Præſertim quia
ibi loquebatur Apoſtolus de illis qui cũ prius
fuiſſent peccatores, à peccato deinde liberati
fuerunt: declarando modum & ordinem hu-
ius tranſitus, doctrinæ gratia loquens, atque
nos in hoc negocio Chriſtiano, inſtituens.

Continuantur præcedentia ex dictis Caluini & noſtris catholicis reſponſionibus. Agitur de iuſtitia noſtra & gratuita acceptatione diuina, de obedientia legis ſiue de obedientia hominis erga Deum ſecundum legem Dei, imperfecta atque perfecta, & de tribus gradibus obedientiæ huiuſmodi ſecundum tres gradus charitatis.

CAP. XIX.

DICIT Caluinus, Ego au- C
tem unicam & ſimplicem *Verba.*
eſſe aſſero, quæ tota conti- *Caluini.*
netur gratuita Dei accepta
tione. Eam prӕterea extra
nos conſtituo, quia in ſolo
Chriſto iuſti ſumus. Reſpõ *Reſponſio*
demus, Tu quis es, qui ita dicere audeas, E- *Catholic.*
go autem unicam & ſimplicem eſſe aſſero?
Quid nobis & doctrinæ tuæ, quam tu ipſe aſ-
ſeris? Omnes doctores ſancti dicunt id quod
nos dicimus, iuſtificari homines per fidem,
ſpem, charitatem; nec ſolùm doctores ſan-
cti, quin etiam & ſcriptores ipſi ſacri: maxi-
mè Apoſtolus Paulus, qui ſæpiſsimè docet,
iuſtificari homines per fidem, in eo quòd cre
dunt, ſperant, diligunt, & fidem habent per
charitatem operantem. Vnde igitur tua do-
ctrina ò Caluine qui ſic audacter dicis, Ego
autem &c. tua quidem eſt, & ideo non ad-
mittenda. Noſtra autem doctrina non eſt no
ſtra, ſed eius, qui nobis illam dedit, per ſuas
ſcripturas, ſuos Apoſtolos, & ſuos uiros A-
poſtolicos, Chriſtus Ieſus benedictus: & ideo
eſt noſtra doctrina tenenda, credenda, præ-
dicanda, & commendanda totis uiribus. Ad
id autem quod doces, noſtram iuſtitiam, u-
nicam eſſe & ſimplicem, eamq; totam con-
tineri gratuita acceptatione Dei, dicimus D
illud uerum eſſe de noſtra iuſtitia extrinſeca,
à qua tanquam ab extrinſeco quaſi denomi-
natiuè ſolùm dicimur iuſti, ſicut columna
ab extrinſeco dicitur dextra à dextro quod
eſt in animali, & ſicut medicina ab extrinſe-
co dicitur ſana à ſanitate quæ in animali eſt,
uel etiã urina ſana dicitur à ſanitate animalis
cuius eſt ſignum. Sed quoque dicimus illud
tuum dictum, eſſe falſiſsimum, ſi intelliga-
tur de noſtra iuſtitia intrinſeca qua formali-
ter tanquam à forma inhærẽte iuſti dicimur:
& quæ eſt illa forma, quam Deus optimus in
noſtras animas agit, producit, aut infundit,
dum nos iuſtificat. Hæc enim neque unica eſt
in omnibus iuſtis, ſed multiplicatur in ſingu-
lis, ut quilibet habeat ſuam iuſtitiam forma-
lem qua ſit iuſtus, ſicut quilibet habet ſuam
ſapientiam formalem inhærentem, albedi-
nem, aut nigredinem, caliditatem aut frigi-
ditatem, qua ſit formaliter ſapiens, albus
aut niger, calidus aut frigidus. Atque etiam
hæc noſtra iuſtitia & ſi tota pendeat à diuina
acceptatione quantum ad ſuum ualorem:
quo nos à peccatis mundat, noſtra peccata
formaliter expellit, noſq; eleuat ſuper nos
& ſuper noſtra naturalia, uiuificat, ſanat, &
filios Dei adoptiuos ac hæredes regni facit:
non tamen tota continetur in diuina acce-
ptatione quantum ad ſuum eſſe reale quod

 habet

E habet in ſeipſa poſtquam creata eſt: quia ſine dubio poteſt Deus ipſam rem quæ eſt noſtra iuſtitia formalis, in nobis producere & illam productam in nobis conſeruare abſque eo quòd illam aut nos per illam acceptet ad huiuſmodi bona, ad remiſsionem peccatorum, ad iuſtificationem pacis, ad gloriam æterni regni ſui. Rurſusq; hæc noſtra iuſtitia qua formaliter iuſtificamur, nullo modo continetur tota in acceptatione diuina: quia utique hæc noſtra iuſtitia formalis, eſt quædam creatura, & eſt accidens formaliter nobis inhærens; diuina autem acceptatio actiua qua nos Deus acceptat formaliter, profectò aut nullibi & nihil eſt, aut in Deo & Deus eſt.

Cærtè ipſa diuina acceptatio formalis Dei qua nos Deus formaliter acceptat, nihil eſt aliud niſi Deus ipſe nos acceptans: ſicut amor formalis Dei quo nos Deus formaliter amat, & cognitio formalis Dei qua nos Deus formaliter cognoſcit, nihil ſunt aliud niſi Deus ipſe nos amans & nos cognoſcens. Eſt enim in Deo, quia aliàs non nos Deus per illam formaliter acceptaret: & ideo Deus eſt, quia nihil poteſt eſſe in Deo quod non ſit Deus. Ob quam demonſtrationem ipſa diuina acceptatio formalis, abſq; dubio eſt infinita, æterna, inuariabilis, & immutabilis in ſe ipſa quantum ad rem, & quantum ad om-
F nia quæ in ipſa continentur interius: ideoque noſtra iuſtitia cum ſit finita, temporalis, uariabilis & mutabilis, non poteſt ſic contineri in illa ut realiter ſit ipſa; licet bene ſic in illa contineatur, ut ab illa dependeat. Sic generaliter uidemus contineri finita, temporalia, uariabilia & mutabilia, in infinitis, æternis, inuariabilibus & immutabilibus; non quidem quòd realiter ipſa ſint, ſed quòd realiter ab ipſis dependent. Ita continetur creatura quæuis in creatore, nunquid ut aliqua creatura ſit creator? Abſit. Eſt enim in eo repugnantia, & extrema ipſa repugnant, nec poſſunt uerè enuntiari de uno aliquo, nec de ſeipſis. Continetur autē creatura omnis in ſuo uno creatore omnium, eo quòd in ipſo uno ſunt omnes creaturæ tanquam in ſua cauſa prima & maxima, efficiente, conſeruante, & gubernante eas, ordinante ac (ita dicam) finalizante, agente, perficiente & mouente. hæc uerò complexio creaturarum in creatore, non facit idemtitatem realem creaturarum cum Deo, ſed bene quidem facit dependentiam illarum ab ipſo. Sic eſt in propoſito. Continetur noſtra iuſtitia qua formaliter iuſti ſumus, in diuina acceptatione formali quæ eſt ī Deo, ſicut generaliter continetur omnis creatura in creatore, & ſicut generaliter continetur omnis effectus in ſua cauſa à qua dependet in eſſe & in conſeruari: non ſic ut noſtra iuſtitia G
realiter ſit diuina acceptatio, ſed ſic ut noſtra iuſtitia pendeat à diuina acceptatione. Fient iſta nota magis illis qui naturas rerum conſiderantes diuinarum & humanarum, animaduerterint, diuinam acceptationem formalem qua nos Deus acceptat formaliter, eſſe ī Deo & eſſe Deum acceptantem, infinitam quoad rem in ſeipſa, æternam, inuariabilem & immutabilem: noſtram autem iuſtitiam, eſſe in ſeipſa finitam, temporalem, uariabilē, & mutabilem: de noſtra iuſtitia formali intelligendo qua formaliter iuſti ſumus, & à qua ſæpe cadimus, uel ſæpe cadere ualemus: & ad quā ſæpe reſurgimus, uel ſæpe reſurgere poſſumus. Quod ſi dixerit quiſpiam nos cadere à noſtra iuſtitia, quia cadimus à diuina acceptatione: & nos reſurgere ad noſtram iuſtitiam, quia reſurgimus ad diuinam acceptationem: Hoc utique eſt ueriſsimum. Sed cùm ipſa diuina acceptatio, ſit Deus ipſe, infinita, æterna, inuariabilis, & immutabilis, non poteſt fieri uariatio aut mutatio in ipſa diuina acceptatione: Fit igitur ſine dubio uariatio & mutatio in noſtra iuſtitia, quæ perditur & acquiritur. Sicut Sol non nos illuminat denuo, niſi quod nobis denuo ſuos radios immittit: Sic & multo magis Deus Optimus Sol iuſtitiæ non nos denuo acceptat ad iuſtitiam ſuam, niſi nobis radios quoſdam ſuæ acceptationis & H
iuſtitiæ immittendo & diffundēdo, quos nos iuxta modum loquendi ſcripturarum diuinarum, appellamus iuſtitiam noſtram formalē. Ita etiam Deus nos acceptat denuo, ad ſuam ſapientiam, nobis radios quoſdam ſuæ acceptationis & ſapientiæ infundendo: quos nos etiam iure optimo, noſtram ſapientiam formalem dicimus. Ergo quicquid ſit de continentia uel dependentia noſtræ iuſtitiæ formalis à diuina acceptatione, & quantumuis ab ipſa dependeat uel etiam in ipſa contineatur, nullo tamen modo realiter eſt ipſa: ſed differunt in ſuo eſſe ſicut res & res, ſicut creator & creatura, infinitum & finitum, æternum & temporale, inuariabile & uariabile, immutabile & mutabile. Sit ibi dependentia, ſitque ibi continentia ſuo modo explicato: nullo tamen modo eſt ibi idemtitas, nec poteſt eſſe: nec noſtra iuſtitia formalis eſt diuina acceptatio, nec eius pars propter eaſdem rationes; ſed eius eſt effectus. An autem noſtra formalis iuſtitia ſit ſimplex? An ſit multiplex ſeu compoſita? Alia eſt quæſtio; De qua ſi agamus, nihil amplius impræſentia uidetur dicendum, niſi quòd quantum ad gratiam gratum facientem creatam, quæ nos primùm & principaliter iuſtificat formaliter, illa eſt ſimplex, & non contin-

net

A net partes diuerſarum rationum, ſed ſolas partes intenſionis, quæ omnes ſunt eiuſdem rationis. Quantum autem ad uirtutes ipſas quæ etiam ſuo modo nos iuſtificant, ut iam monſtrauimus, fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam & obedientiam, eſt ſine dubio multiplex. Sed hoc eſt aliud, de quo non eſt opus modò multa dicere. Sufficiunt enim quæ dicta ſunt, & faciunt ſatis. Cæterùm quòd fateris te conſtituere noſtram iuſtitiam totam extra nos, quia in ſolo Chriſto iuſti ſumus, tuus error eſt, & craſsiſsima ignorantia, uel maxima ſuperbia, qui contra omnes diuinas ſcripturas & contra omnes doctores ſanctos, tales facis conſequentias. Sicut enim non ſequitur, In ſolo Deo uiuimus, mouemur, ſumus, intelligimus, ſapimus, aut credimus; ergo extra nos eſt noſtra uita, noſter motus, noſtrum eſſe, noſtra intellectio, noſtra ſapientia, aut noſtra fides. Sic non ſequitur, In ſolo Chriſto iuſti ſumus, ergo extra nos eſt noſtra iuſtitia. Perperam igitur ita doces & dicis, Eam præterea (noſtram uidelicet iuſtitiam intelligendo de qua agis) extra nos cõſtituo, quia in ſolo Chriſto iuſti ſumus. Sic enim & in ſolo Chriſto ſumus ſapientes, ſicut & in ſo-

1.Cor.1. lo Chriſto ſumus iuſti, quia ſimul dicit Apoſtolus de Saluatore noſtro, quòd factus eſt no-

B bis ſapientia & iuſtitia: non tamen ideo ſequitur quòd extra nos ſit noſtra ſapientia. Eſt enim Chriſtus noſtra ſapientia, non quia noſtra ſapientia formalis ſit in ipſo, ſed quia eſt ab ipſo, tum meritoriè, tum effectiuè: ſic & noſtra iuſtitia eſt Chriſtus, non quia noſtra formalis iuſtitia ſit in ipſo, ſed quia tum meritoriè, tum effectiuè, eſt ab ipſo. Sed iam nunc iterum Caluinum audiamus de eodem dicen-

Verba Caluini. tem, Proferant, inquit, ſi quod habent ex ſcriptura teſtimonium, ut perſuadeant quod docent. Ego cum totam habeam ſcripturam mihi ſuffragantem, hac una ratione nunc contentus ero, quòd cum mentio ſit iuſtitiæ operũ, eam lex & Euangelium in perfecta legis obedientia conſtituunt: Ea cum nuſquam appareat, nihil aliud faciunt reliqui, niſi ut confugiamus ad ſolum Chriſtum, ut in ipſo iuſti cē-

Reſpon. Catholi. ſeamur, quod in nobis non ſumus. Reſpondemus, Nos ſumus qui totam nobis ſuffragantem habemus ſcripturam ſacram, ex qua non unum tantum teſtimonium, ſed & multa iam adduximus pro noſtra catholica, & Apoſtolica ſententia. Tu es ò Caluine, qui nullum pro te habes teſtimonium ſcripturæ ſacræ: ſed ut tibi libuerit ex illa formas tuas argumentationes, eaq; nouus Latomus, tãquam Lesbia norma uteris, & malè deducis peiusque concludis; non ſolùm non ſecundum illam, quin potius contra illam. Manifeſtiſsimè enim &

frequentiſsimè, ſcriptura ſancta commemorat & commendat iuſtitiam quam nos operamur & in qua uiuimus, & per quam cœlũ ad C

ipſum perducimur: ſicut legimus, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Et ali- *Pſal. 14.*

bi, Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor: In iuſtitia ſua quam operatus eſt, uiuet. Quid uis apertius? Sunt autem alia huiuſmodi diuina eloquia, penè infinita. Iuſtitia uerò quam operamur, ſine dubio manet in nobis ſecundum habitum: quæ & ſi tranſeat actu, proculdubio manet habitu: ſimul atque manet & meritò, poſtquam in illa, ſicut uetiſsimè dicit ſcriptura ſancta, uiuimus. Nec fieri poteſt ut non ſit in nobis, iuſtitia quam operamur, aut etiam illa habitualis quæ ex illa per modum habitus generatur. Rectiſsimè dixit Dauit, Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: & ſancti tui exultent. tanquam re uera, iuſtitia ſit quoddam ſpiritale animæ indumentum: non extra animam exiſtens, ſed ipſam perficiens quodam modo atque decorans, ei inhærens. Quod enim ueſtimentum induimur, illud ſine dubio non extra nos, ſed in nobis habemus. Eoq; loco omnes catholici tractatores intelligunt per iuſtitiã ſeu nomine iuſtitiæ, uirtutes animæ quæ ſunt animæ ſpiritalia ornamenta, & ueſtimenta ſibi accommodata: ex quorum doctorum catholicorum dictis multa iam poſita ſunt, & quæ ſufficiũt. Vnde Hieronymus circa illud, Sacerdotes tui induantur iuſtitia. inquit, Vt iuſtitiæ lorica induti, non ſaucientur à iaculis inimici. Et Chryſoſtomus, ait, Alius, ueſtiantur. Alius, Induantur, quod quidem eſt apertius. Eſt enim precantis, non prædicentis, & petentis poſſeſsionem uirtutis. Iuſtitiam autem hic dicit ritus & ceremonias, ſacerdotiũ, cultus, ſacrificium, oblationes, & cum his perfectam uitæ inſtitutionem: quoniam ea eſt maxime requirenda à ſacerdotibus. Hæc illē Gloſſa Ordinaria dicit, Vt in ueteri teſtamento Sacerdotes diuerſis ornamentis trahi, Euãgelici ſacerdotes diuerſis uirtutibus adornantur. Hæc ſunt ornamenta, quæ Deus exigit. Nicolaus etiam, Ita, inquit, quòd non ſolùm ornentur exterius ornamentis corporalibus, ſed etiam interius uirtutibus. Euthymius quoque, Si hoc, ait, factum fuerit, ſacerdotes tui inſtar ueſtis iuſtitiam induent, cultus nimirum diuinos: Vel omni iuſtitia induentur, hoc eſt, uniuerſa uirtute: ut pote

Ezec. 18. *Pſal. 131.* D *Hierony.* *Chryſoſtomus.* *Glo. Ord.* *Nicolaus Lyranus* *Euthym.*

E teiam Deum colentes, atque in dies magis uirtutis ipſius ſtudium amplexuri. Hæc ille. *Baſilius tom.1.* Optimè dixit diuus ille ac magnus Baſilius in De pœnitentia, Et eſt quod albo ſit magis album, & dulci, ſi compares, aliquid aliud dulcius eſt. Ita & iuſti ſumus, tanquam homines. Iuſtitiæ ratio non eſt eadem quæ peccati. Vnde Filius Dei iuſtitia dicitur, Nos uerò ex iuſtitiæ participatione iuſti ſumus. Hæc ille. Ecce, re uera, iuſti ſunt homines iuſti non ſolùm per imputationem iuſtitiæ Chriſti, ſed utique etiam & per participationem: ob quod etiam ſunt aliì aliis iuſtiores, ſecundum aliam & aliam participationem iuſtitiæ. Sed iam ad aliam tuam falſam determinationem, quæſo, Caluine ueniamus. Dicit, Quòd cum mentio ſit iuſtitiæ operum, eam lex & Euangelium in perfecta legis obedientia conſtituunt: atque ex hoc infers, quòd ea cum nuſquam appareat, nihil aliud faciût reliqui, niſi ut confugiamus ad ſolum Chriſtum, ut in illo iuſti cenſeamur, quod in nobis non ſumus. Hæc eſt tua ratio, qua una, ut fateris, contentus es. Eſt autem illa falſiſſima doctrina tua, tum in eo quòd præmittit, tum in eo quod concludit. Præmittit enim, quòd cum mentio ſit iuſtitiæ operum, eam lex & Euangelium in perfecta legis obedientia conſtituunt: quæ quidem tua præmiſſa eſt omnino falſiſſima, & pro uiribus negãda. F Non enim ſanctum Dei Euangelium aut lex, conſtituunt iuſtitiam operum in perfecta obedientia: ſed quidem conſtituunt eam eiuſmodi operum iuſtitiam, in obedientia; perfectam uidelicet iuſtitiam in perfecta obedientia; imperfectam uerò in imperfecta. Hæc eſt rei ueritas, & hæc eſt catholica atq; Apoſtolica doctrina, pariter & diuina, quam habemus manifeſtè ſatis in diuinis ſcripturis: ut quemadmodum quis magis uel magis Deo obedit atque obtemperat, ita magis uel magis huiuſmodi iuſtitiæ compos fiat. Omnis Dei obedientia, ſiue omnis obedientia hominis erga Deum, eſt quædam operum ſeu operis iuſtitia: & ſicut obedientia hominis erga Deum, non poteſt non eſſe iuſta, quæcunque illa ſit; ſic obedientia hominis erga Deum, quæcunque illa ſit, non poteſt nõ eſſe iuſtitia operum, quoad ipſum hominẽ qui eam obedientiam exercet, format, aut habet. Saltem quando homo obedit Deo, propter ipſum Deum. Talis ac tanta eſt huiuſmodi obedientia ex natura rei atque intrinſecè ut nõ poſſit ullo modo nõ eſſe bona, non poſſit non eſſe ſancta, non poſſit nõ eſſe iuſta. quia utique uel eſt Dei dilectio, uel includit Dei dilectionem: & inuolutam habet bonitatem, ſanctitatem, pietatem, ac iuſtitiam; quemadmodum multa alia habent G inuolutam malitiam, turpitudinem, impietatem, ac iniuſtitiam, de quibus aliis dixit etiam Ariſtoteles. Poteſt autem hæc obediẽtia non acceptari à Deo ad gloriam, Sed hoc *Ethic.2.* eſt aliud, de quo iam multa diximus. Falſum eſt igitur quod præmittis ò Caluine. Quia omnis obedientia hominis erga Deum, eſt bona, ſancta, & iuſta: ſicut omne mandatũ Dei eſt bonum, ſanctum, & iuſtum: quam uis ſecundum ſuam ueriſsimam intelligentiã legamus, quòd olim dederit Deus per Moſen populo Iudæorum præcepta quædam nõ bona: nec enim illud impediebat quo minus diceret Apoſtolus, Itaque & lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum. *Rom.7.* Aut oſtende tu Caluine, quomodo poſſit eſſe ut mandatum Dei ſit ſanctum & iuſtum & bonum, obedientia autem hominis propter Deum in ipſo mandato, non ſit ſancta & iuſta & bona, Rurſusq; falſum eſt quod concludit tua doctrina. Dicis enim quòd ea (ideſt perfecta obedientia de qua cõtendis) cum nuſquam appareat, nihil aliud faciunt reliqui, niſi ut confugiamus ad ſolũ Chriſtum, ut in ipſo iuſti cenſeamur, quod in nobis non ſumus. Eſt autem totum hoc falſum, tum in eo quòd ait eam obedientiã nuſquam apparere, tum in eo quòd repetis homines iuſtos non in ſe iuſtos eſſe, ſed in H Chriſto iuſtos cenſeri. Reperitur enim alicubi perfecta obedientia, & homines iuſti in ſeipſis iuſti ſunt, licet quidem non à ſeipſis: quæ ambo ſimul docemur ita eſſe, in illo uerbo diuino apud Lucam, de Zacharia & Elizabeth uxore eius, Erant autem iuſti ambo *Luca 1.* ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela. Ecce de illis dicitur manifeſtè non quòd ante Deum iuſti cenſebantur, ſed quòd ante Deum iuſti erant: ſicut etiam de ſancto Ioſepho, Ioſeph autem uir eius cum eſſet iuſtus etc. Non dicitur, cum cenſeretur iuſtus, *Mat.1.* ſed dicitur, Cum eſſet iuſtus. Declaratur autem perfecta obedientia eorum amborum iuſtorum, in eo quod additur, Incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini. Ea enim eſt perfecta obedientia, quæ omnia Dei ſeruat mandata: omnia cuſtodit, omnibus obtemperat: & quæ in omnibus incedit mandatis eius, ac iuſtificationibus. Neque ullo modo poteſt imaginari, unde illa obedientia non dicatur, aut non ſit perfecta: eſt enim illa tota obedientia, quia ad omnia, mandata ſe extendit, & nullum mandatum eſt ad quod ipſa non ſe extendat, aut quod non ſeruet. Totum autem & perfectũ idem ſunt. Quam ob rem, quia illa obedientia

A tia eſt tota; illa obedientia eo ipſo eſt perfecta. Eſt uerò illa obedientia tota, ſaltem extenſiuè, quæ ſe extendit ad omnia Dei mandata, & in omnibus incedit: qnia obedientia ex natura ſua reſpicit mandatum, & circa mandatum uerſatur. Tolle mandatum, & nulla erit materia præcepta: ſi autem nulla fuerit materia præcepta, eo ipſo nulla erit obedientia. Ergo illa eſt tota obedientia, quæ omnia mandata cuſtodit, quæ in omnibus mandatis incedit. Eſt etiam illa obedientia tota, quia omnes particulares obedientias complectitur, quæ circa particularia uerſantur mandata: ſic uniuerſale eſt quoddam totum reſpectu ſuorum ſingularium, quia omnia ſingularia in ſuo uniuerſali cōtinentur, & fiunt quodammodo unum: ſpecificè, aut genericè: & lex quæ præcipit faciendum aliquid uel non faciendum, quoddam uniuerſale eſt, ut bene notauit Ariſtoteles. Igitur in *Ethic. 5.* illis uiris iuſtis, tota fuit obedientia, & perfecta: qui incedebant in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini. In omnibus mandatis, ait; & qui omnia mādata dicit, nullum mandatum excludit. Eodem modo nobis dicendum eſt de omnibus uiris iuſtis, qui perfectam habuerunt aut habent charitatē; quòd omnes illi nō ſecus perfectam habuerunt aut habent obedientiam. Sic nanque legimus,

B Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, Non occides, *Rom. 13.* Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum; in hoc uerbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Ecce quidem dilectio, eſt plenitudo legis: unde igitur dilectio uel eſt obedientia, uel certè parit illam, aut habet illam neceſſariò cōnexam: Ideſt, dilectio, obedientiam: dilectio perfecta, obedientiam perfectam. Quare? Quia ueriſsimè legimus, Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Et iterum, Et in hoc ſcimus quoniā cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in eo ueritas non eſt. Qui autem ſeruat uerbum eius, uerè in hoc charitas Dei perfecta eſt: in hoc ſcimus quoniā in ipſo ſumus. *1. Ioan. 4.* Infra. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. Ecce ita ſe habent dilectio Dei & obſeruantia mandatorum eius, quòd perfecta charitas & perfecta obedientia uel realiter ſunt idem, uel profectò non ſunt niſi ſimul. Fuerunt autem & ſunt multi, qui perfectam charitatem habuerunt & habent: uerè dicentes, Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Domine, quid me uis facere? Viuo ego, iam non ego, ſed C uiuit in me Chriſtus. Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Mihi uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Neque dubitauit Auguſtinus concedere in hoc ſæculo homines ualde bonos qui ſtatim poſt mortem rapiantur ad ſedes beatas, & homines ualde malos qui ſtatim ab obitu detrudantur in infernum, atque homines mediocriter bonos & mediocriter malos qui efflatis animabus, quam primum ad purgatorium ducantur: de quibus hominum tribus differentiis, non pauca tradunt doctores ſcholaſtici in ſuis libris ſententiarum, multa etiam ediſſerentes ſecundum diuinas ſcripturas & eundem Auguſtinum de illis, qui ſupra fundamentum ædificant, aurum, argentum, & lapides precioſos, aut lignum, fœnum, ſtipulam. Ergo ſine dubio reperitur apud multos homines in carne adhuc hic uiuentes, perfecta obedientia erga Deum, quia apud multos reperitur perfecta dilectio Dei: & falſum eſt quod doces ò Caluine, eam obedientiam nuſquam apparere. Confugiunt autem, & cōfugimus omnes ſemper ad Saluatorem noſtrū propter multa: inter quæ nonnulla ſunt: pro quibus eo indigent etiam uiri ſanctiſsimi, iuſtiſsimi, & perfectiſsimi, quales erant D qui dicebant, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in lege peccati. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominū noſtrum. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Deus meus adiutor meus miſericordia eius præueniet me. Niſi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ædificant eam. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? Si iuſtificare me uoluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendere, prauum me comprobabit. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tedebit me uitæ meæ. Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo? aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius: Quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Et ſi habuero quippiam iuſtum, meum iudicem deprecabor. Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Et multa alia. Eſt etiam certiſsimum

Lib. 4. Diſt. 45. *Lib. 4. Diſt. 21.* *Rom. 7.* *Iob. 9.*

A tas ergo inchoata, inchoata iuſtitia eſt: charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt: charitas magna, magna iuſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt. Oſtendens expreſsè atq; euidenter quòd iuſtitia noſtra quæ eſt ex legis obedientia ſeu obſeruantia, habet quidem gradus ſuos, iuxta gradus charitatis ſiue dilectionis ut talis noſtra iuſtitia operum, quæ tamen magis eſt Dei, quædam ſit inchoata, quædam prouecta, quædam magna, & quædam perfecta: ſicut eſt ipſa charitas, quæ abſque dubio eſt plenitudo legis. Ergo per iuſtitiam operum non intelligit ſemper Euangelium Dei perfectam legis obediẽtiam aut iuſtitiã, ſed uel inchoatam, uel prouectam, uel magnam, uel perfectam: ſicut uerè dicit diuus
1. Ioan. Ioannes, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. Ideſt, in tantum quiſpiam iuſtus eſt quo ad iuſtitiã operum, quantum facit de iuſtitia, quantum ſeruat legem, quantum Deo obedit, quãtum
B mandata eius cuſtodit. Quid multa? Dicere quòd homo uiuens nihil habet de iuſtitia operum, niſi ipſe perfectam habeat legis obedientiam, aut perfectam legis obſeruantiam, eſt error manifeſtus & grauiſsimus contra quem multa dixit Auguſtinus, multaque Hieronymus: & contra quem multa dicta ſunt ſuperius, atque multa dicuntur inferius. Qui enim ſeruat modum in ſuis actionibus, ut faciat quod oportet, ubi, quando, & propter quod oportet: tantum habet de operum iuſtitia, quantum habet de legis obedientia uel obſeruantia. Sed quantum attinet ad iuſtitiã operum, quædam ſufficit, & quædam non ſufficit. De ſufficiente etiam, quædam eſt inchoata, quædam prouecta, quædam magna, quædam parua. Sunt gradus in illa. Interim aduertamus quòd in hoc errore Caluini, latet error Pelagii, latetque error Iouiniani, contra quem errorem latè diſputauerunt Auguſtinus & Hieronymus. Pelagius enim nullum hominem concedebat iuſtum niſi qui totam legem ſeruaſſet, & ſine peccato eſſet: uidens autem quòd ſcriptura ſancta nonnullos homines dicit fuiſſe iuſtos, concedebat, eos totam legem ſeruaſſe & ſine peccato uixiſſe. Tunc autem ex eo concedebat poſſe nos homines totam legem ſeruare, ſine peccato eſſe, ſine peccato uiuere: ſed hoc, modo ſuo, ex naturalibus noſtris. In quo ſuo dicto duos errores dicebat, alterum quòd totam legem ſeruare & ſine peccato eſſe poſſumus ex noſtris naturalibus, alterum quòd nemo iuſtus ſit niſi qui totam legem ſeruauerit & ſine peccato fuerit. conſtat igitur, Caluinum in hoc ſuo errore eſſe Pelagianum, Pelagium ſequi, ideoq; tanquam Pelagianum relinqui atque impugnari De hoc errore Pelagii & Pelagianorum

poteſt uideri apud Auguſtinum in De perfectione iuſtitiæ. Ad propoſitum redeamus cõtra hunc errorem Caluini. Poteſt homo extra charitatem uel ſine charitate ſeruare legem abſolutè uel ſaltem ex parte ex ſola affectione commodi, aut propter lucrum acquirendum ut facit mercennarius, aut propter damnum uitandum, ut facit ſeruus: quia uterque horum, uel mercennarius uel ſeruus poteſt etiam dicere & dicit, Domine quid me uis facere? ſicut etiam dicit filius ex affectione iuſtitiæ, ut bene notauit Baſilius in Regulis fuſius diſputatis. Verùm charitas eſt principium operandi ſecundum iuſtitiam, ad iuſtitiam, ſeu propter Deum: & nulla poteſt poni melior aut abundantior iuſtitia legalis ſiue obedientia legis, quàm charitas: quæ profectò partim ſecundum ſuos proprios actus elicitos, partim ſecundum ſuos actus imperatos, totam reſpicit legem Dei, diligẽdorum, odiendorum, faciendorum, uitandorum. Quam ob rem Paulus fatetur quòd fides per charitatem operatur. quòd qui diligit proximum, legem impleuit, quòd plenitudo legis, eſt dilectio, quòd finis præcepti eſt charitas. Quemadmodum & Saluator noſter ait, Qui habet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eũ ueniemus, & manſionem apud eum faciemus: Qui non diligit, me ſermones meos nõ ſeruat. Ecce qui diligit, ſeruat ſermones domini; qui autem non diligit, non ſeruat eos. Igitur ſine dubio, charitas, eſt principium ſeruandi legem, nulla eſt maior iuſtitia legalis quàm charitas, & nulla quàm charitas eſt maior obedientia legis. Per conſequens autem qui habet charitatem, iam habet legalem iuſtitiam, iamque habet legis obedientiam: atque gradus iuſtitiæ legalis, graduſq; obedientiæ legis debent numerari, computari, & ordinari ſecundum gradus charitatis. Qui uerò habet aliquid legalis iuſtitiæ, & qui habet aliquid obedientiæ legis: procul dubio eo ipſo habet aliquid iuſtitiæ legis, ſeu iuſtitiæ operum. Etenim legalis iuſtitia, legiſq; obedientia ſecundum ſe & ſecundum quamlibet partem ſui, ad iuſtitiam operum pertinet; de qua iuſtitia operum, & de quibus operibus legis ſeu iuſtitiæ legalis, eſt lex ipſa. Vidit Auguſtinus charitatem dari nobis ut principium bene operandi & ſeruandi legem ſecundum iuſtitiam, ut ipſe declarat in De Spiritu & litera: in ſuo opere ad Simplicianum, in de gratia & libero arbitrio: in De natura & gratia, & denique in multis locis. Ideo non timuit Auguſtinus computare, enumerare, ac ordinare gradus iuſtitiæ ſecundum gradus charitatis:

C *Auguſt. tom. 7. ad finem.*

Baſilius. Charitas eſt principium operandi ſecundum iuſtitiã. Nulla eſt melior iuſtitia legalis ſeu obedientia legis, quã charitas. Galat. 5. Rom. 13. 1. Tim. 1. Ioan. 14.

D

Auguſt. Cap. 29. uel. 30.

E tatis: ſicuti conſtat ex dictis eius, quæ pauló ante poſuimus ex libro ſuo De natura & gratia. *Cap. 70. tom. 7.* Neq; ſolùm datur nobis charitas ut principium bene operandi ſecundum iuſtitiam & ad intentionem præcipientis, quin etiam, ut abundantius, copioſius & clarius dicamus etiam ſecundum ueritatem, *Charitas eſt radix omnium uirtutū.* charitas datur nobis ut radix, principium, ſons, & origo omnium uirtutum: atque continet ipſa in ſe quodam modo, non ſolum per connexionem, ſed etiam quodam modo per continentiam, efficientiam, ſeu imperium, affectionem uel conditionem, omnes alias uirtutes. Sic re uera, ut qui habet charitatem, eo ipſo quodam modo cunctas alias uirtutes habeat, uirtualiter, aut modo alio mirabili: etiam alias uirtutes quæ natæ ſunt haberi per legis obſeruantiam. Omnium enim earum, charitas ipſa eſt radix, principium, ſons, origo. Secundum hanc ueram doctrinam circa illud domini, *Ioan. 15.* Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos. *Gregor.* dicit optimè diuus Gregorius in quadam homilia, Cùm cuncta ſacra eloquia plena dominicis ſint præceptis, quid eſt quòd de dilectione quaſi de ſingulari mandato dominus dicit, Hoc eſt præceptum meum ut diligatis inuicem? Niſi quia omne mandatum de ſola dilectione eſt, & omnia unum præceptum ſunt: quia quicquid præcipitur, in ſola charitate ſolidatur.

F Vt enim multi arboris rami ex una radice prodeunt, ſic multæ uirtutes ex una charitate generantur. Itaque charitas eſt principium & radix aliarum uirtutū omnium, ſicut præcepta charitatis continent omnia alia legis præcepta: ob quod qui habet charitatem, iam quodam modo in ſua radice habet cæteras alias uirtutes; etiam legis obedientiam, iuſtitiam legalem; & per conſequēs iuſtitiam operum. Signum huius rei eſt manifeſtum, quòd charitati opponitur omne uitium, quod opponitur iuſtitiæ legali ob quod & charitas per omne peccatum mortale perditur, quod certe omne eſt contra legem. Prohibet enim lex omnia peccata, præſertim autem mortalia. *Rom. 7.* Sic Apoſtolus dicit, concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret, Non concupiſces. *Auguſt.* Et Auguſtinus contra Fauſtum definit peccatū per id quod eſt, dictum uel factum uel concupitum contra legem Dei. Si autem charitati opponitur omne peccatum mortale, quod eſt contra legem: ſignum eſt euidens, quòd charitas eſt quædam legalis uirtus quodam modo; quòd totam legem reſpiciat, quòd totam quodam modo impleat, quòd omnes alias uirtutes habeat, quibus opponuntur uitia illa repugnantia charitati. Faciamus ergo gradus in iuſtitia operū, in legis obedientia, in iuſtitia legali, & in obſeruantia legis, ſicut eos facimus in charitate:

G & dicamus eam aliquando eſſe inchoatam, aliquando prouectam, aliquando magnam, aliquando perfectam. *1. Ioan.* Diuus Ioannes dicit, Qui facit iuſtitiā, iuſtus eſt. & minimè dicit quòd oporteat hominem facere prius omnem iuſtitiā, ut iuſtus ſit, aut dicatur iuſtus. Ergo datur aut dari poteſt pars iuſtitiæ, à qua homo ex ea parte dicatur iuſtus, dum eam facit aut operatur. Occidit Phinees perſonas illas peccantes, & cùm actus ille non eſſet præceptus ſibi in lege particulariter, Placuit tamen Deo, & reputatus eſt ipſi Phinees ad iuſtitiam coràm Deo, ſicut legimus, *Pſal. 105.* Et ſtetit Phines & placauit, & ceſſauit quaſſatio. Et reputatum eſt ei ad iuſtitiam, in generationem, & generationem. Simili modo uidemus particularia facta aliquorum reputari illis ad iuſtitiam, ſicuti reputatum eſt Abrahæ quòd Deo crederet, & ipſi Phinees quòd illos peccantes interficeret. Probatio manifeſta, quòd poteſt homo habere partem ſeu aliquid iuſtitiæ operum, & ſi ipſam non habeat totam: ut pote quòd in aliquo legem cuſtodit, & in alio à lege deficit. Immo & eſt hæc iuſtitia operum, non perfectorum, ſed ſecundum legem Dei communiter uiuentium; quòd partem habent iuſtitiæ huiuſmodi, partem iniuſtitiæ: Vnde propter hanc miſturam, dicuntur uniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, ut pannus menſtruatæ.

H *Bernard. Serm. 5.* Sicut etiam & diuus Bernardus ob hanc rationem, dicit quidem in ſermonibus ex uerbis Eſaiæ, iuſtitiam noſtram, eſſe rectam, ſed non puram. Malè ergo dicit Caluinus nos homines nihil habere iuſtitiæ operum, niſi perfectam habeamus legis obedientiā. Quia utiq; è contra, tantum de iuſtitia operum habemus, quantum magis ac magis Dei legi obedimus. Sed aliqua eſt iuſtitia operū quæ ſufficit cum iuſtitia fidei, & aliqua eſt iuſtitia operum quæ etiam cum fide non ſufficit: & illa quæ ſufficit, etiam habet gradus: quia quædam eſt inchoata, quædam prouecta, quædam magna, quædam perfecta: ſicut dictum eſt ex Auguſtino & ueritate, de gradibus charitatis. Ex hac parte eſt quòd cùm quidam ſint ualde boni & quidam ualde mali, ſunt tamen quidam mediocriter boni & mediocriter mali. Ex hac parte eſt quòd quidam ædificant ſuper fundamentum Chriſtum aurum, argentum, lapides precioſos, & alii ædificāt lignum, fœnum, ſtipulam. Ex hac parte eſt quòd quidam habent apud tribunal Chriſti iudicium diſcuſsionis. Ex hac parte eſt quòd unuſquiſq; mercedē accipiet ſecundū ſuum laborē, quòd unuſquiſq; accipiet pro ut in corpore geſsit, & quòd ſtella à ſtella differt in claritate. Et multa alia admodum. Ex hac par-

A parte, inquam, id eſt, ſecundum quòd quis magis aut minus laborat in obſeruantia legis Dei, credendo, ſperando, diligendo, obedien do, operando, & ſimilia. Hæc modò dixiſſe ſufficiat, contra illum errorem Caluini quo hic aſſerit legem & Euangelium conſtituere iuſtitiam operum in perfecta legis obedientia: quaſi nihil habeat iuſtitiæ operum, qui non habuerit perfectam legis obedientiam. Eſt enim hic error eius, tum falſiſsimus, tum intolerabilis, & impiiſsimus. Si Caluinus hic confugerit ad uirtutum cõnexionem, de qua eſt doctorum controuerſia; nos ut cum herbam dare cogamus, currimus ad uirtutum ra dicem ac fontem, charitatem, de qua eſt doctorum ſumma concordia, quòd omnes uirtutes neceſſarias connexas habet.

Li.3.ſen. Diſt.36. ut dictum eſt ſupra. lib.2.

NVNC de alio errore eius & contra ipſum agamus, quo dicit, iuſtitiam operum ſeu perfectam legis obedientiam nuſquam reperiri: hic nanque error ipſius, quoque eſt falſiſsimus, intolerabilis, & impiiſsimus. Maximè autem eſt falſiſsimus, intolerabilis, & impiiſsimus, ſi intelligatur cum additamento quod apponit Caluinus circa ipſum, & de quo poſtea dicemus. Falſum eſt itaque quòd dicit iuſtitiam operum ſeu perfectã legis obedientiam, nuſquam reperiri. Reperitur nanque iuſtitia operum & perfecta legis obedientia in multis. Primùm enim reperitur in Saluatore noſtro, capite noſtro: qui eſt Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: cui, datus eſt Spiritus non ad menſuram, & de plenitudine eius omnes accepimus: cuius gloriam uiderunt Apoſtoli, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & ueritatis: in quo princeps huius mundi non habuit, nec habet, nec habebit quicquam: & qui ueriſsimè de ſeipſo dixit, Nolite putare quoniam ueni ſoluere legem aut Prophetas: non ueni ſoluere legem, ſed adimplere. Amen quippe dico uobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota unum aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Secundò reperitur iuſtitia operum, perfecta legis obedientia, & perfecta legis obſeruantia in domina noſtra ſanctiſsima, Virgine ſemper Maria: cui uerè dixit angelus domini, etiam antequam ipſa Filium Dei per Spiritum ſanctum cõncepiſſet, Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Ad quam etiam & Eliſabet, Spiritu ſancto repleta, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui; & Beata quæ credidiſti. De qua etiam & Hieronymus in ſermone de aſſumptione eiuſdem Virginis ait, Cæteris uirginibus præſtatur gratia per partes, Mariæ uerò tota ſe infudit plenitudo gratiæ. De qua etiam & Auguſtinus, Charitas feciſti ut non ſolùm Maria non peccaret, ſed nec peccatum cogitare potuit; & ſuper cunctas reſeruaſti ab omni labe peccati. De eadem iterum Hieronymus, Canitur in Canticis de Maria, Hortus concluſus, fons ſignatus, emiſsiones tuæ paradiſus. Hortus delitiarum, in quo ſunt conſita uniuerſa florum genera, & odoramenta uirtutum: ſicq; ſignatus, ut neſciat uiolari, neque corrumpi ullis inſidiis fraudibus'ue diaboli. Fons itaque ſignatus, ſigillo totius Trinitatis. Quicquid in Maria geſtum eſt, totum puritas, totum ueritas, totumq; gratia fuit. Nihil eſt candoris, nihil eſt ſplendoris, nihil eſt numinis, quod non reſplendeat in Virgine glorioſa. De eadem iterum Auguſtinus, Hæc mox, ut in mundum per humani generis lineam uenit, tanto omnis boni uirtute perfectè reſplenduit, ut eam Dei ſapientia ueridicè iudicaret: ut per ipſam in hominem ueniens, nõ tantum reatum primorum parentum hominum, ſed totius mundi peccata deleret. Magnifica illum, qui te ab omni peccato reſeruauit. Quis enim, inquam, dicere poterit, ſine peccato ſum natus? aut mũdus ſum ab omni iniquitate dicere audebit? niſi illa Virgo prudentiſsima animatum templum Dei excelſi, quã Deus ſic elegit, & præelegit ante mundi conſtitutionem, ut ſancta, & immaculata mater Dei, filia ab æterno reſeruata incorrupta ab omni labe peccati. O' Mater domini, ſicut in prima fœmina abundauit delictum, ita & in te ſuperabundauit omnis plenitudo gratiæ, & ideo ſuper omnes ignara delicti. Ildefonſus Archiepiſcopus Toletanus, Beata Virgo Maria niſi in utero matris ſanctificata fuiſſet, minimè eius natiuitas colenda eſſet. Sed quia auctoritate ſanctorum patrum dignè, ut nouit ueſtra charitas, ueneratur: conſtat eam ab omni peccato originali fuiſſe immunem, per quam non ſolùm Euæ maledictio ſoluta eſt, uerùm etiam benedictio omnibus condonata. Nullis ergo quando nata eſt delictis ſubiacuit, nec originale peccatum in utero ſanctificata contraxit. Hilarius de domina noſtra, O' Virgo benedicta ſuper omnes fœminas, quæ angelos uincis puritate: quæ omnes ſanctos ſuperas pietate. Cyprianus, O' Virgo iuſta, & omni iuſtitia pleniſsima, cuius conceptio ſingularis. Baſilius, O' Maria, tu candoris & decoris forma, cui in terris non eſt æqualis, nec in cœlis ianua. Origenes de eadem ſanctiſsima, Quæ neque ſerpentis perſuaſione decepta, nec eius uenenoſis afflatibus infecta. Ambroſius, Hæc eſt uirga, in qua nec nodus originalis, nec cortex uenialis culpæ fuit. Anſelmus de exordio mundanæ ſalutis, Si quid ori

Marginalia (left): *Contra 2. errorem.* — *Iuſtitia operũ ſeu perfecta legis obedictia reperitur in multis.* — B — *In quo reperiatur perfecta legis obſeruãtia, primùm. Mat. 5.* — *In quo reperiatur perfecta legis obſeruãtia, Secundò. Luca 1. Luca 1.* — *Hierony.*

Marginalia (right): C — *Auguſt.* — *Hierony. iterum.* — *Auguſt. iterum.* — D — *Ildefonſus* — *Hilarius* — *Cyprian.* — *Baſilius.* — *Origen.* — *Ambr.* — *Anſelm.*

E ginalis peccati in propagatione matris Dei extitit, illud propagantium non propagatæ fuit. Deus enim, inquit, caſtaneæ confert ut inter ſpinas, & à ſpinis remota concipiatur, alatur & formetur. Non potuit hoc facere Filius Matri ſuæ? Planè potuit, & uoluit: quòd ſi uoluit, & fecit. Et in epiſtola, Non puto, inquit, eſſe uerum amatorem Virginis, qui celebrare reſpuit feſtum ſuæ conceptionis. Et in De concep. Virginis, Decuit Virginem ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequit intelligi. *Cyrillus.* Cyrillus, Poſt Filium, temerarium eſt in Maria Virgine ponere culpam aliquam, uel peccatum. *Bernard.* Bernardus, Caro Virginis ex Adam ſumpta, maculas Adæ non admiſit. *Dominic.* Dominicus, Sicut primus Adã fuit ex terra uirgine & nunquam maledicta formatus, ita decuit in ſecundo Adam fieri. *Richard. à S. Vict.* Richardus à ſancto Victore, Non decuit, ut caro Mariæ qualicunque foret obnoxia culpæ. Nam Dei ſapientia indignum credimus, ut quam ad lucem gentium deſtinauit, prauitate tenebræ fineret innolui: nec erit ingratus Matri ſuæ, qui patri, matriq; honorem præcepit exhiberi. *Thomas Iſcriptis. Part. 3.* Thomas, Maria ab omni peccato originali, & actuali, immunis fuit. Qui auctor ſanctus in partibus ſuis fatetur, probatq; bene, dominam noſtram ſanctiſsimam nullum prorſus habuiſſe unquam peccatum actuale, mortale aut ueniale: & fomi-F te, ſecundum multos graues doctores, caruiſſe, aut ſecundum alios illum ligatum, extinctum, aut ſopitum habuiſſe. Itaque quia domina noſtra plena gratia & uirtutibus ſineq; peccato fuit, conſtat per idem quòd iuſtitiam operum, perfectam legis obedientiã, & perfectam legis obſeruantiam habuit. *In quo reperiatur perfecta legis obedientia, tertiò.* Tertiò reperitur perfecta legis obedientia in illis ſanctis quos ſcriptura ſancta dicit perfectos, & quòd coràm domino ambulauerunt corde perfecto, aut anima perfecta. Verbi gratia, ſicut legimus, *Gen. 6.* Noe uerò inuenit gratiam coràm domino. Noe uir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit. *Eccl. 44.* Noe inuentus eſt perfectus, iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Ideo dimiſſum eſt reliquum terræ, cum factum eſt diluuium. Ad Abraham etiam dixit dominus, *Gen. 17.* Ambula coràm me, & eſto perfectus. Ponamq; fœdus meum inter me, & te, & multiplicabo te uehementer nimis. Nõ legimus autẽ Abrahamum huic præcepto defuiſſe: immo fœdus domini eum accepiſſe & *Gen. 17.* generationem eius multiplicatam fuiſſe conſtat: quo fit ut de perfectione eius iuxta man*3. Reg. 15.* datum domini, non dubitemus. Et fecit Aſa rectum ante conſpectum domini, ſicut Dauid pater eius; & abſtulit effœminatos de terra, purganitq; uniuerſas ſordes idolorum. G Infra, Veruntamen cor Aſa perfectum erat cum domino Deo ſuo cunctis diebus ſuis. *2. Par. 15.* Ezechias etiam uerè dixit Deo, Memento *4. Reg. 20* quæſo quomodo ambulauerim coràm te in ueritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt coràm te fecerim, ob quòd etiam exauditus eſt, & quindecim annos uitæ accepit ulteriores. Fecit Ezechias quod placuit *Eccl. 48.* Deo, & fortiter iuit in uia Dauid patris ſuis, quã mandauit illi Eſaias propheta magnus. Ecce igitur iſti perfecti, ac perfecto corde eſſe aut fuiſſe dicuntur, Noe, Abraham, Aſa, Ezechias: & de perfectione non dubitamus, ſed nec de illa dubitare quis poteſt. *In quo reperiatur perfecta legis obedientia, quartò.* Quartò reperitur legis perfecta obedientia in illis, de quibus dicit ſcriptura ſancta quòd omnia mandata Dei ſeruauerint, quòd innocentiam retinnerunt, aut aliquod tale, per quod perfecta legis obedientia declaratur & commendatur. Sic legimus de Zacharia & *Luca. 1.* Elizabet, Erant autem iuſti ambo ante Deũ, incendentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine quetela. Qui enim iuſti ſunt, & in omnibus mandatis ac iuſtificationibus domini ſine querela ambulant: procul dubio ipſi, perfectam legis obedientiam habent. Idem eſt perfectum, quod totum. Conſtat quòd totam legis obedientiam habet, qui in omnibus mandatis incedit. Vnde H utique Zacharias & Elizabet incendentes in omnibus mandatis domini, totam legis habuerunt obedientiam, & perfectam. Quomodo poteſt non habere totam obedientiam legis, qui in omnibus legis mandatis incedit? aut quomodo poteſt legis obedientiam non habere perfectam, qui legis obedientiam habet totam? Dauid quoq; ait, *Pſal. 118.* Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas, in omni tempore. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meũ. Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meã, & ſecundum innocentiam meam ſuper me. *Pſal. 100* Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam, facientes præuaricationes odiui. Non adhæſit mihi cor prauum, declinantem à me malignum non cognoſcebam. Deus etiam de Dauit per prophetam dicit, Inueni uirum ſecundum cor meum. Hæc autem omnia ſimul ſatis declarant, Dauid habuiſſe non ſolùm iuſtitiam ſed & perfectionem: innocentiam, legiſq; perfectam obedientiam, & obſeruantiam. De Iob *Iob. 1.* etiam ſcriptum eſt, Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Vir ille iuſtus & rectus recedens à malo, abſtinens ſe ab omni opere malo & permanens in innocentia ſua. Vel ſecundum aliam

A liam tranſlationem, Erat uir habitans in re-
gione Anſitide uomine Iob, uerax, ſine cri-
mine inſtus Dei cultor, abſtinens ſe ab omni
re mala. Sicut ipſe de ſe ait, Neque enim re-
Iob.29. præhendit me cor meum in tota uita mea. Et
alibi, Iuſtitia ueſtitus eram, & circundedi mi
hi iudicium, ſicut chlamydem. Et alibi iterũ,
Iob.23. Vias enim eius cuſtodiui, & non declinaui à
mandatis eius, ueque diſcedam. De his enim
quid dicere poſſumus? Quidem perfectam le
gis obedientiam habuerunt, Zacharias & Eli
zabet, Dauid, Iob: de quibus in diuina ſcri-
ptura tot, tantaq; & talia habemus teſtimo-
nia, ſanctitatis, innocentiæ, iuſtitiæ, legis
In quo re obſeruantiæ, legis obedientiæ. Quintò repe
periatur ritur perfecta legis obediẽtia in Apoſtolis do-
perfecta mini qui repleti ſunt omnes Spiritu ſancto,
legis obe- qui habuerunt primitias ſpiritus, qui mundi
dientia, erant etiam ante paſsionem domini, quando
quintò. non indigebant niſi ut pedes lauarent: quiq;
Act.2. uerè dicebant, Et ſi aliquando nouimus Chri
Ioan.13. ſtum ſecundum carnem, iam nunc non noui-
mus. Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce
Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi
mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Viuo
ego iam non ego, uiuit autem in me Chriſtus.
Mihi uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Cõ
uerſatio noſtra in cœlis eſt. De quibus etiam
Matt.5. dicit dominus, Vos eſtis ſal terræ, nos eſtis lux
mundi: quaſi à terrena natura in cœleſtem
B quodammodo tranſierint per gratiam, ut be-
Chryſoſt. ue notat diuus Chryſoſtomus. Auguſtinus in
Auguſt. ſuo opere De ſermone Domini in monte cir-
Lib.1. ca illud. Beati pacifici, quoniam filii Dei uo-
Matt.5. cabuntur. ſic docet, Sapientia congruit paci-
ficis, in quibus iam ordinata ſunt omnia, nul-
luſq; motus aduerſus rationem rebellis eſt,
ſed cũcta obtemperant ſpiritui hominis, cum
& ipſe obtemperet Deo. Additq; hæc quidem
in hac uita compleri poſſe, & quod credimus
ea completa eſſe in Apoſtolis. Quam ſenten-
tiam ſuam poſtea confirmando, in Retracta-
tiouibus, non retractando ſed declarando re-
Lib.1. fert, dicens, Quod merito mouet quomodo
cap.19. dixerim, Non enim cuiquam prouenire in
tom.1. hac uita poteſt, ut lex repugnans legi mentis
omnino uon ſit in membris. Qnandoqui-
dem etiam ſi ei ſic reſiſteret ſpiritus hominis,
ut in nullum eius laberetur aſſenſum; non
ideo tamen illa uon repugnaret. Hoc ergo
quod dictum eſt, nullum eſſe motum aduer-
ſus rationem rebellem: rectè accipi poteſt id
nunc agentibus pacificis domando concupi-
Lib.1. ſcentias carnis, nt ad hanc pacem pleniſsimã
quandoque ueniatur. Proinde quòd alio lo-
co cum eandem ſententiam Euangelicam re-
petens dixiſſem, Beati pacifici, quoniam filii
Dei uocabuntur. adiunxi dicens, Et iſta qui-
dem in hac uita compleri poſſunt, ſicut com- C
pleta eſſe in Apoſtolis credimus: ſic accipieu
dum eſt, non ut in Apoſtolis hic niuentibus
nullum carnis motum arbitremur ſpiritui re
pugnaſſe, ſed hactenus hic iſta poſſe comple
ri, quatenus in Apoſtolis credimus eſſe com
pleta, ea menſura ſcilicet perfectionis huma
næ, quanta in hac uita poteſt eſſe perfectio.
Non enim dictum eſt, iſta in hac uita comple
ri poſſunt: nam cõpleta eſſe in Apoſtolis cre-
dimus: ſed dictum eſt, Sicut completa eſſe in
Apoſtolis credimus: ut ita compleantur, ſi-
cut in illis completa ſunt, Ideſt, quadam per
fectione, cuius capax eſt iſta uita, non ſicut
complenda ſunt illa quæ ſperamus pace ple-
niſsima, quando dicetur, Vbi eſt mors con-
tentio tua? Hæc Auguſtinus. Ecce non dubi
tat Auguſtinus ſed credit maximè, aſſerens
ita credi ſuo tempore, Apoſtolos habuiſſe il-
lam perfectionem quæ competit huic uitæ
noſtræ mortali, & in ea menſura qnæ nobis
eſt præcepta, pro ut uiuimus in carne hac
mortali. Vnde Saluator noſter commendans
nobis perfectionem Apoſtolorum in bac ui-
ta in qua omne meritum comparatur, promi
ſit illis iu futuro iudicio uniuerſali ſedes, non
quaſi iudicandis, ſed quaſi iudicantibus aut
iudicaturis, dicens, In regeneratione cum ſe- *Mat.19.*
derit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ,
ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim iudicã-
tes duodecim tribus Iſrael. cum tamen ſint ip D
ſi ſecundum aliam conſiderationem iudican-
di. Et facit ad hanc ueritatem quòd dum Sal-
uator has ſedes iudicantium Apoſtolis pro-
miſit, ſermo erat de perfectione, deque eius
præmio, ut conſtat ex uerbis Euangelii præ-
cedentibus. Sextò reperitur perfecta obedien *In quo re*
tia legis in uiris Apoſtolicis, qui quamuis nõ *periatur*
fuerint Apoſtoli ſecundum illum gradum di- *perfecta*
gnitatis nec forte ſecuudum tantum gradum *legis obe-*
gratiæ, fuerunt tamen uiri magni, & quodam *dientia,*
modo Apoſtolici: quales fuere multi Marty- *ſextò.*
res, multi cõfeſſores, uirgines & uiduæ, quos
modo nõ uominamus, breuitatis cauſa: quia
etiam multi ſunt, & non poſſunt facilè nomi-
nari. Etenim & ii tales multi huiuſmodi fue-
runt, de quibus dicit Apoſtolus, Nihil ergo *Rom.8.*
nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto
Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant.
Nanque & de his dicit Apoſtolus, Lex enim
Spiritus uitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à le
ge peccati & mortis. Nam quod impoſsibile
erat legi, in quo infirmabatur per carnem:
Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem
carnis peccati, & de peccato damnauit pecca
tum in carne, ut iuſtificatio legis impleretur
in uobis, qui non ſecundum carnem ambulã
mus, ſed ſecuudum Spiritum. Ecce impoſsi
bile

E bile erat legi, in quo infirmabatur per carnẽ, aliquem iuſtificare, aliquem ad perfectum ducere, aliquem à peccato ſanare: quia re uera, erat onus graue & importabile, quod nec A- *Act.15.* poſtoli nec patres eorum potuerunt portare, & omnes concludebat ſub peccato, ut omnes ad gratiam confugerent. Poſtquam Deus Filium ſuum miſit in mũdum in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum: iã iuſtificatio legis impletur in nobis, qui non ſecundũ carnẽ ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Quãuis ergo iuſtificatio legis, mortis uidelicet ĩ literis deformatæ, eſſet hominibus olim impoſsibilis, tũ propter ipſius grauitatem, tum hominũ infirmitatẽ: ipſa tamen lex ſpiritus uitæ in Chriſto Ieſu liberat nos à lege peccati quæ eſt in membris noſtris, & à lege mortis in tabulis aut membranis ſcripta: & impletur in nobis iuſtificatio legis, quæ non implebatur in aliis. In nobis, inquam, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum: ut iam nec teneamur ad legem Moſis, nec motus carnis ſeu legis peccati imputentur nobis, cùm nos non conſentimus eis, ſed ſpiritu facta carnis mortificamus. Itaque ſi nihil damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundũ carnem ambulant: maniſeſtum eſt quòd eis nihil imputatur: quia aliàs, iam in ipſis eſſet F aliquid damnationis. Vbi autem nihil imputatur, certè ibi ſunt omnia mandata completa: uel ſaltem ibi omnia mandata deputantur facta, & pro factis habentur. Auguſtinus *Auguſt.* in De ſermone Domini in monte, exponendo illud, Iota unum aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. dicit nihil *Matt.5.* poſſe aliud intelligi, niſi uehementem perfectionis expreſsionem. Atque in ſuis retra- *Lib.1.* ctationibus monet quæſtionem & proſequi- *Cap.19.* tur, dicens, Vtrùm iſta perfectio ſic poſsit *tom.1.* intelligi, ut tamen uerum ſit, neminem iam utentem uoluntatis arbitrio hic uiuere ſine peccato? A'quo enim uſque ad unum apicem lex perfici poteſt, niſi à quo fiunt uniuerſa diuina mandata? Sed in eiſdem mandatis eſt etiam quod iubemur dicere, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quam orationem uſque ad finem ſæculi tota dicit Eccleſia. Determinando autem modum, inquit, Omnia ergo mãdata facta deputantur, quando quicquid nõ fit ignoſcitur. Hæc ille. Quid eſt, quando quicquid non fit ignoſcitur? Eſt quidem, quãdo quicquid non fit non imputatur: & hoc eſt, quando quicquid non fit non eſt damnationis. Proponamus ergo cum Auguſtino, Omnia ergo mandata facta deputantur, qnando quicquid non fit ignoſcitur: ſubſumamus

cum Apoſtolo Paulo, Nihil ergo damnatio- G nis eſt iis qni ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant: Concludamus cum quolibet fideli Chriſtiano, Igitur iis qui ſunt in Chriſto Ieſu qui non ſecundum carnẽ ambulant, omnia diuina mandata computantur facta. Eſt ergo in illis perfecta legis Dei obedientia, eſt & per conſequens perfecta operum inſtitia: qui ſunt in Chriſto Ieſu, & nõ ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum, & ſpiritu facta carnis mortificant: Vt ſi & non plenè, reperitur in illis, Nõn concupiſces. propter concupiſcentiam concupiſcentem aduerſus ſpiritum: iam tamen reperitur in illis quod dicitur, Poſt concupiſcentias tuas non eas. Vt oſtenderet Apoſtolus poſſe reperiri in nobis totam obedientiam legis ſpiritus, quicquid olim fuiſſet de tota obedientia legis mortis, dixit, Verbum autem cõſummans, & abbreuians in æquitate: quia *Rom.9.* uerbum breuiatum faciet, dominus ſuper terram. Quod uerbum multi ſancti doctores, ut etiam Auguſtinus in De perfectione iuſtitiæ, intelligunt in eo quòd Saluator noſter totam legem reduxit in duo tantùm præcepta charitatis, uidelicet amoris Dei, & amoris proximi: ſicut ipſe dicit, In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Ob quod etiam Paulus dicit ſicut iam allegatũ eſt, Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, *Rom.13.* Non adulterabis, Non occides, Non furabe- H ris. Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces. & ſi quod eſt aliud mãdatum, in hoc uerbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Dilectio proximi, malnm nõ operatur. Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Igitur quotquot tales ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, nihil damnationis habent, ſecundum Apoſtolum: quicquid non fit in illis ignoſcitur, in eis omnia mandata reputantur facta, ſecundum Auguſtinum & ueritatem manifeſtam: & ideo omnes ii, perfectam habent legis obedientiam. Fuerũt & ſunt in Eccleſia Dei multi homines tales, ualde boni: ædificantes ſuper fundamentum, Chriſtum uel fidem Chriſti, aurum, argentum, lapides precioſos: in quibus etiam & ſi non nulla peccata uenialia cadant, non permanent, ſed ſtatim conſumuntur in magna eorum charitate: ſicut guttæ aquæ in magnum ignẽ candentes non permanent, ſed ſtatim tranſeunt, corrumpuntur, & eſſe deſinunt. Poſſumns etiam dicere abundãtius, Omnis iuſtus habet aliquo modo totam legis obedientiam, quia omnis intendit obedire Deo, & ſeruare legem eius.

HAEC eſt uera doctrina Chriſtiana, catholica, & Apoſtolica: in diuinis ſcripturis contenta,

A tenta, atque à ſanctis doctoribus prædicata, & commendata. An uerò eos ſanctos quos memorauimus, tertio, quarto, quinto, & ſexto loco, intelligimus ſic perfectam legis obedientiam habuiſſe, ut ipſi nunquã à lege in aliquo excidiſſent, aut omni peccato caruiſſent? Abſit. De quinto enim loco erat, qui dicebat, *1. Ioan. 1.* Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & ueritas in nobis non eſt. Si dixerimus quoniam non peccauimus; mendacem facimus eum, & uerbum eius non eſt in nobis. Et multa alia de quibus infra. Sed hæc dicimus, ut oſtendamus aliam eſſe perfectam Euangelii obedientiam nobis præceptam in hac uita, & aliam eſſe quam per Dei miſericordiam & gratiam habent ſancti & nos habituri ſumus in patria: Quia quæ eſt in hac uita, habet frequenter nõ nullas noxas aut maculas ſaltem ueniales, ſicut ſepties in die cadit iuſtus: unde & diuus Bernardus noſtram iuſtitiam dicit rectã quidem, ſed non puram: quæ uerò eſt in patria, longè ſecus ſe habet, quia eſt recta, pura, beata, iam quieta. Iuſtinus Chriſti glorioſus *Iuſtinus Martyr.* Martyr ut iuſtitiam & perfectã legis obedientiam manifeſtaret, quam habent uiri perfecti in hoc ſæculo, ita quæſiuit & ſoluit, in ſuis quæ- *quaſt. 141* ſtionibus ad Orthodoxos, Si ſolus Chriſtus B diuina lege perfectè perfunctus eſt, quomodo ambulabant in lege inculpati Zacharias & Elizabet, de quibus hæc Lucas teſtatus eſt? Itemq; Paulus, qui iuſtitia legis fuit inculpatus? Aliud eſt inculpatum eſſe, aliud inſontem. Inſons enim omnino eſt etiam inculpatus: at inculpatus non neceſſariò eſt inſons. Qui enim in lege committit ueniale peccatum, is libatione uictimarũ, et confeſſione delicti ueniam adeptus, fit mundus & inculpatus iuſtitia legis. Hæc ille. Ecce iuxta hanc doctrinam huius glorioſi Martyris, ille habet legis iuſtitiam, & eſt mundus atq; inculpatus iuſtitia legis, qui grauiora legis ſeruat, mortalibus peccatis ſeu criminibus caret, contra uenialia nititur, & quæ uenialia facit, eleemoſynis atque confeſſione emun- *Auguſt.* dat. Eodem modo declarat Auguſtinus menſuram perfectionis huius uitæ, ſeu perfectæ obedientiæ quam habent uiri ſancti & perfe- *tom. 7.* cti in hoc ſæculo, agens de hac re in libro De *ad finẽ.* perfectione iuſtitiæ: ubi non negat uiros iuſtos habere aut habuiſſe iuſtitiam operum, aut perfectam legis obedientiam, ſed declarat qualem habuerunt aut habent: talem uidelicet perfectionem qualis in hac uita reperitur, quæ legem Dei in omnibus intendit, ſeruat grauiora, caret criminibus, nititur uitare leuia: & quæ leuia in ſe ſentit, odit, mundat, & pro illis clamat, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitori- C bus noſtris. Ex Auguſtino autem magis in- *Lib. praſ.* ferius. Sic fecerunt omnes doctores ſancti de iuſtitia operum, & de perfecta legis obedientia; non eam negauerunt eſſe aut fuiſſe in hoc ſæculo in uiris iuſtis & perfectis, ſed eam declarauerunt, oſtendentes de illa qualis fuit, ubi fuit: qualis ſit, ubi ſit. Pelagius, ut refert Auguſtinus in De natura & gratia, *Auguſt. refert.* commemorabat multos ſanctos & ſanctas, qui iuſtè uixiſſe referuntur, Abel, Enoc, *Cap. 36.* Melchiſedech, Abraam, Iſaac, Iacob, Io- *tom. 7.* ſeph, Ieſum Nauæ, Phineem, Samuel, Nathan, Heliam, Heliſeum, Michæam, Daniel, Ananiam, Azariam, Miſael, Ezechiel, Mardochæum, Simeonem, Ioſeph cui deſponſata erat Virgo Maria domina noſtra, Ioannem, Delboram, Annam Samuelis matrem, Iudith, Heſter, alteram Annam filiam Phanuel, Elizabet, ipſam etiam domini ac Saluatoris noſt[illegible] Matrem, quam dicebat etiam Pelagius ſine peccato confiteri neceſſe eſſe pietati. Quos omnes ſanctos ſic commemo- *Auguſt. determinat.* rabat Pelagius, tanquam omnes non peccaſſent aut peccatum non habuiſſent, & tanquã *Ibidem.* iuſtè uixiſſent. Reſpondet Auguſtinus, primùm quidem non negando ſed confitendo eos iuſtè uixiſſe, quod pertinet ad iuſtitiam operum & obedientiam legis ſeu mandato- D rum: negando tamen eos non peccaſſe aut ſine peccato fuiſſe, propter illud uerbum, Si *1. Ioan. 1.* dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt: Excepta uerò domina noſtra ſanctiſsima, de qua propter honorem domini nullam prorſus cum de peccatis agitur, habere uult quæſtionem: & de qua, inquit, ſcimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad uincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. Ecce concedit Auguſtinus illos ſanctos iuſtè uixiſſe, quod pertinet ad legis obſeruantiam, operum iuſtitiam, legis obedientiam: concedendo tamen & declarãdo: eos aliquod peccatum habuiſſe, aut in aliquo à lege defeciſſe. Simili modo nitebatur probare Cœleſtius quòd homo poteſt ſine peccato eſſe, & quòd quidã ſine peccato fuerunt, legẽ ſeruauerunt, ac perfectionẽ habue- *Auguſt.* runt: pro quo decẽ & ſex formauit rationes, multas etiã adducẽs auctoritates. Vidit Au- *tom. 7.* guſt. cuncta; quædã cõceſſit, quædã negauit, *ad finem.* omnibusque reſpondit, in libro de perfectione iuſtitiæ, in quo etiam refert dicta & ratiocinationes Cœleſtii: Non negat perfectionẽ uitæ chriſtianæ ſecundum legem Dei reperiri in hac uita, ſed declarat eſſe talem, quæ careat crimine, non quæ careat peccato: perdifferentiam

De perfectione charitatis in hac uita dicit etiã Auguſtinus ſuper primam canonicam Ioannis.

A ſimi, quod non poteſt facere fructum, niſi iuſtum. Eſtq́; iuſtitia operum: quia eſt fructus quem uiri iuſti afferunt, quemq́; faciunt ex uerbo Dei in ſe ſuſcepto, ſicut fructificat terra bona ex ſuſcepto ſemine. Ergo poſſunt uiri iuſti habere partem iuſtitiæ operum, quanuis non habeant totam: ſicut uidemus uiros iuſtos fructificare ex uerbo Dei, alios fructũ centeſimum, alios ſexageſimum, alios triceſimum: & falſiſsimum eſt quod dicit Caluinus in hac falſa doctrina ſua, putans non poſſe hominem iuſtitiæ operum habere partẽ, niſi habeat totam. Iuſtus pro eo quod facit ſecundum legem, mercedem accipiet: ſicut di-
Mat.10. cit dominus, Qui recipit prophetam in nomi
Marc.9. ne prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicunque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine diſcipuli: amen dico uobis, &c. In eo igitur fecit iuſtitiam, pro quo & habet mercedem: & illam igitur partem iuſti
2.Cor.5. tiæ habet. Huc ſpectat Paulus clamans, Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis pro ut geſsit, ſiue bonũ, ſiue malũ.
2.Cor.9. Qui parce ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictioni-
1.Cor.3. bus & metet. Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborẽ.

B Ergo iuſtus uir ſecundum ſuum laborem habet mercedem, maiorem uel minorem; quicquid ſit de tota legis obſeruantia ſeu de perfecta legis obedientia. ideo igitur proportionabiliter habet operum iuſtitiam, pro ut in lege laborat. Homo iuſtus, ad imaginationem Caluini, per ſolam iuſtitiam extrinſecam quæ eſt in alio, quomodo ſe habet ad legem Dei, uel totam ſeruat, uel totam non ſeruat, uel partim ſeruat & partim non ſeruat: non eſt enim dare medium, ut conſtat. Si totam obſeruat: completam habet legis obedientiam, & completam operum iuſtitiam. Si totam non obſeruat: quomodo Deus illi applicat ſeu imputat iuſtitiam Chriſti cùm ipſe in nullo obe
Matt.7. diat Chriſto imperanti? Dicit enim ipſe Chri
Mat.19. ſtus, Qui facit uoluntatem Patris mei, ipſe in-
Ioan.12. trabit in regnum cælorum. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Vbi ſum ego, illhic & miniſter meus erit. Dicit etiam Apoſto
Hebr.5. lus de Saluatore noſtro, Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Quidem & non aliis quantum ad efficaciam ſiue efficientiam: qui tamen paſſus eſt pro omnibus, omnesq́ue redemit quantum ad ſufficiantiam, præcium offerens pro omnibus ſufficientiſsimum: ut eſt monſtratum, & aliàs monſtratur abundantius. Si partem ſeruat & partem nõ ſeruat: profectò in eo quod C
ſeruat, iam habet iuſtitiam operum, ſaltem inchoatam, ſaltem partem eius, ſaltem inchoationem. Aut quæramus de ipſo uiro iuſto, quomodo ſe habeat circa legem Dei quantũ ad affectionem. Vult aut cupit aut proponit ſeruare illam, uel non? Si non. quomodo applicatur illi iuſtitia Chriſti, cùm ipſe non proponat, nõ cupiat, nec uelit eſſe miniſter Chriſti? Si autem ſic. Ergo iam in ſua mente quodammodo obedit, iam habet legis obedientiam cordialem, in corde & in affectione: nec poteſt ipſa talis obedientia non pertinere ad iuſtitiam operum, cum illam imperet, illam dictet, illam pariat, & ad illam ordinetur, ſicut habitus operatiuus ad actum, ſiue ed opus ipſum. Homo qui in aliquo facit contra legem, eo ipſo habet operum iniuſtitiam, ſaltem partem eius, aut inchoationem: Per eandem igitur rationem homo qui in aliquo uiuit ſecundum legem, eo ipſo habet operum iuſtitiam quandam: ſaltem partem, ſaltem inchoationem illius. Eadem eſt enim diſciplina contrariorum. Sicut oppoſitum in oppoſitum, ita propoſitum in propoſitum. Ita declarat dicendum eſſe, communis uſus loquẽdi obſeruatus apud omnes. Etſi nanque ſciamus aliquas perſonas non habere perfectam legis obedientiam, dicimus tamen aliam iu-
ſtiorem alia quoad legem, dum uidemus eam D
maiorem zelum ad legem habere, magis pro lege zelare, magis de lege ſeruare, melius circa legem & eius obſeruantiam affici. Sic etiã dixit Iudas ad Thamar, Iuſtior me es. Quidem per reſpectum ad legem, ad rationem, ſeu ad opus faciendum; quicquid eſſet de perfecta legis obedientia, quam ſecundum Caluinum nec Iudas habuit ipſe, nec Thamar. Bene ſciebat Apoſtolus ſeſe non habuiſſe perfectam legis obedientiam ſine peccato eo tẽpore, quo antequã in Chriſtum crediidiſſet,
Chriſtum perſequebatur & Chriſtianos: illũ *1.Cor.1.*
tamen profectum ſuum in Iudaiſmo ſine que *Philip.3.*
rela, ſuper omnes coætaneos ſuos, appellabat ipſe iuſtitiam ſuam, legisq́ue, & per conſequens operum. Quanto ergo magis poſtquam factus eſt Chriſtianus, profectum ſuũ in Chriſtianiſmo ſine querela, ſuam ſolicitudinem, diligentiam, operationem & opera, paſsiones & actiones propter Chriſtum appellaſſet iuſtitiam legis Euangelicæ, Euangeliiq́; pacis & amoris? Quod & fecit, dicens,
Ego enim iam delibor: & tempus reſolutio- *2.Tim.4.*
nis meæ inſtat. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam red-
det mihi dominus in illa die, iuſtus iudex. *2.Tim.1.*
Nec dicit ipſe, Iuſtificabuntur qui habuerint

E perfectam legis obedientiam: ſed dicit, Factores legis iuſtificabuntur. Saluator noſter, *Rom. 2.* quicquid ſit de perfecta legis obedientia, docēs nos benefacere bona opera quæ facimus, eleemoſynas, ieiunia, & orationes, dicit, Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis corām *Mat. 6.* hominibus, ut uideamini ab eis, &c. manifeſtè declarans ea bona opera eſſe quandam iuſtitiam, nidelicet iuſtitiam operum. Apud Eſaiam legimus, Ante ibit faciem tuam, iuſtitia tua. *Eſaie. 58* Dauid etiam dixit, Feci iudicium & iuſtitiam, *Pſal. 118.* non tradas me calumniantibus me. Habent ergo uiri iuſti, iuſtitiam quam faciunt. Quicquid ſit de perfecta obedientia legis. Faciunt iuſtitiam, habent illam: eſtq; illa iuſtitia operum, ut conſtat. In Apocalypſi etiam ſic habetur, Beati mortui qui in domino moriuntur. *Apoc. 14* Amodo iam dicit Spiritus ut requieſcant à laboribus ſuis: opera enim illorũ ſequuntur illos. Ecce dicitur in laudē, gloriã & honorem illorũ mortuorũ qui moriuntur in domino, quòd opera illorũ ſequũtur illos. Aut igitur ſequũtur illos ut opera iniuſtitiæ, aut ut opera iuſtitiæ? Nõ ut opera iniuſtitiæ, quia hoc dicitur in bonũ illorũ. Ergo ut opera iuſtitiæ. Igitur illi habēt iuſtitiam operum quam ſecum ferunt: ſiue perfectam legis obedientiam habuerint, ſiue non. Nobis etiam præcipitur, *Matt. 5.* Sic luceat lnx ueſtra corām hominibus, F ut uideant bona opera ueſtra & glorificent Patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Eſt autem utique hæc lux, iuſtitia operum, quæ pertinet ad iuſtitiam legalem: & de qua dicit Philoſophus quòd magis lucet, quàm lucifer aut *Ethic. 5.* Heſperus. *Auguſt. tomo. 7.* Auguſtinus in Hipognoſt. fatetur ingenuè iuxta diuinas ſcripturas, iuſtificari homines per opera eorum bona, ſequentia fidem & gratiam Chriſtianam: ſimiliter & omnes alii doctores ſancti, tum ante, tum poſt Auguſtinum, eandem profitentur doctrinã. Ioannes Apoſtolus dicit, Qui facit iuſtitiam, *1. Ioan. 3.* iuſtus eſt. Qui facit peccatum, ex diabolo eſt. Et paulò poſt teſtatur quòd opera Cain erant maligna, opera autem Abel erant iuſta. Iacobus Apoſtolus referens obedientiam Abrahæ, *Iaco. 2.* &c. dicit, Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Adidemq; addit, Similiter & Raab meretrix, nonne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens nuncios, & alia uia eiiciens? *Hebr. 11.* Paulus etiam narrat de Gedeone, Barach, Sampſone, Hiephthe, Dauide, Samuele, & prophetis, qui per fidem uicerunr regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſsiones.

Qvid igitur uult Caluinus in hoc ſuo dicto? Sicut ipſe declarat ſeipſum ſuo hoc in opuſculo, uult quòd homo nihil habeat de iuſtitia operum, niſi habeat totam. Errat etiã in hoc duobus aliis modis. Primus eſt, quia G uult ualere argumentum, quod aliās nihil ualet. Iuſtitia enim legis ſeu iuſtitia legalis, quantum ad actus ſuos, & quantum ad habitus ſpeciales genitos ex actibus frequentatis, non eſt una, ſed multiplex: nec eſt indiuiſibilis, ſed diuiſibilis: ſicut ipſi actus ſunt differentes numero, ſpecie, aut etiam aliquando genere ſubalterno, uel propinquo. Dicit Caluinns de hac iuſtitia, quòd ſi non habemus totam, nec habemus partem. Ergo errat in hac tali argumentatione. Vnde ualet argumentum circa rem partibilem, quòd ſi non habeo totam, nec paetem eius habeo? Mirum eſſet profectò ſi quis dixiſſet me nihil habere auri aut nihil habere argenti, quia non habeo totum aurum, nec habeo totum argentum. Et mirum eſſet ſiquis contendens diceret, uerbi gratia, Titium, uel Sempronium nihil habere ſcientiæ theologicæ, quia non habet totam ſcientiam theologicam. Sic mirum eſt quod dicat Caluinus, neminem habere aliquid iuſtitiæ operum, quia nemo habet perfectam legis obedientiam ſeu totam operum iuſtitiam. Alter modus errandi in hoc eſt, quia dum ita dicit, eo ipſo aſſerit, neminem poſſe incipere elabi ex iniuſtitia operum, & ſubire operum iuſtitiam, niſi prius elabatur è tota operum iniuſtitia, & totam operum iuſtitiam adipiſcatur. Hoc enim ſequitur manifeſtè ex hac eius H doctrina. Sic autem dicere, eſt totam diuinã ſcripturam, omniumq; doctorum ſanctorum ſcripta euertere. Quidam Philoſophi putauerunt olim, migrationem hominis è uitii ergaſtulo ad uirtutem, ſiue ex iniuſtitia ad iuſtitiã, eſſe quidem, ſicuti eſt emerſio hominis ex aqua in qua obruebatur, ad aerem: exiſtimantes quòd ſicut homo ille non poteſt incipere participare aerem, niſi prius omnino relinquat aquam; ſic homo exiſtens ſub uitio non poteſt incipere participare uirtutē, niſi prius ex toto relinquat uitium. Contra hunc eorũ errorem dixit multa Auguſtinus probando *Auguſt. tom. 2.* quòd exitus hominis è uitii ergaſtulo ad uirtutem, non eſt ſicut emerſio ex aqua ad aerē, ſed eſt ſicut exitus hominis è tenebris quibus erat obſeptus, ad lucem: in quo tranſitu homo quidem non prius tota ex tenebra elabitur quòd aliquid lucis participet, ſed paulatim procedit è tenebris exeũdo & lucem participando. Ad hanc autem doctrinam ueram Auguſtini, aliās multa ex ipſo. Satis autem eſt quòd hic modus exeundi è uitio ad uirtutem, ſiue ex operum iniuſtitia ad operum iuſtitiam, ſit qui explicatur frequenter in diuinis ſcripturis. Saluator noſter eſt lux uera, *Ioan. 1.* quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: luxq; ipſa etiam in tenebris

A bris lucet, & quidam eã participant uno modo, quidam alio. Vnde Apoſtolus explicans hunc tranſitum dicit, Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino: aliquando ſub tenebra peccati, nunc uerò ſub luce Chriſti. Et multa alia.

Rvrsvs contra ſecundum errorem Caluini in hoc loco, dicamus alia ex diuinis ſcripturis. Dicit Caluinus iuſtitiam operum conſtitui in perfecta legis obedientia, & hanc nuſquam reperiri. Si perfecta legis obedientia nuſquam reperitur, aut eſt propter extenſionem quam lex habet ad multa præcepta & ad multa opera: aut eſt propter intenſionem quam requirit in uoluntate obtemperantis? Si dixerit quòd propter primum; certe malè aduertit quomodo Saluator noſter reduxit omnia præcepta legis, ad duo præcepta charitatis, amoris Dei, & amoris proximi: in quibus duobus dixit pẽdere totam legem, & prophetas. *Mat. 22* Sicut & Apoſtolus ait, Qui diligit proximum, legem impleuit. *Rom. 13.* Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Si dixerit quòd propter ſecũdum; manifeſtus eſt error, quia ſub præcepto charitatis non imponitur nobis gradus, ſed modus: quia non gradus dilectionis, ut dilectio ſit tantum uel tantum intenſa: ſed modus diligendi, ut diligamus Deum ſuper omnia, & proximum ſicut noſmetipſos, &c. *B* Vnde eſt igitur qnòd perfecta legis obedientia nuſqnam reperitur? Nunquid propter concupiſcentiam carnis quæ in omnibus nobis eſt, & in omnibus nobis caro concupiſcit aduerſus ſpiritum? Quaſi ideo non impleamus illam legem, Non concupiſces? Si ita dixerit, Reſpondemus primùm quidem quòd licet caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, nullo modo eſt culpa hominis, ſaltem baptizati, niſi homo ipſe conſentiat, aut diſſentire negligat, aut niſi non diſſentiat ſtatim. Non enim illa concupiſcentia magis culpa eſt in corpore hominis uigilantis diſſentientis, quàm ſit in corpore hominis dormientis, in quo conſtat eam carnis concupiſcentiam non eſſe culpam: ſicut bene Auguſtinus notauit hoc totum in De ciuitate Dei. *August. tom. 4.* Secundò, ſi caro concupiſcit & homo ſtatim diſſentit, non agit homo contra legem illam: quia homo ipſe non concupiſcit, ſed ſola caro concupiſcit, renitente homine. Et fit tunc quod Apoſtolus dicit, Si quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. *Rom. 7.* Quo poſito, Vtique non peccat homo ipſe, nec concupiſcit, nec facit contra ipſam legem; ſed magis ſeruat illam renitendo, diſſentiendoq; carni & concupiſcentiis ſuis. Et eo caſu, dicuntur illi motus quidem fieri in homine, cuius eſt ipſa caro ſic concupiſcens: ſed non dicuntur fieri ab homine nec ex homine ipſo, ſicut bene docuit diuus Bernardus. *C* *Bernar.* Diſſentit enim tunc homo, & non coagit carni concupiſcenti. De hoc tamen aliàs multa. Tertiò, quia illa lex, Non concupiſces, prout datur nobis hominibus ſecũdum communem legem, uitam, ac gradum gratiæ uiuentibus, forte declaratur per hanc aliam legẽ, Poſt concupiſcentias tuas non eas: ut intelligamus nobis uiatoribus præcipi non non cõcupiſcere, ſed poſt concupiſcentias noſtras non ire. De quo uerbo, Poſt concupiſcentias tuas non eas, frequenter mentionẽ facit Auguſtinus: tametſi declarationem hanc non exprimat. *August.* Quartò, quia illa perfectio quæ eſt ſine peccato eſſe, quæ in illa lege declarari uidetur, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: *Deut. 6. Mat. 22* quidem ex aliqua parte ab hac alia lege pendere creditur, Non concupiſces. Quia ſicut dicit Auguſtinus in De perfectione iuſtitiæ, *August.* Nam cum eſt adhuc aliquid carnalis concupiſcentiæ, quod uel continendo frenetur, non omnimodo ex tota anima diligitur Deus. Non enim caro ſine anima cõcupiſcit quamuis caro concupiſcere dicatur, quia carnaliter anima concupiſcit. Tnnc erit iuſtus ſine ullo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis eius: *D* ſed prorſus toto corde, tota anima, tota mente diliget Deum, quod eſt primum, ſummumq; præceptum. De hac autem tali perfectione multi putant, quòd non eſt nobis in hac uita præcepta, ſed eſt nobis in hac uita oſtenſa; utique ut ſciamus quo nobis currendum eſt, quantum à perfectione patriæ deficimus, quantum Dei adiutorio Deiq; fauore & gratia indigemus. Refert de his qui ita dicunt, Nicolaus Lyranus in ſuis commẽtariis ad eum locum allegatum, Diliges dominum Deum tuum, etc. *Nicolaus Lyranus Deut. 6.* Augnſtinus contra Cœleſtium non negat poſſe homines habere hãc perfectionem qua ſine peccato ſint, *August. ubi ſtati.* nec negat poſſe homines ſine peccato eſſe, nec negat perfectionem hanc eſſe nobis præceptam: ſed declarat ubi, & per quem hanc perfectionem habere poſſumus. Declarando autem ubi, dicit quòd in patria: declarando uerò per quem, dicit quòd per Saluatorẽ noſtrum & per eius adiutorium ſeu gratiam. Declarando quæ ſit noſtra iuſtitia in hoc ſæculo, dicit, Hæc eſt noſtra in iſta peregrinatione iuſtitia, ut ad illam perfectionem plenitudinemq; iuſtitiæ ubi in ſpecie decoris eius iam plena & perfecta charitas erit, tunc ipſius curſus rectitudine & perfectione tendamus, caſtigando corpus noſtrum & ſeruituti ſubiiciendo, & eleemoſynas in dandis beneficiis,

E ficiis, & dimittendis quæ in nos ſunt commiſſa peccatis, hilariter & ex corde faciendo, & orarionibus indefinenter inſiſtendo, & hoc faciendo in doctrina ſana qua ædificatur fides recta, ſpes firma, charitas pura. Hæc eſt nūc noſtra iuſtitia qua currimus, eſurientes & ſitientes ad perfectionem plenitudinemq́; iuſtitiæ, ut ea poſtea ſaturemur. Hæc ille. Deniq́; poſuit Auguſtinus perfectionem huius uitæ in eo quòd homines perfectè currunt, non in eo quòd iam omnimodam perfectionem habeant: & concedit eſſe quidem aut fuiſſe homines in hac uita ſine crimine, quod pertinet ad perfectionem uiæ, non tamen omnino ſine peccato, quod pertinet ad perfectionem patriæ. Si quis autem quærat, quid cauſæ ſit ut in hac uita præcipiatur homini eſſe ſine peccato, cùm homo id non habeat nec ſit habiturus niſi poſt hanc uitam? Reſpondet Auguſtinus, ſicut iam dictum eſt, Cur ergo non præciperetur homini iſta perfectio, quamuis eam in hac uita nemo habeat? Non enim rectè curritur, ſi quo currendum eſt neſciatur. Quomodo autem ſciretur, ſi nullis præceptis oſtenderetur? Sic ergo curramus, ut comprehendamus. Hæc ille in De perfectione iuſtitiæ; quo loco in his uerbis ultimis magis uidetur in eam partem declinare, qua

F dicat, illam perfectionem quæ eſt ſine peccato, eſſe in hac uita potius nobis oſtenſam quàm præceptam: præceptum uerò eſſe nobis curſum ad illam, Sic currite, ut comprehendatis. (*1.Cor.9.*) De hac re tamen magis poſtea, Interim dicamus conſtanter cum diuo Hieronymo in explanatione fidei catholicæ ad Damaſum Papam, (*Hierony. ad Damaſum Papam. tom.4.*) contra Iouianum, Manichæum & Pelagium, Execramur, inquit Hieronymus, eorum blaſphemiam, qui dicunt impoſsibile aliquid homini à Deo eſſe præceptum, & mandata Dei non à ſingulis, ſed ab omnibus in commune poſſe ſeruari. Infra, Et tam illos errare dicimus, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum uitare non poſſe, quam illos qui cum Iouiano aſſerunt hominem non poſſe peccare. Vterque tollit arbitrii libertatem. Nos uerò dicimus, hominem ſemper & peccare & non peccare poſſe, ut ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrii. Hæc eſt fides quam in catholica Eccleſia didicimus, & quam ſemper tenuimus. Hæc ille. De his Hieronymi uerbis dixit Magiſter in diuerſis locis, (*Magiſt. ſen.lib.2. Diſt.28. & 36.*) tanquam de iis quæ maximi momenti ueritatem, & doctrinam ualde Chriſtianam contineant: Execramur eorum blaſphemiam, qui dicunt impoſsibile aliquid homini à Deo eſſe præceptum. Poſſibilis eſt igitur nobis, perfectio, quæ nobis eſt præcepta: & quæ nobis non eſt poſsibilis, non uidetur nobis præcepta, ſed oſtenſa. G

Sed hac de re magis inferius, ut dictum eſt. Notentur tamen, quæſo, ea uerba Hieronymi, Hæc eſt fides quam in catholica Eccleſia didicimus, & quam ſemper tenuimus. Deus igitur nihil præcipit homini impoſsibile. Multo plura præcepta continebat antiqua lex, quàm contineat noſtra noua: quia illa continebat ſupra moralia, multa ceremonialia, multaq́; iudicialia, denique omnia legalia, ex quibus nos nihil habemus in nouo teſtamento, præter moralia, quæ ſunt ſine dubio legis naturæ. Cum tamen Moſes totam legem propoſuiſſet, oſtendens poſsibilitatem eius obſeruantiæ cum gratiæ Dei accedente auxilio, dixit ad populum, (*Deu.30.*) Mandatū hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, nec trans mare poſitum, nec in cœlo ſitum: ſed iuxta te eſt ſermo in corde tuo, & in ore tuo, ut facias illud. etc. Erant autem & ibi, illa duo præcepta, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Non concupiſces. Videbat etiam Ioannes Apoſtolus hæc (*1.Ioan.5.*) duo mandata contineri inter mandata Dei, dixit tamen. Et mandata eius grauia non ſunt. Quomodo non eſſent grauia, ſi eſſent impoſsibilia? De hoc magis infra. (*Lib.pra.*)

H DICIT Caluinus, Ea perfecta legis obedientia nunquam reperitur. E contra nos legimus in diuinis ſcripturis, Nanque Saluator noſter dixit cuidam docens illum, & nos in illo. Si uis perfectus eſſe, uade uende omnia (*Mat.19.*) quæ habes & da pauperibus, & ueni & ſequere me. De illa autē multitudine credentium in primitiua Eccleſia in Hieruſalem, ſic legimus hanc perfectionis doctrinam, Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. (*Act.2.*) Poſſeſsiones & ſubſtantias uendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudantes, & habentes gratiam ad omnem plebem. (*Act.4.*) Multitudinis autem credentiū erat cor unum & anima una, nec quiſquam eorum quæ poſsidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et uirtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti domini noſtri, & gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quiſquam egēs erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, uendentes offerebant precia eorum quæ uendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum, Diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat. Ecce gens illa ſan-

A ſanctaimplebat leges perfectionis à domino
traditas,habebat animam unam & cor unum
in domino, & gratia magna erat in omnibus
illis. Igitur illa habebat perfectionem & per-
fectam ſeruabant legis obedientiam, prout
illam habebant in præcepto. Aliàs quomodo
gratia magna Dei erat in illis, aut quomodo
habebant animam unam & cor unũ in Deo?
Rom. 6. Ad Romanos dicit Apoſtolus, Gratias autẽ
Deo, quòd fuiſtis ſerui peccati: obediſtis au
tem ex corde, in eam formam doctrinæ in
quam traditi eſtis. Liberati autem à peccato,
1. Cor. 1. ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Ad Corinthios etiam,
Gratia ago Deo meo ſemper pro uobis, in
gratia Dei quæ data eſt uobis in Chriſto Ieſu,
quòd in omnibus diuites facti eſtis in illo, in
omni uerbo & in omni ſcientia, ſicut teſtimo
nium Chriſti confirmatum eſt in uobis: ita
ut nihil uobis deſit in ulla gratia, expectanti
bus reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti,
qui & confirmabit uos uſque in finem ſine cri
mine, in die aduẽtus domini noſtri Ieſu Chri
Philip. 2 ſti. Ad Philip. quoque, Itaque chariſsimi mei,
ſicut ſemper obediſtis, non ut in præſentia
mea tantùm, ſed multo magis nunc in abſen
tia mea, cum metu & tremore ueſtram ſalu-
tem operamini. Deus eſt enim qui operatur
in uobis & uelle, & perficere, pro bona uo-
Act. 6. luntate. Et in Actibus Apoſtolorum habe-
B tur, Multa etiam turba ſacerdotum obedie-
bat fidei. de quibus non eſt dubium, quin e-
tiam obedirent lege fidei: parum enim erat
illis fidei obedire, niſi legi fidei obedirent. Le
Rom. 3. gem nanque fidei exaltat Apoſtolus, ut per
quam iuſtificentur homines, & quæ excludat
gloriationem hominis in lege factorum: non
autẽ ſic effert fidẽ, niſi ea talis ſit quæ per cha
Galat. 5. ritatem operatur, ſicut dicit ad Galatas. Ec-
ce in ſcripturis ſanctis uidemus homines obe
dire ex corde in eã formam doctrinæ in qua
traditi ſunt: ac liberatos à peccato, ſeruos iã
iuſtitiæ factos. Videmus homines ſic diuites
in Chriſto, ut nihil eis deſit in ulla gratia: un
de nec in gratia obediendi, nec in gratia ſer-
uandi legem, quæ certè eſt magna, magnique
momenti. Videmus quoſdam obediſſe in præ
ſentia Apoſtoli, operantes ſalutem ſuam cum
metu & tremore. Videmus multam ſacerdo
tum turbam obedire fidei, & utiq; legi fidei.
Igitur nõ poſſumus negare apud illos reperi-
ri perfectam legis obedientiam, prout illis e-
rat præcepta: uel ſaltem utique ut ſufficiebat
& ſufficit ad qualẽ qualẽ iuſtitiã operũ, ſaltẽ
ad inchoatam. Vnde quidem poſſumus dice-
re abundantius ſicuti iam diximus, Omnis iu
ſtus habet aliquo modo legis totam obedien
tiam, quia omnis iuſtus intẽdit obedire Deo,
ſeruareq; eius legem: hæc autem intentio, eſt
quædam totius legis obedientia, ſaltem cor- C
di inſita.

Dicit Caluinus, Iuſtitia operum con
ſtituitur in perfecta legis obedientia, & perfe
cta legis obedientia nuſquam reperitur: &
nulla eſt operum iuſtitia nec inchoata, niſi ſit
perfecta: Hic enim eſt eius error in hac parte,
pertinente ad iuſtitiam operum, ut conſtat
ex eius dictis. Nos contra huiuſmodi erro-
rem intolerabilem dicimus deducendo ad in-
conueniens impiiſsimum, & nuſquam retrò
actis ſæculis auditum. Si iuſtitia operum con
ſtituitur in perfecta legis obediẽtia, ita ut nul
la ſit iuſtitia operum nec inchoata niſi ſit obe
diẽntia legis perfecta, & obedientia perfecta
legis nuſquam reperitur: ſequitur euidenter
ſecundum Caluinum, quòd nullus homo iam
ſuæ uoluntatis arbiter conſtitutus, habens tẽ
pus & facultatem bene operandi aut quaſuis
bonas operationes ſecundum legem, intrabit
regnum cœlorum. Quare ſequitur hoc ſecun
dum Caluinum? Quia ipſe dicit nullum talem
habere iuſtitiam operum, & Saluator noſter
omnem talem excludit à regno cœlorum, niſi
eius iuſtitia operum abundauerit ſuper iuſti-
tiam operum ſcribarum & Phariſæorum. Di
cit enim Saluator noſter nobis omnibus, Ni- *Matt. 5.*
ſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribã
rum & Phariſæorum, non intrabitis in regnũ
cœlorum. Manifeſtum eſt, Saluatorem no- D
ſtrum loqui hoc loco de iuſtitia operum, & ta
lem iuſtitiam intelligi per illud uerbum, Iuſti
tia ueſtra. quod & ſatis declaratur etiam in ſe
quentibus, ubi cum dominus declarat quo-
modo iuſtitia noſtra debet abundare pluſquã
ſcribarum & Phariſæorum, non ſolùm malo-
rum ſed & bonorum, omnia dicit pertinentia
ad mandata legis, ad operaq; & obſeruãtiam
ipſius. Sic ergo debet abundare iuſtitia noſtra *Exod. 20*
operum & legis; quia illis eſt dictum, Non *Deut. 5.*
occides. nobis dicitur, Omnis qui iraſcitur *Matt. 5.*
fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixe-
rit fratri ſuo, rhaca, reus erit concilio: qui au
tem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Il
lis dictum eſt, Non mœchaberis: nobis dici- *Exod. 20*
tur, Omnis qui uiderit mulierem ad concu- *Matt. 5.*
piſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in
corde ſuo. Illis dictum eſt, Quicunque dimi- *Deut. 24*
ſerit uxorem ſuam, det ei libellum repudii. no
bis dicitur, Omnis qui dimiſerit uxorem ſuã, *Mat. 5.*
excepta fornicationis cauſa, facit eam mœcha *Mat. 19.*
ri: & qui dimiſſam duxerit, adulterat. Illis di
ctum eſt, Non periurabis, reddes autem do- *Leuit. 19.*
mino iuramenta tua. nobis dicitur, Ego autẽ *Exod. 20*
dico uobis non iurare omnino; neque per cœ *Deut. 5.*
lum, &c. Ecce ſermo eſt de iuſtitia operum *Matt. 5.*
ſine dubio. De illa autem quid nobis Chri-
ſtianis dicit Saluator noſter, Niſi abundaue- *Matt. 5.*
rit

E ritiuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum & Pha-
riſæorum, non intrabitis in regnum cœlorū,
Debet ergo illa abundare in nobis, ut regnum
cœlorum intremus, ut à regno cœlorum nō
excludamur. Ergo per conſequens debet il-
la in nobis eſſe: quia quod non eſt, non abun
dat; & quod abundat, eſt, Si autem nuſquam
illa eſt, ſicuti Caluinus dicit, in nullo profe-
ctò abundat: quia ſi in aliquo abundaret, iā
quidem in illo eſſet, ut conſtat. Si uerò in nul
lo eſt, & in nullo abundat: iam nullus in re-
gnum cœlorum intrabit. Vnde ualet hæc cō
ſequentia? Ex illo dicto Saluatoris noſtri ue-
Mat. 5. riſsimo, Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſ
quam ſcribarum & Phariſæorum, non intra
bitis in regnum cœlorum. Quæramus igi-
tur modo, Intrant'ne regnum cœlorum ali-
qui homines adulti ſanæ mentis, habentes tē
pus, facultatem, ac oportuuitatem facien-
di ſecundum legem Dei? An'nullus talis in-
trat illhuc, ſed omnes pereunt? Quidem ali
qui intrant, & utique multi. Ergo omnes
qui illhuc intrant, habent iuſtitiam operum
perfectā, uel ſaltem inchoatam, abundantē
tamen pluſquam ſcribarum & Phariſæorum
iuſtitiam: quia nullus illhuc intraret, iuxta
uerbum domini ueriſsimum ſæpe allegatū,
F Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquā ſcri
barum & Phariſæorum, non intrabitis in re
gnum cœlorum. An poteſt dicere Caluinus,
eos intrare cœlum, quos dominus noſter,
rex cœlorum, excludit à cœlo? Eſt igitur pro
fectò iuſtitia operum perfecta uel imperfecta
uel ſaltem inchoata, in omnibus homini-
bus adultis ſanæ mentis, habētibus tempus,
facultatem, & opportunitatem operandi ſe-
cundum legem, qui ſaluantur & ad regnum
cœlorum admittuntur. Hæc eſt lex Dei, quæ
appellatur eius uoluntas ſigni: eo uidelicet
quòd eſt ſignum certiſsimum uoluntatis ip-
ſius, præceptiuæ, ordinatiuæ, & nobiſcum cō
tractum facientis. De qua uoluntate, ſicut &
de uoluntate beneplaciti Dei, multa tradūt
doctores ſcholaſtici in ſuis libris ſententia-
rum circa Magiſtrum ſententiarum. Sic &
Lib. i. nobis dicendum eſt ſecundum hanc Dei uo-
Diſt. 46 luntatem ſigni, legem eius, ac contractum
eius nobiſcum confirmatum ſanguine ſuo ſa
cratiſsimo. Igitur non adhibeamus mentem
Caluino contra Euangelium, in hominibus
omnino totam iuſtitiam operum negantem,
ac contra Deum & contra legem ac uolunta
tem Dei regnum cœlorum promittentem;
Adhibeamus autem mentem Saluatori no-
ſtri, qui fecit, creauit, ſuſtentat, gubernat,
& redemit nos, quiq; nobiſcum contractū
fecit de noſtra glorificatione, dicens de ope-
ribus legis Euangelicæ ſiue de iuſtitia ope-
rum, Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquā G
ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in *Matt. 5.*
regnum cœlorum. Non omnis qui dicit mi-
hi, Domine domine, intrabit in regnum cœ-
lorum; ſed qui facit uoluntatem Patris mei *Matt. 7.*
qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœ- *Mat. 19.*
lorum. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua
mandata. Et multa quæ hic poſſent afferri,
ſed omittuntur breuitatis cauſa. Dionyſius *Diony.*
Areopagita, Chriſti glorioſus Martyr & Pau *Cap. 3.*
li Apoſtoli diligens diſcipulus, in De Eccle- *part. 3.*
ſiaſtica Hierarchia, teſtatur oportere eos *prope fi-*
qui ad Saluatoris noſtri aſpirant ſocietatem *nem.*
illiq; uolunt congruere, ſicut membra capi-
ti, diuinam ipſius in carne uitam intueri at-
que illius impeccantiam imitari: unde non
patitur homines aſſociari Chriſto aut illi cō-
gruere per ſolam imputationē uitæ aut me-
ritorum Chriſti ad homines quin etiam &
per imitationem eorum ad ipſum, qua quis
eius imitatur impeccantiam, declinando à
malo & faciendo bonum, ſecundum eius le-
gem. Qemadmodum & de iuſtitia operum
omnes doctores catholici tradunt, circa il-
lud, Ipſe enim ſpiritus, teſtimonium red-
dit ſpiritui noſtro quod ſumus filii Dei. Si *Rom. 8.*
autem filii, & hæredes: hæredes quidem
Dei, cohæredes autem Chriſti. Si tamen cō
patimur, ut & conglorificemur. Si ſcitis quo
niam iuſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis H
qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt. Nos ſci *1. Ioan. 2*
mus quoniam tranſlati ſumus de morte ad *1. Ioan. 3*
uitam, quoniam diligimus fratres. Qui nō
diligit, manet in morte. Et qui ſeruat man- *1. Ioan. 3.*
data eius, in illo manet, & ipſe in eo: & in *ad finem.*
hoc ſcimus quoniam manet in nobis, ex ſpi-
ritu quem dedit nobis. Qui facit iuſtitiam, *1. Ioan. 3*
iuſtus eſt. Sic & omnes ſancti declarant. Ita
que certum eſt requiri in hominibus ſaluan-
dis & ad gloriam regni introducendis, iuſti-
tiam operum, qua declinent à malo & faciāt
bonum, ſicut prædicta eloquia diuina demō *Pſal. 14.*
ſtrant. Et multa alia. Domine, quis habi-
tabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet
in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine ma
cula, & operatur iuſtitiam. Qui loquitur ue
ritatem in corde ſuo, &c.

OSTENSVM eſt hactenus hæc Caluini
dicta non eſſe uera ſed falſa, oſtendamus mo
do illa nō eſſe pertinentia ſed impertinentia,
ad præſentem diſputationem quam propo-
ſuit. Propoſuit enim iuſtificationem fieri
per ſolam remiſsionem peccatorum, ſeu pro
poſuit potius iuſtificationem eſſe ſolam pec-
catorum remiſsionem, nec aliquid aliud con
tinere. Ad hoc autem certè nihil facit iuſtitia
operum, quam ipſe diſtinguit contra iuſti-
tiam fidei: quia & ſi nulla eſſet iuſtitia operū
quam

A quam adhuc non faceret uir iuſtus ſeu uir iuſtificatus à peccato; adhuc iuſtificatio non fit per ſolam peccatorum remiſsionem, nec eſt ſola illa. Patet hæc ueritas in iuſtificatione paruulorum baptizatorum, & patet etiam in iuſtificatione adultorum recèns facta, qui uſque tunc nihil boni operati ſunt ſecundum legem Dei, ſi qui tales fuerunt. Omnes enim tales iuſtificantur, non per ſolam peccatorũ ſuorum remiſsionem, ſed etiam & potius per gratiæ gratum facientis, fidei, ſpei, charitatis, & aliarum uirtutum receptionem: ſicuti iam ſæpe dictũ atque probatum eſt ſatis, iuſtificationem paſsiuam hominis qui iuſtificatur, eſſe quidem motum à peccato tanquam à forma contraria præexiſtente, ad iuſtitiam, tanquam ad formam contrariam introductam ſeu introducendam. Hæc eſt rei ueritas, ueritasq; catholica, iam frequenter monſtrata ex diuinis ſcripturis, & ſanctis doctoribus. Omnia igitur hæc Caluini uerba de iuſtitia operum, quòd ea conſtituatur in perfecta legis obedientia, quòd homo nihil habeat iuſtitiæ operum niſi illam habeat totam aut perfectam, & quòd perfecta legis obedientia nuſquam reperitur, prorſus nihil faciunt ad id de quo intendebamus, & intendimus de iuſtificatione peccatoris, An ea ſit

B ſola peccatorum remiſsio. Quicquid enim ſit de iuſtitia operum prout diſtinguitur à iuſtitia fidei, ſiue prout ponit aliquam operationem legis, adhuc dicimus iuſtificationem hominis à peccato, eſſe aut fieri per peccati remiſsionem & gratiæ ac uirtutum infuſionẽ, ut dictum eſt atque declaratũ in iuſtificatione paruulorum baptizatorum; in quibus nulla eſt eorum operatio, nullum opus legis quod faciant aut fecerint, nulla per conſequens talis iuſtitia operum. Quamuis tamẽ in ipſis utiq; ſit gratia gratum faciens, fides, ſpes, charitas, uirtutes theologicæ infuſæ, principium, radix, fundamentum, forma, & origo totius operum iuſtitiæ, obedientiæ, ac moralium uirtutum omnium: Sicuti & multi quoque aſſerunt etiam paruulis baptizatis infundi morales uirtutes, prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, & alias, quoad habitum: Et nemo negare poteſt eſſe in nobis fidem qua credimus & charitatem qua diligimus, de quibus declarat tota ſcriptura quòd ad iuſtitiam pertinent.

Apud ſentẽtias. lib.4. Diſt.4. ad finem. Et iterũ de hoc plura.

Ad quid ergo introduxit Caluinus tot uerba, ſic falſa, ſic impertinentia? Ipſe uideat. Voluit negare in hominibus quantum libet iuſtis totam iuſtitiam operum & quamlibet eius partem, etiam ſi laborent in obſeruantia legis uſque ad ſanguinem & uitam; poſuit in hoc loco extra propoſitum, hanc ſuã falſam doctrinam contra legem Dei, contra

C monitiones ac promiſsiones diuinas, contra iuſtitiam ſanctorum hominum quam exercent, habent & acquirunt cum Dei adiutorio & eius gratia. Vt autem hanc falſitatem perſuaderet ſimplicibus, alias aſſumpſit falſitates, non minus impias, hactenus per multa ſatis impugnatas. Attendant omnes lectores Chriſtum à nobis ſaluandis iuſtitiã operum petentem, & fugiant Caluinum in nobis iuſtitiam operum omnino negantem, & ſic aut omnes homines ſimul damnãtem, aut contra Chriſtum ſine iuſtitia operũ Chriſti regnum promittentem.

Itaqve iuſtitiam operum nobis præcipit Chriſtus, & illam à nobis ſaluandis requirit, ut prædicta uerba diuina ſatis probant. Væ illi qui contra Chriſtum dixerit, iuſtitiam operũ non eſſe nobis præceptã, aut non eſſe à nobis ſaluandis requiſitã. Præcipitur autẽ & requiritur tota, ſicuti lex ipſa Euãgelica ſecundũ quã attenditur iuſtitia operũ, tota nobis proponitur præcipiturq; obſeruanda, in omnibus præceptis ſuis: ſicuti etiam legimus, Quicunque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. Vnde ſimiliter & totius legis obedientiam à nobis exigit Deus. *Iacobi 2*

D Sed differenter, Quia utique à nobis iuſtificandis requirit Deus obedientiam legis cordialẽ nuncupatam, qua quis proponat in corde ſuo cauere in futurum, obedire Deo, ac ſeruare legem eius: & hac obedientia contentus ſtatim nos iuſtificat, niſi aliquid aliud obſtiterit, niſi ex alia parte habeamus obicem. Quandoquidem ut nos iuſtificet Deus à peccatis noſtris, minimè expectat ut uos prius quoad omnia opera, ſeruemus omnia eius mandata: quia hoc eſſet longiſsimum, periculoſumque, & pauci pertingerent ad iuſtificationem, ſi prius totius legis obſeruantiam in opere, Deus ſpectaſſet. Non ſpectat autem hoc, prout tota ferme ſcriptura declarat. A' nobis autem in iuſtitia conſeruandis, præter hanc cordialem obedientiam, requirit Deus etiam iſtius obedientiæ exercitium ſecundum eius legem, pro temporis & rerum exigentia, atque pro noſtra poſsibilitate aut facultate bene operandi: à quo exercitio & opere ſeu operatione ſi deficimus, eo ipſo lethaliter peccamus, & à charitate gratiaq; gratum faciente excidimus: Sicut Ioannes ait, Qui habuerit ſubſtãtiam huiuſmodi, & uiderit fratrem ſuum neceſsitatem habere, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? De his autem duabus legibus diuinis, ideſt, de lege diuina quo ad homines non iuſtos iuſtificandos, de lege diuina *1.Ioan.3.*

E diuina quoad homines iam iuſtos in iuſtitia conſeruandos, inferius dicuntur multa: ſicuti materia harum legum eſt grauiſsima, & digna ualde de qua multa dicatur. Verùm quantum pertinet ad iuſtitiam operum nobis præceptam & à nobis requiſitam, hoc unum ab omnibus debet eſſe cognitum, creditum, & conceſſum: ideſt, quòd quantum uis ab ea excidamus, ſeu quantumuis de illa nobis deficiat propter peccata quæ contra legem fecimus per commiſsionem uel per omiſsionem, totum nobis condonat Deus per pœnitentiam interpoſitam: Quemadmodum de Deo legimus, *Sap. 11.* Qui diſsimulas peccata hominum, propter pœnitentiam. Et multa alia. Vnde profectò pœnitentia, eſt quodammodo quædam iuſtitiæ operũ reintegratio, refectio, reparatio: quia per pœnitentiam interpoſitam Deus diſsimulat omnia, iu quibus à iuſtitia operum defecimus. Propter quam pœnitentiæ prærogatiuam, doctores ſancti iuxta ſcripturas ſanctas, multa dixerunt de pœnitentia & eius laudibus, neceſsitate ac utilitate; de quibus etiam alias. *Inferius Part. 2. Lib. 1.* Ergo ubi quoad defectus noſtros à lege præteritos pœnitentia, & quoad futuram noſtram uitam obedientia erga Deum ſecundum legem eius proponitur, non eſt quòd de iuſtitia operum timeatur: quia pœnitentia quoad præteritos defectus & obedientia

F cordialis ſeu propoſitum obediendi Deo quoad uitam futuram, totum componunt. Data eſt nobis à Deo pœnitentia in remedium, contra defectus iuſtitiæ operum: ut interpoſita illa, iam illi nobis non imputentur. Optimè dixit Auguſtinus in ſuis Retractationibus, *August. Lib. 1. Cap. 19.* Omnia ergo mandata facta deputantur quando quicqui non fit, ignoſcitur. Facit autem pœnitentia ut ignoſcantur non facta, quæ ſecundum legem debebant fieri: facit etiam ut ignoſcantur facta, quæ ſecundum legem debebant non fieri. Pœnitentia igitur data eſt nobis in adminiculum iuſtitiæ operum, ut pœnitentia interpoſita, iuſtitia operum intelligatur integra. Tanta eſt uis, tantusq; eſt ualor pœnitentiæ apud Deum, ex ipſius Dei optimi gratia. Atque tam certum eſt Deum placari per pœnitentiam, quàm certum eſt Deum offendi per noſtram malam uitam; utrunque enim habemus ex diuinis ſcripturis, utrunque per diuinam reuelationem. *Sap. 11.* Qui diſsimulas peccata hominum, propter pœnitentiam. Iterumq; tam certum eſt Deum placari per charitatem, de qua legimus, *1. Petr. 4* Charitas operit multitudinem peccatorum. *Luce 7.* Et alibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Habet autem omnis iuſtus, charitatem. Aliàs enim in morte maneret, & iam non eſſet iuſtus, ſed iniuſtus: Quia uerè legimus,

G *1. Ioan. 3.* Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Igitur omnis translatus de morte ad uitam, qualis ſine dubio eſt omnis iuſtus, diligit proximum. De illo autem qui diligit proximum, quid dicit Apoſtolus Paulus? *Rom. 13.* Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Omnis ergo iuſtus, omnis translatus de morte ad uitam, omnis cui Deus imputat iuſtitiam Chriſti in remiſsionem peccatorum, implet legem. Ergo datur legis impletio, ſicut datur proximi dilectio, ſicut datur hominis de morte ad uitam tranſlatio. Hæc eſt ueritas catholica, & doctrina ueriſsima, atque Chriſtiana. Oportet itaque declarare quomodo reperitur plenitudo legis in hoc ſæculo apud omnem iuſtum hominem, atque in illo; & non oportet negare eſſe plenitudinem legis iuſtitiamq; operum in toto aut in parte apud aliquem hominem, quantumuis iuſtum. Non poteſt negari eſſe iuſtitiam operum ſeu legis, in eo qui implet legem. Dicit autem Apoſtolus, Qui diligit proximum, legem impleuit. Diligit uerò proximum, omnis iuſtus, omnis de morte ad uitam translatus: quia aliàs non eſſet tranſlatus de morte ad uitam, ſicut ſcriptum eſt, Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniã diligimus fratres. Qui non diligit, manet

H in morte. Quid ergo? Caluinus potius noluit iuſtitiam operum & legis impletionem negare, quàm iuſtitiam operum & legis impletionem declarare: Nos uerò è contra potius uolumus iuſtitiam operum & legis impletionem declarare, quàm eam negare. Qui me elucidant, dicit diuina ſapientia, uitam æternam habebunt. Saluatori noſtro mentem adhibemus, qui nobis dicit, *Matt. 5.* Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. *Matt. 6.* Qui autem fecerit uoluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. *Mat. 19.* Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. In quibus uerbis ſacris, à nobis iuſtitiam operum & legis requirit. Deinde adhibemus mentem Apoſtolo Paulo in quo loquitur Chriſtus, qui nobis ita declarat, *2. Cor. 13.* Qui enim diligit proximum, legem impleuit. *Rom. 13.* Nam, Non adulterabis, Nõ occides, Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum: in hoc uerbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. In quibus uerbis nobis declarat quomodo legem impleamus,

A mus, quomodo iuſtitiam legis & operum habeamus. Attendimus etiam, quòd Deus diſsimulat peccata hominum propter pœnitentiam. Attendimus quòd, Charitas operit multitudinem peccatorum. Attendimus quòd, Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Hæc nobis magnam ſpem pariunt, & conſolationem. Super omnia autem ipſum Deum attendimus, qui multus eſt ad ignoſcendum: qui errantes quærit, nocat, & pulſat; qui ad ſe reuerſos benignè & miſericorditer ſuſcipit: qui omnibus præſtat, unde ad ſeipſum reuerti poſsint, qui diſsimulat peccata hominum propter pœnitentiam. Optimè dixit Auguſtinus in Hypognoſt. Pœnitentia ergo res eſt optima & perfecta, quæ defectus reuocat ad perfectum.

Sap.11. *1.Pet.4.* *1.Ioan.3* *Auguſt. Cap.3. tom.7.*

ITAQVE interpoſita pœnitentia, propter quam Deus diſsimulat peccata hominum, & interpoſita charitate, quæ operit multitudinem peccatorum, & interpoſita oratione, Dimitte nobis debita noſtra. quæ munda mundat conſcientiam, iam non nocent nobis noſtri defectus á lege: peccata noſtra nobis condonantur, & defectus noſtri nobis non imputantur. Iam iuſti ſumus, & ſecuri in Dei iudicio: ſufficitq; nobis iuſtitia inchoata, inchoata ſanctitas & inchoata

B nouitas in iudicio Dei: ut qui iuſtitiam eſuriunt & ſitiunt, iuſtitia ſaturentur, ſicut ſcriptum eſt, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Videmus quòd eſurire ac ſitire iuſtitiam, quædam ſine dubio inchoata eſt iuſtitia, quam habent omnes iuſti quodammodo: uidemus ex propinquo, quòd huic iuſtitiæ inchoatæ, promittitur ſaturatio, iuſtitiæ perfectio, & complementum. Sed nunc id agimus, ut oſtendamus, uiros iuſtos huius ſæculi, habere in ſe quandam iuſtitiam inchoatam, quam acquirunt & habent currendo ad iuſtitiam perfectam: Poſtea uerò id agemus, ut oſtendamus noſtram inchoatam iuſtitiam huius ſæculi, interpoſita charitate & pœnitentia, in iudicio Dei pro iuſtitia reputari, & ſecuram eſſe: ut quidem etſi non ſit perfecta omnino, ſit tamen ſufficiens, ſecundum gradus ſuos, quos iam ſatis explicauimus.

Matt.5. *Lib.præ.*

QVANTVM arbitramur, ut iam ex parte tetigimus, Caluinus in hac ſua doctrina quoad aliquid uidetur Pelagianus, & quoad aliquid uidetur Stoicus. Pelagiani enim dicebant opertere uiros iuſtos ſine peccato eſſe: & tunc quia uidebant in diuinis ſcripturis multos dici iuſtos, & ſanctos, dicebant illos ſine peccato fuiſſe. Caluinus autem dicit oportere uiros iuſtos quoad iuſtitiam legis ſeu operum, habere perfectam legis obedientiā; C atque per conſequens eſſe ſine peccato: & tunc quia putat neminem habere perfectam legis obedientiam, docet neminem eſſe iuſtum quoad iuſtitiam operum ſeu legis. Vnde concordat Caluinus cum Pelagianis, in eo, quod dicit oportere uirum iuſtum quoad iuſtitiam legis ſeu operum, ſine peccato eſſe, aut perfectam legis obedientiā habere: quandoquidem qui perfectam legis obedientiam habet, ſine peccato eſt. Eſt enim peccatum defectus à lege, ut conſtat: non deficit autem à lege, qui habet perfectam legis obedientiā. Quamobrem dum Caluinus requirit in homine iuſto quoad iuſtitiam operum, quod habeat perfectam obedientiam legis: requirit per conſequens, quòd ſine peccato ſit. Pelagium ergo agit, Pelagium ſuſcitat, & Pelagium nutrit, atque Pelagium denuò inrroducit Caluinus, dum ita docet. Videatur ille error Pelagii apud Auguſtinum in De natura & gratia, atque in De perfectione iuſtitiæ. Niſi quòd Caluinus idem tenens principium cum Pelagianis, ad aliam concluſionem declinauit: quia Pelagiani tenentes illud principium & uidentes in diuina ſcriptura multos iuſtos dici, dixit conſequenter, illos ſine peccato fuiſſe, ac perfectam legis obedientiam habuiſſe: Sed Caluinus tenēs idem principium & uidens in diuina ſcriptura multos iuſtos dici & negans eos perfectam legis obediētiam D habuiſſe, dicit illos nihil in ſe habuiſſe iuſtitiæ, ſed totam illorum iuſtitiam fuiſſe extrinſecam: quod certè uſque ad Caluinum, nemo alius auſus eſt dicere. Conuenit ergo Caluinus cum Pelagianis in illo principio: ſed ex illo principio falſo quidem, minus malè quam Caluinus theologizatus eſt Pelagius, ut facilè conſtare poteſt omnibus intuentibus: quia utique uel minus uel obſcurius diſtat à ueritate concluſio illa Pelagii, quàm concluſio hæc Caluini. Vel enim minus uel obſcurius diſtat à ueritate, illos iuſtos ſanctæ ſcripturæ habuiſſe perfectam legis obedientiam, quæ fuit concluſio Pelagii: quàm illos iuſtos nihil habuiſſe iuſtitiæ operum, quæ eſt concluſio Caluini. Stoici etiam dicebant in uiro ſapiente, iuſto, aut uirtuoſo, non cadere paſsiones, concupiſcentias, iraſcentias, timores, aut huiuſmodi animi turbulentias: quaſi oporteret hominem ſapiētem, iuſtum, aut uirtuoſum, eſſe aut angelum, aut ſaxeum, ut bene contra ipſos opponit diuus Hieronymus, & infra notatur ex Hieronymo. Caluinus uerò *Lib.præ.* tanquam Stoicorum dogma ſecutus, dicit oportere hominem iuſtum iuſtitia legis, quam *Cap.22.* ſolam cognoſcebāt Stoici, habere perfectam legis obedientiam, quæ lex non ſolùm cohi-

 bet

E bet manum, ſed & inſtituit animum, & totũ hominem, ordinando facta, dicta, cogitationes, appetentias, odia, concupiſcibilem facultatem, iraſcibilem, concupiſcentias, iraſcentias, timores, audacias, & omnes animi affectiones: quaſi nullus ſit iuſtus iuſtitia legis, aut quaſi nullus habeat aliquid talis iuſtitiæ, niſi quoad omnia obedierit legi, ut iam ex omni parte habeat animum in pace cum lege compoſitum. Videat ergo lector, ſi non Caluinus cum Stoicis ex hac parte doceat. quod docet Caluinus, uidemus in his uerbis ſuis; quæ autem docuerunt Stoici uidemus apud Lactantium Firmianum, Apud Auguſtinum, apud Tullium in De finibus bonorum & malorum, atque in Tuſculanis quæſtionibus, & apud alios alibi.

NOS autem catholici Chriſtiani, Stoicos non nouimus, Pelagianos non uolumus, Caluinum abiicimus. Inchoatam uerò iuſtitiam operum hominum iuſtorum adultorum credimus, confitemur, uolumus, commenda-
1. Ioan. 3. mus. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. In
Ezec. 18. iuſtitia ſua, quam operatus eſt, uiuet. Et multa alia ſuperius poſita, inferiuſque ponenda.

Agitur de perfecta legis iuſtitia, quæ ſit, quomodo proponatur nobis, an in nobis hominibus reperiri poſſit, an in aliquo aliquando reperta fuerit: an
F *poſſit homo ſine peccato eſſe, & an ſit uel fuerit aliquando: declaratur quæ ſit perfecta iuſtitia beatorum, & quæ perfecta iuſtitia uiatorum, quæ etiam ſit inchoata ſufficiens incipientium, re proficientiũ, oſtenditur qui motus carnalis concupiſcentiæ, ſint peccata in baptizatis hominibus, & qui non.*

CAP. XX.

LEGIS iuſtitiam, ſecundum legis obſeruantiam conſiderare debemus; ut dicamus quempiam tantum habere de legis iuſtitia, quantum habet de legis obſeruãtia. Quandoquidem obſeruatio legis, legis utique eſt iuſtitia: & qui legem in aliquo non ſeruat, in eo nec legis iuſtitiam habet. Vnde igitur perfectam legis iuſtitiam, perfectam legis obſeruantiam neceſſe eſt eſſe: & ſecundum gradus perfectæ legis obſeruantiæ, neceſſe eſt computari gradus, perfectæ legis iuſtitiæ. Quicquid inſuper facit ad legis obſeruantiam, facit ad legis iuſtitiam: facit autem ad hoc charitas, ſicut
Rom. 13. legimus, Qui enim diligit proximum, legem
Ibidem. impleuit. Plenitudo ergo legis, eſt dilectio.
1. Tim. 1. Finis autem præcepti, eſt charitas. Quamob

rem etiam neceſſe eſt ut tantum quis habeat G
de legis obſeruantia, quantum habet de charitate, quòd obſeruantia legis habeat gradus ſicut charitas habet gradus, & quòd gradus obſeruantiæ legis, ſint & computentur ſecũdum gradus charitatis. Vbi hoc legimus? In
eo loco, Plenitudo ergo legis, eſt dilectio, & Rom. 13.
in aliis ſtatim poſitis. Ex quo fit certè conſequens euidenter, ut qui habet charitatem, habeat conſequenter ſaltem inchoatam legis obſeruantiam, inchoatamq́; ſaltem legis iuſtitiam: quia uidelicet plenitudo legis, eſt dilectio: quia qui diligit proximum, legem impleuit. Igitur ſine dubio eſt nobis poſsibilis legis obſeruantia, eſtq́; nobis poſsibilis legis iuſtitia, ſicut eſt nobis poſsibilis charitas, dilectio Dei, dilectio proximi; parua uel magna, inchoata, prouecta, perfecta. De perfecta autem legis obſeruantia nunc particulariter differendo, quid dicendum? Nunquid ea poſsibilis eſt nobis uiatoribus, ſic ut poſsimus ſeruare legem totam, omnia præcepta implere, omnia peccata uitare, ſine peccato eſſe, ſine peccato uiuere? Quaſi etiam quæramus ſimul, Vtrùm poſsit eſſe perfecta charitas in hac uita? Seu, Vtrùm aliquis poſsit eſſe perfectus in hac uita præſenti?

CIRCA hanc quæſtionem grauiſsimam Auguſt.
& utiliſsimam, olim Pelagius in ſuo opere de Lib. 1.
libero arbitrio (Auguſtino referente in De Cap. 3.
gratia Chriſti cõtra Pelagium & Cœleſtium) tom. 7.
dicebat poſſe hominem in hac uita ſine pec- H
cato eſſe: idq́; aſſerebat Pelagius factum impletumq́; fuiſſe in multis, quos diuina ſcriptura dicit iuſtos, & quos iam paulò ante me
morauimus: ſicuti etiam refert Auguſtinus, Cap. 36.
in De natura & gratia. Ad idem Cœleſtius tom. 7.
quidam Pelagianus, dicebat duo expreſsè, alterum quòd homo poſsit in hac uita ſine peccato eſſe. alterum quòd & nobis præceptum ſit, ut ſine peccato ſimus: & hæc enim duo,
de Cœleſtio refert Auguſtinus in De perfe- Iuxta prĩ
ctione iuſtitiæ. Ita, Pelagius & Cœleſtius, in cipium et
hac doctrina conueniebant, pro qua & mul- paulò poſt
ta adducebant, ratiocinationes, exempla, te- tom. 7.
ſtimonia: de quibus Auguſtinus, non pauca In locis al
ponit, aut refert. Sic enim informabat Cœ- legatis.
leſtius ſua argumenta, ad primum, Ante om Funda-
nia, inquit, interrogandus eſt qui negat homi mẽta Cœ
nem ſine peccato eſſe poſſe, quid ſit quodcun leſtij.
que peccatum; qu- d uitari poteſt, an quod uitari non poteſt? [Si quod uitari nõ poteſt, peccatum non eſt] Si quod uitari poteſt, poteſt homo ſine peccato eſſe, quod uitari poteſt. Nulla enim ratio uel iuſtitia patitur ſaltem, dici peccatum, quod uitari nullo modo poteſt. Iterum ait, Quærendum eſt, Peccatum

catum

A catum uoluntatis, an neceſsitatis eſt? Si neceſsitatis eſt, peccatum non eſt: Si uoluntatis eſt, uitari poteſt. Iterum inquit, Quærendum eſt, quod ſit peccatum? Naturale, an accidens? Si naturale, peccatum non eſt. Si autem accidens eſt, & recedere poteſt: & quod recedere poteſt, uitari poteſt: & quod uitari poteſt, poteſt homo ſine eo eſſe quod uitari poteſt. Iterum ait, Quærendum eſt, quid eſt peccatum? Actus, an res? Si res eſt, neceſſe eſt ut auctorem habeat: & ſi auctorem habere dicitur, iam alter præter Deum rei alicuius auctor induci uidebitur. At ſi hoc dici impium eſt, & confiteri neceſſe eſt, peccatum omne, actum eſſe, non rem. Si igitur actus eſt, immo quia uerè actus eſt, uitari poteſt. Iterum, inquit, quærendum eſt, Vtrùm'ne debeat hō ſine peccato eſſe? Proculdubio debet. Si debet, poteſt. Si non poteſt, ergo nec debet. Et ſi non debet homo eſſe ſine peccato, debet ergo cum peccato eſſe, & iã peccatum non erit, ſi illud deberi conſtiterit. Aut ſi hæc etiam dici abſurdum eſt, confiteri neceſſe eſt, debere hominem ſine peccato eſſe, & conſtat eum non aliud debere quàm poteſt. Iterum ait, Quærendum eſt, utrùm præceptum ſit homini ſine peccato eſſe? Aut enim non poteſt, & præceptum non eſt: aut

B quia præceptum eſt, poteſt. Nam cur præciperetur, quod fieri omnino non poſſe? Iterum ait, Quærendum eſt, An uelit Deus hominem ſine peccato eſſe? Proculdubio uult, & proculdubio poteſt. Quis enim tam demens eſt, ut uel dubitet fieri poſſe, quod Deum uelle non dubitat? Iterum ait, Quærendum eſt, Quomodo uult Deus hominẽ eſſe, cum peccato, an ſine peccato? Proculdubio non uult eſſe cum peccato. Quanta hæc impietatis blaſphemia ſit, cogitandum eſt, ut dicatur hominem poſſe eſſe cum peccato, quod Deus non uult: & negetur poſſe eſſe ſine peccato, quod Deus uult. Quaſi aliquem ad hoc Deus creauerit ut poſsit eſſe quod nolit, & non poſsit eſſe quod uelit, & contra ſuam, magis quàm ut ſecundum ſuam exiſteret uoluntatem. Iterum, Quærendum eſt, inquit, per quid efficitur homo cum peccato? Per naturæ neceſsitatem, an per arbitrii libertatem? Si per naturæ neceſsitatem, culpa caret: Si per arbitrii libertatem, quærendum eſt, à quo ipſam arbitrii libertatem acceperit? Proculdubio à Deo. Deus autem quod dedit, certè bonum eſt, negari enim nõ poteſt. Qua igitur ratione bonum probatur, ſi magis ad malum quàm ad bonum pronũ eſt? Magis enim ad malum quàm ad bonum pronum eſt, ſi homo per illud poteſt eſſe cũ peccato, & non poteſt eſſe ſine peccato. Proinde, inquit, Deus bonum hominem fecit, C & præter quàm illum bonum fecit, bonum ei inſuper ut faceret imperauit (aliàs, imperauit) Quàm impium, ut confiteamur hominem malum eſſe, quod nec factus eſt, nec ei præceptum eſt; ſi negamus eum bonũ poſſe eſſe, quod factus eſt, & quod ei ut faceret imperatum eſt. Iterum ait, Quærendum eſt, Quot modis conſtat omne peccatum? Duobus niſi fallor ſi aut illa fiant quæ prohibentur, aut illa non fiant quæ iubentur. Tam certè omnia illa quæ prohibita ſunt uitari poſſunt, quàm quæ præcepta ſunt perfici. Nam fruſtra aut prohiberetur aut iuberetur, quod uel caueri uel impleri non poſſit. Et quomodo negabimus poſſe eſſe hominem ſine peccato, cum confiteri neceſſe ſit, eum tam omnia illa quæ uetantur poſſe cauere, quàm quæ imperantur efficere? Iterum quærendum eſt, inquit, quomodo nõ poteſt homo ſine peccato eſſe? uoluntate, an natura? Si natura, peccatum non eſt, Si uoluntate, per facile poteſt uoluntas uoluntate mutari. Iterum autem quærendum eſt, ſi non poteſt homo ſine peccato eſſe, cuius culpa eſt, ipſius'ne hominis, an cuiuslibet alterius? Si ipſius hominis, quomodo culpa hominis eſt, ſi hoc non eſt, quod eſſe non D poteſt. Iterum ait quærendum eſt, Si natura hominis bona eſt, quod nullus negare niſi Marcion aut Manichæus audebit, quomodo igitur bona eſt, ſi malo, ei carere non eſt poſsibile? Omne enim peccatum malum eſſe, quis dubitet? Et hoc, inquit, dicendum eſt, Certè iuſtus eſt Deus, negari enim non poteſt. Imputat autem Deus homini omne peccatum. Et hoc quoque confitendum puto, quia neq; peccatum eſt, quicquid non imputabitur in peccatum. Et ſi eſt aliquod peccatum quod uitari non poſsit, quomodo iuſtus Deus dicitur, ſi imputare cuiquam creditur, quod uitari non poſsit? Poſt hæc, ille qui iſta ſcripſit, introducit perſonam ſuam quaſi cum altero diſputantem, & facit ſe interrogari, & quaſi ab interrogante ſibi dici, Da mihi hominem ſine peccato? Et reſpondet, Do tibi, qui eſſe poſsit? Et rurſus ab interrogante dicitur ei, Quis eſt? Et reſpondet; Ipſe tu. Quod ſi dixeris, inquit, Ego ipſe non poſſum. reſpondendum eſt, Cuius culpa eſt? Quod ſi dixeris, mea. dicendum eſt, Et quomodo tua eſt, ſi ipſe ſine peccato eſſe non potes? Iterum facit ſe interrogari, & dici ſibi, Tu ipſe ſine peccato es, qui dicis hominem ſine peccato eſſe poſſe? Et reſpondet quòd non ſum ſine peccato. Cuius culpa eſt. Quòd ſi dixerit, inquit, tua eſt. reſpondendum eſt, Quomodo mea, ſi eſſe non poſſum?

E Hæc olim adducebat Cœleſtius ad proban-
dum primum ſuum dictum: ideſt, poſſe ho-
minē in hac uita ſine peccato eſſe, perfectio-
nem habere, perfectumq́; eſſe ſine peccato.
Ad probandum autem ſecundum, hoc eſt,
quòd ſit præceptum homini, ut ipſe ſine pec
cato ſit & perfectus, ſequentia adducebat te
Deut.18. ſtimonia. Tu autem perfectus eris cotàm do
mino Deo tuo. Et non erit in conſummatus
Mat. 5. in filiis Iſrael. Et ī Euāgelio, eſtote perfecti,
2.Cor.13. quia Pater ueſter qui in cœlis eſt, perfectus
eſt. De cœtero fratres gaudete, perfecti eſto
Coloſ.1. te. Corripientes omnem hominem & docen
tes in omni ſapientia, ut exhibeamus omnē
Philip.2 hominem perfectum in Chriſto. Omnia faci
te ſine murmuratione, & hæſitatione, ut ſitis
irrepræhenſibiles & ſimplices, ſicut filii Dei
Epheſ.1. immaculati. Benedictus Deus & Pater domi
ni noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in o-
mni benedictione ſpiritali, in cœleſtibus in
Chriſto Ieſu, ſicut elegit nos in ipſo ante mū
di conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & imma
Col.1. culati in conſpectu eius. Et uos cū eſſetis ali-
quādo alienati & inimici ſenſu in operib. ma
lis; nūc autem reconciliati in corpore carnis
eius, per mortē eius, exhibete uos ſanctos &
immaculatos irrepræhēſibiles. Vt exhiberet
Epheſ.5. ipſe ſibi glorioſam Eccleſiā, non habentē ma
1.Cor.15. culam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ut
F ſit ſancta & immaculata. Sobrii eſtote, & iu-
1.Petr.1. ſti, & nolite peccare. Propter quod ſuccincti
lumbos mentis ueſtræ, ſobrii, perfecti ſperate
in eam quæ offertur uobis gratiam, quaſi filii
obedientiæ, non configurati prioribus igno-
rantiæ ueſtræ concupiſceutiis, ſed ſecundum
eum qui uocauit uos ſanctum, ut & ipſi ſancti
in omni conuerſatione ſitis: quia ſcriptum
Leuit.19. eſt, ſancti eritis, quia ego ſanctus ſum. Domi-
ne, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut
Pſal. 14. quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui in-
Pſal. 17. greditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.
Pſal. 118. Et ero immaculatus cum eo. Beati immacu-
lati in uia, qui ambulant in lege domini. Et
apud Solomonem, Diligit domiuus ſancta
corda, accepti ſunt autem illi omnes immacu
lati. His oſtēdebat Cœleſtius præceptum eſſe
homini, ut ſine peccato & perfectus ſit ipſe.
Deinde & teſtimonia adhibebat alia, quibus
oſtenderet, non eſſe grauia diuina præcepta:
ut quidem non ſolùm non impoſsibilia homi
ni, uerùm etiam nec grauia eſſe credantur. In
Deut.30 Deuteronomio, Et conuertetur dominus
Deus tuus epulari in te ſuper bonis, ſicut e-
pulatus eſt ſuper patres tuos; ſi audieritis uo
cem domini Dei ueſtri, cuſtodire & facere o-
mnia mandata eius, & iuſtitias, & iudicia quæ
ſcripta ſunt in libro legis huius. Si conuerſus
fueris ad dominum Deum tuum ex toto cor-
de tuo, & ex tota anima tua, quia mandatum G
hoc, quod ego mando tibi hodie, non eſt gra-
ue, neque longe à te eſt. Non eſt in cœlo, ut di
cas, quis aſcendet in cœlum, & accipiet illud
nobis, & audientes faciamus? Non eſt tranſ-
mare, ut dicas, quis transfretabit mare, & acci
piet illud nobis, & audientes faciamus? Iux-
ta te eſt enim nerbum in ore tuo, in corde &
in manibus tuis, facere illud. Item dominus
in Euangelio, Venite ad me omnes qui labo- *Mat. 11.*
ratis & onerati eſtis, & ego uos requieſcere
faciam. Tollire iugum meum ſuper uos, & di
ſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, &
inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugum
enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.
Item in epiſtola ſancti Ioannis, Hæc eſt chari- *1.Ioan.5.*
tas Dei, ut mandata eius obſeruemus, & man
data eius grauia non ſunt. Ita nitabatur Cœle
ſtius probare arbitrii libertatem, & non pec-
candi poſsibilitatem, immo & facilitatem.
Poſt hæc autē propoſuit multa, quæ ab aliis
contra ſe dici ſolebant teſtimonia diuinarum
ſcripturarum: non tamen ea ſoluit, ſed alia
quæ uidebantur ſonare contrarium adducēs,
omnia non ſoluta reliquit. Verbi Gratia, Di-
cebatur contra ipſum ex illo Iob, Quis mun- *Iob.14.*
dus eſt à peccato? Nec infans, cuius eſt unius
diei uita ſuper terram. Ipſe reſpondebat pro
ſe ex illo Iob, Iuſtus enim uir & ſine querela,
factus ſum in deriſum. Ecce ipſe proximus H
ſum iudicio meo, & ſcio quia iuſtus inueniar.
Et illud eiuſdem, Nihil iniquum erat in mani
bus meis, ſed munda oratio mea. Vias enim *Iob.23.*
eius cuſtodiui, & non declinaui à mandatis
eius, neque diſcedam. Iuſtitia ueſtitus eram, *Iob.29.*
& circundedi mihi iudicium, ſicut chlamydē.
Non enim repræhendit me cor meum, in om *Iob. 27.*
ni uita mea. Dicebatur etiam contra ipſum
ex illo, Omnis homo mendax. Ipſe reſponde- *Pſal. 115.*
bat ex illo, quòd in Numeri lib. ſcriptum eſt,
Homo uerax. Et ex illo Iob, Erat uir habitās *Iob.1.*
in regione Auſitide nomine Iob, uerax, ſine
crimine, iuſtus Dei cultor, abſtinens ſe ab om
ni re mala. Et illud eiuſdem, Et miraculum te *Eccl. 15.*
nuit ueracis hominis. Et apud Solomonem,
Viri mendaces non erunt illius memores, ui-
ri autem ueraces inuenientur in illa. Et in A- *Apoc.14*
pocalyſi, Et in ore ipſorum non eſt inuentum
mendacium, ſine macula ſunt. Dicebatur con
tra ipſum, Non eſt qui faciat bonum, non eſt *Pſal. 13.*
uſque ad unum. Ipſe reſpondebat pro ſe quaſi
contraria teſtimonia afferens, Spera iu domi- *Pſal.36.*
no, & fac bonitatem. Noli timere fili, paupe- *Tobia.4.*
rem uitam gerimus, ſed multa bona habebi-
mus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus
ab omni peccato, & fecerimus bona. tanqnā
his oſtēderet, eſſe hominem qni faciat bonū.
Dicebatur contra ipſum ex eo, Nemo bonus, *Luca.8.*
niſi

A nisi ſolus Deus. Ipſe pro ſe reſpondebat ex il-
Mat. 18. lo, Bonus homo de bono theſauro cordis ſui
Matt. 5. profert bona. Qui ſolem ſuum oriri facit ſu-
Eccl. 39. per bonos & malos. Bona bonis creata ſunt
Prou. 2c. ab initio. Qui ſunt boni, erunt habitatores
terræ. Dicebatur contra ipſum ex illo, Quis
gloriabitur caſtum ſe habere cor? Ipſe reſpon
Matt. 5. debat, Beati mũdo corde, quoniam ipſi Deũ
Pſal. 23. uidebant. Quis aſcendet in montem domi-
Pſal. 124 ni, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Inno-
cens manibus, & mundo corde. Bene fac do-
Eccl. 13. mine, bonis & rectis corde. Bona eſt ſubſtan
tia, cui non eſt peccatum in conſcientia. A-
uerte te à delicto, & dirige manus, & ab om-
1. Ioan. 3 ni delicto munda cor tuum. Si cor noſtrum
nos non repræhendat, fiduciam habemus ad
Deum, & quæcunque petierimus, accipie-
mus ab eo. Dicebatur contra ipſum ex illo,
Eccl. 7. Quia non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat
bonum, & non peccet. Ipſe reſpondebat ex il
Iob. 1. lo, Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob?
Non enim eſt ei ſimilis quiſquam in terris, ho
mo ſine querela, uerus Dei cultor, abſtinens
ſe ab omni opere malo. Dicebatur contra ip-
Pſal. 142 ſum, Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo
omnis uiuens. Ipſe pro ſe reſpondebat, Erant
Luca. 1. autem Zacharias & Helizabeth uxor eius iu-
ſti ambo in conſpectu domini, & in omnibus
mandatis incedentes & iuſtificationibus do-
mini ſine querela. Dicebatur contra ipſum,
1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus,
B ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non
1. Ioan. 3. eſt. Ipſe reſpõdebat, Hoc autem dico fratres,
ut non peccetis. Omnis qui natus eſt ex Deo,
peccatum non facit, quia ſemen ipſius in eo
1. Ioan. 5 manet, & non poteſt peccare. Qui natus eſt
ex Deo non peccat, quia generatio Dei con-
ſeruat eum, & malignus non tanget eum. Et
ex illo ubi de Saluatore dicitur, Quoniam ille
1. Ioan. 3. apparuit, ut peccata tolleret. Omnis qui in
eo manet, non peccat. Omnis qui peccat, non
uidit eum, nec cognouit eum. Chariſsimi,
nunc filii Dei ſumus, & nondũ apparuit quid
erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, ſi-
miles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſi-
cuti eſt: & omnis qui habet ſpem hanc in eũ
ſanctificat ſe, ſicuti & ipſe ſanctus eſt. Diceba
Rom. 9. tur contra ipſum, Non uolentis neque currẽ
tis, ſed miſerentis eſt Dei. Ipſe reſpondebat
ex eo quod Apoſtolus de quadam ait, Quod
1. Cor. 7. uult, faciat. Et ex illo Apoſtoli ad Philemonẽ
Ad Phi le. 6. de Oneſimo, Quem ego uolueram apud me
detinere, ut pro te mihi miniſtraret, ſed ſine
conſilio tuo nihil uolui facere, ut non quaſi
ex neceſsitate bonum tuum eſſet, ſed uolun-
Deu. 30. tarium. Et ex illo, Vitam & mortem dedi an-
te faciem tuam, bonum & malum, elige uitã
Eccl. 15. ut uiuas. Et ex illo, Deus ab initio conſtituit

hominem, & reliquit eum in manu conſilii C
ſui; adiecit ei præcepta & mandata, ſi uoles,
præcepta ſeruabunt te, & in poſterum fidem
placitam facere. Appoſui tibi aquam & ignẽ,
ad quod uis porrige manum tuam. Ante ho-
minem bonum & malum, uita & mors, pau-
pertas & honeſtas à domino Deo ſunt. Item
apud Eſaiam, Et ſi uolueritis, & audieritis *Eſaie. 1.*
me, quæ bona ſunt terræ manducabitis. Si au
tem nolueritis, nec obaudieritis me, gladius
uos comedet. Os enim domini locutum eſt
hæc. Sic olim Cœleſtius determinabat, ſic
ſuas determinationes probabat, aut ſaltẽ pro
bare nitebatur: ſic à nobis contra ſe adducta
teſtimonia diuina referebat, quæ tamen non
ſoluebat, ſed alia diuina teſtimonia adduce-
bat, quibus perperam intellectis ſua falſa dog
mata ſuffulciebat ſuſtentabatque apud indo-
ctos. Ita refert Auguſtinus hæc omnia, in li-
bro de perfectione iuſtitiæ cõtra Cœleſtium,
quem edidit reſpondendo quibuſdam Cœle-
ſtii definitionibus, ab Eutropio & Paulo Epi
ſcopis ſibi datis. Alium librum uel Pelagii,
uel Pelagiani alicuius accepit Auguſtinus à
Timaſio & Iacobo, in quo eadem erat poſita
ſententia, qua dicebat Pelagius poſſe hominẽ
in hac uita ſine peccato eſſe: contra quem li-
brum edidit Auguſtinus librum alium, qui,
De natura & gratia inſcribitur. In eo igitur li-
bro Pelagii uel Pelagiani alicuius commemo
rabat auctor eos, qui non modo non peccaſ- D
ſe, uerùm etiam iuſtè uixiſſe referuntur: ut
ſic ex illis quaſi ab exemplo probaſſet poſſe
hominem ſine peccato uiuere. Sic autem cõ-
memorabat, Abel, Enoch, Melchiſedech, A-
brahã, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Ieſum Nauæ, Phi-
neem, Samuel, Natham, Heliam, Heliſæum,
Michæam, Daniel, Ananiam, Azariam, Miſa-
el, Ezechiel, Mardochæum, Simeon, Ioſeph
cui deſponſata erat uirgo Maria, Ioannem.
Adiungebat etiam fœminas, Delboram, An-
nam Samuelis matrem, Iudith, Heſter, alterã
Annam filiam Phanuel, Elizabeth, ipſam etiã
domini ac Saluatoris noſtri Matrem, quam *Auguſt. refert.*
uerè dicebat ſine peccato confiteri neceſſe eſ *Cap. 36.*
ſe pietati. Ita refert Auguſtinus in De natura *tom. 7.*
& gratia.

AVGVSTINVS in multis locis ſuorũ
operum egit de hac quæſtione, An poſsit ho-
mo in hac uita ſine peccato eſſe? Et per conſe
quens, An poſsit homo in hac uita ad tantam
perfectionem uenire iuſtitiæ, ut iam hic ui-
uẽs omni peccato careat? Summa autem Au
guſtini reſponſio, quoad hanc quæſtionem
in duobus conſiſtit, Alterum eſt, quòd homo
quidem poteſt in hac uita ſine peccato eſſe,
non tamen per uires humanæ naturæ, ſed per
Chriſti gratiam. Alterum eſt, quòd hæc poten
tia

E tia hominis non reducitur in nobis ad actum in hac uita, ſed reducitur poſt reſurrectionẽ, quando reſurget corpus immortale, & plena erit renouatio, mentis & corporis. Vnde fate tur quòd excepto Saluatore noſtro, qui eſt agnus Dei qui tollit peccata mundi, & excepta domina noſtra uirgine Sanctiſsima, matre ipſius Saluatoris noſtri, de qua non uult habere quæſtionem quoties de peccatis agit, nullus fuit de filiis Adæ, nec eſt, nec erit, qui omni peccato caruerit, careat, aut cariturus ſit. Dicit enim idem auctor in De peccatorum meritis & remiſsione, Nam qui dicunt eſſe poſſe in hac uita hominem ſine peccato, non eſt eis continuo incauta temeritate obſiſtendum. Si enim eſſe poſſe negauerimus, & hominis libero arbitrio, qui hoc uolendo appetit, & Dei uirtuti uel miſericordiæ, qui hoc adiuuando efficit, derogabimus. Sed alia quæſtio eſt, utrùm eſſe poſsit? alia, Vtrùm ſit? alia, ſi non eſt cum poſsit eſſe, cur nõ ſit? alia, Vtrùm qui omnino nunquam ullum peccatum habuerit, nõ ſolùm quiſquam ſit, uerùm etiam poterit aliquando eſſe, uel poſsit? Circa hanc quæſtionem quadrimembrem dicit Auguſtinus reſpondendo ad primum, In hac quadripartita propoſitione, quæſtionum, ſi à me quæratur, Vtrùm homo ſine peccato poſſit eſſe in hac uita? Confitebor poſſe per Dei gratiam & liberum eius arbitrium: ipſum

De natura & gratia. Cap. 36.

Lib. 2. Cap. 6. tom. 7.

F quoque liberum arbitrium ad Dei gratiam, hoc eſt, ad Dei dona pertinere non ambigẽs. Infra dicit quoad ſecundum, Si autem quod ſecundo loco poſueram, quæratur, Vtrùm ſit? Eſſe non credo. Magis enim credo ſcripturæ dicenti, Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo, quoniam non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Infra quod tertium, Iam ergo quod tertio loco poſui uideamus. Cùm uoluntate humana, gratia adiuuante diuina, ſine peccato in hac uita poſsit homo eſſe, cur non ſit? Poſſem facillimè ac ueraciſsimè reſpondere, quia homines nolunt. Sed ſi ex me quæritur, Quare nolint? Imus in longum, Veruntamen etiam hoc ſine præiudicio diligentioris inquiſitionis breuiter dicam, Nolunt homines facere quod iuſtum eſt, ſiue quia latet an iuſtum ſit, ſiue quia non delectat. Infra quoad quartum, Quartum iam illud reſtat, quo explicato quãtum adiuuat dominus, ſermo quoque iſte tam prolixus tandem terminum ſumat. Vtrùm qui omnino nunquam ullum peccatum habuerit, habiturusue ſit, non ſolum quiſquam natorum hominum ſit, uerùm etiam potuerit aliquando eſſe, uel poſsit? Hunc prorſus præter unum mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtum Ieſum nullum uel eſſe, uel fuiſſe, uel futurum eſſe certiſsimum eſt. Infra. Etenim in ſecundo loco, aliud quærebatur, aliud in hoc quarto propoſitum eſt. Nam in illo, Vtrùm aliquis in hac uita ad perfectam, quæ prorſus ſine ullo peccato eſt, uitam perueniret per gratiam Dei, ſtudio uoluntatis hoc requirebatur: In hoc autem quarto, Vtrùm eſſet in filiis hominum, uel eſſe potuiſſet, aut poſſet, qui non ex peccato ad iuſtitiam perfectiſsimam perueniret, ſed nullo omnino unquam peccato eſſet obſtrictus, hoc quæritur. Ideo ſi illa uera ſunt, quæ tam multa de paruulis diximus, nec eſt in filiis hominum quiſquam, nec fuit, nec erit: excepto uno mediatore, in quo nobis propitiatio & iuſtificatio poſita eſt, per quem finitis inimicitiis peccatorum reconciliamur Deo. Hæc ille. Sic Auguſtinus in eo opere concedit, & negat contra Pelagianos. Concedit quidem poſſe hominem in hac uita ſine peccato eſſe, per Dei gratiam, & ipſius hominis liberum arbitrium. Negat autem hoc impleri in nobis in hac uita. Tanquã hoc utique nobis in hac uita ſit poſsibile, ſed in hac uita minimè reducatur hæc potentia ad actus. Eandem doctrinam tenet Auguſtinus in De perfectione iuſtitiæ. Cum enim Cœleſtius per multa niteretur oſtendere, & quòd homo poſsit in hac uita ſine peccato eſſe, & quòd hoc ſit homini præceptum, ut ſine peccato ſit, & perfectus, reſpondebat Auguſtinus quoad primum horum quo probabat Cœleſtius poſſe hominem in iſta uita eſſe ſine peccato, Nos reſpondemus; inquit Auguſtinus, nullum cum eis de his uerbis eſſe debere conflictum, quia non eſt auſus dicere hominem eſſe ſine peccato, uel aliquem uel ſeipſum, ſed tantummodo eſſe poſſe, reſpondit, quod neque nos negamus. Quando autem poſsit & per quem poſsit, hoc quæritur. Si enim modò eſt, non omni animæ fideli poſitæ in corpore mortis huius orandũ eſt, & dicendum, Dimitte nobis debita noſtra: cum iam in ſancto baptiſmo uniuerſa fuerint dimiſſa præterita. Quiſquis autem membris fidelibus Chriſti hoc non eſſe orandum perſuadere conatur, nihil aliud quàm ſeipſum Chriſtianum non eſſe profitetur. Porrò ſi per ſeipſum poteſt homo eſſe ſine peccato, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Non autem gratis Chriſtus mortuus eſt, non igitur poteſt homo eſſe ſine peccato, etiam ſi uelit, niſi adiuuet gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Quod ut perficiatur, & nunc in proficientibus agitur, omni modo implebitur contentione mortis aſſumpta, & charitate, quæ credendo & ſperando nutritur, uidendo & obtinendo perfecta. Hæc Auguſtinus. Et cum inſtituiſſet Cœleſtius

Ibidem. Cap. 7.

Pſal. 142

Ibidem. Cap. 17.

Ibidem. Cap. 20.

G *Ibidem.*

Auguſt. in De perfectione iuſtitiæ.

H

A ſtius de his magis agere, diuiniſq; teſtimo-
niis oſtendere, præceptum eſſe homini ut abſ
que peccato ſit: ita reſpondit Auguſtinus, Ad
hoc reſpondemus, non utrùm præceptum
ſit quæritur, quod ualde manifeſtum eſt: ſed
hoc ipſum quod præceptum eſſe conſtat, V-
trùm in corpore mortis huius poſsit imple-
Galat.5. ri, ubi caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,
& ſpiritus aduerſus carnem, ut non ea quæ
uolumus faciamus. Ecce & hic abundantius
concedit Auguſtinus non ſolùm poſsibile
eſſe homini uiuenti ſine peccato eſſe, ſed &
poſsibile eſſe, & præceptum: negat tamen
tum in iam dictis, tum in ſequentibus uer-
bis eius, hoc in hac uita ad plenum impleri,
ut homo careat omni peccato: ſed incipi hoc
in hac uita fieri, ut poſtea perficiatur. Quan
do cum uenerit quod perfectum eſt, euacua-
bitur quod ex parte eſt: quando fidei ſucce-
det uiſio, & ſpei ſuccedet tentio. Quando
ut inquit, Charitas autem quæ in his tribus
maior eſt, non auferatur, ſed augeatur &
impleatur, contemplata quod credebat, &
quod ſperabat indepta (alias adepta) In qua
plenitudine charitatis præceptum illud im-
plebitur, Diliges dominum Deum tuum ex
toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex
Deut.6. tota mente tua. Nam cum eſt adhuc aliquid
carnalis concupiſcentiæ, quod uel continen-
B do frenetur, non omnino ex tota anima dili-
gitur Deus. Non enim caro ſine anima con-
cupiſcit, quamuis caro concupiſcere dicatur,
quia carnaliter anima concupiſcit. Tunc erit
iuſtus ſine ullo omnino peccato, quia nulla
lex erit in membris eius repugnans legi men
tis eius: ſed prorſus toto corde, tota anima,
tota mente diliget Deum, quod eſt primum
ſummumq; præceptum. Hæc ille. Si autem
quærat aliquis, quare præcipiatur homini
in hac uita, huiuſmodi perfectio, cùm nemo
illam habeat? ei ſic reſpondet Auguſtinus in
eodem loco, Cur ego non præciperetur ho-
mini iſta perfectio, quamuis eam in hac uita
nemo habeat? Non enim rectè curritur, ſi
quo currendum eſt neſciatur. Quomodo au
tem ſciretur, ſi nullis præceptis oſtendere-
tur? Sic ergo curramus, ut compræhenda-
1.Cor.9. mus. Omnes enim qui rectè currunt, com-
præhendent. Non ſicut in agone theatrico,
omnes quidem currunt, ſed unus accipit pal
mam. Curramus credendo, ſperando, de-
ſiderando, curramus corpus caſtigando &
eleemoſinas in dandis bonis maliſq; ignoſcē
dis, hilariter & de corde faciendo, & curren-
tium uires ut adiuuentur orando: & ſic au-
diamus præcepta perfectionis, ut currere ne
gligamus ad plenitudinem charitatis. Hæc
Auguſtinus. Ita docebat Auguſtinus etiam
in ſinis opuſculis quæ ad Marcellinum elabo C
rauit, de baptiſmo paruulorum & de perfe-
ctione iuſtitiæ hominis, quòd eam nemo in
hac uita, uel aſſecutus, uel aſſecuturus ui-
deatur, excepto uno mediatore, qui huma
na perpeſſus eſt in ſimilitudine carnis pecca-
ti, ſine ullo omnino peccato: ut quoque re-
fert Auguſtinus ipſe, in ſuo libro de ſpiritu *Lib.1.*
& litera. Reſcripſit autem Marcellinus ad Au *Cap.1.*
guſtinum ſeſe moueri doctrina iſta ſua, eo *tom.3.*
quòd in poſteriore duorum libro dixit Au-
guſtinus fieri poſſe, ut ſit homo ſine pecca-
to, ſi uoluntas ei non deſit, ope diuina adiu
uante: ſed tamen præter unum in quo om-
nes uiuificabuntur, neminem fuiſſe uel fore
in quo hic uiuente eſſet iſta perfectio. Abſur
dū enim Marcellino uidebatur, dici aliquid
fieri poſſe, cuius deſit exemplum. Maximè
quia & ſi multa ſint diuina opera poſsibilia,
quæ tamen Deus nec facit, nec fecit, nec un
quam eſt facturus: iſtud opus, ut ſi homo ſi-
ne peccato, ad opus ipſius hominis pertinet:
idq; opus eſt optimum, quo fiat plena & per
fecta & ex omni prorſus parte abſoluta iuſti-
tia. Et ideo uidebatur non eſſe credendum,
neminem uel fuiſſe, uel eſſe, uel fore in hac
uita qui hoc opus impleuerit, ſi ab homine
impleri poteſt. Ita etiam refert Auguſtinus, *Vbi ſup.*
ex parte Marcellini, ſeu proponendo eius *cap.1.*
motionem. Ad hæc primùm reſpondet Au- *& 2.*
guſtinus, quòd & hoc opus etiam eſt diui- *Ibidem.*
num, ut homo ſine peccato ſit: quia Deus *Cap.2.*
eſt qui operatur in uobis & uelle & operari *Philip.2*
pro bona uoluntate: atque hoc declarat & D
probat Auguſtinus per totum librum uſque
ad caput .35. incluſiuè, in quo motionem
Marcellini & cauſam illius repetit, unde cœ
perat agere: affirmans ex multis, quòd ſine
exemplo eſt in hominibus perfecta iuſtitia,
& tamen impoſsibilis non eſt: hoc eſt, nec
eſt, nec fuit, nec erit, & tamen poteſt eſſe.
Fatetur nihilominus Auguſtinus quod hæc *Ibidem.*
res quidem fieret, ut homo ſine peccato eſ- *Cap.35.*
ſet, ſi tanta uolnntas adhiberetur, quanta
ſufficit tantæ rei. Eſſet autem tanta, ut in-
quit, ſi & nihil eorum quæ pertinent ad iu-
ſtitiam nos lateret, & ea ſic delectarent ani-
mum, ut quicquid aliud uoluptas ſiue do-
lor impedit, delectatio illa ſuperaret: quod
ut non ſit, non ad impoſsibilitatem, ſed ad iu
dicium Dei pertinet. Quis .n. ait, neſciat, nō
eſſe in hominis poteſtate quid ſciat, nec eſſe
conſequens, ut quod appetendum cognitum
fuerit, appetatur, niſi tantum delectet, quā
tum diligendum eſt? Hoc autem ſanitatis eſt
animæ. Hæc ille. Obiicit contra ſe, dicens. *Ibidem.*
Sed fortaſſe quiſpiam putauerit nihil nobis *Cap.36.*
deeſſe ad cognitionem iuſtitiæ, quod domi-
nus

E nus uerbum conſummans & abbreuians ſuper terram, dixit in duobus præceptis totam legem Prophetasq́; pendere, nec ea tacuit, *Mat. 22* ſed uerbis apertiſsimis prompſit. Diliges, inquit, dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tanquam te *Ibidem ſtatim.* ipſum. Reſpondet Auguſtinus, Quid uerius, his impletis impleri omnino iuſtitiam? Ve*Cap. eod.* runtamen qui hoc attendit, etiam illud attendat, quàm in multis offendamus omnes, dũ putamus Deo, quem diligimus, placere, uel non diſplicere quod facimus: & poſtea per ſcripturam eius, ſiue certa & perſpicua ratione commoniti, cum didicerimus quod ei nõ placeat, pœnitendo deprecamur ut ignoſcat. Plena humana uita eſt documentis talibus. Vnde autẽ minus nouimus quid ei placeat, niſi quia & ipſe minus notus eſt nobis? Videmus enim nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

Q v i d intendit, aut quid prætendit Auguſtinus per hæc omnia? Duo principaliter. Primum quod nemo hominum poteſt peruenire ad perfectam iuſtitiam, niſi per Chriſti gratiam: cum gratia autem Chriſti poteſt, ut iam conſtat ex dictis. Secundum, quòd homo è naturalibus filiis Adæ, quantacunque polleat iuſtitia, nunquam tamen habet, nec habuit, nec habebit perfectam iuſtitiam per F comparationem ad illam, quæ eſt & erit in gloria. Prius horum demonſtrat multis mediis contra Pelagianos, quæ media omittuntur tanquam nota, & ab omnibus Chriſtianis conceſſa: quia etiam notiſsimum eſt, hoc primum eſſe ueriſsimum. Poſterius oſtendit quoad omnes, præſertim mediis duobus. Alterum eſt, quia nullus iuſtus huius ſæculi caret omni peccato, iuxta ſcripturam dicen*Matt. 6.* tem, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & *Pſal. 142* nos dimittimus debitoribus noſtris. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. *1. Ioan. 1.* Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſmetipſos decipimus, & ueritas in nobis *3. Reg. 8.* non eſt. Quia non eſt homo qui non pecca*Eccl. 7.* bit. Non eſt iuſtus in terra qui faciet bonum & non peccabit. Et alia, quæ conſtant ex dictis, & allegatis paulò ante contra Cœleſtiũ, quæ ipſe contra ſeipſum adduxit, ſed non ſoluit. Alterum medium eſt, quia quicquid ſit de hoc, ſiue homo in uita iſta præſenti ſit aliquando per Dei gratiam ſine peccato, ſiue non: tamen Auguſtinus noſtram iuſtitiam in charitate conſtituit, & ſecundum gradus charitatis, diſtinguit atque ordinat gradus iuſti*Cap. 93. & ca. 70. tom. 7.* tiæ: quemadmodum ipſe teſtatur in libro De natura & gratia, & nos iam ſupra ex eodem poſuimus. Sed & de charitate fatetur & probat, neminem in hac uita illam habere plenè G perfectam, nec plenè implere illud præceptum, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Ait enim in De ſpiritu & litera conſequenter ad uerba ſua ex eodem libro paulò ante allegata, Quis uerò exiſtimare au *Cap. 36.* deat, cum eò uentum fuerit, quod ait, Vt cognoſcam ſicut & cognitus ſum, tantam Dei dilectionem fore cõtemplatoribus eius, quanta fidelibus nunc eſt: aut illi modò hanc illi tanquam de proximo comparandam? Porrò ſi quanto maior notitia, tanto erit maior dilectio: profectò nunc quantum deeſt dilectioni, tantum tunc perficiendæ iuſtitiæ (forte deeſt, notitia) deeſſe credendum eſt. Sciri enim aliquid uel credi, & tamen non diligi poteſt; diligi autem quod quoque ſcitur neque creditur, non poteſt. At ſi credendum eſt quod ad tantam dilectionem ſancti peruenire potuerunt, qua certè maiorem in hac uita eſſe non poſſe dominus ipſe teſtatus eſt, ut animam ſuam pro fide & pro fratribus ponerent: cum ab hac peregrinatione, in qua per fidem nunc ambulatur non per ſpeciem, peruentum erit ad ſpeciem, quam nõdum uiſam ſperamus, & per patientiam expectamus, proculdubio & ipſa dilectio non ſolùm ſupra quam hic habems, ſed longè ſupra quàm petimus, & ſupra quàm intelligimus, erit: Nec ideo tamen plus eſſe poterit, H quàm ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, neque enim reſtat in nobis aliquid quod addi poſsit ad totum: quia ſi reſtabit aliquid, illud non erit totum. Proinde hoc erit primum præceptum iuſtitiæ, quo iubemur diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: cui eſt de proximo diligendo alterum conſequens, quod in illa uita complebimus, cum uidebimus facie ad faciem. Hæc ille. Quòd ſi quærat quiſpiam, cur igitur hoc uobis in iſta uita præcipitur? Reſpondet Auguſtinus, Sed ideo nobis hoc etiam nunc præceptum eſt, ut admoneremur quid fide expoſcere, quo ſpem præmittere, & obliuiſcendo quæ retro ſunt, in quæ anteriora nos extendere debeamus. Ac per hoc quantum mihi uidetur, in ea quæ perficienda eſt iuſtitia, multum in hac uita ille profecit, qui quàm longè ſit à perfectione iuſtitiæ, proficiendo cognouit. Hæc ille. Eandem doctrinam, eademq́; fundamenta eiuſdem doctrinæ ponit Auguſtinus quoties de hac agit quæſtione: in De peccatorum meritis & remiſsione, in De ſpiritu litera, in De perfectione iuſtitiæ: in allegatis locis eorũdem operũ.

M a n i f e s t i v s, quæſo, iam nunc agamus ex Auguſtino. Nunquid intendit Auguſtinus

A guſtinus negare homines iuſtos in hac uita habere iuſtitiam quandam ſecundum alios aut alios gradus charitatis, quæ quidem iuſtitia quædam ſit, & ſecura de ſua ſalute in Dei iudicio? Aut intendit negare homines iuſtos nonnunquã habere aut habuiſſe in hac uita, perfectam iuſtitiam ſecundum modum perfectionis uiæ? Aut intendit dicere concupiſcentiam ipſam carnis, idest, ſomitẽ peccati manentem in baptizatis, aut motus eius primò primos, qui appellantur paſsiones membrorum, aut motus eius ſecundò primos, qui appellantur motus ſenſualitatis, quibus tamen homo non conſentit, ſed ſtatim diſſentit, eſſe propria peccata? Aut iudicat Auguſtinus multum errare eos, qui crediderint eſſe aut fuiſſe uiros ſanctos qui in hoc ſæculo uiuant aut uixiſſent ſine peccato: confitentes tamen hoc eſſe aut fuiſſe ex gratia Dei, non ex ſolis uiribus humanis?

Concluſiones 4. de mẽte Auguſtini. Abſit. Iterum dicimus, Abſit. Immo enim de mente Auguſtini & ſecundum Auguſtinũ probandas ecce ſtatuimus quatuor concluſiones, iuxta ſtatim propoſitas quatuor quæſtiones:

Conclu. 1. Prima eſt, Viri iuſti habent ſeu habere ualent iuſtitiam quandam inhærentem ſecundum hunc aut illum gradum charitatis & obedientiæ, quæ quidem iuſtitia quædam eſt, & in Dei iudicio ſecura.

Concl. 2. Secunda eſt, Viri iuſti quidam habent uel habuerunt uel habebunt in uita præſenti, perfectam iuſtitiam ſecundum modum perfectionis uiæ: licet nõ B habeant, nec habuerint, nec habebunt iuſtitiam perfectam ſecundum modum perfectionis patriæ, ſeu termini.

Conclu. 3. Tertia eſt, Concupiſcentia carnis, ſeu fomes peccati, atque motus eius quibus homo non conſentit qui nimmo & ſtatim reſiſtit, non ſunt propriè peccata in hominibus baptizatis.

Concl. 4. Quarta eſt, Non multum errant qui putant aut credunt eſſe uel fuiſſe homines iuſtos in hac uita qui ſine peccato uiuant aut uixiſſent: dum modo ita putantes aut credẽtes firmiter credãt id fieri aut factum eſſe, aut fore, poſſe, non ex ſolis uiribus humanis, ſed per Chriſti gratiam, & liberum hominis arbitrium.

Prima cõcluſ. probatio. Ad primam concluſionem quoad primam eius partem, dicit Auguſtinus in De perfectione iuſtitiæ, Poſt hanc autem uitam merces perficiẽs redditur, ſed eis tantùm à quibus in hac uita eiuſdem mercedis meritum cõparatur. Non enim ad ſaturitatem iuſtitiæ, cum hinc exierit quiſque perueniet, niſi ad eam cum hic eſt, eſuriendo & ſitiendo cucurrerit. Beati quippe qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Quando ergo peregrinantes à domino, per fidem ambulamus, non per ſpeciem, unde dictum eſt, iuſtus ex fide uiuit: hæc eſt noſtra in ipſa peregrinatio C ne iuſtitia, ut ad illam perfectionem plenitudinemq́; iuſtitiæ ubi in ſpecie decoris eius iã plena & perfecta charitas erit, tũc ipſius curſus rectitudine & perfectione tendamus, caſtigando corpus noſtrum, & ſeruituti ſubiiciendo, & eleemoſynas in dandis beneficiis, & dimittendis quæ in nos ſunt comiſſa peccatis hilariter & ex corde faciendo, & orationibus indeſinenter inſiſtendo, & hoc faciendo in doctrina ſana qua ædificatur fides recta, ſpes firma, charitas pura. Hæc eſt nunc noſtra iuſtitia qua currimus, eſurientes & ſitientes ad perfectionem plenitudinemq́; iuſtitiæ, ut ea poſtea ſaturemur. Vnde dominus in Euangelio cum dixiſſet, Nolite facere iuſtitiam ueſtram corãm hominibus, ut uideamini ab eis: ne iſtum noſtrum curſum fine humanæ gloriæ metiremur, non eſt in expoſitione iuſtitiæ ipſius executus, niſi tria iſta, ieiunium, eleemoſynas, orationes. Hæc Auguſtinus quoad primam partem primæ concluſionis. Et declarat ſtatim ſatis, quid nomine ieiunii, eleemoſynæ, ac orationis intelligat dominus: quia uidelicet per ieiunium, uniuerſam corporis caſtigationem; per eleemoſynam, omnem beneuolentiam & beneficentiam, uel dandi, uel ignoſcendi: per orationem, omnes regulas ſancti deſiderii. Quoad ſecundam uerò partem, de ſecuritate iuſtitiæ hominum iuſtorum in iudicio D Dei, iuxta illud uerbum Iob, Iuſtus enim nir & ſine querela, factus ſum in deriſum. *In de perfectione iuſtitia.* Fatetur Auguſtinus poſſe dici hominem iuſtum, qui ad perfectionem iuſtitiæ plurimũ acceſsit, ita ut ei proximus fieret, quod non negat multos in hac uita potuiſſe. Et iuxta illud Iob, Ecce ipſe proximus ſum iudicio meo, & ſcio quia iuſtus inueniar. ait, Hoc enim eſt iudicium, de quo alibi dicitur, Et *Eſa. 36.* educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum uelut meridiem. Denique non dixit, Vbi ſum. Sed, proximus ſum. Quod ſi iudicium ſuum illud intelligi uoluit, non quo ipſe iudicauit, ſed quo in fine eſt iudicandus, iuſti in illo iudicio inuenientur omnes, qui non fallaciter dicunt, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, *Mat. 6.* Per hanc enim dimiſsionem, iuſti inuenientur, eo quòd ea quæ hic habebant peccata, eleemoſynis deleuerunt. Vnde dominus dicit, Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis. *Luca. 11.* Denique hoc dicetur iuſtis in regnum promiſſum ituris, Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. &c. *Mat. 25.* huiuſmodi. Hæc Auguſtinus. Sed & de hac ueritate, multa inferius.

2. conclu. probatio. Ad ſecundam concluſionem loquitur Auguſtinus in De peccatorum

E torum meritis & remiſſione, ex illo uerbo 1.Cor.2. Apoſtoli, Sapientiam loquimur inter perfe- Lib.2. ctos. Fatetur enim iuſtitiam huius ſæculi Cap.15. poſſe dici perfectam ſecundum aliquid, ideſt, tom.7. ſecundum quid, non autem ſimpliciter: ueluti ſi quis dicatur perfectus auditor, qui adhuc non eſt perfectus doctor. Ait enim, Poteſt ergo fieri ſicut dixi, ut iam ſit aliquis ſapientiæ perfectus auditor, cuius nondum ſit perfectus & doctor: Poteſt perfectus eſſe iuſtitiæ cognitor, nondum perfectus effector: poteſt perfectus eſſe ut diligat inimicos, qui nondum eſt perfectus ut ſufferat. Et qui perfectus eſt in eo quod omnes homines diligit, quippe qui etiam ad inimicorum dilectionem peruenerit, quæritur, utrùm iam ſit in ipſa quoque dilectione perfectus? ideſt, utrum quos diligit, tantùm diligat, quantum illa incommutabilis regula ueritatis diligendos eſſe præſcripſit. Cum ergo legitur in ſcripturis, cuiuſque perfectio qua in re dicatur, non neglinenter intuendum eſt, quoniam non ideo quiſque prorſus ſine peccato eſſe intelligitur, quia in aliqua re dicitur eſſe perfectus, quanquam & in hoc poſſit ita dici, ut non quia iam non eſt, quo proficiat, ſed quia ex maxima parte profecit, hoc nomine dignus habeatur. Sicut in doctrina legis dici poteſt quiſquam perfectus, F etiam ſi eum aliquid adhuc latet: ſicut perfe- Philip.3. ctos diceba Apoſtolus, quibus tamen ait, Et ſi quid aliter ſapitis, id quoq; uobis Deus reuelabit, ueruntamen in quod peruenimus in eo ambulemus. Hæc ille. Ecce fatetur uiros perfectos dici, & eſſe aut fuiſſe in hac uita, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſeu quantum ad aliquid: uel certè: quia ex maxima parte profecerunt in iuſtitia. Eodem modo docet in De perfectione iuſtitiæ, non negando, ſed confitendo aliquos eſſe aut fuiſſe homines Dei perfectos in hac uita: & declarando & quæ aut qualis ſit perfectio, quæ Philip.3. in uita hac habetur. Ait enim, Hinc dicit Apoſtolus, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus ſim. Fratres, ego non me arbitror appræhendiſſe; unum autem, quæ retro ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus, ſecundum intentionem ſequor ad palmam ſupernæ uocationis Dei in Chriſto Ieſu. Quotquot ergo perfecti hoc ſapiamus, ideſt, quotquot perfectè currimus, hoc ſapiamus quod nondum perfecti ſumus, ut illhic perficiamur quo perfectè adhuc currimus. Vt cum uenerit quod perfectum eſt, quod ex parte eſt deſtruatur: ideſt, non iam ex parte ſit, ſed ex toto: quia fidei & ſpei iam res ipſa nõ quæ credatur & ſperetur, ſed quæ uideatur teneaturq; ſuccedet. Charitas autem quæ in his tribus maior eſt, non auferatur, ſeu au- G geatur & impleatur, contemplata quod credebat, & quod ſperabat indepta, uel adepta. Hæc ille. Ecce in hac uita quidam perfecti ſunt, ſed perfectio huius uitæ non eſt in eo quod ipſi perfectionem completam iam teneant; eſt autem in eo, quod ad perfectionem perfectè currunt. Vnde in eodem opere De perfectione iuſtitiæ. circa illud, Qui ingreditur ſine macula dicit, Ingredi autẽ ſine macula non abſurdè etiam ille dicitur, non qui iam perfectus eſt, ſed qui ad ipſam perfectionẽ irrepræhenſibiliter currit, carens criminibus dãnabilibus, atq; ipſa peccata uenialia nõ negligens mundare eleemoſynis. Ingreſſum quippe hoc iter noſtrum quo tendimus ad perfectionem, munda mundat oratio. Munda eſt autem oratio, ubi ueraciter dicitur, Dimitte nobis, ſicut & nos Matt.6. dimittimus. Hæc ille. Ad tertiam concluſionem quoad primã eius partẽ de concupiſcentia carnis quæ manet in baptizatis, prout eſt 3.conclu. probatur. in ſe ipſa: manifeſtè dicit Auguſtinus eam iã in baptizatis non eſſe peccatum: ſed peccatum ipſam dici, uel quia à peccato, ideſt, per peccatum fuit; uel etiam quia ad peccatum inclinat, & ſi uincit, peccatum facit. Dicit enim in De nuptiis & concupiſcentia ad Vale- Lib.1. Cap.23. tom.7. rium, Hæc omnino concupiſcentia, hæc lex peccati habitans in membris, cui lex iuſtitiæ uetat obedire, dicente Apoſtolo, Non ergo Rom.6. regnet peccatum in ueſtro mortali corpore H ad obediendum deſideriis eius, neque exhibeatis membra ueſtra arma iniquitatis peccato. Hæc, inquam, concupiſcentia, quæ ſolo ſacramento regenerationis expiatur, profectò peccati uinculum generatione traiicit in poſteros, niſi ab illo & ipſi regeneratione ſoluantur. Nam ipſa quidem concupiſcentia iã non eſt peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non conſentitur, atque ut ea perpetrent, à regina mente membra non dãtur: ut ſi non fit quod ſcriptum eſt, Non con- Rom.6. cupiſcas, fiat ſaltem quod alibi legitur, Poſt Exod.20 concupiſcentias tuas non eas. Sed quia mo- Eccl.18. do quodam loquendi peccatum uocatur, quòd peccato facta eſt, & peccatum ſi uicerit facit reum, reatus eius ualet in generato. Quem reatum Chriſti gratia per remiſsionẽ omnium peccatorum in regenerato, ſi ad mala opera ei quodammodo iubenti non obediat, ualere non ſinit. Sic autem uocatur peccatum, quia peccato facta eſt, cum iam in regeneratis non ſit ipſa peccatum: ſicut uocatur lingua locutio, quam facit lingua; & manus uocatur ſcriptura, quam facit manus. Itemq; ſic uocatur peccatum, quia peccatum ſi uincit, facit: ſicut uocatur frigus pigrum, non quod à pigris fiat, ſed quod pigros faciat.

Hæc

A Hæc ille. Iterum pro eodem ait contra duas
Lib. 1. epiſtolas Pelagianorum ad Bonifacium, Dici
Cap. 13. mus enim Baptiſma dare omnium indulgen-
tom. 7. tiam peccatorum, & auferre crimina, non
radere: nec ut omnium peccatorum radices
in mala carne teneamur, quaſi raſorum in ca
pite capillorum unde creſcant, iterum reſe-
ca, da peccata. Nam & hanc ſimilitudinem
comperi ſuæ illos adhibere calumniæ, tan-
quam hoc nos ſentiamus atque dicamus. Sed
de hac concupiſcentia carnis falli eos credo
uel fallere, cum qua neceſſe eſt, ut etiam ba-
ptizatus, & hoc ſi diligentiſsimè proficit, &
ſpiritu Dei agitur, pia mente confligat. Sed
hæc etiam ſi uocatur peccatum, non utique
quia peccatum eſt, ſed quia peccato facta eſt,
ſic uocatur: ſicut ſcriptura manus cuiuſque
dicitur, quòd manus eam fecerit. Peccata au
tem ſunt, quæ ſecundum carnis concupiſcen
tiam uel ignorantiam illicitè fiunt, dicuntur,
cogitantur. Quæ tranſacta etiam reos tenēt,
ſi non remittantur. Et iſta ipſa carnis concu-
piſcentia in baptiſmo ſic dimittitur, ut quan
quam tracta ſit à naſcentibus, nihil noceat re-
naſcentibus. Hæc ille. Quoad aliam partem
eiuſdem concluſionis, dicit Auguſtinus in De
Lib. 1. Ciuitate Dei, Cæterùm abſit à mente Chri-
Cap. 25. ſtiana, quæ in Deo ſuo fidit, in eoq; ſpe poſi
tomo. 5. ta, eius adiutorio nititur; abſit, inquam, ut
mens talis quibuslibet carnis uoluptatibus
B ad conſenſum turpitudinis cedat. Quod ſi il
la concupiſcentialis inobedientia, quæ adhuc
in membris moribundis habitat, præter no-
ſtræ uoluntatis legem, quaſi lege ſua moue-
tur: quanto magis abſque culpa eſt in corpo-
re non conſentiētis, ſi abſque culpa eſt in cor
pore dormientis? Hæc ille. Ergo ſecundum
Auguſtini doctrinam ueriſsimam, ſic motus
carnalis concupiſcentiæ non ſunt peccata in
dormientibus, ſicut non ſunt propriè pecca
ta in uigilantibus renitentibus, non conſen-
tientibus, diſſentientibus. Motus igitur car-
nalis concupiſcentiæ, niſi nos conſentiamus,
aut niſi nos diſſentire negligamus, uel ſaltem
ſi ſtatim reſtiterimus, non ſunt propriè pec-
cata, in nobis uigilantibus. Ad hanc ueritа-
tem dicit iterum Auguſtinus multa, contra
Lib. 2. Iulianum Pelagianum. Refert enim Cypria-
aliquātu- num in epiſtola de mortalitate, dicentem,
lum ante Cum auaritia nobis, cum impudicitia, cum
finem. ira, cum ambitione congreſsio eſt, cum car-
tom. 7. nalibus uitiis, cum illecebris ſæcularibus aſsi
dua & moleſta luctatio eſt. Obſeſſa mens ho
minis, & undique diaboli infeſtatione ualla-
ta, uix occurrit ſingulis, uix reſiſtit. Si auari
tia proſtrata eſt, exurgit libido: ſi libido com
preſſa eſt, ſuccedit ambitio: Si ambitio con-
tempta eſt, ira exaſperat, inflat ſuperbia, ui
nolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, C
amicitiā zelus abſcindit. Cogeris malè dice-
re quod diuina lex prohibet; cōpelleris iura-
re, quod non licet. Tot perſecutiones ani-
mus quotidie patitur, tot periculis pectus ur
getur, & delectat hic inter diaboli gladios diu
ſtare, cum magis concupiſcendum ſit, & op-
tandum, ad Chriſtum ſubueniente uelocius
morte properare. Poſt hæc autem uerba Cy
priani, ita proſequitur Auguſtinus ad propo
ſitum, Abſit autem ut ſanctum Cyprianum,
aut auarum exiſtimemus fuiſſe, quia cum a-
uaritia, aut impudicum, quia cum impudici
tia: aut iræ ſubditum, quia cum ira, aut am
bitioſum, quia cum ambitione; aut carnalē,
quia cum carnalibus uitiis; aut ſæculi huius
amatorem, quia cum illecebris ſæcularibus;
aut libidinoſum, quia cum libidine: aut ſu-
perbum, quia cum ſuperbia: aut uinolentū,
quia cum uinolentia: aut inuidum, quia cum
inuidia confligebat. Immo uerò ideo nihil
eorum erat, quia his malis motibus partim
de origine, partim de conſuetudine uenienti-
bus fortiter reſiſtebat, non acquieſcens eſſe,
quod eum eſſe cogebant. Hæc ille. Ecce hi
motus carnis non faciunt malum hominem,
niſi conſentiente aut non renitente ipſo homi
ne. Eodem ſpectat quòd idem auctor dicit *Ibidem.*
in eodem opere. Refert namque diuum Am- *paulò poſt*
broſium in De fuga ſæculi, dicentem mortua
quædam uitia, per remiſsionem in baptiſma- D
te omnium peccatorum: & deſcribentem in
eo opere talem cum uitiis mortuis nos habe
re conflictum, ut nō quod uolumus agamus,
ſed quod odio habemus, hoc faciamus: mul-
ta in nobis peccatum nobis reluctantibus o-
perari, rediuiuas plerunque reſurgere uolu-
ptates. Deinde ad propoſitum ita dicit inter
alia, In hoc bello laborantes, quamdiu uita
humana tentatio eſt ſuper terram, non ideo
ſine peccato non ſumus, quia hoc quod eo
modo peccatum dicitur, operatur in mem-
bris, repugnans legi mentis, etiam non ſibi ad
illicita conſentibus nobis. Quantum enim ad
nos attinet, ſine peccato ſemper eſſemus, do
nec ſanaretur hoc malum, ſi ei nunquam con
ſentiremus ad malum. Hæc ille. Ad quartam *4. conclu.*
concluſionem ſic dicit Auguſtinus in De ſpi- *probatio.*
ritu & litera, Quin etiam ſi nemo eſt, aut fuit, *Cap. 2.*
aut erit, quod magis credo, tali puritate per *tom. 3.*
fectus, & tamen eſſe, aut fuiſſe, aut fore defen
ditur & putatur, quantum ego iudicare poſ-
ſum, non multum erratur, nec perniciosè, cū
quadam quiſque beneuolentia fallitur; ſi ta-
men qui hoc putat, ſeipſum talem eſſe non pu
tet, niſi re uera ac liquidò talē ſe eſſe perſpe-
xerit. Sed illis acerrimè & uehementer reſi-
ſtendum eſt, qui putant ſine adiutorio Dei

E per ſeipſam uim uoluntatis humanæ uel iuſtitiam poſſe perficere, uel ad eam tendendo proficere. Hæc ille. Ad idem in De perfectione iuſtitiæ inquit, Poſtremò ſi excepto illo capite noſtro ſui corporis Saluatore, aſſeruntur uel fuiſſe, uel eſſe in hac uita aliqui homines iuſti ſine aliquo peccato, ſiue nunquam conſentiendo deſideriis eius, ſiue quia pro nullo peccato habendum eſt, quod tantum eſt, ut hoc pietati non imputet Deus, quamuis aliter ſit beatus ſine peccato, aliter autē beatus, cui non imputat dominus peccatum; non nimis exiſtimo reluctandum. Scio enim quibuſdam eſſe uiſum, quorum de hac re ſententiam non audeo repræhendere, quanquam nec defendere ualeam. Hæc ille. Ad idem in De Natura & gratia. Cap. 68. dicit, Sic autem proficientes, ubi quando pleniſsima iuſtitia perficiantur non nimis curo. Vbicūque autem & quandocunque perfecti fuerint, nō niſi gratiam Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum perfici poſſe confirmo &c. Sunt autem tres primæ concluſiones harum ex diuina ſcriptura manifeſta, & de confeſsione ac doctrina omnium doctorum ſanctorum.

Prope finem lib.

O' VERE' doctor optime, Eccleſiæ ſanctæ lumen, diuinæ legis amator, Auguſtine F pater. O' ingenium mirabile, ualde bonum ſecundum gratiam creationis, multo melius autem ſecūdum gratiam redemptionis, quæ illud illuminauit, perfecit, docuit, iuuit. Habuit enim doctor ille glorioſus, eruditionem, habuit pietatem, habuit ſanctitatem. Poſuit ſuam ſententiam, quam ueram credidit, ſed non damnauit alienam: immo non damnauit alienam non damnandam, uel de qua non erat certum an eſſet damnanda: damnauit antem alienam damnandam, de qua erat certum quod damnanda erat. Vidit poſsibile eſſe hominibus in hac nita ſine peccato eſſe per Chriſti gratiam. niditq́; hoc eſſe hominibus non ſolùm poſsibile, ſed & præceptum. Non neganit immo confeſſus eſt, eſſe in hac uita quandam perfectionem iuſtitiæ, ſeu quandam perfectam iuſtitiam, quam multi uiri iuſti habent, habnerunt, aut habebunt: ſed qualis ſit perfectio huius uitæ, & in quo differat à perfectione patriæ de- G claranit. Vt perfectio uiæ ſit ſecundum quid, & in aliquo deficiens: perfectio autem patriæ ſit perfectio ſimpliciter, & ex omni parte completa: ſaltem quia perfectio uiæ ambulat per fidem ac ſpem, perfectio patriæ ambulat ſeu potius eſt per ſpeciem, uiſionem, tentionem: perfectio uiæ nou ſe nunquam cum habet non nullas maculas ſaltem ueniales, perfectio patriæ nullam habet unquam maculam, nec leuiſsimam: perfectio uitæ huius, multas patitur turbulentias aut perturbationes, perfectio patriæ eſt ex omni parte quieta. Vt quidem perfectio huius uitæ, ſit perfectè currere ad perfectionem patriæ. Sed quomodo currimus? Curramus inquit, credendo, ſperando, deſiderando, curramus corpus caſtigando, & eleemoſynas in dandis bonis maliſq́; ignoſcendis, hilariter & ex corde faciendo, & currentium uires ut adiuuentur orando, & ſic audiamus præcepta perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem charitatis. Hæc ille, in eodem libro de perfectione iuſtitiæ. De illa autem quæſtione, An homo aliquis in hac uita ſit aut fuerit ſine peccato? excepto Saluatore noſtro & ſanctiſsima domina noſtra, de qua non uult habere qnæſtionem quoties de peccato agit, credit quòd non. H Sed uideus ſcripturas quæ perfectionem hominibus præcipiunt, & de hominibus loquuntur, quaſi quidā ſine peccato fuerint, iuſti, recti, & mundo corde: uidenſq́; doctores catholicos credidiſſe aliquos homines in hac uita ſine peccato eſſe, fuiſſe, aut fore: non auſus eſt hanc iſtorum doctorum damnare ſententiam, ut conſtat ex dictis eius allegatis ad quartam concluſionem paulò ante poſitam. Videbat enim Auguſtinus diuinas ſcripturas de hac re loquentes, non paucas, quaſi ſibi ante oculos poſitas in duabns columnis exaratas, ideſt, in prima & in ſecunda: in quibus legebat omnia, quæ ad hanc quæſtionem pertinent, aut pertinere uidentur, Verbi gratia,

Sicut ſi ad maiorem declarationem, ponamus ſcripturas in duabus columnis, in forma ſequenti.

Perfectio uia, ē currere ad perfectionem patria.

Quomodo curramus ad patria perfectionem.

Prope medium libri.

A

COLVMNA PRIMA.

Iob. 14. Qvis mundus eſt à pec
cato? Nec infans, cuius eſt
unius diei uita ſuper terram.
Pſal. 115. Omnis homo mendax. Non
Pſal. 13. eſt qui faciat bonum, non eſt
Prouer. 20. uſque ad unum. Cum ergo
rex iuſtus ſederit in throno,
quis gloriabitur caſtum ſe ha-
bere cor? Aut quis gloriabi-
tur mūdum ſe eſſe à peccato?
Eccl. 7. Quia non eſt homo iuſtus in
terra qui faciat bonum & non
Pſal. 142. peccet. Quia non iuſtificabi-
tur in conſpectu tuo omnis
1. Ioan. 1. uiuens. Si dixerimus quia
peccatum non habemus, ip-
ſi nos ſeducimus, & ueritas
Matt. 6. in nobis non eſt. Et dimitte
3. Reg. 8. nobis debita noſtra. Quia nō
2. Paral. 6. eſt homo qui non peccet.
1. Ioan. 1. Nunquid iuſtificari poteſt ho
B mo comparatus Deo, aut ap-
parere mundus natus de mu-
Iob. 25. liere? Ecce Luna etiam non
ſplendet, & ſtellæ non ſunt
mundæ in conſpectu eius,
Quanto magis homo putre-
do, & filius hominis uer-
Eſaie. 64. mis? Et facti ſumus ut im-
mundi omnes nos, & qua-
ſi pannus menſtruatæ uniuer
ſæ iuſtitiæ noſtræ. Si habuero
pippiam iuſtum, meum iudi-
cem deprecabor. Sicuti & uir
ſanctus, iuſtusq; Iob dicit, Ni
hil te latuit peccatorum meo-
Iob. 14. rum. Signaſti iniquitates me-
as in ſacculo.

C

COLVMNA SECVNDA.

Nihil ergo damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non *Rom. 8.*
ſecundum carnem ambulant. Non uir iuſtus atq; perfectus fuit in ge *Gene. 5.*
nerationibus ſuis. Tu autem perfectus eris coràm domino Deo tuo. *Eccl. 44.* *Deut. 18.*
Et nemo erit inconſummatus in filiis Iſrael. Eſtote perfecti, ſicut & *Matt. 5.*
Pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. De cætero fratres gaudete, perfe- *2. Cor. 13.*
cti eſtote: Corripientes omnem hominem & docentes in omni ſapien *Col. 1.*
tia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum. Omnia facite ſi- *Phil. 2.*
ne murmuratione, & hæſitatione, ut ſitis irrepræhenſibiles & ſim-
plices, ſicut filii Dei immaculati. Sicut elegit nos in ipſo ante mun- *Eph. 1.*
di conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius.
Exhibete nos ſanctos & immaculatos & irrepræhenſibiles. Sobrii *1. Cor. 11.*
eſtote & iuſti & nolite peccare. Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Ec- *Eph. 5.*
cleſiam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiuſmodi,
ut ſit ſancta & immaculata. Sobrii perfecti ſperate in eam quæ affer- *1. Pet. 1.*
tur uobis gratiam, quaſi filii obedientiæ, non configurati prioribus
ignorantiæ ueſtræ concupiſcentiis, ſed ſecundum eum qui uocauit
uos ſanctum, ut & ipſi ſancti in omni conuerſatione ſitis: quia ſcri-
ptum eſt, Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum. Domine, quis habita *Leuit. 19.*
bit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui *Pſal. 14.*
ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Et ero immaculatus *Pſal. 17.*
cum eo. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus *Pſal. 100.* *Pſal. 118.*
meæ. Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Vir
erat in terra Hus, nomine Iob, & erat uir ille, ſimplex, & rectus, *Iob. 1.*
ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocen- *& 2.*
tiam. Viam mandatorum tuorum cucurri. In toto corde meo exqui *Pſal 118.*
ſiui te. Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus *Lucæ. 1.*
mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela. Memento quæſo *4. Reg. 20.*
quomodo ambulauerim coràm te in ueritate, & in corde perfecto,
& quod placitum eſt coràm te fecerim. Diligit dominus ſancta cor-
da, accepti ſunt autem illi omnes immaculati. Mandatum hoc, quod *Deut. 30.*
ego mando tibi hodie, non eſt graue, neque longe à te eſt. & cætera. D
Iuxta te eſt enim uerbum, in ore tuo, in corde & in manibus tuis,
facere illud. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & *Matt. 11.*
ego reficiam uos. Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me,
quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ue
ſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Hæc eſt cha *1. Ioan. 5.*
ritas Dei, ut mandata eius obſeruemus: & mandata eius grauia non
ſunt. Iuſtus enim uir & ſine querela, factus ſum in deriſum. Ecce
ipſe proximus ſum iudicio meo, & ſcio quia iuſtus inuenior. Vias e- *Iob. 13.*
nim eius cuſtodiui, & non declinaui à mandatis eius. Iuſtitia ueſti- *Iob. 29.*
tus eram, & circundedi mihi iudicium, ſicut chlamydem. Non enim *Iob. 27.*
repræhendit me cor meum, in omni uita mea. Et miraculum tenuit
ueracis hominis. Viri mendaces non erunt illius memores: uiri au- *Eccl. 15.*
tem ueraces inuenientur in illa. Et in ore ipſorum non eſt inuentum *Apocal. 14.*
mendacium. ſine macula ſunt. Beati mundo corde, quoniam ipſi *Matt. 5.*
Deum uidebunt. Quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit *Pſal. 23.*
in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Benefac do *Pſal. 124.*
mine bonis & rectis corde. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt pecca-
tum in conſcientia. Auerte te à delicto, & dirige manus, & ab omni *Eccl. 13.*
delicto munda cor tuum. Si cor noſtrum nos non repræhendat, fidu- *1. Ioan. 3.*
ciam habemus ad Deum, & quæcunque petierimus accipiemus.
Hoc autem dico fratres, ut non peccetis. Omnis qui natus eſt ex *1. Ioan. 3.*
Deo, peccatum non facit, quia ſemen ipſius in eo manet, & non po-
teſt peccare. Qui natus eſt ex Deo non peccat, quia generatio Dei con *1. Ioan. 5.*
ſeruat eum, & malignus non tanget eum. Omnis qui in eo manet, *1. Ioan. 3.*
non peccat; Omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum. Et
de Dauid legimus, quòd inuenit Deus uirum ſecundum cor ſuum.
Sapientiam loquimur inter perfectos. Quotquot ergo perfecti ſumus, *1 Corint. 2.*
hoc ſapiamus. Qui diligit proximum, legem impleuit. Plenitudo *Philip 3.*
legis, eſt dilectio. Finis præcepti charitas. Si diligamus inuicem, *Rom. 13.* *1. Ioan. 4.*
Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. Maiorem
charitatem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat quis pro a-
micis ſuis.

E Ecce diuinæ ſcripturæ magnam in partem, quæ de hac quæſtione manifeſtius loquûtur. Auguſtinus aſpiciẽs ſcripturas columnæ prioris, credit nullum eſſe hominem aut fuiſſe in uita hac ſine peccato, excepto Saluatore noſtro & domina noſtra ſanctiſsima de qua non uult habere quæſtionem, ut dictum eſt: fatetur tamen multos eſſe homines, multosque fuiſſe in hoc ſæculo ſine crimine, ſine querela, ſine peccato mortali aut grauiori. Alii autem doctores antiqui etiam, reſpicientes ſcripturas columnæ poſterioris, crediderunt nonnullos homines eſſe aut fuiſſe in hac uita præſenti, quidem ſine crimine, ſine querela, & ſine peccato ullo propriè dicto: quam ſententiam refert Auguſtinus, ut conſtat ex præcedentibus. Videbant enim in ſcripturis diuinis, præceptum eſſe hominibus ut ſine peccato eſſent, uidebant & hoc eſſe hominibus poſſibile, quia aliâs non fuiſſet hominibus præceptum: uidebant mandata Dei non eſſe grauia, ſed leuia: uidebant uerba diuina quæ ſonare uidentur nonnullos ſeruos Dei iuſtos ac perfectos fuiſſe, & mandata Dei ſeruaſſe & innocentiam tenuiſſe. Ideo alii & alii doctores ad alias & alias ſcripturas reſpiciendo, aliam & aliam ſententiam tenuerunt: Auguſtinus unam, alii aliam. In hoc tamen omnes

F conuenerunt, quòd nemo illorum credidit diuinas ſcripturas continere aut falſitatem, aut oppoſitionem aliquam contradictionis, uel contrarietatis. Vnde qui tenebant unam ſententiam propter ſcripturas columnæ prioris, reſpondebant ad ſcripturas columnæ poſterioris, & illas interpretabantur catholicè, ſicut fecit Auguſtinus in De perfectione iuſtitiæ: qui autem tenebant aliam ſententiã propter ſcripturas columnæ poſterioris, reſpondebant ad ſcripturas columnæ prioris, & illas declarabant modo quodam catholico, ſicut credendum eſt de illis qui ſententiam oppoſitam ſententiæ Auguſtini, crediderunt. Itaque igitur Auguſtinus ſuam quidem ſententiam prædictam tenuit. Sed alienam ſententiam aliorum non damnauit. Tenuit creditdítq; non eſſe nec fuiſſe homines in hac uita ſine peccato ſaltem ueniali; non damnauit autem eos qui dicebant eſſe aut fuiſſe homines in hac uita ſine ullo peccato propriè dicto, dum modo faterentur non poſſe hominem ſine peccato uiuere, eſſe, aut fuiſſe, niſi cum adiutorio gratiæ Chriſti, quo indigemus ut bona bene faciamus, & ut mala bene uitemus. Damnauit autem Auguſtinus auctoritate diuina & totis uiribus eã ſententiam quæ dicebat, ſicut dicebant Pelagiani, poſſe hominem ſuis naturalibus omnia mãdata Dei ſeruare, bona præcepta facere, m ala prohibita uitare, & ſic illã perfectionem obtinere atque habere, qua ſine peccato eſſet. Damnatam & damnabilem G
hanc ſententiam damnauit, hanc impugnauit, demolitusque eſt per diuinas ſcripturas in multis locis doctrinæ ſuæ; in De peccatorum meritis & remiſsione. in De Spiritu & litera. Contra Iulianum Pelagianum. in De perfectione iuſtitiæ. Nunquid eſt probabilis aut talis quæ ſuſtineri poſsit illa ſententia, qua illi doctores dicunt eſſe aut fuiſſe in hoc ſæculo homines Dei qui ad talem perfectionem deuenirent, ut nulli motui ſenſualitatis obedirẽt, utq; nullum peccatum haberent? Vtique probabilis eſt, & ſuſtentabilis; ſi dicatur id eſſe, aut factum fuiſſe non ex ſolis naturalibus hominis, ſed per hominis naturalia, & ſimul per Chriſti gratiam. Eo caſu poſito, quomodo differret illa perfectio huius uitæ qua homo ſic ſine peccato eſſet, à perfectione quæ eſt & erit in patria? Optimè declarat Auguſtinus in libro de Spiritu & litera, dicẽs, Verùm ecce iam talem conſtituamus animam humanam in hoc corruptibili corpore, quæ & ſi nõ dum illa ſupereminentiſsima perfectione charitatis Dei omnes motus terrenæ libidinis abſorbuerit atque conſumpſerit, tamẽ in hac minori iuſtitia ad illicitum aliquid operandũ eidem libidini nulla inclinatione conſentiat; Vt ad illam uitam iam immortalem pertineat, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua. Ad hanc autem, Non regnet peccatũ in ueſtro mortali corpore, ad obediendum deſideriis eius. Ad illam, Non concupiſces. Ad iſtam, Poſt concupiſcentias tuas non eas. Ad illam, nihil amplius quærere, quàm in ea perſectione perſiſtere. Ad iſtam, hoc quod agit in opere habere, & illius perfectionem pro mercede ſperare; ut per illam iuſtus ſine fine uiuat in ſpecie, qnam in iſta deſiderauit: per hãc autem iuſtus uiuat ex fide, in qua illam certò ſine deſiderat. Hæc ille. Ita conſonant omnia. H

Prope ſinem libri. Cap. 36.

Deut. 6. Mat. 22

Rom. 6.

Exod. 20 Eccl. 18.

DIVVS Hieronymus in ſuis dialogis cõtra Pelagianos agens de hac quæſtione ſub nominibus Attici & Critoboli, quia non putat aliquem hominem eſſe, fuiſſe, aut fore, qui ſine peccato ſemper aut longo tempore uiueret, iudicauit hoc eſſe homini in hac uita impoſsibile, ex quadam, neſcio quo modo, probabili conſequentia deducendo, quaſi poſsibile non ſit, quod nec eſt, nec fuit, nec erit. Credit tamen poſsibile, ac factum in re, de præterito, præſenti, aut futuro, quod homo per aliquod tempus ſine peccato ſit, uiuat, & non peccet. Ad hoc orationem bonam, & non paruam pro tendit, qua tandem ita concludit. Et poſſunt quidem prædictæ omnes diuinæ ſcripturæ, tum primæ, tum ſecundæ columnæ,

Sẽtẽtia. Hieron.

A ſecundum iſtam ſententiam conciliari optimè. Vt propter ſcripturas primæ columnæ dicamus hominem etiam iuſtum frequenter cadere, ſaltem uenialiter: ſicut ſcriptum eſt, ſepties in die cadit iuſtus. Sed propter ſcripturas ſecundæ columnæ dicamus homines iuſtos frequenter pro aliquo tempore ſine peccato eſſe.

QVI dicebant nonnullos homines iuſtos eſſe aut fuiſſe ſine peccato propriè dicto, ſi ab illis quærebatur, quomodo igitur ſtat quod *1. Ioan. 1.* ſcriptum eſt, Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, ipſi nos ſeducimus & ueritas in nobis non eſt? reſpondebant, illud dictum eſſe nõ pro aliquo peccato propriè dicto, ſed pro ipſa carnis concupiſcentia, quæ etiam in baptizatis atque in ſanctis uitæ huius manet. Nõ quaſi ipſa ſit peccatum propriè dictum in baptizatis: ſed tamen peccatum dicitur ob rationes prædictas. id eſt, aut quia per peccatũ eſt inducta, aut quia ad peccatum inclinat, & *Iuxta finem.* ſi uincit, peccatum facit. Fatetur Auguſtinus in de perfectione iuſtitiæ, quòd qui ita diſcernũt, ſubtiliter agunt: & re uera, ita eſt. Sed talis eſt ſubtilitas, quòd damnari non poteſt, ſicut nec Auguſtinus damnat: quamuis tamen *Ibidem.* oppoſitam teneat ſententiam. Opponit au- *Matt. 6.* tem Auguſtinus contra illos ex illo uerbo alio, Et dimitte nobis debita noſtra. quod omnes ſancti dicunt, non ſolùm ex humilitate, B ſed etiam ex ueritate. Ad hoc poſſent ipſi reſpondere, Primùm quòd illa ſancta oratio dominicalis dicta, non ſolùm eſt particularis, quam quiſque facit pro ſe: ſed magis eſt communis, quam quiſque facit pro ſe & pro omnibus. Vnde tum omnes ut omnes, tum omnes ut ſinguli: uidelicet tum collectiuè, ut populus, tum diſtributiuè ut ſingulares perſonæ dicimus, Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo & in terra, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. &c. Quamobrem nou ſolùm ſanctus quiſque, ſed & quantumuis ſanctiſsimus, ac prorſus ſine peccato ullo, rectè ac uerè poteſt ſic orare Deum optimum. Deinde quia cum ſciamus ueriſsimè dictum, Septies in die cadit iuſtus. Delicta, quis intelligit: & cum experiamur noſtrum inteſtinum bellum cum noſtra deprauata natura ſenſus'ue illecebra, & uitiis iã mortuis, ſed ebullientibus & quantum poſſunt reuiuiſcere conantibus: ſemper nobis orandus eſt Deus, & ſemper nobis dicendum, Et dimitte nobis debita noſtra. Et ne nos inducas in tentationem, Sed libera nos à malo. Amen. Ita poſſunt etiam illi doctores reſpondere & facilè & ſapienter, ad omnes alias prioris colũnæ ſcripturas ſacras. Quandoquidem concupiſcentia ipſa carnalis & ſi non ſit iam peccatum propriè dictum in baptizatis, ut conſtat: eſt tamen profectò malum quoddam nõ paruum, contra quod pugnamus, quando boni eſſe uolumus. Vtrunque uidit Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum, concupiſcentiam huiuſmodi in baptizatis non eſſe propriè peccatum, eſſe tamen non paruum malum: ſicuti nomina ipſa declarant etiam, quibns appellatur, peccatum, tyrannus mentis, languor naturæ, lex peccati, lex membrorũ, fomes peccati, ſenſus corruptus, ſenſualitas. Quæ ipſa cum ſuis motibus non paruam faciunt immunditiam quandam, non peccati, ſi nec illi nec illis conſentimus, & ſtatim renitimur: ſed aliam, in alio genere. De huiuſmodi autem concupiſcentia & eius motibus, non nihil forte latius paulò poſt: modo hæc de illa dixiſſe ſufficiat.

C

AD propoſitum redeamus de perfectione Chriſtiana quæ nobis proponitur ac præcipitur in illo uerbo, Diliges dominum Deum *Deut. 6.* tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, *Mat. 22* & ex tota mente tua. Magiſter ſententiarum *Mag. ſent.* circa iſtud præceptum, de modo diligendi Deum dicit, Dilectionis autem Dei modus *De modo diligendo Deum.* inſinuatur cum dicitur, Ex toto corde, id eſt, ex toto intellectu: ex tota anima, id eſt, ex tota uoluntate; ex tota mente, id eſt, memoria: *Lib. 3. diſt. 27.* ut omnes cogitationes, & omnem uitam, & omnem intellectum in illum conferas, à quo *Auguſt. in De doctrina Chriſtiana.* habes ea quæ confers illi. Hæc dicens nullam partem uitæ noſtræ reliquit, quæ uacare debeat, ſed quicquid uenerit in animnm, illud rapiatur quò dilectionis impetus currit. Et diligere Deum propter ſe, modus eſt diligendi Deum. Et ſunt iſti duo modi diligẽdi Deũ, *Cap. 22.* ut quibus placet. Hæc ille. De impletione autem iſtius mandati ait, Illud autem præce- *Ibidem Ex Aug. in De perfectione iuſtitia. poſt reſpõſionẽ ad 16. ratiocinationẽ. Caleſtii. tom. 7.* ptum nõ penitus impletur ab homine in hac uita mortali, ſed ex parte, non ex toto: quia ex parte diligimus, ſicut ex parte cognoſcimus. In futuro autem implebitur ex toto. Vnde Auguſtinus, Cnm adhuc eſt aliquid carnalis concupiſcentiæ, non omni modo ex tota anima diligitur Deus. Caro autem non dicitur concupiſcere, niſi quia anima carnaliter concupiſcit. Cum autem uenerit quod perfectum eſt, ut deſtruatur quod ex parte eſt, id eſt, ut iam non ex parte ſit, ſed ex toto: charitas non auferetur, ſed augebitur & implebitur. In qua plenitudine illud præceptum charitatis implebitur. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde. &c. Tunc erit iuſtus ſine peccato: quia nulla erit lex repugnans menti: Tunc prorſus toto corde, tota anima, tota

E ta mente diliges Deum: quod eſt ſummum præceptum, Hæc ille. De ratione autem præcepti huius & de perfectione uiæ, ac de perfectione patriæ: ſiue de perfectione currentis ſeu uiatoris, ac de perfectione comprahenſoris aut illius qui iam peruenit & eſt in termino, inquit, Sed cur præcipitur homini iſta perfectio, cum in hac uita eam nemo habeat? Quia nō rectè curritur, ſi quò currendum eſt neſciatur. Quomodo autem ſciretur, ſi nullis præceptis oſtenderetur? Ecce habes cur illud præceptum eſt, quod hic penitus impleri non poteſt. Impletur tamen ex parte, ſcilicet ſecūdum perfectionem uiæ. Alia eſt enim perfectio currentis, alia peruenientis. Facit hoc mandatum ut curſor, qui Deum ante omnia & præ omnibus diligit, nec tamen omnino perficit. Hæc ille. Sanctus Thomas circa iſtam materiam grauiſsimam mouet quæſtionem, Vtrùm charitas in hac uita poſsit eſſe perfecta? reſpondet autem quòd ſic ex Auguſtino ſuper primam canonicam Ioannis, ubi dicit, Charitas cum fuerit roborata, perficitur: Cum autem ad perfectum uenerit, dicit, Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sed hoc poſsibile in hac uita, ſicut in Paulo fuit. Ergo charitas in hac uita poteſt eſſe perfecta. Hæc ille. Magis autem declarando dicit optimè, Dicendum quòd perfectio charitatis poteſt intelligi dupliciter, Vno modo ex parte diligibilis, Alio modo ex parte diligentis. Ex parte quidem diligibilis perfecta eſt charitas, ut diligatur aliquid, quantum diligibile eſt. Deus autem tantum eſt diligibilis, quantum bonus eſt. Bonitas autem eius eſt infinita. Vnde infinitè diligibilis eſt. Nulla autem creatura poteſt eum diligere infinitè: cum quælibet uirtus creata, ſit finita. Vnde per hunc modum, nullius creaturæ charitas poteſt eſſe perfecta; ſed ſolùm charitas Dei, qua ſeipſum diligit. Ex parte uerò diligentis, tunc eſt charitas perfecta, quando diligit tantum quantum poteſt. Quod quidem contingit tripliciter. Vno modo ſic, quod totum cor hominis actualiter ſemper feratur in Deum. Et hæc eſt perfectio charitatis patriæ, quæ non eſt poſsibilis in hac uita: in qua impoſsibile eſt propter humanæ uitæ infirmitatem, ſemper actu cogitare de Deo, & moueri dilectione ad ipſum. Alio modo, ut homo ſtudium ſuum deputet ad uacādum Deo & rebus diuinis, prætermiſsis aliis, niſi quantum neceſsitas præſentis uitæ requirit. Et hæc eſt perfectio charitatis quæ eſt poſsibilis in uia, non tamen eſt communis omnibus habētibus charitatem. Tertio modo ita, quòd habitualiter aliquis totum cor ſuum ponat in Deo; ita ſcilicet quòd nihil cogitet uel uelit, quod diuinæ dile

Mag. ibi. ex Aug. in eo. loco, ubi ſtati.

S. Tho. ſecunda. 2. queſt. 24. Art. 8. Auguſt.

F

ctioni ſit contrarium. Et hæc perfectio eſt cōmunis omnibus, charitatem habentibus. Hæc ille. Idem doctor ſanctus determinauit alibi, quòd uita chriſtiana ſpecialiter in charitate conſiſtit, per quam anima Deo coniungitur, ſicut ſcriptum eſt, tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: quo loco determinauit etiam quòd perfectio Chriſtianæ uitæ attenditur ſpecialiter atque ſimpliciter ſecundum charitatem, ſicuti Apoſtolus dicit, ſuper omnia charitatem habete, quæ eſt uinculnm perfectionis. Mouet autem quæſtionem ad propoſitum, Vtrùm aliquis in hac uita poſsit eſſe perfectus? Reſpondet quòd ſic, quia lex diuina non inducit ad impoſsibile. Inducit autem ad perfectionem, ſecundum illud, Eſtote perfecti, ſicut & Pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Ergo uidetur quòd aliquis in hac uita poſsit eſſe perfectus. Hæc ille. Clarius autem atque abundatius agendo, dicit ad propoſitum tum materiæ de qua agimus, tum quæſtionis quam mouit, Dicendum quòd ſicut dictum eſt, perfectio uitæ Chriſtianæ in charitate conſiſtit. Importat autem perfectio quandam unuerſalitatem: quia ut dicitur, Perfectum eſt, cui nihil deeſt. Poteſt ergo triplex perfectio conſiderari. Vna quidem abſoluta, quæ attenditur non ſolùm ſecundum totalitatem ex parte diligentis, ſed etiam ex parte diligibilis: pro ut ſcilicet Deus tantum diligitur, quantum diligibilis eſt. Et talis perfectio non eſt poſsibilis alicui creaturæ, ſed competit ſoli Deo, in quo bonum integraliter & eſſentialiter inuenitur. Alia eſt perfectio quæ attenditur ſecundum totalitatem abſolutam ex parte diligentis, pro ut ſcilicet affectus ſecundum totum ſuum poſſe ſemper actualiter tendit in Deum; & talis perfectio non eſt poſsibilis in uia, ſed erit in patria. Tertia autem eſt perfectio, quæ neque attenditur ſecundum totalitatem ex parte diligibilis, neque ſecundum totalitatem ex parte diligentis, quantum ad hoc quòd ſemper actu feratur in Deum: ſed quantum ad hoc quòd excludantur ea quæ repugnant motui dilectionis in Deum: ſicut Auguſtinus dicit, quòd uenenum charitatis, eſt cupiditas: perfectio nulla cupiditas. Et talis perfectio poteſt in hac uita haberi. Et hoc dupliciter, Vno modo, in quantum ab effectu hominis excluditur omne illud quod aduerſatur charitati, ſicut eſt peccatum mortale. Et ſine tali perfectione charitatis eſſe non poteſt: unde eſt de neceſsitate ſalutis. Alio modo in quantum ab affectu hominis excluditur non ſolùm illud quod eſt charitatis contrarium, ſed etiam omne illud quod

G

ubi ſupra quaſt. 184. Art. 1.

Col. 3. Ibidem. Art. 2.

Ibidem. Matt. 5.

Ibidem.

3. Phyſi.

H

Auguſt. in libro. 83. quaſt.

A quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum: ſine qua perfectione charitas eſſe poteſt, puta in incipientibus & proficientibus. Hæc ille. Alibi etiam quærit, Vtrũ Deus poſsit omnino amari? Reſpondet quòd ſic, iuxta illud, Diliges dominum Deum tuũ ex toto corde tuo. Latius autem declarando & probando ſimul, dicit, Cùm dilectio intelligatur quaſi medium inter amantem & amatum; cum quæritur, An Deus poſsit totaliter diligi? tripliciter poteſt intelligi. Vno modo, ut modus totalitatis referatur ad rem dilectam; & ſic Deus eſt totaliter diligẽdus, quia totum quod ad Deum pertinet, homo diligere debet. Alio modo poteſt intelligi ita, quòd totalitas referatur ad diligentem: & ſic etiam Deus totaliter diligi debet: quia ex toto poſſe ſuo homo debet diligere Deum: & quicquid habet, ad Dei amorem ordinare, ſecundum illud Deuter. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Tertio modo poteſt intelligi ſecundum comparationem diligentis ad rem dilectam, ut ſcilicet modus diligentis adæquet modum rei dilectæ. Et hoc non poteſt eſſe. Cum enim unumquodque in tantum diligibile ſit, inquantũ eſt bonum, Deus, cuius bonitas eſt infinita, eſt infinitè diligibilis. Nulla autem creatura poteſt Deum infinitè diligere, quia omnis uirtus creaturæ ſiue B naturalis, ſiue infuſa, eſt finita. Hæc ille. Alibi: etiam quærit, Vtrùm hoc præceptum de dilectione Dei poſsit in uia impleri? Reſpondendo autem ad quæſtionem dicit, quòd præceptum aliquod dupliciter poteſt impleri. Vno modo perfectè, Alio modo imperfectè. Perfectè quidem impletur præceptum: quando peruenitur ad finem, quem intendit præcipiens. Impletur autem, ſed imperfectè, quanto, & ſi non pertingat ad finem præcipientis, non tamen receditur ab ordine ad finem. Sicut ſi dux exercitus præcipiat militibus, ut pugnent; ille perfectè implet præceptum, qui pugnando hoſtem uincit, quod dux intendit. Ille autem implet, ſed imperfectè, cuius pugna ad uictoriam non pertingit: non tamẽ contra diſciplinam militarem agit. Intendit autem Deus per hoc præceptum, ut homo ſibi totaliter uniatur; quod fiet in patria, quando Deus erit omnia in omnibus, ut dicitur ad Corinth. Et ideo plenè & perfectè in Patria implebitur hoc præceptum. In uia autem impletur, ſed imperfectè. Et tamen in uia tanto unus alio perfectius implet, quanto magis accedit per quandam ſimilitudinem ad Patriæ perfectionem. Hæc ille. Ita igitur reſpondet de præcepto hoc diuino, non quod non poteſt impleri, nec quod non impletur in hac uita: ſed quod non impletur in hac uita perfectè, ut homo omnino uniatur Deo, ſicut erit C in patria. Impletur autem in hac uita imperfectè, dum homo Deum ſuper omnia diligit, & nihil contra Dei dilectionem agit. Vnde quidem admittit probatq́; ſententiam diui Hieronymi in expoſitione catholicæ fidei, Maledictus qui dicit Deum aliquid impoſsibile præcepiſſe: ob quam concedit etiam libentiſsimè iſtud præceptum aliquo modo poſſe impleri in uia, licet non perfectè. Quia uidelicet poteſt impleri imperfectè, ut declarat optimè. Ecce igitur ſanctus Thomas ubiq; tenet hanc doctrinam ueriſsimam, quam inſuper declarat & probat ſatis, ſemper idem ſentiẽs, idem credens, idem docens, idemq́; commendans conſtanter. Vbi quærit, Vtrùm charitas in hac uita poſsit eſſe perfecta? Vbi quærit, Vtrùm aliquis in hac uita poſsit eſſe perfectus? Vbi quærit, Vtrùm Deus poſsit totaliter amari? Et ubi quærit, Vtrùm hoc præceptum de dilectione Dei poſsit in uia impleri? Eodem modo docuerunt omnes doctores catholici, quotquot hactenus fuerunt in Schola Chriſtiana, ut prorſus nullus fuerit qui nõ ita determinaſſet hanc quæſtionem: cum tamen alias frequenter in multis ſint uarii, ut alii opponantur aliis, & non ſemel alii ſibi metipſis, ſæpe proprias mutantes ſententias, propter rationes aut nouas, aut recens occurentes. Signum euidẽtiſsimum, quòd hæc ueritas ſit ualde nota, quia in ea omnes conueniunt ut nulla prorſus exiſtat controuerſia.

Secun. 2. queſt. 27. Art. 5. Deut. 6. Deut. 6. Secun. 2. queſt. 44. Art. 6. 1. Cor. 15. Ibidem. Ad. 1. argu.

SVPPONAMVS ergo ex diuinis ſcripturis ſic, Mandata diuina quæ ipſe Deus nobis hominibus præcipit, non ſunt amara, nec ſunt grauia: ſed ſunt ſuauia, ſed ſunt leuia. Ita enim legimus in Deuteronomio, apud Matthæũ, apud Ioannem: ut conſtat ex diuinis ſcripturis, quæ poſita ſunt in ſecunda columna. Mandatum hoc quòd ego præcipio tibi hodie, nõ eſt graue. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Et mandata eius grauia non ſunt. Ex hac autem ſuppoſitione ſic concludamus, Perfectio Chriſtianæ uitæ, ſeu perfecta legis diuinæ obſeruantia uel obedientia, pro ut eſt nobis hominibus præcepta, cum adiutorio gratiæ Chriſti, nõ eſt nobis hominibus amara, nec eſt nobis hominibus grauis. Multo ergo magis non eſt nobis hominibus impoſsibilis. Quomodo enim non eſſet nobis graue, quod eſſet nobis impoſsibile? Pro ut ergo eſt nobis præcepta, eſt nobis poſsibilis, eſt nobis ſuauis, eſt nobis leuis. Et in hanc ſententiam conuenerunt omnes catholici ſcriptores. Auguſtinus expreſſè fatetur, eſſe nobis poſsibile ut ſine peccato ſimus in hac uita, eſſeq́; nobis præceptum, ſine peccato eſſe, ut conſtat ex dictis eius: & non minus expreſ-

Deut. 30. Mat. 11. 1. Ioan. 5. August.

E

Cap.pen. tom.7.

Augu. in De li. arbi. in De duabus animabus in Retractationibus. Et refert Magiſt. li.2.

Hierony. ad Damaſum. Papam. tom. 4.

ſè fatetur tum in De uatura & gratia, tum in De perfectione iuſtitiæ, reſpondendo ad ratiocinationes Cœleſtii, quòd mandata Dei non ſunt grauia amanti, quamuis ſint grauia timẽti. Propter hanc ueritatem & ueram & manifeſtam ſtatuit Auguſtinus ſuas regulas uerisſimas. Peccatum adeo eſt uoluntarium, quòd ſi non eſt uoluntarium, non eſt peccatum. Peccatum eſt, uitari potuit: uitari nõ potuit, peccatum non eſt. De quibus aliàs fortaſſe multa. Hieronymus etiam in Explanatione fidei ad Damaſum Papam, Execramur, inquit, eorum blaſphemiam, qui dicunt, impoſsibile aliquid homini à Deo eſſe præceptum, & mandata Dei non à ſingulis, ſed ab omnibus in communi poſſe ſeruari. Et paulò poſt, Et tam illos errare dicimus, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum uitare non poſſe, quàm illos qui cum Iouiniano aſſerũt hominem non poſſe peccare. Vterque tollit arbitrii libertatem. Nos uerò dicimus hominem ſemper & peccare & non peccare poſſe, ut ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrii. Hæc eſt fides, quam in Catholica Eccleſia didicimus, & quam ſemper tenuimus. Hæc Hieronymus. Refert etiam & probat Magiſter ſententiarum. Et cum Magiſtro, omnes doctores catholici in ſuis libris ſentẽtiarum, quoties de hac ueritate locuti ſunt.

Mag. ſent. lib. 2. Diſt. 28. & Diſt. 36.

Chryſoſt. Matt. 5. Homil.18

Ioannes Chryſoſtomus in Matthæum circa illud, Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico uobis, non reſiſtere malo. &c. dicit ad propoſitum, Ne igitur impoſsibilia putemus eſſe præcepta, quæ certè & utilia nobis ſunt, & ualde facilia, Quid multis opus eſt? Hoc, diuina ſcriptura manifeſtè declarat. Hoc omnes doctores catholici quot quot fuerunt, firmiter crediderunt, & nobis ſcripſerunt. Non poteſt hoc uerti in dubium, niſi quis prius de diuinis dubitet ſcripturis. Si ergo perfecta legis obſeruantia eſt uobis præcepta, illa utique cum adiutorio gratiæ eſt nobis poſsibilis, eſt uobis ſuauis, eſt nobis leuis: non impoſsibilis, non amara, non grauis. An quidam homines Dei ſunt uel fuerũt, qui Dei legem obſeruaruut, ſic ut nullum peccatum haberent? Dicuut quidam quòd ſic, ut dictum eſt. Et conſtat quòd uon audet Auguſtinus damnare hanc ſentẽtiam iſtorum, ut conſtat ex dictis. Saltem certum eſt quòd nonnulli fuerunt uiri ſancti, ſine crimine, ſine querela, ut idem non dedignatur concedere Auguſtinus. Sic enim neceſſe eſt dicere, iuxta diuinas ſcripturas uerisſimas, in ſecunda columua poſitas. An ipſi homines Dei ſic uiuentes ſecundum diuinam legem ſine peccato, aut ſaltem ſine crimiue & ſine quærela, habuerunt inchoatam legis obediẽtiam, inchoatam legis iuſtitiam? Ingenuè fateor, Non uideo quomodo, qua lege, qua ratione, aut qua fronte, de hoc dubitare aliquis poteſt, nedum negare. Habuerunt inchoatam legis iuſtitiam, ſicut habuerunt inchoatam legis obſeruantiam: habuerunt autem inchoatam legis obſeruantiam, ſicut habuerunt iuchoatam charitatem. Qui diligit proximum, legem impleuit. Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Finis autem præcepti charitas. Quidem profectò ad iuſtitiam legis pertinet, patientia, benignitas, non æmulari, non agere perperam, non inflari, non eſſe ambitioſum, nõ quærere quæ ſua ſuut, uõ irritari, non cogitare malum, non gaudere ſuper iniquitate, congaudere autem ueritati, omnia ſufferre, omnia credere, omnia ſperare, omnia ſuſtinere, Omnia hæc pertinent ad iuſtitiam ſeu obſeruautiam legis, quia de omnibus his eſt lex; uel imperando bona, uel prohibendo mala. Omnia etiam habet charitas, ſicut ſcriptum eſt, Charitas patiẽs eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, nõ agit perperam, uon iuflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem ueritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Ergo omnia hæc aliquo modo habet, qui habet charitatem. Ergo ſaltem quantum ad hæc eo ipſo habet inchoatam legis obedientiam, inchoatamq; legis iuſtitiã. Qui hanc manifeſtam ueritatem mente non aſſequitur nec intellectu conſpicit, minor quomodo Solem huuc corporeum ſuo ſenſu aſpiciat. Apperiat Chriſtus illi ſenſum, ut intelligat ſcripturas. Quia ſine ipſo, ſactum eſt nihil.

G

Rom. 13.

1. Tim. 1.

1. Cor. 13.

H

Lucæ 24

Ioan. 1.

QVOD ſuperius poſuimus ex Auguſtino ad tertiam concluſionẽ ac eius probationem, uidelicet motus carnalis concupiſcentiæ non eſſe propriè peccata in baptizatis, niſi nos conſentiamus: ſentẽtia eſt quidem Auguſtini, ut conſtat ex dictis: & ſententia profectò eſt omnium ſanctorum doctorum antiquorum, ut facile eſt uidere apud eos. Diuus Ambroſius in libro de fuga ſæculi, graue bellum noſtrum cum uitiis & concupiſcẽtiis nobis ponit ob oculos, dicens inter alia, Sed quod peius eſt, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & uanitatum offuſio mentem occupat: ut quod ſtudeas uitare, hoc cogites, animoq; uoluas. Quod cauere difficile eſt homini, exuere autem impoſsibile. Denique uoti magis eam eſſe rem, quàm effectus, teſtatur Propheta dicendo, Declina cor meum in teſtimonia tua, & non

Ambroſ. cap. 1.

Pſal. 118.

in

A in auaritiam. Non enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrum, & noſtræ cogitationes, quæ improuiſo offuſæ, mentem animumq́; conſundunt, atque aliò trahunt quàm tu propoſueris, ad ſæcularia reuocant, mundana in ſerunt, uoluptaria ingerunt, illecebroſa intexunt, ipſoq́; in tempore quo eleuare mentẽ paramus, inſertis inanibus cogitationibus, ad terrena plerunque deiicimur. Hæc & multa alia dicit diuus Ambroſius declarando noſtrum bellum internum, noſtrumq́; periculum. Sed in remedium noſtræ conſolationis fatetur ingenuè atque uerè, nos baptizatos cum uitiis mortuis habere conflictum huiuſmodi, quibus tamen cum omni diligentia curare debemus ſepulturam, ne reuiuiſcant, ne iterum redeant. Manifeſtè docens ea in nobis iam non eſſe propriè peccata, niſi nos eis conſentiamus. Vt iam nobis non noceant illa uitia originalia, niſi nos conſentiendo faciamus actualia. Eodẽ pertinet & quod ſcriptum reliquit D. Bernardus, proponens enim noſtrum periculum, dicit, Ipſi enim, ut manifeſtum eſt, geſtamus laqueum noſtrum, ubique proprium circunferimus inimicum, carnem hanc loquor de peccato natam, in peccato nutritam, corruptam nimis ipſa origine, ſed multo amplius praua conſuetudine uitiatam. Hinc eſt quòd tam acriter caro aduerſus ſpiritum concupiſcit, quòd aſſiduè murmurat, & impatiens eſt diſciplinæ,

Bernar. in ſermonibus de quadrageſima. Serm. 5.

Periculũ noſtrum in tentationibus.

B quòd illicita ſuggerit, quòd nec rationi obtemperat, nec inhibetur ullo timore. Huic accedit, hanc adiuuat, hac utitur ad impugnandos nos, callidiſsimus ſerpens, cui nullum aliud deſiderium eſt, nullum ſtudium, nullum negocium, niſi effundere ſanguinem animarum. Hic eſt qui iugiter machinatur malum, qui deſideria carnis inſtigat, qui cõcupiſcentiæ ignem naturalem quodammodo uenenatis ſuggeſtionibus ſufflat, illicitos motus inflammat, peccati occaſiones parat, & mille nocendi artibus corda hominum tentare non ceſſat. Hic eſt qui manus noſtras proprio cingulo alligat, & (ut dicitur) baculo noſtro nos cædit; ut caro quæ data eſt in adiutorium, in ruinam nobis, & in laqueum fiat. Sed quid prodeſt indicaſſe pericula, ſi nulla conſolatio, nulla adhibeantur remedia? Grande quidem periculum eſt, & grauis lucta aduerſus domeſticum hoſtẽ, maximè cùm nos aduenæ ſimus, & ille ciuis, ille ſuam inhabitet regionem, nos exules ſimus, & peregrini. Magnum quoque diſcrimen aduerſus diabolicæ fraudis aſtutias, tam crebros, immo continuos habere conflictus, nec uidere quidem poſſumus, & quem nimis aſtutum fecerit, tam natura ſubtilis,

C quàm longa exercitatio malitiæ eius. Hæc ille quantum ad noſtrum & bellum & periculum. Ponens autem remedium, dicit ad propoſitum, Veruntamen in nobis eſt ſi uinci nolumus, & nemo noſtrum in hoc certamine deiicitur inuitus. Sub te eſt ò homo appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Poteſt inimicus excitare tentationis motum, ſed in te eſt ſi uolueris dare ſeu negare conſenſum. In tua facultate eſt ſi uolueris inimicum tuum facere ſeruum tuum, ut omnia tibi cooperentur in bonum. Ecce enim inflammat inimicus deſiderium cibi uanitatis, aut impatientiæ cogitationes ingerit, aut excitat libidinis motum; tu ſolummodò ne conſenſeris, & quoties reſtiteris, toties coronaberis. Hæc ille. Eodem modo agit idem doctor glorioſus circa illud, In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum. Eſt ſermo quidam, De ſex tribulationibus. Explicando enim quantum & quale malum in nobis ſit concupiſcentia carnis, quàm plurimis tẽtationibus nos impugnet, quàm acriterq́; nos impetat, uehemens & importuna, dicit, Vnde enim tribulatio niſi dum reſiſtitur contaminationi, concupiſcentiæ repugnatur? Quid uerò in homine purũ ab hac macula, immune ab hoc contagio poterit inueniri?

Remediũ

Gen. 4.

Bernar. Iob. 5.

Periculũ & afflictio.

D Ab intus manat, de corde exit peſtiferum uirus, ac deinceps corpus occupat uniuerſum, mentem deſideriis afficit, membra illecebris inficit. Inde pruritus aurium, oculorum petulantia, inde olfaciendi uoluptas, inde in faucibus tam inordinata delectatio, inde in uniuerſo corpore mollicici ſenſus, & libido pernitioſa tangendi, inde intus in anima ebrietas illa deſideriorum, & fornax quædam ambitionis, auaritiæ, inuidiæ, contumaciæ, nequitiæ, & omnium denique uitiorum affectibus uehementer accenſa. Quot enim corpus illecebras, quot oblectamenta mundus habere uidetur, tot patitur tribulationes, tot ſuſtinet tentationes uir iuſtus. Et quemadmodum ambulãs quis in carne, ſenſuum uoluptate delectatur, & delitias computat eſſe ſub ſentibus; ſic & omnis qui in ſpiritu ſeminare deſiderat, ſpinas & tribulos quos propria terra ex maledicto utique germinat, potius eradicare quàm propagare contendit: quippe qui conuertitur in ærumna ſua, quoties configitur ſpina. Huic ergo tam multifariæ peſti, per ſingula quæque reſiſtere, quàm multiplex tribulatio? A' planta pedis uſque ad uerticem non eſt ſanitas, in me totum infecit concupiſcentia, lex peccati in membris omnibus inuenitur, undique per feneſtras mors intrare contendit, & intus fomes totius nequitiæ peri-

Carnis cõcupiſcentia quot modis tentet, et perturbet.

 culo-

E culoſius ſæuit, crudelius malignatur. Hæc
ille optimè dixit explicando quod, quantũ,
aut quale malum ſit in nobis, quomodo per
turbat, affligit & conuexat, tentat ex impor
tunæ carnis concupiſcentia: qualem conſli-
ctum nobis paret, & quantum periculum.
Remediũ Simul autem & eodem contextu nuntiando
& conſo- nobis remedium & conſolationem, ita pro-
latio. ſequitur ad propoſitum de quo agimus, Mi-
nimè tamen in hac tam multiplici lucta defi-
ciendum, aut deſperatione cedendum eſt. Li
cet enim abundent tribulationes pro Chri-
ſto, ſed abũdant & conſolationes per ipſum.
Denique audi conſolationem, Peccatũ infori
bus eſt, niſi ipſe aperias, non intrabit. Appe
Gen.4. titus in corde prurit, ſed ſub te eſt: niſi ſponte
ceſſeris, nil nocebit. Audi conſolationem,
Conſenſum cohibe ne præualeant hæc, &
immaculatus eris: ut ſine macula ingrediaris
& ipſe ad habitaudum in tabernaculo, & re-
quieſcendum in monte ſancto domini Dei
tui. Hæc ille. Eandem ueritatem credit & cõ
Gregor. fitetur diuus Gregorius, eleganter dicens o-
portere eum qui negauerit peccata omnia
mortua eſſe non fictè baptizatis in baptiſmo
Chriſti, ſimul negare mortuos fuiſſe Aegy-
ptios in mari rubro. Vnde tam certò credit
Gregorius emori in baptiſmo omnia pecca-
ta, quàm certò credit in mari rubro olim om
nes Aegyptios fuiſſe mortuos: ut quæ manẽt
F carnis uitia, iam non ſint peccata propriè di-
cta aut uiua, ſed quidem ſint tantum peccata
mortua, ſeu cadauera peccatorum: ſicut nõ
remanſerunt in mari rubro Aegyptii uiui, ſed
mortui, aut cadauera Aegyptiorum. Oculus
autem mortui, non eſt oculus: homo mor-
tuus, non homo. Sic & peccatum mortuum,
non eſt peccatum. In baptiſmo uerò Chriſti
ſine fictione ſuſcepto, ſine dubio & nos mo-
rimur peccatis, & peccata moriuntur nobis.
Sic enim teſtatur tota diuina ſcriptura, quæ
de noſtra regeneratione iu Chriſto loqnitur,
per oppoſitum ad noſtrã generationem quã
in Adam primo de terra terriſtri trahimus.
Vt nihil noceat ad culpã regeneratis in Chri-
ſto, Adam ſecundo, de cœlo cœleſti; quod
contraxerunt naſcentes ex Adam primo, de
terra terreſtri: iam mutati ſunt per regenera-
tionem ſpiritalem, ab eo quod erant per con
ceptionem naturalem. Eratis enim aliquan-
do tenebræ, nunc autem lux in domino, ut fi
lii lucis ambulate. Nec magis potens fuit A-
dam primus aut generatio noſtra ex ipſo ad fa
ciendum ſeu niuificandum in nobis peccatũ,
quàm ſit potens Chriſtus aut regeneratio no
ſtra ex Chriſto ad tollendum ſeu mortifican-
dum peccatum in nobis. Immo profectò ma
gis potens eſt ad hoc bonum noſtra in Chri-
ſto regeneratio, magis potens ſua obedien- G
tia, magis potens ipſe, magis potens ſua gra-
tia: ſicut conſtat per ſe, & teſtatur Apoſtolus
per multa ad Romanos. Non ſicut delictum, *Rom.5.*
ita & donum. Si enim unius delicto, multi
mortui ſunt; multo magis gratia Dei & do-
num, in gratia unius hominis Ieſu Chriſti in
plures abundauit. Et non ſicut per unum pec
catum, ita & donum: nam iudicium ex uno,
in condemnationem; gratia autem ex multis
delictis, in iuſtificationem. Si enim unius de
licto, mors regnauit per unum: multo magis
abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ
accipientes, in uita regnabunt per unum Ie-
ſum Chriſtum &c. Conſepulti enim ſumus
cum Chriſto in morte per baptiſmum. Quot
quot baptizati ſumus, Chriſtum induimus:
ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus. Ergo
mortui ſumus peccatis. Ergo peccata mor-
tua ſunt nobis: Ergo iam nobis nocere non
poſſunt, niſi nos conſentiamus. Eandem ue-
ritatem paſsim confeſſus eſt diuus Hierony- *Hieron.*
mus. Qui ita intelligit illud præceptum, Nõ *Matt.5.*
concupiſces. tanquam nobis hominibus, ut
homines ſumus, poſitum: nec illam concu-
piſcentiam comprehendens qua in nobis ca-
ro concupiſcit aduerſus ſpiritum, nobis non
conſentientibus aut renitentibus, ſed concu
piſcentiam uoluntatis ſeu uoluntariam, aut
uoluntatis conſenſum in concupiſcentiam
carnis. Ita igitur omnes ii doctores ſancti H
ſemper intellexerunt olim, Auguſtinus, Am
broſius, Gregorius, Hieronymus, & om-
nes alii antiqui, ut motus carnalis concupi-
ſcentiæ non ſint propriè peccata in nobis ba-
ptizatis, niſi nos illis conſentiamus, niſi ipſi
concupiſcentiæ carnis accedat aliquo modo
concupiſcentia mentis ſeu uoluntatis, quæ
eſt conſenſus. Eodem modo etiam & diuus
Bernardus, magis latè & magis clarè, ut ex
dictis conſtat. Doctores recentiores in mo-
tibus carnalis concnpiſcentiæ diſtinguunt,
quia quidam ſunt habentes ortum ex princi-
piis merè naturalibus, ut ex calore, aut pro-
prio temperamento, & dicuntur paſsiones
membrorum, ſeu etiam dicuntur quodam-
modo motus primò primi: alii uerò ſunt ha-
bentes ortum per ſenſum aliquem aut cogita
tionem, & dicuntur motus ſenſualitatis. Cõ
cedunt autem cum prædictis doctoribus an-
tiquis, quòd portione noſtra ſuperiore, ra-
tione ac uoluntate renitente, nullus talis mo
tus carnis aut cõcupiſcentiæ carnalis, eſt pro
priè peccatum; quia certè tunc nos non ope-
ramur illud, ſed quòd habitat in nobis pecca
tum, ut uerè determinauit Apoſtolus ad Ro
manos. De motibus autem ſenſualitatis aiũt,
quòd uoluntate non renitente ſeu non diſſen
tiente,

A ſiente, peccata ſunt ſaltem uenialia; etiam ſi uoluntas non conſentiat, etiam ſi non negligat diſſentire. Docent enim quòd in ſola ſenſualitate poteſt eſſe peccatum ſeu culpa ſaltē uenialis, etiam quando nullum peccatum ſit in uoluntate: per hoc ſolùm quòd motus ſenſualitatis ille eſt aptus natus impediri, & non fuit impeditus: nec fuit culpa rationis, quia alijs rebus iuſtis occupata nō reſtitit, nec neglexit reſiſtere. Et de hac materia poſſunt uideri multa apud doctores ſcholaſticos in ſuis libris ſententiarū. Etiā apud Ioannē Gerſonē, qui de huiuſmodi motibus fecit ſpecialē tractatum, dignum uiſu. Vnde & ſanctus Thomas alibi mouet quæſtionem, Vtrùm in ſenſualitate poſsit eſſe peccatum? Reſpondet quòd ſic. Ratio ab eo adducta eſt, Quia peccatum poteſt inueniri in qualibet potentia, cuius actus poteſt eſſe uoluntarius & inordinatus, in quo conſiſtit ratio peccati. Manifeſtum eſt autem quòd actus ſenſualitatis poteſt eſſe uoluntarius, inquantum ſenſualitas, id eſt appetitus ſenſitiuus, nata eſt á uoluntate moueri. unde relinquitur, quòd in ſenſualitate poteſt eſſe peccatum. Hæc ille. Eſt igitur ratio talis, Senſualitas, ſeu appetitus ſenſitiuus corruptus hominis, eſt apta nata moueri á uoluntate, & obedire rationi, Ergo actus eius eſt quodammodo uoluntarius, atque humanus, & pertinet ad genus moris, B Ergo ſi eſt inordinatus, eſt malum quoddā, & peccatum, quicquid ſit de alijs. Quando ergo ſenſualitas concupiſcit, ſi uoluntas non reſiſtit aut non diſſentit: ipſe motus ſenſualitatis cum ſit prædicto modo uoluntarius, & ſit inordinatus, eſt peccatum. Veniale quidem, non mortale: ut paulò poſt, ſatis probat idem auctor. Hæc eſt communis ratio omnium doctorum ſcholaſticorum. Niſi quantum Scotus infert quòd ſi in motibus præcedentibus, actus uoluntatis eſt peccatū, quia uoluntas non præuenit, ſit peccatum, omiſſionis. Doctores autem dicunt illum motum ſenſualitatis, eſſe quidem peccatum commiſſionis; propter prædictam rationem. Abundantius dicit ſanctus Thomas alibi, quòd tentatio quæ á carne prouenit, non poteſt eſſe ſine peccato; quia huiuſmodi tentatio ſit per delectationem & concupiſcentiam. Sed hæc eius determinatio, aliquem ſenſum habere debet, quo non aſſerat, motum concupiſcentiæ peccatum eſſe, etiam nobis renitentibus ac diſſentientibus; nec aſſerat in paſsionibus membrorum eo modo reperiri peccatum, ſicut reperitur in motibus ſenſualitatis: cū ſit magna nimis differentia, inter hos motus, & illos. Fatetur ſanctus Thomas hominem cum gratia Dei poſſe implere præcepta legis, & non peccare: poſſe etiam uitare ſingulos motus ſenſualitatis, ſed non omnes ſimul, propter ſomitis illecebras & corruptionem. Videatur ibi Caietanus, & corrigatur, ſi libuerit. C

Lib. 2. diſt. 24. Ioannes Gerſon. S. Tho. Prim. 2. quæſ. 74. Art. 3. Ibidem. Art. 4. Scotus. Lib. 2. diſt. 42. quæſt. 3. S. Tho. Par. 3. quæſt. 41. art. 1. Prima 2. quæſt. 109. ar. 4. & 8 Prima 2. quæſt. 74. art. 3. ad 2. arg.

ITAQVE ò Caluine, quantum ad legis iuſtitiam quæ illam conſequitur, dubiū fuit olim apud doctores catholicos & ſanctos, An aliqui homines eſſent in hac uita aut fuiſſent, qui ſine peccato eſſent aut uiuerent, ſeruantes omnia diuina mandata, tum affirmatiua, tum negatiua? Et hac de re fuerunt opiniones uariæ, ut conſtat ex prædictis: quibuſdam dicentibus quòd ſic, ſaltem ad aliquod uſque tempus: quibuſdam dicentibus quòd non, ſecundum ſuam ipſorum interpretationem. Vnde quidem de illa perfecta legis obedientia, & perfecta legis iuſtitia, quæ ſine peccato eſſet, fuit quæſtio, & fuit dubium: cuius quidam tenuerunt partem affirmatiuam, quidam autem negatiuam, modo prædicto. Nunquam tamen fuit dubium apud doctores ſanctos antiquos, hoc eſſe nobis præceptum per Dei legem, atque hoc eſſe nobis poſsibile per Chriſti gratiam: immo enim, in his duobus omnes catholici tractatores ſemper conuenerunt. Nec etiam unquam fuit dubium apud eos, quin multi homines iuſti eſſent aut fuiſſent in hac uita, qui tantum legis obedientiā ac legis iuſtitiam haberent, ut ſine crimine & ſine querela uiuerent, incedētes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini. Rurſus nec fuit dubium apud eos, nonnullos fuiſſe ſanctos hic uiuentes talem obedientiam & iuſtitiam legis habentes, quæ iam diceretur perfecta quodammodo, id eſt, ſecundum perfectionem uiæ; & ſecundum quid, licet non ſecundum perfectionem patriæ, nec ſimpliciter. Et conſtat hæc omnia eſſe ueriſsima, ex diuinis ſcripturis in poſteriore columna poſitis. Quando Auguſtinus dixit non eſſe hominem in hac uita qui tantam legis obedientiam aut iuſtitiam haberet, ut ſine peccato eſſet: miratus eſt Iulianus, & argumentatus eſt contra Auguſtinum, quòd perfectionem nobis faceret impoſsibilem: ut refert ipſe Auguſtinus, in ſuo opere contra ipſum Iulianū Pelagianum. Quando Auguſtinus dixit hoc eſſe nobis poſsibile in hac uita, admiratus eſt Marcellinus catholicus; ut res poſsibilis & quodammodo á nobis dependens, ſuppoſito Dei adiutorio, quod non deeſt, diceretur nec eſſe, nec fuiſſe, nec fore: ut etiam refert Auguſtinus, in De ſpiritu & litera. Dixit ergo Auguſtinus non reperiri hac in uita perfectam legis obedientiam & iuſtitiam quæ ſine peccato eſſet, & admiratus eſt totus mundus, catholicorum & hæreticorum; amico-

Auguſt. Lib. 2. iuxta princip. in tom. 7. Cap. 1. & 2. tom. 3.

E amicorum & inimicorum: cum tamen Au-
guſtinus non damnaret aliam ſententiam quæ
oppoſitum diceret, nec negaret, immo con
fiteretur reperiri in hac uita legis obedien-
tiam & iuſtitiam quæ omni crimine ac omni
querela careret. Quanto magis nunc tui gra-
tia miratur totus mundus ò Caluine, qui ſic
audacter aſſeris legis obedientiam ac iuſtitiã
nuſquam reperiri, perfectam, aut inchoatã,
totam, aut eius partem? & neſcio ſi damnas,
qui oppoſitum tenent, credunt, & docent.
Vnde tibi, quæſo, talis diuinarum ſcriptu-
rarum ſenſus aut unde tibi tanta audacia cõ-
tra omnes Dei iuſtos homines? Sic audent
& ſic errant, qui diuinas ſcripturas aut non
uident, ſatis perſpectas habent, aut illis ad
falſas ſententias aſtruendas tanquam norma
leſbia utuntur, aut uerius abutuntur.

EST igitur in hac uita iuſtitia operum,
ſeu legis obedientia, ſecundum ſuos gradus:
qui computantur ſecundum gradus charita-
tis, ut iam ex Auguſtino eſt poſitum, & ſe-
cundum diuinas ſcripturas probatum. Erit
autem ea iuſtitia perfecta ſimpliciter, ubi &
quando fuerit ſimpliciter perfecta charitas:
Sed erit ſimpliciter perfecta charitas, ubi &
quando nulla fuerit cupiditas. Sic enim &
Auguſt. Auguſtinus dicit in libro 83. quæſtionum,
quòd nutrimentum charitatis, eſt diminu-
tio cupiditatis: perfectio, nulla cupiditas.
F Erit uerò perfecta charitas, quando iam nõ
per fidem, ſed facie ad faciem Deum uidebi-
mus, ipſo per ſuam miſericordiam donante.
Nunquid tunc erit in nobis alius amor Dei
intuitiuè cogniti, diſtinctus realiter aut ſpe-
cie, ab amore quem nunc habemus Dei fide
1.Cor. 13. crediti? Certum eſt quòd charitas in iſto trã
ſitu non excidit, ſed perficitur & completur:
Aliæ quæſtiones ad ſcholas pertinẽt, ad ſcho
las modò relegentur: Differt multum noti-
tia intuita à notitia abſtractiua, differt mul-
tum cognitio gloriæ à cognitione fidei: ma-
gna quæſtio eſt, An intellectus, ſeu cognitio
concurrat actiuè ad actum uoluntatis? Et
cõmunis eſt quæſtio propter hæc, An amor
rei præſentis in præſentia cognitæ, ſit idem
Part.4. realiter, quod amor rei abſentis? Sed modò
Lib.1. de his ſatis. Forte enim hæc de re, aliàs. ue-
1.Tim.1. riſsimum eſt quod dicit Apoſtolus, Finis au-
Ethic. 6. tem præcepti charitas. Communiter dicitur
quòd, finis non cadit ſub præcepto, ſed me-
dia ad finem: & uerum eſt hoc, quia præce-
pta pertinent ad prudentiam, & ſunt actus
prudentiæ, quæ certè non eſt de fine, ſed de
mediis ad illum. Quomodo ergo eſt præce-
ptum de charitate? Inquantum charitas eſt fi
nis aliorum præceptorum, non cadit ſub
præcepto: ſed inquantum eſt ad finem qui eſt
Deus, & eſt medium perueniendi ad Deum, G
utique ſub præcepto cadit.

Continuantur præcedentia, & oſtenditur quòd inchoata nouitas pro iuſtitia inchoata apud Deũ, probatur. Agitur de nouitate, uetuſtate, renouatione, iuſtitiaq; operum: & declarantur quæ complectitur noſtra renouatio, noſtram nempe iuſtitiam & ſanctitatem ueritatis: atque explicatur ius quod habent uiri iuſti ac filij Dei adoptiui ad regnum, & hereditatem cœlorum.

CAP. XXI.

DICIT Caluinus, An mihi *Verba*
locum unum proferẽt qui *Caluini.*
inchoatam nouitatem pro
iuſtitia apud Deum proba
ri teſtetur, uel in totum uel
in parte? Quòd ſi auctori-
tate deſtituuntur, cur non
liceat repudiare quod hic obtrudũt figmentũ
de partiali iuſtitia? Reſpondemus catholici. *Reſpon.*
Nos ſumus qui permanemus in eccleſia Chri *Catholic.*
ſtiana, retinentes fidem ac doctrinam anti-
quam quam ſemper ipſa iã inde à primis rudi
mentis & cunabulis habuit, ſub Apoſtolis, *Eph.4.*
Prophetis, Euangeliſtis, Paſtoribus & docto
ribus ſanctis; quos in ipſa poſuit Deus ad con
ſummationem ſanctorum, in opus miniſte-
rii, in ædificationem miſtici corporis Chri- H
ſti, donec occurramus, omnes in unitatem
fidei & agnitionem Filii Dei, in uirum perſe-
ctum, in menſuram ætatis plenitudinis Chri
ſti: ut iam non ſimus paruuli, fluctuantes,
& circunferamur omni uento doctrinæ in ne
quitia hominum. Nos ſtamus & tenemus tra
ditiones Apoſtoli, ſiue per ſermonem ſiue
per epiſtolam eius: non facimus diuiſionem
hæreſis, nec facimus diuiſionem ſchiſmatis:
non fugimus, non relinquimus, non lacera-
mus, nec affligimus matrem noſtram, ſpon
ſam Chriſti, non illam in aliquo perturba-
mus, nec moleſtiis importunis eam excita-
mus aut uigilare facimus, quin potius eam in
ſua quiete dormire aut permanere ſinimus,
donec ipſa uelit, ſicut hortatur ſponſus. An-
tiquitatem habemus & ueritatem, atque in
hac longa poſſeſsione ſumus, contra quam
nulla extat aduerſa memoria. Tu autem Cal-
uine, in hac doctrina tua, tam falſa, quàm no
ua, qua dicis uiros ſanctos & iuſtos nullam
prorſus in ſe habere iuſtitiam inhærentem o-
perum nec inchoatam nec partem, nec incho
atam nouitatem pro iuſtitia probari apud
Deum, Eccleſiæ Chriſtianæ atque Chriſtia-
næ ueritati repugnas, & nouam facis in Ec-
cleſia diuiſionem iſtam falſitatis & perditio-
nis, primus, & ſolus: quia ueque in hoc prio
rem

A rem habes, nec ſequentem doctum aliquem. Nos igitur in ueritate & antiquitate ac poſſeſſione exiſtentes, abs te nouam tuam falſitatem introducente, iuſtiore melioriq; iure poſſumus petere, ut nobis locum oſtendas aliquem ſcripturæ ſacræ qui tuam nouitatem probet: atque hoc maiori facilitate; cum ſit certum non teneri nos probare noſtras ueritates antiquas & iam olim probatas, aut pro eis loca ex quibus probationes probatiuæ atque argumenta conflētur nunc adducere cuicunque in præſentia aliquid noui aſtruere uolenti. Sed ſi quis aliquid contra eos recens dicere nitatur; ipſi probandi prouincia atque onus incumbit, quòd contra eas aliquid moliri auſus fuerit: cuius probationis, non ille qui ab Eccleſia recedit uel contra conſuetudines aut ueritates Eccleſiæ molitur, iudex eſt; cū ſit unuſquiſque ſuſpectus iudex in cauſa propria: ſed nos iudices ſumus qui ab Eccleſia non recedimus, qui in Eccleſia permanemus, qui curam animarum habemus, qui pro eis ſoliciti eſſe debemus. Et quidē talis fuit ſemper conſuetudo in Eccleſia Chriſtiana, ut quoties aliquis in ſingulari uel aliqui in plurali contra conſuetudines, ritus aut dogmata Eccleſiæ aliquid aut aliqua dixerint, toties ſancta Mater Eccleſia per ſuos filios ſibi cohærentes de illis aliis ex eorum cauſa cognouerit, audiuerit, examinauerit, & determinauerit.
B Conſtat de hac re uериſsima, ex omnib. ſacris Cōciliis quæ ad hanc uſq; diem celebrata fuere. Itaq; igitur non tenemur nos modò oſtēdere locū aliquē ex quo noſtra hæc ueritas antiqua, & iā olim à maioribus noſtris cognita atq; probata aſtruatur. Vt autem exemplo Saluatoris noſtri qui omnes iuſtitiæ impleuit numeros, & nos hanc impleamus, placet oſtendere inchoatam nouitatem pro iuſtitia apud Deum probari, haberi, uocari, coronari. Agamus igitur de nouitate, deq; illa uideamus quid ſit, aut quid contineat; ut ſic primùm ex hac uia, eam apud Deū probari pro iuſtitia oſtendamus: ſed quia frequenter unū oppoſitum cognoſcitur magis per alterum, & quia uetuſtas eſt oppoſitum nouitatis; uideamus prius de uetuſtate, ut per cognitionem uetuſtatis ueniamus facilius & quaſi manu ducamur in cognitionem nouitatis. Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Eadem eſt ſcientia contrariorum. Sicut oppoſitum in oppoſitum, ita propoſitum in propoſitum. Rectum, eſt iudex ſui obliqui. De uetuſtate igitur uideamus primùm, quid ſit, quid contineat, quid ſit quod ad uetuſtatem pertinet: tum ad declarationem nouitatis tū quia opus eſt ut uetuſtatem cognoſcamus, poſtquam uetuſtatem ipſam ponere, relinquereq;, & fugere tenemur. *Vetuſtas quid ſit.* De ueteri homine noſtro atque de uetuſtate dicit Apoſtolus, C *Rom. 6.* Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem; ut quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius; ſimul & reſurrectionis erimus: Hoc ſcientes quia uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati. Neſcitis quia modicum fermentum, totam maſſam corrumpit? Expurgate uetus fermentum, ut ſitis noua *1. Cor. 5.* conſperſio, ſicut eſtis azimi. Vos autem nō *Epheſ. 4.* ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt ueritas in Ieſu, deponere uos ſecundum priſtinam conuerſationem ueterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate ueritatis. Noli *Coloſ. 3.* te mentiri inuicem, expoliantes uos ueterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem ſecūdum imaginem eius qui creauit illum. Cum *Rom. 7.* enim eſſemus in carne, paſsiones peccatorū quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris, ut fructificarent morti: nunc autem ſoluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur: ita ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, D & non in uetuſtate literæ. Vetus igitur homo noſter, uel eſt corpus peccati quod debet *Vetus homo noſter quid ſit.* deſtrui; ut non regnet peccatum in illo: Vel eſt caro concupiſcens aduerſus ſpiritum, ut non quæcunque uolumus ea faciamus: uel eſt homo noſter exterior intendens externa ſenſibilia & temporaria, quæ uidentur aut ſenſu aliquo ſeu cogitatione percipiuntur: Vel certè potius uetus homo noſter, ſumus nos ipſi prout ſumus filii Adæ primi de terra terreſtris. Vetuſtas autem eius eſt, ſeu *Ad uetuſtatē, quæ pertineāt* ad uetuſtatem eius pertinet quicquid mali habemus per peccatum Adæ illius primi & inobedientis: Concupiſcentia carnis, ſeu ſenſualitas, aut ſenſus corruptus, qui appellatur tyrannus mentis, lex peccati, fomes peccati, & languor naturæ: atque carentia gratiæ iuſtificantis, & reatus: ignorantia rerum agendarum, concupiſcentia noxiarum, & maximè ignorantia rerum diuinarū, infidelitas ſiue incredulitas: inopia charitatis & aliarum uirtutum: malum quod eſt in carne, concupiſcentia carnis quæ eſt ſecundum illud; inſuper praua conſuetudo peccādi, & opera carnis, de quibus dicit Apoſtolus, Manifeſta ſunt autem opera carnis: quæ *Galat. 5.* ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ,

E citiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia. Vnde igitur pertinent ad illam uetuſtatem, malæ concupiſcentiæ, malæ actiones, malæ paſsiones, malæ operationes, mali habitus, mali actus, carentia gratiæ iuſtificantis, iniuſtitia ſeu carentia iuſtitiæ, defectus iuſtitiæ operum, inobedientia, mala operatio: & multa alia, de quibus modò agere non eſt neceſſe. Igitur ſine dubio, quia nouitas eſt oppoſitum ad uetuſtatē, & quia innouatio ſeu renouatio eſt motus à uetuſtate in nouitatē: nouitas includit oppoſita eorum, quæ includit uetuſtas. Includit ergo nouitas gratiam gratum facientem, aliqualem mortificationem carnis, aliqualem extenuationem concupiſcentiæ ſeu abnegationem eius ut non regnet, fidem, ſpem, charitatem, obedientiam erga Deum, operationem ſecundum legem Euangelicam, iuſtitiam operum, & bonas uirtutes alias, quæ faciunt ad renouationem ſeu reformationem animæ, ſpiritus, hominiſq; interioris: atque cognitionē Dei, & uitam ſecundum ſpiritum. Noſtra itaque nouitas, abſque dubio continet iuſtitiam, & iuſtitia operum pertinet ad illam: omnino ſicut noſtra uetuſtas continet iuſtitiam, & iniuſtitia operum pertinet ad noſtram uetuſtatem.

F Cum autem noſtra nouitas in hoc ſæculo non ſit perfecta ſimpliciter, ſed inchoata tantùm, per reſpectum ad nouitatem quam habituri ſumus per Dei gratiā in patria, ubi uidebimus Deum ſicuti eſt, & cum uenerit quod perfectū eſt, euacuabitur quod ex parte eſt, & quando mors iam non erit ultra, nec luctus nec clamor, nec dolor, nec corpus quod corrumpitur & aggrauat animam & deprimit ſenſum multa cogitantem, ſed reſurget corpus immortale & impaſsibile, & erimus ſicut angeli Dei in cœlo: fit manifeſtè conſequens, quòd etiam inchoata nouitas quæ eſt in hoc ſæculo in uiris inſtis, continet obedientiam erga Deum, & operum iuſtitiam. Non ſolùm autem ſic per argumentū habemus hoc ex diuinis ſcripturis, quin etiam & per manifeſtam doctrinam Apoſtoli

Epheſ.4 qua dicit, Renouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate ueritatis. Ecce nouus homo, quem iubemur induere noſmetipſos ut renouemur ſpiritu mentis noſtræ ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate, atque ex his duobus conſtat: ut quidem noſter nouus homo intelligatur per iuſtitiam & ſanctitatem, noſtra autem renouatio intelligatur per ipſum. Continet ergo noſtra tenouatio ſeu noſtra nouitas, iuſtitiam, continetq; ſanctitatem: quæ duo continet, & ex quibus dnobus conſtat noſter nouus homo. G Cæterùm quòd noſtra inchoata nouitas pro iuſtitia probetur apud Deum, oſtenditur ex diuinis ſcripturis non minus euidenter. Primùm ex omnibus illis locis quibus declaratur inchoatam nouitatem probari apud Deum pro ſanctitate. Couſtat enim nouitas ex iuſtitia & ſanctitate, ut patet ex dictis: ideo ſi apud Deum probatur pro ſanctitate propter ea quæ habet ſanctitatis, eadem ratione apud Deum probatur pro iuſtitia, propter ea quæ habet iuſtitiæ. An'non probat Deus hominis inchoatam nouitatem pro ſanctitate, propter ea quæ habet ſanctitatis? Immo probat quidem, ut ex multis liquet, & ipſe Caluinus concedit. Probat igitur Deus hominis inchoatam nouitatem pro iuſtitia, propter ea quæ inchoata nouitas habet iuſtitiæ. Non enim eſt maior ratio de uno quàm de alio, cùm noſtra nouitas conſtet ex utroque. Et ſicut legimus, Non iuſtificabitur in conſpectu *1. Reg. 2.*
tuo omnis uiuens. ſic legimus. Non eſt ſan *Matt.19.*
ctus ut eſt dominus. ac ſic legimus, Nemo *Mar. 10.*
bonus niſi unus Deus. Rurſusq́, quemad- *Luca 18.*
modum legimus, Eſtote perfecti, ſicut & *Mat. 5.*
Pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. ita legi- *Exod. 22*
mus, Viri ſancti eritis mihi. ſancti eritis, quia *Leuit. 11.*
ego ſanctus ſum. H Eadem eſt igitur ratio, iuſtitiæ, ſanctitatis, ac bonitatis, reſpectu noſtræ inchoatæ nouitatis; quia ſine dubio noſtra inchoata nouitas, complectitur iuſtitiā, ſanctitatē bonitatem. Particularius ſic agamus oſtendentes noſtrā inchoatā nouitatem apud Deū probari pro iuſtitia. Manifeſtū eſt noſtram eleemoſynam, noſtram orationem, & noſtrum ieiunium pertinere ad noſtram nouitatem: quia uetuſtas non nouit aut non recipit hoc, ſed affectiones commodi, ſomnum, comeſſationes, ebrietates, cubilia, impudicitias, & alia id genus. Nec noſter homo uetus, ſed noſter homo nouus gaudet his eleemoſynis, orationibus, ieiunis; & ea exercet, ſaltem quando, ubi, & propter quod oportet, meritoriè aut fructuoſè, & propter Deum. Pertinent ergo hæc ad nouitatem. Quòd autem apud Deum probentur pro iuſtitia, ita demonſtremus, Saluator noſter iā iam locuturus de his, uel iam loquens, oſtendens hæc apud Deum probari pro iuſtitia, dixit, Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis co- *Mat. 6.*
ràm hominibus, ut uideamini ab eis. & mox cœpit agere de eleemoſyna, oratione, ac ieiunio, modumq́; præſcribere, quo ipſa bene faciamus, cum lucro & merito apud Deum. Deinde adiecit continuando ſermonem, ad maiorem declarationem, Te autem faciente eleemo-

A eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito: & Pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, ſed Patri tuo qui eſt in abſcondito, & Pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi. Ecce Saluator noſter appellat iuſtitiam noſtram, noſtras eleemoſynas, orationes, ieiunia: & ut oſtendat hæc apud Deum probari pro iuſtitia, teſtatur Deum pro illis nobis aliquid redditurum. Similem ſermonem habemus à beato Petro, qui non minus clare probat hanc ueritatem. Petrus enim cum audiuiſſet Cornelium narrantem de Angelo qui apparuerat ei in ueſte candida, & dixit illi, Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in conſpectu Dei, Mitte ergo in Joppem, & accerſe Simonem, &c. ita dixit coràm aſtantibus, In ueritate comperio, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet Deum & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi. Ecce & hic, Petrus orationes atque eleemoſynas Cornelii appellat iuſtitiam, acceptam ante Deum. Sic etiam legimus de uiro iucundo, qui miſeretur & commodat,

Act. 10. *Ibidem.* *Deut. 10.* *2. Paral. 19.* *Iob. 34.* *Sap. 6.* *Pſal. 111.*

B Diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non commouebitur. In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius ſperare in domino, confirmatum eſt cor eius, non commouebitur donec diſpiciat inimicos ſuos. Et ſequitur, Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculũ ſæculi. Ecce illa iuſtitia quã quis exercet, miſerendo, commodando, ac diſpergendo pauperibus, manet in ſæculum ſæculi: & qui ſic facit diſponit ſermones ſuos in iudicio Dei, atque non timebit ab auditione mala. Probatur ergo illa bona operatio pro iuſtitia, apud Deum, etiam in Dei iudicio. Saluator noſter dixit de ſeipſo, Filius enim hominis uenturus eſt in gloria Patris ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet unicuique ſecundum opera eius. Ecce redditurus eſt dominus hominibus in iudicio ſuo finali, unicuique ſecundum eius opera, bona uel mala: bona ergo probabit, mala reprobabit: & ſunt quidem bona opera, pertinentia ad iuſtitiam operum. Ad idem eſt quòd Saluator noſter explicauit, oſtendens formam, ordinem, modum, ac ſententiam iudicii ſui futuri ultimi. Dicit enim inter alia, Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt,

Matt. 16. *Mat. 25.*

Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum uobis regnum à conſtitutione mundi. C
Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus eram, & operuiſtis me: infirmus, & uiſitaſtis me: in carcere erã, & ueniſtis ad me. Infra, Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius: Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis: infirmus & in carcere, & non uiſitaſtis me. etc. Ecce acceptat Deus noſtra bona opera charitatis erga proximum indigentem, per poſitionẽ illorum introducit nos ad regnum, & per defectum illorum mittit malos in gehennam: & cum bona hæc opera pertineant ad noſtrã renouationem, quia ſunt charitatis, atque ad noſtram iuſtitiam operum, cum ſint etiã legis; nemo negare poteſt noſtram inchoatam nouitatem & noſtras bonas operationes probari apud Deum in ſuo iudicio pro iuſtitia, ſaltem pro iuſtitia inchoata. De particularibus perſonis etiã habemus exempla alia non pauca. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. cum tamen actus credendi præſcriptus præceptusq́; olim, fuerit ſicut modo eſt in Euangelio: Pœnitemini igitur, & credite Euangelio. Phinees etiam interfecit ſcortantes, fuitq́; ille actus zeli amorisq́; Dei & feruoris, Et reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Obedientia Abrahæ in immolatione Iſaac reputata eſt illi ad iuſtitiam: ob quam & ipſe ſtatim magnas ac cepit promiſsiones à Domino, magnasq́; benedictiones. Dauid dixit, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meũ. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Et ſimul dixit, Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meã ſuper me. Exaudi domine iuſtitiam meam, intende deprecationem meam. Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cum apparuerit gloria tua. Orationes etiam, ac bona opera alia Tobiæ aſcenderunt ante Deum, & illas obtulit Archangelus Raphael, quidam tanquam Tobiæ inchoatam nouitatem, inchoatamq́; iuſtitiam. Publicanus in templo nolebat oculos ad cœlum leuare, ſed tundens pectus ſuum, dicebat, Deus propitius eſto mihi peccatori: deſcendit autem iuſtificatus à Phariſæo, ob ipſius publicani cognitionem, humilitatem, confeſsionem, operationem ſecundum legem dicentem, Dic tu prior iniquitates tuas, ut iuſtificeris. Ad communia

Gen. 15. *Mar. 1.* D *Gen. 22.* *Pſal. 118.* *Pſal. 100.* *Pſal. 7.* *Pſal. 16.* *Luce. 18.*

E iterum redeamus, Quidem ad beatitudinem uiri reputatur quòd non ſequatur malos, ſed in lege domini meditetur, ſicuti legimus,
Pſal. 1. Beatus uir qui non abiit in conſilio impiorũ, & in uia peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege domini uoluntas eius, & in lege domini meditabitur die ac nocte. Ergo eodem modo reputatur ad iuſtitiam uiri ſicut & ad eius beatitudinẽ, quòd non abiit in conſilio impiorum, in uia peccatorum non ſtetit, in cathedra peſtilentiæ non ſedit, quòd in lege domini uoluntas eius, & quòd in lege domini meditatur die & nocte. Pertinent autem hæc ad inchoatam nouitatem, ſine dubio: quia ſunt hominis iã noui, ſicuti de illo ſequitur in litera ſacra, Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet proſperabuntur. Et quod de iuſtis ſit ſermo & nouis hominibus in Deo, conſtat ex uerbis ſequentibus, de illis qui opponuntur uiro iuſto ac beato. Sequitur enim, Non ſic impii, non ſic: ſed tanquam puluis quem proiicit uentus à facie terræ. Ideo non reſurgunt impii in iudicio, neque peccatores in conſilio iuſtorum. Ecce qui ſic ſe habent, iuſti appellantur; nec ſolùm hoc, ſed & aliud iudicium diſtinctum à iudicio impiorum & peccatorum
F habituri ſunt. Sequitur ratio, Quoniam nouit dominus uiam iuſtorum, & iter impiorũ peribit. Quæ eſt uia iuſtorum? De qua dicit Dauid, Viam mandatorum tuorum cucur-
Pſal. 118. ri. Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Quid eſt, Nouit? Probat, ſeu probauit. Probatiua enim cognitio ibi ſignificatur; quia quantum ad alium modum cognoſcendi, etiam Deus cognoſcit uiam malorum: ſed uiam malorum cognoſcit non probando, immo ad pœnam ordinando. Ergo probat Deus uiam iuſtorum, uitam illorum ſecundum legem eius, quod non abeunt in conſilio impiorum, quòd non ſtant in uia peccatorum, quòd in cathedra peſtilentiæ non ſedent, quòd in lege ſua eſt uoluntas eorum, & quòd in lege eius meditantur die ac nocte: & pertinent profectò hæc ad inchoatam nouitatem iuſtorum quæ eſt in hac uita, pertinentq; ad inchoatam iuſtitiam operum ut conſtat omnibus. Pertinent enim ad obſer-
Pſal. 14. uantiam legis Dei. Dauid quæſiuit, Domine quis habitabit i tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Reſpondendo autem dixit, Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Ecce homo admittitur ad regnum, ille uidelicet, qui ſine macula ingreditur, & iuſtitiam operatur. Iuſtitia igitur hominis probatur à Deo, quam operatur homo. Similiter & de uiro pœnitente legimus, In iuſtitia ſua quam operatus eſt, uiuet. Reputatur itaque iuſtitia illius ad uitã, *Ezec. 18.* ergo & probatur. Paulus etiam excitans atque prouocans homines ad eleemoſynam hilariter dandam, dixit ueriſsimè, Qui parcè ſe- *1. Cor. 9.* minat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſsitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Potens eſt autẽ Deus omnem gratiam abundare facere in uobis. Vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt, Diſperſit, dedit pau- *Pſal. 111.* peribus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen ueſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ ueſtræ. Ecce eleemoſynam noſtram appellat Paulus iuſtitiam noſtrã, & oſtendens quòd illam probat Deus pro iuſtitia, dicit in eadem ſerie ſcripturæ ſanctæ, Et augebit incrementa frugum iuſtitiæ ueſtræ. Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Itaque profectò noſtra inchoata æquitas, pro ut exercet opera legis Dei, probatur pro iuſtitia, iuſtitia appellatur, pro iuſtitia coronatur: & tanquam iuſtitia manet in ſæculum H ſæculi in cœlo, ubi habitat iuſtitia: & nullo modo dubitari poteſt quin ſit in hominibus iuſtis huius ſæculi inchoata quædam iuſtitia operum, ſicut eſt in illis inchoata ſanctitas, inchoata nouitas. Hanc inchoatam iuſtitiam operum confeſſus eſt Martinus Bucerus in conciliatione articuli iuſtificationis: ubi aſſerit eam eſſe nobis hominibus neceſſariam ad ſalutem, à Deoq; pro iuſtitia reputari: ſimul docens pugnare cum ſcriptura ſancta eum, qui aliquod horum negauerit. Eodem modo in Concilio Ratiſponenſi hanc noſtram inchoatam iuſtitiã proteſtãtes palàm agnouerunt & receperunt, confitentes quòd per gratiam quæ eſt in Chriſto Ieſu, poſsit quis nunc reſiſtere peccato, & præſtare inchoatã iuſtitiam. Sic ea manifeſta eſt, ut homines alias cœci, eam uiderent & confiterentur, pro ueritate catholica, & contra Caluinum. Ad hanc ueritatem etiam locuti ſunt omnes doctores, & ſancti, & catholici, qui hactenus de hac re ſcripſerunt, & ſunt omnino audiendi, atque recipiendi.

Bucerus pro iuſtitia operũ, cõtra Caluinum.

A D hanc ueritatem noſtram catholicam & Apoſtolicam aſtruendam conducit etiam ſcriptura diuina magnam in partem: probans multa quæ in noſtra nouitate continentur, & quòd

A quòd illa eadem ad iuſtitiam noſtram inhærẽtem pertinent, atque corãm Deo pro iuſtitia probantur. *Ad nouitatẽ, quæ pertinẽt.* Quidem enim ad noſtram nouitatem pertinent, fides, ſpes, charitas, obedientia erga Deum, pœnitentia, & uirtutes omnes, quæ pertinent ad rectitudinem ac reformationem noſtri hominis interioris. Quid ad hoc? Vtiq; non poteſt negari hæc ueritas ab aliquo, qui nouerit, quæ, aut qualis ſit uel eſſe debet noſtra nouitas, ſeu nouitas noſtræ mentis: quia per hæc, noſtra mens fit altera in bono, ab ea quæ antea erat in malo. *Quod quæ pertinẽt ad nouitatem, pertinẽt ad iuſtitiam.* Probãtur autem hæc corãm Deo, pro iuſtitia. *De fide.* Fides probatur pro iuſtitia, ſicut legimus, *Rom. 1.* Iuſtus autem meus ex fide uiuit. *Rom. 4.* Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. *De ſpe.* Spes probatur pro iuſtitia, ſicut ſcriptum eſt, *Rom. 8.* Spe enim ſalui facti ſumus. Charitas probatur pro iuſtitia, *Ioan. 14.* Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo. *Mat. 22.* In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. *Rom. 13.* Qui diligit proximũ, legem impleuit. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. *1. Ioan. 3.* Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. *1. Pet. 4.* Charitas operit multitudinem peccatorum. Obedientia erga Deum probatur pro iuſtitia, *Matt. 7.* Qui autem fecerit uoluntatẽ Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. B *Mat. 19.* Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. *Hebr. 5.* Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Pœnitentia corãm Deo probatur pro iuſtitia *Matt. 4.* Pœnitentiam agite appropinquauit enim regnum cœlorum. *Luca 13.* Si non pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. *Act. 3.* Pœnitemini igitur & conuertimini, ut deleantur peccata ueſtra. *Sapiẽ. 11.* Qui diſſimulas peccata hominum, propter pœnitentiam. Obſeruatio mandatorum Dei probatur pro iuſtitia corãm Deo; *Galat. 6.* Et ſicut legimus, *Galat. 5.* In Chriſto enim Ieſu, neque circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, ſed noua creatura. Sic legimus, Nam in Chriſto Ieſu, neque circuncisio aliquid ualet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. *1. Cor. 7.* Sic etiam legimus, circuncisio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. Vnde ſicut probatur corãm Deo fides illa, & ſicut probatur corãm Deo noua creatura, ita probatur corãm Deo obſeruatio mandatorum Dei. Pro quo probatur? Non dubium quin pro iuſtitia. *Ezec. 18.* Sic enim legimus, In iuſtitia ſua quam operatus eſt, uiuet. Quidam *Rom. 10.* circa illud Apoſtoli de Iuſtitia legis, Quam qui fecerit homo, uiuet in ea. putauerunt, Iudæos præſentem tantùm uitam ex legis operibus meruiſſe: *Hierony.* quos non probat Hieronymus, immo redarguit in commentariis ſuis ſuper Apoſtolum ad Romanos, ultimò ita dicens, Vnde intelligimus, quòd qui ſuo tempore legem ſeruauit, uitam habuit æternam. C

Quod & probat ex illo uerbo domini, Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Richardus etiam à ſancto Victore in explanatione aliquorum dubiorum Apoſtoli, *Richard. de ſanct. uict. Part. 2. Cap. 1.* pertractans ea quæ de lege ab Apoſtolo diuerſis in locis dicuntur, ſi adiuuicem comparentur, ut illud, Ex operibus legis nõ iuſtificabitur omnis homo. & illud, Non auditores ſed factores legis iuſtificabuntur. & illud, Lex ſancta eſt, et mandatum ſanctum, iuſtum & bonum. *Cap. 2.* & illud, Lex iram operatur. fatetur tandem ingenuè quòd lex talis erat quòd ſeruata poterat olim iuſtificare, ſed quoque talis erat, quòd ſine Chriſto & fide Chriſti non poterat ſeruari. Ecce igitur quòd fides, ſpes, charitas, obedientia erga Deum, & pœnitentia, corãm Deo habent iuſtitiam, uitam, ſalutem, ualorem, & remiſsionem peccatorum, ut conſtat ex adductis dictis diuinarum ſcripturarum: & conſtat quòd hæc habent corãm Deo ex gratia eius, atq; ex pacto ſeu fœdere quod pepigit nobiſcum hominibus in lege ſua: Ergo hæc probantur corãm Deo pro iuſtitia. Atq; profectò continentur in noſtra nouitate, ut iam dictum eſt, & patet euidenter. Itaq; igitur noſtra inchoata nouitas corãm Deo probatur pro iuſtitia.

D

Auguſt. Serm. 16. AVGVSTINVS ſic habuit pro certo fidem & charitatem, iuſtitiam eſſe, iuſtitiam dici, & pro iuſtitia probari corãm Deo: ut conſtanter, ingenuæq; de illis diceret, *De fide.* De fide quidem in De uerbis Apoſtoli, Nam ſi dixerimus quia peccatum non habemus, nos metipſos decipimus, & ueritas in nobis non eſt. Item ſi dixerimus, quia iuſtitiæ nihil habemus, aduerſum Dei dona mentimur. Si enim iuſtitiæ nihil habemus, nec fidem habemus; Si fidem non habemus, Chriſtiani non ſumus. Si autem fidem habemus, iam aliquid habemus iuſtitiæ. Hæc ille. *De charitate. Cap. 70. tom. 7.* De charitate in De Natura & gratia inquit, Charitas ergo inchoata, inchoata iuſtitia eſt; charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt: charitas magna, magna iuſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt. Hæc ille. *De pœnitentia. Lib. 3. tom. 7.* De pœnitentia in Hypognos. ait, Pœnitentia ergo res eſt optima, & perfecta, quæ defectus reuocat ad perfectum. De operibus autem dicit, *Ibidem. paulò poſt* Opera liberi arbitrii bona, quæ ut fiant præparantur per gratiæ præuentum, nullo liberi arbitrii merito, & ipſo faciente, gubernante & perficiente ut abũdent in libero arbitrio, non damnamus: quia ex his uel huiuſmodi reb. homines Dei iuſtificati ſunt, iuſtificantur, iuſtificabuntur in Chriſto. Ecce ſecundum Auguſtinum, fides eſt iuſtitia, charitas eſt iuſtitia, pœnitentia eſt res optima,

E per opera bona ſequentia fidem Chriſtianam & gratiam, iuſtificantur homines Dei: & hæc continentur in noſtra nouitate: Ergo noſtra nouitas continet iuſtitiam, & probatur corãm Deo pro iuſtitia, ut iſtæ uir Dei, tum ſanctiſsimus, tum doctiſsimus, Auguſtinus, fatetur palàm. Probatur, inquam, noſtra nouitas inchoata pro iuſtitia coràm Deo, quia coràm Deo, noſtra fides, noſtra charitas, noſtra pœnitentia & noſtra bona opera ex charitate procedentia, quæ in noſtra nouitate continentur, coràm Deo ſine dubio pro iuſtitia probantur. Auguſtinus in De Geneſi ad literam dixit prius, Hic occurrit alia quæſtio, Quomodo renouemur, Si nõ ad hoc per Chriſtum renouamur quòd in Adam prius eramus? Deinde autem oſtendens quomodo nouamur in Chriſto, recipientes quod perdidit primus homo, inquit, Hoc planè recipimus ſecundum quendam modum. Non itaque immortalitatem ſpiritalis corporis recipimus, quam nondum habuit homo: ſed recipimus iuſtitiam, ex qua per peccatum lapſus eſt homo. Renouabimur ergo à uetuſtate peccati, non in priſtinum corpus animale in quo fuit Adam: ſed in melius, idest, in corpus ſpiritale, cũ efficiemur æquales angelis Dei, apti cœleſti habitationi, ubi eſca quæ corrumpitur non egebimus. Renouabimur ergo ſpiritu mentis noſtræ ſecundum imaginem eius qui creauit nos, quam peccando Adam perdidit. Renouabimur autem etiam carne, cũ hoc corruptibile induet incorruptionem: ut ſit ſpiritale corpus, in quo nondum mutatus ſed mutãdus erat Adam, niſi mortem etiam corporis animalis peccando meruiſſet. Infra Itẽ dicit, Sicut eſt ueritas in Ieſu deponere nos ſecundum priorem conuerſationem hominem ueterem eum qui corrumpitur ſecundum cõcupiſcentias deceptionis, hoc eſt, factus Adã per peccatum. Vide ergo quid ſequatur, Renouamini autem ſpiritu mentis noſtræ, & induite nouum hominem qui ſecũdum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Ecce quod perdidit Adam per peccatum. In hoc ergo renouamur, ſecundum id quod amiſit Adam, idest, ſecundum ſpiritum mentis noſtræ. Secundum autem corpus quod ſeminatur animale, & reſurget ſpiritale, in melius renouabimur, quod nondum fuit in Adam. Dicit item Apoſtolus, Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus ſuis, induite nouum qui renouatur in agnitionem Dei ſecundum imaginem eius qui creauit eum. Hanc imaginem in ſpiritu mentis impreſſam perdidit Adam per peccatum, quam recipimus per gratiam iuſtitiæ: non ſpiritale atque immortale corpus in quo ille nondum fuit, & in quo erunt omnes ſancti reſurgentes à mortuis. Hæc Auguſtinus. Ecce renouamur ad iuſtitiam, ad gratiam iuſtitiæ, & ad imaginem Dei quam recipimus: renouabimur autem poſtea ad immortalitatem & ſpiritalitatem corporis noſtri, quam recipiemus poſt corporum reſurrectionem. Ita ergo ſemper docuit Auguſtinus, conformis idemq; ſibi ſemper in huiuſmodi ueritate.

Auguſt. Lib. 6. Cap. 20. tom. 3.

Ibidem. Cap. 26.

Cap. 27

G

HABEMVS igitur Apoſtolos, prophetas, & doctores ſanctos, qui teſtantur noſtrã inchoatam nouitatem probari pro iuſtitia corãm Deo, noſtram fidem, noſtram charitatem, & noſtra bona opera in charitate & ex charitate facta: habemusq; multa admodum loca diuinarum ſcripturarum ad idem, ut conſtat ex dictis, quibus manifeſtè docemur probare hæc pro iuſtitia coràm ſe in ſuo iudicio, pro illis nobis retribuendo præmium, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua, interna, atque externa. Vnde igitur audet Caluinus dicere non habere nos auctoritatem, quæ hoc teſtetur? Ex ſua audacia, qua audet quicquid libet: ad pauca reſpiciens, facilè paralogizãs. An forte hic uult dicere Caluinus, quòd noſtra nouitas non probatur pro iuſtitia coràm Deo, idest, comparata ad Dei ſanctitatem, ad Dei iuſtitiam infinitam, ad Dei eſſentiam mũdiſsimam; quum Deus in omnibus & in ſingulis ſuis attributis, quemadmodum & in ſua eſſentia, ſit infinitus? Si hoc nunc & hic uult dicere, hoc non eſt ſuam ſententiam probare; ſed hoc profectò eſt, noſtras probationes fugere. Nos enim agimus de noſtra nouitate probata coràm Deo pro iuſtitia, nõ per comparationem ad Dei eſſentiam, ſanctitatem, iuſtitiam, mũditiam, cum ſit Deus in omnibus iuſtis infinitus ſimpliciter: unde ſic ſecundum talem comparationem intelligendo, dicimus cum ſanctis uiris, Non intres in iudicio cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Subſtãtia mea, tanquam nihilum ante te. Quid eſt homo cõpoſitus Deo? Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius. Et multa alia, de quibus inferius. Sed agimus de noſtra nouitate probata coràm Deo pro iuſtitia, per comparationem ad noſtram naturam & fragilitatem, atq; ad Dei miſericordiam & legem & gratiam quam nobis præſtat per Chriſtum. Per hanc enim gratiam quam nobis per Chriſtũ præſtat Deus, gratificans nos ſibi & filios ſuos adoptiuos nos faciens, atque per legem ſuam quam nobis dedit & nobiſcum ſtatuit, probat profectò Deus, iſtam noſtram nouitatem pro iuſtitia, noſtram fidem, noſtram ſpem, noſtram charitatem, noſtram pœnitentiam, noſtram obedientiam & pro his nobis alia bona ſua maio

Mat. 16. Rom. 2.

H

lib. præſ.

maio

A maiora retribuit, beatitudinem, regnum, glo
riam, ut tota eius ſancta ſcriptura probat. Re
fert uidere in diuinis ſcripturis quæ bona ſua
per Chriſtum promittit atque præſtat nobis
par.præf. Deus dependenter ab operibus ſeu affectio-
Lib.2. nibus noſtris, & quæ non: de qua re partim
Par.2. iam diximus, partim autem dicturi ſumus a-
Lib.1. bundantius, ſuo loco. Verùm & quod Deus
lib. præf. in ſuo iudicio probet hanc noſtram inchoatã
nouitatem pro iuſtitia, declaratur magis &
probatur paulò poſt: ideo modò de his ſatis.

DICAT nobis Caluinus, quid ſecundũ
diuinas ſcripturas intelligere debemus per
nouitatem inchoatam Chriſtianam, ſeu no-
mine nouitatis huiuſmodi: quia nomẽ iſtud,
proprium habet ſignificatum in re, & non eſt
tale, quod ſignificet, & non ſupponat, ut no-
men, chimæra. Quid eſt ergo quod ſignificat
iſtud nomen, nouitas, ſeu, nouitas Chriſtia-
na, de qua loquimur? Quod eſt eius ſignifica-
tum? Quæ compræhenduntur ſub eius ſigni-
ficato? Et quicquid ipſe uerè dixerit ad huiuſ
modi nouitatem pertinere, nos uerè proba-
bimus per diuinas ſcripturas, id pro iuſtitia
apud Deum probari: dabimusq; loca multa,
quæ id manifeſtè teſtentur. Intelligendo au-
tem per nouitatem, quæ ſupra iam poſui-
mus, & certum eſt ad nouitatem pertinere:
B manifeſtum eſt, quòd noſtra inchoata noui-
1.Ioan.8. tas, probatur apud Deum pro inchoata iuſti
Ezec.18. tia. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. In iuſtitia ſua
Rom.10. quam operatus eſt, uiuet. Qui fecerit ea ho-
Deut.30. mo, uiuet in illis. Ad inchoatam nouitatem
Geneſ.15. pertinebat quòd Abraham credidit. & repu-
Rom.4. tatum eſt illi ad iuſtitiam. Ad inchoatam no-
uitatem pertinebat, quòd Phinees bene in-
terfecit, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam:
Quidem etiam apud Deum. Ad inchoatam
nouitatem pertinebat, quòd Zacharias & Eli
zabeth incedebant in omnibus mandatis &
iuſtificationibus domini ſine querela. & dici
tur de illis ex hoc, quod erant iuſti ambo co-
ràm domino, incedentes uidelicet in manda
tis eius, ut ſatis declaratur. Ad nouitatem
pertinebat quòd Apoſtolus bonum certamẽ
certauit, curſum conſummauit, fidem ſerua
uit: & oſtendens hãc nouitatem probari pro
iuſtitia apud Deum, dicit, In reliquo repoſi-
ta eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mi-
hi dominus in illa die, iuſtus iudex. Ecce poſt
propoſitam atque explicatam nouitatem,
quæ profectò currit ad promiſſam palmam
ſupernæ uocationis, ſtatim appellat Apoſto
lus iudicem iuſtum, iuſtitiam, coronam. Qui
dem inchoata nouitas erat illa Apoſtoli, per
fecta ſecundum quid & non perfecta ſimplici
ter, quia erat perfectio uiæ & non erat perfe
ctio patriæ, qua ipſe bonum certamen certa
uit, curſum conſummauit, ac fidem ſerua- C
uit: ſed & ipſa certam habebat coronam iu-
ſtitiæ, apud iudicem iuſtum, nempe Deum.

VIDEMUS quidem quòd iuſtitia, æ-
qualitas quædam eſt, æqualitatem præſup-
ponit, aut æqualitatem requirit, ut bene no
tauit Ariſtoteles etiam in lumine naturali. *Ariſtot.*
Videmus etiam conſequenter quòd ſimplici- *Ethic.5.*
ter eſt iuſtitia inter eos, quorum eſt ſimplici
ter æqualitas: eorum uerò quorum non eſt
ſimpliciter æqualitas, non eſt ſimpliciter iu-
ſtitia, ſed quidam iuſtitiæ modus poteſt eſſe:
ſicut dicitur quoddam ius paternum ſiue do-
minatiuum, ut in eodem loco Philoſophus *Ethic.5.*
dicit. Videmus quòd homo quãtumcunque
ponatur nouus aut iuſtus aut plenus gratia,
etiam ut ſic eſt pura creatura, finitus, atque
limitatus; Deus autem eſt infinitus, æter-
nus, illimitatus, omnipotens. Videmus
quòd homo quantumuis nouus aut quan-
tumuis iuſtus, aut ſua nouitas, aut ſua iuſti-
tia, ſi comparetur ad Deum retributorem, ſo
lam rationem iuſti dominatiui ſeu paterni ha
bere poteſt, propter rationes prædictas: &
quia ut ſic homo ille nihil aliud magis habet,
quàm quòd eſt filius Dei adoptiuus. Sed ſi-
mul uidemus quòd homo nouus aut ſua no-
uitas, gratia gratum faciens, atque ſua bo-
na operatio procedens ex Spiritu ſancto mo- D
uente & gratia ipſa gratum faciente, ſi com-
paretur aut referatur ad præmium, ſcilicet ui
tam æternam, ſic eſt ibi ratio iuſti ſimpliciter
& æqualitas: quia ipſa uita æterna formalis,
eſt etiã quædam creatura, & gratia ipſa ſpiri-
tus ſancti quam in hoc ſæculo habemus, etſi
non ſit æqualis gloriæ in actu, eſt tamẽ æqua
lis in uirtute: ſicut ſemen arboris, in qua eſt
uirtus ad totam arborem quamuis tamen
ſimul uidemus quòd noſtra nouitas ſeu bo-
na operatio quantum ad ſubſtantiam operũ
ſiue pro ut procedit ex libero arbitrio, non
habet cõdignitatem ad gloriam propter ma
ximam diſtantiam quæ eſt ibi. Vnde non ſunt *Rom.8.*
condignæ paſſiones huius temporis ad futu
ram gloriã quæ reuelabitur in nobis: Quod
tamen leue eſt & momentaneum tribulatio- *2.Cor.4.*
nis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æter
num gloriæ pondus operatur in nobis. Er-
go hominis iuſti ad Deum nũ poteſt eſſe ius
ſtrictum, iuſtitia aut æqualitas ſtrictè, pro-
pter infinitam diſtantiam; & ſi homo pona-
tur quantum libet ſanctus, iuſtus, nouus.
Poteſt autem hominis iuſti, ſancti, noui, eſ-
ſe ius aliquod ad Deum, ut dominatiuum
aut etiam paternum: poteſt, inquam, & re
uera eſt, ut conſtat ex multis locis diuinarũ
ſcripturarum. Iuſti nanque homines, ſancti
& noui, ſunt de quibus dicitur, Ego dixi, dii
eſtis

E eſtis uos, & filii excelſi omnes. Et Apoſto-
lus Paulus nouitatem hominis commendan
do, atque iura & prærogatiuas eius declarã-
Rom. 8. do dicit, Si autem ſpiritu facta carnis morti-
ficaueritis, Ecce nouitatem. Sequuntur eius
iura, Viuetis. Quicunque enim ſpiritu Dei
aguntur, ii ſunt filii Dei. Non enim accepi-
ſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, Sed
accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in
quo clamamus abba, pater. Ipſe enim ſpiri-
tus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd
ſumus filii Dei. Si autem fiii, & hæredes: hæ
redes quidem Dei, cohæredes autem Chri-
ſti, ſi tamen compatimur, ut & conglorifice
mur. Ecce iura hominum nouorum, iuſto-
rum, ſanctorum: quia ſunt filii Dei adopti-
ui, habent uitam, ſunt hæredes Dei, ſunt co
hæredes Chriſti: ob quod ſine dubio habent
ius paternum ad regnum & ad hæreditatem,
quia ſunt filii adoptiui, ſunt hæredes, ſunt co
hæredes. Si tamen compatiantur, ut & con
glorificentur. Atque hoc, licet non ſunt cõ
dignæ paſsiones huius temporis, ad futuram
gloriam quæ reuelabitur in nobis. ut ibidem
declarat Apoſtolus. Quia licet non ſit ibi con
dignitas ex natura rei, ea tamen ſunt iura fi-
liationis adoptiuæ. Sicut ſi rex aliquis ado-
ptaret in filium aliquem infimæ familiæ ſui
regni, uaſſalum ſuum, uel aliàs libertum; a-
F doptatus ille haberet ius ad regnum & hære-
ditatem, non ex uocata filiatione naturali,
ſed quidem ex filiatione adoptiua. Ita ſacra-
mentum baptiſmatis uerè appellatur laua-
crum regenerationis & renouationis, quia
regenerat & renouat: quidem in Chriſto. In
quo filios Dei facit nouos, regeneratos, re-
nouatos, cum iuribus filiorum, habentium
ius ad regnum. Si tamen compatiantur, ut
& conglorificentur. Vnde ipſa compaſsio,
ius habet ſine dubio ad regnum & hæredita-
tem; tum ex iure filiationis ipſius, tum ex ip
ſo contractu diuino cum ſuis filiis adoptiuis
inito. Non ex eo ſolùm quòd compaſsio eſt,
ſed quia eſt compaſsio filiorum Dei, renato
rum in Chriſto. Iccirco igitur nos oportet
iſtud ius declarare in eorum gratiam, qui il-
lud uoluerint intelligere: ſed uobis non licet
iſtud ius negare, quia eſt in diuinis ſcripturis
poſitum, à tota Eccleſia Chriſtiana catholi-
ca creditum, & ab omnibus doctoribus ca-
tholicis commendatum. Declarando autem
dicimus, homines iuſtos, nouos, ſanctos,
filios Dei adoptiuos propter ſuam nouita-
tem, iuſtitiam, ſanctitatem, adoptiuam fi-
liationem, habere utique apud Deum ius ad
regnum & hæreditatem, non ſtrictum quale
eſt ius inter ſimpliciter æquales: ſed quidem
ius paternum adoptiuum, quale eſt inter fi-
lios adoptiuos & patrem. Tale utique eſt G
iſtud ius, & talem, ideſt, ſimilem omnino fa
cit, conſtituit, ſeu habet iuſtitiam. Hanc ue
ritatem declarant manifeſtè, ſtatim allegata
uerba Apoſtoli ad Romanos. Si autem ſpiri- *Rom. 8.*
tu, facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Qui
cunque enim ſpiritu Dei aguntur, ii ſunt filii
Dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitu-
tis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum
adoptionis filiorum, in quo clamamus Ab-
ba, Pater. Ipſe enim ſpiritus, teſtimonium
reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei.
Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem
Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen com
patimur, ut & conglorificemur. Qui Apoſto
lus non ſolùm declarat uiros iuſtos filios Dei
adoptiuos ratione ſuæ filiationis ac nouita-
tis habere iſtud ius ad regnum & hæreditatẽ,
ut dicit ad Romanos: ſed ſimul declarat hos
tales habere iam in hoc ſæculo pignus hæredi
tatis, Spiritum ſanctum, ut docet ad Corin- *2. Cor. 1.*
thios. Secundum hoc ius & certitudinem hu
ius iuris inconcuſsi ſcripſit Apoſtolus eccle-
ſiæ Dei quæ erat Corinthi ſanctificatis in
Chriſto Ieſu, uocatis ſanctis. cum omnibus
ſanctis qui erant in uniuerſa Achaia, dicens, *2. Cor. 1.*
Et ſpes noſtra firma eſt pro uobis, ſcientes
quòd ſicut ſocii paſsionum eſtis, ſic eritis &
conſolationis. Qui autem confirmat nos, uo
biſcum in Chriſtum, & qui unxit nos, Deus: H
qui conſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus
in cordibus noſtris. Iterum ſecundum iſtud
ius filiorum Dei dicit idem Apoſtolus, Id e- *2. Cor. 4.*
nim quod in præſenti eſt momentaneum &
leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in
ſublimitate æternum gloriæ pondus opera-
tur in nobis. Iterum ſecundum iſtud ius, com
memorãdo ſuam nouitatem in iuſtitia & ſan
ctitate, dicit ad Timotheum, Bonum certa- *2. Tim. 4*
men certaui, curſum conſummaui, fidem ſer
uaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iu
ſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die
iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed &
iis qui diligunt aduentum eius. Secundum
iſtud ius nouorum hominum, filiorum Dei
adoptiuorum, laborantium in uinea domini
iuxta diuina mandata, comparauit dominus
uitam æternam denario diurno ex conuen-
tione debito operariis in uinea ſua. Secundũ *Mat. 20.*
quem etiam dixit, Tollite iugum meum ſu- *Mat. 11.*
per uos & diſcite à me, quia mitis ſum & hu-
milis corde: & inuenietis requiem animabus
ueſtris. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua *Mat. 19.*
mãdata. Qui mihi miniſtrat, me ſequatur, & *Ioan. 12.*
ubi ſum ego, illhic & miniſter meus erit. Se-
cundum iſtud ius Apoſtolus comparat uitam
æternam brauio parato deſtinatoq; illis qui
in ſtadio currunt, dicens, Neſcitis quòd ii qui
in

A in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit brauium? Sic currite, ut comprahendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam *Philip.3.* accipiant; uos autem incorruptam. Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim, ſequor autem, ſi quomodo comprahendam in quo & comprahenſus ſum à Chriſto Ieſu. Fratres, ego me non arbitror comprahendiſſe. Vnum autem quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea uerò quæ ſunt priora extendens me ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ uocationis Dei in Chriſto Ieſu. Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Ecce Apoſtolus Paulus non dum perfectus quãtum ad perfectionẽ beatorum, ſed iam perfectus quantum ad perfectionem uiatorum, currebat ad propoſitum atque deſtinatum brauium ſupernæ uocationis, coronam iuſtitiæ, incorruptam & incorruptibilem. Currebat autem per opera noua, nouitatis, aut hominis noui, ut in- *1.Cor.9.* quit, Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem uerberans: ſed caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo ne cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Vnde iã iam ad mortẽ poſitus, B ſciens hanc nouã uitã ſeu hunc curſum in noua uita aut nouæ uitæ probari apud Deum pro iuſtitia per reſpectum ad coronam ſeu brauium deſtinatum, dixit uerba ſupra poſi- *2.Tim.4.* ta, Ego enim iam delibor: & tempus meæ reſolutionis inſtat. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iudex non ſolùm autem mihi, ſed & iis qui diligũt aduentum eius. Eodem ſpectat quod Saluator noſter docens aliquem reſpectum eſſe iuſtitiæ dum homines adulti pœnitentes & beneuiuentes ad regnum perueniunt, dicit, A *Matt.11.* diebus Ioannis Baptiſtæ uſque nunc regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Qui habet aures audiendi, audiat. Quomodo poteſt regnum cœlorum uim pati: aut quomodo poſſunt uiolenti illud rapere: niſi quia in conſecutione illius eſt aliquis reſpectus iuſtitiæ, uel in ordine ad legem promittentem, uel in ordine ad dignitatem filiorum Dei adoptiuorum, uel ex aliqua ratione alia? Habent igitur filii Dei adoptiui ius ad regnum & hæreditatem, iamq; habent pro- *Rom.8.* prietatem eius quodammodo; quia ſi filii, & hæredes: licet adhuc non habeant eius poſſeſſionem, quam diu hic detinentur. Ita dicit Saluator noſter iuſtis hominibus, filiis Dei *Mat.25.* adoptiuis, Venite benedicti Patris mei s poſſidete paratum uobis regnum à conſtitutio- C ne mundi. Explicando autem quibus operibus nouæ uitæ tanquam per quandam iuſtitiam ad illam poſſeſſionem perueniant, dicit, Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus eram, & operuiſtis me: infirmus, & uiſitatis me: in carcere eram, & ueniſtis ad me. Quòd autem ita coronando Deus optimus habeat reſpectum iuſtitiæ, manifeſtè docet Apoſtolus *Rom.2.* Paulus dicens, Qui reddet unicuique ſecundum opera eius: iis quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, uitam æternam: iis autem qui ſunt ex contentione & qui non acquieſcunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci. Gloria autem & honor & pax, omni operanti bonum. Iudæo primùm & Græco. Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege & peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud *1.Cor.3.* Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur, Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Omnes e- *2.Cor.5.* nim nos manifeſtari oportet ante tribunal *Rom.14.* Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis pro ut geſsit, ſiue bonum, ſiue malũ. Similiter & Apoſtolus Paulus, In ueritate *Act.10.* comperio, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: Sed in omni gente, qui timet eum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.

ITA profectò reperimus ubique locorũ diuinarum ſcripturarum inchoatam nouitatem filiorum Dei adoptiuorum probari apud Deum pro iuſtitia: fidem, ſpem, charitatem, obedientiam erga Deum, pœnitentiam, bonam operationem: Deumq; optimum Maximum ſecũdum hoc hæc retribuere illis, non tanquã acceptor perſonarum ſit, ſed utique tanquam iudex iuſtus, qui reddit unicuique iuxta opera ſua: ſicut etiam alibi ipſe dicit, Neque enim Pater iudicat quenquam, ſed Pater omne iudicium dedit Filio. *Matt.16* Filius enim hominis uenturus eſt in gloria Patris ſui cum angelis ſuis; & tunc reddet unicuique ſecundum opera eius. Quidem ubi iudicat iudex iuſtus ſecundum opera uniuſcuiuſque & ſine acceptione perſonarum, ibi profectò eſt reſpectus iuſtitiæ.

ERGO filii Dei adoptiui, uiri iuſti & ſancti, ſaltem adulti, ſicut habent inchoatam nouitatem & inchoatam ſanctitatem: ita habent

E bent inchoatam inſtitiam operum, ut conſtat ex dictis. Illa inchoata iuſtitia operum, eſt in illis donum quoddam Dei, & probatur pro iuſtitia coràm Deo: atque ſine dubio nulla eſt ueritas huius generis magis nota in diuinis ſcripturis, quàm quod noſtra inchoata nouitas probatur coràm Deo pro iuſtitia. Quidem noſtra uiuificatio noſtraq; ſanatio, nihil eſt aliud quàm noſtra nouitas aut noſtra innouatio: quia quid aliud eſſe poteſt? Au-
Auguſt. Cap.26. tom.7. guſtinus autem in De natura & Gratia optimè theologizans, manifeſtè, bene, ac uerè exponit noſtram uiuificationem aut ſanationem etiam per noſtram iuſtificationem, dicens, Ipſe autem Deus cum per mediatorem Dei & hominum hominem Ieſum Chriſtum, ſpiritaliter ſanat ægrum uel uiuificat mortuum, ideſt, iuſtificat impium, & cum ad perfectam ſanitatem, hoc eſt, ad perfectam uitam iuſtitiamq; perduxerit, non deſerit ſi non deſeratur, ut piè ſemper inſteq; uiuatur. Hæc ille. Rectè ſapiens iuxta Apo-
Tit.3. ſtolum, qui cum dixiſſet, Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis. tanquam ipſa noſtra regeneratio & renouatio ſit re uera
Ibidem. noſtra inſtificatio, addidit, Vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem uitæ æternæ in Chriſto Ieſu domino noſtro. Quia autem regeneratio & renouatio eſt
F noſtra iuſtificatio; per conſequens opera regenerationis & renouationis, ſunto pera iuſtificationis: & probantur apud Deum pro talibus, ſicut noua creatura. Et quia certè cũ adiutorio Dei poſſumus iuſtè uiuere,
Tit.2. Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus: erudiens nos, ut abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſæculo, ſpectãtes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Poſſumus ergo iuſtè uiuere. Atque ſi iuſte uiuimus, probat Deus ipſam noſtram iuſtam ui-
Ezec.36. tam pro iuſtitia, qui dat unde iuſtè uiuamus, faciens etiam ut nos faciamus.

1.Tim.6 APOSTOLVS Paulus optimè inſtituens diſcipulum ſuum Timotheum, ita dixit, Sectare uerò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Ecce quando docet ſectandam eſſe iuſtitiam, non explicat ſolam fidem; ſed pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem: quidem tanquam hæc ſint, in quibus eſt iuſtitia, & quæ iuſtitiam conſtituunt. Et ſatis conſtat pertinere hæc, ad inchoatam nouitatem, atque pariter ad ſanctitatem. Idem uerbum in eandem ſententiam repetit Apo-
2.Tim.2 ſtolus ad eundem, dicens, Sectare uerò iuſtitiam, fidem, ſpem, & charitatem, & pacem G cum iis qui inuocant dominum de corde puro. Quid apertius deſideramus in ſcripturis Apoſtoli, pro hac ueritate? Docet nos debere omnino ſectari iuſtitiam, & declarando quæ eſt aut in quibus eſt illa iuſtitia, explicat fidem, ſpem, charitatem, pietatem, patientiam, manſuetudinem, & pacem cum iis qui inuocant dominum. Hæc eſt igitur iuſtitia, hæc eſt nouitas, hæc eſt ſanctitas: etiã apud Deum, cuius Apoſtolus eſt, eratq; Paulus, & in quo loquebatur Chriſtus.

Ponuntur & probantur nonnulla ueritates catholica de iuſtitia operum ſecundum obedientiam legis Dei, & impugnatur falſa doctrina Caluini in eo quòd putat docetq;, non eſſe iuſtitiam operum niſi in perfecta legis obedientia, nec eſſe homines ſanctos in ſeipſis iuſtos, ſed iniuſtos: & declaratur quomodo ſancti homines ſint & dicantur iuſti quoad iuſtitiam operum, etiam ſi aliquando & ſæpe à lege deficiant. Agitur pro inchoata operum iuſtitia, quam uiri iuſti habent in hoc ſæculo, & probatur illa manifeſtè ex ſcriptura diuina, ex Auguſtino, Hieronymo, Baſilio, & Bernardo.

CAP. XXII.

QVOT quot igitur Chriſtiani ſumus, ſecundum Dei ſanctum Euangelium has ſequentes ueritates catholicas conſtantiſsimè credere debemus & ſtatuere, Pri- H mam, quæ eſt huiuſmodi:
Verit.1. Danda eſt, ponenda, concedenda & obſeruanda iuſtitia operum, quæ attenditur & eſt ſecũ-
Verit.2 dum obſeruantiam legis Dei. Secundam, quæ eſt: Perfecta iuſtitia huiuſmodi, ſeu perfectio huius iuſtitiæ operum, proponitur nobis imitanda, deſideranda, inquirenda & per quirenda, tanquam nobis in hoc ſæculo poſ-
Verit.3. ſibilis. Tertiam, uerò quæ ita habet; Omnes homines hic ſecundum communem legẽ Dei uiuentes, etiam uiri perfecti, habent undequotidie non ſolùm ſecundum humilitatem, ſed etiam ſecundum ueritatem Deo dicãt, Et dimitte nobis debita noſtra: ob quod certè & à lege Dei, & à iuſtitia operum quæ eſt ſecundum illam, aliquomodo deficiunt.
Verit.4. Quartam, huius ſententiæ; Omnes homines credentes, ſperantes, diligentes, Deo obedientes, ſecundum legem Dei uiuere uolentes & pro eo nitentes atque elaborantes, iam eo ipſo habent inchoatam iuſtitiam operũ, ſecundum quod re uera habent inchoatam obedientiam legis: etiam ſi à perfecta legis obedientia deficiant, & nonnullas habeant immunditias, aut coinquinationes. Prima ueritas

A ueritas harum conſtat manifeſtè ex illis locis
Probat.1. diuinarum ſcripturarum non paucis, nec ob
Verit.1. ſcuris, quæ iam adduximus. Niſi abundaue
Matt.5. rit iuſtitia ueſtra pluſquam Scribarum & Pha
Matt.6. riſæorum, non intrabitis in regnum cœlo-
Rom.2. rum. Attendite ne iuſtitiam ueſtram facia-
tis coràm hominibus, ut uideamini ab eis.
Rom.10. Factores legis iuſtificabuntur. Ignorantes
enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſta-
Rom.10. tuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Moſes
enim ſcripſit, quoniam iuſtitiam quæ ex le-
Ezec.18. ge eſt, Qui fecerit homo, uiuet in ea. Si au-
tem impius egerit pœnitentiam ab omnibus
peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit
omnia præcepta mea, & fecerit iudicium &
iuſtitiam: uita uiuet, & non morietur. Om-
nium iniquitatum eius quas operatus eſt, nō
recordabor: in iuſtitia ſua, quam operatus
Luc.1. eſt, uiuet. Erant autem iuſti ambo, incedē-
tes in omnibus mandatis & iuſtificationibus
1.Cor.7. domini ſine querela. Circunciſio nihil eſt, &
præputium nihil eſt, ſed obſeruatio manda-
torum Dei. Si autem uis ad uitam ingredi,
ſerua mandata: nempe ad uitam æternam, ad
quam non ingrediuntur niſi omnes & ſoli iu
ſti. et multa alia. In quibus profectò ſatis
conſtat quòd Euangelium & lex, nouum ui
delicet & uetus teſtamentum, iuſtitiam ope
rum proponunt & prædicant obſeruandam,
B ſecundum obedientiam legis & mandatorū
diuinorum: quam ueritatem notiſsimam ui
dit etiam & confeſſus eſt Caluinus ut uiſum
eſt in ſuis uerbis iam adductis, niſi quòd il-
lam malè intellexit, putans iuſtitiam operū
duntaxat conſtitutam eſſe in perfecta legis
obedientia, quaſi nulla ſit operum iuſtitia,
niſi quando eſt perfecta legis obedientia: con
tra quem eius errorem iam multa adduxi-
mus, & modò adducimus. Manifeſta eſt
igitur prima hæc ueritas, & nullo modo
poteſt negari ab eo, qui diuinas ſcripturas
receperit: ob quod de illa nunc ſatis, cum
per ſe admodum ſit manifeſta, & quia il-
lam concedunt omnes, etiam aduerſarii.
Probat. Secunda ueritas etiam eſt notiſsima, ex diui-
Verit.2. nis ſcripturis notiſsimis, quæ illam probant
notiſsimè. Ita enim pro ea ſcriptum eſt. Tu
autē perfectus eris coràm domino Deo tuo.
Ibidem. Et ibidem, Et non erit inconſummatus in fi
Matt.5. liis Iſrael. Alibi, Eſtote perfecti, ſicut Pater
2.Cor.13. ueſter cœleſtis perfectus eſt. De cætero fra-
Col.1. tres gaudete, perfecti eſtote. Corripientes
omnem hominem, & docentes in omni ſa-
pientia, ut exhibeamus omnem hominem
Philip.2. perfectum in Chriſto. Omnia facite ſine mur
muratione & hæſitatione, ut ſitis irrepræhen
ſibiles & ſimplices, ſicut filii Dei immacula
Eph.1. ti. Benedictus Deus & Pater domini noſtri
Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni bene C
dictione ſpiritali, in cœleſtibus in Chriſto
Ieſu, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi con
ſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immacula
ti in conſpectu eius. Et uos cum eſſetis ali- *Col.1.*
quando alienati & inimici ſenſu in operibus
malis, nunc autem reconciliati in corpore
carnis eius per mortem eius, exhibete uos
ſanctos & immaculatos & irrepræhenſibiles.
Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, *Ephes.5.*
non habentem maculam aut rugam, aut ali
quid huiuſmodi, ut ſit ſancta & immaculata.
Sobrii eſtote, & iuſti, & nolite peccare. Pro *1.Corint.*
pter quod ſuccinti lumbos mentis neſtræ, *1.Pet.1.*
ſobrii, perfecti, ſperate in eam quæ offertur
uobis gratiam, quaſi filii obedientiæ, non
configurati prioribus ignorantiæ ueſtræ con-
cupiſcentiis, ſed ſecundum eum qui uocauit
uos ſanctum, & ipſi ſancti in omni conuerſa
tione ſitis, quia ſcriptum eſt, Sancti eritis, *Leuit 19.*
quia ego ſanctus ſum. Domine, quis habita *Pſal.14*
bit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet
in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine ma
cula, & operatur iuſtitiam. Quis aſcendit in
montem domini, aut quis ſtabit in loco ſan-
cto eius? Innocens manibus & mundo cor-
de. Et ero immaculatus cum eo. Beati im- *Pſal.118.*
maculati in uia, qui ambulant in lege domi-
ni. Alibi, Diligit dominus ſancta corda, ac- D
cepti ſunt autem illi omnes immaculati. Me *Pſal.118.*
mor fui nocte nominis tui domine, & cuſto *Pſal.100*
diui legem tuam. Perambulabam in innocē
tia cordis mei, in medio domus tuæ. Fiat
cor meum immaculatum, ut non confun-
dar. Greſſus meos dirige ſecundum eloquiū
tuum, ut non dominetur mei omnis iniuſti-
tia. Redime me à calumniis hominum, ut *Pſal.118*
cuſtodiam mandata tua. Tu autem reuerte- *Deut.30.*
ris, & audies uocem domini Dei tui, facieſq;
uniuerſa mandata quæ ego præcipio tibi ho-
die, & abundare te faciet dominus Deus tuus
in cunctis operibus manuū tuarum in ſobo-
le uteri tui, & in fructu iumentorum tuorū,
in ubertate terræ tuæ, & in rerum omnium
largitate. Reuertetur enim dominus, ut gau-
deat ſuper te in omnibus bonis, ſicut gaui-
ſus eſt in patribus tuis, ſi tamen audieris uo
cem domini Dei tui, & cuſtodieris præcep-
ta eius & ceremonias quæ in hac lege ſcripta
ſunt & reuertaris ad Dominum Deum tuū
in toto corde tuo, & in tota anima tua. Mā
datum hoc quod ego præcipio tibi, hodie,
non ſupra te eſt, neque procul poſitum, nec
in cœlo ſitum, ut poſsis dicere, Quis noſtrū
ualet ad cœlum aſcendere, ut deferat illud
ad nos, ut audiamus, atque opere complea
mus? Neq; trans mare poſitum ut cauſeris,
& dicas, Quis è nobis poterit transfretare

 mare,

E mare, & illnd ad nos uſque defferre, ut poſ-
ſimus audire & facere quod præceptum eſt?
Sed iuxta te eſt ſermo ualde in ore tuo & in
corde tuo, ut facias illum. Conſidera quòd
hodie propoſuerim in conſpectu tuo uitam
& bonũ,& è contrario mortẽ & malũ, ut dili
gas dominũ Deũ tuum,& ambules in uiis e-
ius, & cuſtodias mãdata ilius ac ceremonias
atque iudicia, & uiuas, atque multiplicet te,
benedicatq; tibi in terra ad qnam ingredieris
poſsidendam. Si autem auerſum fuerit cor
tuum, & audire nolueris, atque errore dece-
ptus adoraueris deos alienos & ſeruieris eis,
prædico tibi hodie quòd pereas, & paruo tẽ-
pore moreris in terra ad quam Iordane tranſ
miſſo ingredieris poſsidendam. Teſtes inuo-
co hodie cœlum & terram, quòd propoſue-
rim uobis uitam & bonum, benedictionem
& maledictionem. Elige ergo uitam, ut & tu
uiuas, & ſemen tuum, & diligas dominum
Pſal. 18. Deum tuum, atque obedias uoci eius, & illi
adhæreas. Fiat cor meum immaculatum, ut
non confundar. Venite ad me omnes qui la-
boratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos.
Mat. 11. Tollite iugum meum ſuper uos & diſcite à
me, quia mitis ſum & humilis corde, & inue-
nietis requiem animabus ueſtris. Iugũ enim
F meum ſuaue eſt,& onus meum leue. Hæc eſt
1. Ioan. 5. charitas Dei, ut mandata eius obſeruemus,
& mandata eius grauia nõ ſunt. Nemini quic
Rom. 13. quam debeatis; niſi, ut inuicem diligatis. Qui
enim diligit proximum, legem impleuit. Nã
non adulterabis, Non occides, Non ſurabe-
ris, Non falſum teſtimonium dices, Non con
cupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum: in
hoc uerbo inſtauratur, Diliges proximum tu
um ſicut te ipſum. Dilectio proximi, malum
non operatur. Plenitudo ergo legis, eſt dile-
ctio. Et in hoc ſcimus quoniam coguouimus
1. Ioan. 2. eum ſi mandata eius obſeruamus, Qui dicit ſe
noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit,
mendax eſt,& in eo ueritas non eſt. Qui autẽ
ſeruat uerbum eius, uerè in hoc charitas Dei
perfecta eſt. Si autem uis ad uitam ingredi, ſer
Matt. 19. ua mandata. Vir erat in terra us, nomine Iob,
Et uir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum
Iob. 1. & recedens à malo. Nunquid conſideraſti
ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in
Iob. 2. terra, Vir ſimplex & rectus, ac timens Deum
& recedens à malo, & adhuc retinens innocẽ
Iob. 23. tiam? Vias enim eius cuſtodiui, & non decli-
Iob. 29. naui à mandatis eius, neque diſcedam. Iuſti-
tia ueſtitus eram, & circundedi mihi iudiciũ,
ſicut chlamydem. Hæc, & multa alia diuina te
ſtimonia quæ facillimè adhuc ex diuinis ſcri-
pturis adduci poſſent, ſatis demonſtrant eui-
denter, proponi nobis legem Dei tanquam
poſsibilis obſeruantiæ, atque perfectam iuſti

tiam operum per cõſequens, quæ in legis ob- G
ſeruantia conſiſtit, ſimul & innocentiam: om-
nino ſicut dicit ſecunda ueritas. Sic enim legi
mus inter alia multa, Noe uir iuſtus atq; per- *Geneſ. 6.*
ſectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo
ambulauit, & genuit tres filios Sem, Cham, &
Iapheth. Et iterum, Noe inuentus eſt perfe- *Eccl. 44.*
ctus, iuſtus, & in tempore iracundiæ factus
eſt reconciliatio. Et Saluator noſter cuidam
homini, tanquam ſingulis hominibus in illo,
ſub regula generali dixit, Si uis perfectus eſſe, *Mat. 19.*
uade, uende omnia quæ habes, & da pauperi-
bus, & habebis theſaurum in cœlo; & ueni ſe
quere me. Tertia ueritas ſimiliter eſt manife- *Probat. Verit. 3.*
ſta ex diuinis ſcripturis, & uerbis ſanctorum,
iuſtorum, atque perfectorum hominum, qui
fuerunt in hoc ſæculo. Dicit enim diuus Ioan
nes, Si dixerimus quoniam peccatum non ha *1. Ioan. 1.*
bemus; ipſi nos ſeducimus, & ueritas in no-
bis non eſt. Si confiteamur peccata noſtra; fi-
delis eſt & iuſtus, ut remittat nobis peccata
noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si
dixerimus quoniam non peccauimus: men-
dacem facimus eum, & uerbum eius non eſt
in nobis. Dicit etiam ſanctus Dauid, Non in-
tres in iudicio cum ſeruo tuo domine, quia
non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis ui-
uens. Amplius laua me domine ab iniuſtitia
mea, & à delicto meo munda me. Cor mun- *Pſal. 50.*
dum crea in me Deus. Si iniquitates obſerua H
ueris domine, domine quis ſuſtinebit? Dicit *Pſal. 129*
quoque & ſanctus Iob, Nunquid iuſtificari *Iob. 26.*
poteſt homo comparatus Deo, aut apparere
mundus natus de muliere? Ecce luna etiam
non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in cõ-
ſpectu eius: Quanto magis homo putredo, &
filius hominis uermis? Quantus ergo ſum *Iob. 7.*
ego, ut reſpondeam ei, loquar uerbis meis cũ
eo? Qui etiam ſi habuero quippiam iuſtum,
non reſpondebo, ſed meum iudicem depreca
bor. Si iuſtificare me uoluero, os meum con-
demnabit me: ſi innocentem oſtendere, pra-
uum me comprobabit. Etiam ſi ſimplex fue-
ro, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tæde-
bit me uitæ meæ. Militia eſt uita hominis ſu-
per terrã; & ſicut dies mercenarii, dies eius. *Iob. 7.*
Quis mundus eſt à peccato? Nec infans, cuius
eſt unius diei uita ſuper terram. Dauid rur-
ſus. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo *Pſal. 115*
mendax. Omnes declinauerunt, ſimul inuti- *Pſal. 13.*
les facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non *& Pſal.*
eſt uſq; ad unum. Sepulchrum patens eſt gut- *52.*
tur eorum, linguis ſuis doloſè agebant; uene *Rom. 3.*
num Aſpidum ſub labiis eorum. Quorum os
maledictione & amaritudine plenum eſt: Ve
loces pedes eorum ad effundendum ſangui-
nem. Contritio & infœlicitas in uiis eorum,
& uiam pacis non cognouerunt, non eſt ti-
mor

A mor Dei ante oculos eorum. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut uideat ſi eſt intelligens aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. & alia quæ ſtatim poſuimus. Apoſtolus *Rom.7.* Paulus ſimiliter ait, Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Nam uelle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod uolo bonum, hoc facio, ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ. Inuenio igitur legem, uolenti mihi facere bonum: quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei ſecũdum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in mẽbris meis. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei; carne au*Rom.6.* tem, legi peccati. An neſcitis quoniam cui exhibetis uos ſeruos ad obediendum; ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? Hæc & multa alia ſimilia diuinarum ſcripturarum teſtimo-B nia, ſatis oſtendunt, habere omnes homines huius ſæculi ſanctos, iuſtos, & perfectos, defectum aliquem in obedientia legis Dei & iuſtitia operum quæ eſt ſecundum illam, ſicut dicitur in tertia ueritate. Quod etiam omnes in eo oſtendunt; quo omnes illi non ſolùm ſe*Mat.6.* cundum humilitatem, ſed etiam ſecundum ueritatem dicunt quotidie Deo, Et dimitte nobis debita noſtra. Ita enim dicimus omnes homines; quot quot ſumus in Eccleſia Dei: omnes ut omnes, & omnes ut ſinguli: cuiuſuis ſtatus ſimus, ætatis, ordinis, gradus, conditionis, fortunæ: incipientes, proficientes, & perfecti. Et dimitte nobis debita noſtra. Saltẽ propter uenialia ſeu leuia delicta, ſine quibus mortalis hæc uita non ducitur. Septies in die cadit iuſtus. Sic ergo docent nos dicere hæc uerba ſanctorum hominum, iuſtorum, & perfectorum in ſacris literis contenta, expreſſa, ac ueriſsima: ſicut exprimit, continet, & do*Probat. uerit. 4.* cet hæc tertia ueritas. Quarta autem ueritas de qua modò magis, etiam profectò eſt notiſſima ex diuinis ſcripturis & ſanctorum doctorum manifeſtis teſtimoniis, non minus, quã ueritates aliæ tres præcedentes. Naſcitur enĩ & ducitur hæc quarta ex prima, in illa continetur, ex illa profertur, & in illã reſoluitur. Namque ſi danda eſt, ponenda, concedenda, & obſeruanda iuſtitia operum, quæ attenditur & eſt ſecundum obſeruantiam legis Dei, ut dicit prima ueritas, & eſt uerisſimum: irrefragabiliter ſequitur quarta ueritas, quòd C credentes homines, ſperantes, diligentes, Deo obedientes, ſecundum legem Dei uiuere uolentes proque eo adnitentes atque laborantes, iam eo ipſo habent inchoatam operum iuſtitiam, ſecundũ quod habent inchoatam legis Dei obſeruantiam; licet à perfecta legis obſeruantia ſeu obedientia aliquando, aut ſæpe deficiant. Eſt.n. notiſsimum, quòd ſi perfecta iuſtitia operum, eſt imperfecta obedientia uel obſeruantia legis, inchoata operũ iuſtitia, eſt in inchoata legis obedientia uel obſeruantia: ſicut namque perfectum ad perfectum, ita imperfectum ad imperfectum, & ita inchoatum ad inchoatũ. Diſgregat enim quidem perfectè, perfectum album, & diſgregat imperfectè, album imperfectum: atque perfectus calor perfectè caleſacit; imperfectus autem, imperfectè. Similiter perfecta albedo perfectè dealbat formaliter, imperfectè uerò imperfecta. Vnde igitur ſi perfecta obedientia legis perfectè iuſtificat in ipſo genere iuſtitiæ operum, ut re uera ita eſt, nec poteſt non ita eſſe: eo ipſo imperfecta legis obedientia imperfectè iuſtificat in ipſo genere iuſtitiæ, & inchoata obedientia inchoatam habet iuſtitiam. Sicut perfectum ad perfectum, ſic D imperfectum ad imperfectum. Generaliter *Ethic. 1.* docuit Ariſtoteles quòd idem opus genere dicimus eſſe huius & huius ſtudioſi. Verbigratia, idem opus genere dicimus eſſe Cithariſtæ & ſtudioſi Cithariſtæ, quia in genere, Cithariſtæ opus eſt, Citharizare: ob quod quidem omnis Cithariſta Citharizat, ſed bonus, ſtudioſus, & perfectus Citharizat bene, ſtudioſè, ac perfectè: alius autem non ita. Sic homo obediens Deo, Omnis quidem obediens obedit, quia in genere, opus obedientis eſt, obedire: ſicut opus Cithariſtæ in genere, eſt Citharizare. Bene autem, ſtudioſè, atq; perfectè obedire, eſt boni, ſtudioſi, atque perfecti obedientis. Ergo quiſquis obedit Deo, credendo, ſperando, diligẽdo, bonam uitam pro ponendo ſecundum legem Dei, & pro illa adnitendo ac laborando, iam eſt obediens, & ſaltem inchoatam habet obedientiam, quo uſq; illam habeat perfectam. Igitur & omnis talis habet inchoatam iuſtitiam operum, ſecundũ quòd habet inchoatam obedientiam legis Dei. Quandoquidem reſpicit operum iuſtitia, legis obedientiam. Quid dico, Reſpicit? Dicturus enim potius eram, Eſt, Ipſa namq; operum iuſtitia, eſt legis obedientia: maior uel maior, minor uel minor. Atque ipſa legis *Rom.7.* obedientia, ſimili modo eſt operum iuſtitia: ſicut, Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum. Vt etiam iam docuimus ex diuo Anſelmo, Richardo, & aliis.

E Nunquid ideo obedientia legis neganda eſt, eſſe operum iuſtitia ſaltem inchoata, quia nõ eſt perfecta legis obedientia? Abſit. Diuus Ioannes inquit, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. Non dicit ſolùm, qui facit omnem iuſtitiam: nec dicit tantùm, Qui habet totam ſeu perfectam legis obedientiam: Sed dicit abundantius, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, Ideſt, ex illa parte iam eſt iuſtus, qua iuſtitiam facit: & niſi aliunde iniuſtitiam haberet, ſaluus foret. Quæ eſt autem illa iuſtitia, quam qui facit, iuſtus eſt? Quidem eſt id, quod facit homo, obediens Deo: credere, ſperare, diligere, bonam uitam proponere, ſecundum legem Dei operari, pro eoque uiti, atque laborare. De qui-

Rom. 10 buſdam dicit Apoſtolus, quòd iuſtitiam ſuam ſtatuere uolentes, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti: quo loco iuſtitiam legis & operum appellat iuſtitiam ipſorum hominum, quam legis & operum iuſtitiam conſtat illos homines non habuiſſe perfectam, ſed truncatam, mutilam, & in parte. Similiter & ſuam operum & legis iuſtitiam memorat Apoſtolus ad Phi-

Philip. 3 lippenſes, aſſerens quòd ſuam iuſtitiam, quæ ex lege erat, habebat olĩ ſine querela: de qua tamen conſtat ſatis, quòd non fuit tunc ſecundum perfectam legis obedientiam, aut obſeruantiam. Quam ob rem igitur manifeſtum

F eſt, homines hic uiuentes in eo gradu habere iuſtitiam operum, in quo habent obedientiã legis: & non requiri, ut ea obedientia ſit perfecta, quo dicatur. n. aut ſit iuſtitia. Zachariæ & Elizabeth conueniebat etiam, quod diuus

1. Ioan. 1. Ioannes dicit, Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. unde certè & illi inchoatam habebant legis obedientiam: de illis ta-

Luca 1. men ueriſsimè dixit Euangeliſta, Erant autẽ iuſti ambo ante Deum. & declarans, quòd ea eſſet etiam iuſtitia operum, addidit, Incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela. Eſt ergo inuictiſsima demonſtratio in re noſtra, ſi ſic dicamus: Perfecta iuſtitia operum, eſt in perfecta obedientia legis; igitur inchoata operum iuſtitia, eſt in inchoata legis obedientia. Abſolutè & ge-

Richard. neraliter, & ueriſsimè dixit Richardus ubi ſupra, Quid enim rectius dicitur iuſtitia, quàm

Anſelm. diuini mandati obſeruantia? Et Anſelmus etiam ubi ſupra, abſolutè, generaliter, ac ueriſſimè dixit, quòd ſubiectio ſeu obedientia uoluntatis noſtræ ad uoluntatem diuinam, eſt iuſtitia, qua iuſti ſumus, & honor quem debemus Deo, ac quem à nobis requirit Deus. Vbi eſt igitur perfecta obedientia ſeu ſubiectio hæc perfecta iuſtitia exiſtit: & ubi eſt inchoata obedientia, eſt etiam iuſtitia ipſa in-

Auguſt. choata. Auguſtinus ponit manifeſtè & conſtantiſsimè omnes has quatuor ueritates, G

Primam in locis iam ſuperius allegatis, & in aliis inferius allegandis: Secundam & tertiam etiam in locis quos memorauimus, ſpecialiter uerò in De peccatorum meritis, & remiſsione, ubi quadripertitam facit quæſtionem, agens de illo quod Pelagiani dicebant, Eſſe poſſe in hac uita hominem ſine peccato: dicit enim, Sed alia quæſtio eſt, *Lib. 2.* Vtrum eſſe poſsit; alia, Vtrùm ſit? alia, Si nõ *cap. 6.* eſt cum poſsit eſſe, cur non ſit alia? Vtrùm *tom. 7.* qui omnino nunquam ullum peccatum habuerit, non ſolùm quiſquam ſit, uerùm etiã poterit aliquando eſſe, uel poſsit? Ibique reſpondendo ad primam harum quæſtionum ait, In hac quadripertita propoſitione quæſtionum ſi à me quæratur, Vtrùm homo ſine peccato poſsit eſſe in hac uita, confitebor poſſe per Dei gratiam & liberum eius arbitrium. Et paulò poſt reſpondendo ad ſecundam quæſtionem dicit, Si autem quod ſecun *Ibidem.* do loco poſueram, quæratur, Vtrum ſit? eſ- *Cap. 7.* ſe non credo. Magis enim credo ſcripturæ dicenti, Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo, *Pſal. 142* quoniam non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Et ideo miſericordia Dei opus eſt, quæ ſuper exaltat iudicio, quæ illi nõ erit, qui non facit miſericordiam. Et quod *Pſal. 31.* Propheta cùm diceret, Dixi, pronunciabo H aduerſum me delictum meum domino, & tu dimiſiſti impietatem cordis mei: Continuò ſubiunxit, Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore oportuno. Non ergo omnis peccator, ſed omnis ſanctus: nox enim ſanctorum eſt, Si dixerimus quia peccatum non ha- *1. Ioan. 1.* bemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt, &c. Quartam autem ueritatem hanc noſtram catholicam ponit Auguſtinus expreſsè in libro illo ſuo famoſo, De *To. eod. 7* perfectione iuſtitiæ, ubi manifeſtè docet, quòd uiri ſancti etiam in hoc ſæculo habent inchoatam iuſtitiam, quæ eſt ſecundum obedientiam legis Dei, credendo, ſperando, diligendo, ſecundum legem Dei uiuendo, ad perfectionem nitendo, & pro illa laborando, cõtra uitia pugnando, & concupiſcentiæ diſſentiendo, illiq; repugnando, nec negligendo. Erat enim ibi ſermo de perfectione iuſtitiæ hominis, contra Cœleſtium Pelagianum defendentem libertatem arbitrii, & non peccandi poſsibilitatem ex naturalibus. Dicebat Cœleſtius, Quærendum eſt, An uelit Deus *Ratio. 7* hominem ſine peccato eſſe? Procul dubio uult, & procul dubio poteſt. Quis enim tam demens eſt, ut uel dubitet fieri poſſe, quod Deum uelle non dubitat? Reſpondet Auguſtinus, Si nollet Deus hominem ſine peccato eſſe, non mitteret Filium ſuum ſine peccato,

A to, qui ſanaret homines à peccatis. Hoc fit in credentibus & proficientibus renouatione interioris hominis de die in diem, donec fiat perfecta iuſtitia tanquam ſanitas plena. *Ad ratio ci. 8.* Infra, Iam ſuperius reſponſum eſt, ſed addendum uideo, quòd ſpe ſalui facti ſumus. Spes autem, quæ uidetur, nō eſt ſpes. Quod enim uidet quis, quid ſperat? Si autem quod non uidemus, ſperamus, per patientiam expectamus. Tunc ergo erit plena iuſtitia, quando plena ſanitas: tunc plena ſanitas, quando plena charitas. Plenitudo enim legis charitas. Tunc autem plena chatitas, quando uidebimus eum, ſicuti eſt. Neque enim erit, quod addatur ad dilectionem, cùm fides peruenerit ad uiſionem. Hæc ille. *Ibidem. Ad 16.* Infra abundantius, ad quandam ratiocinationem Cœleſtii dicit, Nos reſpōdemus nullum cum eis de his uerbis eſſe debere conflictum, quia non eſt auſus dicere hominem eſſe ſine peccato, uel aliquem, uel ſeipſum, ſed tantummodo eſſe poſſe, reſpondit, quod neque nos negamus. Quando autem poſsit, & per quem poſsit, hoc quæritur. Si enim modo eſt, &c. Deinde magis latè, magisq; clarè agens ad propoſi- *Ratioc. 17* tum, cū incœpiſſet, aut uellet Cœleſtius proponere teſtimonia, quibus probatur præceptum eſſe homini, ut abſque peccato ſit: Dixit Auguſtinus. Ad hoc reſpondemus, Non

B utrùm præceptum ſit quæritur, quod ualde manifeſtum eſt: ſed hoc ipſum quod præceptum eſſe conſtat, Vtrùm in corpore mortis *Galat. 5.* huius poſsit impleri, ubi caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, ut non ea, quæ uolumus, faciamus. De quo corpore mortis huius, non omnis liberatur, qui finit hanc uitam, ſed qui in hac uita ſuſceperit gratiam, & ne in uanum ſuſcipiat, bonis operibus egerit. Aliud eſt enim exire de hoc corpore, quod omnes homines dies uitæ huius ultimus cogit: aliud eſt autem liberari de corpore mortis huius, quod ſola Dei gratia per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ſanctis & fidelibus eius impertit. Poſt hanc autem uitam merces perficiens redditur, ſed eis tantùm, à quibus in hac uita eiuſdem mercedis meritum comparatur. Non enim ad ſaturitatem iuſtitiæ, cùm hinc exierit quiſq; perueniet, niſi ad eam, cum hic eſt, *Matt. 5.* eſuriendo & ſitiendo cucurrerit. Beati quippe qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam *2. Cor. 5.* ipſi ſaturabuntur. Quamdiu ergo peregrinantes à domino per fidem ambulamus, non *Abac. 2.* per ſpeciem, unde dictum eſt, Iuſtus ex fide uiuit: hæc noſtra in ipſa peregrinatione iuſtitia, ut ad illam perfectionē plenitudinemq; *Rom. 1.* iuſtitiæ ubi in ſpecie decoris eius iam plena & perfecta charitas erit, Nunc ipſius curſus rectitudine & perfectione tendamus, caſtigando corpus noſtrum & ſeruituti ſubiiciendo, & eleemoſynas in dandis beneficiis, & dimittendis quæ in nos ſunt commiſſa peccatis, hilariter & ex corde faciendo, & orationibus indeſinenter inſiſtendo, & hoc faciendo in doctrina ſana qua ædificatur fides recta, ſpes firma charitas pura. Hæc eſt noſtra iuſtitia qua currimus, eſuriētes & ſitientes ad perfectionem plenitudinemq; iuſtitiæ, ut ea poſtea ſaturemur. Hæc ille Aug. Quibus ob maiorem declarationē adiecit, dicēs ſtatim, *Ibidem. Matt. 6.* Vnde dominus in Euangelio cū dixiſſet, Nolite facere iuſtitiam ueſtrā corām hominibus ut uideamini ab eis: ne iſtum noſtrum curſum fine humanæ gloriæ metiremur, non eſt in expoſitione iuſtitiæ ipſius executus, niſi tria hæc, ieiunium, eleemoſynas, orationes: Ieiunio ſcilicet uniuerſam corporis caſtigationem ſignificans: eleemoſynis omnem beneuolentiam & beneficentiam, uel dandi, uel ignoſcendi: & oratione inſinuans omnes regulas ſancti deſiderii: Vt quoniam in caſtigatione corporis frenatur concupiſcentia, quæ non frenari, ſed omnino eſſe non debet, nec erit in illa perfectione iuſtitiæ, ubi nullū erit omnino peccatum, & ſæpe in uſu rerum etiam conceſſarum atque licitarum exerit immoderationem ſuam: in ipſa uerò beneficentia qua iuſtus conſulit proximo, quædā

D fiunt quæ obſunt cum prodeſſe putata ſint, & aliquando per infirmitatem, uel cum minus ſufficitur neceſsitatibus aliorum, uel parum in eis proficit quod benignitatis ac laboris impenditur, ſurrepit tædium, quo fuſcetur hilaritas, in qua datorem diligit Deus. Surrepit autem tanto magis, quanto minus quiſque, & tanto minus, quanto magis profecerit. His atque huiuſmodi conſideratis, meritò in oratione dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. ſi tamen quod dicimus, faciamus, ut uel ipſi etiam diligantur inimici, uel ſi quiſquam adhuc in Chriſto paruulus hoc nodum faciat, pœnitenti tamen, quod in eo quiſque peccauit, & ueniam petenti ex intimo cordis ignoſcat, ſi uult ut eius orationem Pater cœleſtis exaudiat. In qua oratione ſi contentioſi eſſe nolumus, ſatis nobis propoſitum ſpeculum eſt, ubi inſpicitur uita iuſtorum qui ex fide uiuunt, & perfectè currunt, quamuis ſine peccato nō ſint. Vnde dicunt, Dimitte nobis: quia nondum quò curritur, peruenerunt. *Philip. 3.* Hinc dicit Apoſtolus, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus ſim, fratres ego non me arbitror apprehendiſſe, unum autem, quæ retro ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus, ſecun

E dum intentionem ſequor ad palmam ſuper-
1. Cor. 13. næ uocationis Dei in Chriſto Ieſu. Quot
quot ergo perfecti hoc ſapiamus: ideſt, quot
quot perfectè currimus, hoc ſapiamus quod
nondum perfecti ſumus, ut illhic perficia-
mur quo perfectè adhuc currimus: Vt cum
uenerit quod perfectum eſt, quod ex parte
eſt deſtruatur: ideſt, non iam ex parte ſit,
ſed ex toto; quia fidei & ſpei iam res ipſa nõ
quæ credatur & ſperetur, ſed quæ uideatur
teneaturq́; ſuccedet. Charitas autem quæ in
his tribus maior eſt, non auferatur ſed au-
geatur & impleatur, contemplata quod cre-
debat & quod ſperabat adepta. In qua Pleni
tudine charitatis præceptum illud implebi-
tur, Diliges dominum Deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota
mente tua. Nam cum eſt adhuc aliquid car-
nalis concupiſcentiæ, quod uel continendo
frenetur, non omnino ex tota anima diligi-
tur Deus. Non enim caro ſine anima con-
cupiſcit quamuis caro concupiſcere dicatur,
quia carnaliter anima concupiſcit. Tunc erit
iuſtus ſine ullo omnino peccato, quia nulla
lex erit in membris eius repugnans legi men
tis eius, ſed prorſus toto corde, tota anima,
tota mente diliget Deum, quod eſt primum
ſummumq́; præceptum. Cur ergo non præ-
ciperetur homini iſta perfectio, quamuis eã
F in hac uita nemo habeat? Nõ enim rectè cur
ritur, ſi quo currendum eſt neſciatur. Quo-
modo autem ſciretur, ſi nullis præceptis o-
ſtenderetur? Sic ergo curramus, ut compræ
hendamus. Omnes enim qui rectè currunt,
comprænhendent: Non ſicut in agone thea-
trico, omnes quidem currunt, ſed unus ac-
cipit palmam. Curramus credendo, ſperan-
do, deſiderando, curramus corpus caſtigan
do, & eleemoſynas in dandis bonis malisq́;
ignoſcendis, hilariter & ex toto corde facien
do, & currentium uires ut adiuuentur oran-
do, & ſic audiamus præcepta perfectionis,
ne currere negligamus ad plenitudinem cha
ritatis. Hæc Auguſtinus. Qui idem poſt ibi
adducta teſtimonia quibus homini propo-
nitur & præcipitur perfectũ eſſe ac ſine pec-
cato uiuere, dixit ſtatim, Horum teſtimo-
niorum aliqua currentes exhortantur, ut per
fectè currant: aliqua ipſum finem comme-
morant quo currendo pertendant. Ingredi
antem ſine macula non abſurdè etiam ille di-
citur, non qui iam perfectus eſt, ſed qui ad
ipſam perfectionem irreprænhenſibiliter cur-
rit, carens criminibus damnabilibus, atque
ipſa peccata uenialia non negligens mundare
eleemoſynis. Ingreſſum quippe hoc iter no
ſtrum quo tendimus ad perfectionem, mun-
da mundat oratio. Munda eſt autem oratio,
ubi ueraciter dicitur, Dimitte nobis, ſicut G
& nos dimittimus. Hæc ille. Ecce maniſe-
ſtè dicit Auguſtinus, Quàm diu ergo pere-
grinantes à domino per fidem ambulamus,
non per ſpeciem, unde dictum eſt, Iuſtus *Abac. 2.*
ex fide uiuit. Hæc eſt noſtra in ipſa peregri- *Rom. 1.*
natione iuſtitia, ut ad illam perfectionem
plenitudinemq́; iuſtitiæ ubi in ſpecie decoris
eius iam plena & perfecta charitas erit, nunc
ipſius curſus rectitudine & perfectione ten-
damus, caſtigando corpus noſtrum & ſerui-
tuti ſubiiciendo, & eleemoſynas in dandis
beneficiis, & dimittendis quæ in nos ſunt cõ
miſſa peccatis, hilariter & ex corde facien-
do, & orationibus indeſinenter inſiſtendo,
& hoc faciendo in doctrina ſana qua ædifica-
tur fides recta, ſpes firma, charitas pura.
Hæc eſt noſtra iuſtitia qua currimus, eſuriẽ-
tes & ſitientes ad perfectionem plenitudi-
nemq́; iuſtitiæ, ut ea poſtea ſaturemur. In-
fra, Ingredi autem ſine macula non abſur-
dè etiam ille dicitur, non qui iam perfectus
eſt, ſed qui ad ipſam perfectionem irrepræ-
henſibiliter currit, carens criminibus dam-
nabilibus, atque ipſa peccata uenialia non
negligens mundare eleemoſynis. Ecce, in-
quam, ſecundum diuinum illum Auguſtinũ,
noſtram inchoatam iuſtitiam huius peregri-
nationis, ſi currimus ad Deum & ad iuſtitiã H
quæ erit in patria credendo, ſperando, di-
ligendo, corpus noſtrum caſtigando, & ſer-
uituti ſpiritus ſubiiciendo, eleemoſynas fa-
ciendo, orando. Ecce etiam ſecundum eun
dem doctorem magnum noſtram perfectio-
nem quam in hoc ſæculo habemus aut habe-
re ualemus, ſi ad ipſam perfectionem irre-
prænhenſibiliter currimus, carentes crimini-
bus damnabilibus, atque ipſa peccata uenia
lia non negligentes mundare eleemoſynis.
Vnde quoque paulò poſt fatetur expreſsè,
poſſe dici hominem iuſtum, qui ad perfectio
nem iuſtitiæ plurimùm acceſsit, ita ut ei pro
ximus fieret, quod multos etiam in hac uita
potuiſſe, in qua ex fide uiuitur, concedit: &
ita declarat illud Iob, Iuſtus enim uir & ſi-
ne querela, factus ſum in deriſum. atque il-
lud eiuſdem, Ecce ipſe proximus ſum iudi-
cio meo, ſcio quia iuſtus inueniar. Illudq́;,
Vias enim eius cuſtodiui, & non declinaui *Iob 23.*
à mandatis eius, neq; diſcedam. Circa quod
inquid, Cuſtodit uias Dei, qui non ſic exor
bitat, ut eas relinquat, ſed in eis currendo
proficit, & ſi aliquando ut infirmus offendit
aut titubat, proficit autem minuendo pec-
cata; donec perueniat ubi ſine peccato ſit.
Non enim aliter poteſt eo modo proficere,
niſi cuſtodiendo uias eius. Declinat autem
à mandatis domini atque diſcedit apoſtata,
non

A non ille qui etiã ſi habeat peccatum, confligẽ
di tamen cum eo perſeuerantiam non relin-
quit, donec eò perueniat, ubi nulla cum mor
te contentio remanebit. In iſto ergo cõflictu
induimur ea iuſtitia, qua hic ex fide uiuitur,
& ea quodammodo loricamur. Aſſuminius
quoque iudicium, quod etiam contra nos
pro nobis facimus, quando peccata noſtra
Prou. 18. accuſando damnamus: unde ſcriptum eſt, Iu
ſtus ipſe ſui accuſator eſt in primordio ſer-
Iob 29. monis. Sic etiam rurſus declarat quod Iob
dixit, Iuſtitia ueſtitus eram, & circumdedi
mihi iudicium, ſicut chlamydem. Nam, ut
ait, & hæc ueſtis, belli magis ſolet eſſe quàm
pacis, ubi adhuc expugnatur concupiſcen-
tia, non ubi erit plena ſine aliquo prorſus ho
ſte iuſtitia, nouiſsima inimica morte deſtru-
cta. Ita ergo docet Auguſtinus eſſe in homi-
nibus iuſtis iuſtitiam operum, quæ eſt ſecun
dum legis obedientiam: ſi credunt, ſperant,
diligunt, corpus ſuum caſtigant, ſpirituique
illud ſubiiciunt, ſi eleemoſynas faciunt, orãt,
ad perfectionem irrepræhẽſibiliter currunt,
criminibus damnabilibus carent, & uenialia
peccata eleemoſynis mundare non negligũt,
ſi à uiis Dei non ſic exorbitant, ut eas relin-
quant, ſed in eis currendo proficiunt, & con
fligendi cum peccato perſeuerantiam non
relinquunt. Hæc eſt iuſtitia huius peregrina
tionis, quam nos, iure optimo, inchoatam
iuſtitiam appellamus: quia adhuc cum iniu-
Z. ſtitia pugnat, & nonnullas immunditias ac
culpas leues ſeu ueniales habet admiſtas. Et
B ſecundum hanc inchoatam iuſtitiam conce-
dit, multos fuiſſe in hoc ſæculo homines iu-
Cap. 36. ſtos, quos memorat in De natura & gratia
tom. 7. adducendo dicta Pelagii; Abel, Enoch, Mel-
chiſedech, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Ie
ſum Nauæ, Phineen, Samuel, Natham, He-
liam, Heliſæum, Michæam, Danielem, Ana
niam, Azariam, Miſael, Ezechiel, Mardo-
chæum, Symeonem, Ioſeph cui deſponſata
erat Virgo Maria, Ioannem, Delboram, An-
nam Samuelis matrem, Iudith, Heſter, alte-
ram Annam filiam Phanuel, Elizabeth. De
ibidem. quibus omnibus dicit Auguſtinus, Si omnes
illos ſanctos & ſanctas cùm hic uiuerent, con
gregare poſſemus, & interrogare, Vtrùm eſ-
ſent ſine peccato? quid fuiſſe reſponſuros pu
tamus? Vtrùm hoc quod iſte (tangit Pela-
giũ qui dicebat omnes illos ſanctos ſine pec-
cato fuiſſe) dicit, An quod Ioannes Apoſto
lus? Rogo uos, quantalibet fuerint in hoc
corpore excellentia ſanctitatis, ſi hoc interro
1. Ioan. 1. gari potuiſſent, una uoce clamaſſent, Si di-
xerimus quia peccatum non habemus, nos
ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt.
Quamobrem igitur optimè in eo libro De na
tura & gratia concludit Auguſtinus, dicens: C
Charitas ergo inchoata, inchoata iuſtitia eſt, *Cap.* 70.
charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt: cha- *tom.* 7.
ritas magna, magna iuſtitia eſt: charitas per-
fecta, perfecta iuſtitia eſt. Hæc ille. Chari- *Rom.* 5.
tas igitur, quæ diffunditur à Deo in cordibus
noſtris per Spiritum ſanctum qui datur no- *1. Cor.* 13.
bis. eſt iuſtitia: Quia autem charitas ipſa non
agit perperam, nec eſt ocioſa, fit neceſſariò
conſequens, ut ipſa iuſtitia pariat iuſtitiam,
ſecundum legem Dei & mandata eius operã
do. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. Atque de
hac iuſtitia Dauid dixit, Iudica me domine ſe
cundum iuſtitiam meam, & ſecundum inno-
centiam meam ſuper me. Vbi diuus Chryſo-
ſtomus ait, Qui fit, ut qui alibi dicat, Ne in- *Pſal.* 7.
grediaris in iudicium cum ſeruo tuo. hic di-
cat, Iudica me ſecundum iuſtitiam meam. Et
cum ſatis bene declaraſſet negocium diſcrimi
nis, dixit, Iuſtitiam autem hic dicit, non ali-
quem affeciſſe aliqua iniuria, quod dixit ſupe-
rius, ſi hoc feci, & quæ ſequuntur. De hoc ta *lib. præſ.*
men Dauid uerbo, infra magis. Iuſtitiam er-
go quandam, quidem uidelicet ſaltem inchoa
tam operum habent homines adulti iuſti, ſe-
cundum legem Dei uiuẽtes, mortalibus pec
catis carentes, uenialia non negligentes, &
contra peccatum nitentes: quamuis in aliqui
bus à perfectione iuſtitiæ, & à perfecta legis
obedientia ſeu obſeruantia deficiant. Nec im D
pedit hanc iuſtitiam inchoatam noſtra im-
mũditia naturalis naturalium defectuum no
ſtrorum, nec etiam uoluntaria uenialis pecca
torum noſtrorum uenialium. Sic optimè do
cuit Auguſtinus. Qui rurſus in ſuis epiſtolis, *Epiſ.* 29.
motum, tranſitum, aut exitum hominis de *tom.* 2.
uitio ad uirtutẽ, uel de iniuſtitia ad iuſtitiam
non putat eſſe ſicut eſt tranſitus hominis ex
aqua ſuperſtagnante, ad aerem, ut quidam fal
sò putabant non habere hominem uirtutem
aliquam unam, niſi habuiſſet omnes; ſed eſſe
ſicut eſt tranſitus hominis de tenebris ad lu-
cem; in quo re uera, homo iam participare
incipit lucem, etiam antequam omnino è te-
nebris exeat. Vbi redarguit Stoicos, qui do-
cebant, omnia peccata eſſe paria, & quiſquis
haberet unam uirtutem, habere omnes: qui
careret una, nullam habere. Contra quos e-
tiam & ſecundum ſuam ſententiã ueram ſcri-
pſit adhuc Auguſtinus in eodem opere, ſed *Epiſ.* 54.
in alia epiſtola, Proinde inquantum homo re
ctè agit, ideſt, ſcienter & amanter, & piè bo
num operatur; intantum bonus eſt: inquan
tum autem peccat, ideſt, à ueritate & chari-
tate & pietate deuiat, intantum malus eſt.
Quis autem eſt in hanc uita ſine aliquo pecca
to? Sed eum dicimus bonum, cuius præ-
ualent bona: eumq; optimum, qui peccat
mi-

E minimum. Idcirco ipſe dominus, qnos dicit bonos propter participationem gratiæ diuinæ, eoſdem etiam malos dicit propter uitia infirmitatis humanæ: donec totum quo conſtamus, ab omni uicioſitate, ſanatum, tranſeat in eam uitam, ubi nihil omnino peccabitur. Hæc ille.

Hierony. in epiſt. tom. 2.

Diuus Hieronymus eodem modo docet aduerſus Pelagium in epiſtola ad Cteſiphontem: in qua eos omnes grauiter repræhendit qui dicebant, poſſe hominem ſine peccato eſſe, ſi uelit. Et cum iuxta hanc noſtram tertiam ueritatem catholicam docuiſſet per diuinas ſcripturas, neminem eſſe hominem ex omni parte iuſtum in conſpectu Dei; ſicut legimus, Cõcluſit Deus omnia ſub peccato, ut omniũ miſereatur, Oẽs enim peccauerũt & indignet gloria Dei. Nõ eſt enim hõ iuſtus ſuper terram, qui faciat bonũ & non peccet. Si peccauerit populus tuns, nõ eſt enim homo qui non peccet. Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? Non eſt mundus à ſorde, nec ſi unius diei fuerit ſuper terram uita eius. Ecce enim in iniqnitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Tandem ſecundum quartam hanc noſtram & catholicam ueritatem dixit, Quod autem in ſcripturis ſanctis multi iuſti appellentur, ut Zacharias & Helizabeth, Iob, Ioſaphat, & Ioſias, & multi quorum nominibus ſacra ſcriptura contexta eſt, quanquam in promiſſo opere plenius (ſi gratiam dominus dederit) dicturus ſum: tamẽ in præ

In ead. epiſ. prope finem.

F ſenti epiſtola hoc breuiter perſtrinxiſſe ſufficiat, quòd iuſti appellentur, non quòd omni uitio careant, ſed quòd maiori parte uirtutum commendentur. Hæc ille. Ecce uerè iuſti dicuntur & ſunt homines, qui et ſi uitia quædam habeant leuia, maiorem tamen uirtutum partem habent: & iam in ipſis uirtutibus eſt iuſtitia inchoata, à qna ipſi homines dicnntur & ſunt iuſti. Eandem doctrinã ponit idem auctor latius, ſcribens aduerſus Pelagium, dicenſq;, Ex quo perſpicum eſt, iuſtos quidem & immaculatos dici: ſed ſi negligentia ſurrepſerit, poſſe concidere: & ſemper hominem in meditullio poſitum, ut & de uirtutum culmine ad uitia delabatur, & de uitiis aſcendat ad ſublimia: & nnnquam eſſe ſecurum, ſed ſemper metuere in tranquilitate naufragium: ac per hoc hominem ſine peccato eſſe non poſſe, dicente Solomone, Non eſt homo iuſtus ſuper terram, qui faciat bonum, & non peccet. Et eodem in Regum libro, Neque enim eſt homo qui non peccat. Ac beato Dauid, Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Et iterum, Ne intres in iudi-

Lib. 1. tom. eod.

cium cum ſeruo tuo, quia uon iuſtificabitur G in conſpectu tuo omnis uiuens. Infra, Tunc ergo iuſti ſumus, qnando nos peccatores fatemur; & iuſtitia noſtra non ex proprio merito, ſed ex Dei conſiſtit miſericordia, dicente ſancta ſcriptura, Iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermonis. Et in alio loco, Dic tu. peccata tua, ut iuſtificeris. Concluſit enim Deus omnia ſub peccato, ut omnibus miſereatur. Et hæc hominis ſumma eſt iuſtitia, quicquid potuerit habere uirtutis, non ſuũ putare eſſe, ſed domini qui largitus eſt. Hæc ille. Qui in eodem libro & ſequentibus nihil aliud facit magis, quàm quòd has noſtras quatuor ueritates probet, primam, ſecundam, tertiam, & quartam: docens manifeſtè duas ĩ ſcripturis ſanctis eſſe perfectiones, duasq; iuſtitias, & duos timores. Primam perfectionem & incomparabilem ueritatem perfectamq; iuſtitiam Dei uirtutibus coaptã dam, Secundam autem, qnæ competit noſtræ fragilitati, iuxta illud quod in Pſalmis dicitur, Non iuſtificabitur in conſpectn tuo omnis uiuens. ad eam iuſtitiam quæ non cõparatione, ſed Dei ſcientia dicitur eſſe perfecta: Iob quoque (ut inquit) & Zacharias & Helizabeth iuſti dicti ſunt, ſecundum eam iuſtitiam, quæ poſsit in iniuſtitiam aliquando mutari: & non ſecundum illam quæ nnnquam mutari poteſt, de qua dicitur, Ego H Deus & non mutor. Tandemq; uarios ponit gradus perfectionis & iuſtitiæ in hominibus. aſſerens nullum ſanctorum, quam diu in hoc corpuſculo eſt, cuuctas poſſe habere uirtutes. Qnod dicitur, Qui unam habnerit, omnes uidetur habere uirtutes. ipſe dicit intelligendum, participatione, non proprietate: & delirare iudicat Stoicos, paria contendentes eſſe peccata. Atq; in ipſis uirtutibus, manifeſtè ponit iuſtitiam: ideſt, maiorem uel miuorem, pro ut aliquis plures uel pauciores uirtutes habet. Manifeſtè enim dixit, multis iuſtis nominatis, Tamen in præſenti epiſtola hoc breuiter perſtrinxiſſe ſufficiat, quòd iuſti appellentur, non quòd omni uitio careant, ſed quòd maiori parte uirtutum commendentur: duasq; ponit perfectiones & inſtitias differentes, & confitens nullam creaturã ſecnndum ueram conſummatamq; iuſtitiam eſſe perfectam, maximè comparatione Dei: dicit ſtatim, Cæterùm alium differre ab alio, & diuerſas eſſe in hominibus iuſtitias, nulli dubium eſt: & uel maiorem eſſe alium uel minorem: & tamen ſecundum ſtatum & menſuram ſuam poſſe iuſtos nominari, qui aliorum comparatione iuſti non ſunt. Vbi etiam docet, homines iuſtos eſſe ex parte iuſtos, non habentes omnes uirtutes,

Contra Pelag. lib. 1.

tes,

A tes, ſed partem: ſicut ex parte cognoſcimus & ex parte prophetamus: & reſpondet ad illud, Qui in uno offenderit, factus eſt omniũ reus. Etiam & diuus Baſilius ita dicit, Vtrùm enim uis ſanctis imputare, unum'ne peccatum, an multã iuſtitiam? Peccatum fecit? At multas quoque iuſtitias fecit. Quid iuſtum eſt apud iuſtum Deum. An ut paucorum memor ſit, aut ut multorum obliuiſcatur? Sit æquilibrium. Et qua menſura menſi fuerimus: eadem menſurabitur & nobis. Si peccata plura fuerint, cenſeatur peccator: Si uerò plures iuſtitiæ, æſtimetur iuſtus. Vnus & unus. Noſtra enim omnia ex eo quod ſuperat æſtimantur. Et eſt quod albo ſit magis album, & dulci, ſi compares, aliquid aliud dulcius eſt. Ita & iuſti ſumus, tanquam homines. Iuſtitiæ ratio non eſt eadem quæ peccati. Vnde Filius Dei iuſtitia dicitur. Nos uerò ex iuſtitiæ participatione.

Baſilius in De pœnit. tom. 1.

Hæc ille. Ergo ſine dubio pro ut quiſpiam proficit in obſeruantia legis Dei, declinando à malo & faciendo bonum: ita proficit in iuſtitia operum, magis uel minus: & ita habet ipſam operum iuſtitiam, maiorem uel minorem, & uirtutes plures uel pauciores. Et ſicut omnes ſapientes impugnarunt Stoicos dicentes in uirum ſapientem aut iuſtum

B nõ cadere paſsiones, motus, affectus, perturbationes animi, impetus, morbos, aut commotiones, quæ Græci appellant πάθη, & dicẽtes hominẽ neceſſariò aut nullam aut oẽs habere uirtutes: ſicutq́; omnes ſapientes etiam, poſteriores Stoici improbarunt Zenonem, inducentem ἀπάθειαν, hoc eſt, uacuitatẽ affectuum: ita profectò omnes ſapientes debẽt impugnare atque improbare Caluinum, dicentem homines non habere iuſtitiam operum perfectam aut inchoatam, niſi habeant perfectam legis obedientiam. Stoicum eſt enim illud eius dictum, & quidem non Chriſtianum. Chriſtiani enim omnes ſapientes cõſtanter dicimus, hominem aliquem unum & homines plures & quemlibet eorũ poſſe habere unam uirtutem aut plures earum, licet non habeat omnes uirtutes; & poſſe per conſequens habere inchoatam iuſtitiam operũ, licet non habeat illam perfectam. Ita enim eſſe, & ita dicendum, ſatis probauerunt diuinæ ſcripturæ adductæ, & ſancti doctores. Aduertendum eſt tamẽ ſecundum Auguſtinum, quòd non ideo dicimus hominem non renouari per baptiſmum, ſed quaſi renouari, nec liberari ſed quaſi liberari, nec ſaluari ſed quaſi ſaluari: abſit enim ut nos dicamus ſic inanem aut exilem gratiam lauacri illius ſacratiſſimi, in quo renati ſumus. Nec ideo dicimus Apoſtolos aut Prophetas ſolùm in comparatione peiorum iuſtos & ſanctos eſſe, ut uidentur Pelagiani obiicere Auguſtino, ex purgatione Auguſtini contra duas epiſtolas Pelagianorum. Sed dicimus, ut dicit Auguſtinus in eodem opere, Quamuis enim diabolus ſit auctor & princeps omnium peccatorum, nõ tamen filios diaboli faciunt quæcunque peccata: Peccant enim & filii Dei, Quoniam ſi dixerint ſe non habere peccatum, ſeipſos ſeducunt, & ueritas in eis non eſt. Sed peccant ea ratione qua ſunt filii huius ſæculi: qua uerò gratia ſunt filii Dei, non utique peccant, Quia, Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat. Et, Quicquid peccati ex humana infirmitate iuſto ſurrepſerit, pietate fidei formatæ continuo deletur.

Contra Iulianum Pelagia. Lib. 6. cap. 3. tom. 7.

C

Lib. 3. Cap. 3. & 5. et lib. 4 Cap. 7. & 10.

Lib. 3. Cap. 3.

1. Ioan. 1.

Baſilius circa illud, Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundũ innocentiam meam ſuper me. Tres declarat iuſtitias, diuinam, angelicam, & humanam: quas omnes in eis docet eſſe, cuius ſunt. Bernardus etiam in ſermonibus ex uerbis Eſaiæ quadruplicem diſtinguit iuſtitiam, diuinam, angelicam, Adæ in ſtatu primo, & noſtram: cuius uerba inferius ponuntur omnia, quantum ſufficit ad propoſitum. Omnes itaque doctores catholici quotquot ſunt, credunt, fatentur, & docent habere uiros ſanctos & iuſtos huius ſæculi iuſtitiam operum & legis Dei, prout habent fidem, ſpem, charitatem, & obedientiam erga Deum: inchoatam, magnam, aut perfectam. Neque hanc operum iuſtitiam impedit, nec illam abiicit omnino quòd uiri ſancti aliquãdo ſecundum carnem uenialiter concupiſcant, aut uenialiter ab obſeruantia legis Dei deficiant. Manifeſtè docuit Auguſtinus habere nos homines inchoatam iuſtitiam, & ſi minuta habeamus peccata: agens ex fide, in De uerbis Apoſtoli, ut adduximus in ſuperioribus: agens de charitate, in De natura & gratia, ut iam adduximus in capite præſenti: atque agens de operibus ſecundum fidem & legem fidei factis, in Hypognoſt. & locis aliis penè infinitis, ex quibus multa admodum iam poſuimus. Ergo ſine dubio habemus operum iuſtitiam, ſecundum quod habemus legis obedientiam: eſt enim iuſtitia operum uel legis, ipſa legis opera, ipſa legis obedientia, uel potius Dei ſecundum legem, ipſa legis obſeruantia: inchoata, inchoata; magna, magna: perfecta, perfecta. Omnino ſicut dixit Auguſtinus de charitate, & de iuſtitia, in De natura & gratia. Obedientia noſtra erga Deum ſecundum legem eius, eſt uera iuſtitia legalis quæ nos facit iuſtos ſecundum iuſtitiam operum uel legis. Errant autem grauiſsimè qui putant, Vt Caluinus, non habere nos homines aliquam operum iuſtitiam, niſi habea-

Baſilius. Pſal. 7.

Bernard. Serm. 5.

D

Serm. 5. lib. præf. Cap. 70. tom. 7.

Lib. 5. tom. 7.

E mus legis obedientiam perſectam, niſi habue
rimus omnes uirtutes, niſi caruerimus om-
ni peccato, niſi iam fuerimus ſine carnis con
cupiſcentia quæ concupiſcit aduerſus ſpiri-
tum. Eſtq; hic error Caluini idem cum eo
qui olim fuit Pelagii, omnium Pelagiano-
rum, omniumq; Stoicorum: contra quos
pugnauit Auguſtinus, pugnauit Hierony-
mus, & pugnauit tota Eccleſia Chriſtiana.
Confiteamur ergo neceſſe eſt, habere nos ho
mines iuſtitiam operis, prout habemus obe
dientiam legis: inchoatam, ſecundum in-
choatam: magnam, ſecundum magnam:
perſectam, ſecundum perfectam. Vt ſimus
ſancti, ſed magis ſanctificandi, iuſti magis iu
ſtificandi, perfecti magis perficiendi: & nun
quam ceſſemus ab expurgatione ueteris fer-
menti, per fidem, ſpem, charitatem, obe-
dientiam, bonam operationem, uitiorum
extirpationem, uirtutum acquiſitionem.
Ioan. 15. Circa illud Domini apud Ioannem, Iam uos
mundi eſtis propter ſermonem quem locu-
Beda. tus ſum uobis. Dicit Beda, Mundi ſcilicet,
De noſtra atque mundandi. Neque enim niſi mundi eſ
mũditia. ſent, fructum ferre potuiſſent: & tamen om
nem palmitem qui fert fructum, purgat agri
cola, ut fructum plus afferat. Fert fructum,
quia mundus eſt: atque ut plus afferat, pur-
gatur adhuc. Quis eſt enim in hac uita ſic mũ
F dus, ut non ſit magis magisq; mundandus,
ubi ſi dixerimus quia peccatum non habe-
mus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in no-
1. Ioan. 1. bis non eſt? Si autem confeſsi fuerimus pec
cata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, qui dimittat
nobis peccata, & mundet nos ab omni ini-
quitate. Mundet utique mundos, hoc eſt,
fructuoſos; ut tanto ſint fructuoſiores, quan
to fuerint mundiores. Hæc ille uerißimè te-
ſtificatur, docetq; de noſtra munditia. Eo-
Richard. dem modo docet Richardus à ſancto Victo-
De noſtra re in deciſione aliquorum dubiorum Apo-
ſpirituali- ſtoli, de noſtra ſpiritalitate. Agens nanque
tate. ex illo uerbo, Scimus enim quòd lex ſpirita-
Par: 2. lis eſt, ego autem carnalis ſum, uenundatus
ſub peccato. quærit, utrùm dicatur in perſo
na infirmorum, uel perfectorum? An po-
tius in perſona tam horum, quàm illorum?
Reſpondendo autem inquit, Sciendum ita-
que in primis, quòd ſecundum diuerſos re-
ſpectus, poſitiones uerborum, diuerſis mo
dis accipimus. Aliter ergo de homine ſecun
dum præſentem ſtatum iudicamus, aliter ue
rò ſecundum illum qui fuit ante peccatum.
Secundum præſentem ſtatum, alii dicuntur
ſpirituales, alii uerò carnales. Sed proculdu
bio reſpectu primæ conditionis, quantumli
bet religioſus non immeritò dicitur carna-
lis, Quantum autem ad præſentem ſtatum,
Carnales dicuntur qui poſt concupiſcentias G
ſuas eunt, & carnalibus deſideriis deſeruiũt.
Spirituales, qui carnis deſideriis fortiter re-
ſiſtunt, & ſpiritualibus ſtudiis uehementer
inſiſtunt. Carnalium eſt, carnis concupiſcen
tias ſentire & conſentire. Spiritualium ſenti-
re, nec conſentire, ſed reſiſtere, ſed repugna
re, ſed mortificare. Sed ſi ad primæ condi-
tionis ſtatum reſpicimus, in eo ipſo carnales
ſumus. quòd carnis concupiſcentias, & fœ-
das, & inordinatas delectationes ſentimus.
Si enim homo nõ peccaſſet, nec carnalia ma
gis quàm liceret, nec ſpiritualia minus dili-
geret quàm deceret. Sed in utriſq; diligendis
& modeſtiæ metas, & æquitatis menſurã, &
agnoſcere ſimul, & obſeruare potuiſſet. Sed
poſtquã ſtatus ſui rectitudinẽ hõ ſponte deſe
ruit, iã ſemel ſub peccato uenundatus & car-
nalis effectus, ad neutrum ſufficit: nam multi
formiter quidem & errat iudicio, & effrena-
tur deſiderio. Quàm uera itaque eſt illa pro-
phetica ſententia, Non iuſtificabitur in con- *Pſal. 142*
ſpectu tuo omnis uiuens. quàm uerum eſt &
illud Apoſtolicum, Si dixerimus quòd pecca *1. Ioan. 1.*
tum non habemus, nos ipſos ſeducimus & ue
ritas in nobis non eſt. Tam uerè poteſt intelli
gi de quolibet religioſo, Ego autem carnalis
ſum uenundatus ſub peccato. Vnde autem &
in quibus carnalis ſit, oſtendit, cum ſubiun-
git, Quod enim operor, non intelligo; Non H
quod uolo, hoc ago: ſed quod odi, illud facio.
Ecce tria mala, in quibus conſiſtit carnalitas
noſtra. Quod facimus, non intelligimus: non
facimus quod uolumus: facimus quod nolu
mus. Hæc ille, de noſtra ſpiritualitate huius
ſtatus naturæ lapſæ. Ergo ecce qualis ẽ noſtra
munditia hominum mundorum, qualiſq; eſt
noſtra ſpiritualitas hominum ſpiritualium:
quia uidelicet utraque eſt inchoata, & non ni
hil habens de oppoſito. Munditia, de immun
ditia ſeu ſordibus, Spiritualitas, de nõ ſpiritua
litate ſeu carnalitate. Eodem modo dicẽdum
eſt de iuſtitia noſtra in hoc ſæculo & ſtatu;
quia, re uera; & ipſa inchoata eſt, & non nihil
de oppoſito habet. Habet enim noſtra iuſtitia
non nihil iniuſtitiæ, admiſtum, ſicut noſtra
munditia habet non nihil ſordium, & ſicut no
ſtra ſpiritualitas habet non nihil carnalitatis.
Non quidem per identitatem, ſed utique per
miſturam. Ideſt, non quòd noſtra munditia
ſit immunditia, aut noſtra ſpiritualitas ſit car
nalitas, aut noſtra iuſtitia ſit iniuſtitia: ſed
quia noſtra munditia habet admiſtam quan-
dam immunditiam, noſtra ſpiritualitas quan
dam carnalitatem, noſtra iuſtitia quandam in
iuſtitiam. Ob id uidelicet, quòd & ſi in multis
bene agimus; in multis tamen, uel ſaltem in
paucis, aut denique in nonnullis deficimus.

A Si dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Non poteſt id quod eſt bonum ſimul & in eodem genere eſſe malum, quoad noſtros mores: poteſt autem eſſe bonum ſimul cum malo, ut apud omnes eſt notiſsimum: dummodo non ſit malum oppoſitum ipſi bono, quia generaliter repugnant oppoſita. Hinc eſt quòd non quidem per identitatem, ſed bene per miſturam, noſtra munditia habet immunditiam, noſtra ſpiritalitas carnalitatem, & noſtra iuſtitia iniuſtitiam. Sic de noſtra iuſtitia dixit diuus Bernardus, Cernere eſt, inquit, quàm ſit iuſtitia ſublimis, quam ſicut montes Dei propheta miratur. Noſtra enim, ſi qua eſt humilis iuſtitia, recta forſitan, ſed non pura: niſi forte meliores nos eſſe credimus quàm patres noſtros, qui non minus ueraciter quàm humiliter aiebant, Omnes iuſtitiæ noſtræ tanquam pannus menſtruatæ mulieris. Quomodo enim pura iuſtitia, ubi adhuc non poteſt culpa deeſſe? Recta proinde interim uideri poteſt iuſtitia hominum, ſi tamen peccato non conſentiant, ut non regnet in eorum corpore. Hæc ille. Sic etiam omnes doctores ſancti docuerunt ſemper iuxta diuinas ſcripturas, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Gregorius, Chryſoſtomus, Bernardus, Richardus, Beda, & omnes alii quot quot de hac re ſcripſerunt. Expurgemus ergo uetus fermentum quantum poſsibile fuerit, noſtrā

Bernard. ubi ſupr.

B ignorantiam, noſtramque carnalem concupiſcentiam, magis atque magis de die in diem, ad maiorem munditiam, ad maiorem ſpiritualitatem, ad maioremq; iuſtitiam tendentes, atque appropinquantes. In hoc eſt iuſtitia, in hoc eſt ſanctitas, in hoc eſt nouitas. Et mirum eſt quod Caluinus concedit à manifeſta ueritate uictus, quòd uiri ſancti habent quandam inchoatam ſanctitatem & quandā inchoatam nouitatem; negat tamen, uiros iuſtos habere quandam inchoatam iuſtitiam, prorſus in hoc excæcatus. Eadem enim ratio eſt de iuſtitia ad uiros iuſtos, quæ eſt de ſanctitate ad uiros ſanctos: ſimiliter enim Saluator noſter dicitur noſtra ſanctitas & ſanctificatio, ſicut dicitur noſtra iuſtitia & noſtra iuſtificatio. Eodemque modo noſtra ſanctitas pertinet ad noſtros mores, uirtutes, ac opera uirtutum: quo & noſtra iuſtitia operum aut legis, de qua legimus, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. Satiſq; monſtratum eſt, quòd iuſtitia & ſanctitas, iuſtificatio & ſanctificatio, idē ſunt realiter quantum ad rem quam ponunt in nobis, licet tamen bene utique differant nomine, reſpectu, ac ratione, & propter alium aut alium effectum. Expurgemus uetus fermentum. Sitq; firmum in animis & cordibus Chriſtianis, Quòd, non omne Peccatum Iuſtitiam tollit, ſed criminale tantùm. Ita docet diuus Auguſtinus contra duas epiſtolas Pelagianorum, In De ciuitate Dei. In ſuis epiſtolis, In De peccatorum meritis & remiſsione. In De Dogmat. Eccleſiaſticis, In De Perfectione iuſtitiæ, & ut ſemel dicam, ſæpiſsimè; Aſſerens uerißimè quòd & illa uox quoq; ſanctorum eſt, nec ſolùm ſecundum humilitatem ſed etiam ſecundum ueritatem dicta, Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & ueritas in nobis non eſt. Et illa etiam; Et dimitte nobis debita noſtra. Ita etiam omnes doctores ſancti catholicique, docuerunt ſemper & docent. Iuſtinus Martyr in ſuis reſponſionibus ad Orthodoxos de quibuſdam neceſſariis quæſtionibus, ſit mouet quæſtionem, Si ſolus Chriſtus diuina lege perfectè perfunctus eſt, quo modo ambulabant in lege inculpati Zacharias & Eliſabet, de quibus hæc Lucas teſtatus eſt: itemq; Paulus, qui iuſtitia legis fuit inculpatus? Reſpondet autē, dicens, Aliud eſt inculpatum eſſe, aliud inſontem. Inſons enim, omnino eſt etiam inculpatus; & inculpatus non neceſſariò eſt inſons. Qui enim in legem committit ueniale peccatum, is libatione uictimarum, & confeſsione delicti ueniam adeptus, ſit mundus & inculpatus iuſtitia legis. At Chriſtus, cùm inſons eſſet, neque uſquam in legem deliquiſſet, nihil commiſit quod egeret correctione. Admiſit autem & Baptiſtam Ioannem, & ab eo baptizatus eſt, ut impleret omnem iuſtitiam, quam Paulus antequam Chriſto credidiſſet, nondum aſſecutus erat: nec enim perſecutus fuiſſet Eccleſiam. Propterea Chriſtus ſolus dicitur ſine peccato fuiſſe. Hæc Iuſtinus, olim magnus Philoſophus, modo Chriſti Martyr glorioſus; Chriſti aſſecla, noſtri doctor. Docet autem in his uerbis ſuis, quòd ſi quis alias grauiora legis obſeruat, etiam ſi uenialia quædam contra legem committat, iuſtitiam legis habet: & quòd is, libatione uictimarum, atque confeſsione delicti ueniam adeptus, ſit mundus & inculpatus iuſtitia legis.

1. Ioan. 3.

C *Auguſt. Lib. 4. Cap. 3. lib. 1. c. 21. & lib. 22 cap. 26. tom. 5. Epiſt: 89. tom. 2. Lib. 2. Cap. 13. tom. 7. Cap. 86. 1. Ioan. 1. Matt. 6. Iuſtinus. Martyr. quæſt. 141*

D

Diſſeritur contra Bucerum in eo quod dicit, hāc ipſam in nobis inchoatam iuſtitiam, quamuis donum Dei, & opus ſit Spiritus ſancti, nobis tamen ſuo merito pro iuſtitia in iudicio Dei deputari non poſſe, propter admiſtas noſtras ſordes, & tam languidè accōmodatam motui Spiritus ſancti noſtram & mentem & uoluntatem: quaſi ipſa noſtra à Deo inchoata iuſtitia, non poſſit ſuſtinere iudicium Dei, nec homo per illam: propter eius imperfectionem, quia legi Dei ſatisfacere non poteſt. Agitur etiam de noſtra iuſtitia operum, diſtinguendo de illa aut pro ut eſt ſola per ſe, aut pro ut eſt cum pœnitentia & cha-

E *ritate: & eam ſatisfacere legi oſtenditur & ſi non perfectè, ſecundum perfectionem patriæ.*

CAP. XXIIII.

HANC inchoatam iuſtitiam noſtram, & magis Dei faciẽtis in nobis ut nos faciamus, ac nobiſcum cooperãtis, nouit quidem Marti-
Fol.178. nus Bucerus in conciliatione articuli iuſtificationis, ubi confitetur eam eſſe nobis hominibus neceſſariam ad ſalutem, atque eam à Deo pro iuſtitia reputari: docens ſimul cum ſcriptura ſancta pugnare, ſiquis dicat hanc inchoatam & quodam modo noſtram iuſtitiam, non eſſe nobis neceſſariam ad ſalutem, aut eam non haberi in iudicio Dei pro iuſtitia: explicans quòd utrumque horum cum ſcriptura pugnat, utpote quòd ſcriptura manifeſtè doceat tum hãc inchoatam iuſtitiam uirtutum & operum ad ſalutem nobis eſſe neceſſariam, tum etiam hanc inchoatam huiuſmodi iuſtitiam à Deo optimo Maximo iuſtitiam cenſeri. Dum autem ita docet, doctrinam falſam Ioannis Caluini abiicit, & noſtram ueram ſequitur, catholicam & Apoſtolicam; quam etiam in concilio Ratiſponenſi proteſtantes
F palàm agnouerunt & receperunt, aſſerentes quòd per gratiam quæ eſt in Chriſto Ieſu, poſſit quis nunc reſiſtere peccato, & præſtare inchoatam iuſtitiam. Cœterùm nullo modo eſt
G audiendus Bucerus in eo quòd tradit ſecundum proteſtantium determinationem & ſui ipſius declarationem, docens quòd hac ipſa iuſtitia inchoata per ſe, iuſti haberi Deo non poſſumus propter eius imperfectionem, nã legi Dei ſatisfacere non poteſt; probanſque quòd ſui dicunt, neceſſariò animam fidelem niti non hac communicata, ſed ſola Chriſti iuſtitia nobis donata, & ſine hac nullam omnino eſſe iuſtitiam: quod ipſe ita exponit, hoc eſt, hanc ipſam in nobis excitatam iuſtitiam, quamuis donum Dei & opus ſit Spiritus ſancti, nobis tamen ſuo merito pro iuſtitia in iudicio Dei deputari non poſſe, propter admiſtas noſtras ſordes, & tam languidè accommodatam motui Spiritus ſancti noſtram & mentem & uoluntatem. In hac igitur ſua doctrina nõ eſt audiẽdus Bucerus, pro eo quod docet hanc inchoatam iuſtitiam ſeu excitatã, quam habent uiri ſancti reſiſtendo peccatis, obediendo Deo, ac mandata eius ſeruando, non poſſe nos in iudicio Dei iuſtificare, nec poſſe Dei iudiciũ ſuſtinere, aut in iudicio Dei ſubſiſtere, nec poſſe aut non debere animã fidelem ei inniti, aut niti ea, nec poſſe huiuſmodi iuſtitiam nobis ſuo merito pro iuſtitia in iudicio Dei deputari, propter eius imperfe- G
ctionem. &c. Quanquam enim primùm ac principaliter & maximè iuſtificemur imputatiuè atque meritoriè à iuſtitia Chriſti, effectiuè à iuſtitia Dei, quæ eſt in Deo formaliter, & à diuina uoluntate nos acceptante ad gloriã; tanquam à iuſtitia quadam noſtra potiſſima extrinſeca: tamen hæc noſtra iuſtitia inchoata gratiæ gratum facientis, fidei, ſpei, charitatis, obedientiæ Dei, & operum, iuſtificat nos formaliter ac inhærenter & permanenter, ut forma quædã, una uel multiplex, ſimplex uel compoſita, nobis ad hoc data à Deo tanquã pignus Spiritus. & arra quædam gloriæ, gloriæq; ſeminarium infallibile ſecundum Dei legem optimam ac ueriſſimã nobis datã. Eſtq; Dei donum, ſuum habens effectum formale in Dei iudicio, quicquid ſit de noſtris naturalibus, aut uoluntariis leuibus ſordibus, maculis, aut defectib. aut imperfectionibus, quas ipſa ſecum patitur: ſtante Dei lege nobis data; qua ſtante, poſſumus re uera, ea noſtra inchoata iuſtitia niti ſuo modo, propter legem Dei quæ illi promittit ſalutem, ueniam, ſecuritatem, gloriam: cum ſit nihilominus nobis primùm, principaliter & maximè nitendum Chriſti iuſtitia atque Dei acceptatione, à qua nobis omne bonum, & ſine qua nullum prorſus poſſumus habere meritum, nec nobis ſuf- H
ficeret totus mundus aut ualeret ad regnum. Hanc ueritatem probant penè infinita loca diuinarum ſcripturarum, utique apertiſſima ea uidelicet multa & innumera manifeſta, quæ declarant hanc noſtram inchoatam iuſtitiam eſſe Dei donum, & Deum Optimum ac ueriſſimum illi promittere ueniam, ſalutem, remiſſionem peccatorum, iuſtificationem, gloriam, glorificationem, regnum, uitam æternam, beatitudinem: quidem etiam ſine dubio, in ſuo iudicio. Eſt Dei donum, hæc noſtra inchoata iuſtitia: quia niſi à Deo iuſto per ſe, nihil poſſumus nos homines habere
participatæ iuſtitiæ. Et generaliter dicit Apo- 1.Cor.4.
ſtolus, Quis enim te diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti? fidei, ſpei, charitatis, pœnitentiæ, obedientiæ, boni operis, gratiæ, aut huiuſmodi. Atque de omnibus his in particulari teſtatur diuina ſcriptura, quòd ſint dona Dei, fides, ſpes, charitas, pœnitentia, obedientia, bona opera, & ſimilia: ut iam ex dictis conſtat latiſſimè, & quoq; cõfitentur aduerſarii à manifeſta ueritate uicti. Diuinæ promiſſiones quoq; etiã cõſtant eui-
dentiſſimè. Qui crediderit & baptizatus fue- Mar.16.
rit, ſaluus erit. Credidit Abrahã Deo, & repu- Rom.4.
tatũ eſt illi ad iuſtitiã. Spe.n. ſalui facti ſumus. Gen.15.
Nos ſcimus quoniam trãslati ſumus de mor- Rom.8.
te ad uitam, quoniam diligimus fratres: Qui 1.Ioan.3.
non

A non diligit, manet in morte. Pœnitentiam a-
Mat. 4. gite, appropinquauit enim regnum cœlorũ.
Mat. 19. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua manda-
Hebr. 5. ta. Et quidem cum eſſet Filius Dei, didicit
ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam, & con-
ſummatus, factus eſt omnibus obtemperan
Apoc. 3. tibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Aemulare
ergo & pœnitentiam age. Ecce ſto ad oſtium
& pulſo: ſi quis audierit uocem meam, &
aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, &
Ioan. 14. cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Si quis di-
ligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pa-
ter meus diliget eum, & ad eum ueniemus,
Ezec. 18. & manſionem apud eum faciemus. Si au-
tem impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus
peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodie-
rit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium
& iuſtitiam: uita uiuet, & non morietur.
Omnium iniquitatum eius quas operatus
eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua, quam
Mat. 5. operatus eſt, uiuet. Beati pauperes ſpiritu,
quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et
multa alia. Quia igitur hæc noſtra inchoata
iuſtitia mortalibus criminibus carens, eſt do
num Dei: quia certiſsimas promiſsiones di-
uinas habet de ſalute, atque gloria: fit euidẽ
ter conſequens quòd poſsit quidem illa ſuſti
nere Dei iudicium, & quòd poſsit qui illam
B habet niti illa in Dei iudicio, propter diui-
nam promiſsionem infallibilem. Neque hoc
eſt niti illa per ſe, ſimpliciter, aut abſolutè,
uel ex natura ipſius: quia non ſunt condignæ
Rom. 8. paſsiones aut actiones noſtræ huius ſæculi
ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in no-
bis. Sed hoc eſt niti illa ſecundum quid, ideſt,
propter legem, actionem, atque acceptatio
nem diuinam, ſecundum quam quod momẽ
2. Cor. 4. taneum & leue eſt tribulationis noſtræ, ſu-
pra modum operatur nobis magnum gloriæ
pondus. Vnde ſic nitentes illa, magis niti-
mur Deo, credentes illum ueraciſsimum, &
ſuas promiſsiones certiſsimas: ſciẽtes quòd
nullam iniuriam facit diuinæ miſericordiæ,
qui firmiſsimè credit diuinam ueritatem.
Quamobrẽ igitur magis nitimur, Deo quan
do nitimur noſtra inchoata iuſtitia: quia non
nitimur illa, niſi maximè nitendo diuinis pro
miſsionibus, diuinaq; ueritate. Sic uiri ſan-
cti, qui optimè ſuas fragilitates cognoſce-
bant, etiam de ſua inchoata iuſtitia propter
diuinas promiſsiones confidebant. Qui enim
dixit, Scio enim quia non habitat in me, hoc
Rom. 7. eſt, carne mea, bonum. Quoniam mihi ma
lum adiacet. Video autem aliam legem in
membris meis repugnantẽ legi mentis meæ,
& captiuantem me in lege peccati, quæ eſt
Rom. 8. in membris meis. Non ſunt condignæ paſ-
ſiones huius temporis, ad futuram gloriam
quæ reuelabitur in nobis. Ipſe idem dixit, C
Condelector enim legi Dei ſecundum inte- *Rom. 7.*
riorem hominem. Ipſe enim ſpiritus, teſti- *Rom. 8.*
monium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus
filii Dei. Si autem filii, & hæredes: hæredes
quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi ta-
men compatimur, ut & conglorificemur. In *2. Cor. 4.*
omnibus tribulationem patimur, ſed non an
guſtiamur, aperiamur, ſed non deſtituimur;
perſecutionem patimur, ſed non derelinqui-
mur: humiliamur ſed non confundimur: de-
iicimur, ſed non perimus, ſemper morti-
ficationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro
circumferentes, ut & uita Ieſu manifeſte-
tur in corporibus noſtris. Semper enim
nos qui uiuimus, in mortem tradimur pro-
pter Ieſum, ut & uita Ieſu manifeſtetur in
carne noſtra mortali. Infra, Id enim quod in *Ibidem.*
præſenti eſt momentaneum & leue tribula-
tionis noſtræ, ſupramodum in ſublimitate
æternum gloriæ pondus operatur in nobis,
non contemplantibus nobis quæ uidentur,
ſed quæ non uidentur. Ego enim iam deli- *2. Tim. 4.*
bor: & tempus reſolutionis meæ inſtat. Bo-
num certamen certaui; curſum conſumma-
ui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mi
hi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi domi-
nus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autẽ
mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum eius.
Hæc autẽ uerba Apoſtoli ita ſe habent, quòd D
ſicut illa priora oſtendunt humanam fragili-
tatem, ſic poſteriora hæc oſtendunt Apoſto-
li de ſua iuſtitia confidentiam, ac firmitatẽ.
Eodem modo ſe habet & diuus Ioannes, qui
cum dicat de noſtra fragilitate, Si dixerimus *1. Ioan. 1.*
quoniam peccatum non habemus; ipſi nos
ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Dicit
ſimiliter De confidentia in noſtra iuſtitia pro
pter diuinam promiſsionem, Et nunc filioli *1. Ioan. 2.*
manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus
fiduciam, & non confundamur ab eo in ad-
uentu eius. Si ſcitis quoniam iuſtus eſt, ſcito
te quoniam & omnis qui facit iuſtitiam, ex
ipſo natus eſt. Filioli, nemo uos ſeducat. Qui *1. Ioan. 3.*
facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus
eſt. Quoniam ſi reprehenderit nos cor no- *Ibidem.*
ſtrum, maior eſt Deus corde noſtro, & no-
uit omnia. Chariſsimi, ſi cor noſtrum non
reprehenderit nos, fiduciam habemus ad
Deum; & quicquid petierimus, accipiemus
ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, &
ea quæ ſunt placita coràm eo, facimus: Et
hoc eſt mandatum eius, Vt credamus in no-
mine Filii eius Ieſu Chriſti, & diligamus al-
terutrum, ſicut dedit mandatum nobis. Et
qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ip
ſe in eo: & in hoc ſcimus quoniam manet in
nobis, ex ſpiritu quem dedit nobis. Simili
modo

E modo & Dauid ſe habet, qui cùm recogno-
Pſal. 18. ſcens fragilitatem humanam dicat, Delicta,
Pſal. 142 quis intelligit? Non intres in iudicium cum
ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in
Pſal. 129. conſpectu tuo omnis uiuens. Si iniquitates
obſeruaueris domine, domine quis ſuſtine-
bit? Tamen firmiſsimus & confidens de ſua
iuſtitia propter promiſsiones diuinas, ait
Pſal. 7. manifeſtè, Iudica me domine ſecundum iu-
ſtitiam meam & ſecundum innocentiam
Pſal. 17. meam ſuper me. Et retribuet mihi dominus
ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum pu
ritatem manuum mearum retribuet mihi.
Quia cuſtodiui uias domini, nec impiè geſsi
à Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in
conſpectu meo, & iuſtitias eius non repuli à
me. Et ero immaculatus cum eo, & obſer-
uabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mi
hi dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſe
cundum puritatem manuum mearum ocu-
lorum eius. Cum ſancto ſanctus eris, & cũ
uiro innocente innocens eris. In toto corde
Pſal. 118. meo exquiſiui te. In corde meo, abſcondi
eloquia tua. Clamaui in toto corde meo,
exaudi me domine. Memor fui nocte nomi-
nis tui domine, & cuſtodiui legem tuam.
Pſal. 14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,
aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?
Qui ingreditur ſine macula, & operatur iu-
F ſtitiam. Qui loquitur ueritatẽ in corde ſuo,
qui non egit dolum in lingua ſua. Nec fecit
proximo ſuo malum, & opprobrium non ac
cepit aduerſus proximos ſuos. Ad nihilum
deductus eſt in conſpectu eius malignus, ti-
mentes autem dominum glorificat. Qui iu-
rat proximo ſuo & non decipit, qui pecu-
niam ſuam non dabit ad uſuram, & munera
ſuper innocentem non accepit. Qui facit
Pſal. 23. hæc, non mouebitur in æternum. Quis aſcen
det in montem domini? aut quis ſtabit in lo-
co ſancto eius? Innocens manibus, & mun-
do corde, qui non accepit in uanum animã
ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic
accipiet benedictionem à domino, & miſe-
Pſal. 33. ricordiam à Deo ſalutari ſuo. Quis eſt ho-
mo qui uult uitã? diligit dies uidere bonos?
Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua
ne loquantur dolum. Diuerte à malo & fac
bonum, inquire pacem & perſequere eam.
Pſal. 85. Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus
ſum; ſaluum fac ſeruum tuum Deus meus
Pſal. 100. ſperantem in te. Pſallam, & intelligam in uia
immaculata, quando uenies ad me. Peram-
bulabam in innocentia cordis mei, in medio
domus meæ. Non proponebam ante ocu-
Pſal. 131. los meos rem iniuſtam. &c. Memento do-
mine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.
Pſal. 1. Beatus uir qui non abiit in conſilio impio-
rum, & in uia peccatorum non ſtetit, & in G
cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege
domini uoluntas eius, & in lege eius medita
bitur die ac nocte. Beati immaculati in uia, *Pſal. 118.*
qui ambulant in lege domini. Hæc & multa
alia diuina eloquia, quæ per ora ſanctorum
ſuorum dixit nobis Deus, manifeſtè decla-
rant, aliquam eſſe hominum inchoatam iu-
ſtiam obedientiæ erga Deum; fidei, ſpei,
charitatis, pœnitentiæ, & bonorum operũ,
orationis, ieiunii, ac eleemoſynæ, quæ fir-
miſsimas habet promiſsiones diuinas de ſa-
lute & gloria, & quæ optimè ſuſtinet iudiciũ
Dei, ſeq; habentem ſaluat conſtantiſsimè.
Ob quod profectò ueritas huiuſmodi eſt con
cedenda, nec ſunt audiendi qui contra illam
deſipiunt: non Caluinus, non Bucerus: neq;
ii, qui Caluinum aut Bucerum ſequantur.
Aliqua eſt huiuſmodi inchoata iuſtitia, quæ
ſufficit: aliqua quæ non ſufficit. Quia
non omnes qui dicunt, Domine, domi-
ne intrabunt in regnum cœlorum. Neque
omnes qui credunt, neque omnes qui in ali
quo obediunt: neque omnes qui credentes,
aliquid, uel aliqua bona faciunt. Sed eſt men
ſura quædam in hoc, ut iuſtitia inchoata quæ
illam habet, ſufficiat: quæ autem non, mini
mè. Quæ autem ſufficit, illa ſine dubio ſuſti
net iudicium Dei, ſecura eſt, & ſaluat peni- H
tus: Deo ſic promittente. Neque illam im-
pediunt, aut damnant quæcunque peccata:
quia profectò, non uenialia ſeu leuia. Opti-
mè dixit Auguſtinus contra duas epiſtolas
Pelagianorum, Quamuis enim diabolus ſit *Lib. 3.*
auctor & princeps omnium peccatorum, *Cap. 3.*
non tamen filios diaboli faciunt quæcunque
peccata. Peccant enim & filii Dei: quoniam
ſi dixerint ſe non habere peccatum, ſeipſos
ſeducunt, & ueritas in eis non eſt. Quis no-
uit illam menſuram inchoatæ iuſtitiæ, quæ
ſufficit, ſecura eſt, & ſaluat ex diuina pactio
ne? Deus. An nos illam nouimus? Alia eſt
quæſtio. Qui pro certo nouit illam, confidat
de illa propter diuinas promiſsiones: neque
dubitet, neque hæſitet: Quandoquidem con
fidens de illa, magis confidit de Deo, cuius
ueritate atque promiſsionibus nititur: unde
profectò, nullum ibi eſt periculum. Qui au
tem non nouit illam certò; neque certò po-
teſt aut debet confidere de illa: Niſi ſub con-
ditione ita iudicando, quòd ſi habet illam, ſi
ne dubio ſaluabitur per illam: illi enim infal-
libiter promiſſa eſt à Deo uita, ſalus, beati-
tudo. De modo quo nos homines uiatores
poſſumus cognoſcere, nos eſſe in gratia Dei,
inferius dicuntur multa. Nunc autem de illo *Part. 4.*
agimus, quod oſtendere ſtudemus & proba *Lib. 3.*
re conuitimur, ualorẽ atque ſecuritatem no
ſtræ

A ſtræ inchoatæ iuſtitiæ ſufficientis: aſſerentes ſimul quòd ſicut non quæcunque peccata faciunt hoïes filios diaboli, ſic neq; oïs inchoata iuſtitia, facit homines filios Dei ordinatos ad regnum ſecundum præſentem iuſtitiã: ſed eſt aliqua quæ ſufficit, & aliqua quæ non ſufficit: aliqua quæ ſuſtinet Dei iudiciũ, & aliqua quæ non ſuſtinet. Quæ autem ſuſtinet, etiam ipſa non poteſt gloriari aut extolli in ſeipſa contra Deum; quia & ipſa quoque eſt à Deo, à quo ſine dubio habet ualorem, ſecuritatē,
1. Cor. 4. atque eſſe. Quis enim te diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti? Non ſufficit autem omnis inchoata iuſtitia, quia certè quotquot dicunt Saluatori noſtro, Domine, domine. iam habent inchoatam iuſtitiã, cum nemo poſsit dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto: & tamen ueriſsimum eſt uerbum Saluatoris noſtri, Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnũ cœlorum. Vnde igitur conſtat, quòd non ſufficit omnis inchoata iuſtitia. Quis eſt, qui non in aliquo obediat? Sunt autem multi, qui non obediunt ſufficienter. Quotquot autem ſufficienter obediunt, iuſtificantur, & ſalui
Hebr. 5. fiunt. Factus eſt omnibus obtemperantibus
Mat. 7. ſibi cauſa ſalutis æternæ. Qui facit uoluntatē Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in re-
B gnum cœlorum. Valde notandum eſt in hac
Vbi ſup. materia dictum illud Auguſtini, Non tamen filios diaboli faciunt quæcunque peccata. Conſequenter enim, Neque omnia peccata damnant ad gehennam: quamuis diabolus ſit auctor & princeps omnium peccatorum. Aliqua ergo ſunt peccata quæ faciunt filios diaboli & damnant, Aliqua uerò quæ non. Quæ ſunt illa? Maiora & grauiora. Quæ ſunt iſta? Minora & leuia, ſeu uenialia. Ergo inchoata iuſtitia grauioribus criminibus carens, ſecura eſt. Eſt enim donum Dei, & promiſſam habet æternam hæreditatē, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Quòd et ſi nos illã in hoc ſæculo non perfectè aut euidenter cognoſcamus, non tamen ideo illa perdit ſuum eſſe, ſuum ualorem, aut ſecuritatem in Dei iudicio, qui optimè nouit illam, ſuum donũ, ſuum opus. Non dependet noſtra inchoata iuſtitia ſufficiens in ſuo ualore, à noſtra cognitione. Valet enim ipſa, etiam ſi nos illam ignoremus. A' Deo promittente, ut iam dictum eſt, à Deo efficiente illam, & à Deo illam acceptante, propter merita Saluatoris noſtri: propter quæ illam noſtram inchoatã iuſtitiam nobis donat Deus, & illam acceptat: ob quæ etiam illi, ſeu nobis per illam firmiſsimas promiſsiones ſuas facit, de iuſtitia, ſalute atque regno. Attendat quiuis lector, quòd inchoata noſtra iuſtitia ſufficiens, eſt donum Dei & opus Spiritus ſancti, à quo C
eſt omne bonum; attendat ſimul quòd eſt quædam Deiformitas inhærens nobis & iuſtificans nos, à Deo reputata iuſtitia: ſicut legimus, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt: atten- *1. Ioan. 3.*
dat pariter quòd non omnia peccata faciunt homines filios diaboli, cum peccent etiam & filii Dei, ſicut ille illorum magnus dixit, Si *1. Ioan. 1.*
dixerimus quoniam peccatum nõ habemus, ipſi nos ſeducimus & ueritas in nobis non eſt. et ſicut etiam alibi eſt ſcriptum, Septies in die cadit iuſtus: attendat quòd ſiue ex natura rei, ſiue ex lege Dei, ſiue ex utroque, non omnia peccata ſunt paria, neque omnia peccata damnant: & attendat ſimiliter iam olim damnatum eſſe Pelagium docentem, ut refert Auguſtinus, homines filios Dei non *Epiſ. 106.*
poſſe uocari, niſi abſque peccato fuerint effecti. Qui autem hæc attenderit, uidebit profectò, ueram eſſe noſtram doctrinam de inchoata hominis iuſtitia operum. Aliqua eſt enim quæ ſufficit & ſuſtinet iudicium Dei, aliqua quæ non. Optimè atque manifeſtè dicit Augustinus ad Simpli. Incipit autem ho- *Lib. 1.*
mo percipere gratiam, ex quo incipit Deo *queſt. 2.*
credere, uel interna uel externa admonitio- *tom. 4.*
ne motus ad fidem. Sed intereſt quibus arti D
culis temporum uel celebratione ſacramentorum gratia plenior & euidentior infundatur. Non enim Catechumeni non credunt, aut uerò Cornelius non credebat cùm eleemoſynis & orationibus dignum ſe præberet cui angelus mitteretur, ſed nullo modo iſta operaretur, niſi ante credidiſſet. Nullo modo autem credidiſſet, niſi uel ſecretis per uiſa mentis aut ſpiritus, uel manifeſtioribus per ſenſus corporis admonitionibus uocaretur. Et ſequitur ad propoſitum, Sed in quibuſdam tanta eſt gratia fidei, quanta non ſufficit ad obtinendum regnum cœlorum, ſicut in catechumenis, ſicut in ipſo Cornelio antequàm ſacramentorum participatione incorporaretur Eccleſiæ. In quibuſdam uerò tanta eſt, ut iam corpori Chriſti in ſancto Dei templo deputentur. Templũ enim Dei ſanctum eſt, inquit Apoſtolus, quod eſtis *Ioan. 3.*
uos. Et ipſe Dominus, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum. Hæc ille. Ecce in quibuſdam hominibus tanta eſt gratia fidei ut ſufficiat ad regnum cœlorum obtinẽdum, in quibuſdam autem tanta eſt quanta non ſufficit ad illud. Quid de illa, quæ ſufficit. Nunquid poteſt illa ferre iudicium Dei, an'non? Poteſt utique. Ideo enim ſufficit, quia in iudicio Dei ſaluat, atque ſi in iudicio Dei non ſaluat, ad obtinendum regnum cœlorum non ſufficeret. Ita omnino dicendum eſt de noſtra

E noſtra inchoata iuſtitia: quia & ipſa profectò
eſt gratia fidei, uel ſine dubio pertinet ad il-
lam: & in aliquibus tanta eſt quanta ſufficit,
in aliquibus uerò tanta eſt quanta non ſuffi-
cit. Quæ autem ſufficit, fert atque ſuſtinet iu
dicium Dei, & in illo ſaluat habentem: ha-
betq; à Deo quòd ſit, & à diuina lege diui-
naq; acceptatione habet quòd ualeat, non à
ſua ipſius natura. Vt autem ad id redeamus
quod iam ſuperius latè ſatis poſuimus, Hãc
ueritatem docuit nos Dauid, dicens Deo,
Pſal. 7. Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meã,
& ſecundum innocentiam meam ſuper me.
Sic enim dixit ſecurus de ſua iuſtitia & inno-
centia inchoata, propter diuinam legem, &
Auguſt. diuinam acceptationem in diuina lege expli-
Pſal. 7. catam. Vnde Auguſtinus ſuper Pſalmos in
tom. 8. hunc locum ita exponit, In ſuperiori pſalmo
infirmus deprecabatur, miſericordiam po-
Lucæ. 5. tius implorans Dei, quàm commemorans
ullum meritum ſuum, Quoniam Filius Dei
Pſal. 6. peccatores uenit uocare in pœnitentiam. Ita
que ibi dixerat, Saluum me fac domine pro-
pter miſericordiam tuam: ideſt, non propter
meritum meum. Nunc autem quoniam uo
catus tenuit, & ſeruauit præcepta quæ acce-
pit; audet dicere, iudica me domine ſecun-
dum iuſtitiam meam. Et ſecundum innocẽ-
tiam meam ſuper me. Iſta eſt uera innocen-
F tia, quæ nec inimico nocet. Itaque bene ſe
iudicari poſtulat ſecũdum innocentiam ſuã:
qui uerè dicere potuit, Si reddidi retribuen-
tibus mihi mala. Quod autem addidit, Super
me. non ad innocentiam tantùm, ſed ad iu-
ſtiam quoque ſubaudiri poteſt. Vt iſte ſit ſen
ſus, Iudica me domine ſecundum iuſtitiam
meam, & ſecundum innocentiam meam ſu-
per me: quæ iuſtitia & innocentia ſuper me
eſt. Quo additamento demonſtrat, ipſum
quo anima iſta eſt & innocens non per ſe ha
bere, ſed per illuſtrantem & illuminantem
Pſal. 17. Deum. De hac enim dicit in alio pſalmo, Tu
illuminabis lucernam meam domine. Et de
Ioan. 1. Ioanne dicitur, Quia non erat ille lumen, ſed
teſtimonium perhibebat de lumine. Ille e-
rat lucerna ardens & lucens; Lumen ergo il-
lud unde animæ tanquam lucernæ accendun
tur, non alieno ſed proprio ſplendore præful
get; quod eſt ipſa ueritas. Ita ergo dicitur,
Secundum iuſtitiam meam, & ſecundum in-
nocentiam meam ſuper me: tanquam ſi lu-
cerna ardens & lucens diceret, Iudica me ſe-
cundum flammam quæ ſuper me eſt: ideſt,
non qua ſum ego, ſed qua fulgeo accẽſa de te.
Hæc ille. Ecce ſecnndum Auguſtinum: pe-
tit Dauid iudicari à Deo ſecundum iuſtitiam
ſuam ipſius Dauid quam habebat obedien-
do Deo, ſeruando mandata eius, declinan-
do à malo & faciendo bonum: quæ, ut decla G
rat, ſuper ipſum Dauid dicitur, quia illam
habebat Dauid non per eſſentiam ex natura
rei, ſed à Deo per participationem: ſicut lu-
cerna fulget, ſplendet & ardet, lumine quod
accepit, & quod participatum habet. Eandẽ
doctrinam tenet Gloſſa Ordinaria, dicens, ſe *Glo. Ord.*
cundum aliam ſententiam uenit Chriſtianos
iudicare, quod iudicium non timens perfe-
ctus audet orare, Iudica me. Sequitur per
omnia Auguſtinum, & manifeſtè docet hanc
eſſe uocem & orationem perfectorum: ut po
te quòd illi magis norunt de ſuo ſtatu, & de
ſua iuſtitia inchoata ſufficiente. Similiq; mo-
do interpretatur Gloſſa Interlin. Eodem etiã *Glo. Inter*
modo & diuus Baſilius in ſuis commentariis *linearis.*
in illum Pſalmum ſeptimum, cuius hic eſt u-
nus uerſiculus, Iudica me domine ſecundum *Pſal. 7.*
iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam
meam ſuper me. Ait enim, Videbitnr hic ſer *Baſilius.*
mo aliquid forte iactabundum, & glorioſum, *tom. 1.*
& ſimile aliquid orationi Phariſæi ſeſe extol-
lentis habere. Diligenter attamen intuenti
Propheta noſter ab hoc uitio procul omni-
no eſſe iudicabitnr. Iudica me domine, in-
quit, ſecundum iuſtitiam meam. Multa, in-
quit, de iuſtitia dicuntur, & perfectæ iuſtitiæ
fines compræhenſu ſunt difficiles. Eſt enim
& angelorum iuſtitia, quæ humanam ſupe-
rat: ſi qua uirtus eſt ſupra angelos, propor- H
tionabilem habet magnitudini ordiniq; præ-
ſtantiam. Poſtremò ipſius Dei iuſtitia omnẽ
excedit mentem, omni genitæ naturæ incom
præhenſibilis atque inenarrabilis. Me igitur
iudica domine ſecundum iuſtitiam meam:
hoc eſt, hominibus tantùm compræhenſibi-
lem, & poſsibilem his qui in carne uiuunt.
Et ſecundum innocentiam meam ſuper me.
Sic enim maximè uidetur, multum à Phari-
ſæi arrogantia diſtare. Innocentiam enim
ſuam nominat, ſimplicitatem inexperienti-
amq; ac ignorantiam eorum quæ neceſſaria
ſunt cognitu. Sicut in Prouerbiis dicitur,
Innocens omni uerbo credit. Quoniam ita-
que nos homines in plurimis ob inconſide-
rantiam & inexperientiam erramus, Deum
rogat ſuper innocentiam ueniam. Ex hoc au
tem palàm eſt, quòd ea quæ dicta ſunt, hu-
militatem Prophetæ, magis quàm ſuperbiã
præſeferre uidentur. Iudica me, inquit, ſe-
cundum iuſtitiam meam, & ſecundum inno-
centiam meam in me exiſtentem, id eſt, ſe-
cundum inſtitiam humanæ fragilitatis, & ſe-
cundum morum meorum ſimplicitatẽ. Scio
me non uerſatilem, neque in mundi negociis
circumſpectum: ſic me peccantem, propor-
tione meæ & fragilitatis & ignorantiæ iudi-
ca. Ecce diuus Baſilius docet, Dauid petere
in

A in eo loco iudicari à Deo ſecundum iuſtitiam
quam habebat iuxta humanam fragilitatem:
non ſecundum iuſtiriam angelicam quæ eſt
maior, neque ſecundum iuſtitiam Dei & di-
uinam, quæ eſt maxima omnium. Et tenens
hunc ſenſum qui eſt ueriſsimus, ſaluat iſtud
uerbum Dauid iuſti, ab arrogantia Phariſæi
ſuperbi. Secura eſt igitur inchoata iuſtitia ho
minis ſufficiens in iudicio Dei, poſtquam ui
ri ſancti & prophetæ poſtulāt iudicari à Deo
ſecundum illam: & ſuſtinet illa ſine dubio,
Dei optimi iudicium. Idem omnino ſentit
Chryſoſt. Chryſoſtomus in eodem loco, dicens, Qui
Pſal.142 fit ut qui alibi dicat, Ne ingrediaris in iudi-
cium cum ſeruo tuo, hic dicat, Iudica me ſe
cundum iuſtitiam meam? Quòd hoc aliud,
& illud aliud: Illhic enim dicens, Ne iugredia
ris in iudicio cum ſeruo tuo, ſignificat, ne
tu mecum iudicio contenderis, ne meam ui
tam, eam cum tuis beneficiis conferendo,
examinaueris. Et ideo ſubiunxit etiā, Quia
non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis ui
uens: hoc eſt, ſi tecum in iudicio contendat.
Hic autem nou hoc dicit. Non uult enim in
iudicio cum ipſo contendere, ſed ſecum. Et
ideo dicit, Secundum iuſtitiam meam: hoc
eſt, ſecundum iuſtitiam quæ mea eſt. Iuſtitiā
autem hic dicit, non aliquem affeciſſe aliqua
iniuria, quod dixit ſuperius, Si hoc feci, &
B quæ ſequuntur. Idem autem ſignificat illud,
Secundum innocentiam meam. ſecundum
hoc, inquit, uolo iudicari: Magna eſt autem
etiam hic iuſti fiducia. Hæc autem dicit coa-
ctus, Et quomodo? Quod multi ſtulti, ex iis,
quæ patiebatur, malam de eo opinionem ce
perant. Hæc ille. Ecce quoque doctor hic mi
rabilis, ibi inchoatam iuſtitiam operum bo-
norum ipſius Dauid intelligit, ſecundum quā
orabat ipſe Dauid iudicari à Deo: ſimul ex-
plicans illud uerbum nou eſſe contrarium il-
Pſal.142. li, quod Dauid protulit alibi, Non intres in
iudicium cum ſeruo tuo domine, quia non iu
ſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.
Dionyſ. Eandem doctrinam omnino ſequitur Diony
Carthuſ. ſius Carthuſianus in ſuis commentariis ſu-
per Pſalmos, inquiens, Iudica me domine ſe
cundum iuſtitiam meam. Secundum exigen
tiam meritorum meorum. Et ſecundum in-
nocentiam meam ſuper me. Ideſt, ſecundum
abſtinentiam meam à malo reſtitue mihi; fa-
ciendo mihi ſicut ego feci proximis meis:
quatenus ſicut ego illis non nocui, ita nec tu
noceas mihi. Iſtud eſt uerbum hominum per
fectorum; & beatus qui tuta conſcientia de
ſe ita loqui poteſt ad Deum omnia cognoſcē
tem. Hæc ille. Conformat per omnia bonus
Hugo ille & doctus uir, Hugo Cardinalis, ita dicens
Cardin. in ſuis commentariis, Iudica me domine. &c.

Non loquitur hic pœnitens, qui ſupra di- C
xit, Saluum me fac ex omnibus perſequen-
tibus me, & libera me. Sed perfectus adepta
iuſtitia dicit, Iudica me domine ſecundum
iuſtitiam meam, in bonis facieudis. Er ſecū
dum innocentiam meam. ideſt, malis fugiē-
dis. Sed uidetur hoc malè petere duabus ra-
tionibus. Primò quia petit iudicari. Vnde
Amos, Væ deſiderantibus diem domini. *Amoſ.5.*
Secundò quia petit iudicari ſecundum iuſti-
tiam ſuam. Iob, Srellæ non ſunt mundæ in *Iob.25.*
conſpectu eius. Eſaias. Quaſi panuus men- *Eſa.64.*
ſtruatæ uniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Solutio. Ad
primum, Væ deſiderantibus ex præſumprio
ne, & non ex ſpe: ſicut iſte deſiderat. Ad ſe-
cundum, Srellæ uon ſunr mundæ iu conſpe-
ctu eius: ſupple ex ſe, ſed ex gratia: & ideo
ſubdit hic. Super me; Quaſi dicat, Hæc iuſti
ria & innocentia ſunt ſuper me. ideſt, non ex
me: ſed à Deo. Quia omne datum optimum *Iacobi.1.*
& omne donum perfectum deſurſum eſt, de
ſcendens à Patre luminum. Hæc ille. Con-
cordar etiam Auguſtinus Steuchus Eugubi- *Auguſt.*
nus, Epiſcopus Kiſamus, Qui cum dixiſſet *Eugubin.*
quòd iudicare ſacris literis ſit in ius uocare,
ferre de factis cuiuſque ſenrentiam: ita ſubiū
xit in commentariis ſuis in pſalmos Dauid,
Propterea precatur, ut in ſe clementer iudi-
cet, innocentiam, æquitatem ſuam couſide-
ret (dat enim animos rectè factorum conſciē D
tia) Non meruiſſe ſe ut tam uefarium bellū,
populus exciret, ſcire ſe quæ placidus prin-
ceps potuiſſet, præſtitiſſe. Id ipſum ſuperius
querebatur, ſe nullas iniurias amicis intuliſ-
ſe: contrà, inimicis profuiſſe. Cum hoc igi-
tur animo fuiſſet, liberè poterat de ſua iuſti-
tia, atque innocentia prædicare. Quam enim
laudem tu poſsis in terris oſtendere maiorē,
& qua propius ad Deum mortales accedant,
quàm parcendo, cunctis ſine diſcrimen bene
faciendo? Rectè igitur hac parte ſeſe apud
ſummum iudicem commendat. Hæc ille. Ec
ce concordant omnes (cum quibus ſentit Eu
thymius) iſti doſtores in hac una ſententia ue
riſsima, uidelicet ſanctum Dauid ſecundum
ſuam iuſtitiam quam habebat cum adiutorio
gratiæ Dei uoluiſſe iudicari, idq́; poſtulaſſe
in his uerbis: ſunt autem hi non pauci, nec
indocti, nec ignoti, Auguſtinus, Gloſſa Or-
din. Gloſſa Interlin. Baſilius, Chryſoſtomus,
Dionyſius Carthuſianus, Hugo Cardinalis,
Auguſtinus Steuchus & Euthymius. Qui pro
fectò ſunt audiendi. Vnde igitur ſine dubio,
eſt aliqua iuſtitia operum inchoata in hoc ſæ-
culo, quæ ſecura eſt in iudicio Dei, illud opti-
mè ſuſtinet, & ſe habentem ſaluar. Eandem
ueritatem docer nos idem ſanctus Dauid in il
lis aliis uerbis, ſuis, Et retribuet mihi domi

 nus

E nns ſecundum inſtitiam meam, & ſecundum
puritatem mannum mearum retribnet mi-
Pſal. 17. hi. Quia cuſtodiui nias domini, nec impiè
geſsi à Deo meo. Quoniam omnia iudicia e-
ius in conſpectu meo, & iuſtitias eius non re
pnli à me. Et ero immaculatus cum eo, &
Pſal. 25. obſeruabo me ab iniquitate mea. Et retri-
buet mihi dominus ſecũdum iuſtitiam meã,
& ſecundum puritatem manuum mearum in
conſpectu oculorum eius. Iudica me domi-
ne, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus
ſum, & in domino ſperans non infirmabor.
Ibidem. Lauabo inter innocentes manns meas, & cir
Pſal. 61. cundabo altare tuum domine. Semel locu-
tus eſt Deus, duo hæc audiui; quia poteſtas
Dei eſt, & tibi domine miſericordia, quia tu
Pſal. 85. reddes unicuique iuxta opera ſua. Cuſtodi
animam meam, quoniam ſanctus ſum: ſal-
uum fac ſeruum tuum Deus meus ſperantẽ
in te. Multaq; alia quæ iam ſupra poſuimus,
& mnlta alia quæ facilè quoque poni poſsẽt.
Nullus eſt enim auctor catholicus qui in
his uerbis Dauid non intelligat hanc uerita-
Matt. 16. tem: ſicut & in illis uerbis domini, Filius enĩ
hominis uenturus eſt in gloria Patris ſui, cũ
angelis ſuis: & tunc reddet unicuique ſecũ-
dum opera eius. & quemadmodũ in illis uer
Rom. 2. bis Apoſtoli, Theſaurizas tibi iram in die iræ
& reuelationis inſti iudicii Dei, Qui reddet
F unicuiqne ſecnndum opera eius, iis quidem
qui ſecundum patientiam boni opetis, glo-
riam & honorem & incorruptionem quæ-
runt, uitam æternam: iis autem qui ſunt ex
contentione & qni non acquieſcunt ueritati,
credunt autem iniquitati, ira & indignatio.
Veluti etiam in illis aliis uerbis Saluatoris
Mat. 19. noſtri, Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua
mandata. Quidem enim omnino & in his
quoque manifeſtè oſtenditur, aliquam eſſe
aut poſſe eſſe utique hominis iuſtitiam ope-
rum, quæ certiſsimam habet ſalutem in iudi
cio Dei, ſecundum legem eins, & ſecundũ
ſuam acceptationem infallibilem: quæ tamẽ
ipſa hominis iuſtitia operũm, non eſt ſolius
hominis effectiuè, ſed magis ſine dubio eſt
Dei, præuenientis, præparantis, iuuantis,
facientis ut nos faciamus, & principaliter o-
perantis. Atq; rurſus hæc inchoata operum
inſtitia ſufficiens non ſolùm eſt in uiris per-
fectisqni ſuperædificant aurum, argentum,
& lapides præcioſos: quinimmo & in niris in
ſtis incipientibns proficientibnsq;, qui ſuper
ædificant lignum, fœnum, & ſtipulam: quos
ignis probabit, & de quibus etiam dicit Apo
ſtolus quòd ſalui fient, ſic tamen quaſi per
ignem. In quibus uerbis ſatis docemur gra-
dus quoſdam eſſe in iuſtitia operum quæ fide
les operantur, qui certò habent ſalutem in

Dei iudicio: non ſolùm gradus perſectorum, G
quin etiam & gradus proficientinm, & gra-
dus incipientium. Pulchrè enim & clarè di-
cit Apoſtolus, Vnuſquiſque autem uideat *1. Cor. 3.*
quomodo ſuperædificet. Fundamentum enĩ
aliud nemo poteſt ponere, præter id qnod
poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Siquis
autem ſuperædificat ſuper fundamẽtum hoc,
aurum, argentum, lapides precioſos, ligna,
fœnum, ſtipulam: uniuſcuiuſque opus mani
feſtum erit. Dies enim domini declarabit,
quia in igne reuelabitur: & uninſcuiuſque o-
pus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus
manſerit, quod ſuperædificauit, mercedem
accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum
patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen
quaſi per ignem. Hæc uerba euidenter pro-
bant, aliquam eſſe iuſtitiam operum, quæ ſu
ſtinet diuinum indicium: de die enim domi-
ni erat ſermo, & de iudicio diuino futuro u-
nicuique ſecundum opera eius. Sic Ezechias, *Eſa. 38.*
Hieremias, Eſter, Iudith, & alii leguntur, *Eſter. 14.*
ſuas hnmiliter corãm Deo iuſtitias atque per *Iudit. 9.*
fectiones allegaſſe: uirtutum uidelicet, &
bonorum operum. Sic etiam apud Mat- *Mat. 25.*
thæum in forma iudicii futuri à domino
deſcripta, nouimus manifeſtè aliquam eſ-
ſe iuſtitiam operum quæ ſuſtinet Dei iu-
dicium, ſaluatur in illo, & ſaluat ſeſe ha-
bentes: Venite benedicti Patris mei, poſ- H
ſidete paratum uobis regnum à conſtitu-
tione mundi: eſuriui enim, & dediſtis mihi
manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hos
pes eram, & collegiſtis me: nudus eram, &
operuiſtis me: infirmus, & uiſitaſtis me: in
carcere eram, & ueniſtis ad me. Diuus Bernar *Bernard.*
dus manifeſtè & optimè docuit, noſtram iuſti *Vbi ſupr.*
tiam rectam quidem eſſe: ſed non puram: re
ctam, in ſeipſa: non puram autem, propter
admiſtas culpas noſtras, ſaltem leues. Legi-
mus autem, Iuſtus es domine, & rectum iudi *Pſal. 118.*
cium tuum. In recto uerò iudicio iuſti iudi-
cis, non poteſt non eſſe ſecurum, quod eſt re-
ctum. Secura eſt ſanctitas in ſancto iudicio iu
dicis ſancti: Eodem modo ſecura eſt iuſtitia
in iuſto iudicio iudicis iuſti. Amat iudex ſan-
ctus ſanctitatem, amat iudex iuſtus iuſtitiam,
amat iudex rectus rectitudinem. Hæc ſecu-
ra ſunt, oppoſita autem horum laborant, ti-
ment, tremunt, pereunt, puniũtur. Ignis pro-
bat. Nec inflammat anrum, argentum, lapi- *1. Cor. 3.*
des præcioſos; ſed lignum, fœnum, ſtipulam.
Vnuſquiſque antem uideat, quomodo ſuper
ædificet. Fundamentum enim aliud nemo po
teſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod
eſt Chriſtus Ieſus. Siquis autem ſuperædifi-
cat ſuper fundamentum hoc, aurum, argen-
tum, lapides præcioſos, lignum, fœnum, ſti-
pulam;

A palam; uniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & uniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuper ædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Ecce & hic ſecuritas promittitur auro, argento, lapidibusque præcioſis: per quæ utique intelligimus ſicut ſemper intellexerunt doctores ſancti, bona opera; bonas uirtutes, uirtutumque bonarum opera bona. Quid multa?
Sap. 15. Verè legimus de Deo, Diſſimulas peccata
1. Pet. 4. hominum, propter pœnitentiam. Iterum, Charitas operit multitudinem peccatorum. Quid ſunt peccata hominum? præſertim baptizatorum? Defectus à lege. Nullus enim
August. baptizatus peccat, niſi à lege deficiendo. Vnde Auguſtinus contra Fauſtum conſtanter & uerè dicit, Peccatum eſt dictum, factum, uel concupitum contra legem Dei. quam diffinitionem peccati, omnes doctores accipiunt. Quid eſt Deum diſſimulare peccata propter pœnitentiam? & quid eſt charitatem operire multitudinem peccatorum? Eſt Deum propter pœnitentiam & propter charitatem interpoſitam, non imputare nobis defectus à lege, quia peccata ſunt defectus à lege, ut conſtat. Ergo ubi non imputantur defectus à lege, ubi diſſimulantur, ubi operiuntur, propter pœnitentiam & charitatem interpoſitā, ſine dubio ſecura manet iuſtitia legis, iuſtitia
B operum, declinatio à malo, & operatio boni.
August. ubi ſupra Optimè dixit Auguſtinus in ſuis retractationibus, Omnia mandata reputantur facta, ubi quicquid non fit, ignoſcitur. Ignoſcitur autē quicquid non fit, propter pœnitentiam: quia propter pœnitentiam, peccata ſiue defectus à lege diſſimulantur. Ignoſciturque etiam quicquid non fit, propter charitatem: quia propter charitatem, peccata ſiue defectus à lege operiuntur. Ergo noſtra iuſtitia operum cum pœnitentia, & noſtra iuſtitia operum cū charitate, ſecura eſt: Dei iudicium ſecura ſuſtinet, in regnum cœlorum cū gaudio intrat, ſedem beatam poſſidet. Quid eam facit ſecuram? Primùm quidem Dei miſericordia, quæ ſemper locum habet. Secundò, lex Dei, Deiq; contractus nobiſcum initus & ſuo ſacratiſſimo ſanguine confirmatus: ubi ipſe talem prærogatiuam præſtat pœnitentiæ & charitati, ut pœnitentia interpoſita peccata diſſimulentur, & charitate interpoſita, peccata operian-
Pſal. 31. tur. Beati (autem) quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatū. Secura eſt igitur iuſtitia noſtra operum cum pœnitentia, & cum charitate; quicquid ſit de noſtra iuſtitia operum per ſe, & ſeorſum ſumpta. Etenim pœnitentia & charitas data ſunt C nobis à Deo in adminiculum, pro noſtra iuſtitia operum: ut ipſa ſecura ſit, & non imputentur nobis, ſed operiantur & diſſimulentur noſtri defectus à lege. Attendamus ergo quæſo, quòd aliud eſt loqui de noſtra iuſtitia operū, pro ut eſt ſola; & aliud eſt loqui de noſtra iuſtitia operum, prout eſt cum pœnitentia & charitate. Prout eſt ſola, fortaſsis manca eſt mutila & deformis, quia in multis deficimus omnes. Pro ut autem eſt cum pœnitentia & charitate, longè alio modo ſe habet: quia pœnitentia facit noſtros defectus à lege diſſimulari; & charitas facit noſtros defectus à lege, operiri. Vbi uerò defectus à lege diſſimulantur & operiuntur, nullus profectò apparet defectus, nullaq; deformitas in iuſtitia legis: diſſimulantur enim omnes, & operiuntur. Era- *Epheſ. 5.* tis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Sed quidem, Alia claritas ſolis, *1. Cor. 15.* alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum. Optimè dixit Auguſti- *Auguſt.* nus in Hypognoſt. in laudem ueram pœnitē- *Lib. 3.* tiæ, Pœnitencia ergo res eſt optima, & perfe- *tom. 7.* cta, quæ defectus reuocat ad perfectum. Sicuti & diuus Petrus, charitas operit multitudinem peccatorum. Quicquid ergo ſit de no- *1. Pet. 4.* ſtra iuſtitia operum ſi ſola fuerit, de qua certū eſt quòd ſi charitatem non habet, nihil nobis prodeſt ad ſalutem, ut apertè teſtatur diuus D Paulus: quando tamen ipſa cum charitate eſt, prodeſt quidem, nobis in Dei iudicio pro iuſtitia reputatur, iudiciumque Dei ſuſtinet, & ſe habentem ſaluat ſuo modo. Sic enim legimus, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. In iuſtitia *1. Ioan. 3.* ſuâ quam operatus eſt uiuet. Qui fecerit eam *Ezec. 18.* homo, uiuet in ea. Erat autem ſermo Apoſto- *Rom. 10.* li, de iuſtitia legis, ſeu operum: quæ ut diximus, *Deut. 30.* ſi ſola eſt, ad ſalutem non prodeſt. Si au- *Leuit. 8.* tem fidem & charitatem habet, iam qui fece- *Ezec. 20.* rit eam homo, uiuet in illa, ut hic manifeſtè tradit Apoſtolus: utq; etiam tradunt Prophetæ, lex & Euangelium.

Est igitur noſtra præſens oratio aduerſus eam doctrinam Buceri, quâ ipſe ait, quòd hac ipſa iuſtitia inchoata per ſe iuſti haberi Deo non poſſumus, propter eius imperfectionem: quia legi Dei, ipſa ſatisfacere non poteſt. Duo enim hic dicit, quæ ambo uidentur habere quandam tum ueritatem, tum pietatem; cum tamen utrumque, nihil horum habeat, ſed potius ambo habeât impietatem & falſitatem: niſi Bucerus hæc tali modo intelligat & declaret, quo nobiſcum, & cum ueritate ſentiat. Alterum dictum eius eſt & primum, quod hac ipſa iuſtitia inchoata per ſe iu

E ſti haberi Deo non poſſumus, propter eius imperfectionem. Alterum dictum eius eſt & ſecundum, quòd legi Dei, ipſa ſatisfacere non poteſt. Primùm eius dictum, inquantum dicit, per ſe. uidetur quodammodo habere pietatem & ueritatem. quia quomodo poſſunt homines haberi iuſti Deo, propter eorum inchoatam iuſtitiam operum per ſe? per ſe, inquam, ideſt, ſine adminiculo ſeu adiutorio alicuius alterius. Quid eſt homo? Quæ eſt illa inchoata iuſtitia operum per ſe? Quis eſt Deus? Re uera autem, non habet illud dictum pietatem, nec habet ueritatem: ſed utique habet impietatem, habetq; falſitatem, Et hæc eſt ueritas catholica, infallibilis omni modo, quam in hoc dicimus. Quæ ueritas, ut appareat, alia duo nobis oſtendenda ſunt; primùm, quæ ſit iuſtitia inchoata operum quam dicimus iuſtificare, ſaluareq; hominem in Dei iudicio: ſecundum, quæ ſint illa quæ per ſe compræhendit ipſa inchoata operũ iuſtitia, de qua loquimur, & de qua loquuntur doctores ſancti. Quoad primum igitur eſt maximè aduertendum, nos non loqui de omni inchoata iuſtitia operum, ſimpliciter: ſed de omni inchoata iu-

F ſtitia operum, ſecundum quid: ideſt, de illa quam habent omnes uiri iuſti: non de inchoata iuſtitia hominum in communi, ſed de inchoata iuſtitia hominum iuſtorum. De hac ergo inchoata iuſtitia loquimur, & non de alia: quicquid de omnia alia ſit, aut uideatur eſſe. Quoad ſecũdum autem nobis eſt uidendũ, quid continet inchoata iuſtitia hominũ iuſtorum, quæ ſit quæ compræhēdat, quæ'ue includat per ſe, & non ſecundum accidens. Quid igitur includit hæc inchoata iuſtitia hominum iuſtorum per ſe? Includit per ſe ratione ſui, quidquid boni habemus, de illis quæ lex Dei nobis præcipit aut conſulit, faciamus, intelligendo, uolendo, credendo, ſperando, diligendo, obediendo, pœnitendo, operãdo, aut quouis modo alio. Hæc enim omnia includit per ſe, iuſtitia inchoata operum hominum iuſtorum, ratione ſui: ideſt, quia eſt iuſtitia operũ, ſeu legis: quia reſpicit legem, & fit ſecundum illam: quia in lege nobis præcipitur, uel quia lex illam nobis conſulit. Quia omne totum includit per ſe, omnem ſuam partem per ſe. Verùm ratione ſui ſubiecti, uidelicet quia eſt hominum iuſtorum, & non aliorum: includit per ſe, gratiam gratum facientem, quæ formaliter facit homines iuſtos, ſanctos, filios Dei adoptiuos, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Quia accidens quoad ſuum eſſe includit per ſe ſuum ſubiectum per ſe, cum accidentis eſſe ſit in eſſe. Ecce quæ includit per ſe, tum ratione ſui ipſius, tum ratione ſui ſubiecti, omnis inchoata iuſtitia hominum iuſtorum. Ergo omnis inchoata iuſtitia operũ G hominum iuſtorum per ſe, excluſis omnibus aliis quæ accidentaliter conſiderari poſſunt, facit formaliter homines haberi iuſtos Deo: quia per ſe, ratione ſui ſubiecti iuſti, includit gratiam gratum facientem, quæ hominem eleuat, dignificat, uiuificat, iuſtificat, gratificat, & filium Dei adoptiuum facit, atque regni hæredem. Itaque per ſe, ratione ſui ſubiecti, facit filios: ideo per ſe, ratione ſui ſubiecti, facit hæredes. Dicente Apoſtolo, Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. *Rom. 8.* Omnis autem filius ſecurus eſt de ſua hæreditate, apud iudicem iuſtum. Idem habet etiam per ſe, omnis inchoata iuſtitia operum hominum iuſtorum, ratione ſui: quia omnis talis includit per ſe charitatem in lege præceptã, *1. Ioan. 3.* qua transferimur de morte ad uitam, quæ eſt *Coloſ. 3.* uinculum perfectionis, & operit multitudinem peccatorum. *1. Petr. 4.* Igitur omnis inchoata operum iuſtitia hominum iuſtorum, per ſe, tũ ratione ſui ſubiecti, tum ratione ſui ipſius, facit formaliter homines haberi iuſtos Deo in iudicio Dei: ſecundum legem diuinam, quã habemus datam nobis ab ipſo Deo, & ſecundum quam loquimur. Dicit Bucerus quòd iuſtitia inchoata operum, eſt imperfecta. Concedimus. H Sed ſi illa eſt hominum iuſtorum, ſua imperfectio non tollit ſua præuilegia, non tollit ſuum ualorem in ſua proportione, non tollit ſuam promiſſionem, non tollit ſuam ſecuritatem, in Dei iudicio. Inchoata iuſtitia operum hominum iuſtorum in hac uita eſt imperfecta: ſed profectò eſt Deo accepta, eſt Deo grata, eſt à Deo ſecundum præſentem iuſtitiam ad regnum ordinata: & ſi perſeuerauerit uſque in finem, eſt omnino ſecura. Qui autem perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Dicit Bucerus, quòd inchoata iuſtitia operum non ſatisfacit legi. Alia quæſtio eſt. Quidam olim dixerunt eſſe aut fuiſſe uiros iuſtos, qui ſine peccato uiuerent, ſatisfacientes legi ſecundum præcepta affirmatiua & negatiua: de qua eorum ſententia iam ſatis dictũ *lib. praſ.* eſt, etiam ſecundum diuinas ſcripturas. Dicimus tamen ut generalius loquamur, quòd inchoata iuſtitia operum hominum iuſtorũ, & ſi nõ plenè ſatisfaciat legi, quantũ ad oĩa legis præcepta: ſatisfacit tamen legi ſufficienter, quãtum ad legis remedia, & quantum ad finẽ omnium præceptorum. Quandoquidem omnis inchoata iuſtitia operum hominum iuſtorum, ſine dubio habet charitatem: quia alids, *1. Ioan. 3.* nullus homo eſſet iuſtus: cùm charitas ſit, *1. Petr. 4.* qua transferimur de morte ad uitam, & quæ *Col. 3.* operit multitudinem peccatorum, atque eſt *1. Tim. 1.* uinculum perfectionis. De charitate autem

quid

A quid legimus? Finis autem præcepti charitas. Qui diligit proximum, legem impleuit. *Rom.13.* Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. In his duobus mandatis, tota lex pendet, & Prophetæ. *Matt.22.* Itaque igitur omnis inchoata iuſtitia operũ hominum iuſtorum, habet charitatem: & ſic ſatisfacit ſufficienter legi, quantum ad finem legis & omnium præceptorum. Sufficienter, inquam, & ſi non perfectè. Aliud eſt enim loqui de eius ſufficientia, aliud eſt loqui de eius perfectione. Perfectio eius reperitur in omnibus iam beatis: ſufficientia autem eius reperitur in omnibus iuſtis uiatoribus: eius perfectio ſimpliciter reperitur in cœlo, ſed eius ſufficientia aut etiam perfectio ſecundũ quid, reperitur in terra, in hac uita, ſiue peregrinatione. In hac peregrinatione erat Apoſtolus, quando dicebat, Sapiẽtiam autem loquimur inter perfectos. Qui ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus. *1.Cor.2* *Col.3.* Et in hac peregrinatione quoque erat Iob, quando dixit, Ecce ipſe proximus ſum iudicio meo, & ſcio quia iuſtus inueniar. Iuxta quod uerbum multa optimè dicit Auguſtinus ad propoſitum iſtud noſtrum, in ſuo libro de perfectione iuſtitiæ. *Auguſt. tom.7.* Errant grauiſſimè qui in iuſtitia operum non diſtinguunt hæc duo, perfectionem, ſufficiẽtiam. *In operũ iuſtitia qua faciẽ da ſit diſtinctio.* Et ſicut errasſent grauiſſimè, qui in iuſtitia operum iuſtorum cœli, perfectionem negaſſent: ſic errant grauiſſimè, qui in iuſtitia operum iuſtorum terræ, ſufficientiam negant. B Neutrum enim horum eſt negandũ, ſed potius utrunq; horum eſt toto corde credendum, plenoq; ore confitendum. A' quo habet inchoata iuſtitia operum hominum iuſtorum, hanc ſufficientiam? A' gratia gratum faciente quam habet per ſe, ratione ſui ſubiecti: à charitate quam habet per ſe ratione ſui ipſius: à contractu ſeu lege diuina, quam Deus nobis ſaluandis dedit, ſuo ſanguine confirmauit, & ratam firmamq; habet: atque ab ipſo Deo acceptante, in uirtute meritorum Chriſti nobis ab antiquiſſimo tempore applicatorum. A' quibus meritis Saluatoris noſtri habemus ipſam gratiã gratum facientẽ, ipſam legem, atq; gratiam præuenientem, præparantem, iuuantem, qua uiuimus ſecundum legem, declinãdo à malo, & faciendo bonum: ut tandem omnia bona noſtra pertinentia ad fidem, pietatem, religionem, iuſtitiam, bonam uitam, ſalutem, in Saluatorem noſtrum principalem referamus auctorem.

Probat Bucerus quod ſui dicunt, neceſſariò animam fidelem niti non hac communicata, ſed ſola Chriſti iuſtitia nobis donata, & ſine hac nullam omnino eſſe iuſtitiam: quod ipſe ita exponit, hoc eſt, hanc ipſam in nobis excitatam iuſtitiam, quamuis donum Dei & opus ſit Spiritus ſancti, nobis tamen C ſuo merito pro iuſtitia in iudicio Dei deputari non poſſe propter admiſtas eius ſordes. Dicamus primùm ad expoſitionem Buceri, poſtea dicemus (domino donante) ad dictũ ſuorũ. Nos loquimur de inchoata iuſtitia operũ nõ ſimpliciter, ſed hominum iuſtorum: ſi Bucerus de alia loquitur, non cõtendimus cum illo, dicat quicquid libuerit: credimus nihilominus, quòd & ipſe de hac quoq; loquatur iuſtitia. Ita ergo intelligentes, accipimus quod Bucerus dicit hanc in nobis excitatam iuſtitiam & per homines iuſtos operatam, donũ Dei eſſe, & opus Spiritus ſancti: quia profectò hæc eſt ueritas catholica, toto corde credenda, ut conſtat ex dictis. Quòd uerò Bucerus addit, dicens nobis, hanc inchoatam iuſtitiam operum hominum iuſtorum, ſuo merito pro iuſtitia in iudicio De deputari nõ poſſe, nos non ſic accipimus, ſed prius diſtinguimus. Quandoquidem ipſa inchoata iuſtitia operum poteſt conſiderari, eſtq; conſideranda duobus modis: uno modo quantum ad ſubſtãtiam operis, & pro ut eſt à libero arbitrio, alio modo pro ut eſt à Spiritu ſancto mouente, & procedit ex gratia gratum faciente ſeu charitate. Rurſusq; de merito multis modis diſtingui ſolet, & diſtinguẽdumeſt: quia aliud eſt meritum de condigno ſtrictè; aliud eſt meritum de condigno largè; aliud eſt meritum non de condigno aliquo modo, ſed de congruo. D Iſtis ſic poſitis, conſideratisque, dicimus per ſequentes concluſiones, Prima eſt, ſi conſideramus iuſtitiam inchoatam operũ hominum iuſtorum, ſolùm ſecundum ſubſtantiam operis & prout ſunt à libero arbitrio; ſic non poteſt ibi eſſe condignitas, nec meritum de condigno, reſpectu uitæ æternæ; ſed eſt ibi congruitas quædam, propter quandam æqualitatem proportionis. Secunda eſt; Si conſideramus iuſtitiam inchoatam operum hominum iuſtorum, ſecundũ quod procedit ex Spiritu ſancto mouente & gratia gratum faciente inhærente: ſic eſt ibi meritum de condigno, ſaltem largè. Quia uerò iam ſuperius multa diximus de merito, modò de his ſatis. Sufficit profectò in præſentia conſiderare, ac firmiter credere, omnes homines iuſtos uerè eſſe filios Dei adoptiuos, uereq; habere ius ad regnum per id quo ſunt filii Dei adoptiui: quia uerè dixit Apoſtolus. Si filii, & hæredes. *Rom.8.* Sunt autem filii Dei adoptiui per aliquid quod eſt in ipſis, & quod eis cõmunicat Deus per gratiam & merita Chriſti, quando eos in filios adoptat. Quãdo .n. hõ fit de non filio Dei adoptiuo filius Dei adoptiuus, uerè mutatur in ipſo tranſitu: mutatur, inquam, uerè, poſitiuè ac realiter: ut

E ut iam ſatis dictum eſt, & monſtratum. Illud autem quo formaliter ſic mutantur, facit formaliter eos filios adoptiuos, & illud formaliter facit eos regni hæredes: quicquid illud ſit, magnum aut paruum, perfectum aut imperfectum. Vide ò Bucere, quòd iuſtitia operũ inchoata hominum iuſtorum, et ſi ratione ſui, ſuo proprio merito, atque prout eſt à libero arbitrio, non tantum ualeat; ſicut non
Rom. 8. ſunt condignæ paſsiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Valet tamen multum, habetq́ue magnam dignitatem, & condignitatem, prout eſt à Spiritu ſancto mouente, ex gratia gratum faciente ſeu charitate inhærente, & ſecundum diuinum contractum initum nobiſcum: ſicut,
2. Cor. 4. quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Vide quòd iuſtitia inchoata hominũ iuſtorum huiuſmodi, prout eſt à gratia ſeu charitate inhærente & à Spiritu ſancto mouente, eſt fructus quidam optimæ arboris, & habet quandam æqualitatem cum gloria, ſeu uiſione Dei clara: ut habet meritum, cum præmio. Vide quòd contractus Dei & pactum eius nobiſcum de gloria nobis donanda, ſtat firmiſsimè: & quòd poſitis conditionibus contractus, ipſe firmiſsimè implebi-
F tur. Contractus eſt, quòd reſpicit dominus ad perſonam iuſtam: & deinde ad munera eius, ſiue parua, ſiue magna, aut nulla prorſus. Quam iuſtitiam operum, uel inchoatã, habent paruuli baptizati? Saluantur tamen, & ſecuri ſunt in iudicio. Ita ſecuri ſunt uiri iuſti adulti in iudicio Dei, cum quauis iuſtitia operum reperiantur. Ergo non ualet expoſitio Buceri. Quia inchoata iuſtitia operũ iuſtorum quæcunque illa ſit, ſufficit ad ſalutem, & ſaluat ſuo merito quod habet non ex natura rei, nec ex libero arbitrio: ſed ex Spiritu ſancto mouente, ex gratia uel charitate inhærente, ex contractu Dei, ex conditione aut dignitate ſui ſubiecti. Nec ualet ratio ad hanc ſuam expoſitionem, quia dicit hanc inchoatam iuſtitiam ſuo merito non poſſe in iudicio Dei deputari pro iuſtitia, propter admiſtas eius ſordes. Hæc igitur eius ratio, qua dicit, propter admiſtas eius ſordes, non ualet. Agimus enim de inchoata iuſtitia operum hominum, non ſimpliciter, ſed iuſtorum. Sordes autem quæcunque cum ea ſint, ſicut eam à ſuo ſubiecto non abiiciunt, aut non expellunt, ita ſuum ualorem non tollunt. Quandoquidem peccatum ſi tale eſt, quod iuſtitiam hominis iuſti tollat; quidem meritum eius obnubilat, & impedit: ſi autem non eſt tale quod ſubiectum iuſtum fa-

G ciat iniuſtum, iuſtitia ſubiecti iuſti manet, & ſufficit. Eſtq́; notandum ualde, quod licet quæuis ſordes faciant noſtram iuſtitiam imperfectam, non tamen quæuis ſordes faciũt illam inſufficientem: & ideo aliud eſt loqui de noſtræ iuſtitiæ imperfectione, aliud eſt loqui de noſtræ iuſtitiæ inſufficientia. Venialia enim peccata, & item diminutio ſeu minor intenſio charitatis, aut aliquod tale, imperfectam quidem faciunt noſtram inchoatam iuſtitiam, hominum iuſtorum: ſed nunquid ideo illam inſufficientem faciunt? Abſit. Quandiu inchoata iuſtitia operum hominum iuſtorum manet, ipſa ſufficit, ut dictũ eſt, & conſtat: ſufficit, inquam, rationibus prædictis.

ABVNDANTIVS hoc declaremus, propter materiæ grauitatem. Sordes quæ iuſtitiam huiuſmodi impediant, nullæ aliæ uidentur eſſe, niſi peccata, ſeu quod idem eſt, defectus à lege. Peccata autem profectò non *Philoſop.*
ſunt connexa ſibi inuicem: quia immo mul- *Ethic. 2.*
ta peccata ſunt ſibi inuicem contraria, ut do- *S. Thom.*
cet Philoſophus, & conſtat: & contraria nõ *Prima 2.*
poſſunt ſimul ineſſe eidem. Neque peccata *queſt. 73.*
ſunt paria; quia immo alia peccata ſunt maio- *Art. 1.*
ra, alia minora: ſicut etiam Saluator noſter *& 2. 3. 4.*
dixit ad Pilatum, Qui me tradidit tibi, ma- *6. 7. 8. 9.*
ius peccatum habet. Vt etiam notum eſt, *10.*
quòd grauitas peccatorum uariatur ſecundũ *Ioan. 16.*
obiecta, differt ſecundum dignitatem uirtu- H
tum, quibus peccata ipſa opponuntur: attenditurq́; ſecundum cauſam peccati: aggrauatur per circunſtantiam, augetur ſecundum maius nocumentum, aggrauatur ratione perſonæ in quam peccatur, & quoque ratione perſonæ peccantis. Variatur etiam ſecundum grauitatem uel leuitatem materiæ, ac ſecundum deliberationem uel indeliberationem. Quamobrem certè peccata non ſunt paria, quicquid olim ſomniaſſent Stoici de pritate peccatorum, quos quodam modo uidetur ſequi Tullius in Paradoxis: & quorum ſen-
tentiam referunt atque relinquunt, Auguſti- *Auguſt.*
nus in quadam epiſtola, & ſanctus Thomas *tom. 2.*
in ſuis partibus. Cæterùm igitur ut conſtat, *S. Thom.*
non ſunt paria peccata. Quin immo profe- *ubi ſupr.*
ctò quædam ſunt peccata ſic leuia, ſic uenia- *art. 2.*
lia, ſic minuta, uel ex natura ſua propria, uel ex leuitate materiæ, uel ex indeliberatione hominis, uel ratione ſui obiecti, uel ſaltẽ ex diuina lege nobis hominibus fauorabili & certa, quòd reperiuntur & ſtant in filiis Dei adoptiuis huius ſæculi, & non tollunt filiationem, nec eius radicale principium ſeu fundamentum, gratiam gratum facientem aut charitatem. Hæc ueritas eſt diuina, & notãda ualde. Sic enim legimus in diuinis ſcripturis.

A ris. Qui nanque dixit, Si dixerimus quoniam
1. Ioan. 1. peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus,
& ueritas in nobis non eſt. Ipſe idem dixit
1. Ioan. 3. paulò poſt in eadẽ epiſtola, Chariſsimi, nunc
filii Dei ſumus, & nondum apparuit quid eri
mus. Ecce filii Dei adoptiui in hoc ſæculo,
habent peccata. Quæ? Illa leuia, uenialia,
minuta; de quibus diximus, quòd ſtant cũ
Pſal. 142 filiatione huiuſmodi. Eandem ueritatem ha
bemus alibi etiam, Qui enim dicit, Non iu-
ſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.
Pſal. 81. Ipſe dicit, Ego dixi dii eſtis uos, & filii excel
Ioan. 10. ſi omnes. Ecce nemo eſt qui non habeat ali-
quam iniuſtitiam: qua aliquo modo non iu-
ſtificatur in conſpectu Dei: cum tamen mul
ti ſint filii Dei adoptiui, qui quodammodo
dicuntur dii, per participationem. Hinc cõ
Auguſt. ſtanter dixit Auguſtinus contra duas epiſto-
Lib. 3. las Pelagianorum, Quamuis enim diabolus
Cap. 3. ſit auctor & princeps omnium peccatorum,
tom. 7. non tamen filios diaboli faciunt quæcunque
peccata. Peccant enim & filii Dei; quoniam
ſi dixerint ſe non habere peccatum, ſeipſos
ſeducunt, & ueritas in eis non eſt. ſicut iam
allegauimus ex eodem Auguſtino. Itaque
certiſsimum eſt apud omnes Chriſtianos ex
diuinis ſcripturis, nonnulla eſſe peccata quæ
filiationem ſeu adoptionem filiorum Dei nõ
tollunt: ſicuti quoque eſt certiſsimum ex il-
B lis eiſdem ſcripturis diuinis, alia eſſe pecca-
ta quæ huiuſmodi filiationem ſeu adoptionẽ
auferunt, & faciunt filios diaboli. Illa appel
lamus uenialia, leuia, minuta: hæc uerò nõ
ſic, ſed criminalia, mortalia, grauiora. Vn-
Auguſt. de Auguſtinus dicit ſuper Ioannem, quòd
Homil. 7. crimen eſt, quod damnationem meretur; ue
niale autem eſt, quod non meretur damna-
tionem. Vnde habent peccata uenialia hoc,
quòd ab hominibus filiationem Dei non au-
ferant, & quòd eos filios diaboli non faciant?
S. Thom. Vnde eſt, quòd ſic ſint uenialia? Quidem uel
Prima 2. à natura ſua propria, uel ex leuitate materiæ
queſt. 88. uel ex indeliberatione huius, uel ratione ſui
Art. 1. obiecti uel ex genere ſuo, uel ſaltem, quod
& 2. nullo modo negari poteſt, ex lege diuina,
quæ profectò ſic habet, ſicq; nobis homini-
bus eſt poſita. ex diuina gratia, diuinoq; fa-
uore. Ergo lex Dei ſaluat filios Dei adopti-
uos, homines iuſtos, in tali filiatione: etiã
ſi peccata leuia, uenialia, & minuta habeãt.
Saluat autem, ubi? In iudicio Dei, Etenim
ſecundum legem Dei, futurum eſt iudicium.
Rom. 2. Sic enim ſcriptum eſt, Quicunque enim ſine
lege peccauerunt, ſine lege & peribunt: &
quicunque in lege peccauerunt, per legem iu
Mat. 7. dicabuntur. Idem apud Matthæum, Omnis
ergo qui audit uerba mea hæc, & facit ea, &c.
Et omnis qui audit uerba mea hæc, & non
facit ea &c. Idem apud Iacobum. Eſtote au- C
tem factores uerbi, & non auditores tan- *Iacobi. 1.*
tùm. &c. Idem apud Lucam, Ille autem ſer- *Lucæ 12.*
uus qui cognouit uoluntatem domini ſui,
& non ſe præparauit, & non fecit ſecundum
uoluntatem eius, uapulabit multis: qui au
tem non cognouit, & fecit digna, plagis, ua-
pulabit paucis. Ita totum iudicium refertur
ad legem, ut fiat ſecundum illam: etiam ut
qui non habuerunt legem ſcriptam, iudicen
tur ſecundum legem naturalem: ut declarat
Apoſtolus ad Romanos, Teſtimonium red- *Rom. 2.*
dente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe in
uicem cogitationibus accuſantibus, aut etiã
defendentibus, in die quo iudicabit Deus oc
culta hominum ſecundum Euangelium meũ
per Ieſum Chriſtum. Et quidem rationabi-
liter quia, Vbi enim non eſt lex, nec præua *Rom. 4.*
ricatio. Ergo ſecundum Dei legem, futurũ
eſt Dei iudicium. Sed quidem lex ipſa Dei
ſaluat homines iuſto cum ſua inchoata iuſti
tia operum, etiam ſi habeant ueniales admi-
ſtas ſordes; quia ſaluat eos Dei filios adopti
uos, deos quodammodo per participatio-
nem: ut ſatis monſtratum eſt, & conſtat.
Si autem ſaluat eos filios, tali modo: Igitur
ſaluat eos habentes ius ad hæreditatem, re-
gnum, & gloriam: Sicut ſcriptum eſt. Si filii, *Rom. 8.*
& hæredes: hæredes quidem Dei, cohære-
des autem Chriſti. Ergo ipſi, legi Dei ſatiſ- D
faciunt, cùm eos ſaluet lex: alioquin lex dã-
naret eos, cum ſit futurum iudicium ſecun-
dum legem. Satisfaciunt, inquam, ipſi, le-
gi Dei, quantum ad ſufficientiam ad ſalutem,
licet non ſatisfaciant legi quantum ad perfe-
ctionem. Manent ipſi filii Dei, iuſti quidem,
& cum iure ad regnum: ſed non perfecti. Igi
tur admiſtæ ſordes cum iuſtitia inchoata ope
rum hominum iuſtorum, non impediunt
quominus illa inchoata iuſtitia operum ſa-
tisfaciat legi, quantum ad ſufficientiam: ſa-
tisfacit enim ipſa inchoata iuſtitia operum le
gi, ſufficienter, licet non perfectè. Ideo &
ſaluat cum omni ſecuritate. Secura eſt enim,
ex diuino contractu, nobis ualde fauorabili.
Diſtinguendum eſt igitur de ſordibus pecca-
torum, mortalium uel uenialium: atq; mul-
tum conſideranda eſt lex filiorum Dei ado-
ptiuorum, perfectorum, proficientium, in
cipientium: quæ firma eſt omnino, uera, ſe-
cura, ualida, & ſecundum quam futurum eſt
iudicium eorum.

NON ualet ergo expoſitio Buceri, nec
ualet eius ratio, ſeu potius probatiua ratio-
cinatio, de admiſsis ſordibus. Quanto igi-
tur magis non ualet dictum ſuorum, quod
ipſe conatus eſt exponere, & ſecundum ſuã
expoſitionem defendere, aut probare?

QVOD

E QVOD autem ſui dicunt, animam fidelem neceſſariò niti non hac cõmunicata, ſed ſola Chriſti iuſtitia nobis donata, Verbũ eſt tam liberum, quàm indoctum; & tam indo dum, quàm liberum: ſecundum eorum ſenſum, in quo putant aut credunt inchoatã iuſtitiam operum hominum iuſtorum non ſatiſfacere legi Dei, & per inde neque ſaluare poſſe in Dei iudicio. Sufficienter enim ſatiſfacit, ſufficienterq; ſaluat in iudicio Dei, ut eſt monſtratum ſatis per diuinas ſcripturas allegatas. Dicunt animam fidelem neceſſariò non niti hac communicata iuſtitia operum hominum iuſtorum inchoata, ſed ſola Chriſti iuſtitia nobis donata, imputata, ſeu applicata. Verbum eſt extra propoſitum. Non enim loquimur, nec ſermo eſt de nixu aut non nixu fidelis animæ, ſed de ſufficientia uel non ſufficientia iuſtitiæ operum hominum iuſtorum inchoatæ, ad ſaluandum in Dei iudicio. Ideo uerbum iſtud extra propoſitum præſentis diſputationis eſt, & poteſt ea facilitate expelli, qua potuit induci. Sed tamen & nos de ipſo dicamus non nihil, ut omnibus ſatisfaciamus. Diſtinguendum eſt profectò de animabus fidelibus, quia quædam eſt anima fidelis perfecta, quædam imperfecta: quædam quæ habet certam reuelationem de ſua inchoata iuſtitia operum ſufficiente, F quædam non: immo etiam & quædam eſt iuſta, & quædam iniuſta. De iniuſta non loquimur, quia niſi prius nitatur ad conuerſionem, non habet unde rationabiliter nitatur ad ſpem ſalutis, de facto ac efficaciter ſiue efficienter conſequendæ. Si autẽ anima fidelis eſt iuſta quidem, ſed non habet certam reuelationem de ſuo ſtatu, nec de ſua inchoata iuſtitia operum ſufficiente: tunc uidens in ſe bonas affectiones circa Deum, quas Deus ab ipſa iuſtificanda & in iuſtitia cõſeruanda requirit, & ignorans de earum ſufficientia, iam non habet unde certò aliqua re nitatur, niſi Chriſti iuſtitia nobis data, imputata, uel applicata. Si autem anima fidelis iuſta utique eſt, & de ſua inchoata iuſtitia operum perfecta uel ſufficiente, certam reuelationem habet: iam utique non ſola iuſtitia Chriſti nobis data, applicata, aut imputata, ſed etiam ſua inchoata iuſtitia operum perfecta uel ſufficiente poteſt niti, cum humilitate tamen & reuerentia, recognoſcendo quòd & ipſam inchoatam iuſtitiam habet per ipſam Chriſti gratiam, & quòd ipſa inchoata iuſtitia ſua eſt effectus quidam uoluntarius & gratioſus gratiæ Chriſti: Sic etiam ut principaliter, primùm, ac magis nitatur ipſa Chriſti gratia, quàm alia. Verbi gratia, ut eo caſu, non ſit neceſſarium animam fidelem niti ſola gratia Chriſti nobis imputata, niſi tamẽ quod ea tunc etiam nitatur primùm, G principaliter, & magis, ut dictum eſt: ſed poſsit niti etiam ſua inchoata iuſtitia perfecta uel ſufficiente, minus principaliter, ſecũdariò, & ſecundum quid. Nihil enim prohibet quominus anima iuſta habens certam reuelationem de ſufficientia ſuæ iuſtitiæ ſecundum legem Dei, poſsit niti illa ad certè ſperandum præmium promiſſum in ipſa Dei lege, omnibus qui illam legem ſufficienter ſeruant: nihil, inquam, hoc prohibet: immo multa ſunt, quæ, hoc poſſe licitè fieri oſtendunt. Sic faciebat Apoſtolus, qui reſpiciens ad ſuam inchoatam iuſtitiam operum perfectam & ſufficientem accertus de illa, dicit, Ego enim iam delibor: & tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonum certamen certaui, *2.Tim.4* curſum conſummaui, fidem ſeruaui. & reſpiciens ad præmium ſibi inde promiſſum, ait, In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iudex. Sic etiam & diuus Petrus, qui certus de obſequio, & quærens de præmio, inquit, Ecce nos relinquimus omnia & ſequuti ſu- *Mat.19.* mus te; quid ergo erit nobis? nec tamen fuit repræhenſus, ſed fuit edoctus à domino dicẽte, Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. H Et omnis qui reliquerit patrem aut matrem aut uxorẽ aut filios aut agros propter *Mar.10.* nomen meum, centuplum accipiet, hic, & *Luca.18.* uitam æternam poſsidebit, in futuro. Quid multa? Licet petere à domino, intuitu, ſeu per reſpectum ad præſtitum obſequium & inchoatam iuſtitiam operum, ſicut petebat Dauid, Feci iudiciũ & iuſtitiã, non tradas *Pſal. 118* me calumniantibus me. Et Ezechias, Obſe- *4.Reg.20* cro domine, memento quæſo quomodo ambulauerim corãm te in ueritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt corãm te, fecerim. Fueruntq; non repræhenſi, ſed exauditi. Similiter ergo licebit expectare, eodẽ intuitu ſeu reſpectu. Hoc eſt quod dominus apud Eſaiam declarauit, dicens, Lauamini, *Eſaias.1.* mundi eſtote, auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis: Venite, & arguite me. Quaſi liceat intuitu contractus ſeruati ſufficienter, ac ſufficientis iuſtitiæ operum cognitæ, promiſſam mercedem petere, atque expectare, cum humilitate & modeſtia. Eſt autem contractus diuinus initus nobiſcum de hac re, Si uis ad uitam ingredi, ſerua *Mat. 19.* mandata. Serua, inquit, mandata. uel perfectè, uel ſufficienter. Quod nanque eſt ſufficiens, utique ſufficit. Omnis anima fidelis *Rom.8.* iuſta, eſt filia Dei adoptiua, & per conſequẽs eſt hæres, habetq; ius adoptiuum ad hæreditatem:

A ditatem: quia, Si filii, & hæredes. Ergo ſi
Rom.8. certò nouit ſe filiam, licet ei intuitu ſui iuris
hæreditarii, ſuæq; filiationis, hæreditatem
Subiectũ quodammodo expectare. Quidem enim, ni
primum hil eſt, quod hoc prohibeat. Maximè quia ſi
uirtutis cut ſubiecti fiedei eſt iutellectus uon ſimpli-
ſpei theo- citer, ſed ut motus à uoluntate, ſicuti iam
logica. ſatis dictum eſt & probatum: ſic ſubiectum
Lib.1. ſpei, eſt uoluntas non ſimpliciter, ſed affecta
li.3.c.2. meritis, ſeu operibus: & propterea actus e-
Caietan. ius, ſcilicet expectare beatitudinem à Deo,
Prima 2. exigit iu uoluntate meritum, ſine quo non
quaſt. 65 eſſet ſperare, pro ut ſperare eſt actus uirtutis
Art.4. theologicæ, ſpei: Sed habere merita contin-
git duobus modis, uidelicet in intentione
tantùm, & in re. Er ſi quidem uoluntas ſpe-
ret affecta tãtùm meritis in intentione, actus
quidem eſt ſpei, ſed imperfectus: ſi uerò ſpe-
ret affecta meritis in re, tunc ſpes eſt in ſuo
perfecto ſtatu, habens debitam in proprio
ſubiecto diſpoſitionem. Itaque ſubiectum
proprium uirtutis ſpei, pro ut ſpes eſt uirtus
theologica, eſt uoluntas affecta meritis, præ
habens aut ſupponens merita; ſic etiam & o-
mnis actus eius, ut ſit actus ipſius, merita
Mag.ſen. quoque reſpicit. Vnde & Magiſter ſenten-
Lib.3. tiarum dicit quòd ſpes eſt ex gratia & meri-
Diſt. 26. tis proueniens. Quod dictum Magiſtri ut be
S.Tho. ue declarat ſanctus Thomas, nou intelligi-
secũda2. tur quantum ad habitum ſpei, per quam ali
quaſt.17. quis ſpectat beatitudinem: quia hic habitus
art.1. nou cauſatur ex meritis, ſed ex gratia. In-
ad 2.arg. telligitur autem quantum ad ipſam rem ſpe-
B ctatam, pro ut aliquis ſperat Beatitudinem
ſe adepturum ex gratia & meritis: uel etiam
quantum ad actum ſpei formatæ, quæ incli-
nat ad ſperaudum ex meritis quæ habet. At-
que profectò ex hac ratione eſt, quòd ſpei
uirtuti theologicæ uullo modo poteſt ſubeſ-
ſe falſum, ſicut nec fidei uirtuti theologicæ.
S.Tho. Fidei nou poteſt ſubeſſe falſum, quia ratio
secund.2 formalis obiecti fidei, eſt ueritas prima, & ra
quaſt.1. tio probatiua quoad uos eſt diuina auctori-
art.3. tas: ſub ueritate aurem prima nullum falſum
ſtare poteſt, ſicut nec nou ens ſub ente, nec
malum ſub bonitate: & diuina auctoritas nec
Ibidem. poteſt falli, nec fallere. Spei autem in actibus
ad 1.arg. ſuis etiam uullo modo poteſt ſubeſſe ſalſum,
quia nemo ſperat per ſpem theologicam ſe
habiturum uitam æternam ſecundum pro-
priam poteſtatem, hoc enim eſſer præſum-
ptionis, ſed ſecundum auxilium gratiæ, in-
qua ſi perſeuerauerit, omnino & infallibili-
ter uitam æternam conſequetur. Spes ergo
ſperar & habet actum ſperandi, uel potius ho
mo Chriſtianus per illam; ſperat, inquam,
beatitudinem per gratiam & meritum, ope-
ra, obſequium Dei, obſeruantiam legis.

Multo igitur magis ſic poteſt firmiter ſpera- C
re anima Chriſtiana, fidelis, iuſta, habens
certitudinem de ſua iuſtitia ſufficiente. Sic
enim ſperando, quid, & quomodo ſperat?
Sperat beatitudinem, per iuſtitiam ſufficien
tem, quam certò nouit ex reuelatione: ſpe-
ratq; ſic ſperando, unam gratiam pro alia:
glorificationem, per iuſtificationem: gratiã
gloriæ, pro gratia iuſtitiæ: gratiam uitæ bea
tæ, pro gratia uitæ iuſtæ: unum effectum gra
tiæ redemptionis, per alium: pro ut Deus
ordinauit communicare nobis hominibus a-
lios effectus gratiæ redemptionis, per alios;
medios per primos, ultimos per medios.
Haec ueritas manifeſta, uullam admittit
obiectionem: quia eſt ex omni parte notiſsi
ma. Si autem obiiciat quiſpiam ex illo loco,
Sic & uos cum feceritis omnia quæ præcepta *Luca.17.*
ſunt uobis, dicite, Serui inutiles ſumus, quod
debuimus facere, ſecimus, quaſi ex hoc uer-
bo uou liceat uiris iuſtis, etiam de ſua ſuffi-
cienti iuſtitia reuelationem certam habenti-
bus, ſperare beatitudinem ſibi promiſſam,
intuitu ſuæ inchoatæ iuſtitiæ perfectæ uel ſuf
ficientis. Reſpondemus quòd hoc uerbum,
ſpem illis hanc non prohiber: ſed multa ad-
modum, & ualde notabilia nos docet. Su-
mus enim ſerui Dei, duplici iure: uidelicet
& iure creationis, & iure redemptionis: &
ſicut creatori debemus omnia pertinentia ad D
creationem, ſic Redemptori debemus om-
nia pertinentia ad redemptionem. Sumus
autem inutiles, quia cùm tota utilitas ſeruo
rum pertineat ad ſuos dominos, quorum ip
ſi ſerui ſunt, & quæ lucrantur: nos profectò
ſerui ſumus inutiles reſpectu domini noſtri
Dei, quia bonis uoſtris non eget, & quia è
noſtris operibus obſequiis, aut meritis, nul
la ei fit acceſsio. Vnde ſecundum ueritatem,
prorſus uulla utilitas prouenit Deo è noſtris
humanis operibus, ſed ſolùm nobis ipſis o-
perantibus. Serui ergo Dei ſumus, & ei inu-
tiles. Quamobrem & gloſ. interlin. ita expo *Glo.Inter*
nit, Serui. quia empti precio. Inutiles. quia *linearis.*
bonorum operum non eget Deus, uel quia *1.Cor.6.*
non ſuut cõdignæ paſsiones huius temporis *Rom.8.*
ad futuram gloriam quæ reuelabitur in no-
bis. Et gloſſa Ordin. circa idem uerbum, Si *Glo.Ord.*
homo ab homine ſeruo non uniforme ſed
multiplex miniſterium exigit, nec gratiam
habet: quanto magis uos, qui, ſine me ni- *Ioan.15.*
hil poteſtis, uon unius uſum operis uel labo-
ris exercere debetis, ſed ſemper nouis ſtudiis
augere priora: nec uos iactetis, quia bene
ſeruitis. Iactantiam igitur arque præſum-
ptionem hic prohibet dominus, uon autem
ordinatam ac humilem ſpem. Secundò etiã,
quia dum dominus dicit, Serui inutiles. &c.

E forte id retulit ad id quòd erant Apoſtoli ſecundum legem. uel etiam ad id quòd ſumus omnes filii Adæ, ſecundum naturam. Secundum legem, filii ancillæ, in ſeruitutem generantis: ſecundum naturam, filii iræ, ſerui peccati. Tales enim ſerui certè non habent, unde aliquid rationabiliter expectent: ſed ſunt omnibus inutiles, tum Deo, tum ſibi ipſi. Nos autem Chriſtiani, præſertim ſi iuſti ſumus, iam non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ; qua libertate Chriſtus nos liberauit: nec ſumus ſerui peccati, ſed ſerui iuſtitiæ: nec iã dicimur ſerui, ſed amici: immo etiam iam

Rom. 8. dicimur & filii. Sicuti & Paulus ait, Ipſe enim ſpiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei. Additq; ad propoſitũ, Si autem filii, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti; ſi tamen cõpatimur, ut & conglorificemur. Alia autẽ ſunt iura iam filiorum, ſecundum gratiam: & alia ſunt iura ſeruorum: alia ſunt iura amicorum & iuſtorum, alia aliorum: Alia, inquam, iura; alia etiam priuilegia. Præſertim quia ſermo noſter eſt de fidelibus amicis, iuſtis, ac filiis Dei adoptiuis certam reuelationem habentibus de ſua inchoata iuſtitia operum perfecta, aut ſufficiente.

ITAQVE quod dicit Bucerus, homines iuſtos habere uel habere poſſe inchoatam in

F ſtitiam operum in hoc ſæculo, & quod iterũ ait, ipſam talem inchoatam iuſtitiam, eſſe donum Dei, ſunt quidem uerſsima & in his uti que ipſe, & uerè & catholicè loquitur, & ſunt hæc ab omnibus concedenda. Quod uerò dicit quòd hac ipſa inſtitia inchoata per ſe iuſti haberi Deo non poſſumus, propter eius imperfectionem, & hanc ipſam in nobis excitatam iuſtitiam nobis ſuo merito pro iuſtitia in Iudicio Dei deputari non poſſe, eſt dubium ambiguum, atque amphibologicum: ob quod certè eſt diſtinguendum, ut uideatur, in quo ſenſu fiat. Quia inchoata iuſtitia operum hominum iuſtorum ſi intelligatur ita per ſe & ſuo merito, ideſt, ex natura rei, ſiue ſolùm ratione ipſorum operum: certũ eſt quòd ut ſic; nec habet unde ab inferno liberet, nec unde ad cœlum introducat. Si autẽ intelligatur ita per ſe & ſuo merito, Ideſt ſecundum ea quæ includit tãquam partes ſuas, fidem, ſpem, charitatem, obedientiam pœnitentiam, bonam operationem, ſecundum cauſas ſuas per ſe, Spiritum ſanctum mouentem ad illam ac gratiam gratum facientem, ſecundum dignitatem ſui ſubiecti, ac regularẽ acceptationem Dei quam habet infallibiliter iuxta diuinam legem: certum profectò eſt, quòd ut ſic habet quidem unde liberet ab inferno, & ſecurè introducat ad regnum. Quia

G eſt iuſtitia filiorum Dei adoptiuorum, & propter ea quæ ſtatim diximus. Vnde quidem iuuatur à qualitate ſui ſubiecti, quam etiam includit, quia loquimur de inchoata iuſtitia operum hominum iuſtorum, non aliorum. Scientes quòd ſi per poſsibile aut impoſsibile tanta uel etiam maior iuſtitia operum eſſet in homine aliàs non iuſto, nec filio Dei adoptiuo: ea nõ ſufficeret ad ſaluandũ illum in iudicio Dei, nec illum iuſtificaret ad ſalutem. Quod autem dicit Bucerus hanc iuſtitiam operum, nõ poſſe ſatisfacere legi Dei propter eius imperfectionem, aut non poſſe nobis in iudicio Dei deputari pro iuſtitia propter admiſtas eius ſordes, eſt omnino falſum, & ſimpliciter negandum. Quandoquidem ſtante lege diuina nobis data, omnis inchoata iuſtitia hominum iuſtorum, ideſt, filiorum Dei adoptiuorum, qualis eſt omnis iuſtus, ſatisfacit legi Dei ſecundum eandem legem, & deputatur illis pro iuſtitia in iudicio Dei, non obſtante ſua imperfectione, nec obſtantibus ſuis ſordibus admiſtis. Etenim imperfectio ipſius iuſtitiæ operũ inchoatæ, & ſordes ſuæ admixtæ, ſicut non tollunt ab homine ipſo iuſto filiationem Dei adoptiuã; ſic non tollũt à ſua inchoata iuſtitia operum ſuam ſufficientiam, aut ſatisfactionem. Impediunt quidem & tollunt perfectionem, ſed neque impediunt, neque tollunt ſufficientiã. H
Eſt hæc doctrina ſatis uera & ſatis nota, & ad quam ſi uel tantillum aduertiſſet Bucerus, exiſtimo quòd non ab illa deuiaſſet: ſed quia non conſiderauit illam, errauit in illa, ideſt, contra illam, & eo ipſo contra ueritatem.

Ex precedenti inſtituto adhuc diſſeritur contra Bucerum, declaraturq; illud uerbum uerißimum, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Alia item ſimilia ediſſeruntur: quæ omnia optimè cõciliantur diuinis ſcripturis aliis iam adductis; ſatisq; conuenire demonſtrantur, uſque adeo ut nullus ſit controuerſiæ locus.

CAP. XXIIII.

DANDA eſt igitur, concedenda, & prædicanda iuſtitia operum ſecundum obedientiam ſeu obſeruãtiam legis Dei, quæ in Dei iudicio ſecura eſt, illud ſuſtinet, & in illo habẽtes ſe, ſaluat, gloriamq; parat maiorem uel maiorem, ex diuina acceptatione ſecundum legem Dei firmiſsimam, & pactionem eius infallibilem. Quid eſt igitur quod legimus, Non intres in iudicio cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtifica- Pſal. 143

A ſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens? Hoc quidem aliud eſt, ſed profectò dictis nō repugnat. Quid ergo ſignificat? Noſtram miſeriam & fragilitatem, atque diuinam excellentiam & perfectionem: miſeriam noſtram in eo quòd nihil boni habemus ex nobis qua ſi ex nobis, ſed ſumus inſuper omnes naturâ filii iræ: fragilitatem noſtrā, quia ex nobis nec bona à Deo recepta conſeruare, nec illis bene uti ualemus, ſed ad omnem bonum uſum bonorum receptorum aut oblatorum Dei adiutorio indigemus, & ſæpe atque frequenter cadimus propter ignorantiam rerum agēdarum, uel propter concupiſcentiam noxia-
1.Ioan.1. rum, ob quæ ſi dixerimus, Quia peccatū nō habemus, ipſi nos ſeducimus & ueritas in nobis non eſt. Diuinam autem excellentiam & & perfectionem, uidelicet infinitam: ad quā omnis noſtra iuſtitia etiam maxima, comparata, nulla reputatur; ſicut Dauid per comparationem ad infinitam ſubſtantiam Dei dixit de ſubſtantia ſua, Subſtantia mea tāquam nihilum ante te. Et quemadmodum ſanctus
Iob.1.& 2. ille Iob, Vir ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinēs innocentiam. Cū Baldat ei dixiſſet, (arguens
Iob 8. ipſum Iobum Hypocriſeos, reputans eum meritas luere pœnas) Nunquid Deus ſupplātat iudiciū? aut omnipotens ſubuertit quod
B iuſtum eſt? Etiam ſi filii tui peccauerunt ei, & dimiſit eos in manu iniquitatis ſuæ: Tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus: Si mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ. Ipſe idem ſanctus uir Iob noſtram miſeriam ac fragilitatem ſimulq́; diuinam excellētiam ac perfectionem infinitam conſiderando, ſecundum comparationem hominis ad Deum re-
Iob 9. ſpondēs, dixit, Verè ſcio quòd ita ſit, & quòd non iuſtificatur homo compoſitus Deo. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere unum pro mille. Sapiens corde eſt, & fortis robore: quis reſtitit ei, & pacem
Ibidem. infra. habuit? Si uenerit ad me, non uidebo eum; ſi abierit, non intelligam. Si repente interroget, quis reſpondebit ei? Vel quis dicere ei poteſt, Cur ita facis? Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur qui portant Orbem. Quantus ergo ſum ego, ut reſpondeam ei, loquar uerbis meis cum eo? Qui etiam ſi habuero quippiam iuſtum, non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor.
Ibidem. infra. Si fortitudo quæritur, robuſtiſsimus eſt: ſi æquitas iudicii, nemo audet pro me teſtimonium dicere. Si iuſtificare me uoluero, os meum condemnabit me; ſi innocentē oſtendere, prauum me comprobabit. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, C & tædebit me uitæ meæ. Ecce agit ampliſsimè ſecundum cōparationem hominis quantumuis iuſti, ad Deum infinitè iuſtum: & ſic dicit, Verè ſcio quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compoſitus Deo. Secundum quam ſententiam ueriſsimam explicatius ma-
gis poſtea dixit, Nunquid iuſtificari poteſt Iob 25. homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce Luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius: Quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Ecce hic miſeriam & & fragilitatem humanam memorando, agit de homine ſecundum comparationem ad Deum. Neque unquam talia dixit Iob, agēs de iuſtitia hominis ſecundum comparationē ad legem: quinimmo ſecundum hanc, erat ille, Vir ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & retinens innocentiam, &
quidem iuſtus. Sicut ipſemet ait, Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Veruntamen uias Iob. 13. meas in conſpectu eius arguam: & ipſe erit Saluator meus: Non enim ueniet in conſpectu eius omnis Hypocrita. Audite ſermonem meum, & ænigmata percipite auribus ueſtris. Si fuero iudicatus, ſcio quòd iuſtus in-
ueniar. Ecce in cœlo teſtis meus, & conſcius Iob 16. meus in excelſis. Verboſi amici mei, ad Deū ſtillat oculus meus. Atque utinam ſic iudica D retur uir cum Deo, quomodo iudicatur filius
hominis cum collega ſuo. Ipſe uerò ſcit uiam Iob 23. meam, & probabit me quaſi aurum quod per ignem tranſit. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, uiam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea. A' mandatis labiorum eius non receſ-
ſi, & in ſinu meo abſcondi uerba oris eius. Do Iob 27. nec deficiam, non recedā ab innocentia mea. Iuſtificationem meam quam cœpi tenere, nō deſeram: Neque enim repræhendit me cor
meum in omni uita mea. Iuſtitia indutus Iob 29. ſum, & ueſtiui me ſicut ueſtimento, & diademate, iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum: & cauſam quā neſciebam, diligētiſsimè inueſtigabam. Quid abundantius, quid explicatius, quid clarius? Ecce qui dicit non iuſtificari hominem compoſitum aut comparatum Deo, uidelicet propter noſtras miſerias & Dei iuſtitiam infinitam: ipſe idem dicit ſe iuſtum per comparationem ad legem datam, ipſeq́; eſt de hac iuſtitia certus atque ſecurus. Eodem modo & ſanctus Dauid recognoſcens humanas miſe-
rias, Ecce enim in iniquitatibus conceptus Pſal. 50. ſum, & in peccatis concepit me mater mea. & altitudinem Dei, Subſtantia mea tanquam nihilum ante te. Dicit ſecundum comparationem, aut etiam diſceptationē rigoroſam,

E Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia *Pſal.142* non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Qui idem ſanctus & iuſtus Dauid ſecundum iuſtitiam legis quæ certiſſimè atque ſecuriſſimè ſaluat ex diuina pactione & ordinatione, ſeſe iuſtum declarans, quoque dixit, Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas, in omni tempore. *Pſal.118.* Legem pone mihi domine uiam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. Deduc me in ſemitã mandatorum tuorũ, quia ipſam uolui. Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea eſt. Super omnes docentes me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui. Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut cuſtodiam uerba tua. A' iudiciis tuis non declinaui, quia tu legem poſuiſti mihi. Mirabilia teſtimonia tua domine, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Os meum aperui, & attraxi ſpiritum; quia mandata tua deſiderabam. Expectabam ſalutare tuum domine, & mandata tua dilexi. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea uehementer. Seruaui mandata tua & teſtimonia tua, quia omnes uiæ meæ in conſpectu tuo. *Pſal.7.* Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meã, F & ſecundum innocentiam meam ſuper me. *Pſal.118.* Memor fui nocte nominis tui domine, & cuſtodiui legem tuam. *Pſal.17.* Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia cuſtodiui uias domini, nec impiè geſſi à Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo, & iuſtitias eius non repuli à me. Et ero immaculatus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum in cõſpectu oculorum eius. *Pſal.25.* Iudica me domine, quoniam in innocentia mea ingreſſus ſum: & in domino ſperans, non infirmabor. Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum domine. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me, & miſerere mei. *Pſal.85.* Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum. *Pſal.100.* Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Et multa alia ſimilia. Quibus euidenter docemur, aliquam eſſe hominis iuſtitiam operum ſecundum conſiderationem ad legem Dei, quæ certè, confidenter, ſecurè, atque irrefragabiliter ſaluat in Dei iudicio, iuxta legem & pactionem eius: hoc autem; quicquid ſit de huiuſmodi hominis iuſtitia operum ſecundũ comparationem ad ipſum Deum & infinitã eius excellentiam, perfectionem, iuſtitiam. G

Igitur hoc eſt, quod ſignificat iſtud uerbum Dauid de quo agimus: uidelicet quòd nullus filiorum Adæ iuſtificatur in conſpectu Dei: ideſt, per comparationem ad eius iuſtitiam atque mundiciam infinitam; ſed omnis noſtra iuſtitia per comparationem ad ſuam eſt quaſi non ſit, & uelut nihil. Significat etiam quòd omnes ſumus naturà filii iræ, & quòd nihil boni habemus ex nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra eſt ex Deo: atque quòd in maſſa perditionis filiorum Adæ, gratia eſt quæ bonos diſcernit à malis, iuſtosq; ab iniuſtis, non natura ipſa ſola nec uis noſtra naturalis, nec ullum opus ſeu meritum noſtrum externum uel internum præcedens gratiam Dei. Significat quòd omnes habemus noxas quaſdam noſtras & culpas ſaltem ueniales, Quia ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt: *1.Ioan.1.* quas Deus punit aliquo modo temporaliter, quæ temporaliter impediunt ingreſſum regni, quæ ſi in æternum durarent, in æternum ingreſſum regni impedirent, & quas ſi Deus in æternum punire uellet, aut de facto in æternum puniret, prorſus nulli faceret iniuriam. Significat quòd ſola iuſtitia damnat, & quòd ſemper nobis eſt ad miſericordiam Dei confugiendum: quia niſi interuenerit Dei miſericordia, manebit ſola H natura humana damnanda, ueluti iræ filia. Et tandem ſignificat, quòd nullo modo poſſumus contendere cum Deo in iudicio, cum non ſint bona noſtra niſi munera ſua: multo magis quàm non poteſt contendere aut diſceptare in iudicio lutum aut figmentum luti cum figulo, qui ſe finxit. Significat etiam quòd poſitis quibuſcunque bonis meritis, operibus, uirtutibus, aut rebus quibuſuis creatis in hominibus, adhuc Deus gratiſſimè, & omnino quia uult, acceptat illos ad gloriam: potens utique ſine alicuius iniuria nõ acceptare illos, illosq; relinquere abſque ſpe gloriæ in æternum. Hæc igitur recognoſcens ſanctus Dauid dicit Deo, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.

Vnde quidem ſecundum hos ſenſus uel aliquẽ horum interpretati ſunt ſemper locum hunc omnes doctores ſancti & catholici ſuis quiſque temporibus & de ipſo locuti ſunt, Auguſtinus, *Auguſt.* Hieronymus, Baſilius, Chryſoſtomus, & cuncti alii. Auguſtinus ſuper Pſalmos ſenſit, Dauid dixiſſe hoc propter miſeriã noſtram, quia mala habemus ex nobis, bona autem ex Deo; & propter noſtram fragilitatem atq; imperfectionem qua ſemper in hoc ſæculo habemus, unde ſemper Deo dicamus

Di-

A Dimitte nobis debita noſtra. Qui Auguſtinus alibi intelligit hoc dictum fuiſſe ſecundum cõparationem hominis ad Deum. *Hierony.* Hieronymus *Infra etiā ex duo* ſine dubio intelligit dictum per comparationem, ob quod adducit Abraham, Iſaac, & Iacob. *Hierony.* quia, Non eſt Deus mortuorum ſed ui- *Cap.pre.* uorum. atque illud, Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius. *Baſilius.* Baſilius, ut ſupra poſitum fuit, diſtinguit tres iuſtitias, Diuinam, angelicam, humanam: & in illo loco, Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam, intelligit Dauid loquentem de iuſtitia humana, quaſi refugiat iudicari ſecũdum iuſtitiam diuinam, quæ eſt altiſsima, perfectiſsima, infinita. *Chryſoſt.* Chryſoſtomus declarat hoc dictum propter noſtros defectus in mãdatis & beneficiis Dei atque propter certiſsimam uictoriam Dei ſu per nos ſi cum Deo ad iudicium uenerimus. Verba eius ſunt, Non eſt homo ſuper terrã, qui ſi de iis in iudicio contendat quæ illi à te præcepta ſunt, poſsit iuſtificari. Ita eſt apud te pleniſsima & redundantiſsima uictoria. *Glo.Ord.* Hæc ille. Gloſſa Ordin. intelligit hoc dictum, Non iuſtificabitur in cõſpectu tuo. in cõparatione ad Deum. *Glo.Inter linearis.* Glo.Interl. intelligit hoc dictum, Non intres in iudicium. de iudicio ſeuero & rigoroſo, Quaſi dicat, Non diſtrictè ſeu potius ex iuſtitiæ rigore mecũ agas ĩ futuro. *Caſſiodo.* Caſsiodorus intelligit illud, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. quia, Nemo B per ſe niſi per gratiam Dei poteſt liberari. *Nicolaus Lyranus* Nicolaus intelligit hoc dici propter humanam fragilitatem qua quotidie cadimus ſaltẽ uenialiter, & de rigore iuſtitiæ. Dicit enim, Nullus homo niuẽs iuſtificabitur; quia quantumcunque ſibi caueat, tamen frequenter la- *Prou. 24* bitur, ſaltem uenialiter peccando. Septies in die cadit iuſtus &c. Et in hoc allegat Dauid, quòd deceat Deum rigorem iuſtitiæ temperare pro humana fragilitate. Hæc ille. Diuus *Gregor.* Gregorius in moralibus circa illud, Non iuſti *Iob 9.* ficabitur homo compoſitus Deo. intelligit *Lib. 9.* quidem hominem Deo compoſitum, & qui *Cap.2.* ſe Deo auctori bonorum comparat, quaſi ſuã propriam iuſtitiam ei obiiciendo: aut etiam diſtrictum Dei iudicium, quòd profectò ſemper poteſt reperire in homine, quid damnet, præteritum, aut præſens, originale, aut actuale, mortale aut ueniale, aut culpabiles noſtras incurias ob quas non rarò etiam in rebus aliàs bonis deficimus, ſuperbia quadam uel mundana gloriola ſurrepente. Et tandem illud intelligit de homine comparato Deo, aut, quod idem eſt, de homine per compara- *Iob 25.* tionem ad Deum. Vnde poſtea circa illud, Nunquid iuſtificari poteſt homo compara- *Lib.17.* tus Deo, aut apparere mundus natus de mu- *Cap. 10.* liere? dicit, Verſus iſte ſuperius à beato Iob dicitur, & nunc in eius exprobratione replica- C tur. Omnis nanque uir iuſtus, Dei illuſtratione iuſtus eſt, non comparatione. Humana quippe iuſtitia auctori comparata iniuſtitia eſt: quia & ſi in ipſa ſui conditione homo perſiſteret, Creatori non poſſet æquari creatura. Hæc ille. Qui ſtatim continuat ſermonem ſuum, ſatis quidem oſtendendo, quòd multo minus homo poſt peccatum poſsit ſemetipſum Deo comparare. Non eſt autem nec poteſt eſſe dubium, quin idem omnino intelligat ipſe doctor ſanctus in illo uerbo, Nõ intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Eſt enim per omnia idem ſenſus, eademq́; doctrina. Non iuſtificabitur in con- *Pſal.142* ſpectu tuo omnis uiuens. Scio quòd ita ſit, & *Iob.9.* quòd non iuſtificetur homo cõpoſitus Deo. *Iob. 25.* Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo? Iacobus Valentinus Epiſcopus Chri- *Iacobus Valent.* ſtopolitanus in ſuis expoſitionibus pſalmorũ Dauid, in toto illo pſalmo, Domine exaudi orationem meam &c. cuius pſalmi uerſus *Pſal. 142* ſecundus eſt, Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. intelligit quòd loquatur Adam primus parens noſter poſt peccatum, non ſolus ipſe Adam primus pro ſe tantùm, ſed ipſe Adam cum tota ſua poſte- D ritate fidelium, quod dicitur corpus myſticũ ſine homo myſticus, deſlens caſum & petens liberari per Chriſtum mediatorem & Redemptorem, & petens liberari non ſolùm ab infirmitatibus corporalibus, ſed primò & principaliter à ſeruitute peccati quam ibi incurrit, atque ab omnibus peccatis quæ poſtea ex illa occaſione perpetrauit. Vnde quod dicitur, Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens: ipſe ita exponit, Eo quòd omnes peccauimus in Adam, & in eo perdidimus iuſtitiam, & facti ſuimus rei & iniuſti, & obnoxii ſententiæ tuæ, & ibi fuimus percuſsi & ſauciati, & omnes ibi conſtituti fuimus peccatores, & ideo nullus apud te iuſtificabitur homo. Ergo non intres in iudicium cum ſeruo tuo, nec uelis tractare me ſecundum culpam meam: ſed ſecundum iuſtitiam & ueritatem tuam, qua promiſiſti ueniam peccatoribus, & promiſiſti mittere filium tuum ad iuſtificã dum omnes peccatores. Hæc ille. Ecce hoc intelligitur dictum per reſpectum ad peccatum & lapſum primi hominis & totius generis humani in ipſo, quando omnes incurrimus culpam, perdidimus iuſtitiam, facti ſuimus peccatores, filii iræ, ac de maſſa perditionis: quod certè nullo modo prohibet quominus homo ut iam redemptus & per gratiam Redẽptoris iam iuſtus, dicat cõſtanter quod alibi

E alibi idem Dauid dixit, Iudica me domine ſe-
cundum iuſtitiam meam, & ſecundum inno-
centiam meam ſuper me. Et alia quæ ex eodẽ
Dauid poſuimus. Hunc ſenſum tennerunt o-
lim quidam magiſtri Hebræorum dicentes
Dauidem feciſſe hunc pſalmum in perſona ip
ſius Adam Hariſon, ideſt, Adam primi homi-
nis: qui loquitur in hoc pſalmo ſicut & in
pſalm. 37. 91. &. 101. Vnde dicunt Adam in
hoc pſalmo deflere caſum ſuum, & petere à
Deo liberari à miſeriis corporalibus & tem-
poralibus, quas contraxit ex illo peccato. A'
quibus magiſtris forte non paruam occaſio-
nem accepit dominus Iacobus prædictus ita
exponendi; niſi quòd illos magiſtros corre-
xit, introducens Redemptorem noſtrum, &
Hilarius liberationem noſtram à peccatis per ipſum.
Diuus Hilarius conſtanter aſſerit, Deum nõ
ſecundum conſtantiam indeflexam ſubſtan-
tiæ ſuæ, ſed ſecundum fragilitatem humanæ
naturæ exigere ab hominibus in ſuo iudicio:
& conſtanter intelligit hoc dictum pſalmi, de
homine per comparationem ad Deum. Ver-
ba eius ſunt, Non eſt tyrannicæ uoluntatis
Deus, non prædurę & iniquæ pertinaciæ ar-
biter, ſed qui rationem habeat infirmitatis
humanæ. Neque qui hos demutabilis naturæ
noſtræ promptiſſimos lapſus ſecundum inde
mutabilis ſubſtantiæ ſuæ indeflexam conſtan
tiam metiatur: ſed iuſtus & moderans tan-
F tum ab homine expectet, quantum meminе-
rit humanæ licere naturæ, Et uideo ſubiecit,
ad id quod ſe in iuſtitia Dei orauit audiri, Et
non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia
non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis ui-
uens. Quid enim ſpei eſt, ſi iudicari nos ſecun
dum ſe Deus uelit? ſi ad comparationem ſui
uitæ noſtræ innocentiam poſtulabit? Iuſtifi-
cari autem in conſpectu Dei quis uiuentium
poteſt, cui ira, cui dolor, cui cupiditas, cui i-
gnoratio, cui obliuio, cui caſus, cui neceſſi-
tas, uel per naturã corporis, uel per motum
animæ ſemper fluctuantis admiſta ſint? Cui
& quotidie grauiſſimus hoſtis immineat, dia-
bolus uidelicet animæ uiri fidelis inſidians,
eamq; ad interitum perſequens? Hanc enim
eſſe cauſam docet qua nemo uiuens iuſtifica-
ri in conſpectu Dei poſſit. Hæc ille. Ecce non
negat iuſtificari homines iuſtos in iudicio
Dei; ſed negat iuſtificari eos in conſpectu
Dei, ſi iudicari nos ſecundum ſe Deus uelit, ſi
ad comparationem ſui uitæ noſtræ innocen-
tiam poſtulabit: ſimul docens idem auctor
magnificus, quòd rationem obſeruat Deus
infirmitatis humanæ in ſuo iudicio, & quòd
tantum ab homine expectat, quantum memi
nit humanæ licere naturæ: non bonam uitam
ſeu iuſtitiam diuinam, non bonam uitam ſeu
iuſtitiam angelicam, ſed bonam uitam ſeu iu- G
ſtitiam humanam, pro ut poteſt humana fra-
gilitas huius ſeculi & in corpore mortali. Re-
migius Epiſcopus Antiſſiodorenſis etiam ſe *Remigius*
uerum ſeu ut uocant diſtrictum Dei iudiciũ
hic notat, & miſeriam noſtram ſecundum
quam nemo eſt qui nihil emendandum ha-
beat. Quàm ob rem ita interpretatur, Non in
tres in iudicium cum ſeruo tuo. hoc eſt, cum
ſim ſeruus tuus, ne mecum agas diſtricto iudi
cio tuo. Quia non iuſtificabitur in conſpectu
tuo omnis uiuens; hoc eſt, nullus adeo iu-
ſtus eſt, in quo non inueniatur corâm te ali-
quid emendandum. Ecce igitur & hic doctor
ſanctus declarat iſtud dictum fuiſſe de iudicio
Dei diſtricto, & ſecundum quod nemo no- *Euthym.*
ſtrum eſt ſine peccato. Euthymius etiam, do-
ctor ille magni faciendus, illud intelligit ſecun
dum noſtram fragilitatem quæ nõ eſt ſine ali
qua immunditia uel ſine peccato aliquo, & ſe
cundum comparationem ad Deum optimũ
Maximum. Namque circa illud, Si iniquita- *Pſal. 129*
tes obſeruaueris domine, domine quis ſuſti-
nebit. Ait, Si exquiſiueris, & diligenter inue-
ſtigare uolueris delicta omnia, quis quæſo in-
quiſitionem huiuſmodi tuam ſuſtinere pote-
rit? Vel quis'nam inultus relinquetur? Certè
nullus. Quis enim, inquit, gloriabitur mun-
dum ſe habere cor? uel quis uerè dicere pote
rit ſe mundum eſſe à peccato? Omnes, inquit H
Paulus, peccauerunt. & rurſus de ſeipſo, Ni- *Rom. 3.*
hil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtifica
tus ſum. Hæc ille. Et circa illud de quo agi-
mus, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, *Pſal. 142*
quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo om-
nis uiuens. Inquit, Non dixit ſimpliciter, Nõ
iuſtificabitur. ſed, In conſpectu tuo non iuſtifi
cabitur, Hoc eſt, Si ad ſummam iuſtitiam tuã
comparetur, & iuxta illam exquiratur. Vel ſi
conſideratio habeatur ad beneficia tua, aut ad
mãdata tua omnia. Atque ideo beatus etiam
Iob dicebat, Vilipendi me ipſum, & cõtabui,
terramq; me & cinereem putaui: manum
ponam ori meo. Vide etiam in pſalmo cente-
ſimo uigeſimo nono, expoſitionem illius uer
ſiculi, Si iniquitates obſeruaueris domine, do
mine quis ſuſtinebit? Quod uerò ait, Omnis
uiuens, idem eſt, quod omnis homo uitæ par
ticeps. Verùm iuxta Apoſtolum, In hac uita
iuſtificamur gratis gratia Dei, quæ eſt per fi-
dem Ieſu Chriſti. Hæc ille. Ecce hoc dictũ eſt,
per comparationem iuſtitiæ noſtræ ad iuſti-
tiam Dei: & non tollit hoc nec prohibet quo
minus homines in hoc ſæculo iuſti ſint, ha-
beantq; per gratiam Saluatoris noſtri inchoa
tam iuſtitiam fidei, ſpei, charitatis, & obſeruã
tiæ legis Dei, quæ in Dei iudicio ſecuram ha-
beat ſalutem ex diuina pactione, ac lege. Dio-
nyſius

A nyſius Carthuſianus abundantius præ Cœte-
Dionyſi. ris & clarius eodem modo intelligit hoc di-
Carthus. ctum, Quia non iuſtificabitur in conſpectu
tuo omnis uiuens, non ſimpliciter ſed ſecun-
dum quid, ideſt, per comparationem ad iuſti-
tiam Dei. Ita enim exponit, Hoc eſt, nullus
homo uiuens in hoc ſæculo, iuſtus eſt coràm
te perfectà iuſtitia, quaſi nihil habeat de iniu-
ſtitia, ſeu peccato; ſed omnis homo uiator ali
quid habet de iniuſtitia, propter quam pete-
1. Ioan. 1 re debet, Ne intres ſecurè in iudicium. Hinc
enim Ioannes, Si dixerimus, inquit, quia pec-
Rom. 3. catum non habemus, nos ipſos ſeducimus.
Paulus quoque, Omnes peccauerunt, & egēt
gloria, ideſt, glorioſa miſericordia Dei. Deni-
Prou. 24 que (Salomone teſtante) Septies in die cadit
Prou. 26 iuſtus. Et, Quis poteſt dicere, Mundum eſt
Eccl. 7. cor meum, purus ſum à peccato? Hinc ab Ec
Eſaia. 38 cleſiaſtico dicitur, Non te iuſtifices ante Deū.
Eſter. 14. Sed ſi hæc ita ſe habēt, quid ē quòd Ezechias,
Iudith. 9. Hieremias, Eſter, Iudith, & alii multi legun-
tur ſuas coràm Deo iuſtitias atque perfectio-
nes præcipuas allegaſſe, ſicut nunc ſæpe com-
memoratum recordor? Et reſpondendum,
quòd non ſimpliciter, ſed humano modo ſe
iuſtos dixerunt: ſcientes utique quòd omnes
Eſaia. 64 eorum iuſtitiæ eſſent coràm Deo ſicut pan-
nus menſtruatæ. Vnde quod dictum eſt, Non
iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuēs,
B non eſt ita intelligendum quòd nullus homo
uiuens, coràm Deo aliquo modo iuſtificabi-
tur, immo in die iudicii non ſolùm in conſpe-
ctu Dei, ſed etiam à Deo iuſtificabuntur ſeu
iuſti dicentur omnes qui audient, Venite be-
nedicti Patris mei. Sic ergo conuenienter ac
cipitur, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo.
hoc eſt, in comparatione tuæ iuſtitiæ, omnis
Iob. 9. uiuens. Propter quod ſcriptum eſt, Non iu-
ſtificabitur homo compoſitus Deo. Et iterū,
Iob. 25. Ecce luna non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mū
dæ in conſpectu eius. Quanto magis homo
putredo, & filius hominis uermis? Hinc rur-
Iob. 25. ſus apertiſſimè ſcriptum eſt, Nunquid homo
Dei comparatione iuſtificabitur? Hæc ille. Ec
ce hoc dictum eſt non quaſi nullus homo ſit
iuſtus à Deo & in iudicio Dei ſecundum legē
eius & ordinatam eius miſericordiā: ſed qui-
dem ſecundum comparationem ad Deum,
ſecundum imperfectionem noſtram & perfe-
ctionem ſuam, ſecundum imperfectionem
humanam & perfectionem Diuinam. Eodē
Bruno modo explicat Bruno Patriarcha Carthuſiæ,
Patriar- Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo om-
cha Car- nis uiuens. Ait enim, Ideſt, Nullus uiuens in-
thuſiæ. uenietur perfectè iuſtus in cōſideratione tua,
& ſi iuſtus perfectè uideatur in conſpectu ſuo
& in conſpectu hominum, unde Apoſtolus,
1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtifi
catus ſum. Ac ſi dicat, Vt de me taceam qui C
mortuus ſum in peccatis, ſi omnes illos acci-
pias qui uerè uiuentes ſunt in uirtutibus, &
uelis omnia eorum mala facta iuſtè diſquire-
re, nullus in conſideratione perſcrutationis
tuæ ita iuſtus inuenietur, in quo multa pecca
torum macula non reperiatur. Hæc ille. Atq;
eodē modo intellexerunt ſemper locū hunc
omnes ſapientes quotquot de illo ſcripſerūt:
ſcientes omnino quòd omnes homines etiā
mundiſſimi, infinitè deficiunt à munditia &
puritate diuina: beneq; aduertentes quòd o-
mnes in peccato concipimur, & quòd qui iā
uſum rationis conſecuti ſumus, quotidie ha-
bemus unde quotidie ſecūdum ueritatem di- *1. Ioan. 1.*
camus, Dimitte nobis debita noſtra. Quia, Si
dixerimus quoniam peccatum nō habemus:
ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis nō eſt.
Cœterùm hæc uerba Dauid ueriſſima non
prohibent quominus ſint multi uiri ſancti &
iuſti à Deo & in iudicio Dei, habentes inchoa
tam iuſtitiam operum ſuſtinentem Dei iudi-
cium ſecundum legē eius: ſed declarant, quod
ſæpe diximus, imperfectionem humanam, &
perfectionem diuinam: dantq; manifeſtè lo-
cum diuinæ miſericordiæ, quæ ſemper locum
habet in omni iudicio Dei cum hominibus,
præmians ultra condignum, & puniens citra
condignū, ſine qua, ſi ſola eſſet, damnaret pro D
fectò ſola iuſtitia, & ad quā ſemper nobis ma
ximè eſt confugiendum. Miſericordiæ domi-
ni, quia non ſumus conſumpti. Optimè dicit *Auguſt.*
Magnus ille doctor Auguſtinus in ſuis confeſ *Lib. 9.*
ſionibus, Deo loquens, & nos docens, Et uæ *Cap. 13.*
etiam laudabili uitæ hominum, ſi remota mi- *tom. 1.*
ſericordia diſcutias eam. Quia uerò non ex-
quiris delicta uehementer, fiducialiter ſpera-
mus aliquem apud te locum inuenire indul-
gentiæ. Quiſquis autem tibi enumerat uera
merita ſua, quid tibi enumerat niſi munera
tua? O' ſi cognoſcant ſe omnes homines: &
qui gloriantur in domino glorientur. Hæc il-
le. Ecce igitur quas ob cauſas debemus ſem-
per ad diuinam miſericordiam confugere, ne
nos ſine miſericordia diſcutiens damnet ſola
diuina iuſtitia. Væ etiam (inquit Auguſtinus
Deo) laudabili uitæ hominum, ſi remota mi-
ſericordia diſcutias eam. Eodem modo intelli *Bernar.*
git diuus Bernardus hunc locum pſalmi de *Serm. 5.*
quo agimus, qui in ſermonibus de uerbis Eſa
iæ, multas iuſtitias diſtinguens, ait, Cernere
eſt quàm ſit iuſtitia ſublimis, quam ſicut mon
tes Dei propheta miratur. Noſtra enim ſi qua *Pſal. 35.*
eſt humilis iuſtitia, recta forſitam, ſed non pu
ra: niſi forte meliores nos eſſe credimus quā
patres noſtros, qui non minus ueraciter quā
humiliter aiebant, Omnes iuſtitiæ noſtræ tan
quam pannus menſtruatæ mulieris. Quomo-
do

E do enim pura iuſtitia, ubi adhuc non poteſt culpa deeſſe? Recta proinde interim uideri poteſt iuſtitia hominum, ſi tamen peccato nõ conſentiant, ut non regnet in eorum corpore. Nam primi hominis in initio quidem non modò recta, ſed etiam pura fuit, quandiu ei datum eſt nec ſentire peccatum. Cæterùm & hæc ipſa quoniam firma non fuit, & puritatẽ facilè perdidit, & ne ipſam quoque retinuit rectitudinem ſuam. Sanè apud angelos iuſtitia recta, pura; & firma eſt; ſublimis quidẽ, ſed adhuc longè inferior, quàm diuina. Non enim innata eſt eis, ſed à Deo collata, ut natura ipſa quod ex ſe eſt, non modo iuſtitiæ, ſed etiam iniuſtitiæ capax eſſe inueniatur. Nunquid non hæc eſt prauitas quædam, quam in angelis ſuis uera illa iuſtitia legitur inueniſſe?
Pſal.142. Non enim iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens, ait is, qui Dei iuſtitiam minimè ignorabat. Nec ait, Omnis homo, ſed, Omnis uiuens, forte ut ne ipſos angelicos eum nouetis ſpiritus excepiſſe. Viuunt enim & ipſi tanto uerius, quãto propius aſtant ei, apud quẽ fons eſt uitæ. Nihilominus etiam iuſti ſunt, ſed ex eo, non coràm eo, munere eius, non in eius comparatione. Hæc ille. Ecce uerba illa, Non enim iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens, ſecundum Bernardum compræhẽdunt, cùm homines, tum angelos: & ſicut ueritas illorum non impedit quominus iuſtitia
F angelica ſit in angelis, ſic non impedit quominus iuſtitia hominum ſit in hominibus, Vtraque tamen à Deo, & donum Dei. atque recta, & quæ ſecundum ſuam rectitudinem poteſt ſine dubio ſuſtinere iudicium Dei, qui bene ſatis nouit dona ſua, ubicunque illa ſint. Ita intelligunt omnes catholici tractatores illud propheticũ & ueriſſimum teſtimoniũ,
Pſal.142 Non iuſtificabitur in cõſpectu tuo oĩs uiuẽs. aut per comparationem ad diuinam iuſtitiã qua Deus iuſtus eſt, aut in ordine ad diuinam iuſtitiam qua Deus ſine miſericordia iudicare poteſt, aut ſine miſericordia iudicare imaginetur. Circa illud pſalmi, Amplius laua
Pſal. 50. me ab iniquitate mea, & à delicto meo mun
Chryſoſt. da me. dicit optimè diuus Chryſoſtomus, de miſericordia Dei, Inæſtimabilis eſt, ſine fine eſt, quæ compræhendi non poteſt, ſuperans omnem ſenſum, omnem cogitationem. Et
Pſal.142. circa illud, Exaudi me in tua iuſtitia. Inquit, Quid facis ò homo? Procedens dicturus es, Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo, Quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens: & hic rogas, ut, ſicut iuſtum eſt, exaudiaris. Quid eſt ergo quod dicitur? Iuſtitiam hic dicit clementiam, & in multis ſcripturæ locis uideri poteſt accipi iuſtitia pro clementia, idq; iure profectò. Apud homines enim iuſtitia, priuata eſt miſericordia. Apud Deũ G
autem non itidem, ſed iuſtitiæ quoque admiſta eſt miſericordia: & tanta, ut ipſa etiã iuſtitia uocetur clementia. Nec ſolùm in his uirtutibus, ſed & de omnibus atque ſingulis diuinis perfectionibus concedit firmiſſimè tota noſtra ſchola Chriſtiana, quòd quælibet ſecundum rem, eſt etiam omnes aliæ: quod multi concedunt non ſolùm ſecundum rem, quin etiam & ſecundum formalitatem: ut non ſolùm idem omnes ſint realiter, ſed quoque non formaliter: & ſolùm ſecundum rationem habeant differentiam, ſeu diſtinctionem. Ideo, Nunquid obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordiam ſuam? Quibus omnibus & multis aliis eò ducimur, ut firmiter credamus non fieri Dei iudicium, ſine Dei miſericordia. Miſericordia eius, ſuper omnia opera eius. Miſericordiæ domini, quia non ſumus conſumpti. Imploranda eſt tamen diuina clemẽtia, quia, Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit. Quo loco dicit Pſal.129
Chryſoſtomus, Illud enim, quis: hic, nullus eſt. Neque enim fieri poteſt, ut ſi rerum à ſe geſtarum ſummo iure ab ullo exigatur ratio, poſſit unquam miſericordiam & clemẽtiam conſequi. Diuus Hieronymus in ſuis Hierony.
commentariis ſuper epiſtolam Apoſtoli ad Epheſios, uidens multos eſſe homines ſan- Epheſ.1.
ctos in hoc ſæculo, ſicut Apoſtolus ſcribit H
ſanctis omnibus qui ſunt Epheſi, & dicit nos electos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati: uidensq; quòd immaculatus dici poteſt ille qui peccata non fecit, & ſanctus is qui uirtutibus plenus ſit, iuxta illud, Qui ambulat ſine macu- Pſal.14.
la, & operatur iuſtitiam. Tota ſpecioſa es Cant.4.
proxima mea, & macula non eſt in te: Oppo Ibidem.
nit & hoc loco de quo agimus, dicens, Quæritur quomodo ſanctus quis & immaculatus ſit coràm Deo, cum propheta teſtetur, dicens, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo o- Pſal. 142
mnis uiuens? Aut enim ſancti & immaculati coràm Deo Epheſii ſunt, & falſum eſt hoc quod dicitur, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Aut ſi nemo iuſtificatur in conſpectu Dei, falſum eſt quod præceſſit, ſanctos & immaculatos eſſe in conſpectu Dei. Sic opponit, Sic autem reſpondet, Ad quod bifariam eſt reſpondendum, Non enim ait Paulus, Elegit nos ante conſtitutionem mundi cum eſſemus ſancti & immaculati. ſed elegit nos ut eſſemus ſancti & immaculati; hoc eſt qui ſancti & immaculati ante non fuimus ut poſtea eſſemus. Quod & de peccatoribus ad meliora conuerſis dici poteſt, & ſtat ibi illa ſententia, Non iuſtificabitur in conſpe Pſal.142
ctu

A ctu tuo omnis uiuens. ideſt, in tota uita ſua: in omni quo in mundo iſto conuerſatus eſt tẽpore. Quod quidem ita intellectum, & aduerſus eum facit, qui dicit antequam mundus fieret, animas electas eſſe propter ſanctitatem & nullum uitium peccatorum. Nõ enim, ut ante iam diximus, eliguntur Paulus & qui ei ſimiles ſunt, quia erant ſancti & immaculati: ſed eliguntur & prædeſtinantur, ut in conſequenti uita per opera atque uirtutes ſancti & immaculati fiant. Deinde & ſic ſentiendum eſt, quia non dixerit, Non iuſtificabitur in cõſpectu tuo quiſpiam uiuens, ſed omnis uiuens, ideſt, non iuſtificabuntur omnes, iuſtificabuntur uerò aliqui. Hæc ille. Ecce duobus modis exponit diuus Hieronymus eum locum, Altero, quaſi intelligat ibi Dauid homines ante conuerſionem ſuam ad Deum, ante uocationem, fidem, & gratiam, non poſtea: ante iuſtificationem, non poſt iuſtificationem, ante ſanctificationem, non poſt ſanctificationem: in diſpoſitione ſolius naturæ, non in diſpoſitione gratiæ. Altero, quaſi dicat Dauit non iuſtificandos omnes homines in conſpectu Dei, iuſtificandos tamen aliquos, ſicut legimus etiam de uocatis à Deo, *Mat. 20.* Multi ſunt uocati, pauci uerò electi. Et ſicut intelligimus multos eſſe uocatos, pau- B cos uerò iuſtificatos, aut ſanctificatos: quia multi uocantur, pauci uerò obediunt uocanti. Quibus duobus modis, per omnem uiam nititur Hieronymus oſtendere, omnes illos homines eſſe in conſpectu Dei iuſtos, quos Apoſtolus Paulus appellat ſanctos, & immaculatos, ut ſeipſum Paulum, Epheſios, aliòs *Pſal. 14.* que non paucos. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & *Pſal. 23.* operatur iuſtitiam. Quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uano animam ſuam, nec iurauit in *Pſal. 118.* dolo proximo ſuo. Beati immaculati in uia, *Pſal. 100.* qui ambulãt in lege domini. Ambulans in uia immaculata, hic mihi miniſtrabit. Vnde etiã in uita immaculata intelligimus eſſe gradus, quemadmodum, in charitate, in innocentia, in obedientia, in iuſtitia, in ſanctitate. Supplet pœnitentia, quod deeſt innocentiæ, emendat, corrigit, ordinat.

Qvidem ualde notandum eſt, quòd C qui dixit, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo *Pſal. 142.* omnis uiuens. Ipſemet dixit, Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundũ innocentiam meam ſuper me. Perambulabã *Pſal. 100.* in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Et qui dixit, Quis mundus eſt à pecca *Iob 14. 15.* to? Nec infans, cuius eſt unius diei uita ſuper terram. Nunquid iuſtificari poteſt homo *Iob. 25.* compoſitus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius: Quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Ipſemet dixit, Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iuſti *Iob. 27.* ficationem meam quam cœpi tenere, non deſeram: neque enim repræhendit me cor meũ in omni uita mea. Alibiq́; , Ecce ipſe proximus ſum iudicio meo, & ſcio quia iuſtus inueniar. Alibi, Nolo multa fortitudine conten *Iob. 23.* dat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat. Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad uictoriam iudicium meum. Ipſe *Ibidem infra paulo poſt.* uerò ſcit uiam meam, & probabit me quaſi aurum quod per ignem tranſit. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, uiam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea. A' mandatis labiorum eius non receſſi, & in ſinu meo abſcondi uerba eius. Iuſtitia ueſtitus eram, & circũdedi D mihi iudicium, ſicut chlamydẽ. Priora enim *Iob. 29.* uerba horum dicuntur per comparationem ad iuſtitiam Dei, & perfectionem beatorum: poſteriora uerò dicuntur per comparationẽ ad iuſtitiam ſufficientem hominum iuſtorum uiatorũ: cuius tres gradus uerisſimè aſſignantur, uidelicet incipientium, proficientium, perfectorum. Vt iam ſatis ſit manifeſtum quo pacto uerba illa Pſalmi 142, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens, ſint accipienda. Verùm & ſi multa alia hac de re dici posſint, tamẽ cùm admodum euagata ſit oratio noſtra; haud quaquam ulterius progredi libet. Eamq́; obrem quod ad primam hanc ſuſceptæ prouinciæ partem attinet, hic recepti canimus; & Deo Opt. Maximo, cuius auxilio hæc abſoluimus, immortales agimus gratias, eum ſupplices orantes, ut & in iis quæ pertractanda ſuperſunt, opem ferre dignetur.

FINIS LIBRI TERTII, ET VLTIMI PRIMAE PARTIS QVADRIPERTITAE IVSTITIAE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVAE HIS TRIBVS REVEREND. CASALII LIBRIS CONTINENTVR, INDEX LOCVPLETISSIMVS.

ABRAHAM multarum gentiū pater, qua ratione. 238.f
Abrahæ promiſſio non fuit ſub conditione. 241.a. 238.e.f.h. 239.d
Abrahæ promiſſio, unde penderet. 237.a, & infra.
Abulenſis laus. 238.f
Accidens ſuo ſubiecto non eſt nobilius nec melius. 30.e
Actus noſtros in Deum quomodo referre teneamur. 99.f
Actus omnis bonus uel malus, habet rationem meriti, aut demeriti apud Deum. 179.h
Actus tripliciter exercetur. 149.e
Actus'ne medius inter bonum & malum exiſtat. 179.f. 180.c. 181.c.d.
Actus humanus carens fine debito, eo ipſo eſt malus. 180.f
Actus aliquis an indifferens ſit ſecundum induiduum. 179.f. 180.a
Actus peccati quid. 328.b
Actus omnis humanus, ut ſit moraliter uirtuoſus, quid requiratur. 153.c
Actus aliquis an indifferens eſſe poſſit. 96.g
Actus elicitus. 99.b
Actus hominis unde bonitas & malitia. 155.d
Actiuam uirtutem ſeu motiuam, duratione infinitam poſuit Ariſtoteles. 69.f
Actio humana. 79.e.f
Actionem eandem numero, eſſe à duobus uel pluribus, impoſſibile. 131.b
Adam ante peccatum quibus præditus dotibus et uirtutibus. 310.d
Adonay, Hebræis Tetragrammaton Iehoua. 3.a
Ælij Adriani edictum contra Hebræos. 240.e
Aequalitas quædam, eſt iuſtitia. 395.c
Affectus hominis mercenarius et malus. 180.a.b
Affectio commodi quæ ſit mala. 162.e
ἁγιότης, quid ſit. 340.e
Albertus Pighius à quibuſdam circumſcriptus reijcitur. 332.g
Alexander de Ales bonus uir, & de ſacra theologia bene meritus. 8.e
Algazel ſummus Philoſophus, Philoſophiam radicitus auellere ſtuduit. 69.b
Amans in re amata ratione amoris. 208.c.d
ἀμωμὸς, quid ſignificet. 106.g
Amore; cognitio prior. 193.a
Anima perfectior cum ſuo accidente quàm ſine eo. 30.g
Anima quo pacto dignior, & Deo ſimilis ex accidentibus extrinſecus efficiatur. 30.d
Anima eſt principium formale eſſendi. 39.b
Anima peccatrix duo habet pœnalia. 80.
Animas poſt mortem à Deo iudicari & Philemon credit. 48.c
Animæ nobilitas unde. 325.a
Animas noſtras iuſtificare quibus rebus iubeamur. 296.g
Animæ optima & finalis perfectio ubi. 31.af
Anima in ſe ipſa, quæ ſit mutatio. 307.a.b
Animæ tres inimici. 119.e. & infra.
Animæ poteſtates ſupremæ & ſpiritales, tres. 253.c
Animus cur ſibi ipſi inobediens aliquando. 269.e
Angelus poſt lapſum, quem Dei influxum retinuerit. 109.g
Angelus poſt caſum ad quam bonam uoluntatem redire nequeat. 109.g
Angelis malis poſt lapſum, cur Deus opem non tulerit. 113.g.h
Angeli qui in officio permanſerunt, malum uelle nequeunt. 110.a.c
Angeli nobis præſunt. 173.b
Angelicæ uoluntatis flexibilitas quotupliciter probetur. 115.b. & infra.
Animus perfectè imperās ſibi, uelle dicitur. 74.a.e
Animi mores corporis temperamentum ſequuntur. 122.a
Animus ſibi imperans, cur aliquando non agat. 74.e
Antididagma Colonienſis Eccleſiæ. 316.c
Apotheoſis hominis. 322.a
Appetibile, intelligibile, & amabile, mouent non mota. 68.a
Arbitrij libertatem qui tollant. 181.f
Ariſtoteles quem de Deo conceptum habuerit. 63.c
Ariſtotelis de uirtutibus & bonis ſententia. 173.d. & infra.
Articulus ille, Credo in unam ſanctam Eccleſiam &c. quo pacto accipiatur. 361.c. & infra.
Aſſenſus mentis formidoloſus, ex ſola ratione probabili. 64.c
Aſtutia, uitium eſt Ariſtoteli. 91.g. In ſcripturis ſanctis in bonam partem accip. ibidem.
Athletas aduerſa ualetudine & morte cito corripi conſueuiſſe. eorum animæ quales. 103.c
Auerroes à Deo in loci cuiuſdam ſubobſcuri intelligentiam ductus. 174.b
Auguſtinus Steuchus uir doctiſſimus. 205.b
Auguſtinus Philoſophus acutiſſimus, Deum corpus habere cenſuit aliquando. errorem non ſine lacrymis damnat. 65.f
Auguſtinus magnus Platonis aſſecla, & magis Academicus quàm Peripateticus. 167.f
Auguſtinus maximè laborauit commendanda Dei gratia. 14.f
Auguſtinus uerba ſua emendat. 137.d

Au-

Auguſtini error. 240.f
Auguſtini error. 39.d.e
Auicennas primum mobile quo pacto moueri dixerit. 69.b
Auxilium contra tentationes de quo Paulus, ad quam Dei gratiam ſpectet. 119.b.& infra.
Auxilio Dei dupliciter homo ad recte uiuendum indiget. 18.b
Auxilij Dei quo præuenimur, quæ uis & utilitas. 122.f.g
Axiomatum Chriſtianorum libri, Gaſparis Caſalij Epiſc. Leirien. 354.f

B

BEATITVDO *filiorum Adæ ad gratiã Chriſti pertinet*. 15.e
Beatitudo, multa bona poſitiua complectitur. 329.g.
Beatitudo hominis in hoc ſæculo, quæ ſit Ariſtoteli. 102.d
Beati in ſacra ſcriptura, qui dicantur. 327.g.h
Beatus quis dicatur à Dauide. 248.e.f
Bene agendi uia accliuis, mali uerò decliuis. 153.b.cur, ibidem.
Bona Seruatoris noſtri quo pacto nobis Deus communicet. 275.e.& infra.
Bona agimus, & à malis declinamus Dei auxilio. 23.b.c.d
Bona nobis à Deo, omnes qui diuina numina recepe runt, fatentur. 174.b
Bona corporis ad fœlicitatem pertinere negabant Academici. 167.f
Bona quæ à Deo per Chriſtum habeamus, & quæ ope gratiæ Chriſti adipiſcamur. 10.b, & infra.
Bona hominis quo pacto ab Ariſtotele diuiſa. 76.b
Bona, quot Platoni & Ariſtoteli. 149.d
Bona magna. 82.c
Bona quo pacto diſtinguantur. 82.b
Bona hominis multa & uaria. 97.b
Bonitas triplex. 152.b
Boni in communi, ratio abſoluta. 155.b
Boni ratio eſt reſpectiua. 155.c
Bonorum tria genera. 16.f
Bonorum genera tria Platoni. 171.b.d. *Bonorum ordo*.e
Bonorum genera tria. 90.a
Bonorum diuiſio ſecundum Ariſtotelem. 173.f
Bonum quod ſit, pulchrum eſſe. 172.c
Bonum quoddam à toto uniuerſo ſeparatum. 88.d
Bonum eſt qualitas. 155.e
Bonum omnia appetunt. 88.c.130.d.e.27.c
Bonum inter & malum, an actus medius exiſtat. 179.f
Breuty error. 299.b.300.b
Briſilienſes populi nouæ orbis regionis omnino irreligioſi. 62.f
Bruta in omnibus potius ducuntur quàm ſe ipſa ducant. 23.4
Brutis fruitio quomodo conueniat. 22.b. *electionem non habent bruta*. 23.e
Bucerus pro iuſtitia operum contra Caluinum. 393.b
Bucerus contra Pighium. 224.c
Buceri ſententia, Caluini placito melior. 15.b. *Idem contra Caluinum*. 316.a
Buceri hæreſis circa iuſtificationem. 310.e

C

CALOR *innatus humorem radicalem nũcupatum continuò depaſcitur, unde tandem morimur eo reſtincto*. 177.d
Caluini error. 314.
Caluini erronea ſententia. 326.g
Caluinus quo pacto fidem definierit. 210.f. *eiuſ error*.g
Caluini ſententiæ quę'nam obſtent. 316.d
Carnem & peccatum, in Chriſto ſolum uincimus. 18.f
Cauſa ſecunda, citra cauſæ primæ influxum nihil agit. 109.h
Caietani error. 90.f
καταλλάττειν, quid ſignificet. 331.e
Catholica fides quę'nam ſit. 215.e
Catholica ſeu uniuerſalis Eccleſia, quot rationibus dicatur. 360.b.& infra.
Catholicorũ fiducia primum in Chriſto. 223.c.d.f
Certitudo & demonſtratio eadem, non cuicunque rei & ſcientia ineſt. 63.a
Charitas qua Deum diligimus, eſt motus affectio, atque uirtus animi. 28.e
χάρις, quid Latinis ſignificet. 28.g
Charitas & gratia idem, ſed non termini ſynonymi. 28.g
Charitas ueſtis eſt diuidens inter filios regni, & filios perditionis. Eadem radix omnium bonorum, & uita morientium. 28.h.29.c
Charitas uirtutum excellentiſſima. 31.f
Charitas quę'nam in anima primordia nobis præſtet. 311.f
Charitas ſiue Deus, finis uoluntatis, ſiue bona actionis. 92.d
Charitas quibus ſcripturæ auctoritatibus aſtruatur in ſua columna. 192.c
Charitas uirtutum maxima, Chriſtianam abſoluit perfectionem. 209.c.d
Charitas qua nos diligimus Deum, non eſt Deus, ſed effectus. 29.b
Charitas eſt in paruulis baptizatis. 29.d
Charitatis effectus. 28.a
Charitate regeneramur, ſimiles Deo efficimur, inq; diuino ſtatu locamur. 28.e
Charitate una iuſti ſunt, quicunque iuſti exiſtunt. 28.d
Charitas iuſtificationem abſoluit. 189.b

Charitatem Paulus præ fide maximè effert. 191.b

Charitatis uis ac donum præcipuum. 212.b. 213.a

Charitati iuſtificatio cur tribuatur. 254.c

Charitatem præ cæteris donis æmulari, ſectariq́ue debemus. 188.d

Charitatem abſque Spiritu ſancto, non ineſſe nobis. 24.a.b

Chimæra quid imaginarium, non uerum animal. 23.b

Choraula incipiente, concinebat tota uirorum chorea. 66.b

Chriſtus humanam naturam adſumens quid ſimul acceperit. 177.f

Chriſtus pontifex noſter. 3.a

Chriſtus cur humanam carnem acceperit & paſſus ſit. 2.a

Chriſtus quam gratiam nobis meruerit. 8.g

Chriſtus Eccleſiæ caput dicitur. Item membrum. 355.a

Chriſtus quo pacto nobis ſanctificatio. 315.e.g.h

Chriſtus Angelis quomodo fuerit redemptio. 323.a

Chriſti gratia tres diſtinctæ. 11.a

Chriſto in ipſo, à Deo nobis bona omnia. 114.b

Chriſtianus an poſſit uti habitib. uirtutum Theolog. ſolo influxu generali. 17.a. & infra.

Chriſtiani omnes unum corpus Chriſti myſticum quo modo ſint. 359.f

Cœleſtium rerum peritia ſine Dei ope nequicquam quæritur. 172.g

Cogitare homines quid debeant. 320.h

Cogitationes bonæ, nobis a Deo per Chriſtum. & alia uirtuoſa. 39.e

Cogitatio bona, nulla nobis citra Dei auxilium. 81.a. & infra.

Cognoſcibile eſt unumquodque inquantum eſt ens actu. 72.b

Colonienſis Eccleſiæ uirorum ſententia. 316.c

Colores quo pacto magis, minuſ'ue nobiles. 61.a

Concupiſcentia carnis quantum & quale malum. 390.e. quot modis teneat & perturbet. c.

Conſtantinopolitani Patriarchæ arrogātia. 357.g

Confidentia hæreticorum damnatur. 216.e. 217.e.f. & infra.

Concilij indicendi conuocandiq́ue auctoritas penès quem. 357.b

Concilij Florentini decretum. 197.e

Conatus ad bonum nulli, ſi à gratia non excitentur. 12.e

Concupiſcentiam alienorum, uetat Philemon. 48.c

Cooperatio Dei in noſtris bonis operationibus qualis. 137.c.f

Cordis noui largitio apud Ezechielem quid ſignificet. 11.c

Cor noſtrum quo pacto reddatur nouum. 306.a

Cornelij cognitio & fides qualis fuerit. 41.f.g. 51 g.h. & infra & 53.b

Cornelio adhuc à Petro non inſtructo, qualis de Deo ineſſet notitia. 64.f. & infra

Corpora naturalia propter finem operantur. 60.f.g

Corruptio quid ſit. 291.f

Credere quid ſit. 206.g. *quid Ariſtoteli.* 207.a

Credere noſtrum, in noſtram uoluntatem tanquam in cauſam reducitur. 74.b

Credere niſi uolentes non poſſumus. 74.c

Credere Deo, Deum, & in Deum. 361.g

Credere quid ſit. 40.e

Credere quid ſit. 222.b

Credendi actus duabus ex rebus pendet. 197.g

Culpam & pœnam poteſt remittere Deus ſine gratiæ influxu. 286.c

Culpa quid ſit. 328.b

Culpæ remiſſio quid ſit. 279.g

Cupiditas malorum omnium radix, quæ'nam ſit. 265.b

D

DAEMONES *medios inter nos & Deos Platonici poſuere.* 67.e

Dæmon. uide in uoce Diabolus.

Dauid ſecundum quam iuſtitiam ſe à Deo iuſtificari poſceret. 404.f. & infra

Dauidis loca aliquot explicantur. 21.f.g

Defectus rationis practicæ. 178.e

Deſiderantur tria à nobis naturaliter. 226.f

Deus peccandi facultatis exors omnino. 130.g

Deus quomodo iuſtificetur. 296.b

Deus ſolus effectiuè animam iuſtificat ſine medio coeffectiuo, ſed non ſine formali. 24.d

Deus loco non circumſcribitur, ſed per eſſentiam eſt ubique & alijs modis. 24.e.f.g.h

Deus cauſa mediata & immediata omnium & ſing. actionum cauſarum ſecundarum, & liberarum. 125.e. 126.f

Deus ſemper uoluptate afficitur. 68.a

Deus cur à quibuſdam animal dictus. 68.b

Deus ſuauiter mouet nos ad uolendum. 14.d

Deus quomodo nobis placetur peccataq́ue condonet. 248.a.

Deus mentis noſtræ lumen. 172.g

Deus quid, & quid Deo tribuatur. 60.b.c

Deus in definitionem cur non ueniat. 60.d

Deum eſſe, quo pacto demonſtrari poſſit. 60.d. 61.g. & infra.

Deus quomodo nos uocet. 137.a.b

Deus ab Ethnicis Seruator omnium, & parens rerum quæ in mundo fiunt, nuncupatur. 175.a

Deus multa ſortitur nomina. 175.b

Deus lex in nobis. 175.b

Deus malorum curam non habet. 175.g

Deus in mundo quid faciat. 67.b

Deus, exterius ut operemur, & uelimus bonum, quibus modis faciat. 21.e

Deus an prima & immediata cauſa ſit omnium effectuum. 63.e

Deus ſpiritus, & immaterialis. 70.d

Deus Platoni lumen mentis. 57. b
Deus qua ratione, ueſtis aut ornamentum anima nuncupetur. 29. e
Dei auxilium ſemper neceſſarium homini. 157. b. & infra
Dei cognitio quantum ad eius cauſalitatem &c. 67. g
Dei cognitio quantum ad humanarum rerum curam. 66. b. & infra
Dei cognitio ſine Dei ope, animum non ſubit. 59. c
Dei dona, à Deo nobis, non ex neceſſitate ſed ex gratia. 38. c
Deificatio quid. 322. a. 323. c
Dei gratia omnia facienda. 93. a
Dei in conſpectu, qua ratione neminem, iuſtum habitum iri dixerit Dauid. 412. a. & infra
Deitas ſiue natura diuina, quid ſit. 9. d
Dei multa per naturam ſciri nequeunt. 56. b
Dei nomina multa apud Iudæos. 53. a
Item apud nos ibidem.
Dei nomen ſanctiſſimum reliquorum. 53. a
Dei profunditas in ſcriptura ſacra quid ſignificet. 70. c. & infra
Dei ſcientia, prouidentia & gubernatio. 7. f. g. b
Dei uiſio quid anima ſit. 31. a
Dei uoluntas omnium motuum cauſa 125. g
Dei unitas aſſeritur. 70. c
Deo ab ipſo omnis motio. 20. d
Deo ſimiles quo pacto efficiamur ipſiq; iungamur. 307. b. 321. a
Deo Ariſtoteles tribuit prouidentiam & imperium in mundum uniuerſum. 174. b. 175. a
Deo ab ipſo uniuerſa eſſe conſtituta, uetus fama eſt. 175. a
Deo præſentia omnia. 2. b
Deo dimenſiones, membra etc. id genus, qua ratione tribuantur. 7. d. e
Deo chari homines quinam ſint. 321. b. c
Deum omnia uidere Philemum fatetur. 48. c
Deum per creaturas cognoſcere tripliciter poſſumus. 159. b
Deum quo pacto Philoſophi cognouerint. 72. c
Deum humana forma præditum eſſe, multi crediderunt. 65. e. f
Deum ſpiritalem eſſe materieq; expertem, quo pacto in lumine naturali probari poſſit. 65. a
Deum curam habere rerum humanarum & gentiles putabant. 48. b. c. d. b. 49. b
Deum cognoſcere diſtinctè cuncta ſingularia, quo pacto in lumine naturali probabile. 66. c. f. g
Deum quo pacto cognoſci poſſe, dixerit Auicen. 62. g
Deum eſſe unum duntaxat & non plures, an demonſtrari poſſit in lumine naturali. 63. b. 64. a. & infra.
Deum eſſe, Mathematica demonſtratione non poteſt probari. 63. d
Deum qui cognoſcere poſſint. 59. c
Deum nobiſcum, ſacrumq; ſpiritum bonorum noſtrorum obſeruatorem, & cuſtodem eſſe, dixit Seneca. 175. c
Deum credere, diligere, colere, inq; ipſum ſperare, ſine gratia ipſius auxilio non poſſumus. 57. e. f
Deum in ipſum, dilectio nobis naturà inſita. 165. g
Deum Philoſophi Gentiles quomodo cognouerint. 161. d
Deum quo pacto ſine eius reuelatione ſpeciali nunc cognoſcere poſſimus. 60. a
Deum curare humanas res creditum eſſe ſolum, teſtatur Ariſtot. 62. e
Deum noſcere, hominibus naturale eſſe dixit Cicero. 62. f
Deum cognoſcere & amare, ſine Deo non poſſumus. 42. b
Deum eſſe effectiuam cauſam rerum omnium aliarum, in lumine naturali nequaquam probatur. 68. e
Deum eſſe rerum omnium cauſam efficientem & finalem Ariſt. & Auer. poſuerunt. 68. g. b
Deuteronomij locus declaratur. 239. c. d. et infra.
Diabolus paſtor nuncupatus. 11. e
Diabolus bonum uelle nequit. 110. c. ſemper in actu culpa. d. non poteſt redire ad gratiam, nec appetere, aut dicere bonum morale. f. g
Diabolus naturà non malus. 111. a. boni omnino non exors, quomodo malus ſit, ibi & infra.
Diabolus non niſi malum deſiderat, uel bonum male. 11. e
Diabolus quem habeat influxum. 111. f. g
Diabolus actum uoluntatis ſuæ deliberatum moralem qualem habeat. 110. a. & infra.
Diabolus melioribus potioribusque naturalibus quàm nos præditus. 109. b
Diabolus cur obſtinatus in malo. 115. a. & infra.
Diabolus quo pacto uincatur & quando. 79. g
Diaboli uoluntas, Dei uoluntati qua ratione concinat. 110. a
Diaboli actus duplex eſt. 110. b
Diaboli nomina uaria. 120. b
Diaboli tentatio multijuga. 120. b. c
δικαιοπράγμα quid ſit. 297. b
Difficultas quæ ſuboriri poteſt ob gratia diuiſiones. 14. a
Dilectio primas habet in iuſtificatione hominis à peccatis. 190. a
Dionyſ. Areop. liber de Myſtica theologia, contra quos. 65. c
Diſcendi deſiderium Iuliano Iuriſc. mirum inſitum. 226. a
Diſponi ad alterum ut aliquid indigeat, quot requirantur. 32. c. d
Diuina nomina multa antiqui habuerant. 52. b
Dominicus Soto laudatur. 98. e. 122. c. 139. d 155. a
Durandi error. 125. d
Durandi ſententia reijcitur. 73. g

Eccle-

E

ECCLESIA *Rom. præcipua multa et eximia habet præ cæteris Eccleſiis.* 361.e.f. *eſt catholica, ſeu uniuerſalis.* g
Eccleſia Ro. quatuor modis accipitur. 362.a
Eccleſia Chriſti una, quot rationibus dicatur. 359.b. & *infra.*
Eccleſia cur ſancta dicatur. 360.b. & *infra.*
Eccleſia multis modis accipitur. 358.f. & *infra.*
Eccleſia Chriſti bonos & malos continet. 358.b. & *infra.*
Eccleſia Apoſtolica quot rationibus dicatur. 360.d. & *infra.*
Eccleſia quot rationibus catholica dicatur. 360.b. & *infra.*
Eccleſiaſticæ poteſtatis uſus. 353.d. & *infra.*
Effectus præcipui quos Deus in anima, eam iuſtificando, parit. 25.c, & *infra.*
Effectiuis in ipſis per ſe & eſſentialiter ordinatis, non proceditur in infinitum. 61.e
Effectus à cauſa denominatur, & è contra. 7.g
Electio quid ſit, in quibus, et quarum rerum. 268.e.f. & *infra.*
Electi ſumus ante mundi conſtitutionem, à Deo in Chriſto, ad uitam ſanctam. 107.g
Eleemoſyna, iuſtitia à Paulo dicta. 393.g
Eligibile multiplex. 99.d
Ens primum, ut ſemper in actu intelligit. 67.b
Error antiquorum Philoſophorum circa animum. 259.b
Error quorundam. 26.f
Error quorundam. 8.b
Error Socratis. 260.b
Euangelium quo pacto totum recipiatur. 236.c
Euangelium non auditum, ſed receptum, prodeſt. 348.b
Euangelium ſalutis quomodo recipiatur. 34.b. 349.a
Exiſtere. 57.c
Expetendorum tria ſunt genera. 94.b

F

FIDES *diuina quid credat.* 214.d.f. *quid humana.* e.f.
Fides non eſt ſpes nec charitas, 212.d
Fides aut confidentia ſola non iuſtificat; non eſt per eſſentiam ſpes & charitas; nec habet eas ſibi ſoli neceſſariò adnexas. 212.e
Fides habitualis infuſa, qua diuinas narrationes credimus, & diuinis promiſ. fidimus, eadem. 201.f
Fides narrationum & doctrinarum, cauſa & princip. fidei promiſſionum. 206.b
Fides orthodoxa, fundamentum operum omnium, operum uirtuoſorum & uirtutis. 86.g
Fides ſine operibus, radix arida. 87.b
Fides unde ſic dicta. 206.f. *eius fundamentum* ibidem.
Fides Chriſtiana in quem tota feratur. 58.a
Fides imminentis cataclyſmi, ex timore quodammodo iuſtificationem peperit. 58.b
Fides in diuin. ſcrip. quot modis accipiatur. 194.e.f.b
Fides quid, quantum ad uocatam quidditatē. 195.a
Fides eſt qualitas mentis ſpiritalis. 195.b
Fides ſola impius ad iuſtificationem à peccatis abſoluendam. 195.f.g. 197.a
Fides tribus modis accipitur. 210.b. 211.b
Fides hiſtorica, & fides promiſſionis, una ſunt fides. 211.b
Fides iuſtificationem concilians, uel ad eam diſponens, de qua in Petri, Pauli & aliorum Epiſt. Canon. quæ ſit. 215.b
Fides quæ catholica non eſt. 215.e
Fides noſtra et antiquorum eadem. quas habeat differentias. 58.f
Fides formata. 262.a.b. 263.a
Fides uera & abſoluta quid complectatur. 256.e.f
Fides ſola iuſtificationem non abſoluit. 186.e.g.b. 188.f
Fides quid. 64.d
Fides prima inter cæteras uirtutes. 88.e.f.b. 91.e
Fides propriè, tribus accipitur modis. 206.b
Fides ubi locum non habeat & quid ſit. 332.e
Fides omnium fidelium una. 219.e
Fides quibus operibus opponatur. 338.b. & *quibus non.* 339.a
Fides operibus quo pacto fulciatur. 344.b
Fides quid ſit. 255.e. 256.g
Fides inter Deum uocantem, eundemq́ iuſtificantem media eſſe debet. 193.d
Fides quodammodo eſt ſcientia noſtra. 195.b
Fides quibus ſcripturæ auctoritatibus aſtruatur in ſua columna. 192.a
Fides quid ſit. 43.g
Fides communis & uera omnium hominum. 186.e
Fides uirtutum omnium theologicarum compendium. 258.a
Fides ſine operibus qualis ſit. 188.e
Fides ſola iuſtificare cum dicitur, quid ſignificetur. 257.b
Fides ſola, aut à ſpe & charitate ſeiuncta, nec iuſtificationem, nec reconciliationem de facto præſtat. 252.g.b
Fides quarum uirtutum princeps. 253.g.b
Fides iuſtificationis rudimenta præbet. 189.b
Fidei paſſionis mortisq́, & fidei reſurrectionis quid tribuat Alexander de Ales. 58.c
Fidei ſubiectum, quo pacto intellectus exiſtat. 196.d
Fidei aptitudo naturalis oſtenditur. 195.d.e.f
Fidei tribuuntur iuſtificationis cunabula. 254.e.f
Fidei opera quomodo Chriſto debeamus. 32.a.b
Fidei præſtituta menſura, ſine qua ſalus non exiſtit. 74.c
Fidei unica iuſtificationem tribuens hæreſis temporibus

ribus Apoſtolorum exorta. 189.g
Fidei ſublimitas & nobillias oſtenditur. 195.b
Fidei utilitas quæ ſit. 195.e
Fideles ſumus per miſericordiam Dei. 39.g.40.a
Fidem non habentium, omnis intentio omneq; opus an malum ſit. 95.b
Fidem aut confidentiam iuſtificantem, qualem cõmenti ſint Lutheri aſſeclæ. 212.f
Fidem Chriſtianam quo pacto Caluinus definiuerit. 210.f
Fidem abſolutam eſſe, qua fide iudicare poſſimus. 215.a
Fidem ſine operibus bonis, quinimmo malis non obſtantibus, nos iuſtificare quibus temporibus hæretici exiſtimauerint. 209.c. 210.g
Fide & charitate ſimul ūictis iuſtificamur. 192.f
Fide aut confidentia quali, nonnulli magno non ſine errore, nos iuſtificari exiſtimauerint. 213.c
Fidentia quid ſit. 206.f.g
Fiducia quid. 207.a.b
Fiduciæ fundamenta in Chriſti ſanguine iacit Paulus. 223.b
Finis ultimi circunſtantia, an requiratur ad bonitatem moralem in actu. 99.c
Finis quid ſit. 93.c
Fœlicitas hominis in uirtutis operatione. 173.e
Fœlicitas, Deorum donum Ariſtoteli. 174.a
Fortitudo quæ uirtuti non aſcribatur. 202.b
Franciſci Taruiſini error. 98.g
Franciſci Taruiſini ſententia reijcitur. 156.a
Frui quid ſit, quibus rebus frui oporteat. 86.c.d. 94.d.c.f
Frui, & Fruitio. 22.b

G

GENERATIO quid ſit. 291.f
Gentiles nonnulli, cognitionem ueri Dei quã nam habuerunt. 41.d.e
Gentiles quo pacto ſalutem adepti. 47.c.d.e.f.g.h. 48.f. & infra. & cap. ſeq. 54.c.d
Gentiles qui Deum unum uerum prædicarunt. 48.a.b.c.d.e
Gentilium opera moralia deliberata, cur damnauerit Auguſtinus. 81.g
Gentilibus quid abſtulerit Saluator noſter. 348.f
Gratia quid ſit. 8.e
Gratia eſt donum ſuperadditum naturalibus. 35.a
Gratia creata, influxui luminis, eiusq; principium Soli comparatur. 26.b.c
Gratia creata, uel gratia creata gratum faciens, donum quo anima in ſe ipſa realiter mutatur. 28.a
Gratia increata quid in nobis faciat. 7.f. quid ſit in ſemetipſa, ibidem.
Gratia Chriſti ad ſingulos actus indigemus. 18.a.d
Gratia Chriſti in communi, & in particulari. 243.c
Gratia Chriſti operans, cooperans, præueniens, ſubſequens, præparans, & iuuans. 19.a.b
Gratia Dei una & eadem in ſeipſa, effectus multos & agendi modos continet. 12.e
Gratia Dei quid ſit. 8.f.10.g
Gratia Dei uocans, ſemper oblata omnibus nationibus. 57.b
Gratia Dei formalis quid. 8.f10.g
Gratia Dei increata quid adferat utilitatis. 9.e. 12.b. & infra
Gratia dupliciter conſideratur. 292.b
Gratia dupliciter à Theologis accipitur. 8.12.g
Gratia gratum faciens, ponit in homine grato aliquod donum Dei creatum. 24.b
Gratia gratum faciens, & increatam & creatam ſignificat. 25.g
Gratia gratum faciens, eſt aliquid reale quòd Deus ſolus efficit in anima. 27.g
Gratia gratum faciens creata, eſt charitas creata ſecundum aliquos. 28.a
Gratia gratũ faciens quid ſit, & ſignificet. 23.g.h
Gratia gratum faciens, & charitas creata, an realiter diſtinguantur. 26.d
Gratia gratum faciens creata, creataq; charitas num diſtinguantur. 36.a
Gratia gratum faciens, eſt accidens .29.g.h
Gratia noſtra gratum faciens, omnisq; actus noſter, & uſus potentiarum naturalium & bonorum quorumuis, pertinent ad gratiam Chriſti. 16.d
Gratia gratum faciens uel charitas, uel non ſine charitate eſt. 24.a
Gratia increata cur in nobis bona operetur. 8.a
Gratia increata & creata quid in nobis pariant. 8.a.b
Gratia operante & cooperante, ante peccatum homo indigebat. 39.b
Gratia operans, cooperans. 12.b
Gratia operans & cooperans cur dicatur. 14.c.h
Gratia præparante non iuuante, ante peccatũ Adæ homo indigebat. 19.e
Gratia primas habet ſuper liberum arbitrium, ſuperq; totum hominem. 14.g
Gratia remiſſionis peccatorum per quem nobis communicetur. 235.f.g
Gratia redemptionis, & gratia creationis, bona. 10.g
Gratia ſeſſori comparatur, liberum uerò arbitriũ iumento. 136.g
Gratia uocans. 243.a
Gratiæ abſolutæ definitio. 30.e
Gratiæ creationis quæ in nobis aſcribantur. 121.f.g.h
Gratiæ Chriſti adiumentis indigemus ad bonos actus. 39.c
Gratiæ Chriſti & fidei Chriſtianæ magnus prædicator Auguſtinus. 188.f
Gratiæ definitiones uariæ, pro ut uariè conſideratur. 30.b

Gratia

Gratia gratum facientis, uaria ſpeculationes. 30. b
Gratia infuſio, in iuſtificatione prior motu liberi arbitrij in Deum. 294. g
Gratia quæ eſt donum creatum, diuiſio multifida. 8. e. f
Gratia redemptionis, effectus multi. 183. e
Gratia redemptionis effectus 36. c. & infra
Gratiam aſſecutus, bene agere & mala uitare, citra gratia adiumenta non poteſt. 19. g. b
Gratiam bene merendi, quo primum tempore habeamus. 310. h. & infra
Gratiam Chriſti aut Dei per Chriſtum commendat Auguſtinus. 11. g
Gratiam & uirtutem quantum ad eſſe, idem eſſe. 33. d
Gratiam & culpam formaliter non opponi, dupliciter probatur. 281. e
Gratiarum genera multa. 182. d. e
Gratiam quo primum tempore homo percipere incipiat. 181. h
Gratiam ſeu benedictionem promiſſam, unde & quo pacto accipiamus. 245. a
Gratiam ſuam iuſtificantem, remiſſionem peccatorum, & regnum, quibus Deus polliceatur. 214. g

H

HABITVS triplex in actibus & habitibus humanis. 180. c
Habitus operationibus proportione reſpondent. 32. e
Habitus morales ex noſtris moralibus operibus, non è contra. 75. a
Hebræi Rabini nonnulli quo pacto Dauidis Pſal. 142. explicent. 411. e
Hebræorum gens omnium antiquiſſima. 144. b
Hebræis Auguſtini ætate in urbem Hieruſalem non patebat aditus. 240. e
Hæreticorum fiducia, in qua re ſita. 223. c
ἰσοβοτάνη, quid ſit. 340. c
Hircoceruus quid imaginarium. 23. b
Homo ciuile animal, & habet innatas quaſdam uirtutes. 33. a
Homo quo pacto ſe habeat ad peccandi facultatem. 165. c
Homo à rei naturaliter deſiderata ſtudio cur abducatur. 226. g
Homo ſine gratia an aliquid uerū cognoſcat. 46. d
Homo ſpiritalis non animalis, quæ Dei ſunt percipit. 36. e
Homo aptus natus ad inquirendum Deum per creaturas. 159. f
Homo ſuis nixus naturalibus cum ſolo influxu gen. quæ opera facere poſſit. 162. c
Homo cur redemptus poſt peccatum, 113. b. & infra.
Homo ad rectè agendum, duplici ſcientia inſtituitur & componitur. 268. b. 273. d
Homo qua ratione Dei imago dictus. 70. f
Hominis pugna cum Diabolo & uitiis, moleſta & perpetua. 112. g. h
Hominis ad Deum quæ ſit ratio. 218. g
Homines mali non nulla habent Dei dona. 182. h
Hominum gratia præditorum genera duo. 168. a
Humoris radicalis cōſumptio, mortis cauſa. 177. d
ὑπόστασις, quid ſit. 255. e

I

IESVS nomen, nobis maximum. 53. a
Ignoratio an ſit peccatum. 176. c. unde nobis agnata. infra. & 178. b
Ignoratio peccatum eſt. 215. e
Imago Dei naturalis in anima. 325. b
Imperare an ſit rationis actus. 73. g
Imp. Ro. Pontificis ſummam eſſe auctoritatem teſtantur. 357. d. & infra
Impius ut iuſtus fiat, quatuor requiruntur. 278. d
Impoſſibile nihil à Deo præcipitur. 389
Inæqualitas inter Deum & hominum maxima. 312. b
Influxus generalis, ſpectat ad gratiam creationis. 122. b. quid ſit. c. d. 123. e
Ingenia ſtudiaq́; uaria unde in hominibus. 138. a
Innocentia per peccati priuationem maximè eſt. 349. g
Innocentiæ ſtatus ſi perduraſſet, filij Adæ omnes originali cum iuſtitia nati eſſent. 176. b
Intellectus uoluntate prior. 193. a
Intellectus noſter non eſt ſui iuris, ſed potentia merè naturalis. 73. f
Intellectus noſter duabus præpeditur difficultatibus in rerum cognoſcibilium inueſtigatione. 72. f
Intellectus noſter ad natura manifeſtiſſima, ut noctua oculus ad ſolem, ſe habet. 57. f
Intellectus primas habet in anima poteſtatibus ſupremis. 253. d
Intelligentiæ motrices orbium cœleſtium, cuius gratia moueant. 174. g
Inuocare Deum etiam in rebus minimis debemus. 172. g
Ioannis locus declaratus. 107. e
Ira & concupiſcentia uenereorum, corpus manifeſte tranſmutant. 272. g
Ira Horatio, furor breuis. 272. g. inimica conſilio, ibidem.
Ira percitus, deliberandi conſilio caret. 272. g
Iudæi cui rei iuſtificationem aſcriberent. 321. d
Iudæi in ueteri teſtamento quo pacto olim iuſtificarentur. 251. a. b
Iudæis quid abſtulerit Saluator noſter. 348. f
Iudæis ſolis notus olim Deus. 62. g
Iuſtificatio impij quibus ex rebus conſtet. 27. c
Iuſtificatio impij, quis motus, & quid ſit. 27. d
Iuſtificatio Publicani quænam eſſet. 339. g

Iuſtificatio

Iuſtificatio hominis trifariam accipitur. 295.g 296.c
Iuſtificatio cur charitati tribuatur. 254.c. cur fidei. g
Iuſtificatio cur fidei tribuatur. 252.b
Iuſtificatio cur fidei ſæpe tribuatur. 257.b
Iuſtificatio à Catholicis ubi locetur. 321.e
Iuſtificatio tribus modis accipitur. 321.g
Iuſtificatio impij, quatuor requirit. 291.h. 295.b
Iuſtificatio impij, aliquando dicitur remiſſio peccati. 329.a.b
Iuſtificatio noſtra à Deo, quis'nam motus ſit. 307.c.d. quid ſit. g
Iuſtificationis noſtræ, cauſa quæ ſint. 366.f
Iuſtificationi noſtræ duplex ineſt motus. 306.e. quid ſit. d
Iuſtificationem iuſtorum, eſſe ſolam remiſſionem peccatorum cenſet Caluinus. 334.c
Iuſtificationem ubi locent Iudæi. 321.e
Iuſtificationem unde adipiſcamur. 246.g. 248.h. & infra.
Iuſtificamur formaliter per gratiam Dei creatam. 27.b
Iuſtificamur in Chriſti iuſtitia dupliciter. 306.f.g
Iuſtificare quid ſit. 24.c.d
Iuſtificari homines, ex quibus rebus aliqui cenſuerint. 320.e. & infra.
Iuſti, & peccatores quibus rationibus ſancti uiri dicantur. 410.d. & infra.
Iuſti qui ſint Ariſtoteli. 321
Iuſti eſſe, citra Dei opem non poſſumus. 142.c.f
Iuſti hominis iura & excellentia. 319.b
Iuſtitia quid Zenoni. 258.b
Iuſtitia à iudicio & æquitate differt. 297.g
Iuſtitia noſtra quæ ſit. 393.a
Iuſtitia qualibet à Deo, uel Deus eſt. 331.c
Iuſtitia aliqua operum Dei iudicij patiens. 405.c
Iuſtitia operum, quam diſtinctionem recipere debeat. 407.a
Iuſtitia noſtra prima quæ ſit. 317.d
Iuſtitia uel ſapientia, dupliciter noſcitur. 318.a
Iuſtitia pro fide aliqua accipitur. 318.c
Iuſtitia Chriſti, quatuor modis iuſti ſumus. 305.b
Iuſtitia Dei qua iuſtificatur homo, quæ ſit. 333.a.b.f
Iuſtitia Dei, & Iuſtitia hominis. 336.c
Iuſtitia fidei. Iuſtitia legis. 336.g. & infra
Iuſtitia fidei, alicui iuſtitiæ operum opponitur. 338.g
Iuſtitia dupliciter accipitur. 26.b 27.a
Iuſtitia metaphorica. 27.a
Iuſtitia quibus in rebus conſiſtat. 193.g
Iuſtitia operum prædicatur, præcipitur & commendatur à Seruatore. 301.g
Iuſtitia in pulcherrimo bonorum genere locatur. 171.c
Iuſtitia ſola damnat. 410.g
Iuſtitia unde diabolus uictus eſt, quæ ſit. 305.a
Iuſtitiæ gradus. 28.d
Iuſtitiam uerè & propriè operari dicitur homo. 301.a
Iuſtum duas habet partes ſubiectiuas. 320.g

L

Lex tota ſub conditione. 238.a. & infra. & 240.g
Lex uetus, quæ'nam contineat. 347.c. quænam Euangelica. f
Lex Euangelica, cur lex fidei dicta. 347.g
Lex uetus cur factorum lex nuncupetur. 347.g
Lex iram qua ratione operetur. 237.c
Lex hominum iuſtificandorum. 249.d. hominum damnandorum. e
Lex factorum, & lex fidei. 336.a. & infra
Legis obſeruantia ad ſalutem neceſſaria. 189.a
Legumlatores condendis legibus, uniuerſa uirtutis rationem habere. 171.c
Liber de Mundo ad Alexandrum, ex Ariſtotelis familia remouendus. 66.g. 175.a
Libertas. eius radix, cauſa & ſubiectio. 73.b
Liberum arbitrium adiumentis gratiæ Chriſti indiget. 11.b
Liberum arbitrium & gratia gratum faciens, in nobis merendi principium ſunt. 311.g
Liberum arbitrium ope diuina indiget ad bona opera. 75.f.g. 76.b.d
Liberum arbitrium ad malum ſufficit, ad bonum non item. 169.a
Liberum arbitrium ex Adami peccato in nobis uitiatum. 147.a.b
Liberum arbitrium iumento comparatur, gratia uerò ſeſſori. 11.e
Liberum arbitrium adſtruitur. 11.d
Liberum arbitrium cum generali influxu, quid poſſit. 128.d
Liberi arbitrij actionum, an & quo pacto Deus ſit cauſa. 131.e
Liberi arbitrij, ſeu hominis ante peccatum, ſtatus quadruplex. 117.g
Liberi arbitrij conatus, gratia excitante & adiuuante indigent. 43.b
Libero arbitrio niſi per Chriſtum, bene non utimur. 121.a
Libero arbitrio uitiato, totus homo eſt uitiatus. 11.e
Libero arbitrio exquirimus, iudicamus, & diſponimus. 74.a
Lumina tria, quæ prædicata de de Deo oſtendunt. 71.a
Lutherus Manichæum ab orco reuocat. 181.f
Lutherus cui errori primordia dederit. 313.h
Lutherus palinodiam canit. 315.e.f
Lutherus quem errorem ſeminauerit. 275.b
Lutherus Ro. Pontificis maximam poteſtatem aliquando fuſſus eſt. 358.d.e.f
Lutheri damnantis cuncta humana opera, error maximus. 181.d.e

Lutheri ſententia. 299. g. error. 300. b.
Lutheri, eiusq́ aſſeclarum error, per concluſiones nocatas explicatur. 210. a. & *infra*
Lutheri aſſecla qualem fidem, aut confidentiam iuſtificantem commenti ſint. 212. f
Lutheri, Buceri aliorumq́ ſententia de iuſtificatione eliduntur. 210. b. & *inferius*
Lutherani ueritatis aduerſarij. 212. a

M

MACVLA *quid ſit.* 287. d. 328. b
Mala à Deo ordinantur, non fiunt. 152. a
Malitia in uoluntate cum errauerit intellectus. 271. f. *errare facit intellectum.* g
Malum ſub ratione mali non fit. 270. f
Malum ex multis cauſis, bonum ex unica. 153. b 154. b. c
Malum ad ipſum minori auxilio, quàm ad bonum, indiget homo. 20. e
Manichæi, Deum corpore præditum eſſe dixerunt. 65. f
Mariam Chriſti matrem ſanctiſſimam non obijſſe creditur. 177. d
Marſilius Ficinus magnus Platonicus. 173. b
Martinus Luther Hæreſiarcha, ſola fide nos iuſtificari opinatur. 209. g. *Eunomium ſequutus.* b
Medium non datur inter bonum & malum, in noſtris actionibus moral. delib. 150. a
Membra ſumus corporis, cuius Chriſtus eſt caput. 305. d
Mens noſtra & ratio, à Deo immediatè, 171. g
Merendi, tria principia in homine. 311. d
Merita Chriſti nobis in fructum, non in meritum cedunt. 303. e
Merita Saluatoris quot, & quibus profuerint, aut merita ſint. 9. f. g. h. 10. a
Merita noſtra bona, à gratia & à nobis quomodo. 137. g
Meriti rationem, Dei uocata acceptatio abſoluit. 312. f
Miſericordia gratiam ſignificat. 241. c
Mobile primum, quo pacto moueri dixerit Auicennas. 69. b
Mobilitas, corporis paſſio. 65. c
Morales uirtutes ad animæ reformationem ſpectant. 102. c. 103. b. c
Morales omnes uirtutes, eſſentialiter, & uniuocè ſunt uirtutes. 149. b
Moralium uirtutum ſubiectum quod nam ſit. 102. c. 104. d. 105. e. f. g. 106. f
Mors qua ratione paulatim accedat. 177. d
Mors nobis agnata ex Adæ peccato. 177. a
Mortem non pœnam homini, ſed naturam dixit Seneca. 177. a. *an hoc ſit uerum.* Ibidem.
Motoris primi, uirtus infinita. 65. b
Motus præter res ad quas eſt motus, non datur. 304. g
Motum ad ipſum quid requiratur. 125. f
Mouet ſe ipſum, nihil primò. 60. h
Mouetur ab alio, quodcunque mouetur. 20. b
Mouens primum, uirtutem eſſe incorpoream, quomodo probauerit Ariſtoteles. 66. a
Munditia noſtra. 401. e
Mundum totum laqueis oppletum conſpexit D. Antonius. 120. b
Mundum conflagraturum dixit Sophocles. 48. b
Mundum ex nocte prognatum qui dixerunt, quid ſignificauerint. 68. d
Munera tanta poſt lapſum, tribuit Deus iuſtificato, quanta ante tulerat. 290. d

N

NATVRA *humana inter præcepta, beneficia & auxilia Dei, ſemper ad malum procliuior.* 43. a
Natura humana ſine gratia quid ſit. 76. a.
Natura humana in quatuor habitus diſtinguitur. 139. d
Natura humana poſt peccatum adeo miſeriarum myriadibus circumfuſa, ut ſine diuino auxilio ad malum ſemper præceps feratur. 112. a. b. *qualis ſit.* 113. f
Natura humana, qualis ſine gratia. 12. a
Natura deprauata in nobis, peccati amica. 55. d
Natura ſub lege, Deum quibuſdam explicitè reuelaſſe redemptionis myſterium, & aduẽtum ſuum. 43. e. f
Naturam ſimpliciter malam, Manichæi dixerunt. 164. b
Neceſſariò, non ſimpliciter accipitur. 278. b
Neceſſarij ullius cauſam quærendam non eſſe, dixit Democritus. 61. a
Nomen rei qua de agitur, ante omnia declarandũ. 60. b
Nomina circa ipſa, occupatio, nobis inuitis neceſſaria. 252. f
Noſtrum nihil præter mendacium. 79. d
Nouitatem ad noſtram quæ pertineant. 394. a. *eam pro iuſtitia probari.* 396. d

O

OBEDIENTIA *cordi inſita, an ſufficiat ad iuſtificationem.* 198. f. g
Obedientia ex corde, media accedens, iuſtificationem parit. 200. c
Obedientia ad iuſtificationem requiſita, & qualis eſſe debeat. 200. f. 201. a b. c. d
Obedientia ad ſalutem neceſſaria. 346. f
Obedientia legis, maximè per dilectionem Dei & proximi. 349. b
Obedientia, quam Deus à nobis iuſtificandis uel in iuſtitiæ officio continendis requirit. 344. g

Obedientia

Obedientia erga Deum neceſſitas. 195. g. h. & infra
Obedientiam erga Deum nobis neceſſariã Ambroſius prædicat. 236. c. d. e. f. de eadem. 246. c
Obedientiam inchoatam qui habeant. 344. d
Obedientiam ſemper Deus, requiſiuit. 199. c. & infra
Offenſa quid ſit. 328. b
Opera bona iuſtorum apud Deum quomodo meriti uim adipiſcantur. 308 e. f
Opera bona noſtra moralia, in quem referenda. 82. f
Opera bona hominis, non præcedere iuſtificationem. 170. a
Opera bona omnia in Deum referuntur. 143. a
Opera bona noſtra omnia ad gratiam Dei pertinent. 75. e. f. 76. c. d
Opera bona noſtra, à gratia & à libero arbitrio. 11. d. e
Opera bona noſtra in Deum referuntur. 40. b. & infra
Opera moralia deliberata gentilium, cur damnauerit Auguſtinus. 81. g
Opera moralia, deliberata, non mala quæ. 109. a. b. & infra
Opera moralia humana, & non humana, quæ ſint. 151. b
Opera noſtra bona ex gratia emanantia, nobis iuſtificationem conciliare. 300. h
Opera noſtra moralia quænam ab Auguſtino damnentur. 82. b
Opera pietatis & religionis, in Deum referuntur. 57. d
Opera quæ opponuntur fidei, & quibus ſi fides fulciatur, ruitura eſt neceſſariò. 350. f
Opera quibus fides uiget & nutritur. 350. h
Operatio uirtuti operatiuæ tribuitur. 138. e
Operum bonorum ſectio multifida. 74. b
Optimum & nobiliſſimum Pythagoricis, in compoſito ex principiis. 65. f
Opus tripliciter bonum dici poteſt. 79. b. 80. a
Opus ab auctore ſcribendum de Eccleſia Chriſti. 355. h
Orantes Deum, prudentes eſſe oportet, et cur. 171. h 172. a
Oratio Platonis in perſona Socratis. 172. e
Orbis recèns adinuentam partem cui America nomen eſt, incolentes, religionis omnino expertes. 62. f
Originale peccatum quatenus Deus nobis condonet. 285. a

P

PARS totius gratia, totum uerò Dei. 89. d
Paruulis in baptiſmo gratia, et uirtutes quoad habitum infunduntur. 32. a
Paſſio Chriſti præuiſa uel exhibita, Adæ filiis ſola ſalus. 1. f. 2. g
Paſſio Chriſti antequàm eſſet, quo pacto prodeſſet. 251. h
Paſſio Chriſti à quibus peccatis nos liberauerit. 15. h
Paſſio Chriſti quaſi mundi orizon. 252. b
Paſſio Chriſti quibus modis nobis profuerit. 308. a. b
Paſſionis Chriſti effectus. 245. & infra. & 251. c. d. e
Paſſionis Saluatoris noſtri effectus, ad eius gratiæ extenſionem; adnotantur. 10. e. f
Partis ad partem eadem ratio, quæ totius ad totũ. 219. e
Pauidos nos ſemper eſſe oportet. 219. g
Paulus quæ in Deum referat, ex his quæ ſpectant ad ſalutem. 8. d
Pauli locus. 28. a
Pauli locus explicatur. 330. d. 331. a
Pauli locus quomodo accipiendus. 189. c
Pauli Apoſtoli loca duo declarantur. 14. d. e
Pauli uerba perpenduntur. 58. g
Peccatum, & malũ non ſunt ens. 130. c. d 133. a. b
Peccatum quid ſit. ibidem
Peccatum propriè quid ſit. 260. e. f
Peccatum Adæ, nobis agendorum ignorationem conciliauit. 175. g. h. 176. b
Peccatum in rebus ineuitabilibus non eſt. 118. f
Peccatum quomodo dimittatur. 330. e
Peccatum duplex excludit nos ab ingreſſu regni cæl. 15. h
Peccatum adſtruxit nobis difficultatem ad cognit. Dei. 72. h
Peccati remiſſio ſeu non imputatio peccati, cur beatitudo dicta. 329. b
Peccati priuatio per quid maximè ſit. 349. g
Peccati actus à Deo, non autem defectus concomitans. 131. e
Pecati cauſa, eſt homo dupliciter. 130. g
Peccati actus utrùm à Deo. 130. b
Peccatoris adulti iuſtificandi, conuerſio ad Deum qualis eſſe debeat. 220. e
Peccato mortali octo inſunt. 284. f
Peccato inſunt octo, quæ nomine peccati intelliguntur. 328. b. & infra
Peccata multa ſibi inuicem contraria. 407. g
Peccata omnia paria eſſe, Stoici dicebant. 409. d
Peccatorum remiſſio per pœnitentiam, non è cõtra. 366. c
Peccatorum remiſſio, qua ratione iuſtificatio dicatur. 307. e. f. quid ſit. g
Peccatorum remiſſio quid ſignificet. 306. d
Peccatis ſibi condonatis, homo in integrum ad iuſtil. redit. 290. b
Pelagius cur damnatus. 142. b. quid confiteretur aut negaret. 143. f
Pelagii error. 235. a
Pelagii confeſſio, & error circa Chriſti gratiam. 44. b. & infra.
Pelagiani cuius rei Auguſtinum inſimularent.

120.e
Peripatetici, prudentiam, & morales uirtutes, connexas eſſe opinabantur. 261.a
Petri Longobardi ſententia exploſa. 29.a
Petri Abailardi error. 76.e
Petri Longobardi error. 28.a
Philoſophiam Socrates ad mores primus omnium conuertit. 321.e
Philoſophi antiqui Deum per creaturas cognouerunt, ex Dei gratia. 57.g. 59.d.e.f
Philoſophi à ſacris Theologis emendantur. 99.g
Philoſophari quo pacto rectè quis poſſit. 321.d
Pietas quid ſit. 57.c
Pietas erga Deum quid. 57.c. 370.g
Pighij error. 314.a.b
πίστις Græcè, Latinè fides, quid ſit. 206.f
πιστεύω quid ſignif. Latinis. 206.g
Plato & Platonici, ea quæ fidei noſtræ de Deo conſona ſcripſerunt, unde deſumpſerint. 204.h
Plato, & multi Philoſophi ſalutem adepti. 47.e
Plato ab Auguſtino reprahenditur. 84.d
Plato quos Theologos imitatus. 175.d
Plato alicubi melior Theologus quàm recentiores quidam. 173.d
Pœna cui propter peccatum addicti ſumus, cur per baptiſmum non demitur. 8.h.9.a
Pœna quid ſit. 328.d
Pœnitentiæ ſacramentum quomodo ſuſcipiatur. 197.d
Pontificis Ro. ſummam auctoritatem fatetur Lutherus. 358.f
Pontificis Ro. ſumma auctoritas. 357.a. & infra.
Pontificis Romani ſummam poteſtatẽ cognoſcere, & uenerari, neceſſarium ad ſalutem. 358.c
Pontifice in Romano Apoſtolica poteſtas. 355.h
Præcepta diuina omnia, ad charitatem referuntur. 92.d
Prædeſtinatio quid. 243.cd
Præmiſſarum ex aſſenſu, naturaliter ſequitur aſſenſus concluſionum. 17.d
Primum ens Ariſtoteli, primum mouens immobile ſempiternum &c. 174.f
Principatuum pluralitas damnatur. 62.b
Priuationis definitio, ſeu deſcriptio. 328.f
Probatio in lumine naturali dupliciter. 63.d. 64.g.h
Progreſſus & perſeuerare in bono, nobis à Deo. 23.a
Promiſſio Abrahæ de bened. om. gen. in ſem. ſuo, completa eſt quoad omnes. 243.g. 244.e
Promiſſio Abrahæ quo pacto quotidie compleatur. 244.b
Pronitas quid ſit. 328.d
Proteſtantes in concilio Ratiſponenſi. 316.a
Prouidentia triplex Platonis. 67.e
Prouidentiam circa diuinam multi errauerunt. 67.c
Prouidentiam diuinam quidam negauerunt. 67.
.e. Incorruptibilium tantum curam habere, dixere aliqui. ibidem.
Prudentia bifida à Paulo in nobis ponitur. 177.g
Prudentia carnis, mors à Paulo dicta. 177.g
Prudentia non eſt abſq; uirtute morali. 261.e.f
Prudentia non eſt in ratione ſolum. 73.b
Prudentia extra morales virtutes non eſt. 103.c
Pulcher introrſum quo pacto homo fiat. 172.f
Pulchritudo hominibus à Deo. 172.e
Pulchritudo tribus animæ uiribus percipitur. 172.d
Pulchritudo, diuinæ lucis circulus quidam. 172.e

Q

QVAESTIO de nomine, ubi de re conſtat, ſuperuacanea. 252.e

R

REATVS quid ſit. 328.d
Receſſus à termino et acceſſus ad terminum, dupliciter conſiderari poteſt. 295.f
Reconciliatio noſtra per Chriſtum, quæ ſit. 332.a.b
Reconciliatio noſtra per Saluatorem quid contineat. 8.h.9.d
Reconciliatio noſtra cum Deo, & noſtra à peccatis redemptio, ambo ſimul fuerunt. 7.d
Reconciliatio cauſa fuit noſtræ redemptionis. 7.d
Reconciliare quid ſit. 7.e.8.g
Reconcilians nos Deo Chriſtus, primariò increatam gratiam, ſecundariò uerò creatam nobis meruit. 7.e.f
Reconcilio, uerbum quid ſignificet. 331.e
Rectitudinis in homine tria genera. 107.e
Redemptio prior reconciliatione, & è contra, quo pacto. 8.e
Referendi actum in finem ultimum tres modi. 96.g
Religio quid ſit. 56.h.340.g
Remiſſio peccatorum latè accepta, quid ſit. 333.e
Remiſſio culpæ & infuſio gratiæ in aduerſis generib. cauſarum quomodo ſe habeant. 292.f. quomodo conſiderari poſſint. 294.e
Romani qua ſola cupiditate cæteras uincerent cupid. 153.a
Romanæ Eccleſiæ auctoritas probè aſſeritur. 356.b. & infra.
Ruardi error. 18.e. & infra. Item 21.e

S

SADAI, nomen Dei quid ſignificet. 53.a
Sadducæi Angelos & ſpiritus negabant. 65.d
Saluator noſter Gentilib. quid abſtulerit. 348.f
Salus hominis, à cuius ueritatis cognitione pendeat. 59.b
Salus, redemptio, reconciliatio, iuſtificatioq;, de facto (ut dicitur) nobis quo pacto promittantur. 214.a.b

Salutem animi cur non ita vt co. poris ſalutem quærant homines. 225.c
Saluati homines ante Chriſti aduentum, meritis eius præuiſis ſaluati ſunt. 2.g
Sanctificatio quid ſit. 307.g
Sanctificatio & iuſtificatio an cohæreant. 363.c d. & infra.
Sanctificatio quid ſit. 340.d.341.c
Sanctitas quid ſit. 340.e.f.g.h.341.g
Sanctus & immaculatus, Hieronymo quo pacto diſferant. 363.g
Sanctum quot modis dicatur. 360.f.g.h
Sanctum ſecundum diuinas ſcripturas quid ſit. 340.c
Sanctum quid ſecundum aliquos. 340. quid Iureconſultis. b.c. alÿs, ibid.
Scientia in particulari & in vniuerſali exiſtente, voluntas an oppoſitum uelle poſſit. 272.a.& inf.
Scientiam à paſſione nunquam poſſe ſuperari dixit Socrates. 273.d
Scientiam non eſſe omnium uirtutum Aſylum, quomodo cognoſcatur. 260.b.c
Scientiis facultatibusq́; in omnibus, uaria hominum ſententia. 138.a.b
Sciendi deſiderium cunctis hominibus natura inſitum. 226.e
Sciendi deſiderium nobis natura inſitum, quot rationibus Thomas probauerit. 226.h
Scire ſe nihil, cur Socrates fateretur. 173.c
Securitas reprahenſibilis quæ ſit, & quæ bona. 223. a. b
Sedes Apoſtolica an poſſit transferri è Ro. urbe aliò. 362.a.b
Senſualitas à Theologis dicta, quid ſit. 160.g
Senſus noſtri ad malum procliues a deperdita gratia.. 114.d
Senſus intellectum anteuertit. 72.c
Sententia Buceri, Philippi Melancton. & Caluini erronea. 210.g.h
Sententiæ tres uariæ de uocata eſſentia & quidditate moralium uirtutum. 258.d
Serui Dei duplici iure ſumus. 409.c
Serui inutiles qua ratione dicamur. 409. d. e
Sibylla de die nouiſſima canit. 43.f
Sibylla Diotima. 172.c
Simile per ſimile cognoſci, dixit Empedocles. 71.e
Socrates admirabatur, non conſtare Philoſophis, rerum omnium naturam cognitu eſſe impoſſibilem. 72.c
Socrates Philoſophiã ad mores primus deflexit, qua de cauſa id aggreſſus. 321.c.d
Socrates rerum cœleſtium notitiam ſolum a Deo nobis indi teſtatur. 57.h
Spei uirtutis theologicæ dictæ ſubiectum, quodnam ſit. 409.a
Spiritalitas noſtra. 401.f
Spiritus uiuificans ad Dei cognitionem nobis neceſſarius. 59.g
Statum ad priſtinum, primæuamq́; iuſtitiam cur Saluator nos non reſtituerit. 8.h. 9. a
Subſtantiæ & accidentis nobilitas quomodo comparentur. 30.e
Symbolum Apoſtolorum, & Symbolum Eccleſiæ. 2.c.d
Symbolũ Ambroſii & Auguſtini. 2.e. Athanaſii. f
Synodi Tridentinæ canon. 90.g

T

Τέλος, quid ſignificet. 87.e
Tenebræ peccati quid ſit. 328.d
Tentationes quo pacto & cuius auxilio, nobis manus dare cogamus. 104.c.d
Tentationes, niſi Deus ſuppetias tulerit, non ſuperantur. 80.e
Teſtamenti veteris fides bipartita. 58.e
Teſtamenti noui fides bifida. 58.e
Ταφῆ, quid ſignificet. 206.g
Thomæ uerba ſubobſcura declarantur. 12.h.13.a
Trinitatis aliquam umbram, mente concepiſſe uidentur Plato & Platonici. 203.h

V

VATICINIVM *de Chriſti aduẽtu in aurea lamina Conſtantini Imp. tempore in ſepulchro inuentum.* 43.f
Velle et intelligere, ſunt motus quidam. 20.c
Veritatis contemplatio partim facilis, partim difficilis. 72.a
Veritates catholicæ multæ. 396.b
Veritates tres Chriſtianæ à cunctis, obuÿs vlnis recipiendæ. 212.e
Vetus homo noſter quid ſit. 392.d
Vetuſtas quid ſit. 392. b. ad eam quæ pertineant. d
Via uitiorum, & uia uirtutis. 86.g. h
Via uirtutis, & uia Vitÿ. 105.c.& infra
Victoria noſtra contra carnis & diaboli illecebras, cui tribuenda ſit. 103.h
Victoria noſtra contra Diabolum & uitia, à Deo nobis per Chriſti gratiam. 113.a
Virtus quid ſit. 29.e.f.102.e.105.ab
Virtus eſt qualitas. 155.e
Virtus quid Ariſtoteli 77. d. quid in canone ſacræ ſcripturæ ſignif. ibidem.
Virtus diuina effectiua ſeu cauſatiua. 70.h
Virtus in anima, eſt quid poſitiuum. 325.b.c
Virtus circa paſſiones & operationes. 75.c
Virtus intellectualis & moralis, unde in nobis gignantur. 153.d
Virtus ſecundum naturam. 146.c
Virtus uera, non ſine charitate. 88.h
Virtus uoluntaria eſt. 37.e
Virtus non eſt uſus ſeu actus aliquis. 16.g
Virtus moralis quid ſit. 148.g.h
Virtus moralis quib. ex operibus enaſcatur. 108.a

Virtus moralis quid ſit. 107.a

Virtus moralis quæ ſit. 265.f

Virtus omnis moralis, medij coniectatrix. 153.g

Virtuti comparatio duplex ineſt. 72.e

Virtutem unam qui habeat, omnes habere uirtutes qua ratione dicatur. 400.b

Virtutes à Deo in homines proficiſci nouit Plato. 171.f

Virtutes à Deo hominibus conciliari, ſapientum antiquorum communis doctrina. 175.d

Virtutes propter ſe, an propter aliud tantùm appetendæ. 129.g

Virtutes Epicuri, uoluptatis ancillæ. 83.a.g

Virtutes Romanorum, uitia fuerunt, ortum unde habuerint. 83.c.d.e

Virtutes quænam ab Auguſtino damnatæ. 84.c

Virtutes omnes mutuo complexu hærent. 263.c. 265.d

Virtutes omnes ad iuſtificationem hominis pertinent. 299.d.& ſupra

Virtutes omnes, una uirtus. 258.c

Virtutes omnes morales, eſſentialiter et uniuocè ſunt uirtutes. 149.b

Virtutes morales, ac intellectuales, Platoni ſunt bona diuina. 150.e

Virtutes morales cuius auxilio acquiramus. 175.e

Virtutes morales unde in nobis ſuboriantur. 75.a.b

Virtutes morales quem uſum quæue bona nobis præſtent. 108.e

Virtutes morales bona ſunt ſimpliciter Platoni. 171.e.f

Virtutes noſtræ, noſtraq́; bona opera in quem referantur. 76.b

Virtutes ad ipſas uirtuoſasq́; actiones, Dei cognitio, Chriſtiq́; gratia neceſſaria. 84 g. 85.c.& infra

Virtutes citra ueri Dei cognitionem, uitia. 86.c

Virtutes extra ueri Dei cognitionem non reperiuntur. 82.g. *ſunt uitia.* 92.c

Virtutibus uti, non frui debemus. 86.d

Virtutibus frui, an uti debeamus. 94.f.g.95.a

Viſio beatifica fidei Chriſtianæ ſuccedit. 255.f

Vita noua quid complectatur. 351.g

Vita æterna ſub conditione, ſi lex ſeruetur. 310.a.b

Vnum eſſe Deum, quo ad nos ignotum. 159.b

Voluntas Angeli beati, indiget Dei auxilio ad operandum, uolendum, & agendum. 19.e

Voluntas à ſolo Deo mouetur. 125.a

Voluntas an & quomodo moueat ſe ad uolendum. 13.d. & infra

Voluntas bona eſt etiam ante fidem. 40.d.e

Voluntas bona hominis, præuenit aliqua Dei dona non omnia. 10.d

Voluntas bona duplex. 40.f

Voluntas Creatorem ignorans, infidelis eſt. 169.f

Voluntas cùm Dei ſerua, tunc bona eſt. 236.g

Voluntas cur ad malum moueatur. 273.e

Volūtas duos actus interiores hab. 20.b. 21.a.b

Voluntas hominis triplex. 42.b

Voluntas hominis bona, duplex. 170.f

Voluntas humana ſi à Diuina uoluntate non regatur, qualis ſit. 11.b. 12.a

Voluntas humana quomodo ſe ipſam mouere poſſit. 20.f.g

Voluntas humana in bonis actionibus ſola non eſt. 76.a

Voluntas in bonis pro facto adſcribitur. 198..f.g.h

Voluntas in malis apud Deum pro facto habetur aliquando. 198.f.h

Voluntas non poteſt uelle niſi bonum. malum quomodo uelit. 270.f.g.h. 271.b.c

Voluntas noſtra indiget Dei adiutorio. 19.f

Voluntas noſtra ſine ſpiritu, non eſt libera. 40.e

Voluntas noſtra ad quæ naturaliter moueatur. 228.a

Voluntas noſtra tanquam iumentum, gratia uerò Dei tanquam ſeſſor. 14.e

Voluntas quo pacto intellectum excæcet. 270.a.b

Volūtas quomodo mouere ſeipſam poſſit. 21.h.22.a. & infra

Voluntatis actus reflectuntur ſupra ſeipſos. 21.a

Voluntatis actus, imperati dicti. 21.b

Voluntatis actus ad fidem præexigitur. 74.f

Voluntatis electiones liberæ ſunt. 268.e

Voluntarium & liberum non conuertuntur. 22.e

Voluntatem hominis lapſi, Deus præparat. 37.f

Voluntatem quamcunque bonam, eiusq́; omne boni initium, Deo tribuere debemus. 73.e

Voluntatem ad naturalem bonū, homo per naturā, ſine Dei gratia, poſtliminijs non habet. 109.f

Voluntates bonæ omnes finem unum, Deum habent. 92.f

Vſus duobus modis propriè accipitur. 16.e. *quomodo ab auctore.* g.

Vſus, & uti, quid ſignificent. 22.e.f.g.h

Vti quid ſit, & quibus rebus uti oporteat. 86.c.d

FINIS.

Cuſorum errata alicuius momenti ſic expunges.

1.e. de iſto modo. Iſto modo. Et de iuſtificatione. & iuſtificatione. 3.d. Nicæno. 4.h. hum. ſuis. hum. eius. 6.h. redimemini. 7.e. uerbi. 13.b. noſtram. 22.a. quia ſi uoluntas. 25.a. alio cap. 62.g. in cognitionem Dei. 104.f. Matthæum. 107. Aethiops. 107.d. exoptarem. 142.a. uiſum. 165.d. modus. 175 a. lect. uar. 190.e. Ioannes. 237.c. docet & præc. 242.h. noſtram fidem aut confidentiam. 243.b. obgannire. 253.f. uitæ iuſtæ. 256 h. Aegypti. 259 b. humanus. 276.a. qui ſolet. 305.b poſſimus. 305.g. adduxerant. 329.g perfectus. 342.c. ad §. 373.e. perfecta. 383.f. maximè. 395.c. tractatu. 406. f. omni alia.

REGESTVM.

* ** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.
a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.
aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ſſ tt uu xx yy zz.
aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk lll mmm nnn.

Omnes ſunt duerniones, præter * ternionem.

VENETIIS, M. D. LXIII.
EX OFFICINA IORDANI ZILETI.